PHARMACOPOEA UNIVERSALIS.

[illegible]

PHARMACOPOEA
UNIVERSALIS.

INCHOAVIT

PHIL. LAUR. GEIGER,

PHIL. DR., PHARMACIAE IN ALMA RUPERTO-CAROLA QUONDAM PROFESSOR ORDIN.

CONTINUAVIT ET ABSOLVIT

CAROL. FRID. MOHR,

PHIL. DR., COLLEGII MEDICI BORUSSO-RHENANI ASSESSOR PHARMACIAE, SOCIETATIBUS NATURAE SCRUTATORUM, QUAE FLORENT FRANCOFURTI AD MŒNUM, HAMBURGI, BASILEAE, MOGUNTIAE, SOCIETATIBUS AD PROMOVENDAS ARTES ET LITERAS UTILES AQUISGRANENSI, RHENO-BAVARICAE, FRANCOFURTENSI A. M., SOCIETATIBUS TECHNOLOGICIS HASSO-DARMSTADTINAE, LAHRENSI, SOCIETATIBUS PHARMACEUTICIS GERMANIAE SEPTENTRIONALIS, MONACENSIS ET TRACTUS HUNNORUM HONORIS ET LITERARUM COMMERCII CAUSA ADSCRIPTUS ET PHARMACOPOLA.

PARS POSTERIOR.

COMPOSITA ET PRAEPARATA.

HEIDELBERGAE, 1845.

SUMPTIBUS CHR. FR. WINTER.

ACETARIUM SCORBUTICUM Pharmac. Batavae. Salat gegen Scorbut. *Salade antiscorbutique.*

Rec. Olei Cochleariae marinae selectissimae Unc. tres, Sacchari albissimi Unc. sex, Salis Cochleariae Unciam unam. Contusis optime adde Succi Aurantiorum Unc. sex. Misce. In isto intingatur omnis cibus scorbuticorum.

ACETAS vid. quaeque nomina basium vel liquor vel nomina antiquata.

ACETUM AGRESTINUM SOLUTIVUM Closaei. Agrest-Essig. *Vinaigre d'Agreste.*

Rec. Succi Agrestae seu Omphacii depurati Unc. duas, Fol. Sennae orientalium Drachm. duas, Sem. Anisi contusi Scrup. unum, Radic. Mechoacannae in tenues lamellas dissectarum Drachm. semis, Caryophyllor. integror. *Nro* duo. — Macerentur in lagena loco frigido, tunc cola et serva.

ACETUM ALEXIACUM seu **DESTILLATUM ALEXIC. FRANCOFURTENSE.**

Rec. Rad. Tormentillae, Zedoariae, Bistortae āā Unc. semis, Rad. Angelicae, Imperatoriae, Hirundinariae āā Unc. unam et semis, Pimpinellae, Dictamni albi, Aristolochiae rotundae verae āā Unc. duas, Herb. Cardui benedicti, Galegae, Scordii āā Manip. unum et semis, Sedi majoris, Endiviae āā Manip. duos, Flor. Calendulae Manipul. duos et semis, Flor. Rosarum rubrarum, Nymphaeae, Borraginis, Tunicae, Sambuci āā Manip. duos, Pomor. Citreor. recent. *Nro* octo. Inc. incidend, ac contus. contundend., affunde Aceti acerrimi Libr. decem. — Stent in infusione, donec probe impraegnatum extet acetum, quod usui asservetur vel et destillando per alembicum evehatur.

ACETUM ALEXIPHARMACUM Pharmac. Leidensis.

Rec. Nuc. juglandium cum corticibus, mense Junio collectarum, Libr. quatuor, Herb. Cardui benedicti, Melissae, Rutae, Scabiosae, Scordii āā Unc. quatuor. Concis. et parum contus. affunde Aceti Vini ad supereminentiam trium quatuorve digitorum, tum destilla fere ad siccitatem in cucurbita vitrea, cave tamen, ne empyreuma contrahat.

ACETUM ALLII SATIVI seu **ALLIATUM.** Knoblauch-Essig. *Vinaigre d'Ail.*

Rec. Radicis Allii recentis quantum vis. Macera cum Aceti Vini albi Octuplo per dies quindecim, postea decantha. — *Vis:* Radicis. — *Usus*: tam internus quam externus.

ACETUM ANGELICAE. Engelwurz-Essig. *Vinaigre d'Angélique.* — Paratur ex Radice Angelicae uti Acetum rosatum (p. 12.).

ACETUM ANTHOSATUM seu **RORISMARINI.** Rosmarinessig. *Vinaigre de Romarin.* — Pari modo ex Herba Anthos paratur.

ACETUM ANTIHYSTERICUM seu **HYSTERICUM** Ludovici. Ludwigs Mutter-Essig. *Vinaigre hysterique de Louis.*

Rec. Spirit. flor. Lilior convall. Unc. unam, Olei Lavendulae Drachm. duas, Aceti Rutae Unc. unam, Essent. Castorei Drachm. unam. Misceantur.

ACETUM ANTIHYSTERICUM seu **HYSTERICUM** Mynsichti.

Rec. Herbae Rutae hortensis Unc. unam, Gummi Galbani Unc. semis, Asae foetidae Drachm. duas, Castorei Unc. semis, Aceti Vini optimi Unc. sedecim. Post sufficientem macerationem in vase vitreo supra arenam tepidam exprime et cola. — P h a r m a c o p o e a e H e l v e t i c a e e t D i s p e n s a t o r i i F u l d e n s i s f o r m u l a in summa rei cum hac congruit, nisi quod prior Drachm. duas solummodo Castorei et Aceti Libr. unam praescribit, posterior autem Asam foetidam omittit et duas Aceti Libras sumi proponit. — Mancetti praescribit Hb. Rutae rub. exsiccat., Granor. Chamaeactes āā Drachm. unam, Sagapeni, Galbani āā Drachm. semis, Rad. Peucedani, Castorei veri āā Drachm. duas, Callorum Equorum, Asae foetidae āā Drachm. duas cum Aceti Vini acerrimi q. satis digeri per 5—6 dies, donec Acetum perfectam acquirat tincturam; tum filtrari.

ACETUM ANTILYSSICUM Hannemanni. Hannemanns Wuth-Essig. *Vinaigre contre la Rage.*

Rec. Herb. Abrotani, Betonicae, Salviae, Cardui benedicti āā Drachm. sex, Aceti Vini optimi Unc. duodecim. Digerantur per aliquot dies; expresso adde Theriacae Andromachi Drachm. duas. Misce.

ACETUM ANTIMEPHITICUM MARAVILLIANUM sec. Augustini Pharmacop. extemporaneam. Maravillianischer Pestilenz-Essig. *Vinaigre antimephitique de Maravillian.*

Rec. Succi inspissati Allii sativi Unc. duas, Camphorae, Salis Ammoniaci āā Unc. duas et Drachm. unam, Aceti limpidissimi Libr. quinquaginta. Digere per octiduum vel ultra in amphora satis ampla et clausa modico calore in balneo arenae. — *Usus:* Ad fumigationes in aëre mephitico, conspergendis et alluendis rebus contagio infectis.

ACETUM ANTIMONII. Spießglanz-Essig. *Vinaigre d'Antimoine.*

Rec. Mineram Antimonii. Tere atque elice Acetum per retortam, prolectum funde super mineram novam, digere dies 2—3; tum destilla iterum per retortam, idque repete, donec quantitatem desideratam acquisiveris. — Secundum aliam methodum Minerae Antimonii laevigatae Aqua pluvialis affunditur, destillatur ad eminent. digit. aliquot, digeritur vase clauso in fimo equino, donec incipiant fermentare ac spumam ejicere; deinde abstrahitur aqua, augendo ignem in fine, redditur capiti suo mortuo et reaffusa aqua, quae abstracta erit, fiat cohobatio toties reiteranda, donec prodeat liquor acidus instar Aceti. — Hac operatione copiosa et inepta nihil aliud obtineri potest, nisi pauxillum Acidi sulphurosi et sulphurici, quod olim absurde ad sanguinem refrigerandum in febribus malignis adhibebatur.

ACETUM ANTISEPTICUM. Gift-Essig. *Vinaigre antiseptique.*

Synon.: Acetum prophylacticum seu cardiacum, Acetum quatuor Latronum, Acetum Allii compositum, Acetum Angelicae compositum, Acetum aromaticum alliatum, Acetum Camphorae antisepticum, Acetum medicatum. Präservativ- oder Sicherungs-Essig, Spitzbuben-Essig, zusammengesetzter Knoblauch-Essig. *Vinaigre de quatre Voleurs, Oxeole d'Absinthe alliacée.*

Rec. Herbae Absinthii Uncias tres,
» Anthos,
» Salviae,
» Menthae crispae,
» Rutae aa Unciam unam et semis,
Florum Lavendulae Unc. duas,
Radicis Allii recentis,
» Calami aromatici,
Cinnamomi acuti,
Caryophyllorum,
Nucum Moschatarum aa Drachmas duas.
Incisa et grosse contusa, macera per octo dies cum
Aceti optimi Unciis centum octo et viginti,
tunc exprime et adde
Camphorae in Spiritus Vini rectificatissimi Sesquiuncia solutae Unciam semis.

Serva usui. — Liquor rubrofuscus, clarus, aqua paullo gravior, odore fragrante acido-aromatico, uti et sapore. — *Vis:* ex nomine patet.

Acetum decolor vel turbidum, mucidum, acore et aromate egens, rejiciatur.

Usus: Adhibetur tam interne quam externe ad collutionem oris, odorandum, ad partes corporis aëri expositas lavandas, uti et vestes inspergandas, suffitu conclavia vaporibus impraegnanda, praecipue in morbis contagiosis.

Pharmac. Gallicae formula ad parandum Acetum antisepticum cum hac congruit, nisi quod praescribit Herb. Absinthii Unciarum trium loco Herb. Absinthii et Herb. Absinthii pontici aa Unc. duas, Herb. Menthae crispae loco Mentham aquaticam et Aceti albi loco Aceti rubri Libr. octo sumendas, porro Camphorae solutae Aceti radicalis Unc. semis admiscendam. — Dispensatorium Brunsvicense praescribit Herb. Absinthii vulgaris et romanae aa Unc. unam semis, Aceti rubri loco Acetum album, et omittit Acetum radicale; ceterum cum hac formula convenit. — Pharmac. Succicae formula, ad Acetum Angelicae compositum: Rec. Rad. Angelicae Libr. unam, Summitat. Absinthii Sesquiunciam, Allii recentis Unc. dimidiam, Aceti Libr. octo. Digere blando calore per dies octo, cola exprimendo et colaturae adde Camphorae in Alcohole Vini solutae Semiunciam. — Serva. — Haec formula omnino cum illa Pharmac. Gallicae ex editione Fée congruit. — Pharmac. Rossicae formula: Rec. Rad. Angelicae, Imperatoriae aa Unc. unam et semis, Spicarum Allii Drachm. duas, Herb. Absinthii, Rutae, Menthae, Salviae, Anthos, Florum Lavendulae aa Unc. duas. Mixta, incisa, digere in Aceti Vini Libr. octo in cucurbita vitrea, probe clausa, justo calore, per duodecim vel balneo arenae per tres dies. Liquor fortiter expressus, filtratus, usui servatur. — Si expetitur hoc acetum cum Camphora, tunc additur Camphorae in Spiritu Vini solutae Unc. dimidia. — Pharmac. Austriacae formula: Rec. Rad. Angelicae, Inulae, Levistici, Calami aromatici, Allii recentis aa Drachm. duas, Herb. Absinthii, Abrotani, Anthos, Menthae crispae, Salviae aa Unc. semis, Florum Lavendulae Unc. duas, Aceti Libr. octo. Macera per tres dies in lagena bene clausa, cola fortiter exprimendo, filtra et colaturae adde Camphorae tritae Drachm. sex. Serva. — Pharmac. Hispanicae formula ad ACETUM CAMPHORAE ANTISEPTICUM: Rec. Summitat. Absinthii, Anthos, Salviae, Menthae, Rutae aa Unc. unam et semis, Flor. Lavendulae Unc. duas, Alliorum Drachm. duas, Piperis Tabasci (Seminis Amomi) Unc. unam, Aceti optimi Libr. octo. Incis. et contus. digere calore solis vel igne arenae in matracio obturato per duodecim dies, cola, fortiter exprime et filtra, tunc adde Camphorae Spiritu Vini solutae Semiunciam. Serva usui. — Pharmac. usuelle de Van Mons formula: Rec. Rad. Allii et Calami aromatici, Cinnamomi, Caryophyllorum, Nuc. Moschatae aa Part. unam, Camphorae Part. duas, Herb. Menthae crispae, Anthos, Rutae, Salviae aa Part. sex, Flor. Lavendulae Part. octo, Herb. Absinthii, Spiritus Vini simplicis aa Part. duodecim, Aceti Vini albi Part. quinquaginta. Incis. et contus. macerentur cum Spiritu Vini et Aceto per viginti dies, cola cum expressione et adde Camphorae, Alcoholis pauxilli *ope* pulveratae, Part. duas. Serva. — Pharmac. Batavae voluminis posterioris formula ad ACETUM QUATUOR LATRONUM: Rec. Cinnamomi, Macidis, Caryophyllorum aa Unc. semis, Ligni Santali albi, Rhodii, Semin. Foeniculi aa Drachm. duas. Concis. *digere*

per dies duas cum Aceti Vini ex Vino burgundico Mensur. duabus leni calore, deinde adde Herb. Absinthii, Anthos, Menthae piperitae, Flor. Lavendulae āā Unc. semis, Herb. Majoranae Drachm. unam. Concis. digere per dies ... ebulliant et refrigescant; cola ... — Borries formulaire de Montpellier ad ACETUM QUATUOR LATRONUM: Rec. Allii Unc. duas, Camphorae Unc. unam, Olei essentialis Absinthii, Anthos, Menthae, Rutae, Lavendulae, Salviae et Caryophyllorum āā Scrup. duos, Aceti radicalis Unc. duodecim. — Macera per dies quinque vel sex, decantha et serva. — Borries formulaire de Montpellier ad ACETUM QUATUOR LATRONUM COMPOSITUM: Rec. Cinnamomi, Caryophyllorum, Macidis, Nucum Moschatarum, Camphorae āā Unc. unam, Allii Unc. duas, Oleorum essentialium praecedentis formulae āā Scrup. duos, Aceti radicalis, Ac. quatuor Latronum āā Libr duas. — Macera per dies quinque vel sex, tum filtra et serva.

ACETUM ANTISEPTICUM seu QUATUOR LATRONUM VERUM (?) sive CUM MOSCHO Pharmac. anticholericae.

Rec. Herb. Absinthii Grana quadraginta quinque, Hb. Rorismarini, Salviae, Menthae crispae, Rutae hortensis āā Grana viginti duo, Flor. Lavendulae Drachm. semis, Spicarum Allii, Cinnamomi acuti, Radic. Calami aromatici, Caryophyllorum aromaticorum, Moschi āā Grana octo. Incisa et contusa probe misceantur et infundantur calore justò in vase clauso per horas duodecim Aceti Vini Unc. quatuor, Camphorae, Spiritu Vini solutae, Grana sedecim.

ACETUM ARMORACIAE. Meerrettig-Essig. *Vinaigre de Raifort Sauvage.*

Rec. Radic. Armoraciae recentis Unc. unam, Aceti Vini Unc. duodecim. Mixta macerentur sub terra per quatuordecim dies; serva. — *Vis:* cosmetica, discutiens.; praecipue contra lentigines faciei commendabatur, nec minus in scorbuto. — *Usus:* Ad lavandum.

ACETUM AROMATICUM Pharmac. Borussicae, ACETUM BEROLINENSE. Gewürz-Essig. *Vinaigre aromatique.*

Rec. Herb. Anthos, Salviae, Menthae piperitae āā Unc. duas, Caryophyllorum, Radic. Zedoariae, Angelicae āā Unc. dimidiam, Aceti cocti quantum satis. Digere per triduum in vase clauso, tunc exprime, ut sit colatura Librarum sex. Serva in vasis bene obturatis. — Liquor rubro-fuscus, limpidus, grate aromatico-acidus. — *Vis:* excitans, exhilarans, confortans, diaphoretica, antiseptica. — *Usus:* Aceti antiseptici. — Huius loco uti et Aceti Bezoardici (p. 4.) hic saepius praescribitur.

Pharmac. Hassiae formula cum hac congruit, nisi quod insuper addendas praescribit Herb. Absinthii Unc. duas, contra autem Rad. Angelicae omittit; praeterea Aceti pondus stricte, nempe Libr. octo, praescribit, et colaturae addendas Spiritus Anthos Unc quatuor. — Pharmac. Hannoveranae, Pharmac. Slesvico-Holsaticae, Pharmac. Polonicae et Hufelands Armen-Pharmacopoe formulae omnino cum hac conveniunt. — Pharmac. Amstelodamae formula ab his in eo solummodo discrepat, quod Rad. Zedoariae loco Radicem Imperatoriae, et Herbae Menthae piperitae loco Herbam Menthae crispae sumendam, porro Herb. Rutae Unc. duas et Flor. Lavendulae Unc. tres admiscendas praescribit.

ACETUM AROMATICUM Pharm. Saxonicae.

Rec. Specierum aromaticarum Pharmacop. Saxonicae Partem unam, Aceti Vini crudi Partes decem. Mixta macerentur in vase vitreo clauso, arenae tepidae fotu per quadriduum, deinde per linteum expresso humori et percolato adde Spiritus Anthos Partis unius trientem. — Serva in lagena subere incerato obturata et vesica suilla bene obligata.

ACETUM AROMATICUM Pharmac. Batavae et Pharmac. Belgicae.

Rec. Rad. Calami aromatici, Angelicae āā Drachm. sex, Summitat. Absinthii Unc. duas cum dimidia, Herb. Salviae Unc. tres cum dimidia, Herb. Rutae Unc. duas, Macidis Drachm. duas, Aceti Vini Libr. octo. Macera leni calore in vase vitreo, cono chartaceo clauso, per aliquot dies. Liquori per colum fortiter expresso et deinde per chartam filtrato adde Tincturae Camphorae Unc. dimidiam. Serva in vase clauso.

ACETUM AROMATICUM Pharm. Bavaricae.

Rec. Rad. Calami aromatici, Allii recentis āā Part. unam, Summitat. Absinthii, Salviae, Rutae, Menthae piperitae, Serpylli āā Part. duas, Caryophyllorum Part. dimidiam. Concis. et contus. adde Aceti crudi Part. nonaginta; digere in vase leviter clauso per dies tres, saepius agitando, temperatura 25—30° R., cola cum expressione, tunc admisce Camphorae cum Spiritu Vini tritae dimidium Caryophyllorum pondus; tum, per tres dies seposita, decantha et partem liquoris limpidam serva.

ACETUM AROMATICUM Pharmac. Danicae et Pharmac. Oldenburgicae.

Rec. Herb. Absinthii, Anthos, Salviae, Menthae piperitae āā Unc. duas, Cinnamomi indici Unc. dimidiam, Caryophyllorum, Nucum Moschatarum āā Drachm. duas, Aceti crudi Libr. octo. — Post sufficientem macerationem in vase vitreo supra arenam tepidam exprime et cola.

ACETUM AROMATICUM seu PROPHYLACTICUM Pharmac. Fennicae.

Rec. Summitat. Absinthii, Millefolii, Herb. Menthae piperitae, Flor. Lavendulae, Caryophyllorum, Rad. Zinziberis āā Drachm. quatuor, Aceti Vini Gallici ad ebullitionem calefacti Libr. septem et dimidiam, Aceti concentrati Libr. dimidiam. Macerentur per quatuor dies. Humor deinde expressus lactis recentis ope clarificetur et per chartam coletur; tandem addantur Spiritus Rorismarini Unc. quatuor.

ACETUM AROMATICUM seu ODORATUM Pharmac. Helveticae.

Rec. Rad. Angelicae, Cyperi rotundi, Galangae minoris, Zedoariae āā Unc. semis, Herb. Basilici, Salviae nobilis, Flor. Lavendulae, Liliorum convallium, Anthos, Rosarum rubrarum āā Drachm. tres, Caryophyllorum, Cinnamomi acuti, Ligni Rhodii, Flaved. Cort. Citri recentium āā Drachm duas, Aceti Vini optimi Libr. duas. Incis. et contus. affundatur Acetum in vase vitreo mundo, et post digestionem aliquot dierum filtratus Liquor ad usum reponatur.

ACETUM AROMATICUM seu PROPHYLACTICUM Pharmac. Suecicae.

Rec. Summitat. Anthos, Herb. Salviae āā Unc. quatuor, Flor. Lavendulae Unc. duas, Aceti Vini Libr. octo. Macerentur per quatuor dies, humor expressus lactis recentis ope clarificetur et coletur. — Pharmac. Suecicae priorum editionum, Lusitanicae et Spielmanni formula cum hac congruit, nisi quod insuper addendas praescribit Caryophyllorum Drachm. duas et clarificationem lactis ope omittit. — Pharmac. Edinburgensis formula eadem est, praescribit autem Aceti crudi loco Acetum destillatum. — Cum hac congruit Coxe American Dispensatory formula.

ACETUM AROMATICUM seu PROPHYLACTICUM Pharmaciae rationalis Piderit.

Rec. Rad. Angelicae, Petasitidis āā Unc. tres, Herb. Scordii, Rutae āā Sesquiunciam, Cortic. Citri Unc. quatuor, Myrrhae optimae Drachm. sex, Aceti Vini Libr. septem. Stent in digestione, donec Acetum saturatum fuerit; filtretur cum expressione et postea addatur Camphorae, mucilagine Gummi arabici solutae, Unc. dimidia. Servetur.

ACETUM AROMATICUM Pharmac. Ferrarensis et Taddei.

Rec. Aceti albi Libr. sex, Rad. Iridis, Petalorum Rosarum, Dianthi āā Unc. unam, Cinnamomi, Nucis Moschatae, Caryophyllorum, Cortic. Aurantiorum, Storacis, Benzoës āā Drachm. duas, Herb. Majoranae, Menthae, Thymi, Dictamni cretici āā Unc. unam. Post digestionem per mensem fiat, moderato calore, destillatio.

ACETUM AROMATICUM EXTEMPORANEUM.

Rec. Terrae foliatae Tartari Drachm. unam, Olei aetherei Limonii Gutt. tres, Ol. Vitrioli Gutt. viginti. — Misce caute in vitro epistomio optime clauso.

ACETUM AROMATICUM Kleinii.

Rec. Rad. Zedoariae, Galangae āā Semiunciam, Herb. Anthos, Rutae, Mari veri, Flor. Lavendulae āā Drachmas duas, Cortic. Citri recentium, Caryophyllorum, Cubebarum, Cardamom. minor. āā Unc. semis. Commixt. misceantur et immittantur Aceti optimi Unc. quadraginta, Acet. Liliorum Convallium, Tunicae āā Unc. duae. Asservetur in vase probe clauso.

ACETUM AROMATICUM ODORATUM Mynsichti.

Rec. Rad. Iridis florentinae Unc. unam et semis, Flor. Lavendulae, Rosarum rubrarum, Tunicae āā Unc. unam, Caryophyllorum, Cinnamomi acuti āā Unc. semis, Nucum Moschatarum, Macidis, Galangae minoris, Zedoariae āā Drachm. tres, Corticum Aurantiorum, Citri āā Drachm. unam, Styracis Calamitae, Myrrhae rubrae, Benzoës āā Drachm. unam semis, Herb. Anthos, Rutae, Majoranae, Salviae āā Drachm unam, Galliae Moschatae verae, Ligni Aloës, Santali citrini, Spicae indicae āā Drachm. semis, Aceti Vini violati quantum satis. Misce et Acetum tinctum et bene impraegnatum usui asservetur.

ACETUM ASAE FOETIDAE Maya.

Rec. Asae foetidae Unc. octo, Aceti Vini praeparati Libr. quatuor. — Misce, stent in digestione lenissimo calore per quatuor dies, deinde filtrentur.

ACETUM BELLADONNAE Pharmac. Herbipolitanae. Tollkrautwurzel-Essig. *Vinaigre de Belladonne.*

Rec. Rad. Belladonnae recentis in taleolas tenues sectae et non nihil siccatae Unc. unam semis, Aceti Vini concentrati Libr. unam. Maceretur per quatuordecim dies in lagena vitrea, saepius concutiendo, deinde coletur cum levi expressione Acetum, cui addatur Spiritus Vini tenuioris Unc. una. Post aliquot dierum moram Acetum clarum decantha et serva. — Haec formula cum Pharmac. extemporaneae Augustini congruit. — Van Mons contra in Pharmac. usuelle praescripsit Herb. Belladonnae recentis, Spiritus Vini simplicis āā Partem unam cum Aceti ex Spiritu Vini Partibus octo per dies quindecim macerandas, postea exprimendas et Liquorem servandum; quae formula autem minus quam praecedens laudanda. — Praecipue in hydrophobia celebratum.

ACETUM BEZOARDICUM Pharmac. Wirtembergicae. Bezoar- oder Gift-Essig. *Vinaigre Bezoardique.*

Rec. Radic. Angelicae, Enulae, Imperatoriae, Hirundinariae, Zedoariae āā Drachm. sex, Herb. Scordii, Rutae, Salviae āā Unc. unam, Baccar. Juniperi Unc. semis, Flaved. Corticum Citri Drachm. sex. Minutim incisis affundantur Aceti Vini optimi non destillati Libr. tres. Post sufficientem digestionem exprimantur et filtratum Acetum ad usum reponatur. — *Vis et Usus:* Aceti antiseptici et aromatici.

Dispensatorium Brandenburgicum praescribit Baccarum Juniperi et Lauri āā Unc. semis, Radic. Angelicae, Dictamni albi, Enulae, Imperatoriae, Pimpinellae, Tormentillae, Valerianae, Hirundinariae, Zedoariae, āā Drachm. sex, Herb. Rutae, Salviae, Scordii, Flor. Calendulae, Lavendulae, Melissae, Rosarum rubrarum, Flaved. Corticum Aurantiorum et Citri, Ligni Santali citrini, Caryophyllorum, Macid., Myrrhae āā Drachm. duas, Ligni Sassafras Unc. semis; omnibus grosse pul-

veratis, cum Aceti Florum Tunicae Libris tribus macerari, tunc in vase optime clauso asservari. — Pharmac. Palatinae formula: Rec. Radic. Angelicae, Levistici āā Unc. tres, Herb. Melissae, Rutae, Scordii āā Unc. unam, Cortic. Citri recenter siccatorum Unc. duas, Bacc. Juniperi Unc. quatuor. Incis. et contus. affundatur Aceti Vini optimi sufficiens quantitas ad quatuor vel quinque digitorum transversorum eminentiam. Peracta digestione abstrahatur in alembico vitreo. Huic destillato Aceto rursus affundatur Cortic. Citri citimorum, Radic. Angelicae, Contrajervae, Enulae, Morsus Diaboli, Zedoariae āā Unc. semis, Herb. Rutae, Scordii, Myrrhae rubrae, Bacc. Juniperi āā Unc. una, Croci austriaci Drachm. duae; inc. et cont. stent per octiduum in infusione calida vitro probe clauso, deinde coletur et filtretur Acetum. — Dispensatorii Hamburgensis formula: Rec. Herb. Abrotani, Hyssopi, Rutae, Salviae, Bacc. Lauri, Juniperi āā Manip. unum, Rad. Aristolochiae longae, Angelicae, Cort Citri āā Drachm. tres, Gran. Chermes Drachm. duas, Nuc Moschatae Unc. semis. Inc. misceantur, infundantur in Aceti acerrimi Libr. trib. in vase bene clauso. — Dispensatorii Fuldensis formula ad ACETUM BEZOARDICUM seu PROPHYLACTICUM: Rec. Rad. Angelicae, Valerianae silvestris, Hb. Salviae, Menthae crispae, Bacc. Juniperi āā Unc. unam. Minutim conc. et contus. affundantur Aceti Vini veri Libr. quatuor. Vase clauso digerantur per tres dies calide et post sufficientem extractionem filtretur Acetum, eique tum addantur Spiritus Vini Gallici rectificati Unc. duae. Mixtum servetur.

ACETUM BEZOARDICUM seu FEBRIFUGUM Sylvii, ACETUM PROPHYLACTICUM seu AQUA PROPHYLACTICA Sylvii.

Rec. Rad. Angelicae, Zedoariae āā Unc. unam, Rad. Petasitidis Unc. duas, Herb. Rutae, Melissae, Scabiosae, Flor. Lavendulae āā Unc. duas, Nuc. juglandium immaturarum concisarum Libr. duas, Pomorum Citreorum recentium concissorum Libr. unam. Contusis omnibus affunde Aceti Vini optimi Libr. duodecim. Digerantur per noctem, mane destillentur igne lento ad siccitatem fere, cavendo empyreuma. — Olim magnopere celebratum in febribus, cunctis affectibus epidemicis et peste ipsa cet Hodie vix adhibetur. — Aliae formulae ad varia ACETA BEZOARDICA in Junckens Corpore pharmaceutico-chymico, Schröders Arzneischatz aliisque pharmacopoeis antiquis invenies, quae autem hodie a medicis non amplius praescribuntur, quare praetereundas putamus.

ACETUM CALENDULAE. Ringelblumen-Essig. *Vinaigre de Souci.* — Paratur pari modo atque Acetum Lavendulae (p. 8).

ACETUM CAMPHORATUM, ACETUM VINI CAMPHORATUM. Kampher-Essig. *Vinaigre camphré.*

Rec. Camphorae, Alcohole Vini duplo solutae, Partem unam, Aceti crudi optimi Partes trecentas. Misce, digere lenissimo calore et solutione refrigerata filtra. — Liquor flavescens, odore et sapore acido et camphorino.—*Vis:* discutiens, resolvens, excitans. — *Usus:* tam externus quam internus.

Pharmac. Pauperum Hamburgensis prim. edition. formula cum hac partim congruit, praescribit autem Camphoram in Liquoris anodyni Hoffm. triplo solvi et cum Aceti Vini optimi octoginta Partibus commisceri. — Pharmac. Pauperum Hamburgensis secund. edit. formula: Rec. Camphorae pulveratae Drachmam semis, Mucilaginis Gummi arabici Drachm. duas. Terendo sensim adde Aceti Vini optimi Unc. quinque. — Pharmac. Slesvico-Holsaticae, Wollkopfii, et Dispensatorii Lippiaci formulae in summa rei cum hac congruunt. — Mayr ad Camphorae Grana quinque Mucilaginis Gummi arabici Drachm. semis et Aceti Vini Unc. unam scribit. — Pharmac. Borussicae castrensis formula ad ACETUM VINI CAMPHORATUM: Rec. Camphorae Drachm. semis, Spiritus Vini rectificati Guttas decem. Tritis sensim admisce Gummi arabici pulverati, Sacchari albi āā Unc. semis, Aceti Vini. Unc. octo. Servetur in vitro obturato. — Pharmacop. Hassiae et Pharmacop. Hannoveranae (edit. prim.) formula cum hac congruit, nisi quod Camphorae Part. unam, Gummi arabici Part. duas, Sacchari Part. quatuor et Aceti Part. nonaginta sex commisceri praescribit. — Pharmac. generalis Spielmanni, Pharmac. Herbipolitanae et Cadet de Gassicourt formula: Rec. Camphorae Drachm. unam. Tere in mortario lapideo cum Spiritus Vini rectificati Gutt. viginti, Sacchari albi Unc. duabus; probe tritis affundantur Aceti Vini optimi Unc. decem. — Augustini Pharmac. extemporanea Aceti crudi loco Acetum destillatum praescribit. — Dispensatorii Fuldensis et Pharmac. usuelle de Van Mons formula: Rec. Camphor. pulverat. Part. unam, Aceti optimi nonaginta sex. Misce. — Formulaire pharmaceutique à l'usage des hospitaux militaires de France ad Camphorae Part. unam Aceti Part. centum praescribit. — Swediaur Pharmacop. medici practici universalis ad Camphorae Part. unam Aceti Part. decem usque sedecim praescribit. — Ferrarini Farmacopea Aceti destillati totidem sumere jubet et Taddei Farmacopea generale ad unam Camphorae Part. octoginta Aceti Part. praescribit.

ACETUM CAPSICI v. Acetum Piperis hispanici (p 10).

ACETUM CARYOPHYLLORUM FLORUM v. Acetum Tunicae florum (p. 14).

ACETUM CASTOREI ABSTRACTICIUM. Destillirter Bibergeil-Essig. *Vinaigre de Castoreum distillé.*

Rec. Castorei Moscovitici minutim concisi Unc. unam, Aceti Vini optimi Unc. sedecim. Destillent ex retorta Unc. octo. Servetur usui.

ACETUM CEREVISIAE. Bier-Essig. *Vinaigre de Bière.* — Paratur simili modo ex Liquore Cerevisiae destinato, sed omisso Lupulo, uti Acetum Vini (I. i.). Minoris autem plerumque est pretii.

ACETUM CHALYBEATUM seu **FERRI**, Acet. martiale, Extractum Martis aceticum, Tinctura Martis adstringens, Vitriolum Martis liquidum, Acetas Ferri liquidus. Stahl- oder Eisen-Essig. *Vinaigre chalybé* ou *martial.*

Rec. Aceti crudi optimi Unc. duodecim, Limaturae Martis purae Unc. unam. Stent in digestione frigida per triduum, tunc cola. — Liquor obscure fuscus, acido-stypticus. Solutio est aquosa Ferri acetici oxydo-oxydulati. — *Vis:* adstringens. — *Usus:* Tam internus quam externus; hodie autem apud nos rarissime adhibetur. — Pharmac. Amstelodamensis Liquorem ad dimidium evaporari jubet. — Taddei in Farmacop. generale Aceti crudi loco Acetum destillatum praescribit. — Pharmac. Wirtembergicae formula ad Tincturam Martis adstringentem etiam partim congruit; praescribit autem Limaturae Martis Part. quatuor cum Aceti crudi Part. novem digeri, solutionem ad quartae partis remanentiam evaporari et residuo Spiritus Cydoniorum Part. quatuor admisceri, tunc liquorem per digestionem probe unitum filtrari (Conf. quoque Liquor Ferri acetici et Tinctura Ferri acetici).

ACETUM CITRI CORTICUM seu **CORTICUM CITRI.** Citronenschalen-Essig. *Vinaigre de Citron.*

Rec. Cortic. Citri concis. Unc. quatuor, superaffunde Aceti Vini fervidi Unc. octo. Digere per quadrantem horae, tunc admisce Aceti Vini frigidi Unc. sedecim; digere per horam in balneo Mariae; filtra et serva.

ACETUM COFFEAE seu **COFFEANUM EXTEMPORANEUM**, Potio antinarcotica. Kaffee-Essig. *Vinaigre de Café.*

Rec. Semin. Coffeae tostae Unc. tres, Aceti Unc. duodecim. Calefac fere ad ebullitionis gradum usque, cola et adde Sacchari albi Sesquiunciam. — Praecipue ut antidotum contra opii effectum narcoticum laudatur.

ACETUM COLCHICUM seu COLCHITICUM. Zeitlosen-Essig. *Vinaigre colchique.*

† Rec. Radic. Colchici recent. mense Julio collectarum et minutim concisarum Unc. quatuor, Aceti crudi optimi Libr. quatuor. Macera per septimanam in vase clauso, colaturae adde Spiritus Vini rectificati Unc. duas. Filtra et serva. — Liquor badius, nauseoso-amarus et acidus. — *Vis:* incidens, diuretica, facile purgans, emetica, drastica. — *Usus:* Interne caute in parva dosi. — *Praep:* Oxymel.

Pharmac. Brunsvicensis, Ferrariensis, Hispanicae, Saxonicae, Wirtembergicae, et Pideriti Pharmaciae rationalis formulae cum hac congruunt, Spirit. Vini autem omittunt. — Pharmac. Londinensis et Dublinensis ad unam Rad. Part. sedecim Aceti et unam Spirit. Vini praescribunt. — Pharmac. Borussica et Russica parari praescribunt uti Acetum scilliticum (p. 14). — Pharmac. Herbipolitana praescribit ad Rad. Colchici Part. unam Aceti Part. novem et Spirit. Vini Part. ⅔. — Spielmanni Pharmac. generalis, Pharmac. Hispanica et Pharmac. Lusitanica ad Rad. Colchici Part. unam Aceti Part. sex praescribunt et posterior insuper addi jubet Spiritus Vini Part. dimidiam. — Van Mons Pharmacop. usuélle ad Colchici Part. unam Aceti Part. quinque et Spiritus Vini simpl. Part. duas praescribit.

† **ACETUM COLCHICI FLORUM.** — Paratur maceratione Florum Colchici siccatorum Unc. una cum Aceti Unciis duodecim, expressione et filtratione.

ACETUM CONCENTRATUM. Concentrirter Essig. *Vinaigre concentré.*

Synon.: Acidum aceticum, Acidum aceticum dilutum seu tenue Pharmacopoearum nonnullarum, Spiritus Aceti dilutus, Aceti loco per frigus concentratum.

Rec. Sacchari Saturni Libras quatuor,
Olei Vitrioli anglici Uncias tredecim et dimidiam,
Aquae Unciis viginti quatuor dilutas,

Mixta in cucurbita vitrea satis ampla, ad dimidium tantum replenda, in superiore convexitate uti et in collo charta et carbonum strato, glutinis farinacei ope obducta; digere leni calore per viginti quatuor horas, subinde agitando; deinde, adaptato alembico vitreo, cucullo papyraceo tecto, cum excipulo tubulato siphone instructo, cujus crus interius fundum paene attin-

git et supposita cruri externo lagenâ non penitus clausa, vel adaptato refrigeratorio GOETTLINGIANO cum tubulo interno vitreo, fiat destillatio ad siccum; liquor prodiens repetitis vicibus auferendus, quam diu purus inveniatur; ultima autem portio, acido sulphuroso inquinata, separatim excipienda. — Liquor aqueus, odore et sapore penetrante acido, p. spec. 1,04. — Est Acidum aceticum 2½ Aquae partibus circiter mixtum. — *Vis:* analeptica, antiseptica, antiphlogistica, diaphoretica; pure autem *per se interne* adhibiti, toxica.

Sit limpidum, odoris fragrantis grate acidi, minime sulphurosi aut empyreumatici, tantaeque aciditatis, ut partes duae Kali carbonici partem unam penitus decomponant; addito liquore argenti acetici vel barytae muriaticae non turbetur, acidi hydrothionici ope minime colorem assumat.

Usus: Tam interne quam externe, aqua dilutum, adhibetur; acetum destillatum (v. i.) supplere potest. — Ad solutiones varias et paranda plura Salia acetica inservit; additur aliis quoque compositionibus.

Pharmacopoeae Bavaricae Formula in universum cum hac congruit, praescribit autem Acetum supra Magnesiae Vitriariorum subtilissime pulveratae Part. tres rectificari.

ACETUM CONCENTRATUM Pharmacop. Borussicae et Hannoveranae.

Rec. Kali carbonici Unc. sedecim, Aceti destillati quantum sufficit ad perfectam neutralisationem. Evaporent ad Unc. triginta sex, quibus refrigeratis, filtratis et in retortam vitream immissis adde Magnesiae Vitriariorum subtiliss. tritae Unc. duas, Olei Vitrioli anglici Unc. duodecim, Aquae fontan. Unc. sex dilutas. Retortae collum ablue Aquae destillat. Unc. duabus. Adaptato vase recipiente et juncturis clausis fiat destillatio ad siccum. Si destillatum acido sulphuroso aut empyreumate scatet, super Magnesiae Vitriariorum subtiliss. tritae Unc. una, si vero acido sulphurico, super Kali acetici sufficiente quantitate rectificetur. — Liquor acidus praecedenti simillimus, sed dimidio debilior. — Cum hac formula congruunt praescriptiones Pharmac. Hassiae, Danicae, Fennicae, Polonicae, Suecicae (ACIDUM ACETICUM DILUTUM), Oldenburgicae, nisi quod ex earum praescriptione Liquor salinus ad Unciarum quadraginta remanentiam evaporandus et Oleum Vitrioli cum pari Aquae quantitate diluendum. — ACETUM CONCENTRATUM Pharmac. Slesvico-Holsaticae multo fortius est. Praescribit enim Sacchari Saturni Unc. triginta duas cum Olei Vitrioli Unc. novem et Aquae Unc. quatuor et semis in apparatu supra descripto ad siccum destillari. Inservit Acidi acetici loco (conf. Acetum radicale p. 11.).

ACETUM CONCENTRATUM ex Aceto Lignorum (p. 9.) quoque parari potest, quod cum Sale Sodae (I. p. 303.) saturatum filtratur, ad siccum evaporatur. Sal residuum igne celeriter, sed brevi tantum tempore, funditur, tum in una et dimidia Aquae Parte solvitur; liquor filtratus decolor, omnis empyreumatis expers, Olei Vitrioli anglici ope dimidio salis pondere decomponitur et in apparatu idoneo Acetum destillatur, quod, nisi empyreumate plane privatum, carbonum sanguinis depuratorum ope purgandum.

ACETUM VINI CONCENTRATUM seu ACETUM GELU CONCENTRATUM Pharmacop. Suecicae et plurium aliarum.

Rec. Aceti Vini quantum vis; in vase ligneo glaciatur gelida hieme. Humor non gelatus defunditur et servatur. — Liquor peracidus subflavescens — Sit tantae aciditatis ut tres partes sufficiant ad Kali carbonici sicci partem unam saturandam.

ACETUM CONCENTRAT. seu AC. VINI CONCENTRATUM sec. MAYR paratur, si Acetum Vini in balneo Mariae ad dimidium evaporetur, tunc post 24 horas filtretur. — Modus ineptus.

ACETUM CONFORTANS s. CLOSSAEI. Stärkender Essig. *Vinaigre confortant.*

Rec. Herb. Rutae Unc. duas, Fumariae Drachm. sex, Baccar. Juniperi Unc. duas, Caryophyllor., Macid., Castorei āā Unc. semis. Contusis affunde Aceti Vini Libr. tres. Insola per aliquot dies vel macera retro fornacem.

ACETUM CORDIALE MICHAËLIS. Herz-Essig. *Vinaigre cordial.*

Rec. Flor. Anthos, Rosar., Tunicae, Borraginis, Buglossi, Violarum, Lilior. convall., Herb. Meliss., Cinnamomi, Caryophyllor., Macidis, Cassiae fistulae, Seminum Meliss. et Cinae, Ligni Santali citrini, Lign. Aloës et Rhodii. Omnium quantitatem indefinitam cum Aceto Vini extrahi praescribit KRAEUTERMANN.

ACETUM CYANI FLORUM. Blauer Kornblumen-Essig. *Vinaigre de Bluet.* — Paratur uti Acetum Lavendulae (p. 8.)

ACETUM DENTIFRICIUM. Zahn-Essig. *Vinaigre dentifrice.*

Rec. Radic. Pyrethri Unc. duas, Cinnamomi, Caryophyllor., Ligni Guajaci āā Drachm. duas, Spirit. Cochleariae Unc. duas, Aq. vulnerariae Unc. quatuor, Aceti albi opt. Libras quatuor. — Post digestionem sufficientem cola.

ACETUM DESTILLATUM. Destillirter Essig. *Vinaigre distillé.*

Synon.: Acetum stillatitium, Acetum Vini destillatum seu purificatum, Acidum aceticum tenue seu dilutum, Acidum acetosum, Spiritus Aceti. Essiggeist. *Acide acetique* ou *aceteux distillé.*

Rec. Aceti crudi quantum vis; addita vigesima Parte Carbonum Ligni recens ustorum et grosse pulveratorum, destillet e retorta vitrea vel vesica cuprea, intus stanno obducta et alembico vitreo instructa cum refrigeratorio Goettlingiano, cujus tubus internus vitreus, igne moderato, optime in balneo liquoris Calcariae muriaticae. Rejiciatur pars primo prodiens, acido egens spiritumque vini plerumque continens; continuetur destillatio quamdiu acetum coloris et empyreumatis expers obtinetur.—Liquor limpidus, odore et sapore grate acido, sed Aceto concentrato multo debiliore.—Est Acidum aceticum multa Aqua dilutum.— *Vis:* Aceti concentrati, multo autem mitior est.

Sit tantae aciditatis, ut Unciae tres sufficiant ad Kali carbonici Drachmam decomponendam. Ceterum puritas eodem modo quo Aceti concentrati investigatur.

Usus: Aceti concentrati, quod cum undecim Aquae destillatae partibus mixtum Acetum destillatum supplet.—

Pharmac. Slesvico-Holsatica autem ad Aceti concentrati Partem unam Aquae destillatae Partes septem praescribit, et Pharmac. Hassiae ad unam Aceti concentrati quatuor Aquae Partes vel quantum sufficit, ut liquor ponderis specifici sit 1,008.

Reliquarum Pharmacopoearum praescriptiones non notabiliter a nostra discedunt, nisi quod plures Carbonum additionem omittant, tum autem liquor prius empyreumate inquinatus prodit.—Productum tamen pro ratione adhibiti Aceti crudi et laboris moderatione plus minus aciditate variat.

ACETUM DIAPHORETICUM Mynsichti seu ACETUM LIGNORUM. Mynsichts schweißtreibender Essig oder Holz-Essig. *Vinaigre diaphoretique de Mynsicht ou de Bois.*

Rec. Radic. Sassaparillae, Chinae āā Unc. unam, Ligni Sassafras Drachm. sex, Flor. Sambuci Unc. semis, Cassiae ligneae Drachm. duas. Concisa macerentur in sufficiente Aceti Vini quantitate, donec rubini instar tingantur; postea filtretur.

† ACETUM DIGITALIS. Fingerhut-Essig. *Vinaigre de Digitale.*

Rec. Herb. Digitalis siccat. Unc. unam semis, Aceti crudi Unc. octo. Fiat infusio frigida triduana, deinde cola.

ACETUM DIGITALIS SACCHARATUM v. Oxysaccharum Digitalis.

ACETUM DRACUNCULI. Estragon- oder Dragun-Essig. *Vinaigre d'Estragon.*

Rec. Summitatum Dracunculi recent. Unc. unam, Aceti Vini Libr. unam; post sufficientem macerationem cola et serva. — *Vis* et *Usus:* Herbae (I. p. 115). — Pharmac. Hispanica ad Dracunculi Part. unam, Aceti Part. octo praescribit.

ACETUM FRAGORUM. Erdbeer-Essig. *Vinaigre de Fraises.* — Paratur uti Acetum Rubi idaei (p. 12).

† ACETUM HELLEBORI ALBI seu VERATRI ALBI Weiße Nießwurzel-Essig. *Vinaigre d'Ellebore blanc, Dr. Wendt.*

Rec. Radic. Hellebori albi Drachm. unam, Aceti crudi Unc. viginti. Coque et cola.

ACETUM HELLEBORI seu ELLEBORI NIGRI. Schwarze Nießwurzel-Essig. *Vinaigre d'Ellebore noire.*

Rec. Radic. recent. Hellebori nigri concis. Unc. unam semis, Aceti crudi Libr. unam. Macera per dies quatuordecim, cola leviter exprimendo et adde Spirit. Vini rectificatissimi Unc. unam; post aliquot dies decantha.

ACETUM HISPALENSE seu CYPERI LONGI AROMATICUM. Gewürzhafter Cyperwurz-Essig. *Vinaigre de Souchet long aromatique.*

Rec. Rad. Cyperi longi Libr. duas, Flor. Rosar. rubr. Unc. novem, Summitatum Anthos, Thymi, Lavendulae āā Unc. unam et semis, Seminum Meliloti Libr. unam semis, Piperis Tabasci (Semin. Amomi) Unc. duas, Benzoës Unc. semis. Incisa et contusa infunde in Aceti opt. Libr. decem; digere, destilla ex retorta vitrea, donec liquor stillans empyreumaticum spiret odorem, et vase rite clauso serva.

ACETUM LAVENDULAE. Lavendel-Essig. *Vinaigre de Lavande.*

Rec. Flor. Lavendulae siccat. Unc. unam, Aceti crudi Unc. sex. Misce, digere per aliquot dies, cola cum expressione et serva usui. — *Vis:* excitans, confortans. — *Usus:* Externus ad odoramenta, fomentationes cet.

Pharmac. Lusitanica addi praescribit Spirit. Vini Libr. semis. — Pharmacop. Herbipolitana ad unam Flor. Lavendulae Part novem Aceti Part. praescribit. — Pharmac. Gallica Aceti quatuordecuplum, Ferrarini Farmacopea duodenarium praescribit.

ACETUM LAXANS seu LAXATIVUM Pierquin. Laxir-Essig. *Vinaigre laxative.*

Rec. Folior. Sennae Unc. unam, Cremor. Tartari Unc. semis, Cortic. Citri, Semin. Anisi, Cinnamomi aa Drachm. semis, Aceti Octarium dimidium. Infunde per horas 24.

ACETUM LIGNORUM EMPYREUMATICUM CRUDUM. Roher Holz-Essig. *Vinaigre de Bois empyreumatique cru.*

Synon.: Acidum pyro-lignosum, pyro-xylicum seu pyro-aceticum crudum, Acidum lignicum. Rohe brenzliche Holzsäure, saurer Holzgeist. *Acide pyro-ligneux, Acide lignique, Esprit acide de Bois.*

Rec. Ligni sicci Fagi, Carpini, Tiliae vel Quercus, in tabulas cubicas dissecti, quantum vis.

Retortae ferreae, tubi ferrei ope cum excipulo satis capaci conjunctae, cum quo tubus alius apparatui Woulfiano adaptatus communicat, immisso, fiat destillatio ad ignem apertum, donec Lignum in retorta penitus in carbonem immutatum fuerit. Liquor elicitus, separata Pice liquida, per aliquot hebdomades aëri athmosphaerico in vasis apertis exponendus, tunc filtrandus et servandus. Obtinetur quoque in magna copia in paranda Pice liquida (I. 207.). — Liquor fuscus, clarus, peracidus simulque ingrate empyreumaticus. — Solutio est Acidi acetici in Aqua, Kreosotum, Picamarum, Paraffinum, Eupionem, Spiritum Lignorum et alia producta destillationis siccae, adhuc non satis cognita, continens. — *Vis:* conservans, mundificans, antiseptica, vulneraria; interne parva dosi simul diaphoretica, diuretica, mediocri dosi facile nociva, imo deleteria!

Sit Liquor ut bonae notae supra descriptus, tantaeque aciditatis, ut illam Aceti crudi superet. Liquor aciditate et empyreumate egens rejiciatur.

Usus: Interne cautissime, parva dosi solummodo, atque dilutus, adhiberi potest! Plerumque externe applicatur. Inservit etiam ad parandum Acetum concentratum (p. 7.), Kreosotum, cet.

ACETUM LIGNORUM EMPYREUMATICUM RECTIFICATUM. Rectificirter Holz-Essig. *Vinaigre de Bois empyreumatique rectifié.*

Synon.: Acidum pyrolignosum rectificatum, cet. (v. praecedens)

Rec. Aceti Lignorum crudi quantum vis.

Immitte retortae vitreae, et destilla ex balneo arenae, donec tres Quadrantes eliciti fuerint. Serva in vasis bene obturatis. — Liquor acidus praecedenti persimilis, sed colore dilutiore fuscescente, et odore minus ingrato empyreumatico, simul subspirituoso. — Praeter Acidum aceticum plus Spiritus Lignorum et minus Kreosoti cet. quam praecedens continet. — *Vis:* eadem, minus autem toxica.

Usus: Idem. Hoc praeparatum securius, semper autem circumspecte! interne quoque adhiberi licet.

ACETUM LILIORUM CONVALLIUM. Maiblumen-Essig. *Vinaigre de Muguet.* — Paratur uti Acetum Lavendulae (p. 8.).

ACETUM LITHARGYRII v. Acet. Saturninum.

ACETUM MALSUM = Oxymel simplex.

ACETUM MEDICATUM v. Acet. Antisepticum (p. 2.).

ACETUM MEDICINALE Manualis SOUBEIRAN. Medicinischer Essig. *Vinaigre medicinale.*

Rec. Rad. Hirundinariae, Squillae, Stipitum Angelicae, Bacc. Juniperi, Macid. āā Unc. unam, Herb. Absinthii, Melissae āā Unc. duas, Vini albi generosi Libr. viginti. Macera in vase leviter clauso, donec Vinum in Acetum abierit; cola et serva.

ACETUM MENTHAE paratur uti Acetum Lavendulae. (p. 8.)

ACETUM MITHRIDATICUM. Mithridat-Essig. *Vinaigre de Mithridate.*

Rec. Mithridatii Damocratis, Terrae sigillatae, Rad. Tormentillae, Enulae, Angelicae āā Drachm. sex, Cornu Cervi sine igne calcinati, Pulveris Serpentum, Myrrhae rubrae āā Drachm. semis, Semin. Citri, Acetosae, Baccar. Juniperi āā Drachm. tres, Flor. Calendulae, Tunicae āā Drachm. duas, Croci oriental, Caryophyllor., Camphor. āā Drachm. unam, Aceti Vini rosati quantum sufficit. Misce exacte, et Acetum affatim coloratum et virtute medica satis imbutum usui serva.

ACETUM MORORUM. Maulbeer-Essig. *Vinaigre des Mures.* — Paratur ex Baccis Mori nigrae cum Aceto ut Acetum Rubi idaei (p. 12).

ACETUM MYRRHAE Pharmac. Herbipolitanae. Myrrhen-Essig. *Vinaigre de Myrrha.*

Rec. Myrrh. pulverat. Unc. unam, Aceti concentr. Libr. semis. Loco tepido per aliquot dies detenta, post in balneo vaporum per horam digerantur; colatura servetur.

ACETUM MYRRHATUM MYNSICHTI.

Rec. Myrrhae rubrae Unc. unam; Rad. Angelicae Unc. semis, Herb. Card. benedicti, Rutae, Absinthii, Scabiosae, Veronicae, Scordii āā Drachm. duas, Cassiae ligneae, Castorei āā Drachm. unam, Aceti Vini caryophyllati quantum satis. Post sufficientem macerationem filtra et serva.

ACETUM NAPHAE. Pomeranzenblüthen-Essig. *Vinaigre de fleurs d'Orange.* — Paratur ex floribus recentibus uti Acet. Lavendulae.

ACETUM NICOTIANAE seu TABACI Pharmac. Herbipolitanae. Tabakessig. *Vinaigre de Tabac.*

Rec. Herb. Nicotianae siccat. Unc. unam, Caryophyllor. arom. No sex, Aceti concentr. Libr. unam. Digere leni calore per quatriduum, deinde cola et serva.

ACETUM ODORATUM ANGLORUM, ACIDUM ACETICUM ODORATUM. Englischer Riech- oder Gewürz-Essig. *Acide acetique odorant des Anglais.*

Rec. Aceti radicalis Unc. unam, Camphor. Grana decem, Olei aeth. Caryophyllor. Gutt. viginti quatuor, Bergamottae Gutt. sedecim. Misce.

ACETUM ODORATUM seu ODORIFERUM Disp. Fuldens. Riech-Essig. *Vinaigre odorifère.*

Rec. Aceti Vini fragrantis Unc. duas, Spirit. Melissae Unc. dimidiam, Olei aeth. Cort. Citri, Lavendulae āā Gutt. decem, Caryophyllor. Gutt. quatuor. Probe misceantur.

ACETUM ODORATUM Pharmac. Wirtembergicae.

Rec. Rad. Cyperi rotundi, Galangae minor., Zedoariae āā Unc. semis, Herb Anthos, Salviae, Flor. Lavend., Lilior. convall., Rosar. rubr. āā Drachm. tres, Ligni Rhodii, Cinnamomi, Caryophyllor., Cort. Citri recent. āā Drachm. duas, Aceti Vini albi Libr. duas. Incisis et contusis superfundatur Acetum et post digestionem per triduum ad usum reponatur.

ACETUM OPII v. Guttae nigrae.

ACETUM PAPAVERIS ERRATICI seu RHOEADOS. Klatschrosen-Essig. *Vinaigre de Coquelicot.* — Paratur uti Acetum Lavendulae.

ACETUM PESTILENTIALE = Acetum antisepticum (p. 2).

ACETUM PHILOSOPHICUM = Acetum Melle paratum. — Praescriptiones antiquae ad parandum hoc Acetum admodum mysticae sunt; nihil aliud autem obtineri videtur nisi Acetum crudum. (v. quoque Acetum radicale p. 11.).

ACETUM PIPERIS ALBI et NIGRI. Weißen und schwarzen Pfeffer-Essig. *Vinaigre de Poivre blanc et noir.*

Rec. Piperis albi vel nigri Unc. unam, Aceti crudi Octarium unum. Macera per dies quatuordecim et exprime.

ACETUM PIPERIS HISPANICI seu CAPSICI SPIRITUOSUM. Weingeisthaltiger Spanischer-Pfeffer-Essig. *Vinaigre de Poivre d'Espagne.* — Paratur digestione Piperis Hispanici recent. et maturi Part. unius cum Aceti Vini albi et Spiritus Vini simplicis āā Part. duodecim.

ACETUM PIPERIS JAMAICENSIS seu PIMENTI. Nelkenpfeffer-Essig. *Vinaigre de Poivre de Jamaïque.*

Rec. Piper. jamaicens. cont. Part. unam, Spirit. Vini simpl. Part. quatuor, Aceti Vini albi Part. octo. Mixta macerentur per dies octo et filtrentur.

ACETUM PIPERIS LONGI. Langen-Pfeffer-Essig. *Vinaigre de Poivre long.*

Rec. Piper. longi Unc duas, Aceti albi, Spirit. Vini simpl. āā Unc duodecim. Digere per aliquot dies et filtra.

ACETUM PLUMBI v. Acetum saturninum (p. 13.).

ACETUM PRIMULAE VERIS. Schlüsselblumenwurzel-Essig. *Vinaigre de Racine de Prime vère.* — Paratur uti Acetum Belladonnae (p. 4.).

ACETUM PROPHYLACTICUM v. Acetum antisepticum, Ac. aromaticum et Ac. bezoardicum.

ACETUM PSEUDO-NARCISSI seu NARCISSI SILVESTRIUM. Gemeiner Narcissen-Essig. *Vinaigre de fleurs de Narcisse sauvage.*

Rec. Flor. Narcissi silvestris recentium Part. unam, Aceti crudi albi Part. octo. Infunde blando calore per aliquot horas, cola absque expressione et filtra.

ACETUM PURGANS PRAEVOTII. Laxir-Essig. *Vinaigre purgative.*

Rec. Cremor. Tartari Unc. semis, Folior. Sennae Drachm. tres, Cinnamomi, Sem. Anisi āā Drachm. dimidiam, Aceti opt. Libr. unam. Post sufficientem infusionem cola et serva. — Ad acetaria laxativa inservit.

ACETUM QUATUOR LATRONUM SIMPLEX et COMPOSITUM v. Acetum antisepticum (p 2 et 3).

ACETUM PRO RABIDI CANIS MORSU HAHNEMANNI. Essig gegen Hundswuth. *Vinaigre contre l'Hydrophobie.*

Rec. Herb. Rutae, Abrotani, Betonicae, Salviae ana Manip. unum. Incisis affunde Aceti Vini opt. Libr. unam. Digere per aliquot horas, expresso adde Theriacae Andromachi Drachm. duas. Addi quoque potest Herb. Card. fullonum Manip unus vel Semin. ejusdem contus. Unc. una.

ACETUM RADICALE.

Radical-Essig. *Vinaigre radicale.*

Synon.: Acetum acerrimum seu concentratissimum, Alcohol Aceti WESTENDORFII, Acetum glaciale, Acetum philosophicum, Spiritus Aceti, Acidum aceticum, Acidum acetosum, Acor aceticus crystallinus. Essigsäure, Eisessig, Essiggeist, philosophischer Essig, reine Essigsäure. *Acide acetique.*

Rec. Sacchari Saturni albissimi Libras duas.

Liquefiat leni calore in vase aperto, lato, depresso, satis capaci, semper agitando et vas saepius ab igne removendo, donec aqua penitus privatum sit; pulveratum immitte caute in retortam vitream, ne collum inquinetur, et adaptato refrigeratorio GOETTLINGIANO cum tubo interno vitreo, instilla per vices, ne nimis calefiat,

Olei Vitrioli anglici puri plane decoloris Uncias sex semis;

epistomium retortae singulis acidi portiunculis admixtis statim cito claudatur, morandum ad refrigerationem usque; toto immisso agitetur miscella baculi vitrei ope et fiat destillatio ex balneo Calcariae muriaticae, quamdiu acetum purum prodit. (Parari quoque potest eodem modo ex Terra foliata Tartari kalina seu natrina anydra cum Oleo Vitrioli; requiritur autem ad unam Salis partem dimidia circiter Olei Vitrioli.) Si acidum adhuc impurum, sulphurosum vel empyreumaticum, rectificetur super Magnesiae Vitriariorum alcoholisatae Uncia una. — Liquor decolor, limpidissimus, fluidissimus, p. spec. 1,063; odore fragrantissimo pungente volatili-acido, uti et sapore, simul subcaustico; frigore facile in crystallos aciculares et foliaceas coalescens, leni calore ebulliens et in auras abiens; igni admotus facile flammam concipit et cum flamma coerulea comburitur. — *Part. const.:* Carbonei 4, Hydrogenii 6 et Oxygenii 3 p. Mixt.; continet autem ad minimum unum Aquae p. Mixt. et Hydratum Acidi acetici constituit. Facillime qualibet aquae proportione uti et spiritu vini mixtu. Solvit olea aetherea, camphoram et plura alia corpora organica. Salia cum basibus format plerumque facile solubilia in aqua et spiritu vini, cum oleo vitrioli commixta Acetum radicale emittentia, per se destillata, praeter acetum empyreumaticum, passim etiam Spiritum Aceti (Essiggeist) producentia et cum liquore ferri muriatici oxydati commixta, colorem sanguineum assumentia. — *Vis:* excitans, analeptica, nervina; interne per se deleteria.

Sit limpidum, odore grate et penetrante acido, non autem sulphuroso vel nitroso; in temperatura modice frigida facile, praecipue, si vas aperitur, in crystallos abiens; ceterum puritas investigatur uti Aceti concentrati (p. 7.).

Usus: Ad odorandum. — *Praep.:* Acetum odoratum. Additur aliis quoque compositionibus. Cum aqua vel spiritu vini commixtum pari modo atque Acetum concentratum adhibetur.

Acetum radicale porro parari potest ex Salibus anydris supra memoratis cum Kali bisulphurico, antea calore obscure rubro-candente tamdiu fuso,

quamdiu vapores aquosos emittit; tum paria Salium Pondera Mixtionis, melius autem plus Kali bisulphurici, pulverata, triturando optime misceantur et ex retorta vitrea leni calore Acetum eliciatur.

Pharmac. Borussica praescribit ad parandum ACIDUM ACETICUM (ALCOHOL ACETI) Olei Vitrioli Partes octodecim cum tertia Aquae dilui et Sacchari Saturni Partibus sexaginta quatuor superaffundi, tum ad siccum destillari. Acetum hoc modo dilutius obtinetur.

Plures Pharmacopoeae suadent ad empyreumatis vel acidi sulphurosi formationem impediendam miscellae ad parandum Acetum radicale sextam decimam circiter Partem Magnesiae Vitriariorum admisceri.

Pharmac. Edinburgensis praescribit ad ACIDUM ACETOSUM FORTE parandum Vitrioli Martis exsiccati Libr. unam cum Sacchari Saturni Unc. decem misceri et ex retorta vitrea Acetum destillando elici. — Pharmac. manualis D'ANVERS suadet Calcariam aceticam Olei Vitrioli ope methodo supra descripta decomponendam et Acetum obtentum denuo supra Magnesiam Vitriariorum rectificari.

ACETUM RADICALE ex AERUGINE, SPIRITUS AERUGINIS seu VIRIDIS AERIS et VENERIS, qui dicitur. Grünspan-Essig oder Spiritus. *Vinaigre de Vert de Gris.* — Obtinetur destillatione sicca ex Aerugine destillata (I. 2.) in retorta vitrea instituta, ad finem ad incandescentiam retortae usque ignem augendo. — Acetum hoc modo obtentum facile cupro inquinatum est, quo iterata destillatione privatur.

ACETUM RADICALE AROMATICUM seu ACIDUM ACETICUM AROMATICUM Pharmac. Borussicae. Aromatische Essigsäure. *Acide acetique aromatisée.*

Rec. Acidi acetici Unc. unam, Olei Caryophyllor. Drachm. unam, Lavendulae, Cortic. Citri singulor. Scrupul. duos, Bergamott., Thymi singulor. Scrupul. unum, Cassiae cinnamom. Gutt. decem. Misce, ut fiat liquor limpidus e flavo-fuscescens.

ACETUM RADICALE seu ACIDUM ACETICUM AROMATICUM CAMPHORATUM Pharmac. Borussicae. Aromatische Essigsäure mit Kampher. *Acide acetique aromatisée avec du Camphre.*

Rec. Camphorae Drachm. dimidiam, Olei Caryophyllor. Gutt. viginti, Cort. Citri Gutt. decem. Solve in Acidi acetici Unc. quatuor. Sit limpidum et flavescens.

ACETUM RHIZOTICUM MYNSICHTI. Wurzel-Essig. *Vinaigre de Racines.*

Rec. Rad. Tormentillae, Serpentariae, Pimpinellae, Angelicae, Valerianae, Imperatoriae, Succisae, Dictamni albi, Enulae campan., Vincetoxici, Zedoariae, Petasitidis aa Unc. semis. Infundantur in Aceti Vini salviati q. s. et post justam digestionem, Acetum filtratum ad usum reponatur.

ACETUM RIVELI AMERICANUM. Rivels amerikanischer Essig. *Vinaigre americain de* RIVEL.

Rec. Acet. concentr. Part. ducentas, Acid. Citri P. centum, Morphii Part. duas, Extr. Opii aquosi P. quatuor, Chinin. sulphur. P. tres, Summitati Artemisiae judaic., Rutae hort., Anthos, Stoechad. arabic., Menthae virid. et Menthae aquat. aa P. sex, Pip. Hispan. P. quatuor, Pip. nigr, Cinnamom. aa P. quinque, Rad Zingiber., Caryophillor. aa P. quatuor, Allii canadensis P. unam, Camphorae P. quatuor, Macera per 40 dies addendo Camphoram Chininum et Morphium in sufficente Alcoholis Vini quantitate soluta. — In morbos contagiosos adhibetur.

ACETUM RORISMARINI v. Acetum Anthos

ACETUM ROSATUM seu ROSARUM. Rosen-Essig. *Vinaigre de Roses.* — Paratur ex floribus Rosarum rubrarum cum Aceto crudo eodem modo atque Acetum Lavendulae (p. 8.). — Liquor limpidus, pulchre ruber, acidus et subadstringens. — Plures Pharmacopoeae, ut Pharmac. Gallica, loco Aceti albi Acetum Vini rubrum praescribunt.

ACETUM ROSARUM COMPOSITUM VAN MONS. Zusammengesetzter Rosen-Essig. *Vinaigre de Roses composé.*

Rec. Flor. Rhois coriariae Part. unam, Rosarum rubrar. Part. unam semis, Vini Cydonior. Part. quatuor, Aceti Vini rubri Part. decem. Incisa macerentur per dies decem, tum liquor leviter expressus coletur. — SWEDIAUR praescribit ad Flor. Rhois et Rosar. aa Part. unam Aceti Part. duodecim.

ACETUM RUBI IDAEI. Himbeer-Essig. *Vinaigre de Framboises.*

Rec. Baccar. Rubi Idaei recent. Libr. unam,
Aceti crudi Libr. duas.

Sepone in vase vitreo per mensem, cola et serva liquorem clarum loco frigido in lagenis bene obturatis. — Liquor limpidus, amoene ruber; odore et sapore grate acido et aromatico.

Acetum decolor, turbidum vel mucidum, acore et aromate egens, rejiciatur.

Usus: Ad potum, aqua vel syrupo mixtum. — *Praep.:* Syrupus.

Paratur quoque miscendo Acetum concentratum cum Succi Rubi idaei depurati Part. septem.

ACETUM RUTAE seu RUTACEUM. Rau-

ten=Essig. *Vinaigre de Rue.* — Paratur ex Herba Rutae uti Acetum Lavendulae (p 8.).

ACETUM RUTAE CAMPHORATUM. Rauten=Essig mit Kampher. *Vinaigre de Rue camphré.*

Rec. Summit. Rutae c. florib. Unc. duas, Aceti crudi Unc. sedecim. Infunde blando calore per horas viginti quatuor, cola et in colatura dissolve Camphorae Drachm. duas; filtra et serva usui.

ACETUM RUTAE COMPOSITUM Pharmac. Pragensis.

Rec. Summitatum Rutae Manip. tres, Castorei optimi, Asae foetidae āā Drachm duas. Infundantur per aliquot dies in Aceti Vini Libr. duabus et insolentur. (Conf. quoque Acetum antihystericum p. 1.)

ACETUM SALVIAE. Salbei=Essig. *Vinaigre de Sauge.* — Paratur uti Acetum Lavendulae. — Pharmac. Gallica autem ad unam Herbae Salviae sedecim Aceti Partes praescribit, aliae duodecim et Van Mons octo Aceti Part. ad unam Salviae sumi suadent.

ACETUM SAMBUCI seu SAMBUCINUM. Hollunderblüthe=Essig. *Vinaigre de Sureau.* — Paratur eodem modò quo Acet. Lavend. (p. 8.)

† ACETUM SATURNI. Bleiessig. *Vinaigre de Plomb.*

Synon.: Acetum Saturninum, Acetum Lithargyrii, Acetum Plumbi seu plumbicum, Extractum seu Balsamum Saturni, Acetas seu Subacetas Plumbi liquidus, Liquor Plumbi acetici seu subacetici, Plumbum tertia parte aceticum liquidum, Oleum Plumbi seu Saturni. Bleiextract, Bleiöl, Drittelessigsaures Bleioxyd, Silberglätteessig. *Extrait de Saturne, Vinaigre de Plomb* ou *de Saturne.*

Rec. Lithargyrii recenter candefacti et laevigati Uncias septem,

Sacchari Saturni recenter crystallisati Uncias sex,

Aquae destillatae Unc. triginta.

Misce, digere in vase vitreo bene clauso lenissimo calore, donec residuum insolutum colorem album assumserit, tum decantha et filtra. — Liquor limpidus, decolor, p. spec. 1,20, sapore ingrato dulci et styptico, colorem chartae exploratoriae in modum alcalium immutans, aëris aditu facile pulverem album deponens (de ceteris proprietatibus conf. Salia plumbica I.209).—Est plumbum oxydatum ex tertia parte aceticum (partim) cum Aqua. — *Vis:* adstringens, exsiccans, antiphlogistica, discutiens, interne facile nociva, venenata.

Sit limpidum, p. spec. supra memorati et alcalium modo ad reagentia sese habens, cum spiritu salis ammoniaci caustico commixtum colorem coeruleum non assumens.

Usus: Externus, aqua dilutum. — *Praep.:* Aqua Goulardi, Ceratum Saturni; additur aliis quoque compositionibus.

Pharmac. Gallica ad unam Lithargyrii, tres Sacchari Saturni et novem Aquae Part. praescribit. — Pharmac. Borussicae et Slesvico-Holsaticae formula ab hac eo discrepat, quod ad Sacchari Saturni Part. sex, tres tantum Lithargyrii et viginti unam Aquae Part. praescribit. — Pharmac. Bavarica praescribit ad unam Lithargyrii tres Sacchari Saturni et novem Aquae Part. — Pharmac. Hannoverana praescribit ad Lithargyrii Part. unam Sacchari Saturni Part. duas et Aquae Part. quatuor. — Pharmac. castrensis Borussica. Sacchari Saturni Libr. unam in Aquae destillatae Libr. tribus solvi praescribit. — Wollkopf ad unam Sacchari Saturni duas Aquae destillatae proponit.

Antiquiores Pharmacopoeae ad parandum Acetum Saturni simplex Acetum destillatum vel crudum cum dimidia, tertia vel quarta Part. Lithargyrii coqui praescribunt, donec Acetum cum Oxydo Plumbi penitus saturatum sit. — Si liquor ad Melaginis consistentiam evaporatur, Extractum Saturni Goulardi seu Balsamum Saturni vocatur. — Pharmac. Hassiae praescribit Lithargyrii Part. unam cum Aceti crudi Part. novem ad reactionem liquoris alcalinam usque et dimidiam remanentiam coqui. — Pharmac. Dublinensis ad unam Lithargyrii octo Aceti Part. praescribit; Lusitanica et Fennica sex, Dispensat. Lipsiacum quinque. — Pharmac. Danica, Rossica, Saxonica, Piderit aliaeque Pharmacop. inepte Lithargyrii loco Minium vel Cerussam proponunt. — Dispensat. Fuldense suadet Lithargyrii Part. unam cum duabus Aceti concentrati Part. ad perfectam saturationem usque coqui, et Pharmac. Herbipolitana praescribit Lithargyrii Part. unam cum Aceti concentr. Part. tribus ad dimidium coqui; imprudenter autem residuum insolutum iterando cum nova Aceti quantitate ad plenam solutionem usque tractandum. — Van Mons ad viginti unam et dimidiam Plumbi oxydati 6,5 Aceti concentrati Part. praescribit.

ACETUM SCILLITICUM. Meerzwiebel-Essig. *Vinaigre scillitique.*

Synon.: Acetum Scillae seu Squillae marinae, Acetum squillinum.

Rec. Radicis Scillae siccatae et minutim incisae Uncias duas, Aceti crudi Libras duas.

Macerentur per triduum, tum acetum coletur et servetur. — Liquor clarus, fuscescens, acidus et nauseoso-acri-amarus. — *Vis:* incidens, diuretica, emetica.

Usus: Interne caute parva dosi. — *Praep.:* Oxymel.

Pharmac. Slesvico-Holsatica colaturae adhuc Spiritus Vini rectificatissimi Unc. unam addi praescribit; Pharmac. Polonica autem tres Spirit. Vini rectificati Part. — Pharmac. Borussica ad duas Scillae siccatae Part. eam quantitatem Aceti destillati sumi jubet, ut post lenem expressionem colaturae Part. octodecim remaneant. — Pharmac. Bavarica, Batava et Belgica ad duas Scillae recentis Part. duodecim Aceti et unam Spirit. Vini rectificati praescribunt. — Pharmac. Austriacae, Rossicae et Piderit Formula cum hac congruit, nisi quod Spirit. Vini omittit. — Pharmac. Gallica autem ad Libr. sex Aceti rubri Unc. unam solummodo Spirit. Vini praescribit. — Dispensator. Brunsvicense ad tres Squillarum exsiccatar. viginti quatuor Aceti Part. praescribit. — Pharmac. Fennica ad unam Scillae siccat. undecim Aceti crudi et unam Aceti concent. praescribit. — Pharmac. Herbipolitana ad sex Scillae siccat., quadraginta octo Aceti per frigus concentrati et tres Spirit. Vini simpl. Part. praescribit. — Pharmac. Londinensis ad duodecim Squillae siccatae nonaginta sex Aceti destillati et octo Spirit Vini Part., — Pharmac. Edinburgensis ad duas Scillae siccat. triginta Aceti destillati et Spirit. Vini rectificati tres Part., — Pharmacop. Dublinensis ad sex Scillae siccat. triginta sex Aceti Vini et quatuor Spirit. Vini rectificati praescribunt.

ACETUM SCORDII. Lachenknoblauch-Essig. *Vinaigre de Scordium.* — Paratur ex Herba uti Acet. Lavendul. (p. 8.)

ACETUM SICCUM. Trockner Essig. *Vinaigre sec.*

Rec. Tartari albi Libr. semis. Abluatur diligentissime, tum siccetur et pulverisetur. Hic pulvis infundatur in Acet. Vini acerrimo. Postea pulvis iterum siccetur et siccatus iterum infundatur in Aceto ut antea et rursus siccetur, hocque decies repetatur. Fit pulvis acidissimus, qui in quavis aqua solutus, eam reddit acidam. (Praeceptum ineptum!)

ACETUM SOLUTIONUM Wirsingii Purgir-Essig. *Vinaigre laxative de Wirsing.*

Rec. Aceti Vini acerrimi Unc. octo, Passul. min., Mannae āā Unc. duas, Fol Sennae opt. Unc. unam, Cinnamom. Unc. duas. Infunde per diem tunc cola.

ACETUM PRO SPONGIIS. Essig, d. Schwämmchen einzuweichen. *Vinaigre pour les Eponges.*

Rec Rad. Angelicae, Zedoariae, Caryophyllat., Valerian. āā Unc. semis, Rad. Galangae rotund. vulg. Drachm. duas, Herb. rec. Rutae, et Scordii āā Manip. unum, Flor. Calendul., Rosar. rubrar., Caryophyll. rubror., Sambuc. āā Manip. semis, Cort. Citri Unc. duas, Camphorae Scrup. unum. Conc. superaffunde Acet. Vini ad eminent. 4 digitorum; post 24 horas decantha et serva.

ACETUM TEREBINTHINAE. Terpentin-Essig. *Vinaigre de Térébenthine.*

Rec. Terebinthinae quant. vis. Destillet in balneo arenae, donec nihil amplius prodeat. Separa oleum aethereum a liquore aquoso et acido et serva posteriorem. — *Vis:* Aceti Lignorum. Inservit praecipue ad parandum Liquorem Cornu Cervi terebinthinatum.

ACETUM THERIACALE. Theriak-Essig. *Vinaigre de Theriac.*

Rec. Rad. Enulae, Angelicae, Cyperi, Zedoariae, Caryophyllatae, Imperatoriae, Valerianae silvestr., Viperinae āā Unc. dimidiam, Flaved. recent. Aurantiorum et Citri, Caryophyllorum, Cinnamomi, Galangae, Baccar. Juniperi, Lauri, Summit. Salviae, Anthos, Rutae āā Drachm. duas. Fiat maceratio loco calido per mensem in Aceti Vini opt. Libr. septem; cola et exprime fortiter. In expresso solve Theriacae Unc. septem. Macera denuo per mensem loco calido. Colatura servetur usui. Adhibetur uti Acetum antisepticum.

ACETUM THERIACALE Pharmac. Augustanae.

Rec. Rad. Chelidon. major. Unc. unam semis, Angelicae, Ostrutii, Gentianae, Bistortae. Valerianae, Pimpinellae, Dictamni albi, Carlinae, Zedoariae āā Drachm. unam, Plantaginis major. Drachm. unam semis, Folior. Scordii, Card. benedicti, Dictamni cretici āā Pug. duos, Cort. et Sem. Citri āā Drachm. unam semis, Granor. Juniperi Drachm. duas, Nucleor. Nuc. Jugland. Unc. duas, Sandali citrin. Drachm. semis Infundantur omnia in Acet. rutacei Libr. quatuor, atque sic in vitro probe clauso infusa permaneant.

ACETUM THERIACALE VIENNENSIUM.

Rec. Rad. Angelic., Levistici, Contrajerv. Enul. camp. āā Unc duas, Serpentar. virg., Mors. Diaboli, Zedoariae, Ostrutii āā Unc. unam, Valerian. Unc. semis, Herb. Meliss., Rut. hort., Scordii nostrat., Myrrh. rubr. āā Unc. unam, Cort. Citri, Baccar. Juniperi āā Unc. unam semis, Croci austr. Drachm. tres, Theriacae Unc. quatuor. Incisa et contusa digerantur per quatuordecim dies in Aceti Vini

quantitate ad quatuor digitorum eminentiam. Coletur forti expressione et usui Acetum servetur.

ACETUM TUNICAE FLORUM, ACET. FLOR. CARYOPHYLLOR. RUBRORUM seu ACETUM VINI CARYOPHYLLATUM. Nelkenblumen-Essig. *Vinaigre d'Oeillet.* — Paratur uti Acet. Lavendulae (p. 8.)

ACETUM UTERINUM Schroeder. Mutter-Essig. *Vinaigre hysterique.*

Rec. Herbae Rutae virid., Fumariae ana Manip. duos, Bacc. Juniper. Unc. duas, Caryophyllor., Nuc. Moschatar. Macis, Castorei ana Unc. semis, Aceti rosati Libr. tres. Macera per octo vel plures dies; tunc cola et serva.

ACETUM VERATRI v. Acetum Hellebori albi (p. 8).

ACETUM VINI COMMUNE PRAEPARATUM. Präparirter Wein-Essig. *Vinaigre préparé.*

Rec. Aceti communis Vini opt. quantum *volueris.* Reple illo plures lagenas vitreas, quae in vas amplum, aqua repletum, quod super ignem positum, imponuntur; coquitur per horam unam, deinde lagenas exime et obtura. Hoc modo Acetum commune Vini praeparatum per plures annos incorruptibile manet.

ACETUM VIOLARUM FLORUM seu VIOLATUM. Veilchen-Essig. *Vinaigre de Fleurs de Violette.* — Paratur uti Acet Lavendul. (p. 8); sed flores recentes sumi oportet.

ACETUM VOMITORIUM DESTILLATUM. Brech-Essig. *Vinaigre vomitive.*

Rec. Cort. Rad. Thapsiae Unc. quatuor, Rad. Asari rec. exsiccat. Unc. duas, Sem. Carthami excort. Unc. unam, Cinnamomi acuti Unc. semis. Mixta et contusa infundantur in Aceti Vini acerrimi Libr. quatuor. Digerantur in vitro bene clauso saepe agitando per mensem; postea in cucurbita aerea, adaptato alembico plumbeo, igne lente ex cineribus usque ad siccitatem destillentur. Et sic habebis acetum destillatum Saturno impraegnatum et subdulce, quod totum, nullo rejecto phlegmate, ad usum reserva. — Schroederus destillationem omittit, praescribit autem durante digestione aliquot Plumbi laminas in Acetum imitti.

ACETUM ZEDOARIAE COMPOSITUM seu ANTISEPTICUM vel AROMATICUM. Pharmac. Bremensis.

Rec Rad. Zedoariae, Angelic., Herb. Rutae ana Unc. unam, Hb. Menth. piperit., Absinthii ana Unc. unam semis, Aceti Vini Libr. quatuor. Post digestionem per quatuor dies, filtretur.

ACETUM ZEDOARTICUM Mynsicht.

Rec. Rad. Zedoar. Unc. unam, Angelic., Torment., Scorzoner. ana Unc. semis, Bacc Lauri excort., Juniperi ana Drachm. tres, Flor. Calendulae, Lavend., Rosar. rubr., ana Drachm. duas, Myrrh., Ligni Aloës, Macidis ana Drachm. unam semis, Caryophyllor., Nuc. moschat. ana Drachm. unam. Infundantur in Aceti Vini Sambuc. s. q., donec perfecte colorentur; postea acetum coletur et reponatur.

ACETUM ZINZIBERIS. Ingwer-Essig. *Vinaigre de Gingembre.*

Rec. Rad. Zinziber. concis. Unc. unam, Aceti crudi Octarium. Macera per dies quatuordecim et cola cum expressione.

ACIDUM ACETICUM v. Acet. radicale (p. 11.).

ACIDUM ACETICUM AROMATICUM v. Acet. radicale aromat. (p. 12.).

ACIDUM ACETICUM AROMATIC. CAMPHORAT. v. Acet. radicale arom. camphorat. (p 12.)

ACIDUM ACETICUM FORTIUS IMPURUM = Aceto Lignorum.

ACIDUM ANTIMONICUM v. Materia perlata.

† ACIDUM ARSENICICUM seu ARSENICALE. Arsenik-Säure. *Acide arsenicique.*

Rec. Arsenici albi subtilissime pulverat. Unc. quatuor. In retortam vitream immissis adde Acidi Salis fumantis Unc. unam et per vices Acidi Nitri p. spec. 1,25 Unc. duodecim, dum miscella, semper calefacta, ad siccum destilletur; residuum deinde brevi tempore ad calorem obscure rubro-candentem usque calefiat et in sex Aquae destillatae Part. solvatur; filtratum servetur circumspecte in vase vitreo bene obturato. — Liquor decolor, aqueus, ponderosus; sapore caustico-acido; si evaporatur crystallos subinde deponit prismaticas, crystallis acidi phosphori isomorphas; si ad siccum evaporatur, massam albam exhibet; igne obscure rubro-candente facile funditur et subpellucida fit, igne fortiori autem decomponitur et in auras abit; lente quidem, sed in maxima proportione solubilis in aqua; solutio, addito argento nitrico, praecipitatum praebet fuscorubrum. — Constat ex Arsenici 2 et Oxygenii 5 p. Mixt. — *Vis:* maxime venenata, deleteria! corrodens. — *Usus:* Ad Salia arsenicalia paranda.

† ACIDUM ARSENICOSUM v. Arsenicum album.

ACIDUM BENZOICUM v. Flor. Benzoës.

ACIDUM BORACICUM v. Sal sedativum Hombergi.

† ACIDUM BORUSSICUM. Blausäure. *Acide Prussique.*

Synon.: Acidum zooticum, Acidum hydrocyanicum, Acidum coerulei berolinensis, Acidum tingens, Acor prussicus. Preussische Säure, Berlinerblausäure, zootische oder thierische Säure, Blutsäure, Wasserstoffblaustoffsäure. *Acide hydrocyanique.*

Rec. Kali borussici Unciam semis.
Solve in
Aquae purae Unciis duabus;
in retortam tubulatam immissis affunde

Olei Vitrioli rectificati Drachmas duas,
Aquae purae pari pondere dilutas; adaptato recipiente tubulato cum siphone et lagena alta serviente excipiendo, vel refrigeratorio GOETTLINGIANO supra (p. 7.) memorato,
Aquae destillatae Uncias duas et semis

continentibus, fiat destillatio ex balneo Calcariae muriaticae ad siccum, vel potius, donec totus liquor elicitus, cum aqua in vas excipiens immissa pondus Drachmarum triginta octo aequet, excipula vel refrigeratorium semper aqua frigida circumfundenda. Serva caute in vitris bene obturatis loco frigido obscuro.— Liquor limpidus decolor, odore et sapore penetrante amygdalino; cum alcali quodam mixtus et addita solutione cujusdam ferri oxydulo-oxydati, tunc addito acido salis in excessu praecipitatum enascitur obscure coeruleum. — Solutio est diluta aquosa Acidi borussici trigesimam octavam circiter partem Acidi anydri continens, quod constat ex Carbonei 2, Azoti 2 et Hydrogenii 2 p. M. — *Vis:* minima dosi anodyna, deprimens, parva jam dosi facile nociva, toxica, deleteria.

Liquor aqueus, grate odorus; per tempus minime coloretur et praecipitatum carboneum secernatur; evaporando penitus in auras abeat; addita solutione barytae muriaticae vel vitrioli martis, sacchari saturni aut acidi hydrothionici non turbetur aut coloretur; cum sufficiente solutionis argenti nitrici quantitate commixtus praecipitatum praebeat album caseosum 14,16 procentum exhibens.

Usus: Interne circumspecte multa aqua dilutum, parva dosi tantum adhibendum; vitandum solliciter, ne ulla materia heterogenea admisceatur, qua alteretur.

Permultae sunt praescriptiones ad parandum ACIDUM BORUSSICUM MEDICINALE, proh dolor! autem in concentratione crebre quam maxime diversum habebis. Saepius quoque plus minus Spiritus Vini addere solebant, ACIDUM BORUSSICUM ALCOHOLICUM quod nominatur. — Praescribit enim Pharmac. Bavarica et Parmensis ad Kali Borussici Part. quatuor, Olei Vitrioli Part. tres, Aquae sedecim et Alcoholis Vini duodecim; quae miscella tam diu stillatur, donec productum elicitum volumen Partis unius Aquae vicies impleat. Continet hic liquor vigesimam quintam circiter partem Acidi anydri. — Pharmac. Borussica et Batava secundum SCHRADERUM suadent Kali borussici Part. unam cum Acidi Phosphori Part. duabus et Spiritus Vini alcoholisati Part. quatuor fere ad siccum destillari, producto elicito tantum Alcoholis Vini admisceri, ut pondus totius liquoris sit Partium sex. Continet autem hoc Acidum trigesimam sextam circiter anydri partem. — Pharmac. Slesvico-Holsaticae formula cum hac congruit, nisi quod Acidi Phosphori loco Olei Vitrioli dimidiam Part. cum pari Aquae quantitate diluendam praescribit. — Pharmac. Hassiae secundum KELLERUM ex Kali borussici Part. sedecim cum Olei Vitrioli Part. octo, Aquae totidem et Spirit. Vini rectificatissimi Part. quatuordecim destillando Part. sedecim elici praescribit. — ITTNERUS ex Part. duabus Kali borussici, una Olei Vitrioli duabus Aquae diluti, in vas excipiens, quatuor Aquae seu Alcoholis Vini continens, fere ad siccum destillari et productum super Magnesiae ustae Part. trigesimam in vas excipiens unam Alcoholis Partem continens, tres Partes rectificari praescribit. — VAUQUELIN praescripsit Hydrargyri Borussici Part. unam in Part. octo Aquae destillatae solvi et liquorem Gas Acidi hydrothionici sufficientis quantitatis ope, aëre excluso, penitus decomponi, acidum hydrothionicum in excessu plumbi carbonici ope removeri et filtratum liquorem usui asservari. — DUNCAN in the London Dispensatory et Pharmac. Dublinensis ex solutione unius Part. Hydrargyri Borussici in octo Aquae Part., additis 7/8 Part. Acidi Salis, octo Part. abstrahi suadent. — CLARK suadet Acidi Tartari Grana septuaginta duo in Aquae destillatae Unc. una solvi, tunc in vitro statim obturando admisceri Kalii cyanati Grana triginta duo. Conquassata mixtura per aliquod tempus vas aqua frigida immersa seponendum et liquorem clarum a Tartaro regenerato decanthandum. Hae duae formulae productum praebent, quoad concentrationem, omnino cum nostro congruens. — SCHEELE coquebat Mercurii praecipitati rubri Part. 64 cum Coerulei berolinensis Part. 128 et Aquae 500, filtrabat et lavabat residuum cum Aquae calidae Part. 128, admiscebat Liquori commixto Limaturae Martis pulverat.

Part. 96 et Olei Vitrioli Part. 24, antea totidem Aquae dilutas; agitata saepius miscella, decanthabat liquorem clarum et destillatione eliciebat 192 Part., quas iterum super Magnesiae carbonicae Part. octo rectificabat, donec productum ponderis esset 128. — Simile acidum quoque venditur Londini in Apothecary-Hall. — Alii, e. g. MAGENDIE, TRAUTWEIN cet. suadent Acidi Borussici anydri (v seq.) Part. unam cum Aquae Part. octo et semis commisceri. — Pharmac. Gallica secundum ROBIQUET Acidum Borussicum anydrum cum aequali pondere Aquae commisceri proponit.

† ACIDUM BORUSSICUM ANYDRUM. Wasserleere Blausäure. *Acide Prussique anhydrée.* — Paratur vel decompositione Hydrargyri Borussici sicci (Hydrargyri cyanati) Acidi Salis fumantis aut Gas Acidi hydrothionici ope, vel decompositione Kali Borussici Olei Vitrioli dimidia Aquae Part. diluti ope, destillatione cautissima in vas serviens excipiendo, miscella refrigeratoria cinctum. Acidum elicitum Calcii chlorati ope aqua penitus privandum, loco obscuro frigido circumspecte asservandum. — Productum venenatissimum, deleterium, in minima dosi eodem momento, quo sumtum est, fulguris instar, necat. Per tempus semper alteratur et demum penitus decomponitur, qua de causa in longum tempus asservari non potest. (De ceteris proprietatibus et compositione conf. praecedens.)

ACIDUM CAINCANICUM, CAINANIUM. Cainca-Säure, Caincabitter. *Acide caïnanique.*

Rec. Rad. Caincae quantum vis. Fiat decoctum aquosum concentratum, cui adde Aceti Saturni, quam diu praecipitatum enascitur, quod aqua bene lotum, adhuc humidum, cum sufficiente quantitate Spiritus Vini rectificatissimi ferventis tractandum, et addito Acido sulphurico, ad praecipitandum plumbum, filtrandum et evaporandum. — Crystallos exhibet exiguas, aciculares, fasciculatim aggregatas, inodoras, primo quoque insipidas, post saporem peramarum simulque stypticum in ore relinquentes; aegre solubiles in aqua et aethere, faciles autem in spiritu vini et acido acetico; acidi salis ope autem facile in massam gelatinosam insipidam et insolubilem in aqua convertitur; igne etiam destruitur. — *Part. const.:* Carbonei 57,38, Hydrogenii 7,48 et Oxygenii 35,14. — Cum alcalibus Salia format facile solubilia et sapore amaro. — *Vis:* diuretica, purgans, simulque tonica (?). Praecipue in hydrope laudatur.

ACIDUM CAMPHORINUM v. Oleum Camphorae acidum.

ACIDUM CARBO-AZOTICUM, ACIDUM NITRO-XANTHICUM. Kohlenstickstoff-Säure. *Acide carbo-azotique.*

Rec. Indigo pulverati Unc. duas; affunde cum Aquae Fortis Unc. viginti. Coque in vase vitreo vel porcellaneo, reaffuso pedetentim acido evaporato, donec vapores rutilantes oriri cessaverint. Evaporet liquor ad crystallisationis momentum. Crystalli collectae saturentur cum liquore Kali carbonici diluto; sal refrigeratum concretum iterata crystallisatione depuretur, tunc solutio fervida concentrata Acidi Salis vel Nitri ope decomponatur; inter refrigerandum crystalli enascantur, quae denuo in aqua fervida solvendae et crystallisatione depurandae. — Crystallos exhibet parvas, prismaticas, rhombicas vel foliaceas, splendentes, colore citrino, sapore peramaro; calore in auras abit, in aqua frigida, spiritu vini et aethere aegre solubile, facile autem, si liquores fervidi. — *Part. const:* Carbonei 31,457, Oxygenii 53,777, et Azoti 14,766; p. Mixt. = 3177,663. Salia format cum basibus plerumque luteas, si solubiles, sapore amaro; calore, vel mallei ictibus, detonantur. Salia facile solubilia cum solutione salis cujusdam kalini non admodum diluti praecipitatum flavum, crystallinum, praebent. — *Vis:* febrifuga, majori autem dosi facile nociva, toxica. — Novissimis temporibus ut febrifugum, Chinini loco, proponitur.

ACIDUM CARBONICUM v. Aër fixus et Aqua aërata.

ACIDUM CHINAE seu CHINICUM, sive CINCHONICUM, Acidum kinicum, Sal essentiale Chinae. China-Säure. *Acide de Quinquina, Kinique,* ou *chinique.*

Rec. Calcariae chinicae purae quant. vis. Solve in sufficiente Aquae quantitate, tunc admisce Olei Vitrioli rectificati, antea sexduplo Aquae diluti, $5\frac{3}{1}$ Part. Salis soluti; post aliquod tempus filtra et evapora lenissimo calore ad syrupi tenuioris spissitudinem et, separato Gypso deposito, relinquatur evaporationi spontaneae in aëre sicco. — Difficulter in crystallos abit tenerrimas, lamellosas et verrucosas, decolores, inodoras, sapore peracido; facillime solubiles in aqua uti et in spiritu vini; calore facile liquefit, calore fortiori autem mutationi succumbit. — *Part. const.:* in statu anydro, Carbonei 15, Hydrogenii 24 et Oxygenii 12 p. Mixt. Acidum crystallisatum liberum adhuc 1 Aquae p. Mixt. continet. Cum basibus Salia format nonnisi solubilia; solutiones solummodo Aceti Saturni ope partim praecipitantur. — *Vis:* (?) — Ad Salia chinica, praecipue cum Chinino et Cinchonino, proponitur.

ACIDUM CITRI seu CITRICUM, Acidum Limonum. Citronen-Säure, Limonen-Säure. *Acide de Citron* ou *de Limon.*

Rec. Succi Citri recent. depurat. et albumine ovi clarificati, quantum vis (ad minimum autem aliquot libras). Calefiat in lebete lapideo vel porcellaneo satis capaci, et addatur per vices, semper agitando, Cretae albae laevigatae quantum ad perfectam saturationem requiritur; seponatur praecipitatum et lavetur optime aqua fervida, tum admisceantur ad decem Partes adhibitae Cretae novem Olei Vitrioli anglici, antea Aquae purae septemduplo diluti. Stent in digestione frigida saepius agitando,

colentur cum expressione, edulcoretur residuum aqua frigida; evaporet liquor clarus leni calore, demum in balneo Mariae, ad syrupi tenuioris spissitudinem, donec cuticula crystallina appareat; separetur gypsum depositum et removeatur vas statim ab igne, seponatur in locum frigidum ad crystallisandum; liquor residuus iterum evaporet, quamdiu crystallos praebet. Crystalli collectae, a muria privatae, repetita crystallisatione depurandae. — Prismata exhibent recte rhombica, planis quatuor exacuta, aliaque secundaria, decolora et pellucida; p. spec. 1,617; inodora, sapore forti, sed grate acido; temperatura ordinaria aëre immutabilia, leni calore fatiscentia, calore aucto liquefientia et destillatione sicca acidum proprium empyreumaticum, Acidum pyro-citricum, praebentia. Facillime solubilia in aqua, solubilia quoque in spiritu vini. — *Part. const.* Acidi anydri: Carbonei 4, Hydrogenii 4 et Oxygenii 4 p. Mixt. — Crystalli continent $^4/_3$ et Acidum dilapsum $^2/_3$ Aquae p. Mixtionis. (Acidum Citri ex solutione saturata temperatura 80° R. crystallisatum 1 Aquae p. M. continet.) — Salia citrica sunt partim solubilia, partim insolubilia in aqua; acida et neutra. Saepius quoad proportionem partium constituentium anomala apparent; solutiones aquosae salium facile solubilium cum salibus calcariis in frigore minus praecipitati praebent, quam in calore; sal acidum kalinum, facile solubile, penitus a Tartaro discrepat. — *Vis:* temperans, attenuans, antiscorbutica. — *Usus:* In pulvere et solutione passim cum Kali vel Natro carbonico ut Potio Riveri. — *Praep.:* Limonada, Syrupus, Morsuli. Inservit etiam ad parandum Succum Citri artificialem et ad paranda Salia citrica. — Sit purum, decolor, a metallis liberum; solutio aquosa partim cum alcali quodam saturata, addito acido hydrothionico minime coloretur, et addito solutione barytae muriaticae non turbetur. Cave confundas cum Acido Tartari (p. 25.), quod cum solutione salis cujusdam kalini in excessu commixtum praecipitatum praebet crystallinum, Tartarum regeneratum.

ACIDUM FLUO-SILICICUM. Fluß-Kieselsäure, saure flußsaure Kieselerde. *Acide fluo-silicique.* — Obtinetur, dum miscella ex Spatho Fluoris et Arena vel Vitro cum Oleo Vitrioli in apparatu idoneo calefit, et gas evolvens tubuli Woulfiani ampli ope in vas Aquam frigidam continens, cuius fundus strato pollicari Mercurii vivi tectus, ita introducitur, ut cruris tubuli exterioris exitus semper mercurio submersa sit, donec aqua penitus saturata sit; tunc filtretur, exprimatur silicia et servetur usui. — Liquor decolor, peracidus, odore et sapore acidi salis simili; calore penitus in auras abit. — Solutio est aquosa Acidi fluorici, $^2/_3$ p. M. Siliciae continentis. — Ad parandum acidum chloricum, bromicum et iodicum inservire potest. Medicorum attentione ut medicamentum quoque dignum.

ACIDUM FORMICARUM seu FORMICICUM ARTIFICIALE. Künstliche Ameisen-Säure. *Acide de Fourmis* ou *formique artificiale.*

Rec. Sacchari albi Libr. unam. Solve in Aquae purae Libr. duabus, admisce Magnesiae Vitriariorum subtiliss. pulverat. Libr. tres. Calefiant in vesica cuprea ad minimum quindecies voluminis capaci, cum alembico et refrigeratorio stanneo juncta, ad 48° R. usque, tum immitte per tubulum sensim et caute, ne massa redundet, semper agitando, Olei Vitrioli anglici Libr. tres, antea totidem Aquae dilutas. Fiat destillatio leni igne fere ad siccum. Acidum obtentum nova destillatione ex retorta vitrea depurandum. — Liquor aqueus, odore et sapore acido pungente formicino, simul aromatico-subamygdalino. — Solutio est aquosa Acidi Formicarum cum pauxillo Aceti et Materiae cujusdam volatilis oleoso-aethereae. — *Vis:* excitans, discutiens, analeptica (?) — *Praep.:* Naphtha formicica. — Cum Spiritu Vini rectificato commixtum Spiritum Formicarum artificialem praebet, qui genuinum supplere potest. — Medicorum attentione hoc medicamentum omnino dignum.

ACIDUM FORMICARUM PURUM obtinetur, si liquor praecedens cum Plumbo oxydato jungitur, lixivium ad crystallisationem evaporatur, crystalli primum natae Spiritu Vini abluuntur et siccatae Olei Vitrioli trientis Salis ope, antea tertia Aquae Part. diluti, in apparatu idoneo destillatorio vitreo caute, uti Acetum radicale (p. 11), elicitur. — Parari quoque potest pari modo decompositione Natri formicici puri, exsiccati, (ex Plumbo formicico cum Natro carbonico obtenti) Part. septem, ope Olei Vitrioli Part. decem, Aquae Part. quatuor antea diluti. — Simili modo GENUINUM ACIDUM FORMICARUM ex Formicis paratur. Animalia viventia destillantur cum Aqua, vel exprimuntur, et succus destillatur. Liquor elicitus acidus saturatur cum Kali vel Natro aut Plumbo oxydato, Sal, carbonum ope depuratum et siccatum, decomponitur ope Olei Vitrioli paullo Aquae diluti, ut memoratum. — Liquor acidus volatilis, Aceto radicali simillimus, sed odore differente, simul formicino; frigore non in crystallos coalescens. — *Part. const.* Acidi anydri: Carbonei 2, Hydrogenii 2 et Oxygenii 3 p. Mixt., Acidum concentratissimum adhuc 1 Aquae p. M. continet. Cum oleo vitrioli commixtum et calefactum inter effervescendum penitus in Gas Oxydi carbonosi et Aquam dissolvitur, cum mercurio praecipitato rubro calefactum Gas Acidi carbonici nascitur et oxydum revivicatur; simili modo sese habet ad alia oxyda metallorum nobilium, uti et eorum salia. Salia formicica, salibus aceticis passim sunt similia, discrepant autem in eo, quod cum oleo vitrioli solummodo Gas Oxydi carbonici edunt et ad oxyda metallica uti acidum liberum sese habent. (De Ammoniaci formicici proprietatibus conf. sal

ipsum p. 33). — *Vis* et *Usus:* Praecedentis; praecipue ad paranda Salia formicica pura et Naphtham formicicam parandam aptum.

ACIDUM FORMICARUM Dispensat. Fuldensis. — Mensibus Junio et Julio colligantur Formicae brunneo-rubrae, quae aqua frigida ab omni immunditie lotae, immittantur sacculo lineo tenuiori; sacculus formicum Libra repletus ponatur in vase lapideo puro,eique aquae pluviae ebullientis Libr. una superfundatur, post aliquam moram haec aqua in vas purum effundatur, ac de novo formicis aquae pluviae ebullientis Libr. una superfundatur et post aliquam moram denuo effundatur, hacque adfusione, quiete, et effusione eo usque pergatur, dum superfusa formicis nova aqua nullo amplius acido sapore inficiatur. Tunc vero omnes aquae acidae commisceantur, ac per chartam bibulam filtratae, serventur. Ex libra una formicarum quatuor circiter acidi librae obtineatur.

ACIDUM FORMICARUM DEPURATUM Dispensat. Fuldensis. Acidum Formicarum infusione obtentum immittatur retortae vitreae lenique igne usque ad quartae partis remanentiam destilletur, quo labore partes animales oleoso-pingues cum vaporibus aqueis in excipulum transeunt, relicto in retorta Acido Formicarum depurato (?).

ACIDUM GALLARUM seu GALLICUM, Sal essentiale Gallarum. Galläpfel- oder Gallus-Säure. *Acide gallique.*

Rec. Gallarum in pulverem redactar. quant. vis. Extrahantur aqua frigida, optime in prelo *Realiano;* liquor clarus in vase vitreo vel lapideo aperto aëre evaporatione spontanea transmittitur, quamdiu crustae crystallinae deponantur, quae paullo Aquae frigidae ablutae in sufficiente quantitate Aquae fervidae solvantur; ex filtrata solutione crystalli deponuntur, quae denuo in aqua solvendae, carbonum animalium ope depurandae, tunc ex liquore filtrato decolori crystalli purae obtinentur. Aciculas exhibet tenuissimas, longas, albas, nitore sericeo, inodoras, sapore debili acidulo, simul styptico; leni calore aëri expositae fatiscunt et aquam amittunt. — *Part. const.:* Carbonei 7, Hydrogenii 6 et Oxygenii 5 p Mixt. Crystalli continent 1 p. M. Aquae. Temperatura ordinaria 100 aquae partes ad solutionem requirit, facilius solutu in spiritu vini, solvitur quoque in aethere; solutio aquosa cum sale cujusdam ferri oxydati commixta, colorem intense atro-coeruleum assumit, gelatinam animalem autem non praecipitat. Cum alcalibus salia format aëris aditu facillima destructu, coloremque assumentia fuscum. Facile hoc acidum immutatur, in vase sublimatorio ad 170° R. usque calefactum, acidum carbonicum emittit, simulque crystalli aciculares et foliaceae, niveae, splendentes sublimantur, Acidum pyro-gallicum, Pyrogallus-Säure, *Acide pyro-gallique,* quod nominatur, sapore refrigerante amaro et subadstringente. Constat hoc acidum ex Carbonei 6, Hydrogenii 6 et Oxygenii 3 p. M.; facilius est solutu in aqua, spiritu vini et aethere; cum salibus ferri oxydati colorem atro-coeruleum, passim pulchre rubrum, mox evanescentem, assumit. Haec acida, si cito ad 200° R. usque calefiunt, novae immutationi succumbunt, emittunt aquam, prius quoque acidum carbonicum et massa restat nigra, insipida, insolubilis in aqua, solubilis in liquoribus alcalinis, salia cum iis quasi formans, ex quibus acida fortiora floccos nigros praecipitant, Acidum metagallicum quod nominatur. Constat in statu anydro ex Carbonei 12, Hydrogenii 6 et Oxygenii 3 p. M. Acidum liberum adhuc 1 Aquae p. M. continet. — Acidum gallicum, praecipue pyrogallicum, novissimis temporibus ut febrifugum in febribus intermittentibus commendatur.

ACIDUM HIPPURICUM, ACIDUM UROBENZOICUM. Hippur-Säure, Pferdeharn-Säure, Harnbenzoe-Säure. *Acide hippurique.*

Rec. Lotii equini recentis quantum vis. Evaporet leni calore ad partem octavam usque, tunc admisce Acidi Salis, quamdiu praecipitatum inde nascitur, quod solvitur in lactis Calcis ebullientis, quantum sufficit, filtratur et admiscetur solutioni Calcariae chlorosae, donec odor urinosus penitus evanuerit; digeratur tunc cum Carbone Lixivii Sanguinis q. s. donec liquor penitus decolor sit, filtretur et admisceatur liquori aqueo fervido Acidi Salis, usque dum valde acidus sit. Seponatur ad refrigerandum, et crystalli collectae aqua ablutae et siccatae serventur. — Prismata exhibet tenuia et longa, tetragona, planis duabus exacutis, decolora et pellucida, vel striata, alba, subdiaphana; inodora, sapore subacido salso, post subgutturali; difficilia solutu in aqua, temperatura ordinaria 600 partes requirunt, facilia solutu in spiritu vini, minus in aethere. — *Part. const.:* Carbonei 18, Hydrogenii 20, Oxygenii 6 et Azoti 2 p. M. — Salia format plerumque facile solubilia, solutiones cum salibus ferri oxydati praecipitatum praebent carneum. Facile hoc acidum immutatur; si per se ad sublimationem usque calefit, praeter Ammoniacum et Acidum borussicum, praecipue Acidum benzoicum praebet,idemque formatur, si cum oleo vitrioli vel acido nitri coquitur. — *Vis:* (?) — *Usus:* praecipue ad parandum acidum benzoicum inservit. Medicorum attentione per se quoque, tanquam medicamentum, dignum.

† ACIDUM HYDRIODICUM seu HYDRIODINICUM. Hydriod- oder Hydriodin-Säure, Jodwasserstoff-Säure. *Acide hydriodique.*

Rec. Iodi quantum vis. Tere in mortario lapideo cum pauxillo Aquae, addens per vices centuplum Aquae, tunc perducatur Gas Acidi hydrothionici ex Ferro sulphurato Spiritus Vitrioli ope extricati, donec liquor plane decolor sit; seponatur liquor turbidus per aliquod tempus in vase clauso, saepius agitando, filtretur, filtrato addatur Iodi quantum solvi potest, introducatur iterum Gas Acidi hydrothionici ad plenam liquoris decolorationem usque, filtretur denuo; quae

operatio iteranda, donec habebis liquorem satis concentratum, qui leviter calefiat et evaporet, ut Acidum hydrothionicum in excessu expellatur; servetur liquor clarus in vase vitreo, optime clauso. — Liquor limpidus, ad summum p. spec. 1,7; odore acido, acidi salis (p. 24.) simillimo, uti et sapore, simul styptico, aëris aditu in statu concentrato fumans, tempore aëre colorem obscure fuscum et odorem Iodi assumens; chlori vel bromi ope uti et acidi nitri, olei vitrioli ope Iodum quoque separetur, quod si amylo commiscetur, colorem intense coeruleum assumit. — Solutio est aquosa Gas Acidi hydriodici, quod ipsum constat ex Iodi et Hydrogenii aequalibus pond. Mixt. Salia cum basibus format salibus muriaticis analoga passim persimilia, solutiones (uti et acidum liberum) cum argento nitrico praecipitatum praebent caseosum, flavescens, in spiritu salis ammoniaci caustici haud solubile, cum salibus plumbicis autem praecipitatum intense luteum, et cum salibus mercurialibus oxydulatis praecipitatum virescente-flavum, cum salibus mercurialibus oxydatis vero pulchre cinnabarinum. — *Vis:* incitans, discutiens, resolvens, praecipue systema absorbens afficiens; in nimia quantitate facile damnifera. — *Usus:* Per se vix pro medicamento usurpatur; praecipue ad paranda Salia hydriodica inservit.

† ACIDUM HYDRIODOSUM, ACIDUM HYDRIODICUM IODATUM. Hydriodichte Säure, Jod-haltende Hydriod-Säure. *Acide hydriodeux.* — Obtinetur solutione Iodi in Acido hydriodico, donec liquor saturatus sit. Formatur per se quoque, si acidum praecedens satis diu aëri exponitur. Liquor obscure fuscus, impellucidus, odore et sapore ingrato iodino, simul acido, in sufficientem aquae quantitatem immissus Iodum partim deponit. — *Vis* et *Usus:* Uti Tincturae Iodi. Apud nos autem vix adhibetur. Pro reagente quoque inservire potest pariter ac tinctura iodi.

ACIDUM HYDROBROMICUM. Hydrobrom-Säure, Bromwasserstoff-Säure. *Acide hydrobromique.*

Rec. Bromi quantum vis. Solve in Aquae frigidae sufficiente quantitate, tunc admisce Aquae hepaticae purae, concentratissimae, quantum requiritur ad colorem fusco-rubrum penitus destruendum; filtra et evapora lenissimo calore, donec liquor p. spec. 1,15 habeat. Serva usui. — Liquor aqueus odore et sapore acido, acidi salis simillimo; addito chloro colorem fusco-aurantiacum et odorem putidissimum Bromi assumens. Solutio est aquosa Gas Acidi hydrobromici, quod ipsum constat ex Bromi et Hydrogenii aa paribus p. Mixt. — Salia exhibet cum basibus salibus muriaticis analogis plerumque simillima; solutiones (uti et acidum liberum) praecipitatum cum argento nitrico praebent album, caseosum in spiritu salis ammoniaci caustico concentrato tantum solubile; cum salibus mercurialibus oxydulatis et plumbicis praecipitata pariter alba praebent. — *Vis:* (?) — *Usus:* Ad paranda Salia hydro-bromica.

ACIDUM HYDRO-CYANICUM v. Acidum Borussicum (p. 15).

ACIDUM HYDRO-CYANICUM VEGETABILE v. Aqua hydro-cyanica vegetabilis.

ACIDUM HYDROTHIONICUM v. Aër hepaticus et Aqua hepatica.

† ACIDUM IODICUM. Jod-Säure, Jodin-Säure. *Acide iodique.*

Rec. Barytae iodicae Part. novem, Olei Vitrioli Part. duas, antea Aquae decuplo dilutas. Coque per dimidiam horam, filtra et evapora leni calore ad syrupi tenuioris spissitudinem, tunc aëri expone ad evaporationem spontaneam. (Parari quoque potest, Iodo cum sextuplo Acidi Nitri concentrati in phiala percapaci coquendo et vase saepius movendo, ut Iodum sublimatum e parietibus eluatur, donec Iodum penitus evanuerit; liquor residuus evaporatione in crystallos redigitur.) Crystallos exhibet plerumque parvas, in crustam cohaerentes, albas, splendentes, vel massam albam, inodoram, sapore ingrato, peracido et styptico. — *Part. const.:* Iodi 2 et Oxygenii 5 p. M.; calore decomponitur; facile solutu in aqua, aegre autem in alcohole vini; solutio aquosa addito morphio vel sale quodam morphino colorem fusco-rubrum assumit et Iodi nidores emittit. Salia format cum basibus plerumque insolubilia vel parum solubilia in aqua; igne facile decomponuntur, et Oxygenium passimque Iodum quoque, emittunt; corporibus combustibilibus commixta et calefacta detonant. — *Vis:* (?) vires Iodi, et quidem validiores possidere, veri simile est. — *Usus:* Ad paranda Salia iodica, praecipue autem ut reagens contra morphium inservit.

ACIDUM LIMONUM v. Acidum Citri (p. 17).

ACIDUM MALICUM, ACIDUM SORBICUM. Aepfel-Säure, Spier-Säure. *Acide malique, Acide sorbique.*

Obtinetur omnium facillime ex Succo Baccar Sorbi aucupariae (I 18) depurato. Admiscetur ei per vices Calcaria carbonica, donec liquor, adhuc acidus, nigrescat; filtrato admiscetur Plumbum nitricum solutum, quamdiu praecipitatum enascitur; seponatur miscella in locum temperatum, donec praecipitatum caseosum penitus in crystallos aciculares coalescat, quae aqua ablutae in pulverem teruntur et cum Spiritu Vitrioli diluto in excessu coquuntur, donec puls homogenea granulis expers fiat, cui admiscetur per vices solutio Barytae hydrothionicae ad saturandum acidum sulphuricum, et demum Baryta carbonica ad plenam saturationem usque; praecipitatum album, aqua optime ablutum, Acidi sulphurici diluti quantitate exacte ad decomponendam barytam malicam necessaria digeritur, et liquor filtratus purus lenissimo calore evaporatur. Aegre in crystallos coalescit exiguas, aciculares, in globulos mamellatim cohaerentes, aëre facile deliquescentes, tunc liquorem syrupi consistentia exhibent; inodorum, sapore peracido. — *Part. const.* et Pond. Mixt.

acidi anydri penitus cum Acidi Citri (p. 17) congruunt; hanc ob causam *compositiones isomericae* sunt: calore decomponitur; facillime est solutu in aqua, uti et in spiritu vini. Salia malica ab analogis salibus citricis discrepant, plerumque solubilia sunt in aqua et salia acida, passim difficiliora solutu, crystallos speciosas exhibent. — *Vis:* Acidi Citri (?) — *Usus:* Ad paranda Salia malica. — Acidum hoc medicorum attentione dignum.

ACIDUM MARINUM seu MURIATICUM v. Acidum Salis.

ACIDUM MURIATICUM OXYGENATUM v. Aqua chlorata.

† ACIDUM NITRI. Salpeter-Säure. *Acide de Nitre.*

Synon.: Acidum nitricum, Acidum azoticum, Acidum septicum, Spiritus Nitri acidus, in statu dilutiore Aqua fortis. Salpetergeist, *in verdünntem Zustande Scheidewasser. Acide nitrique, Esprit de Nitre, Eau forte.*

Rec. Nitri siccati Libras sex.

In retortam siccam inmissis superaffunde

Olei Vitrioli anglici totidem,

adaptato recipiente tubulato, siphone ita instructo, ut ejus crus interius paullum tantum in recipiens intret, crus exterius autem in vas paullum aquae continens, ne attingat aquam, quod siphonis ope cum alio vase aperto ita junctum, ut sipho utriusque fundum attingat; tum, luti pinguis ope juncturis bene clausis, fiat destillatio, igne primum moderato, sed gradatim aucto, donec residuum, calore obscure rubro-candente, aquae instar fluat; apparato refrigerato exime caute acidum et serva solliciter in vase vitreo epistomio vitreo obturato, loco frigido, obscuro. — Liquor limpidus decolor, plerumque autem flavescens, p. spec. 1,5; odore debili, ingrato, acido-pungente et sapore acerrimo, caustico, acido; aëris aditu nebulas albas emittit; temperatura 70° R. ebullit et destillatur, frigore fortiori tantum coalescit. — *Part. const.* Acidi anydri: Azoti 2 et Oxygenii 5 p. M., in statu autem concentratissimo ad minimum 1 Aquae p. Mixt. continet. In qualibet proportione cum aqua et spiritu vini, et quidem inter fervescendum, facile mixtu. Cum duabus Aquae Partibus commixtum AQUA FORTIS, ACIDUM NITRI DILUTUM seu MEDICINALE, Scheidewasser, medicinische Salpetersäure, *Eau forte, Acide nitrique medicinale,* nominatur. — Acidum Nitri facile decomponitur, dum Oxygenium reddit; praecipue idoneum ad dissolvenda plurima metalla et alia corpora anorganica. Acidum hoc forte magnam habet affinitatem ad bases; Salia format plerumque solubilia in aqua; igne omnia destruuntur et corporibus combustibilibus commixta igne detonant. — *Vis* acidi concentrati: maxime deleteria, caustica, corpora organica plerumque destruens et colore flavo imbuens; acidi diluti minus corrodens, interne tamen facile toxica, satis diluta autem nervos revocillans, appetitum promovens, sanguinis vigorem augens.

Sit acidum purum, p. spec. supra memorati; dilutum acidum, addito argento nitrico vel baryta nitrica, non turbetur et addito acido hydrothionico non obscure coloretur. — ACIDUM NITRICUM MEDICINALE Pharmac. borussicae p. spec. est 1,195—1,205.

Usus: Interne cautissime, acidum dilutum parva dosi, externe in pediluviis; ad Fumigationes SMYTHIANAS cet. — *Praep.:* Aether Nitri, Spiritus Nitri dulcis, Julep nitrosum, Unguentum oxygenatum. Additur pluribus aliis compositionibus, et praecipue ad pa-

randa Salia nitrica et alia praeparata, ut: Acidum Phosphori (p. 24.) cet. inservit.

ACIDUM NITRI FUMANS, Acidum nitrosum (improprie) seu nitrico-nitrosum concentratum, Spiritus Nitri fumans GLAUBERI. Rauchende Salpeter-Säure, rauchender Salpetergeist. *Acide nitreux, Esprit de Nitre fumant.*

Obtinetur pari modo quo praecedens; sumuntur autem ad 8 Nitri Part. 6 solummodo Olei Vitrioli. Vas recipiens semper aquae vel nivis ope, quantum fieri potest, frigefaciendum, ignis demum ad retortae incandescentiam usque augendus et in destillatione pergendum, quamdiu liquor prodit. — Acidum hoc colore obscure rubro-aurantiaco est praeditum; aëre vapores emittit rutilantes, odore suffocante; si cum aqua commiscetur, miscella inter effervescendum colorem assumit primo viridem, post laete coeruleum, qui, addita majori aquae portione, evanescit. — Ceterum plerumque ut praecedens sese habet. Miscella est Acidi nitrosi cum Acido nitrico. — Pari modo ac praecedens adhibetur. — Ad parandam Mixturam HOFFMANNI quoque inservit.

ACIDUM NITRICUM AROMATICUM. Gewürzhafte Salpeter-Säure. *Acide nitrique aromatique.*

Rec. Aquae Fortis Unc. tres, Aq. Rosar. Libr. unam. Misce.

ACIDUM NITRICUM DULCIFICATUM seu VINOSUM v. Spiritus Nitri dulcis.

ACIDUM NITRO-MURIATICUM v. Aqua regis.

ACIDUM NITRO-XANTHICUM v. Acidum Carbo-azoticum (p. 17.).

† **ACIDUM OXALICUM**, Acidum Acetosellae, Acidum Sacchari, Acidum carbonosum. Klee-Säure, Sauerklee-Säure, Zucker-Säure, kohlichte Säure. *Acide oxalique, Acide saccharin, Acide carboneux.*

Rec. Salis Acetosellae Unc. quatuor. Solve in Aquae fervidae Unc. sexaginta, liquori calido admisce per vices, saepius agitando, Acetum Saturni, quamdiu praecipitatum album enascitur, quod, aqua optime elotum, cum Olei Vitrioli ponderis Part. tertia, antea decuplo Aquae purae diluti commiscetur; post digestionem sufficientem filtra: residuum edulcora, per liquorem filtratum perduce Gas Acidi hydrothionici, donec non amplius colorem nigro-fuscum assumat; iterum filtra et ad crystallisationis momentum evapora; crystallos collectas et aëre siccatas serva. — Parari quoque potest ex Kali oxalico neutro, dum Barytae muriaticae vel hydrothionicae ope praecipitatur, et obtenta Baryta oxalica simili modo ac praecedens Acidi sulphurici ope decomponitur. — Ex Saccharo ita paratur, ut duplo Acidi Nitri concentrati, antea 4—6 partibus Aquae diluti, in apparatu vitreo destillatorio idoneo calefiat, quam diu vapores rutilantes emittuntur, tunc liquor evaporetur lenissimo calore ad crystallisationis momentum; liquor restans a crystallis liberatus, denuo cum additione Acidi Nitri evaporetur, quod iteratur, quamdiu crystalli enascuntur, quae inter chartam bibulam pressae, in minima Aquae fervidae quantitate solvuntur et crystallisatione depurantur. — Simili modo Acidum oxalicum ex pluribus aliis materiis organicis, Acidi Nitri ope parari potest. — Crystallos exhibet prismaticas, oblique rhombicas vel inaequaliter hexagonales, decolores et pellucidas, p. spec. 1,507; inodoras, sapore peracido, temperatura ordinaria aëre vix alterantur, lenissimo calore autem fatiscunt in pulverem album; calore auctiore totum avolat et partim sublimatur, partim in Aqua, Acidum carbonicum, Oxydum carbonosum et Acidum formicicum dissolvitur; cum Oleo Vitrioli commixtum et calefactum in aequalia Gas Acidi carbonici et Oxydi carbonosi volumina dilabitur. — *Part. const.* Acidi anydri: Carbonei 2 et Oxygenii 3 p. M. Acidum crystallisatum 3, et pulvis dilapsus 1 Aquae p. M. continet. — Magnam habet affinitatem ad bases. Salia oxalica plerumque in aqua insolubilia vel aegre solubilia; solutiones aquosae salium solubilium cum salibus calcariis praecipitatum praebent album, penitus insolubile in aqua, solubile solummodo in acidis mineralibus fortioribus. — *Vis:* temperans, facile autem in dosi mediocri damnifera et celeriter lethalis. — *Usus:* Medicinalis rarissimus. — *Praep.:* Limonada, Morsuli. Praecipue ad paranda Salia oxalica, et tanquam reagens inservit. — Sit Acidum purum, supra ut bonae notae descriptum, decolor, aëre humorem non attrahens, calore non vapores nitrosos emittens et calore aucto penitus in auras abiens.

ACIDUM PAPAVERICUM seu MECONICUM. Mohn- oder Mecon-Säure. *Acide papaverique* ou *meconique.*

Obtinetur in parando Morphio ope Spiritus Salis ammoniaci caustici, vel Sale culinari, aut Calcaria muriatica. Calcaria obtenta papaverica impura Spiritus Vini ope lavatur, tum miscetur cum decuplo Aquae et calida redditur miscella ad summum ad 72° R. usque, admiscetur per vices Acidum Salis, donec penitus fere solutum sit, tunc additur Carbonis Lixivii Sanguinis depurati quantum satis ad decolorandum liquorem, qui adhuc fervens filtratur et refrigeratur. Crystalli micaceae Calcariae bipapavericae ablutae solvuntur sufficiente quantitate Aquae ad 72° R. usque calefactae, iterum admiscetur Acidi Salis dimidium Calcariae papavericae pondus, inter refrigerandum Acidum papavericum in crystallis secernitur, quod, si adhuc impurum, iterum pari modo tractan-

dum. — Crystallos exhibet micaceas, albas, pellucidas, splendentes, inodoras, sapore peracido et styptico, temperatura ordinaria aëre immutabiles, calore 80° R. in pulverem album fatiscentes; non faciles solutu in aqua frigida, faciliores in aqua fervida et spiritu vini. — *Part. const.* Acidi anydri: Carbonei 7, Hydrogenii 4 et Oxygenii 7 p. M.; crystalli continent adhuc 4 Aquae p. M. — Acidum hoc calore facile immutatur; ad 88° R. usque calefactum, vel si cum aqua ebullit, Acidum carbonicum elicitur et in Acidum metapapavericum, Acid. metameconicum, Meta-Mohn- oder Mecon-Säure, *Acide metameconique*, abit, granula exhibens alba, in massas subglobosas, duras, concrescentia, quod constat ex Carbonei 6, Hydrogenii 4, et Oxygenii 5 p. M. — Sublimatione Acidum papavericum in Acidum pyro-papavericum seu pyro-meconicum, Pyro- Mohn- oder Mecon-Säure, *Acide pyro-meconique*, immutatur, crystallos exhibens speciosas, aciculares et foliaceas, vel octaëdricas acutas, decolores, splendentes, sapore acido simulque amaro; faciliores solutu in aqua et alcohole vini. Salia papaverica (meconica), plerumque solubilia, uti et acida libera cum solutione liquoris ferri muriatici commixta, colorem intense sanguineum assumunt. — *Vis:* anthelmintica (?) an toxica? non probabile est. — *Usus:* Apud nos non per se pro medicamento adhibetur. — Ad paranda Salia papaverica, uti et pro reagente, inservire potest.

ACIDUM PARATARTARICUM, ACIDUM UVARUM. Paraweinstein-Säure, Trauben-Säure, Säure der Vogesen. *Acide paratartarique*, ou *de Vosque*. — Obtinetur in praeparatione Salis essentialis Tartari ex Tartaro Acidum paratartaricum continente, si muria, ex qua Sal essentiale Tartari secretum est, evaporatur. Crystalli obtentae iterata crystallisatione depurandae. — Prismata exhibet oblique rhomboidica, vel inaequaliter hexagonalia, planis obliquis exacuta, decolora, pellucida, tempore aëre subfatiscentia; sapore forti, sed grate acido, Salis essentialis Tartari persimili, quocum hoc Acidum omnino quoad proprietates, *Part. const.* et Pond. Mixt. congruit, nisi quod crystalli duae Aquae pond. Mixt. continent, et ad solutionem 6—7 aquae Partes temperatura ordinaria requirunt, porro via humida salia calcaria muriatica, nitrica, imo gypsum uti acidum oxalicum (v. supra) decomponunt. Ceterum salia paratartarica quoque in crystallorum figura a salibus tartaricis analogis discrepant; quare *compositiones isomericae* sunt. — *Vis:* Salis essentialis Tartari(?) — *Usus:* Per se nondum tanquam medicamentum adhibetur, saepius autem Sali essentiali Tartari admixtum reperitur.

ACIDUM PECTICUM. Gallert-Säure. *Acide pectique.*

Rec. Radicum Dauci recentium quantum vis. Contere et exprime succum, residuum insolubile lava aqua pura et exprime repetitis vicibus, donec materiae solubiles penitus expulsae sint. Hujus Residui optime eloti Unc. quinquaginta tere successive cum Aquae destillatae Unc. trecentis, tum adde Kali bicarbonici, antea in sufficiente Aquae quantitate soluti, Unc. duas; coque per quadrantem horae, cola cum expressione; colaturae adde sensim solutionem Calcariae muriaticae, quamdiu praecipitatum gelatinosum enascitur, cui, aqua frigida abluto et cum parva Aquae calidae quantitate diluto, admiscetur Acidi Salis quantum sufficit ad solvendam Calcariam, tum refrigeratam Gelatinam aqua frigida edulcora. — Massam exhibet gelatinosam, decolorem, pellucidam, sapore acidulo, insolubilem in aqua pura, addito autem paullo cujusdam alcali puri, facillimam solutu; solutio liquida acidorum ope iterum sub forma gelatinae praecipitatur, praecipitatur quoque plurium salium, spiritus vini, sacchari cet. ope. Aqua penitus privatum massam exhibet subpellucidam, subflavescentem. — *Part. const.:* Carbonei, Hydrogenii et Oxygenii (?) *Vis* (?) — *Usus:* Ad parandas gelatinas artificiales et pro antidoto contra metalla nociva proponitur.

ACIDUM PHOSPHORI.

Phosphor-Säure. *Acide phosphorique.*

Synon.: Acidum phosphoricum, Acidum Ossium, Knochen-Säure.

Rec. Cornu Cervi usti albi vel aliorum ossium Cineris (I. 42.) in frustulis Libras sex,
Olei Vitrioli anglici puri Libras octo,
cum sextuplo Aquae dilutas.

Misce et digere in vase vitreo vel lapideo leni calore, donec frustula ossium omnia evanuerint et miscella in pultem homogeneam impalpabilem immutata sit; tum cola cum expressione, edulcora residuum aqua pura et evapora liquorem ad syrupi tenuioris spissitudinem, sepone in locum frigidum, separa gypsum depositum, evapora denuo liquorem clarum in vase porcellaneo, post optime platineo, fundatur denique igne obscure rubro-candente, donec vapores Olei Vitrioli emittere cessaverint, tum effunde massam super lapidem porphyreum, et refrigerata, statim in vasis optime

clausis serva. Habebis massam solidam, decolorem, hyalinam, vitri similem; p. spec. 2, inodoram, sapore peracido, subcaustico, ACIDUM PHOSPHORI SICCUM seu GLACIALE vel potius ACIDUM PYRO- seu PARA-PHOSPHORICUM, Trockne eisartige Phosphorsäure oder vielmehr Pyro- oder Para-Phosphorsäure, *Acide para-phosphorique.*— Hydratum est Acidi Phosphori. Acidum anydrum ipsum constat ex Phosphori 2 et Oxygenii 5 p. M.; ex aëre humorem attrahit et lente liquescit.— Si solvitur cum triplo Aquae, fit ACIDUM PHOSPHORI MEDICINALE CONCENTRATUM, concentrirte wässerige medicinische Phosphorsäure; in decuplo Aquae autem solutum est ACIDUM PHOSPHORI DILUTUM, verdünnte Phosphorsäure, *Acide phosphorique dilué.*—Salia phosphorica plerumque insolubilia in aqua; soluta praebent cum solutione sacchari saturni vel salium mercurialium praecipitatum album, cum solutione argenti nitrici praecipitatum flavum, si recenter incandescunt et salia pyrophosphorica exhibent, praecipitatum album. — *Vis:* excitans, analeptica, antiseptica.

Sit acidum purum, decolor, inodorum, concentrati p. spec. sit 1,39 et diluti 1,10; addito alcohole vini quadruplo, vel solutione barytae muriaticae non turbetur et acido hydrothionico minime unquam coloretur.

Usus: In solutione diluta, et interne et externe, mixturis admiscetur; ne praescribas cum salibus, quae decomponit. Additur aliis quoque compositionibus et ad parandum Phosphorum (I. 206.) inservit; hunc autem in finem Calcariam continere licet.

ACIDUM PHOSPHORI EX PHOSPHORO. Phosphor-Säure aus Phosphor. *Acide phosphorique de Phosphor.*

Rec. Phosphori puri (arsenico liberi) bacillorum quantum vis. Immitte in tubulos vitreos apertos in infundibulo vitreo, vase vitreo seu porcellaneo superimposito, collocatos; sepone in locum frigidum tutum, apparatu campana vitrea ita tecto, ut aëris aditus non impediatur, donec phosphorus penitus dissolutus sit. Liquori obtento calefacto immitte per vices Acidi Nitri, quamdiu vapores rutilantes enascuntur; tum evapora ad siccum. — Vel solvitur Phosphorus statim in Acido Nitri diluto, immittendo frustula in Acidum ad ebullitionem usque calefactum, quamdiu solvuntur. — Liquor acidus uno alterove modo obtentus evaporatione ad siccum ab acido Nitri in excessu liberandus et acidum restans justa Aquae quantitate solvendum. — Parari quoque potest breviori tempore, dum Phosphori frustulum in patera porcellanina, alteri majori imposita, incenditur, statimque campana vitrea satis capax insuper ponitur, et si phosphorus comburi cessaverit, campana per momentum levatur, et si phosphorus iterum flammam concipit, apparatus campana tegitur; operatio continuatur, donec phosphorus aëris aditu non amplius incenditur, tunc novum frustulum immittendum, et, uti memoratum, agendum, quamdiu lubet. Acidum cum Oxydo Phosphori denique colligendum, et Acidi Nitri ope, uti in praecedente memoratum, penitus cum Oxygenio saturandum. *Vis* et *Usus:* Praecedentis. — Plerumque purius putatur hoc acidum et hac de causa praecedenti praefertur Acidum Phosphori, ex ossibus autem solliciter modo memorato paratum minime ei postponendum. Prostat enim in commercio saepius phosphorus arsenico inquinatus. Hac de causa Acidum ex Phosphoro paratum semper solliciter investigandum, Gas Acidi hydrothionici introducendo, et miscella in vase clauso ad minimum per 24 horas seponenda. Si flavum auripigmenti praecipitatum deponit, Acidi hydrothionici ope penitus depurandum.

ACIDUM PHOSPHOROSUM vel potius PHOSPHATICUM, phosphorige oder vielmehr phosphatige Säure. *Acide phosphatique,* — obtinetur modo supra memorato, si Phosphorus in tubulos vitreos inclusus lentae et imperfectae combustioni subjicitur. Liquor acidus obtentus servetur usui in vasis bene clausis; tractatione cum Acido Nitri omissa. Distinguitur a praecedente praecipue odore debili alliaceo. — Miscella est solutionis aquosae Acidi Phosphori cum Acido phosphoroso. In febribus malignis commendabatur.

ACIDUM PRUSSICUM v. Acidum borussicum (p. 15).

ACIDUM PYRO-ACETICUM seu PYRO-LIGNOSUM v. Acetum Lignorum empyreumaticum (p. 9.).

ACIDUM PYRO-TARTARICUM v. Spiritus Tartari.

ACIDUM SACCHARI v. Acidum oxalicum (p. 22.).

ACIDUM SALIS. Salz-Säure. *Acide de Sel.*

Synon.: Spiritus Salis acidus, Oleum Salis, Acidum marinum seu muriaticum, Acidum hydrochloricum seu hydrochlorinicum, Acor hydrochlorinicus, Hydralogenium. Salzgeist, Salzöl, Kochsalzsäure, Meersalzsäure, Hydrochlorinsäure, Chlorwasserstoffsäure, salzichte Säure. *Esprit de Sel, Acide marin, Acide muriatique* ou *hydrochlorique.*

Rec. Salis communis Libras sex.

In retortam vitream immissis affunde

Olei Vitrioli anglici puri Libras septem,

Aquae Libris tribus dilutas, cavens ne collum acido inquinetur. Adaptato recipiente tubulato satis capaci cum tubulo Woulfiano, cujus crus interius usque ad pollicis spatium a fundo introducendum, et lagena alta,

Aquae destillatae Libras viginti continente, cruri externo ita supposita, ut fundum paene attingat, fiat statim destillatio ex balneo arenae, igne primum moderato, post gradatim aucto, donec residuum in retorta siccatum sit, et massa prope fundi incipiat. Apparatu refrigerato exime Acidum et serva in vasis vitreis epistomio vitreo obturatis. — Liquor limpidus, odore debili acido, et sapore peracido acerbo, pond. spec. 1,06. — Solutio est Gas Acidi Salis in Aqua, duodecim procentum circiter continens. Acidum Salis anydrum ipsum constat ex Chlori et Hydrogenii āā 2 p. Mixt. Cum liquore argenti nitrici praecipitatum album caseosum praebet in aqua et acidis insolubile, solubile autem in spiritu salis ammoniaci caustico; cum liquore hydrargyri nitrici oxydulati praecipitatum album insolubile quoque uti et cum sale quodam plumbico praecipitatum album parum solubile format. — Salia exhibet cum basibus plerumque solubilia in aqua et spiritu vini. Solutiones ad reagentia sese habent uti acidum liberum. Evaporata ad siccum vel crystallisatione plerumque in metalla chlorata convertuntur. — *Vis:* excitans, antiseptica, diuretica, alterans, subcorrosiva.

Sit liquor decolor, vel vix flavescens, pond. spec. memorati. Acidum flavum vel fuscum, odore ingrato croceo, cum liquore kalii ferro-cyanati praecipitatum coeruleum, vel cum solutione barytae muriaticae praecipitatum album, in aqua insolubile, praebens, vel si adeo acidi hydrothionici ope colore fusco-nigro vel flavo coloretur, acido hydrothionico et rectificatione depurandum.

Usus: Interne cum aqua dilutum, vel mixturis admiscetur, et externe. Ne materiae admisceantur quibuscum productum insolubile praebet (v. supra). Inservit etiam ad paranda Salia muriatica et alia praeparata, uti et tanquam reagens.

ACIDUM SALIS seu MURIATICUM ALCOHOLISATUM Pharm. Gallicae. Weingeistige Salzsäure. *Acide muriatique alcoolisé.* — Miscella est Acidi Salis fumantis Part unius et Spiritus Vini rectificatissimi Part. sex. — **ACIDUM NITRICUM ALCOHOLISATUM** Pharm. Gallic. Weingeistige Salpetersäure, *Acide nitrique alcoolisé,* similis miscella ex Acidi Nitri p. spec. 1,30 cum Triplo Spiritus Vini rectificatissimi.

ACIDUM SALIS DEPHLOGISTICATUM seu **OXYGENATUM** v. Aqua Chlori.

ACIDUM SALIS COMMUNIS DULCE seu **DULCIFICATUM** v. Spiritus Salis dulcis.

ACIDUM SALIS FUMANS, Spiritus Salis fumans Glauberi, Acidum muriaticum seu hydrochloricum concentratum. Rauchende Salzsäure, Glaubers rauchender Salzgeist. (De Synon. v. et praecedens.)

Pari modo uti Acidum Salis paratur, Im-

mittuntur autem in vas excipiens (aquae frigidae immersum) quinque tantum Aquae Librae. — Liquor praecedenti simillimus, plus autem acidus, subcorrosivus, odore pungente, ingrate acido, pond. spec. 1,13; aëre humido nebulas griseo-albidas emittens; epistomia suberina per tempus fusco-nigra colorans. Vix tres Aquae Partes ad unam Acidi anydri continet. Ceterum quoad proprietates cum praecedente convenit, et Duplo Aquae dilutum illud supplet.

ACIDUM STIBICUM v. Materia perlata.

ACIDUM STIBIOSUM IMPURUM v. Cinis Antimonii.

ACIDUM SUCCINICUM v. Sal Succini.

ACIDUM SULPHO-VINOSUM v. Elixir acidum.

ACIDUM SULPHURICUM v. Oleum et Spiritus Vitrioli.

ACIDUM SULPHURICUM seu VITRIOLI ALCOHOLICUM et AROMATICUM v. Elixir Acidum et Vitrioli Mynsichti.

ACIDUM SULPHUROSUM, SULPHURIS VOLATILE seu VITRIOLI PHLOGISTICATUM v. Spiritus Sulphuris per campanam.

ACIDUM TANNICUM v. Tanninum.

ACIDUM TARTARI seu TARTARICUM v. Sal essentiale Tartari.

ACIDUM TARTARI Veterum = Cremor Tartari.

ACIDUM TARTARI ANTIMONIATUM Pharmac. Bremensis. Weinsteinsaures Antimonoxyd. *Oxyde d'Antimoine tartreux.*

Rec. Vitri antimonii, Acidi Tartari crystallisati ãã Unc. duas. Coque cum Aq. destillatae Libris novem per dimidium horae, deinde filtra et sensim lenissimo igne in vase porcellaneo ad siccitatem evapora. Servetur in vitro bene clauso. — Est Antimonium tartaricum impurum. — *Vis:* emetica. — In modum tartari emetici, apud nos autem non, adhibetur (v. et Antimonium tartaricum).

ACIDUM TARTARI ARORIUM Rollfinki.

Rec. Cremor. Tartari Drachm. tres, Rad. Ari Unc. unam, Elaeosacchari Cinnamomi Unc. semis, Elaeos. Citri Drachm. duas. Misce.

ACIDUM URO-BENZOICUM v. Acidum hippuricum (p. 19).

ACIDUM VALERIANICUM. Baldrian-Säure. *Acide valerianique.*

Obtinetur in parando Oleo Valerianae aethereo tanquam parergon. Aqua Valerianae calefacta saturetur ope Kali seu Natri carbonici, liquor neuter evaporet, donec paullum tantum remanserit, neque amplius nidores aethereos valerianinos emittat; tunc in retortam immissum admiscatur Olei Vitrioli, antea duplo Aquae diluti, quantum sufficit ad decomponendum sal; destillet leni calore, quamdiu Acidum oleosum una cum aqua prodit, quod, separatorii ope aqua liberatum, in vitro bene obturato servandum. — Liquor oleosus, decolor, aqua levior, odore forti pungente, subvalerianino, sapore acerrimo-acido, urente, corrodente, post dulciusculo; volatilis, sine mutatione facile destillatur; facile flammam concipit et olei aetherei instar comburitur. — *Part. const.* acidi anydri: Carbonei 10, Hydrogenii 18 et Oxygenii 3 p. M.; in statu concentratissimo acidum liberum 1 adhuc Aquae p. M. continet. Facile solutu in aqua, temperatura ordinaria 16 partes requirit, cum alcohole vini vel aethere in qualibet proportione commiscibile; insolubile in oleo terebinthinae. — Salia format cum basibus plerumque solubilia, sapore dulci. — *Vis:* excitans, nervina (?) — *Usus:* Uti olei Valerianae. Acidum hoc, sane efficax, per se pro medicamento nondum adhibebatur; medicorum autem attentione omnino dignum! Eundem in finem Salia quoque valerianica investiganda.

ACIDUM VITRIOLI v. Oleum et Spiritus Vitrioli.

ACIDUM ZOOTICUM v. Acidum borussicum.

† ACONITIUM, ACONITINUM. Aconitin. *Aconitine.*

Rec. Herbae Aconiti Napelli recenter et sollicite siccatae, grossiuscule pulveratae, quantum vis. Pauxillo Spiritus Vini rectificatissimi humectata et prelo Realiano immissa extrahatur penitus ope Spiritus Vini rectificatissimi. Liquori obtento, claro, admisce Calcis extinctae vigesimam herbae Partem. Post digestionem per viginti quatuor horas, saepius agitans, filtra et adde filtrato per vices Spiritus Vitrioli quantum sufficit ad perfectam saturationem et donec acidum paullum præponderet; filtra, abstrahe Spiritum Vini lenissimo calore ad quartam remanentis Partem usque; admisce residuo dimidiam Aquae Partem et evapora in vase vitreo vel porcellaneo aperto, donec Spiritus Vini omnis in auras abierit; post refrigerationem filtra et liquori filtrato, concentrato, admisce Liquorem Kali carbonici, concentratum, quamdiu praecipitatum enascitur, quod collectum inter chartam bibulam pressum et siccatum in Alcoholis Vini absoluti sufficiente quantitate solvendum; filtratae solutioni admisce per vices, semper agitans, Carbonis Lixivii Sanguinis laevigati quantum sufficit ad decolorandum liquorem; iterum filtra, filtrato adde Aquae purae quantum sufficit, ad lac formandum, quod in aëre libero evaporationi lenissimo calore relinquendum. Si Aconitium adhuc impurum, denuo modo memorato tractandum. Solvi quoque potest in Spiritu Vitrioli diluto, solutioni filtratae admisceri Calx extincta in excessu et extrahi praecipitatum totum Aetheris Vitrioli ope, destillari Aether, residuum solvi in Alcohole Vini et agi ut supra. — Massam exhibet solidam decolorem et pellucidam, splendentem, fragilem, inodoram, sapore ingrato amaro, post acri-gutturali, minime autem caustico-

urente. Difficile est solutu in aqua, temperatura ordinaria 150 et in momento ebullitionis 50 requirit partes; tinctura iodi solutionem cum colore rubro-fusco, tinctura gallarum cum colore albido valde praecipitat; facile solutu in spiritu vini uti et in aethere. — *Part. const.:* Carboneum, Hydrogenium, Oxygenium et Azotum, p. M.? Non est volatile, leni calore facile liquefit, calore auctiore destruitur, admisso aëre flammam concipit et penitus comburitur. Salia format cum acidis plerumque incrystallisabilia, facile solubilia in aqua et spiritu vini. — *Vis:* Aconitii (et salium aconitinorum) summe narcotica, venenata, facillime deleteria. — *Usus:* In substantia vel solutione, minima dosi cautissime! — Principium hoc nondum per se ut medicamentum receptum, est autem materia Aconiti praecipue medicatrix, quam ob causam in medicinam introducendum et medicorum attentione quam maxime dignum!

ACOR v. quaeque Aceta et Acida quibuscum *Synonymus.*

ACOUMELI seu APOUMELI = Oxymel.

ADEPS CURATA seu PRAEPARATA, ADEPS DAPHNES GNIDII, NITRATE HYDRARGYRI cet v. Axungia Porci (I. 12) et Unguentum.

AËR AZOTICUS et AZOTI OXYDATI v. Gas.

† AËR FIXUS, facticius seu mephiticus, Acidum aëreum seu cretaceum, Gas Acidi carbonici, Acidum carbonicum. Fixe Luft, Luftsäure, Kreidesäure, künstliche Luft, Mineralgeist, wilder Geist, Mostgas, Kohlensäure. *Aër fixé, Acide aërien* ou *crayeux, Gas acide carbonique.* — Paratur decompositione Salis cujusdam carbonici, e. g. Cretae, Acidi Salis seu Vitrioli ope. Gas exiens tubuli pneumatici ope in vasis Aqua fervida vel solutione concentrata Salis communis repletis excipiendum, quae, optime obturata, loco frigido asservanda. — Aër decolor, pond. spec., aëris atmosphaerici = 1 posito, 15,277; odore haud ingrate pungente; colorem tincturae laccae coeruleae in rubrum immutat, qui color aëre atmosphaerico sensim denuo in coeruleum reducitur; incombustibilis, flammam exstinguit, per se non inhalari potest, et animalia immersa celeriter moriuntur. — *Part. const.:* Carbonei 1 et Oxygenii 2 p. Mixt. Cum Aqua frigida pressione atmosphaerica ordinaria 1, pressione fortiori 2 — 3 Volumina conjungi possunt, quae autem aëre facile, praecipue calore adjuvante, in auras abeunt. — Salia format cum basibus plerumque insolubilia in aqua, exceptis alcalium purorum; addito acido quodam fortiori Aërem fixum inter effervescendum amittunt. — *Vis:* sedans, inhalati facile nociva, suffocans. — *Usus:* Forma balnei Aëris; cum vicenis voluminibus Aëris atmosphaerici commixtus, phthisicis ad inhalandum proponitur; praecipue autem in evolutionis momento interne varia forma sumendus praescribitur (conf. Potio *Riveri*, Pulvis Sedlitzensis, Pulvis Sodae cet. uti et Aqua aërata etc.).

† AËR HEPATICUS, Mephitis hepatica, Gas Acidi hydrothionici seu hydrosulphurati, Acidum hydrothionicum gasosum. Hepatische Luft, Schwefelleberluft, Schwefelwasserstoff, Schwefelwasserstoffsäure, Hydrothionsäure. *Gas hepatique* ou *hydrogène sulphuré, Acide hydrothionique.*

Rec. Ferri sulphurati quantum vis. Grossiuscule pulverato affunde Spiritus Vitrioli sextuplum. Introducatur Gas evolvens tubuli pneumatici ope in vasa aqua fervida vel solutione concentrata Salis communis repleta uti praecedens. — Servetur in vasis optime obturatis, loco frigido, obscuro. — Aër decolor, p. spec. 1,1805, Aëris atmosphaerici = 1 positum, odore foetidissimo, hepatico, tincturam laccae coeruleae rubram colorans, qui color aëre atmosphaerico evanescit; facile flammam concipit et cum flamma coeruleo-rubra comburitur, aquam et acidum sulphurosum formans simulque sulphur deponens *Part. const.:* Sulphuris 1 et Hydrogenii 2 p. Mixt. Temperatura et pressione atmosphaerica ordinaria Aqua 2 — 3 Aëris hepatici volumina excipit. — Salia exhibet cum alcalibus decolora, plerumque solubilia in aqua, quae addito acido quodam fortiori Acidum hydrothionicum praebent. Arsenicum et plurima Salia metallica ex solutione coloribus distinctis praecipitat. — *Vis:* inhalati, maxime toxica, parva quantitate facile suffocans, lethalis. — *Usus:* In tussi pertinaci post peripneumoniam, multo cum aëre atmosphaerico commixtus, inhalari proponitur; non nisi maxima prudentia adhibendus. Ad parandam Aquam hepaticam, balnea hepatica et tanquam reagens praestantissimum inservit.

† AËR INFLAMMABILIS, Hydrogenium, Gas hydrogenium. Brennbare oder inflammable Luft, Wasserstoffgas, Hydrogen, Wasserbase. *Gas hydrogène.* — Pari modo ac praecedens obtinetur. Ferri autem sulphurati loco Limatura Martis sumenda. Vasa excipientia Aqua frigida repleri possunt. — Aër decolor, levissimus, p. spec., aëris atmosphaerici = 1 positum, 0,0694, p. Mixt. 6,2398. Si purus, inodorus, plerumque autem odore ingrato praeditus; maxime inflammabilis, et incensus in aëre atmosphaerico cum flamma paullulum lucente comburitur, et Aquam format. — *Vis:* resolvens, antiparalytica (?), facile suffocans; per se non, multo autem cum aëre atmosphaerico commixtus, sine periculo inhalari potest. Ad vocem clariorem efficiendam quoque sic commixtus inhalari proponitur.

AËR PHLOGISTICATUS v. Gas azoticum.

AËR VITALIS, Aër purus seu dephlogisticatus, Oxygenium, Gas oxygenium seu acoriferum. Lebensluft, reine Luft, dephlogistisirte Luft, Feuerluft, Wassersäure, Sauerstoff, oder Sauerstoffgas, säurezeugender Stoff. *Oxygène.*

Rec. Kali chlorici quantum vis. Immitte in retortam vitream vel aeream, vicies saltem voluminis salis capacem, et, adaptato

tubulo pneumatico, caute calefac retortam prunarum ope, donec sal fundatur et Aër purus, aëre atmosphaerico non inquinatus, sese evolvere incipiat, qui tubuli pneumatici ope in vasis, aqua frigida repletis, excipiendus, et in lagenis optime clausis asservandus. Parari quoque potest ex Magnesia vitriariorum per se ignita in vase ferreo vel fictili loricato, aut commixta cum Oleo Vitrioli et in retorta vitrea calefacta, aut ex Mercurio praecipitato rubro in vase idoneo calefacto, dum Gas expulsum excipiatur (quod autem ad usum internum non aptum). — Aër decolor, aëre atmosphaerico paullo gravior, p. spec. ad aëris atmosphaerici = 10:9; inodorus et insipidus: corporum combustionem sustentat, quae plerumque in hoc aëre cum nitore splendidissimo comburuntur; multiplex enim est ejus affinitas, et saepissime ad plurima corpora, praecipue temperatura elevata, potentissima, cum iis acida, bases, et conjunctiones indifferentes, quam maxime diversas, formans; inhalari potest, et ad vitam necessarius est; p Mixt. = 100. — *Vis:* pulsum incitans et calorem augens; si autem in nimia quantitate inspiratur, facile noxia, inflammationem cet. efficiens. — *Usus:* Spirari proponitur adhuc calidus praecipue in asphyxia, porro in asthmate et atonia pulmonum cum hydrope cet.; semper autem circumspecte applicandus! — Sit purus, proprietatibus memoratis praeditus; cum duobus aëris inflammabilis voluminibus commixtus et in eudiometro scintillae electricae ope incensus, penitus evanescere debet.

AERIS SQUAMAE v. Squamae Aeris.

AERUGO RASILIS USTA. Gebrannter Grünspan. *Vert de Gris comburée.*

Uritur Aerugo in patina fictili, donec penitus in pulverem griseo-nigrum abiit; abluitur primum Aceto, deinde Vino, denique Aqua Rosarum et siccata servatur. Est Cuprum oxydatum. *Vis* et *Usus:* Sequentis.

AES USTUM. Gebranntes Kupfer. *Cuivre brulé.*

Aeris laminae stratificantur Sale culinari atque in crucibulo probe lutato caementantur per duodecim horas vel usque dum friabiles existant, quae in pulverem tritae ad usum reponuntur. — Aliae Pharmacopoeae. v. g. Pharmac. Palatina Salis culinaris loco pro lubitu Sulphur quoque praescribunt. — Aliae cum utroque junctum parandum praescribebant. Ceterum modus tractandi idem est; massam relictam autem aqua calida edulcorandam adhuc proponunt. — Pulvis griseo-nigrescens; si minus comburebatur, rubicundus, triturando colorem cinnabarinum assumens; edulcoratus, insipidus Maxima ex parte ex Cupro oxydato, vel minus combustus, oxydulato, constat; priori modo paratus Cupri chlorati, posteriori, Cupri sulphurati partes continet. — Olim ut exsiccans, mundificans, externe, praecipue in ulceribus, adhibebatur. Addebatur emplastris et unguentis. Praeparatum rubrum partim praeferebatur nigro. — Hodie vix adhibetur. — Nomine *Aeris usti* Plumbum ustum quoque (v. infra) intelligebatur.

AETHER ACETICUS, FORMICICUS, MURIATICUS, NITRICUS, SULPHURICUS cet. v. quaeque Naphthae.

AETHER ACETICO-ALCOHOLICUS, CUM CANTHARIDE, FERRATUS seu MARTIATUS, AETHER MURIATICO-, NITRICO- et SULPHURICO-ALCOHOLICUS v. Liquor, Spiritus et Tinctura.

AETHER AMMONIACATUS, CUPRI, IODATUS, MARTIATUS, MERCURIALIS, NITRICO-TEREBINTHINATUS, PHOSPHORATUS, ZINCI cet. v. Naphthae.

AETHER OLEO-SULPHUROSUS, PYROACETICUS et PYRO-LIGNICUS v. Oleum Vini et Spiritus.

AETHER SULPHURICUS ACIDUS, CUM ALCOHOLE AROMATICUS, DIGITALIS, OXYDULATO-FERRATUS cet. v. Elixir, Naphtha et Tinctura.

AETHEROLEUM = Oleum aethereum.

AETHEROLEUM FORMICICUM. Ameisen-Aetheröl. — Obtinetur in conficiendo Acido Formicarum artificiali (p. 18), dum Liquor acidus cum Alcali quodam saturatur et destillatur. — Liquor oleosus, odore amygdalino et cinnamomeo. — Medicorum attentione dignum.

AETHIOPS ALCALISATUS cum CRETA, vel cum MAGNESIA v. Mercurius alcalisatus.

AETHIOPS ANTIMONIALIS, **Aethiops antimonialis** Huxhami, **Aethiops antimoniato-mercurialis, Hydrargyrum stibiato-sulphuratum nigrum, Hydrargyrum sulphurato-stibiatum, Sulphuretum Hydrargyri et Stibii nigrum, Sulphuretum Hydrargyri nigrum et Stibii Bav., Sulphuretum Hydrargyri stibiatum, Mercurius cum Antimonio.** Spießglanzmohr, Schwefelspießglanz-Quecksilber. *Aethiops antimonial* ou *de* Malouin, *Oxyde de Mercure sulphuré antimonial.*

Rec. Antimonii crudi alcoholisati Uncias duas, Mercurii vivi puri Unciam unam. Terantur sedulo et diu in mortario lapideo lato et satis capaci ope pistilli, subtus parum convexi, donec globuli mercurii penitus evanescant. Serva. — Pulvis subtilissimus griseo-niger, homogeneus, ponderosus, globuli mercurii vel sub lente non conspicui. — *Part. const.* ex praescriptione patent. — *Vis:* alterans, resolvens, in exanthematibus et glandularum morbis, anthelmintica. — *Usus:* In pulvere, pilulis, electuario, parva dosi. — Dispensatorii Brunsvicensis, Lippiaci, Pharmac. Danicae et Helveticae formula cum hac congruit. — Pharmac. Bavarica et Rossica paria Antimonii crudi et Mercurii vivi

pondera terendo commiscenda praescribunt. — Lewis formula eadem est, nisi quod Antimonium crudum, antea pari pondere Salis culinaris mixtum, igne liquefaciendum, post refrigerationem a scoria salina sedulo liberandum, praescribit. — Pharmac. Austriaca 1820. Pharmac. Borussica, Slesvico-Holsatica, Hannoverana, Hassiae, Saxonica, Polonica ad Antimonii crudi Part. duas, Part. unam Sulphuris et tantundem Mercurii praescribunt. — Pharm. Bremensis ad 4 Mercurii 3 Antimonii crudi et 1 Florum Sulphuris praescribit. — Dispensatorium Fuldense 3 Antimonii, 3 Mercurii vivi et 2 Florum Sulphuris praescribit. — Huxham praescribit ad 3 Antimonii, 4 Mercurii et 2 Sulphuris. — Pharmac. Fennicae formula eadem est. — Pharmac. nosocomii Ficinensis praescribit ad 3 Antimonii crudi, 2 Mercurii et 2 Sulphuris. — Schlegel et Wiegleb ad 4 Antimonii, 2 Mercurii et 1 Sulphuris. — Van Mons praescribit ad 11 Antim. crudi, 19 Merc. et 3 *Sulph.* Partes. — Idem ad AETHIOPEM ANTIMONIALEM VIA HUMIDA parandum praescribit Sulphuris 3, et Antimonii crudi alcoholisati 11 Partes in Lixivio caustico, 11 Kali caustici sicci Partes continente, caloris ope solvi, et solutio filtrata diluta cum Liquore Mercurii nitrici oxydati commisceri, donec praecipitatum nigrum non amplius appareat, quod, optime edulcoratum et lenissimo calore siccatum servandum. — AETHIOPS ANTIMONIALIS cum KERMETE sec. Van Mons paratur triturando Mercurii Part. 7 cum Kermetis mineralis Part. 2. — AETHIOPS ANTIMONIALIS OXYDULATUS seu REDUCTUS sec. Taddei et Rennie paratur terendo Aethiopis mineralis Part. 5 cum Antimonii Oxyduli via humida parati Part 1. — AETHIOPS ANTIMONIALIS Pharmac. Lusitanicae triturando Mercurii Part. 3 cum Sulphuris Antimonii praecipitati Part. 2 obtinetur.

AETHIOPS AURIPIGMENTALIS. Operment-Mohr. *Ethiops d'Orpiment.*

Rec. Mercurii vivi Unc. unam, Auripigmenti Unc. duas. Tritura ad perfectam extinctionem usque.

AETHIOPS CUPRI. Kupfer-Mohr. *Ethiops de Cuivre.* — Parari fertur e Cupro carbonico cum Mercurio vivo. Praescriptio non satis definita. — In epilepsia commendabatur.

AETHIOPS GRAPHITICUS, Graphites hydrargyratus. Reißblei-Mohr. *Ethiops de Graphite.*

Rec. Mercurii vivi Unc. unam, Graphitae puri pulverati Unc duas. Tritura ad perfectam extinctionem usque.

AETHIOPS MARTIALIS. Eisen-Mohr. *Ethiops martial.*

Synon.: Aethiops martialis seu ferricus Lemery, Ferrum oxydulatum nigrum, Ferrum oxydo-oxydulatum, Oxydum ferroso-ferricum, Oxydum Ferri nigrum. Schwarzes Eisenoxydoxydul. *Oxyde de Fer noir, Fer noir calciné.*

Rec. Limaturae Martis purissimae
Libras decem.
Superaffunde in patina figulina ampla
Aquae purae quantum sufficit ad tegendam limaturam; stent per breve tempus, et saepius spatula ferrea agitentur; tunc patinam successive declivem tene, donec aqua superflua defluxerit. — Massa humida mox per se calefit, tunc per vices agitatur, addendo subinde pauxillo Aquae, ut semper humectata restet. Diebus quatuor circiter elapsis, si colorem nigerrimum assumserit, pulvis subtilissimus nigerrimus elutriando cum aqua pura a limatura immutata separandus, celeriterque subsidendo, decanthando et exprimendo, aqua, quantum fieri potest, liberandus, denique Alcohole Vini humectandus, iterum exprimendo inter chartam bibulam et aëre sicco magnopere extensus, calore haud, vel saltem lenissimo tantum, adhibito, celeriter penitus exsiccandus, statimque in vase bene obturato asservandus. Limatura restans iterum eadem ratione tractari potest, donec maxima pars in Aethiopem immutata sit. — Pulvis subtilissimus, solutus, nigerrimus, insipidus, magnetis vi obediens, in acidis fortioribus sine effervescentia penitus dissolubilis, solutionem virescente-flavam praebens. Est Ferrum oxydo-oxydulatum. — *Vis:* tonica, resolvens, sanguificationem depravatam corrigens.

Sit aethiops supra ut bonae notae

descriptus, in acidis facillime solubilis, solutio acida, addito acido hydrothionico non coloretur; pulvis fuscescens vel adeo ponderosus, in acidis partim tantum solubilis, rejiciatur.

Usus: In pulvere, pilulis, electuario.

Secundum LEMERY sic paratur: Limatura Martis immittitur in vas vitreum aut fictile amplum, superaffunditur Aquae pluvialis quantum satis, ut 4 — 6 digitorum crassitiem obtegat, vas apertum saepius agitatur et aqua evaporata semper restituitur; post aliquot septimanas, si satis pulveris nigerrimi ortum, separatur a limatura inalterata et siccatur caute et celerrime, ut supra memoratum. Productum hoc rite paratum omnino cum descripto convenit. — Plures Pharmacopoeae hanc methodum sequuntur, ut Pharmac. Gallica, Hispanica, Lusitanica, Suecica, SPIELMANNI cet.

Pharmac. Borussica praescribit Crocum Martis aperitivum cum Oleo Olivarum terendo humectandum, ut fiat pulvis humidiusculus, qui in ollam griseam immissus et obtectus per horam dimidiam igne incandescat. Massa refrigerata nigerrima, rejecta superiore parte coloris minus obscuri, teritur in pulverem subtilissimum. — Pharmac. Austriacae, Bavaricae, Hannoveranae, Hassiae, Saxonicae, Oldenburgicae, Polonicae, Rossicae, Fennicae, Genevensis praescriptiones in capite rei cum hac congruunt, nisi quod passim Olei Olivarum loco Oleum Lini proponunt, quocum Crocus Martis ad pultem spissam usque humectatur. — Pharmac. Batava et Belgica praescribunt Limaturam Martis in crucibulo ad ruborem usque calefaciendam et, subinde Aquae pauxillo adspergendum, spatula ferrea agitando, donec in massam nigram et opacam sit conversa, quae, adhuc calida trita, per cribrum trajecta, servanda. — Pharmac. Gallica Crocum quoque Martis cum 3/8 Aceti destillati commiscendum et in retorta fictili loricata gradatim ad incandescentiam usque destillandum proponit. — BRUGNATELLI proponit super Crocum Martis in vase fictili angusto et profundo, calefacto, per vices Alcohol Vini immittendum et deurendum, donec massa restans colorem nigrum assumserit.

Paratur quoque, Ferri Fila vel Limatura in tubo ferreo vel porcellaneo ad rubedinem usque calefacto, Aquae vaporibus exponendo, donec Gas Hydrogenii non amplius evolvatur.

Parari quoque potest ita, ut Crocus Martis adstringens, cum tertia Parte Limaturae Martis alcoholisatae triturando intime mixtus, in vase clauso per horam incandescat. — Pharmac. Ferrariensis et aliarum praescriptiones in summa rei cum hac congruunt. — THENARD proponit Limaturam Martis, cum Aqua humectatam, cum decima sexta Aquae Fortis Parte inspergendam et porro agendum uti in principio doctum est.

Pharmac. Dublinensis et Edinburgensis praescribunt squamas ad fabrorum incudes reperiundas Magnetis ope a scoriis aliisque partibus heterogeneis separandas et in pulverem subtilissimum redigendas.

AETHIOPS MINERALIS. Mineralischer Mohr. *Ethiops mineral.*

Synon.: Aethiops mercurialis seu narcoticus, Mercurius sulphuratus seu cum Sulphure, Hydrargyrum sulphuratum nigrum, Hydrargyrosum hydro-sulphuratum, Sulphuretum Hydrargyri seu hydrargyricum nigrum, Sulphuretum Mercurii nigrum. Schwarzes Schwefel-Quecksilber, schwarzer Quecksilber-Mohr. *Ethiops mercuriél* ou *narcotique, Sulphure noir de Mercure, Mercure* ou *Hydrargyre hydrosulphuré.*

Rec. Mercurii vivi,
Florum Sulphuris āā Uncias duas.

Misce, tere in mortario lapideo amplo pistilli ope, basi dilatata parum convexa praediti, sedulo, strenue et diu, calore non adhibito, donec Mercurii globuli penitus evanuerint. — Parari etiam potest, data occasione, miscellam in vitrum ad dimidium tantum impletum et obturatum, in scatula scobis ope dense inclusum, immissam, trabi molae servientis tabulis faciendis adligatam, tam diu agitando, donec in pulverem nigerrimum redacta sit. — Pulvis ater, ponderosus, subtilissimus, insipidus, calore penitus volatilis, qui aëre adjuvante simul cum flamma sulphurosa comburitur, insolubilis in aqua et acidis dilutis, solvitur autem ebulliendo in lixivio caustico concentrato. — Constat ex Mercurio sulphurato nigro cum Sulphure in excessu mixto. — *Vis:* alterans, resolvens, antisyphilitica, vermifuga.

Sit pulvis nigerrimus, velutinus; globuli mercurii oculo armato non

conspicui: calefactus totus in auras abiens; cum lixivio caustico in excessu coctus penitus vel fere penitus solubilis, minime autem in cinnabarim abiens.

Usus: In pulvere, pilulis, electuario, parva dosi.

Hagen praescribit Mercurium primo cum duodecima parte Sulphuris ad extinctionem usque terendum, tunc alteram partem duodecimam et postremo successive reliquum Sulphur addendum.

Pharmac. Wirtembergica, Palatina et Dispensatorium Brunsvicense, uti et Pharm. Helvetica, ad tres Mercurii Part. duas solummodo Sulphuris praescribunt. — Pharmac. Austriaca, Gallica, Hispanica, Rossica, Spielmannus secundum Ellerum ad duas Mercurii unam Sulphuris Part. praescribunt.

AETHIOPS MINERALIS FUSIONE PARATUS. Mineralischer Mohr durch Schmelzen bereitet. *Ethiops mineral par fusion.* — Paratur Sulphur leni calore in vase fictili vel ferreo liquando et Mercurium calefactum sensim sub perpetua agitatione spatulae ope immittendo; miscella tunc teritur pistillo, donec Mercurius cum Sulphure unitus sit, in quo cavendum, ne flammam concipiat, quod si accidit, vas statim ab igne removendum et bene tegendum. Massa refrigerata triturando in pulverem subtilissimum redigitur. — Sic Pharmac. Batava et Suecica aequales Mercurii et Sulphuris Partes fusione jungi praescribunt. — Pharmac. Ferrariensis ad tres Sulphuris duas Mercurii Partes praescribit.

AETHIOPS MINERALIS VIA HUMIDA PARATUS. Mineralischer Mohr auf nassem Wege bereitet. *Ethiops mineral par la voi humide.* — Paratur secundum Configliachi et Taddei Farmacopoeam generalem Mercurium vitriolatum, aqua ablutum, cum pari pondere Florum Sulphuris mixtum, sufficiente quantitate Liquoris Hepatis Sulphuris kalini in parvis portiunculis addendi lenissimo calore adhibito terando, donec pulvis nigerrimus ortus sit, qui aqua sedulo edulcoratus et siccatus usui servatur.

AETHIOPS MINERALIS TRITURATUS DUPLUS. Doppelter mineralischer Mohr. *Ethiops mineral trituré double.* — Obtinetur secundum Van Mons Pharmac. usuelle triturando Sulphuris Part. unam cum dimidia et Mercurii Part. novem.

AETHIOPS MINERALIS OXYDULATUS. Oxydulirter mineralischer Mohr. *Ethiops mineral oxydulé.* — Paratur secundum Van Mons Pharmac. usuelle Sulphuris Part. tres, Mercurii Part. undeviginti et Mercurii praecipitati rubri Part. viginti et semis triturando intime miscendo.

AETHIOPS MINERALIS PRAECIPITATUS seu NARCOTICUS v. Pulvis hypnoticus.

AETHIOPS MINERALIS AURATUS, HYDRARGYRUM SULPHURATO-STIBIATUM AURANTIACUM. — Paratur terendo miscellam ex Part. aequalibus Mercurii et Sulphuris aurati Antimonii.

AETHIOPS PLATINAE. Platin-Mohr oder Platin-Schwarz. *Ethiops de Platin.* — Paratur coquendo Platinae muriaticae Part. 16 in solutione Salis Sodae crystallisatae Part. 48; addendo Sacchari albi Part. 4, per quadrantem horae in cucurbita vitrea, evitando contactum materiae cuiuscunque organicae, siccandus. — Pulvis nigerrimus ponderosus, inodorus et insipidus; pressione nitorem metallicum assumens. — Est Platina pulverulenta. — Vapores Spiritus Vini cum Aëre atmosphaerico commixtos in Acidum aceticum convertit. — Ad parandum Acetum radicale (p. 11) et concentratum (p. 6) inservire potest.

AETHIOPS PLUMERI v. Pulvis alterans.

AETHIOPS SACCHARATUS et TARTARISATUS v. Mercurius saccharatus et tartarisatus.

AETHIOPS PER SE. Mohr für sich bereitet. *Ethiops per se.* — Paratur conquassando Mercurium (impurum) in lagena ampla, vel triturando cum aqua. Pulvis, a Mercurio vivo separatus, siccetur et servetur. — Praeparatum impurum, merito jam dudum exolevit.

AETHIOPS VEGETABILIS, Pulvis Quercus marinae. Vegetabilischer Mohr. *Ethiops végétal.*

Rec. Fuci marini vesicularis seu Quercus marinae vesiculas habentis (I. 210) quantum placet. Incidatur et in crucibulum intra prunas ardentes collocatum, operculoque postea ad tegendum injiciatur. Massa ope fistulae tabacariae argillaceae, ut aequaliter candefiat, agitetur; si fumus surgere cessat, relinquitur massa aequaliter candens, tecto crucibulo per quadrantem horae; tunc refrigerata exime, contere et serva in vasis bene clausis. — Pulvis nigerrimus, sapore subsalso et hepatico. — Est Carbo cum Chloruretis, Ioduretis et Sulphuretis Alcalium mixtus. — *Vis:* resolvens, alterans, in morbis glandularum, scrophulis, strumis cet. commendatur. Hodie immerito rarissime adhibetur, quanquam efficax et Spongiae combustae passim praeferendus.

AETHIOPS VEGETABILIS, OPIUM TORREFACTUM, PULVIS STAGNOTICUS Pharm. Ferrarini. — Paratur Opium crucibulo vitreato calefacto immittendo; sub agitatione adspergitur pluries Vinum album; refrigefactum et pulveratum comburitur, simulque denuo humectatur Vino; ad dimidium pondus redacto, additur Acetum acerrimum, deinde siccatur massa. — Apud nos praeparatum ineptum non adhibetur.

AGARICUS PRAEPARATUS seu TROCHISCATUS v. Trochisci.

AGEDOÏDES v. Asparagium.

ALBUMEN ALUMINOSUM seu COLLYRIUM ALBUMINOSUM Augustini, Coagulum Aluminis officinale. Gealauntes Eiweiß. *Albumine alumineuse.*

Rec. Aluminis pulverati Grana octo, Albumen Ovi Numero unum, Aquae rosar. Unc. unam. Conquassentur optime. — Reus et Ferrarini ad Albumen N° unum Aluminis Drachm. et Aquae Rosar. vel Sambuci Unc. unam praescribunt. — Conf. quoque Aqua ophthalmica, Collyrium et Linimentum aluminosum.

ALBUMEN SPIRITUOSUM. Weingeistiges Eiweiß. *Albumine spiritueuse.*

Rec. Albumina N° duo, Spirit. Vini rectificatissimi Unc. unam. Misce ad linimentum.

ALCALI AMMONIACALE seu AMMONIACUM ACETATUM, AQUOSUM, CAUSTICUM, SPIRITUOSUM, SUCCINATUM, FLUOR Le Sage, VOLATILE cet. v. Spiritus Mindereri, Salis Ammoniaci aquosus, causticus, vinosus, Cornu Cervi succinatus, Sal Alcali volatile.

ALCALI MINERALE seu FIXUM MINERALE, ACETATUM, CAUSTICUM, PHOSPHORATUM, VITRIOLATUM v. Sal Sodae, Terra foliat. Tartar. cryst., Lixiv causticum minerale, Sal Alcali min. phosphor., Sal mirab. Glauberi.

ALCALI TARTARI = Sal Tartari.

ALCALI VEGETABILE ACETATUM et AERATUM v. Terra foliata Tartari et Cineres clavellati depurati.

†ALCALI VEGETABILE CAUSTICUM SICCUM. Trockenes ätzendes Pflanzen-Laugensalz. *Alcali végétale caustique sec.*

Synon.: Alcali causticum, Alcali fixum vegetabile causticum, Causticum salinum, Alcali vegetabile purum, Sal Alcali vegetabilis causticum, Sal Tartari causticum, Sal Fontanellae causticum siccum, Kali purum, Kali hydratum, Kalium oxydatum, Oxydum Kalii seu Potassii, Hydras Kali seu kalicus, Hydras Potassae. Trockenes Aetzkali, Aetzsalz, ätzendes oder kaustisches Alkali, Kalihydrat, kaustische Pottasche, kaustisches Weinsteinsalz, Fontanellensalz. *Potasse pure* ou *caustique, Sel de Tartre caustique, Hydrate de Potasse.*

Rec. Lixivii caustici, vegetabilis, puri, quantum vis.

Evapora cito, probe bulliendo, in catino argenteo seu ferreo, donec calore obscure rubro-candente olei instar fluat; tum effunde, adhuc calidum diffringe, et frustula statim in vase optime clauso serva. — Massa dura, fragilis, si pura, candida, plerumque autem cinerascens, passim subferruginea, opaca, structura fibrosa, p. spec. 1,706; inodora, sapore acerrimo-alcalino, caustico; calore obscure rubro-candente funditur, et igne fortissimo in auras abit. — Constat ex aequalibus Kali et Aquae pond. Mixt. — Ex aëre humorem attrahit et deliquescit, facillime solubilis in aqua uti et in spiritu vini, simul aestum movens. — Maximam plerumque affinitatem ad acida habet. Salia kalina omnia solubilia sunt in aqua, si neutra, solutiones non admodum dilutae cum acido tartari praecipitatum album, crystallinum, cum platino muriatico et natro carbo-azotico praecipitatum flavum praebent. — *Vis:* maxime caustica, incitans, incidens, diuretica, lithontriptica.

Sit massa supra ut bonae notae descripta, facillima solutu in aqua et alcohole vini; si solvitur, ferri oxydati vestigia solummodo deponens; cum acido nitri non, vel paullum tantum, effervescens, minime autem floccos gelatinosos secernens; solutio saturata addito argento nitrico vel baryta muriatica non admodum turbetur.

Usus: Externe per se ut causticum applicatur, vel solutum in balneis, fomentis et injectionibus; interne multa cum aqua, mucilagine cet. dilutum, caute! — *Praep.:* Tinctura kalina. Ad multa alia quoque praeparata inservit.

ALCALI VEGETABILE seu FIXUM, TARTARISATUM, VITRIOLATUM v. etiam Lapis causticus, Lixivium causticum, Sal Tartari, Tartarus tartarisatus et Arcanum duplicatum.

ALCALI VOLATILE, ACETATUM, TARTARISATUM v. Sal et Spiritus Salis Ammoniaci, Spiritus MINDERERI et Tartar. solub. ammoniacalis.

ALCOHOL idem quod Pulvis subtilissimus.

ALCOHOL seu ALCOHOLATURA v. Elixiria spirituosa, Spiritus et Tincturae spirituosae.

ALCOHOL ACETI v. Acetum radicale (p. 11).

ALCOHOL AETHEREUS FERRATUS, MURIATICO-, NITRICO-, SULPHURICO-AETHEREUS, v. Tinct. BESTUSCHEFFII, Spiritus Salis et Nitri dulcis, Liq. anod. HOFFM.

ALCOHOL ALBUMINOSUM seu CUM ALBUMINE v Albumen spirituosum (p. 32).

ALCOHOL AMMONIAE, FERRATUM, PHOSPHORATUM v. Spirit. Salis Ammon. vinosus, Tinct. Martis, Spirit. Vini phosphoratus.

ALCOHOL ODONTALGICUM seu AETHER ODONTALGICUS SWEDIAURI. Swediaurs Zahnweh-Geist oder Aether. *Alcool nitrique de Camphre.* — Mixtio est Olei Camphorae acidi Part. unius cum Naphthae Nitri Part. duabus. — VAN MONS Olei Camphorae acidi Part. unam cum Spirit. Vini rectificatissimi Part. tribus commisceri proponit.

ALCOHOL SULPHURIS v Sulphuretum Carbonei.

ALCOHOL VINI, ALCALISATUM cet. v. Spiritus Vini.

ALEXITERIUM ACETICUM v. Liquor. et Sal.

ALEXITERIUM AMMONIACALE v. Sal volatile anglicum.

ALEXITERIUM CHLORICUM seu DESINFECTANS v. Fumigatio desinfectans seu GUITON-MORVIANA et Fumigatio GAUBIANA.

ALEXITERIUM NITRICUM v. Fumigatio SMITHIANA.

ALIMENTATIO ANTISCORBUTICA GUITONI.

Rec Pomorum terrestrium (I. 284) vaporum ope coctorum Part. mille, Pulveris Chinae optimae Part. sexaginta, Syrupi Sacchari Part. quinquaginta, Aquae Part. mille. Fiat massa.

ALKAHEST GLAUBERI = Liquor Kali carbonici.

ALKALI = Alcali.

ALKERMES seu ALCHERMES v Confectio.

ALOË DEPURATA, LOTA seu PRAEPARATA v. Extractum Aloës.

ALOË INSUCCATA. Eingekochte Aloë. *Aloè cuit.* — Paratur uti Extractum Aloës, nisi quod Aquae loco Succus Florum 4 cordialium sumendus.

ALOË INSUCCATA TARTARISATA. Eingekochte Aloë mit Weinstein. *Aloè cuit avec du Tartre.* — Miscella est Aloës insuccatae Part. trium cum Cremoris Tartari Part. una.

ALOË ROSATA. Mit Rosenaufguß eingekochte Aloë. *Aloè cuit aveo l'infusion des Roses.* — Pari modo cum Infuso Rosarum paratur.

ALOË VIOLATA. Mit Veilchenaufguß eingekochte Aloë. *Aloè cuit avec l'infusion des Violettes.* — Simili methodo cum Infuso Florum Violarum paratur.

ALPHENIC v. Saccharum hordeaceum.

ALTHAEINUM v. Asparaginum.

ALUMEN DEPURATUM seu ALUMINIS PURIFICATIO Pharmac. Londinensis. — Paratur coquendo paulisper Aluminis crudi Unc. duodecim et Cretae Drachm. unam cum Aquae destillatae Unc. duodecim, colendo et seponendo liquorem, ut fiant crystalli.

ALUMEN DRACONISATUM, FEBRIFUGUM seu TINCTUM MYNSICHTI, SPECIFICUM HELVETII. Alaun mit Drachenblut. *Alun draconisé* ou *teint.*

Rec. Aluminis communis Unc. duas, fluant in cochleari ferreo et mox adde Sanguinis Draconis pulverati Unc. unam; agitando misce; probe mixta ab igne remove; rite pulverisanda. — SPIELMANNUS et alii ex massa adhuc calida Pilulas exiguas parandas praescribunt. — Pharmacop. pauperum Hamburgensis prim. edit. praescribit Alumen cum Sanguine Dracon. in Aquae fontanae. q. s. solvi, et crystallisari (?) — Pharm. Bateana: Aluminis Unc. tres in Aq. Card. benedict., Sang. Draconis probe tinctae ac filtratae, Libra una semis solvi et ad siccitatem exhalari praescribit.

ALUMEN FAECUM = Cineres clavellati crudi.

ALUMEN KINOSATUM v. Pulvis stypticus.

ALUMEN SACCHARINUM BRASSAVOLI, ALUMEN DULCE. Alaunzucker. *Sucre d'Alun.*

Rec. Aluminis crudi Unc. sex, Cerussae Venetae albae Drachm. sex, Vitrioli albi Drachm. tres, Sacchari albi Canariensis Unc. unam semis; fiat pulvis omnium subtilissimus, qui Albumine Ovorum et Aceti destillati aequali portione in mellis liquidi consistentiam diluatur, probeque agitatus formis chartaceis, parvis, conicis infundatur et siccetur. — *Usus:* In collyriis et cosmeticis. — Secundum aliam praescriptionem Aluminis et Sacchari albi ana Part. aequales cum Albumine ovi commiscentur et in formas conicas rediguntur, quod ad Decocti ZITTMANNI compositionem requiritur. — Alii solummodo Alumen crudum cum sufficiente quantitate Aquae Rosarum et Albuminis in panes parvos redigendum proponunt. — Pharm. Bateana suadet, Alumen ter in aqua solvi et coagulari ut dulcescat (?)

ALUMEN USTUM. Gebrannter Alaun. *Alun brulé.*

Synon.: Alumen calcinatum seu exsiccatum, Alumen spongiosum. Kalcinirter oder ausgetrockneter Alaun, schwammiger Alaun. *Alun calciné* (de ceteris synon. conf. Alumen crudum I. 4).

Rec. Aluminis crudi quantum vis.

Liquefiat in crucibulo seu olla fictili nova, satis capaci, leni calore, qui gradatim, sed non nimis, augendus, donec omnis aqua in auras abierit. Exponatur residuum post refrigerationem per aliquot menses aëri, dum saporem assumserit et penitus sit solubilis in aqua. — Massa albissima, levissima, spongiosa, arida; sapore peradstringente (de ceteris proprietatibus conf. Alumen crudum (l. c.)). — Est Alumen Aqua privatum. — *Vis:* maxime styptica, mundificans.

Sit Alumen leve, supra ut bonae notae descriptum; insipidum autem vel parum stypticum, in aqua ex parte tantum solubile, est aut recentius paratum, tunc diutius reponendum, aut nimis ignitum et partim decompositum, quod rejiciendum.

Usus: In pulvere externe. Emplastris quoque et unguentis additur.

ALUMINA seu ARGILLA ACETICA, Acetas Aluminae. Essigsaure Alaunerde oder Thonerde. *Acetate d'Alumine.*

Rec. Aluminae hydratae quantum vis. Solve in Aceti concentrati quantum satis. Filtra et evapora lenissimo igne ad Gelatinae consistentiam. Serva. — Liquor subgelatinosus, limpidus, difficile in crystallos aciculares abiens, sapore perstyptico-dulciusculo, aëre humorem attrahens, facillime solubilis in Aqua; calore facile decomponitur. — In gonorrhoea chronica, haemoptysi cet. commendatur. Inservit etiam tanquam reagens in Kali.

ALUMINA seu ARGILLA HYDRATA, Terra alumina pura, Alaunerde- oder Thonerde-Hydrat. *Hydrate d'Alumine.*

Rec. Aluminis puri quant. vis. Solve in Aquae calidae Decuplo et instilla Olei Tartari per deliquium diluti, quantum sufficit ad decomponendum Alumen; digere per aliquot tempus, filtra, edulcora praecipitatum Aqua fervida. Tunc solve in Acido Salis diluto, praecipita Spiritus Salis Ammoniaci caustici ope, iterum edulcora praecipitatum Aquae fervidae ope et sicca leni calore. — Massa albissima terrea, tactu pinguis, friabilis, insipida, linguae adhaerens, insolubilis in Aqua, calore facile Aquam amittit. Solubilis in Acidis fortioribus, et Salia format passim solubilia, passim insolubilia in aqua; solubilia sapore gaudent styptico, dulciusculo-acido, alcalium ope facile decomponuntur; solutiones concentratae addito acido sulphurico et kali praecipitatum praebent crystallinum (v. Alumen I. 4). — Ad paranda Salia aluminica inservit.

ALUMINA seu ARGILLA SULPHURICA. Schwefelsaure Alaun- oder Thon-Erde. *Sulphate d'Alumine.* — Obtinetur solvendo Aluminam hydratam vel digerendo Argillam puram nativam, ferri expertem, in Acido sulphurico, et evaporando solutionem saturatam, filtratam, ad syrupi consistentiam. — Liquor spissiusculus, perstypticus; difficile in crystallos foliaceos abiens, facillime solubilis in Aqua; igne decomponitur (conf. etiam articulus praecedens. — Pari modo atque Alumen vel Alumina acetica adhiberi potest. Ad parandum Alumen quoque inservit.

ALUMINATUM sec. Pharm. Bateana coquendo Aluminis Unc. semis cum Succi Limonum Libra una ac despumando obtinetur.

AMALGAMA AURI. Gold-Amalgam. *Amalgama d'Or.*

Rec. Auri foliati et Mercurii vivi $\overline{aa}$ Part. aequales. Misce terendo exactissime. — Cum Axungia mixtum illinari proponitur.

AMALGAMA STANNI v. Pasta jovialis.

AMBRA GRISEA REDUCTA. Reducirte graue Ambra. Amber-Kügelchen. *Tablettes d'Ambre gris.*

Rec. Nucum Behen, Spermatis Ceti $\overline{aa}$ Unc. tres, Benzoës, Rad. Irid. florent., Amyli $\overline{aa}$ Unc. septem, Asphalti Unc. unam, Moschi Drachm. quatuor, Ambrae griseae Unc. sex. Misce, fiant cum sufficiente quantitate Mucilaginis Gummi Tragacanthae Trochisci.

AMMONIA ACETICA, MURIATICA, PURA LIQUIDA cet., v. Spiritus Mindereri, Sal Ammoniac., Spirit. Sal. Ammoniac. caustic. cet.

AMMONIAE ACETAS, CARBONAS, CAUSTICAE AQUA, LINIMENTUM cet. v. vocabula primo casu posita et conf. artic. praecedens.

AMMONIACA, AMMONIACUM seu AMMONIUM ACETICUM LIQUIDUM, CARBONICUM, CAUSTICUM LIQUIDUM, MURIATICUM, PRAEPARATUM, NITRICUM, SULPHURICUM, TARTARICUM cet. v. Liquor, Sal et Spiritus.

AMMONIACUM seu GUMMI AMMONIACI PRAEPARATUM sive purificatum, idem quod Pulvis Ammoniaci. — Hyeme Ammoniacum in massis

solummodo in pulverem redigi potest. Ammoniacum electum, siccum, temperatura ordinaria quoque triturari licet. — Alii Ammoniaci depurationem efficiunt, in Aceto solvendo, colando, et Acetum leni calore dissipando. Melius autem fit, si Ammoniacum in minima Aquae vel Spiritus Vini quantitate leni calore solvitur, colatur, et colatura lenissimo igne ad extracti spissitudinem evaporatur.

AMMONIAS CUPRICUS v. Tinct. veneris volatilis.

AMMONIUM CITRATUM v. Potio diaphoretica.

AMMONIUM seu AMMONIACUM FORMICICUM, Formicas Ammonii seu ammonicus. Ameisensaures Ammoniak. — Paratur saturando Acidum formicicum (p. 18) cum Spirit. Salis Ammoniaci caustico seu Sale Alkali volatili, et evaporando liquorem lenissimo calore ad crystallisationis momentum. — *Crystallos* exhibet prismaticas rectangulares, *decolores*, sapore pungente, salso, aëre immutabiles, faciles solutu in aqua. — Constat ex Ammoniaci et Acidi formicici aequalibus p. Mixt. — Calore 144° R. in Acidum Borussicum et Aquam decomponitur. — *Vis:* (?) Nullus effectus toxicus Acidi borussici similis in eo conspicuus. — Sed medicorum attentione dignum!

AMMONIUM HYDROTHIONICUM, HYDROTHIONOSUM et SULPHURATUM v. Liquor et Spiritus Beguini.

AMMONIUM MURIATICUM MARTIATUM v. Sal. Ammoniac. martiat.

AMMONIUM OXALICUM, Oxalas Ammoniae seu ammonicus. **Kleesaures Ammoniak.** *Oxalate d'Ammoniaque.* — Paratur, dum Acidum oxalicum, in Aqua solutum, cum sufficiente quantitate Salis Alcali volatilis vel Spiritus Salis Ammoniaci caustici perfecte saturatur, et liquor limpidus ad crystallisationem evaporatur. — Prismata exhibet recte rhombica, longa, hyalina, fasciculatim concreta, sapore pungente salso. — Constat ex Ammoniaci, Acidi oxalici, et Aquae āā aequalibus p. Mixt. Aëri sicco expositum fatiscit; temperatura ordinaria 28 aquae part. ad solutionem requirit; insolubile in alcohole vini. — Calore avolat et decomponitur; praeter alia producta, compositum peculiare, *Oxamid* quod nominatur, praebet, materiam albam granuloso-crystallinam, inodoram et insipidam, vix solubilem in aqua, ex Carbonei 2, Hydrogenii 4, Oxygenii 2 et Azoti 2 p. Mixt. constantem. Acidorum fortiorum vel Alcalium fixorum et Aquae ope calore rursus in Ammoniacum et Acidum oxalicum convertitur. — *Vis:* (?) an toxica (?) — *Usus:* tanquam Reagens.

AMMONIURETUM AURI v. Aurum fulminans.

AMMONIURETUM CUPRI v. Cuprum ammoniacale.

AMMONIURETUM HYDRARGYRI seu MERCURII. Quecksilber-Ammoniak. *Ammoniure de Mercure.*

Rec. Mercurii praecipitati rubri alcoholisati Unc. duas, Spirit. Sal. Ammoniaci concentrati Unc. unam. Mixta in vitro bene obturato concutiantur fortiter; reponantur per horas aliquot. Hoc continuetur, donec massa adspectum crystallinum prae se ferat et odor ammoniacalis parum percipiatur, decanthetur fluidum, lavetur residuum aqua frigida, siccetur et servetur loco frigido obscuro. — *Vis:* dissolvens. — *Usus:* Externus in exostosibus et tophis resolvendis praedicatur. — Brugnatelli et Ferrarini Mercurium praecipitatum album in Spiritu Salis Ammoniaci caustico dissolvendum praescribunt.

AMMONIURETUM ZINCI ? Zink-Ammoniak. *Ammoniure de Zinc.*

Rec. Oxydi Zinci, ex Zinco acetico ope Spiritus Salis Ammoniaci caustici obtenti, optime edulcorati, adhuc humidi, quantum vis. Solve in sufficiente quantitate Spiritus Salis Ammoniaci caustici et sepone liquorem clarum in vase aperto ad evaporationem spontaneam. Hac methodo et aliis a Van Mons propositis nihil aliud nisi Zincum oxydatum hydratum obtineatur. — Apud nos non adhibetur.

AMULETA, Anhängsel, olim inepte plura tanquam medicamenta adhibebantur, dudum autem merito exoleverunt.

AMYGDALAE AMARAE PRAEPARATAE v. Phyllides amarae.

AMYGDALINUM. Amygdalin. *Amygdaline.* — Obtinetur extrahendo Placentas Amygdalarum amararum, post olei pinguis expressionem remanentes, Spiritus Vini rectificatissimi ope, destillando spiritum, solvendo residuum in Aqua et crystallisando filtratum; crystalli obtentae iterata crystallisatione depurandae. — Prismata exhibet parva, decolora, nitentia, vel lamellas micaceas; inodoras, sapore primum dulciusculo, post peramaro, non volatiles, faciles solutu in aqua sine alteratione, minus in Alcohole Vini, in Aethere non. — Productum peculiare, Azotum continens. — *Vi* venenata Acidi Borussici non praeditum. Medicorum attentione dignum.

AMYLUM HORDEI v. Farina praeparata.

ANACOLEMMA FRONTALE Schroederi.

Rec. Mastich., Olibani, Myrrhae āā Drachm. unam semis, Bol. Armen., Pulv. Laterit. āā Drachm. semis, Croci Scrup. unam. Cum Albumine Ovi, Ol. Rosat. et pauxillo Aceti fiat Frontale.

ANIMA RHEI v. Tinctura.

ANIMA VITRIOLI Mynsichti = Caput mortuum Vitrioli.

ANISUM LAXATIVUM et SOLUTIVUM v. Confectio et Morsuli.

ANODYNUM MINERALE et SPECIFICUM Paracelsi v. Nitrum antimoniatum et Guttae nigrae.

ANTIDOTUS Esdrae, HAEMAGOGUM, Matthioli cet. v. Electuarium.

ANTIEPILEPTICUM CERVINUM v. Pulvis.

ANTIFEBRILE CONCHARUM Pharm Batean.

Rec. Conchar. q. vis. Affunde Aceti q. satis et macera per horas 24. Abrade mucorem externum, exsicca et pulvera, instillato saepe inter pulverandum Aq. card. bened. Cochl. unum, quo pulvis volatilis retineatur. Exsicca ad Usum: — Praeceptum ineptum.

ANTIHECTICUM Griffithi v. Remedium.

ANTIHECTICUM POTERII seu DIAPHORETICUM JOVIALE. Poters Schwindsuchtpulver. *Antihectique de Poter.*

Rec. Reguli Antimonii simplicis Unc. sex, Stanni anglici Unc. duas. Fundantur in crucibulo, fusa effundantur, terantur in pollen et cum Nitri puri probe siccati Unciis viginti quatuor mixta, in crucibulo detonentur. Refrigescant; massa alba, coerulescens, iterum teratur et sufficiente quantitate aquae purae calidae edulcoretur, tandem aqua copiosa diluatur, ut ponderosior pars fundum petat, levior autem, cum aqua, per inclinationem vasis ab illa separari queat. Pulvis subtilior ita paratus eluatur, leni calore siccetur et usui servetur. — Pulvis albus insipidus. Miscella est Stanni oxydati et Antimonii diaphoretici abluti (v. infra). — Olim hecticis ad moderandos sudores commendabatur. Dudum autem exolevit.

ANTIMONII BUTYRUM, CALX, CLYSSUS, VITRUM cet. v. vocabula primo casu posita.

ANTIMONIUM CATHARTICUM Wilsoni.

Rec. Vitri Antimonii pulverisati Unc. quatuor. In retortam immissis superinfunde pedetentim Olei Vitrioli Unc. duodecim, fiat destillatio; residuum lava, donec omnis acoris expers sit; sicca et tum pulvera cum Salis mirabilis Glauberi aequali Pondere, Arcani duplicati Pond. duplici. Miscella in crucibulum immissa diffluat leni igne per quartam horae partem; pulverata lavetur et siccetur residuum.

ANTIMONIUM CHLORATUM seu MURIATICUM, et sub-muriaticum v. Butyrum Antimonii et Pulvis Algarothi.

ANTIMONIUM CRUDUM ARTIFICIALE PURUM, Stibium sulphuratum nigrum artificiale. Reines künstliches Schwefelspießglanz. *Antimoine pure factice.*

Rec. Reguli Antimonii puri Uncias viginti.
Sulphuris citrini puri Uncias undecim.

Intime mixta et in crucibulum immissa strato Salis communis bene siccati crassitie pollicis tege et igni expone, ignemque ita intende, ut crucibulum per semihoram candescat. Tum crucibulum exime, et hoc refrigerato et diffracto, massam cohaerentem chalybeo-griseam, splendentem ac radiosam a scoria et Stibio, si adest, separa et serva. De proprietatibus, vi et usu conf. I. 7. Deficiente Antimonio crudo *puro* emali hoc sumi debet.

ANTIMONIUM CRUDUM CERATUM paratur uti Vitrum Antimonii ceratum (v. infra).

ANTIMONIUM CRUDUM PRAEPARATUM. Präparirtes rohes Spießglanz. *Antimoine cru preparé.*

Synon.: v. I. 7.

Rec. Antimonii crudi purissimi
pulverati quantum vis.

Misce et agita cum copiosa Aquae quantitate; concessa paulisper quiete, liquidum supernatans effunde in vas idoneum et sepone. Crassiorem pulverem residuum denuo tritum iterato eodem modo tracta et e collectis liquidis subsidentes pulveres tenuissimos siccatos serva.— *Vis* et *Usus:* v. I. 7.

Sit pulvis impalpabilis, opacus, ne sub lente quidem particulas metallice splendentes conspicuas exhibeat. — De puritatis investigatione v. pars prior loco citato.

ANTIMONIUM DIAPHORETICUM, Antimonium diaphoreticum simplex seu album, Antimonium calcinatum, Calx Antimonii alba seu mitis, Cerussa Antimonii, Stibium seu Antimonium oxydatum album, Acidum stibiosum et stibicum, Kali stibioso-stibicum, Stibium diaphoreticum, Stibium calcinatum album seu perfecte oxydatum, Oxydum Stibii album mediante Nitro confectum, Antimonium ustum cum Nitro, Terra Antimonii alba. Schweißtreibendes Spießglanz, vollkommner Spießglanz-Kalk, antimon- und antimonichtsaures Kali. *Antimoine diaphoretique, Oxyde d'Antimoine blanc, Cerusse d'Antimoine.*

Rec. Antimonii crudi puri seu Minerae Antimonii purissimae Libram semis, Nitri depurati Libras duas. Pulverata, exacte mixta et probe siccata, injiciantur cautis-

sime per vices in crucibulum amplum, prunis circumdatum et modice candens. Deflagratione peracta in igne detineatur massa mollis per horam, saepius agitando et sublimatas forte partes crucibuli parietibus adhaerentes sedulo toti massae admiscendo, cavendo tamen, ne liquetur aut quidquam carbonum pulveris incidat; tunc eximatur et refrigerata servetur statim in vasis bene clausis — Habebis ita ANTIMONIUM DIAPHORETICUM NON ABLUTUM, seu NITRATUM, Stibium oxydatum album non ablutum. Ungewaschenes schweißtreibendes Spießglanz. *Antimoine diaphoretique non lavé.* — Massam exhibet albam, si vero Antimonium crudum impurum, plus minus flavescentem, fuscescente-virescentem vel coerulescentem, sapore alcalino-caustico, ex aëre humorem attrahentem. — Paratur ex eo ANTIMONIUM DIAPHORETICUM ABLUTUM, Pulvis Antimonii albus, Calx Antimonii lota, Kali stibioso-stibicum acidum, Superstibium kalicum. Gewaschenes schweißtreibendes Spießglanz, saures antimonicht- und antimonsaures Kali *Antimoine diaphoretique lavé* cet. (v. supra), dum Aqua frigida superaffunditur et pulvis subsidens repetitis vicibus edulcoratur, donec plane insipidus restet. — Pulvis albus insipidus, insolubilis in aqua, aegre solubilis in acidis, non volatilis; igne non nisi fortissimo funditur. — Miscella est Kali stibiosi et Kali stibici acidi. — *Vis:* diaphoretica, absorbens (?), resolvens, expectorans. — *Usus:* In pulvere, pilulis, electuario. Inservit etiam ad parandum Regulum Antimonii purum et Antimonium oxydatum. — Sit pulvis albus, insipidus, qui leni igne nec fundatur, nec volatilis sit; cum liquore ammonii hydrothionici commixtus, colorem kermetinum non assumens, cum acidis non effervescens.

Pharmac. Borussica, Slesvico-Holsatica et Taddei suadent massam detonatam cum Aqua destillata infundi, tum tamdiu Spiritum Vitrioli instillari, donec hic aliquantulum praevaleat, deinde digeri et pulverem edulcorari. — Pulvis hoc modo obtentus minus Kali continet. Aliae Pharmacopoeae quoad proportionem passim inter Antimonium et Nitrum discedunt et ad 4 Antimonii crudi 8—9—10—16 Nitri Partes praescribunt. Productum autem rite paratum reapse a descripto non discrepat. — Pharm. Gallica praescribit Regulum Antimonii cum aequali Pond. Nitri commiscendum et detonandum et massam relictam aqua edulcorandam.

ANTIMONIUM DIAPHORETICUM JOVIALE = Antihecticum Poterii (p. 36).

ANTIMONIUM DIAPHORETICUM MARTIALE. Eisenhaltiges schweißtreibendes Spießglanz. *Antimoine diaphoretique martial.* seu Keupii.

Rec. Limaturae Martis, Antimonii crudi pulverati ana Unc. octo. Mixta immittantur in crucibulum candens, agitentur baculo ferreo, dum in scorias mixtura abiisse videatur, quae accurate contrita et cum Nitri purissimi et siccissimi triplo mixta, in crucibulo candente detonetur et, post lenem calcinationem, in aquae tepidae sufficiente copia solvatur, quo facto, subsidebit pulvis e luteo-fuscus, qui addita copiosa aqua, diluatur, ut levior et subtilior a graviori separetur, quem edulcoratum atque leni calore siccatum serva. — Olim cachecticis et ictericis laudabatur. — Hodie exolevit.

ANTIMONIUM DIAPHORETICUM RUBRUM v. Regulus Antimonii medicinalis.

ANTIMONIUM DIAPHORETICUM SOLARE Zwelferi. Goldhaltiges schweißtreibendes Spießglanz. *Antimoine diaphoretique solaire.*

Rec. Reguli Antimonii purissimi Unc. duas, Auri fini et puri Drachm. duas. Fundantur in crucibulo igne forti, illico effundantur. Post refrigerationem teretur miscella cum Nitri purissimi Unc una et Cremoris Tartari Drachm. quinque. Mixta detonatur paullatim in crucibulo candente. Refrigerata massa, denuo cum Nitri Unc. una et Cremor. Tartari Unc. semis commiscetur et detonatur, quod tertia vice repetendum. Tunc massa, in pulverem redacta, optime aqua edulcoratur et pulvis residuus in crucibulo aperto igne moderato per 3 ad 4 horas calcinatur. Sic efficitur pulvis subflavus, elegans. — Jam dudum exolevit.

ANTIMONIUM DIAPHORETICUM TARTARISATUM = Materia perlata.

ANTIMONIUM FUSUM = Antimonium crudum.

ANTIMONIUM MEDICAMENTOSUM v. Regulus Antimonii medicinalis.

ANTIMONIUM MURIATICUM seu SALITUM v. Butyrum Antimonii

ANTIMONIUM OXYDATUM. Spießglanzoxyd. *Oxide d'Antimoine.*

Synon.: Calx Antimonii, Stibium oxydatum griseum, Antimonium seu Stibium oxydulatum purum, Oxydum Antimonii, Stibii seu stibicum. Reines Spießglanzoxydul. *Protoxyde d'Antimoine.*

Rec. Reguli Antimonii alcoholisati Uncias octo,
Acidi Nitri concentrati Uncias novem,
Aquae destillatae Unciis sexaginta dilutas.

Mixta digere in cucurbita vitrea calore 55 — 60° R., vas subinde agitans, donec evolutio Gasis Acidi nitrosi desierit et massa re-

stans colorem cinereo-albidum assumserit, quae, affusa Aqua, et post aliquot horarum moram liquore claro decanthato, sedulo Aqua destillata edulcoranda, deinde cum

Salis Sodae Uncia una,

in Aquae destillatae sufficiente quantitate soluta, per semihoram decoquenda, tunc denuo Aquae destillatae ope penitus edulcoranda, siccanda et caute servanda. (Pari modo parari potest, tractando Antimonium sub-sulphuricum (v. infra) vel Pulverem Algarothi cum Sale Sodae vel Sale Tartari et Aqua.) — Pulvis albidus, vix cinerascens vel flavescens, ponderosus, insipidus, fere insolubilis in aqua; igne obscure rubro-candente facile funditur, igne auctiore avolat, nebulas albas inodoras formans, et sublimatione crystallos aciculares nitore sericeo exhibens.—*Part.const.:* Antimonii 2 et Oxygenii 3 p. Mixt. — In acidis plerumque facile solvitur, salia format decolora vel flavescentia, si solubilia, magna aquae copia in sal acidum et sal basicum insolubile decomponuntur; acidi hydrothionici ope colorem fusco-rubrum seu aurantiacum assumunt. — *Vis:* emetica.

Sit pulvis albidus, insipidus, supra ut bonae notae descriptus, qui calore facile fundatur, volatilis, nebulas inodoras, neutiquam suffocantes, vel adeo alliaceas emittens; ammonii hydrothionici ope statim in frigore colorem kermetinum assumat; pulvis, qui igne non funditur, vel addito ammonio hydrothionico colorem non immutat, rejiciatur.

Usus: Per se vix pro medicamento, praecipue ad parandum Tartarum emeticum, adhibetur.

ANTIMONIUM OXYDATUM FUSCUM v. Crocus Metallorum.

ANTIMONIUM SUB-SULPHURICUM, Stibium subsulphuricum, Subsulphas Antimonii seu stibicus. Basisch schwefelsaures Antimonoxyd, oder Spießglanzoxydul. *Subsulphas d'Antimoine.*

Rec. Reguli Antimonii subtilissime pulverati Uncias quatuor, Olei Vitrioli Uncias tres. Misce, calefac leni igne in cucurbita vitrea, donec residuum colorem cinereo-album asumserit; superaffunde caute Aquae destillatae Uncias quadraginta, agita miscellam saepius sedulo, postea liquorem clarum decantha, et residuum bene edulcora, quod siccatum serva. — Pulvis ponderosus, cinereo-albidus, fere insipidus et insolubilis in aqua (de reliquis Salium Antimonii proprietatibus conf. articul. praecedens). — *Vis:* emetica. — *Usus:* Ad parandum Oxydum purum et Tartarum emeticum.

ANTIMONIUM SULPHURATUM et BI-SULPHURATUM v. Antimonium crudum (I. p. 7). et Sulphur auratum Antimonii.

ANTIMONIUM TARTARICUM PURUM, Tartras Stibii seu Antimonii, Proto-Tartras Antimonii. Weinsteinsaures Spießglanzoxyd. *Tartrate d'Antimoine.*

Rec. Antimonii oxydati puri quantum vis, Salis essentialis Tartari in sufficiente Aquae quantitate soluti quantum satis ad perfectam saturationem. Evaporet in balneo Mariae ad siccum, pulveratum in lagena bene clausa serva. — *Part. const.:* ex descriptione patent. — *Vis* et *Usus:* Tartari emetici. — Conf. quoque Acid. Tartari antimoniat. Pharm. Brem. (p. 26). — Apud nos pariter non adhibetur.

ANTIMONIUM USTUM CUM NITRO vid. Antimonium diaphoreticum.

ANTIMONIUM VITRIFICATUM seu VITRIFACTUM v. Vitrum Antimonii.

ANTIQUARTIUM RIVERI v. Calomel.

APOZEMA v. Decoctum.

AQUA ABROTANI. Stabwurzkraut-Wasser. *Eau d'Auronne.* Paratur uti sequens.

AQUA ABSINTHII. Wermuth-Wasser. *Eau d'Absinthe.* — Paratur ex Summitatibus Absinthii uti Aqua Chamomillae v. infra.

AQUA ABSINTHII COMPOSITA. Zusammengesetztes Wermuth-Wasser. *Eau d'Absinthe composée.*

Rec. Radicum Calami aromatici, Galangae, Zedoariae āā Unc. duas, Cort. rec. Aurantiorum, Cinnamomi āā Unc. quatuor, Herb. Absinthii Unc. sex, Herb. Menthae, Salviae āā Unc. duas, Cardamomi minoris, Nuc. Moschatae āā Unc. unam, Macidis Unc. semis, Spirit. Vini simplicis Unc. trecentas quinquaginta sex. In-

cisis et contusis superfundatur Spiritus et fiat destillatio lege artis. — Ut stomachicum, anticolicum, carminativum, hystericum, febrifugum, anthelminticum, cet. magnopere laudabatur. — Hodie apud nos vix adhibetur.

AQUA ACACIAE seu ACACIARUM FLORUM. Schlehenblüthe-Wasser. *Eau de Fleurs de Prunier sauvage.*

Rec. Florum Acaciarum recentium quantum vis. In vesicam destillatoriam immissis superaffunde Aquae Triplum, et destillatione igne moderato elice Sescuplum Florum. — Dispensatorium Fuldense praescribit Flores Acaciarum recentes in sacco lineo amplo laxe includi et saccum in vesica destillatoria quadruplum Aquae continente ita suspendi, ut Aquam ipsam non attingat, tum, adaptato alembico cum refrigeratorio, Duplum Aquae florum adhibitorum elici. — Melius autem procederet operatio in apparatu Beindorfiano (Confer. Aqua Chamomillae cet.). — Serva usui loco frigido obscuro. — Sit *limpida*, *odoris* grati Florum; inodora autem vel acida aut putrida, floccosa, viscida, rejiciatur.

AQUA ACETATIS AMMONIAE v. Spiritus MINDERERI.

AQUA ACETATIS PLUMBI v. Aqua vegetomineralis Goulardi.

AQUA ACETOSAE. Sauerampfer-Wasser. *Eau d'Oseille.*

Rec. Herbae Acetosae recentis quantum placet. Incisae affundatur Aquae fontanae duplum Pondus, et post macerationem horarum duodecim igne moderato, destillentur prope duo Trientes, vel donec liquor stillans justam quantitatem servet. — Nonnullae Pharmacopoeae Aquae fontanae loco Succum ejusdem Plantae expressum sumi proponunt — Olim humectandi, diluendi, refrigerandi causa adhibebatur. Hodie merito exolevit, cum ex herba inodora nihil efficax elici possit.

AQUA ACETOSELLAE. Sauerklee-Wasser. *Eau d'Alleluja.* — Pari modo ac praecedens ex Herba recenti Acetosellae paratur. — Non minus merito exolevit.

AQUA ACIDI CARBONICI seu ACIDULATA v. Aqua aërata.

AQUA ACIDI CARBONICI CAMPHORATA v. Aqua aërata camphorata.

AQUA ACIDI NITRICI DILUTI v. Limonada nitrosa.

AQUA ACIDI SULPHURICI DILUTI v. Limonada mineralis.

AQUA ACIDULA HYDROSULPHUROSA v. Aqua Neapolitana.

AQUA ACUSTICA. Ohrenweh-Wasser. *Eau acoustique.*

Rec. Radic. Cyperi rotundi, Iridis florentinae, Levistici, Valerianae ana Unc. semis, Herb. Majoranae, Origani, Anthos, Rutae, Salviae, Serpilli, Flor. Lavendulae, Sambuci ana Drachm. tres, Sem. Coriandri, Foeniculi, Rutae., Baccar. Juniperi, Lauri ana Unc. semis, Rad. Cepae incisarum Unc. duas semis, Castorei Drachm. duas. Incisa et contusa immittantur cucurbitae vitreae et superaffundantur Aquae epilepticae Langii, Spiritus Baccar. Juniperi ana Unc. quinque, Succi Raphanorum Libr. una semis Digerantur per biduum, postea additis Cinerum clavellatorum Drachm. quatuor, Salis Ammoniaci Drachm. duabus, Camphorae Drachm. una, Aquae fontanae quantum sufficit ad praecavendum empyreuma, destillentur ex cucurbita vitrea et liquoris spirituosi volatilis Unciae sedecim proliciantur, quae in vase probe clauso asservandae. — Crassos humores, nervos et meatus auditorios obstructos attenuare atque tympani atoniae roborando mederi credebatur, si in frusto panis recentis, adhuc calidi auribus vel gossypio aliquot guttae exceptae immitterentur.

AQUA ACUSTICA Ludovici. Ludwigs Ohrenweh-Wasser. *Eau acoustique de Louis.*

Rec. Rad. Levistici, Valerianae, Herb. Anthos, Flor. Lavendulae ana Unc. semis, Bacc. Lauri, Castorei, Camphorae ana Drachm. duas, Spirit. Juniperi Unc. duodecim. Incisa, contusa, macerentur per quatriduum, tunc addatur Spirit. Salis Ammoniaci Unc. semis, Olei Juniperi Drachm. semis. Omnia probe mixta asserventur usui. — *Vis* et *Usus:* Praecedentis, sed pariter hodie vix adhibetur. — Pharm. Palatina Spirit. Salis Ammoniaci locó Salis Ammoniaci Unc. dimidiam et Salis Urinae volatilis Drachmas duas praescribit.

AQUA ADSTRINGENS v. Aqua Aluminosa Bateana et Aqua ophthalmica coerulea.

AQUA AËRATA, Aqua Aëris fixi seu Aqua acidula simplex, Aqua Acidi carbonici, Aqua carbonica seu carbonata. Sauerwasser, einfaches kohlensaures Wasser. *Eau acidule simple, Eau gazeuse simple.*

Introducatur Aër fixus ex Creta, Marmore cet. mediante Spiritu Vitrioli elicitus (p. 27) in lagenas Aqua fontana pura frigida repletas (commodissime in apparatu Woulfiano), donec non amplius absorbeatur. — Parari etiam ita potest, ut lagenae aëre fixo repletae, orificio non clauso, in vas Aquam puram frigidam continens invertantur et loco frigidó seponantur, donec lagenae Aqua repletae sint. — Pharm. Suecica Aquam cum quinta Glaciei Parte commisceri praescribit et in apparatu idoneo cum Aëre fixo, aëris atmosphaerici experte, tamdiu quassari, quam Aër fixus ab aqua absorbetur. — Pharm. Gallica praescribit Aërem fixum anthliae ope comprimendo ad doliolum Aqua destillata fere plenum adaptatae in dolium adigi, ea copia, quae in aëre libero quinquies Aquae mensuram aequare valeat, et per viginti quatuor horas pressioni exponi. — Aqua quocunque modo parata tunc statim in lagenas antea frigefactas, quae suberibus selectis rite obtu-

rentur, immittitur. Subera vinculo apto lagenis infixa in resinam Pini, cum Bovis Tauri, Sebo sexta parte commixtam, supra ignem liquefactam immerguntur et loco frigido asservantur. — Aqua est acidula, refrigerans; odore et sapore grate pungente Aëris fixi. — *Vis:* reficiens, antiseptica, diuretica, lithontriptica, sedativa. — *Usus:* In potione. — Aqua fatua, Acido carbonico egens, rejiciatur.

AQUA AËRATA ALCALINA seu Aqua mephitico-alcalina Pharmac. Suecicae, Aqua carbonata alcalina, Aqua lithontriptica, Potio alcalina, Aqua kalina carbonata, Aqua Supercarbonatis kalici seu Oxycarbonatis aciduli Potassae seu Falconeri. Kalihaltiges kohlensaures Wasser. *Eau mephitique alcaline* ou *de Falconer, Potion alcaline, Eau alcaline gazeuse.*

Rec. Salis Tartari Uncias tres. Solve in Aquae fontanae quantitate, quae, dum Aëre fixo sec. regulas positas (v. praecedens) perfecte saturata est, pondus quinquaginta sex Librarum habeat. Servetur uti praecedens. — Pharmac. Danica ad Kali carbonici Drachmas duas Aquae aëratae Libram praescribit. — Pharm. Hispanica ad Alcali vegetabilis perfecte saturati Drachm. tres Aquae aëratae Libras duas et Henry et Guibourt ad Bicarbonatis kalici Gran. octoginta Aquae acidulae simpl. Unc. viginti praescribunt. — Pharm. Fennica Salis Tartari Drachm. tres in Aquae destillatae Unciis octo et octoginta solvi et solutionem Aëre fixo saturari praescribit. — Pharm. Edinburgensis ad unam Salis Tartari 120 Aquae Partes praescribit, quae Aëre fixo saturandae. — Pharm. Amstelodamensis, Brugnatelli, Cadet de Gassicourt, Rennie et Swediauri formulae in capite rei cum hac congruunt. — *Vis:* incitans, digestiva, lithontriptica; in morbis lymphaticis quoque laudatur.

AQUA AËRATA CAMPHORATA seu Aqua Acidi carbonici camphorata. Gekampfertes kohlensaures Wasser. *Eau acidule camphrée.*

Rec. Aquae aëratae Libr. duas, Camphorae tritae Grana sex. Agita in vase clauso per intervalla ad Camphorae solutionem et serva uti praecedentem. — Brugnatelli et Swediaur ad Libr. Aquae aëratae, Camphorae Drachmam praescribunt, quod nimium.

AQUA AËRIS FIXI MARTIALIS v. Aqua Chalybeata.

AQUA AETHEREA CAMPHORATA, Aether sulphuricus camphoratus aquosus. Gekampfertes Aether-haltiges Wasser. *Eau éthérée camphrée* sec. Van Mons Ph. us.

Rec. Camphorae Part. unam, Naphthae Vitrioli Part. tres. Dissolve et adde Aquae Part. quinquaginta; misce bene agitando. — Brugnatelli in Pharm. generali et Cadet de Gassicourt in formulaire magistral ad Camphorae Part. unam eandem quantitatem Naphthae Vitrioli et quinquaginta sex Aquae Partes praescribunt. — Swediaur in Pharm. universali ad unam Camphorae tres Naphthae Vitrioli et viginti quatuor Aquae Part. praescribit.

AQUA AGRIMONIAE. Odermennig-Wasser. *Eau d'Aigremoine.* — Paratur ex Herba recenti florente cum Radice, superaffundendo Duplum Aquae et duas tertias Partes destillando.

AQUA ALBA PRO PUERIS D. Andr. Doretti. Weißes Knaben-Wasser. *Eau blanche pour les Enfants.*

Rec. Aquae Cerasorum nigr. Libr. duas, Aq. Flor. Tiliae, Scabios. āā Libr. unam, Margarit. ppt. Scrupul. octo. Corn. Cerv. ust. ppt. Scrupulos sedecim, Sacchari Candi albi Scrupul. triginta duos. Misce exactissime.

AQUA Alberti Magni Albertus Magnus Wund-Wasser. *Eau d'Albert le Grand.*

Rec. Sacchari Candi albi, Vitrioli albi āā Unc. unam, Vitrioli de Cypro ad albedinem calcinati Unc. semis, Croci Grana triginta. Pulverisata infundantur per 12 horas in Aquae communis Libr. duabus. Filtretur liquor.

AQUA ALCALINA GASOSA v. Aqua Sodae.

AQUA ALCALINA OXYMURIATICA v. Aqua Javelli.

AQUA ALEXIPHARMACA Zwelferi. Zwelfers Gift-Wasser. *Eau Alexitère de Zwelfer.*

Rec. Rad. recent. Angelicae, Levistici, Enulae āā Unc. tres, R. Zedoariae, Ostrutii, Contrajervae āā Unc. unam semis, Herb. rec. Rutae, Scordii āā Unc. octo, Melissae Unc. sex, Sem. Rutae rec. Unc. tres, Bacc. Juniperi Unc. quinque, Lauri Unc. duas, Cort. Aurant. rec. Unc. tres, C. Citri rec. Unc. quatuor, Cinnamomi Unc. duas, Macid. Unc. unam, Caryophyllorum Unc. semis. Inc. et cont. superaffundantur in cucurbita vitrea Vini albi Libr. sex. Facta digestione fiat destillatio ad siccitatem fere specierum, immissis proboscidi alembici Croci. Myrrhae āā Drachm. unam, Camphorae Drachm. semis. Aqua prolecta caute servetur, usus tempore Syrupo de Scordio vel Cort. Citri edulcoranda.

AQUA ALEXIPHARMACA D. Le Mort.

Rec. Rad. Angelicae, Petasitid. Valerian., Imperator., āā Unc. duas. Sem. Angelicae et Levistici, Bacc. Juniper. āā Drachm. sex. Spirit. Vini Libr. quatuor. Mixta destillentur, vel et absque destillatione servetur Infusio.

AQUA ALEXITERIA Dispens. Brunsvicens. Braunschweiger Gift-Wasser. *Eau Alexitère de Brunswick.*

Rec. Florum Sambuci modice siccatorum Libr. tres, Folior. rec. Angelicae Libr. duas, Aquae fontan. Libr. quadraginta. Destillentur inde Librae triginta.

AQUA ALEXITERIA Pharm. Parisiens.

Rec. Herb. Card. bened., Hb. Ulmariae āā

Man sex., Menthae crisp. Man. decem, Galegae Man. sex., Rad. Zedoariae, Tormentill. āā Unc. octo, Lactis vaccin. rec. Libr. decem. Destilla lege artis.

AQUA ALEXITERIA LONDINENSIUM.

Rec. Herbae Menth. recentis Unc. duas cum dimidia, Summit. Absinthii marit. recent., Herb. Angelicae rec. āā Unc. duas, Aquae Unc. septuaginta. Fiat destillatio, donec Unc. viginti quatuor elicitae sint, praecavendo empyreuma — Spielmannus in Ph. universali Hb. Absinth. marit. loco Absinthium ponticum et Hb. Angelicae loco Radic. Angelicae praescribit.

AQUA ALEXITERIA SPIRITUOSA seu epidemica. Spirituöses alexiterisches Wasser. *Eau alexiterique spiritueuse.*

Rec. Herb. Menth. recent. Libr. semis, Summitat. Absinthii marit. recent., Angelicae āā Unc. quatuor, Spirit. Vini simpl. Congium, Aquae quantum sufficit ad evitandum empyreuma. Destilla Congium.

AQUA ALEXITERIA SPIRITUOSA CUM ACETO. Spirituöses alexiterisches Wasser mit Essig. *Eau alexiterique spiritueuse avec du Vinaigre.*— Paratur, dum Aquae alexiteriae spirituosae Congio admiscetur Aceti Vini Libr una.

AQUA D'ALIBOUR. Alibours Wasser. *Eau d'Alibour.*

Rec. Vitrioli albi Drachm. septendecim cum dimidia, Vitrioli coerulei Drachm. quinque, Camphorae Drachm duas semis, Croci Drachm. unam, Aquae Libr. tres. Post horar. 24 digestionem filtra et serva. — Sainte Marie formulaire in eo discrepat, quod Crocum omittit et ad Vitrioli albi Unc. duas, Vitrioli coerulei Unc. semis, Camph. Drachm. unam et Aquae Octarios duos praescribit.

AQUA ALKEKENGI seu Baccar. Alkekengi. Schlutten-Wasser. *Eau de Coquerets.* — Uti Aqua Rubi idaei paratur.

AQUA ALOËTICA MERCURIALIS v. Aqua phagedaenica.

AQUA ALUMINIS seu ALUMINOSA Bateana, Liquor Aluminis compositus Pharmac. Londinensis, Aqua styptica, Aqua Sulphatis Zinci aluminosa. Bate's Alaun- oder Augen-Wasser. *Eau d'Alun* ou *ophthalmique de Bate.*

Rec. Aluminis, Vitrioli albi puri āā Unc. dimidiam, Aquae ferventis Octarios duos. Solve et filtra. — Pharm. Lusitanica et Ferrariensis ad Salium quantitatem memoratam, Aquae Libr. duas cum dimidia praescribunt. — Pharm. Hispanica Salium supra memoratorum quantitatem praescriptam in Aquae Rosarum Libra una dissolvi designat. — Cadet de Gassicourt Aluminis et Vitrioli albi āā Drachm. duas in Aquae Libr. duabus cum dimidia dissolvi, — Saunders ad Salium singulorum Drachm., Aquae Libr. unam praescribit. — Ellis Vitrioli albi Sesquidrachmam, Aluminis Drachm. semis et Aquae Semioctarium. (Conf. etiam Injectio aluminosa). — Bate suasit Alumen et Vitriolum album antea in vase terreo supra lenem ignem liquida reddi, donec induresçant et pulveris hujus Cochlear unum in Aquae bullientis Libris duabus solvi, quod superfluum et non exacte praescriptum.

AQUA ALUMINIS VITRIOLATA Pharm. Herbipolitanae. Vitriolisirtes Alaun-Wasser. *Eau d'Alun vitriolée.*

Rec. Solutionis Aluminis saturatae Libr. unam. Instilla Spiritum Vitrioli sub continua agitatione, donec exacte misceantur et solutio stypticum saporem deponat, sive ad gratam aciditatem, aciditati Succi Citri recentis expressi subaequalem.

AQUA ALUMINOSA seu Sulphatis Aluminae Pharm. Hispanicae. Alaun-Wasser. *Eau alumineuse.*

Rec. Aquae Rosarum Libr. unam semis, Aluminis Drachm. unam. Dissolve.

AQUA ALUMINOSA Fallopii Londinensis, Aq. Mercurii vitriolati seu magistralis, Fomentum Hydrargyri aluminosum. Fallopius Alaun-Wasser. *Eau alumineuse de Fallop.*

Rec. Aquae Rosarum, Scordii āā Unc. duodecim, Aluminis crudi, Mercurii sublimati corrosivi āā Drachm. duas. Dissolutis per ebullitionem salibus, filtretur liquor. — Disp. Fuldense et Augustin Aq. Rosarum et Scordii loco Aquam communem sumi praescribunt.

AQUA ALUMINOSA PARISIENSIS. Pariser Alaun-Wasser. *Eau alumineuse de Paris.*

Rec. Aquae Rosarum, Plantaginis āā Unc. viginti quatuor, Aluminis Drachm. tres. Misceantur.

AQUA AMARA seu Sedlitzensis artificialis, Aqua Sulphatis Magnesiae cum Acido carbonico. Bitterwasser oder künstliches Sedlitzer-Wasser. *Eau amère* ou *de Sedlitze factice.*

Rec. Salis amari Grana ducenta septuaginta quinque, Magnesiae albae Grana quinque, Aquae aëratae Unc. sedecim. Misce in lagena firma, bene obturata, loco frigido saepius agitans, sepone et post 24 horas decantha liquorem clarum a sedimento, et serva in vase optime clauso loco frigido. — Pharm. Gallica Salis amari Drachm. duas et Magnesiae muriaticae Grana duodeviginti in Aquae, triplo Volumine Gasis Acidi carbonici impraegnatae, Unciis viginti et dimidia solvi praescribit. — Ph. Fennica et Van Mons in Aquae Unc. viginti duabus Salis amari Unc. tres solvi et solutioni Aquae aëratae Unc. viginti duas admisceri praescribunt. — Pharm. Ferrariensis ad Salis amari Unc. unam, Aquae purae Unc. quatuor, Spirit. Salis Ammoniac. aquosi et Spiritus Vitrioli āā Scrupulum unum praescribit. — Ratjen in Aquae Libr. tribus cum dimidia, antea Olei Vitrioli Partibus sex Aquae diluti, Drachmis decem commixtis, Magnesiae albae Drachm. tres in lagena clausa pro partibus tertiis tantum duabus repleta dissolvi praescribit. — Augustin sec. J. P. Frank Aquae Card. bened. Unc. decem, Salis amari Unc. unam, Spirit. Salis Ammon. aquos. et Spirit. Vitrioli āā Guttas. quindecim commisceri proponit.

AQUA AMMONIACALIS COERULEA v. Aqua ophthalmica coerulea.

AQUA AMMONIAE ACETATIS, CAUSTICAE seu PURAE et CARBONATIS v. Spiritus Mindereri, Salis Ammoniaci causticus et aquosus.

AQUA AMMONIAE DILUTA Pharm. Edinburgensis.

Rec. Spirit. Salis Ammoniaci caustici Partem unam, Aquae destillatae Partes duas. Misce.

† AQUA AMYGDALARUM AMARARUM. Bittermandel-Wasser. *Eau d'Amandes amères.*

Synon.: Aqua Amygdalarum amararum concentrata. Concentrirtes Bittermandel-Wasser. *Eau d'Amandes amères concentrée.*

Rec. Amygdalarum amararum Libras quatuor.

Contusis et frigide exprimendo ab oleo pingui liberatis, deinde per cribrum trajectis, superaffunde per vices semper agitando

Aquae frigidae Libras sedecim.

Stent in vase bene clauso quod saepius agitetur, per duodecim horas, loco frigido, tunc immitte vesicae destillatoriae satis capaci, et destillent in balneo Calcariae muriaticae Librae quatuor.

Liquor elicitus bene agitandus, ut oleum solvatur, tum seponendus, ab oleo forsitan subsidente decanthandus et in vitris parvis optime obturatis loco frigido obscuro caute asservandus. Liquor parum lactescens, postremo clarus, odoris penetrantis Amygdalarum amararum, uti et saporis.—Solutio est aquosa saturata Olei Amygdalarum amararum aetherei, Acidum Borussicum continentis. — *Vis:* leniens, sopiens, irritabilitatem minuens, sat magna dosi lethifera!

Sit Aqua bonae notae velut modo descripta; addita solutione vitrioli martis et solutione kali carbonici, denique acido salis in excessu, colorem saturate coeruleum assumat, et mox magnam praecipitati copiam Coerulei Berolinensis exhibeat; addita solutione argenti nitrici ammoniacalis, tunc sensim acido nitri valde diluto paullo in excessu praecipitatum copiosum album caseosum praebeat, ex quaque Aquae Uncia ad minimum quinque Grana exhibens; aqua parum tantum odora, quae additis reagentibus memoratis vix coloratur vel praecipitatum vix praebet, uti et aqua acida, rejiciatur.

Usus: Interne cautissime, optime magna aquae quantitate diluta, uti acidum borussicum (p. 15), externe in fomentatione, collyrio, balneo, injectione, clysmate, pariter caute adhibenda. Cave commisceatur cum mercurio dulci et aliis salibus decompositionem noxiam efficientibus.

Pharm. Borussica Amygdalarum amararum Libras duas contundi cum Aquae Libris decem et Spiritus Vini rectificatissimi Unciis quatuor commisceri praescribit, tunc post horas duodecim Libras duas destillatione elici. — Pharmac. Hannoveranae formula cum hac congruit, nisi quod duas solummodo Spiritus Vini rectificatissimi Uncias praescribit. — Ph. Hassiae El. et Slesvico-Holsatica Amygdalas antea, uti supra memoratum, oleo pingui liberari suadent, ceterum prioris praescriptio cum Pharm. Borussicae formula omnino convenit, posterior autem ad tres Amygdalarum amararum Libras sex solummodo Aquae et Spiritus Vini rectificati Uncias quinque sumi praescribit; deinde Libras tres abstrahi. — Pharm. Bavarica ad sex Amygdalarum Partes unam Spiritus Vini simplicis et duodeviginti Aquae, tunc destillando elici Partes sex. — SWEDIAURI et Ferrarini formulae in capite rei cum his congruunt. — Pharm. Saxonica ad unam Amygdalarum Spiritus Vini rectificatissimi unius Partis duodecimam et Aquae Partes sex praescribit, de quibus tres Partes abstrahendae. — VAN MONS formula cum hac praecipue convenit. — Pharm. Gallica et Ferrariensis ad Amygdalarum Partem unam duas Aquae Partes praescribunt et dimidiam tantum Partem destillando elici. — BRUGNATELLI ad Amygdalarum duas, tres Aquae praescribit Partes, ut destillent duo Trientes.

AQUA AMYGDALARUM AMARARUM DILUTA Pharm. Hannoveranae. Verdünntes Bittermandel-Wasser. *Eau d'Amandes amères diluée.* (Aquae Cerasorum loco)

Rec. Amygdalarum amararum Uncias octo, grossiuscule contusas cum Aquae fontanae

Mensuris duodecim immitte in apparatum destillatorium et leni igne fac destillare Mensuras octo. — Liquor praecedenti similis, sed et odore et sapore remissiore — *Vis:* leniens, sopiens. — *Usus:* Interne uti Aqua Cerasorum. — Pharm. Slesvico-Holsatica a Libris duabus Amygdalarum, quae antea oleo pingui expressione liberandae, et sufficiente Aquae quantitate, destillando Libras viginti quatuor elici praescribit.

AQUA ANAGALLIDIS. Gauchheil-Wasser. *Eau de Mouron.* — Uti Aqua Acetosae paratur.

AQUA ANALEPTICA Schillingi. Schillings stärkendes Wasser. *Eau analeptique de Schilling.*

Rec. Rasurae Cornu Cervi crudi, Corn. Cerv. philos. ppt. āā Drachm. tres, Sem. Citri, Rad. Zedoariae āā Drachm. duas semis, Tormentillae, Cort. Citri, Lign. Santal. citr. āā Drachm. unam semis, Flor. Rosar. rubr. Manip. semis, Camphor. Gr. viginti sex, Succ. Citri, Aceti rosati āā Libr. tres. Macera in balneo per 3 dies, postea destilla.

AQUA ANEMONES v. Aqua Pulsatillae et Aqua Ranunculi albi.

AQUA ANETHI. Dillwasser. *Eau d'Anethe* Pharm. Londin.

Rec. Seminum Anethi contusor. Libr. unam. His affunde tantum Aquae, ut post destillationem supersit quod satis ad prohibendum empyreuma. Destillet Congius unus. — Pharm. Suecica supra unam Seminum Anethi, quatuor tantum Aquae Partes abstrahi praescribit. — Piderit supra unam Seminum Anethi, sex Aquae Partes destillari suadet.

AQUA ANGELICA. Englisch Wasser. *Eau angelique.*

Rec. Aquae Flor. Naphae, Rosarum āā Octarium unum. Aquae Myrti Octarium dimidium, Spiritus Moschi destillati Drachm. duas, Spirit. Ambrae Unciam unam. Misce conquassando. — Ad odoramentum inservit.

AQUA ANGELICA ex Schroedero.

Rec. Aquae Rosarum Libram unam semis, Naphae Unc. sex, Flor. Citri et Tunicae āā Unc. quatuor, Vini albi Unc. quinque, Benzoës Unc. quatuor, Styracis Unc. unam semis, Caryophyllor., Cinnamomi āā Unc. unam, Rad. Ireos florent., Flor. Lavend. āā Unc. semis, Lign. Rhodii Drachm. tres. Destillent, in rostro alembici suspensa, Moschi et Ambrae āā Grana decem.

AQUA ANGELICA VIENNENSIS v. Aqua laxativa.

AQUA ANGELICAE RADICIS. Engelwurz-Wasser. *Eau d'Angélique.* — Paratur ex Radice Angelicae uti Aqua Valerianae. — Pharmac. Gallica Aquam Angelicae etiam ex Seminibus parari praescribit, quod fit pari modo atque Aquae Foeniculi paratio. — Olim ex Herba quoque recenti plura Dispensatoria parari jubebant.

AQUA ANGELICAE SPIRITUOSA v. Spiritus Angelicae.

AQUA ANGELICAE SPIRITUOSA COMPOSITA v. Spiritus Angelicae compositus.

AQUA ANHALTINA seu Spiritus anhaltinus Pharm. Wirtembergicae. Anhalt-Wasser. *Eau anhaltine.*

Rec. Radicum Galangae minoris, Flor. Anthos āā Drachm. sex, Sem. Foeniculi, Bacc. Lauri āā Unciam dimidiam, Caryophyllorum aromat., Cubebarum, Nucum Moschat., Cinnamomi acuti, Mastich. āā Drachm. sex, Olibani Unciam unam, Terebinthinae Venetae Libram dimidiam. In pulverem contrita infundantur in Spiritus Vini rectificati Libris sex et digesta per dies sex, addita Aquae fontanae Libra una, destillentur lenissimo balnei calore Librae quinque. — *Vis:* excitans, roborans, carminativa, diuretica. — *Usus:* Interne caute; frequentius externe adhibetur. — Pharm. Hannoveranae et Sardoae formula eadem est. — Pharmac. Palatina Radicem Galangae et Flores Anthos omittit, cujus loco Ligni Aloës Uncias tres et Croci Austriaci Drachmas duas semis sumi praescribit, porro Spiritus Vini tantum Libras quinque. Destillatum elicitum a turbido oleoso separandum et seorsim servandum. — Spielmannus omittit praeterea Mastichen et suadet secundum Schroederum in hoc liquore, si placeat, Moschi in petia ligati Grana quindecim suspendi. Tunc Aqua anhaltina completa appellatur. — Formula Dispensatorii Borusso-Brandenburgici, Pharmac. Batavae atque Helveticae eadem est. — Dispensator. Brunsvicense Florum Anthos Unc. unam, Herbae Rutae Unc. semis, Mastiches Unc. duas praescribit, omittit Radices Galangae et Olibanum, ceterum cum Wirtembergica formula congruit, Spiritus Vini rectificati autem Libras quinque et Aquae Libras duas speciebus superaffundi, denique Libras quinque abstrahi. — Van Mons formula in capite rei cum Wirtembergica congruit, nisi quod improprie multo plus Aquae admisceri suadet.

AQUA ANIMALIS sive Destillatum equinum. Rosswasser. *Eau animale.*

Rec. Herbae recentis Beccabungae, Cerefolii, Nasturtii aquatici, Petroselini āā Manipulos sex, Poma Citri N° quatuor, Stercoris equini recentis Libras duas. Incisis affundantur Aquae fontanae Librae duodecim et post macerationem horarum duodecim lege artis moderato igne per vesicam destillent Librae circiter octo. — Pharmac. Bateana Stercoris Equi non defatigati recentis Globulos N° duodecim cum Vini albi Libris octo commisceri praescribit, tunc addi Seminis Foeniculi et Petroselini āā Unc. duas, Theriacae januensis Libram unam, Radicum Polypodii et Rusci, Herbae Hepaticae āā Manipulos duos, deinde lento igne sec. artem destillari. — *Vires* ei adscribebant eximias attenuandi, resolvendi, aperiendi, sudorem movendi, urinam ciendi, spasmos leniendi cet., sed longo ex tempore medicamentum absurdum et fastidiosum exolevit.

AQUA ANISI. Anis-Wasser. *Eau d'Anis.* — Paratur ex Semine Anisi uti Aqua Foeniculi.

AQUA ANISI Belzeri.

Rec. Semin. Anisi Unc. duodecim, Coriandri, Rad. Liquirit. āā Drachm. sex, Cort Citri sicc. Unc. unam, Flor. 4 cordialium āā Manip. semis. Conc. et cont. affunde Spirit. Vini Canthar. tres. Destillent.

AQUA ANISI COMPOSITA v. Spiritus.

AQUA ANISI LACTICINOSA Pharm. Hispanicae.— Uti Aqua Foeniculi lacticinosa paratur.

AQUA ANODYNA. Schmerzstillendes Wasser. *Eau anodyne.*

Rec. Spirit. Lavendulae, et Salis Ammoniaci vinosi āā Part. aequales. Misce.

AQUA ANODYNA Pragensium CORRECTA.

Rec. Spirit. Salis Ammoniaci vinosi Uncias sex, Essentiae Croci Unciam unam, Olei destillati Lavendulae Drachmam semis. — Ad fomentationes in doloribus rheumaticis chronicis cet. laudatur.

AQUA ANSERINAE Gänserig-Wasser. *Eau d'Argentine.* — Paratur ex Herba recente Potentillae seu Anserinae (I. 145) uti Aqua Scordii Merito autem medicamentum iners exolevit.

AQUA ANTARTHRITICA. Gicht-Wasser. *Eau antarthritique.*

Rec. Acidi Salis Uncias quatuor, Olei Petrae albi Drachm. unam. Misce, bene agitando. — Dosis pro uno balneo.

AQUA ANTHEMIDIS v. Aqua Chamomillae.

AQUA ANTHOS seu RORISMARINI. Rosmarin-Wasser. *Eau de Romarin.* — Paratur ex Herba cum Floribus Anthos uti Aqua Menthae piperitae.

AQUA ANTHOS COMPOSITA v. Aqua Hungarica.

AQUA ANTIASTHMATICA v. Aqua asthmatica.

AQUA ANTIDOTALIS Matthioli. Matthiolus Widergift-Wasser. *Eau antidotale de Matthiolus.*

Rec. Rad. Angelicae, Imperator., Levistici, Zedoariae āā Unc. unam, Herb. Scordii, Salviae, Rutae āā Unc. unam semis, Cort. Citri rec. Unc. duas, Cinnamomi Unc. unam semis, Caryophyllor Unc. semis, Macid. et Nuc Moschatar. āā Drachm. sex, Camphorae Drachm. duas. Conc. et cont. superaffunde in cucurbita vitrea Spirit. Juniperi, Spir. Vini. āā Libr. duas, Vini Malvatici Libr. unam semis; post 2 dierum digestionem destillent ad siccum. In liquore elicito macera Viperas viventes, cute, capite et cauda denutis, N° quinque. Post alicujus temporis digestionem immitte Rad Angelicae, Herb. Marrubii, Rad. Contrajervae āā Unc. semis, Rad. Enulae, Mors. Diaboli, Scorzonerae, Zedoariae āā Drachm. unam, Herb. rec. Rutae, Scordii āā Unc. duas semis, Baccar. Lauri Unc. unam semis, Cort. Citri rec. Unc. duas, Sem. Citri Unc. unam, Myrrhae Unc. unam, Macid. Drachmas duas. Digere per 6 dies, tunc filtra cum expressione et adde Syrupi Scordii et Cort. Citri āā Unc. quatuor.

AQUA ANTIEPILEPTICA v. Aqua epileptica.

AQUA ANTIFEBRILIS ex Schroedero. Wasser wider das Fieber. *Eau contre la Fièvre.*

Rec. Salis Absinthii, Gratiolae āā Drachm. unam, Spirit. Vitrioli Drachm. tres, Aquae Cardui bened. et Gratiolae āā Unc. sex, Aq. Absinthii et Plantaginis āā Unc. quatuor, Aq. Cinnam. cydon. Unc. unam, Syrupi Violarum Unc. semis. Misce. — Exemplum praecepti quam maxime inepti!

AQUA ANTIHECTICA. Wasser gegen Schwindsucht. *Eau contre l'Etisie.*

Rec. Herb. rec. Agrimoniae, Bellidis minoris, Betonicae, Hederae terrestris, Farfarae, Veronicae āā Unc. sex. Inc. et mixt. affundantur Lactis vaccini deflorati Libr duodecim et post macerationem horarum duodecim lege artis destillentur liquoris circiter Libr. octo, usui servandae.

AQUA ANTIHERPETICA Cardinalis de Lugnes sec. Pierquin. Flechten-Wasser. *Eau antiherpetique du Cardinal de Lugnes.*

Rec. Mercurii sublimati corrosivi Drachmam unam semis, Cerussae Unciam semis, Aluminis Drachmas tres, Albumen Ovi N° unum, Aquae Rosarum Uncias octo. Commisce bene. — Cadet de Gassicourt et Borries formulaires Mercurii sublimati Unc. semis et Cerussae Uncias duas cum Aqua communis Libr. duabus commisceri praescribunt.

AQUA ANTIHYSTERICA Quercetani REFORMATA. Quercetans Mutter-Wasser. *Eau antihysterique de Quercetan.*

Rec. Nuc. Moschat., Cinnamomi, Herb. Salviae rec., Herb. Anthos rec., Matricariae rec. āā Unc. duas, Castorei Drachm sex, Vini albi generosi Libr. quinque. Post 3 dierum digestionem destillent in balneo Mariae salito liquoris Libr. tres. — Herbae, si recentes non praesto sunt, siccae, sed dimidio tantum Pondere, sumantur.

AQUA ANTIMELANCHOLICA Wasser gegen Milzsucht. *Eau contre la Melancolie.*

Rec. Rad. Buglossi rec. Unc. quatuor, Flor. Borraginis, Buglossi, Anthos āā Unc. unam, Croci Austriaci Drachm. duas, Flaved Cort. Citri Unc. duas, Fruct. seu Pomor. Cydoniorum rec. odoratorum Unc. sex. Inc. infundantur in Vini albi Libr. octo, maceratione per 24 horas peracta, destillentur ad Dimidias.

AQUA seu MIXTURA ANTIMIASMATICA Koechlini seu Beisseri, Aqua Cupri Ammoniae muriatici. Köchlins und Beissers Wasser gegen Miasma. *Eau antimiasmatique.*

Rec. Liquoris Cupri ammoniato-muriatici Drachm. duas, Aq. communis Unc. viginti. Misce.

AQUA ANTIMIASMATICA Koechlini **COMPOSITA.**

Rec. Liquoris Cupri ammoniato-muriatici mercurialis Drachmas duas, Aquae fontanae Uncias viginti. Misce. — Augustin Drachm. duarum loco sex praescribit.

AQUA ANTINEPHRITICA v. Aqua nephritica.

AQUA ANTIOPHTHALMICA v. Aqua ophthalmica.

AQUA ANTIPHTHISICA ex Schroedero. Wasser gegen die Schwindsucht. *Eau contre l'Etisie.*

Rec. Herb Hyssopi, Rad. Liquiritiae āā Unc. semis, Nucl. Pineae, Jujub āā N° triginta, Passul, Caric. āā Unc. duas, Herb. Capillor. Vener. Manip. unum, Sem. Lini Unc. semis, Sem. Anisi, Foeniculi, Rad. Irid flor. āā Unc. unam. Conc. et cont. superaffunde Aquae Veronic., Scabiosae, Levistici et Farfarae āā Mensur. unam. Post 2 dierum digestionem destilleut ex baln. Mariae; tunc dulcem redde Saccharo Candi.

AQUA ANTIPHTHISICA LONDINENSIUM.

Rec. Succi Herb. Heder. terrestr., Farfarae, Scabiosae, Pulmon. macul., āā Libr. unam semis, Succ. Portulacae, Plantagin., Ambrosiae, Veronic. āā Libr. unam, Sanguinis Porci rec., Vini albi āā Libr. tres, Limacum hortensium incis. Libr. duas, Flor. Nicotian. sicc. N° octo, Rad. Liquir. Unc. duas, Enul. Unc. semis, Ireos flor. Unc. unam, Sem. Bombacis Unc. unam semis, 4 frigid. major., Anisi āā Drachm. sex, Croci Drachm. unam, Flor. Rosar. rubrar. Pugill. tres, Violarum et Borraginis āā Pug. quinque. Digerantur per triduum, tum destillentur organis vitreis, calore cinerum, ad siccitatem.

AQUA ANTIPODAGRICA ex Schroedero. Wasser gegen das Podagra. *Eau contre le Podagra.*

Rec. Salis communis, Vitrioli viridis, Aluminis āā Libr. unam. Superaffunde Aquae Spermatis Ranarum Canthar. quinque; solve coquendo et filtra.

AQUA ANTIPSORICA. Krätzewasser. *Eau antipsorique* Pharmacopoeae Ferrariensis.

Rec. Herb. Nicotianae sicc. Libr. duas, Aq. fontanae Libr. quindecim. Coq. per horam unam et adde Natri sub-carbonici Unc. quatuor. Post horas 24 cola. (Conf. et Mercurius nitrosus.)

AQUA ANTISCORBUTICA TEMPERATA. Temperirtes Scharbock-Wasser. *Eau antiscorbutique temperée.*

Rec. Herb. rec. Acetosae, Nummulariae, Beccabungae, Bellidis minoris, Chaerefolii, Fumariae, Trifolii fibrini, Veronicae āā Unc. octo, Fruct. Rubi idaei Libr. unam. — Inc. misceantur; superfusis Aq. fontanae Libr. quindecim fiat destillatio et Librae sex eliciantur. — Pharmacop. Sardoa Herb. rec. Cochleariae, Acetosae, Agrimoniae, Beccabungae, Chelidonii minoris, Cichorii, Fumariae, Trifolii et Veronicae āā Manip. duos cum sufficiente Aquae quantitate in balneo Mariae ad siccitatem fere destillari praescribit, quae formula indefinita.

AQUA ANTISCORBUTICA Zwelferi.

Rec. Aquae Beccabungae, Cochleariae, Nasturtii aquatic., Cerefolii et Chamaedryos āā Libr. unam, Aq. Ceras. nigror. Libr. unam semis. Misce et adde Rad. Armoraciae rec. Unc. sex, Apii, Inulae, Calami, Pimpin. āā Unc. quatuor, Bacc. Lauri et Juniperi āā Drachm. unam semis, Sem. Lepidii, Urticae, Foenicul., Coriandr. āā Unc. unam, Cinnamomi Unc. tres, Nuc. Moschat. et Macid. āā Unc. unam. Post macerationem per breve tempus destillent ex baln. Mariae.

AQUA ANTISPASMODICA. Krampfstillendes Wasser. *Eau antispasmodique.*

Rec. Aquae Menthae piperitae Unc. duas, Aquae Carmelitarum Unc. semis, Naphthae Vitrioli Drachm. semis, Syrupi Diacodii Unc. unam. — Misce.

AQUA ANTIVENEREA conf. Aqua phagedaenica, Liquor Switenii et Liquor Bellostii.

AQUA APERITIVA Timaei. Timäus eröffnendes Wasser. *Eau apéritive de Timaeus.*

Rec. Rad. Foenic., Asparagi, Petroselin., Liquir. āā Unc. unam, Polypod. Unc. semis, Herb. Fumar. Manip. duos, Agrimon., Capill. Vener., Cuscutae, Cichorii, Endivii, Betonic., Scolopendr. āā Manip. unum, Flor. Borrag., Cent minor., Buglossi, Genistae āā Manip. semis, Sem. Anisi, Foenicul. āā Drachm. tres, Strobul. Lupul. Manip unum, Cort. Tamarisc., Fraxin., Capparid. āā Unc. quatuor, Uvarum minor., Passul. min. āā Unc. tres. Conc., cont. affunde Aq. Fumariae et Agrimoniae āā Libr. quatuor, Aq. Cichorii, Foenicul. et Betonic. āā Libr tres. Destillent sec. artem.

AQUA APOPLECTICA SPIRITUOSA. Schlag-Wasser. *Eau contre l'Apoplexie*, Pharmac. Wirtembergicae et Helveticae.

Rec. Flor. rec. Liliorum convallium, Lavendulae, Primulae Veris, Tiliae, Betonicae, Tunicae āā Unc. unam, Herb. Anthos, Majoranae, Basilici, Salviae, Serpilli, Mari veri āā Unc. semis, Cinnamomi acuti Unc. duas, Caryophyllorum Drachm. sex, Nucum Moschatarum Unciam unam, Cardamomi minoris, Cubebarum, Rad. Zedoariae, Galangae, Ligni Santalini citrini āā Unc. semis. Flores et Herbae recentes colligantur successive per aestatem et in Spiritus Vini rectificati Libr. quinque macerentur. Postea aromata minutim incisa et contusa Vini generosi Libr. quinque infundantur et post digestionem per biduum cum priori infuso commixta, addita ante, ad praecavendum empyreuma, sufficiente Aquae fontanae quantitate, e vesica lento igne destillentur. Clarum et magis spirituosum, seorsim pro usu externo servandum, quod sequitur oleosum, albicans, pro usu interno. — Pharmac. Palatinae formula omnino cum hac congruit, nisi quod Nuces Moschatas omittit.

AQUA APOPLECTICA MINUS SPIRITUOSA. Schwächeres Schlag-Wasser. *Eau contre l'Apoplexie moins forte.*

Rec. Herb. cum Florib. Salviae Unc. octo,

Majoranae, Serpilli āā Unc. unam, Florum Liliorum convallium Unc. tres, Lavendulae, Anthos āā Unc. duas, Cinnamomi electi, Cubebarum āā Unc. semis, Caryophyllorum Drachm. tres, Macidis Drachm. duas, Vini albi generosi Libr. duodecim. Macerata per triduum destillentur ad dimidiae Partis remanentiam.

AQUA APOPLECTICA LANGII CORRECTA. Lang's Schlag-Wasser. *Eau contre l'Apoplexie de LANG.*

Rec. Rad. Calami aromatici, Ireos, Aristolochiae rotundae āā Unc. unam semis, Herb. Majoranae, Chamaepithyos, Anthos, Flor. Primulae Veris āā Manip. unum, Sem. Sileris montani, Foeniculi, Cubebarum, Nucis Moschatae, Caryophyllorum āā Drachm. tres, Cinnamomi, Ligni Aloës āā Drachm. duas, Piperis longi, Sagapeni, Opopanacis, Myrrhae, Sandaracis āā Drachm. unam semis, Aq Florum Paralyseos, Tiliae, Salviae āā Unc. duodeviginti. — Inc., cont., stent in infusione per dies octo, postea destillentur.

AQUA APOPLECTICA ZWELFERI.

Rec. Cinnamom. acuti Unc. octo, Caryophyllor. Unc. unam, Nuc. Moschatar. Unc. duas, Macid. Unc. unam, Rad. recent. Paeoniae Unc. unam semis, Doronici veri Unc. unam, Cyperi rotund. Unc. unam semis, Sem. Coriandri Unc. unam, Anisi Unc. unam semis, Bacc. Lauri Unc. unam, Cardamom. minor. Unc. unam semis, Cubebar. Unc. unam. Conc., cont. affunde Aq. Cinnamomi vinosae, Vini Malvatici āā Libr. quatuor; facta maceratione destillent per balneum vaporum, rostro capilli in petia ligatis immissis Lign. Aloës crasse incisi Unc. una et, si lubet, Ambrae griseae Drachm. semis.

AQUA APOSTEMATICA KOELREUTERI ex MANGETO. Kölreuters Wasser gegen Geschwüre. *Eau apostematique de KOELREUTER.*

Rec. Herb. Scabiosae, Mors. Diaboli, Salviae, Chaerefol. āā Manip. duos, Herb. Veron., Saturejae, Centaur. min. āā Man. unum, Rad. Polypod. Unc. unam, Herb. Rutae murar., Flor. Lavend., Herb. Vinc. per Vinc., Pyrol., Sanicul., Auric. mur. āā Manip. semis, Rad. Agrimon., Malvae, Foenic., Pimpin. āā Unc. semis, Flor. Chamom. Rom., Hepat. alb., Lilior. convall. āā Man. semis, Herb. Card. bened., Menthae, Endiviae, Hyssopi, Ling. cervin., Fumariae, Pulegii, Pentaphylli, Fragariae, Melissae, Majoran., Anthos āā Man. semis. Infunde in Spirit. Vini Rhenan., Vini Rhenan. āā Canthar. tribus, postea destillentur l. artis.

AQUA AQUISGRANENSIS ARTIFICIALIS Pharmac. Gallicae. Künstliches Aachner Wasser. *Eau d'Aix la Chapelle factice.*

Rec. Aquae purae Libram unam et Unciam semis, Aquae hydrosulphuratae circiter Uncias quatuor, Salis Sodae Grana viginti, Salis communis Grana novem. — Misce et solve.

AQUA ARDENS = Spiritus Vini.

AQUA ARI seu ARONIS. Aron-Wasser. *Eau de Pied de Veaux.* — Paratur ex Herba recenti uti Aqua Cochleariae.

AQUA ARI seu ARONIS COMPOSITA DRESDENSIIS.

Rec. Rad. recent. Ari et Calam. arom. āā Libr. unam, Rad. Zedoar. Unc. tres, Sem. Anisi Libr. unam semis. Inc. et cont. affunde Spirit. Vini rectif. quant. satis. Destillent sollicite aëre excluso.

AQUA ARISTOLOCHIAE LONGAE VULGARIS. Osterluzei-Wasser. *Eau d'Aristoloche menue.* — Ex Radice recenti uti Aqua Armoraciae paratur.

AQUA D'ARMAGNAC v. Tinctura aromatica.

AQUA ARMORACIAE. Meerrettig-Wasser. *Eau de Raifort sauvage.*

Rec. Radicis Armoraciae recentis incisae Partem unam, Aquae Partes quinque. Destillent caute Partes duae.

AQUA AROMATICA Pharmacop. Borussicae. Gewürz-Wasser. *Eau aromatique.* (Aquae cephalicae et Aquae Embryonum loco.)

Rec. Herb. Salviae Unc. octo, Anthos, Menthae piperitae, Florum Lavendulae āā Unc. quatuor, Seminis Foeniculi, Cinnamomi indici āā Unc. duas. — Scissis et contusis affundantur Spiritus Vini rectificati Libr. sex, Aquae fontanae Libr. viginti. — Macera per horas viginti quatuor et destillando elice Libr. duodecim. Serva in vasis bene obturatis. — Liquor albidus, turbidus, forte aromaticus, vinosus. — *Vis:* excitans, confortans. — *Usus:* tam internus quam externus. — Aqua aromate egens rejiciatur. — Pharmac. Hannoveranae, Hassiae El., Slesvico-Holsaticae, Oldenburgicae, Polonicae formulae cum hac congruunt.

AQUA AROMATICA Pharmac. Saxonicae.

Rec. Cinnamomi, Fruct. Aurantiorum immaturorum, Herb. Menthae piperitae, Herb. Anthos, Flor. Lavendulae, Rad. Galangae, Calami aromatici, Sem. Foeniculi āā Part. unam, Caryophyllorum Partem dimidiam. Misce, fiant species, macerentur in cucurbita, imposito et allutato capitello et agglutinato excipulo, per dies aliquot in Spiritus Vini rectificati, Aquae communis āā Partibus duodequinquaginta; deinde ex arenae balneo hinc abstrahe laticis totius dodrantem sive Partes quartas tres. Serva in vitro bene clauso.

AQUA AROMATICA DANICA ex praescriptione vetere sec. SPIELMANNUM.

Rec. Herb. Menthae piperitidis Uncias tres, Cinnamomi Unc. duas, Flaved. cort. Citri Unc. unam, Macidis Unc. semis, Semin. Angelicae Unc. unam, Spiritus Vini Unc. centum quadraginta quatuor. Instituatur destillatio.

Pharmac. Belgica Cinnamomi, Nuc. Moschatar., Caryophyllorum, Herb. Majoranae āā Unc. dimidiam, et Semin. Coriandri Unc. unam cum Spiritus Vini simplicis Libris duodecim commisceri et Libras octo abstrahi praescribit.

AQUA AROMATICA HUFELANDI, Pharmac. pauperum.

Rec. Herb. Meliss., Menthae piperit., Salviae, Anthos, Flor. Lavendulae, Semin. Foeniculi āā Unc. tres, Radic. Calam. aromat. Unc. quatuor, Rad. Angelicae Unc. duas. Conc. et cont. infunde Spiritus Vini rectificati Libr. quatuor, Aquae communis quantum satis. Macera per horas viginti quatuor et destillando eliciantur Librae duodecim.

De AQUA AROMATICA conf. et Aqua Carmelitarum, Aqua cephalica, Aqua Embryonum, Spiritus aromaticus, Aqua Coloniensis et vulneraria.

AQUA AROMATICA cum MOSCHO AUGUSTINI.

Rec. Moschi Scrupul. quatuor. Tritis probe cum Sacchari Canariensis Drachm. duabus, stillatim affunde Mucilagin. Gum. arabic. Unc. dimidiam, Aq. Cinnamom. simplic., Aq Menth. piperit. āā Unc. duas, Aq. aromatic. Drachm. duas. Misce.

AQUA AROMATICA cum OPIO AUGUSTINI.

Rec. Aquae Cinnamom. simpl. Unc. unam, Aq. Melissae Unc. duas, Tinct. Castorei Gutt. viginti, Laudan. liquid. SYDENHAMI Gutt. decem, Syrup. opiati Unc. dimidiam. Misce. (Vid. etiam Potio leniens)

AQUA AROMATICA SPIRITUOSA Dispensator. Fuldensis.

Rec. Nuc. Moschat., Cardamom. minor., Cortic. Aurantiorum, Radic. Zingiberis āā Unc. unam, grossiuscule pulveratis addantur Cinerum clavellator puror. Unc. una, Spirit. Vini gallici Librae sex, Aquae communis Librae duae. Post 24 horarum macerationem, lenissimo balnei Maris calore, destillantur ex cucurbita vitrea, ut proliciantur Spiritus aromatici Librae quatuor.

† **AQUA seu LIQUOR ARSENICI FIXI.** Solutio est Acidi arsenici (p. 15) in Aqua, quae tamen, quoad proportionem, exactissime definienda.

AQUA ARTEMISIAE. Beifuß-Wasser. *Eau d'Armoise.*— Paratur uti Aqua Absinthii (p. 38).

AQUA ARTEMISIAE COMPOSITA. Zusammengesetztes Beifuß-Wasser. *Eau d'Armoise composée.*

Rec. Rad. Apii, Asparagi, Costi amari, Cyperi rotund., Enulae, Foeniculi, Ireos flor., Petroselini, Pimpin., Paeoniae, Rubiae tinctor., Rusci, Eryngii, Asparagi, Valerianae āā Unc. unam, Herb. Artemisiae Man. quatuor, Beton., Buglossi, Calaminthae, Gratiolae, Dictamn. cretic., Hyperic., Chamaepith., Majoran., Matricar., Melissae, Origani vulg. Persicariae, Pulegii, Rutae, Sabinae āā Man. duos, Sem. Anisi, Apii, Levistic., Nigellae, Petrosel., Cardamom., Cubebar., Rad. Calami ar., Cassiae ligneae, Bacc. Juniper. āā Unc. unam. Conc., cont. affunde Vini Rhenani Libr. quatuor, Aq. Artemisiae, Matricar., Melissae, Salviae āā Libr. duas. Post 8 dier. macerationem destillent ex baln. Mariae.

AQUA ARTHRITICA ZWELFERI. Zwelfers Gicht-Wasser. *Eau arthritique de ZWELFER.*

Rec. Rad. rec. Paeoniae, Carlinae, Cyperi rotundi, Pyrethri āā Unc. unam semis, Herb. Chamaepithyos, Majoran., Anthos, Salviae, Saturejae, Serpilli, Flor. Lavendul., Spicae Nardi āā Unc. tres, Turion. Pini et Ocul. Popul. āā Unc. sex, Cinnamomi, Sem. Coriandri āā Unc. duas, Caryophyllor. Unc. unam semis, Cardamom, Cubebar., Macid. āā Unc. unam, Baccar. Lauri Unc. tres, Juniper. Unc. quatuor. Conc., cont. digere cum Spirit. Vini Libris octo; postea destilla ex baln. Mariae ad siccitatem. (V. et Aqua antarthritica p. 44.)

AQUA ASAE FOETIDAE Pharmac. Borussicae. Stinkasant-Wasser. *Eau d'Asa fétide.*

Rec. Asae foetidae Drachm. tres. Infunde Aquae fontanae Quantitatem sufficientem, et destillatione eliciantur Unc. sex. Serva. — Liquor turbidus, odore forti Asae foetidae.

AQUA ASAE FOETIDAE COMPOSITA Pharmac. Borussicae. Zusammengesetztes Stinkasant-Wasser. *Eau d'Asa fétide composée.*

Rec. Asae foetidae, Rad. Angelic., Rad. Calami aromat. āā Drachm tres. Conc. affunde Aquae fontanae Quantitatem sufficientem, Spirit. Vini rectificatiss. Drachm. tres. Destillatione elice Unc. sex. Serva in vasis bene obturatis. Liquor turbidus, graveolens.

AQUA ASTHMATICA seu ANTIASTHMATICA Pharmac. Wirtembergicae. Luft-Wasser. *Eau contre l'Asthme.*

Rec. Rad. Enulae, Liquiritiae, Irid. Florentin. āā Unc. duas, Herb. Hederae terrestr., Farfarae, Botryos āā Libr. semis, Herb. Hyssop., Marrub. albi, Pulegii, Salviae āā Unc. tres, Sem. Anisi, Foeniculi āā Unc. unam. Inc. infundatur Spirit. Vini rectificat. Libra una, Aquae fontanae Librae duodecim, et, praemissa digestione per triduum, Librae sex vel septem e vesica destillentur.

Pharmac. Helveticae formula cum hac congruit, nisi quod Rad. Liquiritiae loco Radicem Angelicae, et Herbae Botryos loco Herbam Scabios. praescribit. — Dispensat. Brunsvicense Rad. Enulae Unc. duas, Pimpinell. alb., Iridis Florentin. āā Unc. unam semis, Herb. Hyssopi, Marrub. albi, Salviae āā Unc. duas, Semin. Anisi et Foeniculi, Bacc. Lauri et Juniperi āā Unc. unam, Cardamom, Cinnamomi, Rad. Zingiberis āā Unc. semis, Styracis calamit. Drachm. sex, Spirit. Vini rectificat. Mensur. sex et Aquae Acaciarum Mensur. quatuor superaffundi, et post digestionem per triduum in balneo Mensuras sex destillari praescribit; quod destillatum tandem cum Julapii Rosarum Libris duabus et Aquae Foeniculi Mensuris quatuor miscendum. — Pharmac. Palatina Rad. Enulae, Irid. Florentin., Liquirit. āā Unc unam, Rad. Angelicae et Pimpinell. alb. āā Drachm. sex, Herb. Capillor. Veneris, Hyssopi, Pulmonar. maculat., Hederae terrestr., Salviae, Farfarae, Semin. Anisi, Foeniculi et Urticae āā Unc. semis, Croci Austriaci Scrupul. duos cum Spirit. Vini Libra una, Aquae Scabios., Marrub. et Veronicae āā

Libra semis per triduum digeri, et postea ex balneo Mariae destillari praescribit.

AQUA ASTHMATICA AUGUSTANORUM correcta a KLEINIO (sec. SPIELMANNUM).

Rec. Rad Enulae Unc. duas, Irid. Florentin. Unc. unam semis, Herb. Hyssopi, Anthos, Mari veri āā Unc. unam, Semin Anisi et Foeniculi, Cinnamom. āā Unc. semis, Cardamom. minor. Drachm. duas, Croci Scrupul. duos, Spirit. Vini Unc. duodecim, Aquae Hyssopi cohobatae Unc. viginti quatuor. Digesta per triduum, destillentur.

AQUA ATRIPLICIS FOETIDAE seu VULVARIAE. Stinkmelden-Wasser. *Eau d'Arroche puante.*

Rec. Herb. Atriplicis foetidae recent. Libras duas, Aquae Libras duodecim. Herbam in saccum include, ita in media cucurbita suspensam, ut aquam attingere non possit, et destillatione Libras sex elice. (Melius est, ex Herba recenti uti Aquam Chamomillae [p. 56] parari.)

AQUA AURANTIORUM CORTICUM seu Corticum Aurantiorum. Pomeranzenschalen-Wasser. *Eau d'Ecorce d'Oranges.* — Paratur ex Corticibus Aurantiorum uti Aqua Cinnamomi (p. 58). — Aqua subturbida, odore forti, grate aromatico Aurantiorum.

AQUA AURANTIORUM CORTICUM LACTICINOSA Pharm. Hispan. — Uti Aqua Citri Cort. lacticinosa paratur.

AQUA AURANTIORUM CORTICUM VINOSA seu SPIRITUOSA. Weiniges oder Geistiges Pomeranzenschalen-Wasser. *Eau d'Ecorce d'Oranges avec du Vin.*

Rec. Cortic. Aurantiorum recent. Libram unam. Concisis Vini albi Librae octo infundantur et destillentur ad Dimidium.

AQUA AUREA v. Aqua phagedaenica.

AQUA AUREA LANGII ex SCHROEDERO. Langs Gülden-Wasser. *Eau d'Or de Lang.*

Rec. Flor. recent. Lilior. convall. Manip. duodecim. Macerentur cum Vini albi generosi Libr. tribus per dies 8, destillent ex baln. Mariae. Liquori elicito adde Aq. Ceras. nigror. Libr. unam semis, Flor. Lavend. Man. unum semis, Anthos Man. unum, Caryophyllor., Macid. āā Scrupul. duos, Squill. ppt. Drachm. duas semis, Cubebar. Drachm. semis, Rad. Paeoniae et Dictamn. albi āā Drachm. duas. Post suff. digest. destillent lege artis. Producto elicito addi possunt Visci querni et Rad. Paeoniae pulverat. āā Drachm. duae.

AQUA BALSAMI EMBRYONUM v. Aqua Embryonum.

AQUA BALSAMICA AD GONORRHOEAM RIVERII. Rivers balsamisches Tripper-Wasser. *Eau balsamique contre la chaude pisse par RIVER.*

Rec. Rad. Irid. Florentin. Unc. tres, Herb. Dictamni Cretic., Menth. siccae āā Unc. unam semis, Semin. Foenicul. Unc. duas, Sem. Rutae Unc. unam, Terebinthinae clarae Venet. Libram semis, Vini albi Libr. decem. Post infusionem per triduum destillentur ad Dimidium ex vesica.

AQUA BALSAMICA AD GONORRHOEAM HOFFMANNI eo discrepat, quod Semin. Foeniculi loco Sem. Agni casti, et Unciae unius Semin Rutae loco duas Uncias, porro Herb. Menth. Unc. tres et Dictamn. Cretici Unciam unam supra memorati ponderis loco sumi indicat.

AQUA BALSAMICA ARTERIARUM BINELLI v. Aqua kreosotica.

AQUA BARDANAE COMPOSITA ZWELFERI. Zwelfers zusammengesetztes Kletten-Wasser. *Eau de Bardane composée de ZWELFER.*

Rec. Rad. Bardanae recent., Vincetoxic. rec., Cort. med. Rad. Fraxinellae āā Libr. duas. Inc. infund. horis 20 in Vini albi et Aceti Rutae āā Libr. quinque. Destillent in baln. Mariae addito Ol. Sulphuris quant. suff. ad acorem. Deinde ad singulas Libras adde Camphorae Scrupul. unum.

AQUA BARETGINENSIS ARTIFICIALIS. Künstliches Mineral-Wasser von Barèges. *Eau de BARÈGES factice.*

Rec. Aquae hydrosulphuratae saturat. circiter Unc. quatuor, Aquae purae circiter Libr. unam et Unc. semis, Salis Sodae Gran sedecim, Sal. communis Gran semis Misce et solve.

† AQUA BARYTAE seu Baryta pura liquida, Solutio Barytae seu Terrae ponderosae aquosa. Baryt-Wasser, Schwererde-Wasser. *Eau de Baryte.*

Rec. Barytae purae pulveratae Unc. semis, Aquae destillatae Unc. decem. Misceantur et digerantur caloris ope in vitro bene obturato, donec Aqua saturata sit; solutione refrigerata et deposito pulvere eam turbante, liquor limpidus decanthetur et in vitris optime clausis servetur. — Liquor decolor, alcalinus, causticus, addito acido sulphurico vel alcalibus carbonicis, item admisso aëre atmosphaerico praecipitatum album praebens. Solutio est Barytae causticae in Aqua. — *Vis:* caustica, venenata. — Non nisi pro reagente inservit. — Aqua parum alcalina removeatur.

AQUA BARYTAE AUGUSTINI v. Liquor Terrae ponderosae salitae.

AQUA BECCABUNGAE. Bachbungen-Wasser. *Eau de Beccabunga.* — Paratur ex Herb. recenti uti Aqua Cochleariae. — Nonnullae Pharmacopoeae Succum expressum ex Herba recenti fere ad siccum destillari praescribunt.

AQUA BELLILUCANA ARTIFICIALIS Künstliches Mineral-Wasser von Balaruc. *Eau de BALARUC factice.*

Rec. Aquae aëratae duplum Volumen Gasis continentis Unc. viginti et semis, Salis communis Drachm. unam semis, Calcis salit. Gran. duodecim, Magnesiae salit Gran. quinquaginta sex, Magnes. albae Granum unum. Misce et solve.

AQUA BELLIDIS MINORIS. Maßlieben-Wasser. *Eau de Paquerette* ou *petite Marguerite.* — Paratur ex Herb. florente recente ut Aqua Cochleariae.

AQUA BENEDICTA COMPOSITA v. Aqua Calcis composita.

AQUA BENEDICTA RULANDI v. Vinum antimoniatum.

AQUA BENEDICTA SERPILLI. Quendel-Heilwasser. *Eau benit de Serpolet.*

Rec. Herb. Serpill. siccat. Libr duas, Saturejae florentis, Thymi florentis, Flor. Chamomillae roman. ãã Unc. duas, Cinnamomi Unc. tres, Macidis Unc. semis. Incisa et contusa misce, atque per biduum Vini albi generosi Libr. duodeviginti infusis, lento igne destilla, ut Librae octo eliciantur.

AQUA BENZOICA seu COSMETICA. Benzoë-Wasser oder Schönheits-Wasser. *Eau de Benzoin.*

Rec. Tinctur. Benzoës Drachm. tres, Olei Tartari per deliquium Drachm. duas, Aquae Rosar. Unc. octo.

AQUA BERGAMOTTAE. Bergamott-Wasser. *Eau de Bergamotte.*

Rec. Spirit. Vini Gallici optimi Congios duos, Spir. Vini rectificatissim. Aquae fontanae ãã Congium, Olei Bergamottae, antea cum Sacchara triti Unc. unam. Destillando in balneo Mariae elice sex quadrantes. — Alia formula Cort. Bergamott. N° quatuor, Cort. Aurantior. N° duo, Cort Citri N° unum, cum Sacchari raffinati Libris duabus, Spirit Frumenti Octariis tribus et Aquae destillatae Sesquioctario in balneo Mariae destillari praescribit.

AQUA BERULAE. Wassermerk-Wasser. *Eau de Berle.* — Paratur ex Sio angustifolio recenti, uti Aqua Acetosae (p. 39).

AQUA BETONICAE. Betonien-Wasser. *Eau de Betoine.* — Paratur ex Herba recenti, uti Aqua Cochleariae.

AQUA BETULAE. Birken-Wasser. *Eau de Bouleau.* — Paratur ex Foliis junioribus Betulae recentibus una cum Ramulis et Gemmis, superaffundendo sufficientem Aquae quantitatem et tamdiu destillando, quamdiu Aqua oleo aethereo praegnans prodit. — Aqua grate odora, balsamica, medicorum attentione in arthritide cet. digna.

AQUA seu VINUM BETULAE ARTIFICIALIS. Künstliches Birken-Wasser. *Eau de Bouleau factice.*

Rec. Sacchar. albi Aqua soluti Libr. sex, Vini albi seu rubri Octarios sex, Succi fruct. Citri N° trium, Aquae Octarios duodecim, Faecum Cerevisiae Cochlearia duo. Misce et fermentationi subjice.

AQUA BEZOARDICA LANDGRAVII. Landgrafs bezoardisches Wasser. *Eau bezoardique du LANDGRAVE.*

Rec. Rad. Gramin., Scorzonerae, Valerian., Dictamn. alb., ãã Drachm. sex, Sem. Acetosae, Citri, Card. bened. ãã Unc. semis, Herb. Galeg., Endiv., Acetos. ãã Manip. unum, Herb. Capill. Ven. Man. semis, Flor. Cyani, Calendulae, Borragin., Buglossi ãã Man. unum., Ligu. Santal. omnium specierum ãã Drachm. duas, Cort. rec. Citri Unc. unam. Affunde Aq. Endiviae, Borragin, Buglossi, Melissae, Card. bened., Calendul., Acetosae, Scabiosae, Graminis ãã Libr. semis. Destillent ex baln. Mar., tunc adde Corn. Cerv. ppt., Margar. ppt., Corall. ppt., Lapid. 5 pretios. ppt., Oss. de Corde Cervi, Succini ãã Drachm. unam. M. — Praeceptum quam maxime ineptum!

AQUA BIXELLI conf. Aqua kreosotica.

AQUA BONFERMII v. Tinctura aromatica.

AQUA BONNENSIS ARTIFICIALIS. Künstliches Bonner Mineral-Wasser. *Eau de Bonnes factice.*

Rec. Aquae purae circiter Libr. unam et Unc. unam, Aquae hepaticae circiter Unc. quatuor, Salis communis Grana triginta, Salis amari Granum unum. — Misce et solve.

AQUA BORRAGINIS. Borasch-Wasser. *Eau de Bourrache.* — Paratur ex Herba recenti uti Aqua Cochleariae.

AQUA BORVONENSIS ARTIFICIALIS. Künstliches Bourbon-Wasser. *Eau de Bourbonne les Bains.*

Rec. Aquae aëratae, duplum Aëris fixi Volumen continentis, Unc. circiter viginti et semis, Salis communis circiter Drachm. unam, Calcis salit. Gran. decem. — Misce et solve.

AQUA AD BOTIUM v. Aqua strumalis.

AQUA DE BOUQUET v. Aqua Florum.

AQUA BRYONIAE COMPOSITA. Zusammengesetztes Zaunrüben-Wasser. *Eau de Bryone composée.*

Rec. Nuc. Moschatar., Cinnamom., Lign. Aloës, Macidis ãã Unc. semis, Herb. Anthos, Salviae ãã Manipul. unum, Castorei Drachm. sex, Faeculae Bryoniae Unc. semis, Succi depurat. Matricariae, Mercurialis ãã Libr. unam. Post trium dierum digestionem fiat destillatio in balneo Mariae. — Pharm. Belgica Castorei Unc. unam cum Spirit. Vini Unc. octo extrahi, residuo admisceri, Herb. recent. Sabinae, Pyrethri, Catariae, Pulegii, Basilici ãã Unc. unam, Cort. Aurantior., Myrrhae ãã Unc. duas, Rad. Bryoniae recent. raspat. Libr. duas, Spirit. Vini Libr. quatuor, Aquae commun. quantum sufficit; et post macerationem per horas viginti quatuor, destillando Libr. duodecim elici, et liquorem cum obtenta Tinct. Castorei commisceri praescribit. — Pharm. d'Anvers cum hac formula congruit, nisi quod Herb. Pyrethri loco, Herb. Rutae praescribit. — VAN MONS Castorei Unc. quatuor cum Spirit. Vini Unc. octo extrahi praescribit, residuum cum Herb. recent. Basilici, Catariae, Matricariae, Pulegii et Sabinae ãã Unc. quatuor, Cort. Aurantior., Myrrhae ãã Unc. octo, Herb. Rutae Unc. duodecim, Succi Rad. Bryoniae Unc. quadraginta octo, Spirit. Vini Unc. triginta sex et Aquae Unc. sex commisceri, tunc Unc. centum quadraginta octo abstrahi, et liquori elicito Tincturam Castorei admisceri. — Secundum aliam formulam Castorei et Myrrhae ãã Unc. unam semis, Cort. Aurant, Herb. Sabinae ãã Unc. tres, Succ. Artemisiae,

Pulegii, Rutae āā Unc. triginta sex, Succi Bryoniae Unc. centum viginti cum Spirit Vini Unc. centum quadraginta quatuor, Aquae Unc. ducentis quadraginta commisceri et inde Unc. ducentas et quadraginta abstrahi monet. — Gratii formula cum hac in capite rei congruit, praeter designatas materias, excepto Succo Pulegii, autem etiam Herb. Matricariae, Catariae, Pulegii āā Manipul. duos, Herb Basilici et Dictamn. cretic. āā Manip. unum praescribit.

AQUA BUFONUM v. Aqua Typhorum Cervi.

AQUA BUGLOSSI. Ochsenzungen-Wasser. *Eau de Buglosse.* — Paratur uti Aqua Lactucae.

AQUA BURSAE PASTORIS. Täschelkraut-Wasser. *Eau de Tabouret* ou *de Bourse à Berger.* — Paratur uti Aqua Cochleariae.

AQUA AD CACHEXIAM VIRGINUM. Wasser wider die Bleichsucht. *Eau contre la Chlorosie.*

Rec. Flor. Chamomill, Rad. Zinziber, Anthophyllor. āā Unc. unam, Myrrhae, Rad. Galangae āā Drachm. duas. Inc. et cont. affunde Vini albi generosi Mensur. duas; et post macerationem per dies quinque destillent lege artis.

AQUA CAKILES. Meersenf-Wasser. *Eau de Coquillier.* — Paratur uti Aqua Cochleariae (p. 60).

AQUA CALAMI AROMATICI. Kalmuswasser. *Eau de Calamus aromatique.* — Paratur ex Radice uti Aqua Angelicae.

AQUA CALCIS. Kalk-Wasser. *Eau de Chaux.*

Synon.: Aqua Calcariae, Calcar. ustae, Aqua cum Calce, Solutio Calcis seu Oxydi Calcii, Calcaria pura liquida, Aqua adstringens Ph. Lusit.

Rec. Calcis vivae, recenter ustae, Libr. duas.

Conspergantur in vase fictili Aquae circiter Libra, et post plenam extinctionem admisce

Aquae purae frigidae Libras centum.

Stent in vase clauso, quod saepius conquassetur, per horas viginti quatuor, tunc seponantur, et liquor limpidus a sedimento decanthetur, et in vitris optime obturatis servetur. — Liquor aqueus, sapore alcalino, siccante; ad reagentia alcalium modo sese habens; aëris aditu turbatur, et calcariam carbonicam deponit. — Est solutio Calcis in Aqua. — *Vis:* siccans, adstringens, antacida, alterans, lithontriptica.

Sit saporis alcalini, addita solutione alcali cujusdam carbonici valde turbetur; aqua vix alcalina, fere insipida, rejiciatur.

Usus: Tam internus quam externus; cave commisceas cum acidis vel salibus eam decomponentibus. — *Praep.:* Linimentum Calcis, Aqua phagedaenica; additur aliis quoque compositionibus.

AQUA CALCIS seu CALCARIAE ACIDULA, Aqua Carbonatis aciduli Calcis, Supercarbonatis Protoxydi Calcii. Kohlensaures Kalk-Wasser. *Eau de Carbonate acidule de Chaux.*

Rec. Aquae Calcis Libram unam, Aquae destillatae Libras duas, easque infunde apparatui Woulfiano; transeat Aër fixus, donec liquor limpidus appareat.

AQUA CALCIS ANTIMONII CUM SULPHURE Hoffmanni, Aqua Calcariae sulphurato-stibiata Augustini. Hoffmanns Schwefelspiesglanz-Kalk-Wasser. *Eau de Chaux sulphurée et antimoinée.*

Rec. Calcis Antimonii cum Sulphure Drachmas duas. Coque cum Aquae fontanae Libr. quinque ad remanentes Libras quatuor.

AQUA CALCIS CERATA seu CUM CERA. Kalk-Wasser mit Wachs. *Eau de Chaux avec de la Cire.*

Rec. Aquae Calcis ex Conchis Ostrearum recenter paratae Libr. unam, Cerae flav. Drachm. tres. Post sufficientem triturationem digerantur leni arenae calore, tunc coletur.

AQUA CALCIS CUM CHINA v. Infusum Chinae cum Aqua Calcis.

AQUA CALCIS EX CONCHIS OSTREARUM. Kalk-Wasser aus Austerschalen. *Eau de Chaux avec les Coquilles.* — Paratur e Conchis recenter calcinatis cum Aqua pura, uti Aqua Calcis ex Calce viva.

AQUA CALCIS PRIMA seu POTASSATA. Kalihaltiges Kalk-Wasser. *Eau de Chaux potassé.* — Paratur, Calcem vivam cum octo solummodo Partibus Aquae digerendo, et post sufficientem extractionem liquorem clarum decanthando. — Praeter Calcem etiam Kali causticum continere fertur.

AQUA CALCIS SECUNDA Pharmacop. Sardoae fit, si residuum praecedentis denuo septem Aquae Partibus superaffunditur, et uti antea tractatur.

AQUA CALCIS COMPOSITA seu AQUA BENEDICTA COMPOSITA. Zusammengesetztes Kalk-Wasser. *Eau de Chaux composée.*

Rec. Rasurae Lign. Guajaci Libr. semis, Rad. Liquirit. Unc. unam, Cort. Lign. Sassafras Unc. semis, Semin. Coriandr. Drachmas.

tres, Aquae Calcis Libr. sex. Macerentur in vase clauso sine calore per biduum et colentur. — Pharmac. Lusitanica praescribit Aquae Calcis Libr. quatuor, Lign. Sassafras Unc. duas, Nuc. Moschat. Drachm. tres et Rad. Liquirit. Unc. unam. — Van Mons formula cum hac congruit, nisi quod Aquae Calcis tres solummodo Libras praescribit. — Pierquini formula: Rec. Lign. Sassafras Unc. semis, Radic. Liquirit. Unc. unam, Aquae Calcis Libr. sex. — Bonnini formula: Rec. Radic. Althaeae, Saponariae āā Unc. unam, Sassaparill., Lign. Sassafras āā Unc. semis, Aquae Calcis Libr. quatuor. Post duor. dierum macerationem cola et adde Syrupi quinque Rad. aperientium Unc. duas. Misce.

AQUA CALCIS VULNERARIA seu AQ. VULNERARIA Pharmac. Sardoae.

Rec. Herb. recent Plantagin., Sanicul., Hyperici, Pyrolae āā Manip. unum, Calcis vivae Libr. duas. Calcem pulveratam supra herbas concisas conjice et per plures dies macera. Infunde deinde Aquae purae Libr. decem. Post decem horarum macerationem decantha et infunde denuo Aquae Plantaginis Libr. decem. Macera per horas duodecim et ambos liquores commisce. — Compositio quam maxime inepta.

AQUA CONTRA CALCULUM Hungari ex Schroedero. Stein-Wasser eines Ungaren. *Eau contre la Pierre.*

Rec. Nucl. Persicorum Unc. tres, Armeniacarum Unc. duas, Cerasor. Unc. quinque, Sem. Bagberum, Sambuci, Cynosbati āā Unc. unam, Mespili, Alkekengi āā Unc. semis, Amygd. amarar. Unc. tres, Bacc. Junip. Unc. duas, Sem. Melon. Unc. unam, Petrosel. Unc semis, Althaeae, Foenic. āā Drachm duas semis, Sem. Saxifrag., Bardanae āā Drachm. unam semis, Hb. Herniariae Man. tres, Rad. Ononid. et Petrosel. āā Unc. unam semis. Conc. cont. superaffunde Vini Malvatici Libr. decem. Post 8 dierum digestionem destilla.

AQUA DAS CALDAS DA RAINHA ARTIFICIALIS Pharmac. Lusitanicae.

Rec. Aquae hepaticae, sex Aëris Volumina continentis, Unc. viginti octo, Aquae aëratae, quatuor Aëris Volumina continentis, Unc. quatuor, Salis Glauberi Grana duodecim, Sal. commun. Scrupul. unum, Croci Martis aperitivi Grani quadrantem. Misce et solve.

AQUA CALENDULAE. Ringelblumen-Wasser. *Eau de Souci.* — Uti Aq. Fumariae paratur.

AQUA CAMPHORAE. Kampher-Wasser. *Eau de Camphre.*

Rec. Camphorae, Spiritus Vini ope pulverisatae Drachm. semis, Aquae purae Libr. duas semis. Misce in vitro clauso, saepius exagitando, donec Aqua saturata sit; deinde sepone et filtra. — Si Camphora cum quarta Magnesiae ustae vel Cretae albae Parte intime miscetur, facilius in Aqua solvi fertur. Solutio autem filtranda. — Augustin Camphorae Drachmam dimidiam cum Sacchari albi Drachmis duabus et Aquae purae Unc. quatuor terendo commisceri praescribit.

AQUA CAMPHORAE AETHEREA. Kampher-Wasser mit Aether. *Eau* ou *Hydrolé de Camphre éthéré.* — Solutio est Camphorae Drachm. duarum in Naphthae Vitrioli Drachm. sex, cui admiscetur Aq. destill. Unc. quindecim.

AQUA CAMPHORATA BATEANA.

Rec. Chalcanth. Vitrioli Romani, Boli Armenae āā Unc. quatuor, Camphor. Unc. unam. Misce, fiat pulvis, de quo projice Unc. unam in Aquae bullientis Libr. quatuor, amove ab igne, ut subsidant faeces. — Swediaur praescribit Vitrioli coerulei Semiunciam et Camphorae Drachm. duas in Aquae bullientis Libris quatuor solvi et post refrigerationem colari.

AQUA AD CAPILLOS DENIGRANDOS. Wasser die Haare schwarz zu färben. *Eau pour noircir les Cheveux.*

Rec. Argenti limati Drachm. unam. Solve in Aq. Fortis Unc. una, et admisce Aq. Rosarum Unc. quatuor, in quibus Vitrioli viridis Drachma una soluta est.

AQUA CAPONIS FLORENTINORUM CORRECTA. Kapaun-Wasser. *Eau de Chapon.*

Rec. Caponem evisceratum, in frusta dissectum. Coquatur leni igne cum Aqua, usque dum caro ossa relinquat. Unciis duodecim hujus jusculi, ablata ante omni supernatante pinguedine, adjiciantur Aq. Rosar. Unc. duodecim, Aq. Cinnamomi Unc. duae. Misceantur. — Aquae Rosar. loco, Aqua Rubi Idaei quoque sumi potest (vid. etiam Jusculum). — Pristinae Pharmacopoeae, e.g. Helvetica, Decocti Capon. Libr. duas semis cum Florum quatuor cordialium āā Drachm. duabus, Cinnamomi Unc. una, Aquae Borragin. et Buglossi āā Libr. una semis, ex balneo Mariae ad siccum destillari jubebant. Hoc modo et similibus aliis autem nihil aliud obtinetur nisi Aqua Cinnamomi debilis, vel alia Aqua aromatica, odore animali quodammodo mixta.

AQUA CARBONATIS NATRI seu SODAE v. Aqua Sodae.

AQUA CARBONATIS AMMONIAE v. Spirit. Sal. Ammoniac. aquosus.

AQUA CARBONATIS seu CARBONICA FERRI v. Aqua chalybeata.

AQUA CARBONATIS POTASSAE ACIDULA v. Aqua aërata alcalina (p. 40).

AQUA CARBONICA v. Aqua aërata (p. 39)

AQUA CARBUNCULI seu CONTRA CARBUNCULUM. Karfunkel-Wasser. *Eau contre les Charbons.* sec. Pharm. Wirtemb., Helvetic., Dispensat. Brunsvicens., Spielmannum cet.

Rec. Herb. Majoran. et Salviae āā Unc. unam semis, Flor. Lavendul. Unc. quatuor, Flor. Lilior. convallium, Anthos et Rosarum, Cinnamom. acut., Cardamom. minor. āā Unc. unam, Nuc. Moschat., Macidis, Caryophyllor., Rad. Zinziber., Galangae, Baccar. Juniperi āā Drachm. tres, Spirit. Vini rectificat. Libr. unam, Aquae Rub. Idaei et Lavendulae āā Libr. tres. Fiat infusio per octiduum loco tepido, postea destillatio ad Dimidias. Liquori destillato splendoris vulgo expediti causa Folia Auri immergi solent. — Pharmac. Palatinae formula:

Rec. Flor. Anthos, Lilior. albor., Violar., Borragin., āā Unc. tres, Flor. Lavendulae Unc. unam, Herb. Majoran., Salviae, Nuc. Moschat., Macid., Rad. Zinziber., Caryophyllor., Cinnamom., Galangae, Baccar. Juniperi, Visci quercin, Semin. Paeoniae āā Unc. semis, Cardamom. Unc. unam, Vini Malvatic., Aquae Rosar., Fragorum et Lavendulae āā Libr. tres. Fiat infusio per octo dies loco tepido, postea sec. art. destillatio Liquori destillato splendoris ergo aliquot Folia Auri immerguntur. — Schroederi formula cum hac fere congruit, nisi quod praeterea liquorem elicitum iterum cohobari suadet, in alembici rostro Moschi Granis quinque suspensis, et Margarit. ppt., Lapid. Cancror. et Oss. de corde Cervi āā Unc. semis in petia ligatae immergi.

AQUA DEL CARCERATA DI ROMA v. Aqua vulneraria Clementina.

AQUA CARDIACA OFFICINALIS. Pharmac. Helvetic. Herz-Wasser. *Eau cordiale officinale.*

Rec. Aq. Borragin, Buglossi, Cerasor. nigror., Rosar., Violar, Rub. Idaei āā Unc. duas, Aquae Cinnamomi c. Vino Unc. unam, Julepi Rosar. Unc. unam semis, Matr. Perlar. ppt., Corallior. albor. ppt. āā Drachm. unam. — Misceantur usui.

AQUA CARDIACA, Pharmac. castrensis Ruthenae. — Constat ex Spirit. Vini simpl. Libr. una, Aq. bullientis Libr. quatuor, Sacchar. Unc. duabus ad quatuor, quae misceantur. Interdum addi solet Succus Oxycocci vel Citri.

AQUA CARDIACA PERLATA v. Aqua confortativa.

AQUA CARDUI BENEDICTI. Kardobenedicten-Wasser. *Eau de Chardon bénit.* — Paratur ex Herba florente recenti uti Aqua Cochleariae (p. 60).

AQUA CARDUI BENEDICTI FERMENTATIONE PARATA, sec. Junckeri. — Obtinetur, si Herba recens conc. cum sexta Salis communis et quadragesima octava Salis Alcali Parte, uti et pauxillo Fermenti, porro Aquae pluvialis calidae Partib. Herbam duodecuplo excedentibus per 8 ad 14 dies fermentationi subjicitur, et postea ex vesica destillatur. — Liquor primum prodiens, valde spirituosus, praecipue sudorifer putatur. Postea debilior destillat, qui vehiculi loco mixturis aliisque medicamentis blandioribus admisceri suadebatur.

AQUA CARDUI MARIAE. Mariendistel-Wasser. *Eau de Chardon Marie.* Pari modo atque Aqua Cardui bened. paratur.

AQUA CONTRA CARIEM Plenckii v. Aqua Fortis mercurialis.

AQUA CARLINAE. Eberwurz-Wasser. *Eau de Carline.* — Paratur ex Radice uti Aqua Angelicae (p. 43).

AQUA CARMELITARUM seu CARMELITANA, Aqua Melissae composita seu Aqua Melissae magistralis, Spiritus Melissae compositus, Alcohol Melissae compositus, Aqua aromatica, Spiritus aromaticus. Karmeliter-Wasser, Gewürz-Wasser, zusammengesetztes Melissen-Wasser oder Geist. *Eau de Carmes, Alcoolate de Mélisse composé.*

Rec. Herb. Meliss. recent. Libr. unam semis, Flaved. Cort. Citri recent. Unc. quatuor, Nuc. Moschat., Semin. Coriandri āā Unc. duas, Cinnamom. acuti, Caryophyllor. āā Unc. unam. Inc. affundantur Spirit. Vini rectificat. Libr. sex, Aquae Meliss. Libr. duae. Post digestionem per biduum destillentur ad quintae Partis remanentiam; spiritus eductus servetur.

Lemeryi formula correcta sec. Spielmannum et Pharmac. Ferrariensem parum ab hac discrepat. Ad Herb. Meliss. recent. Unc. duodecim, Flaved. rec. Cort. Citri Unc. duas, Nuc. Moschat Unc. unam, Sem. Coriandr. Unc. quatuor, Caryophyllor., Cinnamom. āā Unc. unam et Rad. Angelicae Unc. semis, Spirit. Vini rectificat. Unc. sexaginta quatuor sumi, et destillando Uncias quadraginta elici praescribit. — Pharmac. Hannoveranae, editionis primae, formula cum ea, quam supra primam dedimus, congruit, nisi quod Nuc. Moschat. Unc. tres, Semin. Coriandr. loco Rad. Angelic. Unc. tres, Cinnamom acuti loco Cassiam cinnamom., et Aquae Meliss. Libr. tres Librarum duarum loco praescribit, et destillando Libras septem elici jubet. — Pharmac. Hassiae El. formula eo solummodo ab hac discrepat, quod Sesquilibrarum loco duas Melissae recent. Libr. sumi jubet. — Pharmac. Austriacae formula ad SPIRITUM AROMATICUM quoque cum nostra prima congruit, nisi quod Unciarum duarum Sem. Coriandri loco octo Uncias, et insuper Rad. Angelicae Unc. unam praescribit, porro Librar. sex loco, octo Spirit Vini rectificat. p. spec. 0,850 Libras sumi et destillando abstrahi Libras sex. — Pharmac. Amstelodamensis, Batava et Belgica ad Herb. Meliss. modice siccatae Unc. quatuor, Cort. rec. Citri, Nuc. Moschatae, Sem. Coriandri āā Unc. unam, Caryophyllor., Cinnamom. āā Unc. semis, Spirit. Vini simpl. Libr quinque praescribunt et destillando abstrahi Libr. tres. — Dispensatorium Fuldense praescribit Herb. Melissae Unc. sedecim, Cort Citri Unc. quatuor, Flor. Cassiae Unc. duas, Nuc. Moschat. Unc. unam, Caryophyll. Drachm. duas et Vini albi generosi Libr. octo; de quibus destillando elici Spiritus Libr. quatuor. — Pharm. Hispanica ad Herb. Meliss. rec. Unc. octo, Flavedin. recent. Cort. Limonum et Aurantiorum āā Unc. duas, Nuc. Moschatae, Semin. Coriandr. āā Unc. unam, Cinnamomi Unc. semis. Spirit. Vini rectificati Libr. quatuor praescribit, et dimidiam Partem destillando elici. — Pharmac. Lusitanicae formula: Rec Herb. recent Melissae Libr. duas, Flaved. Cort. Limonum Unc quatuor, Cinnamomi electi pulverat. Unc. duas, Nuc. Moschatae Unc. unam, Caryophyllor. Drachm. duas, Spirit. Vini Libr. decem; destillent Librae quinque. — Pharm.

Palatinae formula: Rec. Flor. Rosar. rubr., Anthos āā Unc. quatuor, Flor. Lavendul., Lilior. convall. āā Manip. tres, Hb. Majoranae, Melissae āā Man. unum, Cardamom., Caryophyllor., Macid., Cubebar. āā Unc. unam, Cinnamom. Unc. duas, Spirit. Cerasor. nigror. Mensur. sex. Post decem dierum digestionem destillent per alembicum. — VAN MONS formula: Rec. Cinnamom., Caryophyllor., Nuc. Moschat., Sem. Anisi et Coriandri āā Partem unam, Herb. Hyssop., Majoran., Anthos, Salviae, Thymi āā Part. duas, Flaved. rec. Cort. Citri, Rad. Angelic. āā Part. quatuor, Herb. Meliss. recent. Part. duodecim, Spirit. Vini Part. centum et nonaginta duas; destillatione eliciantur Partes centum et viginti octo. — Pharmac. Gallicae formula, quam omnino genuinam esse ferunt: Rec. Cinnamomi pulv., Caryophyllorum integror., Nuc. Moschatar. cont., Sem. Anisi cont., Sem Coriandr. cont., Cort. Citri sicc. et conc. āā Part. unam. Spirit Vini rect. (22° Baumé) Part. mille. Singula seorsim macerentur per biduum, triduumve, pro temperie aëris, in Spirit. Vini designati Part. nonaginta sex. Destillent deinde e baln. Maris, ita ut guttatim solummodo stillet, et liquor stillatitius cujusque singulatim excipiatur et servetur in lagunculis perfecte obturatis. Aliunde, simili modo et lege, et pari Spiritus Vini ratione per biduum infundantur, destillentque singula seorsim, Angelicae Herba tota, caule jam elato, foliis evolutis, nec Radice ipsa exclusa, si libuerit, Herba Floresque, caulibus exclusis, Anthos, Majoranae, Hyssopi, Thymi et Salviae. Omnia autem proprio tempore, quo scilicet maxime fragrant, colligenda sunt et destillationi committenda. Praeterea eodem modo eademque ponderum ratione macerentur et destillent Folia mundata, e medio caule ad summum usque decerpta, Melissae, collectae mense Majo praesertim et nondum floridae, aut etiam repullulantis mense Septembri. Omnium singulatim lagunculae propriis notis distinctae asserventur in usum nunc exponendum: His ita confectis, tribus in amphoris aut doliolis misceantur. In prima Spiritus abstracti de Aromaticis siccis; de Cinnamomo Part tres semis, de Caryophyllis et de Nuce Moschata āā Part. tres, de Sem. Anisi P. duas, de Coriandri P. tres semis, de Cort. Citri Part. quartam. In secunda Spiritus de Herbis odoratis, de Angelica Part. decem, de Anthos P. sex, de Majorana P. septem, de Hyssopo P. octo, de Thymo P. septem, de Salvia P. quindecim cum dimidia. In tertia Spiritus de Melissa solus contineatur. Quibus ita dispositis, desumantur ex amphora priori, Aromatum scilicet, Part. quinque, ex amphora Herbarum Part. quinque, ex amphora Melissae Part. quinque cum dimidia. Commisceantur omnia, et in cucurbita destillatoria, additis Aquae fontanae decima totius Parte, et Sacchari octogesima in pulverem redacti, e baln. Maris destillent, donec quinta Pars tantum supersit; quod autem stillaverit in excipula, erit AQUA MELISSAE PERFECTIOR. — Reliquarum Pharmacopoearum formulae in capite rei cum nostra priori congruunt. (Conf. etiam AQUA AROMATICA [p. 46] et SPIRIT. AROMATICUS.)

AQUA CARMINATIVA. Wind-Wasser. *Eau carminative* ou *contre les Vents.*

Rec. Herb. Absinth. Pontic. Unc. semis, Centaur. minor., Pulegii, Origani āā Drachm. duas, Flor. Chamomill. Roman. et vulgaris āā Libr. unam semis, Semin. Aneth. Unc. duas, Anisi, Foeniculi āā Unc. unam, Carvi Unc. semis, Flaved. cort. Aurant. Unc. duas; inc. et cont. infundantur per quadriduum in Aquae fontan. Libr. duodecim, postea ad residuum unius Tertiae destillentur. — Pharmacop. Austriacae formula: Rec. Hb. Abrotani, Menth. crisp. āā Unc. unam semis, Flor. Chamom. Roman. Unc. sex, Cort. Aurant. et Citr., Semin. Coriandr., Foenicul. et Carvi āā Unc. unam semis, Aquae fontan. Libr. sedecim; post digestionem per 24 horas destillentur ad Dimidias. — Dispensat. Brunsvicensis formula ad AQUAM CARMINATIVAM DORNCRELLII: Rec Flor. Chamomill. Roman. Unc. sex, Flaved. Cort. Aurant. Unc. unam semis, Herb. Absinthii Pontici Unc. semis, Herb. Meliss., Pulegii, Origani āā Drachm. duas, Sem. Aneth. Unc. quatuor, Anisi et Foenicul. āā Unc. duas semis, Carvi Unc. unam semis. Digere cum Aquae Chamomill., bis super Flores cohobatae, Libr. sedecim per octiduum, tunc destillet dimidia Pars.

AQUA CARMINATIVA PER INFUSIONEM seu IMMORTALIS, Claretum ex sex Seminibus.

Rec. Sem. Coriandr., Foenicul., Dauci, Anisi, Carvi, Anethi āā Unc. semis. Parum contusis affunde Spir. Vini optimi Libr. quatuor; stent per aliquot dies in digestione, postea addantur Sacchari clarificati Unc. duodecim, et liquor, per chartam emporeticam filtratus, servetur.

AQUA CARMINATIVA FRIDERICI I., REGIS BORUSSIAE.

Rec. Flaved. Aurant. Chinensium recent., Flav. Citri recent. āā Unc. duas, Sal. Tartar. Drachm. unam. Infundatur cum Vini Tocaviensis Unc. viginti quatuor per aliquot dies, deinde destilletur Spiritus, qui edulcoretur Julepi Rosarum Unc. una.

AQUA CARMINATIVA SPIRITUOSA DORNKRELLII.

Rec. Flor. Chamomill. Roman. Unc. duodecim. Infundantur in Aquae Chamomill. Unc. centum quadraginta per octiduum; exprimantur forti expressione. Liquori expresso addantur Hb. Absinthii Pontic., Pulegii, Origan., Centaur. min. āā Drachm. duae, Sem. Anethi, Anisi, Foeniculi āā Unc. una, Sem. Carvi Unc. semis, Bacc. Juniper. et Lauri, Rad. Calam. arom. et Zedoariae āā Drachm. duae, Cinnamomi Unc. semis, Spirit. Vini Libr. sedecim; post sufficientem digestionem instituatur destillatio. — Pharmac. Wirtembergicae et Helveticae formula ad AQUAM CARMINATIVAM SPIRITUOSAM: Rec. Rad. Calam. arom., Herb. Menth. crisp., Serpilli āā Unc. duas, Flor. Chamom. Roman. Libr.

semis, Sem. Anisi et Foenicul. aa Unc. duas, Cinnamom. acut. Unc. tres, Nuc. Moschatar., Bacc. Lauri et Juniper. aa Unc. semis, Cort. Aurant. rec. Unc. duas, Spirit. Vini Libr. novem, Aquae fontan. Libr. quinque; post digestionem per triduum destillentur Libr. decem. — VAN MONS praescribit Sem. Anis. stellat. Part. unam, Foenicul. Part. duas, Flor. Chamomill Part. tres, Cort. Aurant. Part. sex cum Spirit. Vini Part. viginti quatuor et Aquae Part. centum sexaginta destillari, donec Part. quadraginta octo elicitae sint.

AQUA CAROLINA FACTITIA sec. KLAPROTH. Künstliches Karlsbader Wasser. *Eau de Carlsbad factice.*

Rec. Sal mirabil. Glauberi cryst. Grana centum et nonaginta unum, Salis Sodae rec. crystallis. Gran. centum et viginti septem, Salis communis puri Gran. triginta novem, Aquae ferventis Unc. triginta sex. Solutis adde Aquae Selteranae Unc. triginta sex; quo facto vas sedulo clausum in alio aqua fervente repleto ponatur.

AQUA CARVI. Kümmel-Wasser. *Eau de Cumin.* — Pararur uti Aqua Foeniculi.

AQUA CARVI FORTIS v. Spirit. Carvi.

AQUA CARYOPHYLLORUM. Gewürznelken-Wasser. *Eau de Girofles.* — Pari modo ex Caryophyll. aromaticis atque Aq. Carvi obtinetur.

AQUA CASCARILLAE Kaskarill-Wasser. *Eau de Cascarille* ou *Chacrille.* — Paratur uti Aqua Cinnamomi (p. 59).

AQUA CASSIAE CINNAMOMEAE v. Aqua Cinnamomi.

AQUA CASTITATIS. Keuschheits-Wasser. *Eau de Chasteté.*

Rec. Herb. Absinthii Pontic., Menthae, Bursae pastoris, Verbenae, Taraxaci, Fol. Salicis aa Pugill. duos, Rad. Dictamni Libr. semis, Cynoglossi, Bistortae aa Unc. unam Sem. Agni casti Unc. unam semis, Rutae, Nymphaeae alb., Cannabis, Lactucae aa Drachm sex, Papav alb. Drachm. duas, Camphorae Drachm. tres. Conc., cont. superaffunde Vini rubri Libr. decem, et post aliquot dierum digestionem destillent l. artis.

AQUA CASTOREI Pharm. Wirtembergicae. Bibergeil-Wasser. *Eau de Castoreum.*

Rec. Castorei Moscovitici Unc. unam, Aquae quantum satis. Destillando Librae duae abstrahantur. — MAYR Castorei Libram unam cum Ciner. clavellat. depurat. Unc. tribus et Aquae fontan. Libris duodecim per 24 horas digeri, tunc ad Dimidias destillari praescribit.

AQUA CASTOREI VINOSA Pharmac. Bavaricae. Weiniges Bibergeil-Wasser. *Eau de Castoreum vineuse.*

Rec. Herb. Rutae Part. sex, Castorei Part. unam, Vini alb. Part. septuaginta duas; post macerationem per 24 horas adde Aquae fontan. Unc. septuaginta duas. Destillent Part. septuaginta duae. — Pharmac. Austriaca provincialis praescribit Herb. Rutae rec. et Castorei aa Unc. unam cum Aq. font. Libr. septem et Spirit. Vini Libr. una commisceri et abstrahi Libr. sex. (Conf. etiam Aqua Hirundinum cum Castoreo.)

AQUA CATAPULTARUM v. Aqua vulneraria.

AQUA CATARRHALIS VAN MONS. Katarrh-Wasser. *Eau catarrhale.*

Rec. Cinnamom., Herb. Anthos, Salviae, Flor. Lavendulae, Caryophyllor., Nuc. Moschat. aa Unc. duas, Spirit. Vin. Libr. sex, Aquae font. Libr. duodecim. Destillentur igne vivace semper ebulliendo, donec liquor lacteus prodit. — AQUA AD CATARRHOS DESICCANDOS SCHROEDERI immittendo Serpillum cucurbitae, et affundendo Vini Malvatic. ad eminentiam quatuor digitorum, et post macerationem per 14 dies destillando obtinetur. Liquor elicitus iterum novae Serpilli quantitati affunditur, et radiis solis exponitur. Tandem in quaque Libra Aquae hujus infundatur Rasurae Ligni Sassafras Unc. semis.

AQUA CATARRHALIS DE SPINA.

Rec. Flor. Salviae, Anthos, Lavendulae, Caryophyllorum, Nuc. Moschat., Cinnamom., Sacchari aa Unc. duas, Granor. Paradisi, Macid., Rad. Zedoariae, Sem. Coriandr., Pip. longi et nigri aa Unc. unam, Herb. Rutae et Absinthii aa Drachm. duas, Pom. Aurant. N° 1. Conc., cont. digere cum Vini Cretensis Libr. quatuor et Vin. alb. opt. Libr. sex; deinde destillent per arenam.

AQUA CAUPERI v. Decoctum Lusitanicum.

AQUA CAUSTICA seu CATHAERETICA PLENCKII, Liquor ad condylomata. Ätz-Wasser. *Eau caustique.*

Rec. Mercur. sublimat. corrosiv., Alumin. crud. cont. aa Unc unam, Ceruss., Camphor. aa Drachm. unam, Spirit. Vini rectificat., Acet. crudi aa Unc. duodecim. Misce et absque colatura serva. — AUGUSTINI et SWEDIAURI formula eadem est, nisi quod Cerussam omittunt. — Alii praescribunt Merc. sublim. corros. Drachm. unam, Aluminis, Camphorae aa Drachm. semis cum Acet. et Spirit. Vini rectif. aa Unc. semis misceri.

AQUA CAUSTICA AD CONDYLOMATA seu PHAGEDAENICA GRINDELI, Liquor mercurialis seu Hydrargyri camphoratus, Liquor ad condylomata.

Rec. Mercur. sublimat. corros. Drachm. semis, Camphorae Drachm. unam, Spirit. Vini rectificatissimi Unc. unam. Misce.

AQUA CAUSTICA AD CONDYLOMATA Pharmac. militaris Danicae et Wurceburgensis, Mixtura gummosa ex Sublimato seu Hydrargyro muriatico corrosivo.

Rec. Mercur. sublim. corros., Sal. Ammoniac. aa Drachm. unam, Aquae destillat. Unc. duas. Dissolve in mortario vitreo et adde Gummi arabici pulv. Drachm. duas.

AQUA CAUSTICA SCHROEDERI.

Rec. Pulver. Caryophyllor. Unc. unam, Rad.

Zinziber., Cinnamomi āā Gran. quadraginta, Cerussae Drachm. unam semis, Alumin. usti Drachm. semis, Mercur. subl. corros Drachm. unam semis, Spirit. Vini rectificati Unc. tres. Misce exactissime.

AQUA CENTAURII MINORIS. Tausend-Güldenkraut-Wasser. *Eau de petite Centaurée.* Paratur ex summitatibus recentibus uti Aqua Cochleariae (p. 60).

AQUA CENTAURII MINORIS FERMENTATIONE PARATA.

Rec. Herb. Centaur. minor. quant vis. Contusa macerentur, affusa Aqua, ad eminent. 2 digitorum, cum tantillo Salis communis, et putrefiant per aliquot dies, donec subacescant. Postea destillentur in baln. Mariae, usque dum Dimidium Aquae affusae exstillarit.

AQUA CENTINODII seu CENTUMNODII. Wegtritt- oder Tausendknöterig-Wasser. *Eau de Centinode.* — Uti Aqua Acetosae (p. 39) paratur.

AQUA CEPARUM. Zwiebel-Wasser. *Eau d'Oignon.* — Ex bulbis recentibus uti Aqua Armoraciae (p. 46) paratur.

AQUA CEPHALICA AROMATICA ex Schroedero. Aromatisches Haupt-Wasser. *Eau cephalique aromatisée.*

Rec. Nuc. Moschat. Unc. unam, Rad. Galang., Calami āā Unc. semis, Macid., Caryophyllor., Cinnamomi āā Unc. unam, Flor. Lavend. Man. unum semis, Vini Rhenani Libr. sex. Post aliquot dierum digestionem, destillent.

AQUA CEPHALICA AD EXTRA ex Schroedero.

Rec. Flor. Lilior. convall., Sambuc., Rosar. albar. āā Man. sex, Lavend. Man. duos, Capit. Papaver. N° viginti, Herb. Solani nigr., Man. unum semis, Hyoscyami, Fol. Salicis āā Man. quatuor, Camphorae Drachm. unam, Aquae fontan. quant. satis. Digere per noctem, tunc destilla l. a.

AQUA CEPHALICA Caroli Quinti. Pharm. Wirtemb. Kaiser Karls Haupt-Wasser. *Eau cephalique de Charles V.*

Rec. Herb. Majoranae, Meliss., Origan., Flor. Anthos, Lavendul., Lilior. convall., Rosar. rubrar., Salviae āā Unc. duas, Caryophyll., Nuc. Moschatar., Cardamom. minor., Cinnamom., Cubebar., Granor. Paradisi, Macidis āā Unc. semis. Inc. et cont. grosso modo infunde in Spirit. Vini opt. Libr. octo; stent per dies sex loco calido, et postea addita Aquae fontan. Libr. una semis, destillentur. — Si libuerit Ambrae griseae et Moschi Grana aliquot cuidam illius destillatae Parti, aut rostro etiam alembici imponi poterunt, pro iis, qui odorem ferre possunt; tunc AQUA CEPHALICA COMPLETA vocari solet. — Pharmac. Palatinae formula eo solummodo ab hac discrepat, quod Herbarum et Florum designatorum singulorum Manipul. quatuor, Nuc. Moschat. et Caryophyllor. āā Unc. semis et Spirit. Vin. rectificat. sex tantum Libr. praescribit, Aqua omissa.

AQUA CERASORUM.

Kirschen-Wasser. *Eau de Cerises.*

Synon.: Aqua Cerasorum nigrorum. Schwarz Kirschen-Wasser. *Eau de Cerises noirs.*

Rec. Cerasorum nigrorum silvestrium recent. Libras viginti.
Contusis cum nucleis affunde
Aq. fontan. Libras sexaginta.
Post macerationem per 24 horas destillando leni igne abstrahe
Libras triginta.

Serva loco frigido obscuro in vasis bene obturatis. — Liquor limpidus, odore et sapore grate aromatico subamygdalino. — Est Aqua Oleo Cerasorum aethereo, Acidum Borussicum continente, impraegnata. *Vis:* sedans, Aquae Amygdalarum amararum similis, multo autem mitior est et gratior.

Aqua admodum debilis, parum odora, vel odore ingrato alieno removeatur; non minus ne sit nimis concentrata, odore et sapore pungente acidi borussici, quae ad usum medicum rite diluenda. Unciae octo Aquae cum liquore argenti nitrico-ammoniati commixtae, tunc addito acido nitri valde diluto paullo in excessu Granum unum argenti cyanati praebeant.

Usus: Interne adhibetur per se vel in mixturis; caute semper, praecipue infantibus, non nisi parva dosi largienda.

Pharmac. Borussica praescribit Cerasorum acidorum exsiccatorum, cum nucleis contusorum, Partem unam cum sufficiente Aquae quantitate superaffundi et destillando elici Part. octo. — Pharm. Bavarica ad unam Cerasorum nigr. exsiccat. Part. decem Aquae et inde destillando duas Part. elici praescribit. — Pharm. Palatina, Wirtembergica, Helvetica, Dispens. Brunsvicense et Pharm. Ferrariensis ad unam Cerasor. nigror. recent. duas Aquae et inde unam solummodo Part. destillari postulant. — Pharmac. Fennica ex duabus Cerasor. exsiccatorum Part. tres Aquae Part. destillari jubet. — Pharm. Hannoverana edit. prim. et Oldenburgica ab una Cerasorum duas

Aquae Partes destillando abstrahi jubent. — Pharm. Danica ab una Cerasor. nigror. quatuor Aquae Part., Dispens. Fuldense autem tres destillari proponit. — Pharmac. Austriaca Nucleor. Cerasor. contusor. Part. unam cum Aquae Part. duodecim per 12 horas macerari et Part. octo abstrahi praescribit. — Pharm. Polonica supra tres Nucleor. Cerasor. Part. viginti Aquae abstrahi jubet. — Pharm. Parmensis autem ejusdem Nucleorum quantitatis novem tantum Part. — Pharmac. Sardoa Succum Cerasor. exprimi jubet, carni partem Nucleor. contus. dimidiam addi et tunc e baln. Mariae Part. tertiam destillando elici. — Van Mons praescribit Succum ex Cerasis enucleatis exprimi, tunc Nucleos contusos cum carne commisceri et uni Parti miscellae viginti Aquae Part. admisceri, deinde destillando sex Part. elici. Plures Pharmacopoeae novae, ut Pharm. Hannoverana edit. sec., Hassiae El., Slesvico-Holsatica cet. Aquae Cerasorum loco Aquam Amygdalar. dilutam (p. 42) sumi suadent.

AQUA CERASORUM ALCOHOLICA seu SPIRITUOSA Pharm. Saxonicae.

Rec. Cerasor. nigror. cum Nucleis contusor. Part unam, Aquae communis Part. sex. Mixta stent per dies aliquot ad fermentationis lenioris initia; deinde hinc abstrahantur Part. Aquae duae.

Brugnatelli praescribit Cerasa contusa cum aequali Aquae portione fermentationi vinosae subjici, postea cum Decuplo Aquae commisceri et ab una Cerasor. adhibitorum sex Aquae Part. destillando elici. — Van Mons praeceptio in capite rei cum hac congruit. — Pharm. manualis d'Anvers praescribit Cerasor. nigror. contusor. Part. sex cum Spirit. Vini Part. duabus et Aquae Part. quatuor per tres dies macerari, deinde octo Part. destillando elici. — Aquae hae parum spirituosae per tempus facile acidae evadunt. (Conf. et Spiritus Cerasorum.)

AQUA CERASORUM AMYGDALATA Pharmac. Borussicae. Kirschen-Wasser mit bittern Mandeln. *Eau de Cerises avec des Amandes amères.*

Rec. Cerasor. acidor. exsiccator. una cum nucleis contusorum, Amygdalar. amarar. āā Libr. unam, Aquae fontan. quant. satis. Destillando elice Libr. viginti quatuor.

AQUA CEREBRI HUMANI sec. Lemery — Olim absurde destillando Cerebrum balneo Mariae obtinebatur.

AQUA CEREFOLII seu CHAEREFOLII, Aqua Chaerophylli.

Körbel-Wasser. *Eau de Cerfeuil.* — Paratur ex Herba recenti uti Aqua Petroselini.

AQUA CHALYBEATA seu MARTIALIS, Aqua aërata ferrosa, Aqua carbonica Ferri acidula, Aqua Carbonatis aciduli Ferri. Stahl-Wasser. *Eau chalybeatée, Eau carbonique ferreuse.*

Rec. Aquae aëratae Lagenam. Suspende per epistomium Filum ferreum subtile, spiraliter tortum, et sepone lagenam per aliquot dies ad locum frigidum, tunc exime Filum et serva Aquam in vase optime obturato. — Pharm. Ferrariensis praescribit Limaturae Ferri Unc. semis cum Aquae aëratae Libr. una per 24 horas seponi, tunc decanthari. — Alii porro per Liquorem obtentum Aëris fixi torrentem transmitti suadent. — Pharm. Parmensis praescribit Limaturae Martis alcoholisat. Gran. unum cum Aquae aëratae Libr. una commisceri et seponi, donec saturata sit. — Van Mons suadet Ferri carbonici recenter parati, adhuc humidi, Aquae aëratae Part. centum et viginti octo commisceri et lagenis optime obturatis Aquam supra sedimentum relinqui, eamque, ubi necesse, decanthari.

Reuss et Baerensprung sec. Guy praescribunt Limat. Mart. Unc. sex cum Spirit. Vitrioli Unc. una et Aquae fervidae Libr. septem digeri, tunc filtrari. Hoc modo nihil aliud obtinetur, nisi Vitriolum Martis in Aqua solutum. — Vid. etiam Aqua martialis.

AQUA CHALYBEATA PRO BALNEIS Stahl-Wasser zu Bädern. *Eau chalybeatée pour les Bains.*

Rec. Aquae fontan. Mensur. ducentas, Olei Vitrioli Gran. quingenta decem et sex, Vitrioli Martis, in pauxillo Aquae soluti, Gran. trecenta et octaginta. Misce et adde, semper agitans, Cineris clavellati depurati, in sextuplo Aquae soluti, Gran. octingenta et quadraginta.

AQUA CHALYBEATA SALINA, Aqua mineralis ferrata seu Carbonatis aciduli Ferri salina, Pharmac. Batavae. Salzhaltiges Stahl-Wasser. *Eau chalybeatée saline.*

Rec. Cretae albae seu Marmoris albi Drachm. quinque, Magnesiae alb. Drachm. decem, Aethiop. martialis Drachm. duas. Misce cum Aquae purae frigidae Libr. quinquaginta, et condensa in miscella Aëris fixi mille Pollices cubicos. Serva lege artis.

AQUA CHAMAEDRYOS. Gamander-Wasser. *Eau de Germandrée.* — Ex Herba florente recenti uti Aqua Fumariae paratur.

AQUA CHAMAEPITHYOS. Schlagkraut-Wasser. *Eau d'Ivette.* — Pari modo obtinetur.

AQUA CHAMOMILLAE. Kamillen-Wasser. *Eau de Camomille.*

Synon.: Aqua Florum Chamomillae seu Chamaemeli seu Anthemidis destillata.

Rec. Florum Chamomillae Libras duas.

Immitte in vesicam stanneam vacuam apparatus Beindorfiani, vel alius similis, rei convenientis, balneo Mariae insidentem, supra cribrum stanneum, antea tubo stanneo incurvo, sub cribrum ducto, et aheno, aqua calida repleto, juncto; tunc, tecto alembico et adaptato refrigeratorio stanneo, fiat destillatio, aqua in aheno semper ebulliente, quae, si necesse, saepius renovanda, ut vapores per tubum Chamomillas penetrent, donec Librae viginti elicitae sint; quae, conquassata saepius in lagena, ut Oleum secretum solvatur et, quantum fieri potest, saturetur, servanda loco frigido obscuro. — Liquor paullum coerulescens, subturbidus, odore forti Chamomillarum. — *Vis:* antispastica, anticolica (v. Flores).

Aqua vetusta, flavescens, odore debili vel alieno, empyreumatico, removeatur.

Usus: Per se internus; praecipue mixturis admiscetur, saepius pro vehiculo inservit.

Nonnullae Pharmacopoeae pro ratione Florum Chamomillae minorem Aquae quantitatem destillari jubent: v. g. Pharm. Austriaca super unam Chamomillarum quatuor Aquae Partes destillari jubet. Pharm. Hassiae El. octo, Pharm. Saxonica, Batava, Belgica ex una Flor. recent. Parte quatuor, et plures Pharmacopoeae vetustiores, ut Wirtembergica, Helvetica, Dispens. Brunsvicense cet. duas solummodo Aquae Partes abstrahi jubent. Sed hac nimia quantitate Florum Chamomillae Aqua non magis saturata fit, et Oleum superfluum secernitur.

AQUA CHAMOMILLAE ANISATA Pharm. Wirtembergicae. Anishaltiges Kamillen-Wasser. *Eau de Camomille anisée.*

Rec. Florum Chamomill. recent. Libr. quatuor, Sem. Anisi Libr. duas, Vini albi generosi Libr. viginti octo. Post aliquot dierum digestionem destillentur ad Dimidias, sive Mensurae tres cum dimidia.

AQUA CHAMOMILLAE VINOSA Dispensat. Fuldensis. Weiniges Kamillen-Wasser. *Eau de Camomille vineuse.*

Rec. Florum Chamomill. recent. Libr. unam, Vini albi generosi Libr. quatuor. Post 24 horarum in vase clauso macerationem l. a. fiat destillatio ad Part. dimidiam.

Swediaur ad Chamomillar. Part. quatuor, Spirit. Vini unam et Aquae octo praescribit; inde abstrahi Part. quatuor. — Van Mons ad Chamomill. et Spirit. Vini āā Part. unam, Aquae Part. duodecim et tres usque ad quatuor Part. abstrahi jubet.

AQUA CHAMOMILLAE COMPOSITA. Zusammengesetztes Kamillen-Wasser. *Eau de Camomille composée.*

Rec. Flor. Chamomill. Libr. unam, Flaved. Cort. Aurant. Unc. duas, Hb. Absinth., Puleg. āā Man. duos, Sem. Anisi, Foenicul., Cumini, Bacc. Lauri et Juniper. āā Unc. unam, Spirit. Vini Congium et Aquae quant. suffic.; abstrahe Congios duos.

AQUA CHEIRI seu FLORUM CHEIRI. Goldlack-Wasser. *Eau de Fleurs de Giroflée jaune.* — Ex Floribus recentibus uti Aqua Acaciarum (p. 39) paratur.

AQUA CHELIDONII. Schöllkraut-Wasser. *Eau de Chelidoine.* — Paratur ex Herba recenti cum Radice uti Aqua Cochleariae. — Forsitan pari modo atque Aqua Cicutae (v. infra) cum Calce et Kali Aqua efficacior parari potest (?)

AQUA CHINAE seu CORTICIS PERUVIANI. China-Wasser. *Eau de Quinquina.*

Rec. Corticis Chinae fuscae Libram unam, Aquae fontanae Octarios sex. Post macerationem per aliquot dies destillando abstrahe Octarios tres.

† AQUA CHLORI seu CHLORATA. Chlor-Wasser. *Eau de Chlorine.*

Synon.: Aqua chlorinica, Chlorum Aqua solutum, Liquor Chlori, Chlorum liquidum seu Chlorina liquida, Aqua oxymuriatica, Aqua oxygenata seu oxygeno-muriatica, Acidum muriaticum oxygenatum seu dephlogisticatum liquidum, Acidum Salis oxygenatum seu dephlogisticatum, Aqua Superoxydi muriatosi, Aqua halogenata, Spiritus Salis marini dephlogisticatus, Aqua seu Solutio alexiteria oxygenata, Liquor alexiterius oxygenatus. Wässerige Chlorflüssigkeit oder Chlorine, flüssige oxydirte, oxygenirte oder dephlogistisirte Salzsäure, flüssige Chlorine oder Halogen, Salzsäure-Superoxydul oder Superoxydul der Salzsäure, Sauerstoffhaltige, sauervolle, übersaure oder vollkommene Salzsäure. *Acide muriatique oxygéné* ou *dephlogistiqué, Acide marine aëré* ou *dephlogistiqué, Halogène.*

Rec. Salis communis Uncias quatuor,

Magnesiae Vitriariorum Uncias tres.

Mixta in retortam percapacem immitte et superaffunde miscellam frigidam ex

Olei Vitrioli Unciis octo
et Aquae Unciis quatuor,
adaptato recipiente tubulato,
Lixivii caustici diluti Unciam semis

continente, tubulo WOULFIANO instructo, una cum duabus tribusve lagenis altis

Aquae destillatae Libras sedecim

continentibus, ad dimidium tantum ea repletis, siphonum ope rite junctis et juncturis bene clausis, ut Gas permeare et absorbi, Gas liberum autem ex ultima lagena per tubulum incurvum in vas parvum, solutionem Cineris clavellati depurati continens, transire possit, ut pariter absorbeatur; stent primo tamdiu temperatura ordinaria, quam diu Gas evolvitur; tunc lente calefac lenissimo calore, gradatim augens, donec Chlorum evolvi cessaverit. (Breviori tempore etiam parari potest introducendo Gas ex miscella supra memorata, vel ex Acido Salis cum quarta Parte Magnesiae Vitriariorum commixto, tubuli pneumatici ope in vitra, Aqua frigida repleta et inverse sustentata, donec duo Trientes expulsi sint, et conquassando Gas cum Aqua in vitris reclusis, ut absorbeatur.) Misceatur Aqua in lagenis contenta, et servetur in vasis repletis et bene obturatis loco frigido obscuro. (Liquor in recipiente contentus reponatur. Liquor in vase ultimo Kali chloricum praebet.) — Liquor subflavescens, Aqua vix ponderosior, odore suffocante, nares valde feriente et sapore nauseoso austero-corrugante, colores vegetabiles omnes destruens, in frigore facile congelans.— Solutio est aquosa Chlori (v. Gas).—*Vis:* excitans, antiseptica, analeptica, corrosiva.

Sit Aqua bonae notae, ut supra descripta; parva quantitas sufficiat, ad decolorandum comparate magnam solutionis Indigo quantitatem. Aqua decolor, parum odora vel acida, vi decolorante vix praedita, removeatur.

Usus: Tam internus, multa aqua diluta, quam externus, pro lotu. Laudatur praecipue in febribus malignis, stomacace, externe ad contagia et miasmata destruenda, in scabie, herpete, ulceribus foetidis purulentis cet. Semper caute adhibenda! Inservit etiam ad delendum foetorem cadaverum aliarumque partium animalium putredine correptarum, uti et tanquam reagens.

Pharmacopoearum praescriptiones ratione Partium adhibendarum passim discrepant. Omnes autem in capite rei eo congruunt, ut Chlori solutionem saturatam obtineri contendant.

AQUA CICHORII. Cichorien-Wasser. *Eau de Chicorée.* — Uti Aqua Chelidonii paratur.

AQUA CICUTAE Pharm. Herbipolitanae. Schierling-Wasser. *Eau de Ciguë.*

Rec. Herbae Cicutae recentis Partem unam, Aquae Partes quatuor. Destilletur. — Remedium sane vanum, ex medicamentorum copia delendum.

†AQUA CICUTAE CUM CALCE ET KALI PARATA. Schierling-Wasser mit Kalk und Kali bereitet. *Eau de Ciguë avec du Chaux* et *du Potasse.*

Rec. Semin. Cicutae cont. Libr. semis, Aquae Libr. decem, Calcis recentis extinctae Unc. unam, Ciner. clavellati Unc. semis. Mixta macerentur per 24 horas, saepius agitando, in vase clauso, tum destillent caute Librae quinque. — Serva in vasis optime clausis loco frigido obscuro. — Liquor turbidus, odore gravissimo nauseoso, uti et sapore, simul acri Coniini. — Solutio est praecipue aquosa Coniini. — *Vis:* maxime narcotica, in exigua dosi anodyna, majori dosi facile toxica, tetanum provocans et mortem ipsam. — *Usus:* Interne circumspecte parva dosi adhibenda, et externe. — Remedium omnino efficax, vires Cicutae concentrice in se conjungens!

AQUA CINNAMOMI. Zimmt-Wasser. *Eau de Cannelle.*

Synon.: Aqua Cinnamomi simplex seu sine Vino, Aqua Cinnamomi tenuis, Aqua Lauri Cinnamomi. Einfaches Zimmt-Wasser.

Rec. Cinnamomi acuti, grosso modo contusi, Libram unam.

Immitte in vesicam vacuam, in balneo Mariae suspensam, supra cribrum stanneum et adaptato tubo incurvo et alembico cum refrigeratorio, fiat destillatio, uti in Aquae Chamomillae praeparatione (p. 57) praescriptum est, donec Librae decem prodierint, quae bene agitatae serventur. — Liquor primum sublacteus, tempore limpidus; odore et sapore forti, grate aromatico et dulci cinnamomeo. — Solutio est Olei Cinnamomi in Aqua. — *Vis:* analeptica, stomachica, calefaciens.

Aqua parum odora vel odore et sapore ingrato alieno rejiciatur.

Usus: Internus per se, et mixturis admiscetur.

Pharm. Borussica et Hassiae El. ad parandam AQUAM CINNAMOMI seu CASSIAE CINNAMOMEAE Cinnamomum indicum praescribunt, quod plures novae Pharmacopoeae imitabantur; ceterum cum nostra congruunt. — Pharmac. Austriaca autem ab una Cassiae Parte sex solummodo Aquae Partes destillari praescribit. — Pharm. Hannoverana et Saxonica novem. — Pharm. Wirtembergica et Helvetica ad parandam AQUAM CINNAMOMI SIMPLICEM seu SINE VINO Cinnamomi acuti Unc. octo cum Aquae Cerasorum nigrorum Libris duodecim per triduum macerari, deinde Libras octo abstrahi praescribunt. — Pharm. Dubliensis et Americana, Pharm. d'Anvers, VAN MONS, Pharm. Slesvico-Holsatica, Polonica, SPIELMANNUS et FERRARINI ex una Cinnamomi veri novem Aquae elici proponunt. — Pharm. Bavarica, Disp. Brunsvicense, Pharm. Lusitanica, Rossica et Ferrariensis octo, — Pharm. Danica sex, — Ph. Gallica, Genevensis, et BRUGNATELLI quatuor solummodo destillari jubent. — Pharmac. Parmensis Aquam hoc modo elicitam denuo supra Cinnamomum cohobari suadet. — Pharm. Londinensis supra tres Cinnamomi Partes triginta duas Aquae destillari proponit — RENNIE autem in supplemento sexaginta quatuor abstrahi suadet.

AQUA CINNAMOMI BUGLOSSATA Pharmac. Wirtemb. Zimmt-Wasser mit Ochsenzungen. *Eau de Cannelle buglossée.* — Pari modo cum Aqua Buglossi paratur. — Pharm. Palatina autem praescribit Cinnamomi Libram unam, Cort. Rad. Buglossi, Flor. Borraginis et Melissae āā Unc. unam cum Aquae Buglossi Libr. sex, Aquae Rosarum et Violarum āā Libr. duabus in balneo Mariae destillari.

AQUA CINNAMOMI CORDIALIS. Herzstärkendes Zimmt-Wasser. *Eau de Cannelle cordiale.* — Simili modo atque Aqua Cinnamomi buglossata simplex, cum Aqua Florum cordialium obtinetur. — Praeparata omnino inepta et superflua! — RENNIE ad AQUAM CINNAMOMI (CINNAMOM. CORDIAL.). Elaeosacchari Cassiae Drachm. duas cum Spirit. Vini Sesquicongio, Cardamomi, Cort. Limoni et Aurantiorum āā Unc. una digeri et post digestionem Aquae Aluminis Semioctario clarificari et addi Sacchari Libr. duas, Aquae quantum sufficit, ut Congii duo impleantur, quae Saccharo tosto colorandae. Si fortissima requiritur, addi jubet Cinnamomi Libr. octo, Spirit. Vini Cong. septendecim et Aquae Cong. duos, tunc post digestionem, calore maximo adjuvante, Congios duodeviginti abstrahi.

AQUA CINNAMOMI CYDONIATA. Zimmt-Wasser mit Quittensaft. *Eau de Cannelle cydoniée.*

Rec. Succi Cydoniorum expressi et vinosam indolem mora temporis nacti Libr. sex, Cinnamomi acuti Unc. quatuor. Fiat infusio per triduum; postea destillentur, ut residuum tertiam Partem aequet.

AQUA CINNAMOMI FORTIS seu LACTICINOSA v. Aqua Cinnamomi vinosa.

AQUA CINNAMOMI HORDEATA. Zimmt-Wasser mit Gerste. *Eau de Cannelle avec de l'Horge.* — Paratur cum Decocto Hordei uti Aqua Cinnamomi simplex sec. Pharm. Wirtembergicam.

AQUA CINNAMOMI VINOSA. Weiniges Zimmt-Wasser. *Eau de Cannelle vineuse.*

Synon: Aqua Cinnamomi cum Vino, Aqua Cinnamomi spirituosa seu alcoholica, Aqua Cinnamomi fortis seu lacticinosa, Spiritus seu Alcohol Cinnamomi sive Lauri Cinnamomi. Zimmt-Geist.

Rec. Cinnamomi acuti, grosso modo contusi, Libram unam,
Vini albi generosi Libras sedecim.

Destillent e balneo Calcariae

muriaticae Librae octo. — Serva. — Liquor lactescens, odore et sapore forti cinnamomeo, simulque grate spirituoso. — Solutio est spirituoso-aquosa Olei Cinnamomi. — *Vis:* praecedentis; magis autem excitans.

Aqua aromate et spiritu egens vel odore ingrato spirituoso spiritus frumenti (fuselig) removeatur. —

Usus: Praecedentis, paullo minori dosi.

Pharm. Herbipolitana ad unam Cinnamomi octo Vini fortioris Partes praescribit, quae lege artis destillandae. — Pharm. Hispanica ad ALCOHOL CINNAMOMI parandum praescribit Cinnamomi Partem unam, Vini optimi Part. sex, et destillando elici Partem unam. — Pharm. Sardoa ex Cinnamomi Unc. quatuor et Vini albi Libris sex, dimidiam Partem destillari. — SPIELMANNUS ad AQUAM CINNAMOMI CUM VINO COLONIENSIUM praescribit, ex Cinnamomi Unc. sex et Vini generosi Unc. duodeviginti destillando abstrahi, quam diu liquor lactei coloris prodit. — Pharm. Rossica ad Cinnamomi acuti vel Florum Cassiae Unc. sex, Vini albi Gallici Libram unam et Aquae Libr. quinque praescribit, et destillando elici Libr. tres. — Dispens. Brunsvicense ad Cinnamomi Unc. sedecim, Vini albi spirituosi Libras duodecim, Spirit. Vini Gallici Libr. duas semis sumi jubet; deinde destillando elici Libr. decem. — Pharm. Wirtembergica hoc praeparatum AQUAM CINNAMOMI SPIRITUOSAM adpellat, nostram autem primo praescriptam AQUAM CINNAMOMI VINOSAM.

Recentiores Pharmacopoeae Vini loco plerumque Spiritum Vini et Aquam praescribunt, et Cinnamomi acuti loco Cinnamomum indicum. — Sic Ph Borussica, Hannoverana, Oldenburgica et Saxonica ad unam Cinnamomi indici duas Spirit. Vini rectificati Partes et sufficientem Aquae quantitatem praescribunt, ut abstrahi possint Librae novem. — Pharmac. Slesvico-Holsaticae et Polonicae formula cum hac congruit, nisi quod Cinnamomi indici loco Cinnamom. acutum praescribit. — Pharm. Bavarica ex quantitate designata Partes octo elici jubet. — VAN MONS formula in capite rei cum hac congruit; Spiritus Vini autem rectificati loco Spiritum Vini Gallicum et sex Partes elici praescribit. — Pharm. Suecica in Destillato adhuc solvi suadet Sacchari albi Unc. unam semis. — Pharm. Hassiae El. decem Partes destillari et uti Pharm. Borussica Cinnamomum indicum et Spiritum Vini rectificatum sumi suadet. — Ph. Hispanica ad parandam AQUAM CINNAMOMI LACTICINOSAM praescribit Cinnamomi acuti Unc. octo, Aquae Libras tres, Spirit. Vini rectificatiss. Unc. tres, de quibus destillando eliciendas Libras tres. — Pharmac. Lusitanica ad parandam AQUAM CINNAMOMI SPIRITUOSAM seu SPIRITUM CINNAMOMI praescribit, Cinnamomi Libram unam, Spirit. Vini simplicis Libr. decem, Aquae fontanae Libr. quatuor, et destillando abstrahi Libr. decem. — Pharm. Parmensis ad Cinnamomi Unc. sex, Spirit. Vini rectificatissimi Unc. decem et Aquae Libr. duas semi proponit; de quibus destillando elici Uncias duodeviginti, quae residuo reaffundi et denuo Unciae duodeviginti cohobandae. (Conf. et Spirit. Cinnamomi).

AQUA CITRI CORTICUM seu CORTICUM CITRI, Aqua Citri medicae. Citronenschalen-Wasser. *Eau d'Ecorce de Citron.* — Paratur uti Aq. Aurantiorum Corticum. — Ph. Borussica et Slesvico-Holsatica ex Flaved. Pom. Citri recent. Libr. una et Aquae quant. satis destillando Libr. duodecim abstrahi praescribit.

AQUA CITRI CORTICUM LACTICINOSA seu ESSENTIALIS Pharm. Hispanicae.

Rec. Flaved. Cort. Citri seu Limon. recent. Libr. tres, Aquae Libr. sex, Spiritus Vini rectificatissimi Unc. quatuor. Digere per biduum et destilla balneo aquoso ad Libras tres.

AQUA CITRI FLORUM seu FLORUM CITRI. Citronenblüthen-Wasser. *Eau de Fleurs de Citron.* — Paratur uti Aqua Naphae.

AQUA CITRI CORTICUM SPIRITUOSA seu FORTIS, Alcoholum citratum, Alcohol de Citron v. Spiritus Citri.

AQUA CITRI TOTIUS seu TOTIUS CITRI. Citronen-Wasser. *Eau de Citron.*

Rec. Fruct. Citri N° 1. Raspa fere ad pulpam acidam usque, quam minutim concisam leviter contunde una cum granis; addito Aquae pauxillo macera per horas 24, tum destillatione balnei Aquae ope Partem dimidiam abstrahe, et productum sepone; quod restat fere ad siccum destilletur; hanc Partem secundam supra novum Corticem recentem et raspatum iterum destilla et productum priori admisce.

AQUA CLARETA. Klaret-Wasser. *Eau de Clairette.* — Species est Aquae Vitae aromaticae Saccharo dulcificatae, praecipue Cinnamomum continens. — Sic AQ. CLARETA SIMPLEX sec. LEMERY obtinetur digerendo Spirit. Vini simpl. Libr. unam cum Cinnamomi Unc. una per 24 horas et solvendo in colatura Sacchari albi Unc. quatuor. — AQ. CLARETA COMPOSITA digerendo Cinnamomi, Macid., Caryophyllor. āā Unc. unam, Galangae Unc. semis, Cardamom. min., Schoenanth. āā Drachm. duas, Zingiber. Drachm. semis et Sacchari Unc. octo in Spirit. Vini Libr. duabus per 24 horas, et colando. (Conf. etiam Aquae Vitae.)

AQUA COCHLEARIAE. Löffelkraut-Wasser. *Eau de Cochlearia, de Cranson officinal ou d'Herbe aux Cuillers.*

Rec. Herbae recentis Cochleariae floren-

tis Libr. duas, Aquae fontanae Libr. decem. Destillent e balneo Calcariae muriaticae Libr. duae. Servetur optime obturata, loco frigido umbroso. — Liquor odore et sapore pungente Cochleariae; tempore facile corrumpitur. — Si Aqua hoc modo sollicite parata denuo per se lento igne cohobatur, stabilior fit.

Nonnullae Pharmacopoeae ex una Herbae Parte unam cum dimidia, aliae dimidiam tantum Partem abstrahi suadent. — Van Mons ad viginti Herbae florentis et sexaginta quatuor Aquae Partes, unam Spiritus Vini addi proponit et quatuor destillando elici. Facile autem hoc praeparatum acescit. (Conf. et Spiritus Cochleariae.)

AQUA COELESTIS seu COERULEA v. Aqua ophthalmica coerulea (p. 82).

AQUAE COHOBATAE. — Obtinentur, si Aquae destillatae iterum supra novam vegetabilium quantitatem abstrahuntur, quod bis aut ter, si opus est, repetendum.

AQUA CONTRA COLICAM ex Schroedero. Wasser gegen Kolik. *Eau contre la Colique.*

Rec. Herb. Melissae, Origani, Thymi āā Unc. tres, Flor. Chamomillae Unc. tres, Sem. Anisi Foeniculi, Anethi, Carvi āā Unc. unam semis, Sem. Cumini Unc. unam, Flaved. Cort. Aurant. et Citri āā Unc. duas, Bacc. Lauri et Junip. āā Unc. unam, Cinnamomi et Macid. āā Unc. duas, Aquae Chamom. Libr. sex, Vini generosi Libr. quinque. Post macerationem per aliquot dies destillent l. a.

AQUA COLONIENSIS, Aqua aromatica Olei essentialis Citri composita, Alcohol de Citreis compositum. Kölnisch-Wasser. *Eau de Cologne* Pharm. Gallicae.

Rec. Olei Bergamottae, Citri, de Cedro āā Partes centum, Ol. Anthos, Neroli, Lavendulae āā Partes quinquaginta, Ol. Cinnamomi Partes viginti quinque. Solve in Spiritus Vini Gallici rectificatissimi Partib. duodecies millenis, Aquae Carmelitarum Partibus quindecies centenis et Spirit. Anthos Partibus millenis; digere per decem dies, tunc destilla e balneo Mariae ad quintae Partis remanentiam. Liquor elicitus est AQUA COLONIENSIS, cui suavitatis causa addi possunt Spiritus aromatici, quem Aromatarii nominant AQUAM DE BOUQUET (*Eau de Bouquet* v. Aqua Florum p. 66.) Partes quingentae.

Permultae praeterea sunt praeceptiones ad parandum hoc arcanum. — Sic Spielmannus praescribit Spiritus Vini rectificati Unc. septuaginta duas, Spirit. Anthos Unc. duodeviginti, Aquae Carmelitarum Unc. duodecim, Olei Bergamottae, Citri, Neroli et Anthos āā Drachm. unam, post mixtionem destillari. — Farinas Coloniensis Spir. Meliss. Libr. unam, Sp. Anthos Libr. octo, Sp. Vini rectif. Libr. trigiota cum Ol. Bergamottae Unc. sex, Neroli Drachm. tribus, de Cedro Unc. semis, Citri Drachm. sex et Anthos Drachm. duabus destillare fertur. — Hermbstaedius Spiritus Vini rectificati purissimi Unc. triginta duas cum Ol. Anthos, de Cedro, Neroli āā Guttis quindecim, Bergamottae Guttis triginta, et Cardamomi Guttis quinque destillari praescribit.— Trommsdorffius suadet, Olei Neroli, Cort. Aurant., de Cedro et Anthos āā Guttas duodecim cum Cardamomi minor. Drachm. una et Spirit. Vini rectificatissimi Pint. una misceri, in balneo Mariae destillari, donec transierint Demisetiers tres et semis. — Alia quaedam praescriptio commisceri jubet Olei Bergamottae, Cort. Aurant. et Anthos, porro Seminis Cardamomi āā Drachm. unam, Aquae Naphae et Alcoholis Vini āā Octarium unum, quocum destillari debet Octarius. — Alia Herb. Melissae rec. Libr. duas, Anthos Unc. octo, Cort. Citri rec. Unc. sex., Sem. Coriandri Unc. duas, Nuc. Moschat., Caryophyllor., Cinnamomi āā Unc. duas, cum Spirit. Vini rectificatissimi Libr. sex et Aqua Libr. octo destillari praescribit, donec Libr. decem elicitae sint.

Van Mons formula ad AQUAM COLONIENSEM COMPOSITAM: Rec. Olei Bergamottae Drachm. duas, Bacc. Juniperi recentium, Herb. Basilici, Hyssopi, Majoranae, Melissae, Anthos, Thymi, Flor. Lavendul., Caryophyll. aromat., Rad. Angelic., Sem. Anisi, Carvi, Cumini, Foeniculi āā Unc. duas, Cinnamomi, Cort. Citri recentis, Nuc. Moschat., Cardamomi minoris āā Unc. quatuor, Spirit. Vini Gallici Libr. triginta duas, Aquae fontanae Libr. sexaginta quatuor. Inc. et cont. destillent igne vivace Librae viginti duae et producto elicito admisce tantum Aquae, quantum sine turbatione excipi potest.

AQUA COLONIENSIS CONCENTRATA Dingleri.

Rec. Ol. Portugallo et Bergamottae āā Gutt. duodecim, Ol. de Cedro et Limonum āā Guttas octo, Ol. Neroli Gutt. duodecim, Ol. de Petite Grains Gutt. octo, Ol. Anthos et Lavendul. āā Guttas sedecim, Spiritus Vini rectificatissimi purissimi Unc. quinquaginta octo.

AQUA CONFORTATIVA seu PERLATA. Kraft- oder Perlen-Wasser. *Eau confortative.*

Rec. Aquae Cerasorum nigrorum Libr. unam semis, Aquae Tiliae Unc. sex, Aquae Cinnamomi vinosae Unc. unam semis, Margaritarum occidentalium praeparatarum Scrupul. duos, Coralliorum alborum praeparatorum Drachm. unam, Cornu Cervi usti praeparati Scrupul. quatuor, Julepi rosati Unc. tres. Misceantur.

AQUA CONFORTATIVA SINE PULVERIBUS Pharm. Palatinae.

Rec. Aquarum Rosarum, Borraginis, Rosarum rubrarum et Violarum āā Unc. sex, Aquae Cinnamomi buglossatae Unc. unam semis. Misceantur.

AQUA CONVALLARIAE v. Aqua Liliorum convallium.

AQUA E CORDE CERVI. Hirschherz-Wasser. *Eau de Coeur de Cerf.* — Olim uti Aqua Cerebri (p. 56) obtinebatur.—Dudum autem me-

rito exolevit. — AQUAE E CORDE CERVI, aliorumque animalium Cordibus, COMPOSITAE ceteris ingredientibus aromaticis virtutem medicam debebant. — Sit exemplum

AQUA E CORDE CERVI MYNSICHTI.

Rec. Cor Cervi minutim inc. N° unum, Cinnamom. acut. Unc. semis, Caryophyllor., Cardam. min., Calang. minor., Macid., Croci or. āā Drachm. duas, Lign. Aloës, Santal. citr., Cort. Citri, Sem. Ocimi caryophyllat āā Drachm. unam semis, Flor. Lavend., Anthos, Melissae, Salviae, āā Drachm. unam. Macerentur in Vini Malvatici Libr. sex per noctem, et mane destillentur in baln. Mariae per alembicum.

AQUA CORDIALIS COLLADONI. Colladons Herz-Wasser. *Eau cordiale de COLLADON.*

Rec. Cort. Citri recentium quantum lubet, Spirit. Vini Libr. viginti. Destillent Librae decem; quibus adde Tincturae Ambrae et Moschi āā aliquot Guttas, tunc solve Syrupi communis Libras duas, Sacchari albi Libras novem.

AQUA CORDIALIS CINNAMOMI Pharm. Helveticae. Herz-Wasser mit Zimmt. *Eau cordiale cinnamomée.*

Rec. Cinnamomi electi contusi Unc. quatuor, Aquae Borraginis, Buglossi, Rosarum et Violarum āā Libr. unam semis. Post triduanam infusionem destillet ad tertiae Partis remanentiam.

AQUA CORDIALIS FRIGIDA. Kühlendes Herz-Wasser. *Eau cordiale rafraichissante.*

Rec. Cinnamomi acuti Unc. duas semis, Cort. Citri recentis e Pomis octo, Ligni Santali citrini Unc. unam. Inc. et cont. infunde in Aquae Buglossi et Acetosae āā Libram unam, Aquae Cerasorum nigrorum, Rosarum fragrantissimae, Rubi idaei āā Libr. unam et semis. Misceantur et destillentur ad tertiae Partis remanentiam.

AQUA CORDIALIS EX FRUCTIBUS MANGETI.

Rec. Succ. Pomorum Borsdorf. Libras tres, Succ. Cydonior. Libr. duas, Succ. Fragor., Rubi id., Ribium, Pyror. moschat., Granat., Limon., Cerasor. āā Libr. unam. Mixta destillent.

AQUA CORDIALIS TEMPERATA. Temperirtes Herz-Wasser. *Eau cordiale temperée.*

Rec. Cinnamomi acutissimi Unc. tres et Drachm. duas, Cort. Citri exteriorum recentium Unc. unam, Ligni Santalini citrini Unc. semis, Rad. Calangae, Caryophyllorum, Macidis, Nuc. Moschatar. āā Drachm. unam semis, Cardamomi minoris Drachm. tres, Flor. Lavendulae Drachm. sex, Flor. Borraginis Unc. unam, Rosarum Unc. duas semis. Incisis et tritis adde Vini albi generosi, Succi Pomorum redolentium, Succi Rubi idaei āā Libr. unam semis, Aquae Rubi idaei, Cerasorum nigrorum et Melissae āā Libr. semis. Post dierum quatuor macerationem destillentur in balneo ad Dimidias. — FERRARINI formula ab hac praecipue eo discrepat, quod ad Aquarum similium et Melissae Libras duodecim, Vini Malvatici Libr. duas, porro speciebus designatis Herbae Anthos, Scordii, Dictamni Cretici, Florum Violarum et Nympheae āā Unc. unam et Ligni Aloës Drachm. duas addi suadet; tunc in balneo Mariae tertiam Partem destillando elici.

AQUA CORIANDRI. Koriander-Wasser. *Eau de Coriandre.* — Uti Aqua Foeniculi paratur.

AQUA CORNU CERVI CITRATA WALDSCHMIDII CORRECTA, Decoctum Cornu Cervi citratum. Hirschhorn-Wasser oder Decoct mit Citronen. *Eau de Corn de Cerf citrée.*

Rec. Rasurae Cornu Cervi Unc. sex, Poma Citri cum Corticibus incisa N° quatuor. Coquantur cum Aquae fontanae Unc. quatuor et quadraginta, ad remanentiam quatuor et viginti; filtratis addantur Aquae Rosarum, Melissae et Scordii āā Unc duodeviginti. — Olim inepte postea talis miscella ad quartae partis remanentiam destillari praescribebant. (Conf. et Aqua Caponis p. 51.)

AQUA CORTICUM AURANTIORUM CUM VINO v. Aq. Aurantiorum Corticum cum Vino.

AQUA CORTICIS PERUVIANI v. Aqua Chinae (p. 57).

AQUA COSMETICA Pharmac. Palatinae. Schönheits-Wasser oder Schmink-Wasser. *Eau cosmetique.*

Rec. Ova recentia N° viginti. Coque ad duritiem et, remotis Vitellis, Albumina minutim conscinde, posteaque adde Albuminum Ovorum recentium non coctorum Libras duas, Terebinthinae Venetae Libr. dimidiam, Mellis Unc. octo, Styracis liquidae Unc. unam, Benzoës Unc. duas, Aquae Rosarum pallidarum Unc. decem. Destilla per alembicum in balneo Mariae ad siccitatem. Aquam destillatam serva.

AQUA COSMETICA Pharm. Helveticae.

Rec. Aq. Florum Fabarum Unc. decem, Aq. Naphae et Rosarum āā Unc. unam, Tinct. Benzoës Drachm. duas.

AUGUSTIN praescribit Furfuris Amygdalarum Drachm. duas, Aq. Rosarum, Naphae āā Unc. octo; terendo fiat emulsio, adde Tinct. Benzoës Drachm. duas, Boracis Drachm. unam. Misce. — BORRIES praescribit Amygdalarum amararum Libr. sex cum Aquae Libr. viginti quatuor destillari et producto admisceri Aceti Rosarum Libr. duodecim, Spirit. Rubi idaei Unc. duas, Aq. Mellis Unc. sex, Aq. Jasmini Unc. tres. — PIERQUIN et SAINTE MARIE praescribunt Fellis Tauri Unc. quatuor cum Liquoris Kali subcarbonici Unc. semis, Aquae communis Libr. duabus, Olei aetherei Rosar. Gutt. duabus vel tribus, commisceri. — VAN MONS praescribit Emulsionis saturatae Amygdalarum Part. novem cum Spirit. Saponis Parte una misceri. (Conf. et Aqua benzoica et Lac virginis).

AQUA COSMETICA HUFELANDI.

Rec. Boracis Drachm. semis. Solve in Aquae Rosarum et Naphae āā Unc. semis. — Ad delendas maculas hepaticas et pustulas faciei praecipue commendat auctor.

AQUA COSMETICA MERCURIALIS VAN MONS. Schönheits-Wasser mit Sublimat. *Eau cosmetique mercurielle.*

Rec. Amygdal. amar. contusar. Unc. sex. Fiat

emulsio cum Decocti concentrati Carnis bubuli et vitulini Unc. sexaginta; tunc adde Mercurii sublimati corrosivi Unc. semis in Succi Citri Unciis decem solutam, et cum Oleo Tartari per deliquium Unc. semis, fortiter agitando commixtam. Huic mixturae sensim admisce Albuminis Ovi bene subacti Unc. sex; colata per crinium, demum commisce cum Camphorae, Mucilaginis Gummi arabici pari pondere in emulsionem redacti, Drachm. semis.

AQUA COSTI ALBI seu CANELLAE ALBAE. Weiße Kostus- oder weißen Zimmts-Wasser. *Eau de Cannelle blanche.* — Uti Aqua Cinnamomi paratur. Ex una Corticis Parte tres Aquae Partes abstrahendae.

AQUA CRINALIS Lemery. Haarwachs-Wasser. *Eau crinale.*

Rec. Muscarum viventium Unc. quatuor, Mellis Libr. unam, Lactis vaccini rec. Libr. duas. Destillent ex retorta, igne sub finem augendo, donec residuum in carbonem redactum sit. — Bate Unciarum quatuor Muscarum loco, Libras *quatuor* praescribit. — Ad incrementum capillorum uti et in surditate prodesse credebant. — Dudum autem merito praeparatum ineptum exolevit.

AQUA CUCUMERIS. Gurken-Wasser. *Eau de Concombre.* — Ex Fructibus succulentis uti Aqua Rubi idaei (p. 88) paratur.

AQUA CUMINI. Mutterkümmel-Wasser. *Eau de Cumin.* — Paratur uti Aqua Foeniculi (p. 66).

AQUA CUPRI AMMONIACALIS v. Aqua antimiasmatica et Aq. ophthalmica coerulea.

AQUA CUPRI VITRIOLATI COMPOSITA v. Aqua styptica.

AQUA CYANI FLORUM. Blaue Kornblumen-Wasser. *Eau de Bluet.* — Paratur ex Floribus recentibus uti Aqua Lactucae (p. 72). — Pharm. Gallica totam Plantam sumi proponit.

AQUA CYDONIORUM v. Spiritus.

AQUA CYMBALARIAE. Cymbelkraut-Wasser. *Eau de Mufflier lièrée.* — Paratur uti Aqua Cochleariae (p. 60).

AQUA CYNOGLOSSI. Hundszungen-Wasser. *Eau de Cynoglosse.* — Ex Planta florente recenti cum Radice pari modo paratur.

AQUA DE CYPRO Th. Hoffm. Th. Hoffmanns wohlriechendes Wasser. *Eau de Chipre de Hoffmann.*

Rec. Aquae Rosarum opt. Libr. duas, Aq. Naphae, Cort. Citri āā Libr. unam. Misce et his dissolve Zibethi, Moschi, Ambrae āā quantum vis. Obtura bene et expone soli. Quanto vetustior, tanto ad odorem vestium conciliandum melior.

AQUA DAMASCENA ODORIFERA Schroederi. Schröders wohlriechendes Wasser. *Eau odorifère de Schroeder.*

Rec. Rad. Ireos Flor., Caryophyllor., Cubebar., Cinnamom. opt., Gran. Paradisi, Rad. Calam. arom. āā Unc. unam, Herb. Major. et Thymi, Fol. Lauri, Flor. Anthos et Rosar. rubr. āā, Man. unum, Flor. Lavend. Drachm. tres, Vini optim. Mens. tres. Macera per 3 dies et destilla. Destillato adduntur Moschi Scrup. semis, Zibethi Gran. sex. Misce.

AQUA IN DELIQUIIS Crül. ex Schroedero. Wasser wider die Ohnmacht. *Eau contre la Faiblesse.*

Rec. Aquae Rosar., Lavendul., Cinnamomi, Acet. Flor. Tunic. āā Unc. duas, Acet. Rosar. Unc. unam semis, Spirit. Rosar. Drachm. duas semis. Misce.

AQUA DENTIFRICIA. Zahn-Wasser. *Eau dentifrice Pierquin.*

Rec. Alcoholis Vini Unc. viginti, Spiritus Cinnamomi, Lavendulae et Citri, Aqua Carmelitarum āā Drachm. quinque. Misce.

AQUA DENTIFRICIA PRINCIPUM sec. Labor. Fürstliches Zahn-Wasser. *Eau dentifrice de Princes.*

Rec. Cinnamomi et Caryophyllorum āā Part. quadraginta, Spirit. Anisi P. ter mille et viginti. Post macerationem adde Spiritus Vini rectificati P. decies mille, Tinct. Ambrae P. tres, Tinct. Moschi P. viginti, Tinct. Menthae P. quinquaginta, Tinct. Cinnamomi et Vanigl., Olei Tartari per deliquium āā P. centum et sexaginta. Misce, sepone et liquori decanthato claro admisce Fol. Auri Partem octavam.

AQUA DESTILLATA. Destillirtes Wasser. *Eau distillée.*

Synon.: Aqua stillatitia seu destillata simplex, Aqua communis stillatitia, Hydrogenium oxydatum, Oxydum Hydrogenii, Oxydoides.

Rec. Aquae fontanae quantum vis.

Destilla ex vesica optime mundata duo Trientes, rejecta portiuncula primum prodeunte. — Apparatus coquinario-destillatorii Beindorfiani ope magna Aquae destillatae quantitas, ut parergon, in parandis Decoctis et Infusis, in evaporandis Extractis cet. obtinetur.

Sit limpida, inodora et insipida, neutra; addito argento nitrico vel baryta muriatica aut acido oxalico vel aqua calcis minime turbetur, aqua sulphurata non coloretur, et leni calore evaporata ne vestigia quidem salina aut terrea relinquat.

Usus: Medicinalis per se vix ullus, pharmaceuticus autem multiplex; ad solvendum, extrahendum, elixivandum, edulcorandum cet.; saepius etiam pro vehiculo inservit. (Conf. etiam I. 7).

AQUA DIATRION v. Aqua de Tribus et Mixtura simplex.

AQUA DIGERENS TIMAEI. Timäus Digestiv-Wasser. *Eau digestive de TIMAEUS.*

Rec. Flor. Chamom. Rom. et Sambuc., Hb. Menth. crisp. āā Man. duos, Rad. Calami Unc. quatuor, Rad. Foenicul. Unc. unam, Bacc. Lauri et Juniper. āā Unc. unam semis, Sem. Carvi et Cumini, Foenic. et Anisi āā Drachm. sex, Cort. Aurant. Unc. duas, Citri Unc. semis, Macid. Drachm. sex, Cinnamom., Rad. Galang. āā Unc. semis. Conc., cont. affunde Vini Malvatici ad quatuor digit. eminentiam. Digere per 3 dies, tunc destilla.

AQUA DISCUSSORIA VOGLERI. Voglers zertheilendes Wasser. *Eau discussive de VOGLER.*

Rec. Aquae font. Unc. viginti, Salis Ammoniaci puri Unc. semis, Spirit. Vini simpl. Unc. duas. Misce. — Alia formula: Rec. Aq. font. Unc. viginti, Salis commun. Unc. unam, Spirit. Vini Unc. duas. — Alia: Rec. Aq. font. Unc. decem, Nitri et Aluminis āā Drachm. duas. Misce et solve.

AQUA DIURETICA Pharm. Sardoae. Harntreibendes Wasser. *Eau diuretique.*

Rec. Rad. Armoraciae, Petroselini, Saxifragiae āā Libr. unam, Bacc. Juniperi Unc. sex, Succi Limonum, Aquae Ononidis āā Libr. tres. Post 24 horarum macerationem destillent in baln. Mariae. — PIERQUIN et CADET DE GASSICOURT praescribunt Succi Porri, Ceparum et Armoraciae āā Libr. duas, Succi Parietariae et Citri āā Libr. semis commisceri et destillari.

AQUA DIURETICA CAMPHORATA. Harntreibendes Wasser mit Kampher. *Eau diuretique camphrée Cadet de Gassicourt.*

Rec. Nitri depurati Unc. duas, Camphorae cum Alcoholis pauxillo tritae Drachm. unam. Trituratis simul adde pedetentim Aquae Unc. sedecim. — Vel: Rec. Nitri Unc. quatuor. Solve in Aquae Parietariae Libris duabus; adde Aceti destillati Unc. quatuor, Spirit. Vini Libr. semis, Camphorae Drachm. sex. Agitata diu filtra.

AQUA DIURETICA ex NUCLEIS Ph. Palat. et Helvet. Kern-Wasser. *Eau de Noyaux.*

Rec. Flor. Sambuci siccat. Unc. sex, Amygdalarum amararum, Nucl. Persicorum āā Unc. quatuor, Nucl. Cerasor. Unc. duas, Vini generosi Libr. octo. Grosso modo contusa digerantur per biduum, postea destillentur ad Dimidias.

AQUA DIVINA FERNELI v. Aq. phagedaenica.

AQUA DIVINA MIRABILIS PARISIENSIUM sec. SPIELMANNUM. Wunderbares Lebenswasser, Aquavit oder Liquör. *Eau divine miraculeuse.*

Rec. Spirit. Vini rectificati Unc. sexaginta quatuor, Quintar. Essentiarum (Olei) Citri et Bergamottae āā Drachm. unam, Aquae Naphae Unc. octo. Destilletur Spiritus et probe misceatur cum Sacchari Unc. triginta duabus, dissolutis in Aquae Unc. centum viginti octo. Filtretur per chartam emporeticam.

AQUA DRACUNCULI. Dragun-Wasser. *Eau d'Estragon.* — Ex Summitatibus florentibus uti Aqua Chamomillae (p. 56) paratur.

AQUA DYSENTERICA DORNCRELLI. Dornkrells Ruhr-Wasser. *Eau contre la Dysenterie de DORNCRELL.*

Rec. Rad. Bistortae, Symphyti, Torment. āā Unc. unam, Rad. Gentian. Drachm. duas, Pimpin. et Enulae āā Drachm. unam, Cort. Thuris et Citri āā Drachm. unam semis, Herb. Burs. Pastor., Pentaphylli, Millefolii, Anserinae, Absinth. Pont., Menth. crisp. āā Man. unum, Fl. Verbasci., Chamom. vulg. āā Man. unum, Rosar. Man. tres, Malv. arb. Man. unum, Summit. Anethi Drachm. duas, Sem. Coriandri, Papav. alb., Anisi, Carvi, Psyllii, Acetosae, Plantag., Endiviae, Lapath. acut. āā Unc. unam, Nuc. Moschat. Drachm. tres, Macid., Caryophyllor. āā Unc. unam, Succ. Acaciae German. Unc. unam, Aquae Fol. Quercus, Tormentillae, et Centumnodii āā Libr. tres, Aq. Equiseti, Rosar., Bursae Pastor. āā Libr. unam. Macera per aliquot dies, tunc destilla. In liquore elicito suspendi potest Lap. Haematitis Drachm. una, Terrae sigillat. et Cornu Cervi ust. alb. āā Drachm. duae. — Exemplum immensae farraginis.

AQUA seu BALSAMUM EMBRYONUM Ph. Wirtemb. Kinder-Wasser oder Balsam. *Eau contre l'Avortement.*

Rec. Nuc. Moschat. Unc. tres semis, Caryophyllorum, Cinnamomi, Rad. Zingiberis, Cubebarum, Granor. Paradisi, Rad. Zedoariae āā Unc. duas, Macidis Unc. semis, Rad. Galangae Drachm. tres, Croci orient. Drachm. duas, Flor. Tunicae et Tiliae āā Libr. unam, Flor. Lavendulae, Hb. Salviae, Sem. Carvi, Foeniculi āā Unc. tres, Hb. Menth. crisp., Rad. et Sem. Paeoniae, Visci querni āā Unc. duas, Medullae Panis Tritici a furno calentis Libr. duas. Inc. et cont. infundantur in Vini Malvatici Libr. decem, Aquae Borraginis et Buglossi āā Libr. quatuor, Aq. Lilior. convall. Libr. duabus et Unc. octo, Aq. Fragorum et Rosarum āā Unc. sedecim. Digerantur per triduum, postea destillentur lento igne ex vesica ad Dimidias.

AQUA seu BALSAMUM EMBRYONUM CORRECTIOR sive Elixir Vitae Mulierum Ph. Wirtemb., Palat., Helvet. et Disp. Brunsvic. Weiber-Aquavit.

Rec. Rad. Galangae et Zedoariae āā Unc. semis, Hb. Menthae et Melissae āā Unc. unam, Flor. Stoechad. Arabicae, Tunicae et Tiliae āā Drachm. quinque, Semin. Sileris montani, Foeniculi Cretici āā Unc. semis, Nuc. Moschat. Unc. unam, Cinnamom. Drachm. sex, Cort. Aurant. et Citri recent. āā Unc. unam semis. Inc. et cont. infundantur Vini albi Libr. decem. Post digestionem 24 horarum destillentur ad Dimidias. (Conf. et Aqua aromatica p. 46. et Aqua Vitae Mulierum.)

AQUA EMETICA seu STIBIATA, Aqua Tartari stibiati, Potio stibiata seu emetica antimoniata, Mixtura emetica. Brechwasser oder Brechmixtur. *Eau* ou *Potion emetique antimoinée.*

Rec. Tartari emetici Grana quatuor. Solve in Aquae destillatae Unc. tribus. Sic Pharm. Batava. — Ph. Hamburg. pr. paup. edit. prim. Tartari emetici in Aq. fontan. Unc. duabus cum dimidia solvi jubet et solutioni addi

Oxymellis squillitici Unc. semis. — AUGUSTINI formula in eo ab hac discrepat, quod Granorum quatuor loco tria tantum Tartari emetici Grana sumi jubet. — Ph. Borussica castrensis auct. RIMMERO praescribit Tartari emetici Grana tria in Aquae destillatae Unc. duabus solvi. — Ph. Gallica ad tria Tartari emetici Grana Aquae destillatae novem Uncias sumi proponit. — BORRIES ad Grana duo Tartari emetici duodecim Aquae Unc., et RATIER ad parandam AQUAM BENEDICTAM (*Eau bénite*) duo Tartari emetici Grana ad quatuor Aquae Uncias, vel sex Grana Tartari emetici ad octo Uncias Aquae praescribit. — SPIELMANNUS AD AQUAM STIBIATAM RICHARDI Tartari emetici Grana quatuor in Aquae Unc. sedecim solvi praescribit. — Plures adhuc sunt praescriptiones similes; certius autem et melius est, medicum ipsum compositionem quaesitam praescribere. (Conf. et Aq. benedicta ROULANDI et Vinum Antimonii HUXHAMI.)

AQUA EMMENAGOGA.

Rec. Salis amari Drachm. tres, Vitrioli Martis Gran. duodecim, Aquae purae Libr. duas. Misce et solve.

AQUA EMPYREUMATICA v. Aqua kreosotica (p. 72.).

AQUA ENDIVIAE seu INTYBI. Endivien-Wasser. *Eau d'Endive.* — Paratur uti Aqua Lactucae (p. 72.).

AQUA ENULAE. Alant-Wasser. *Eau d'Aunée.* — Paratur ex Radice uti Aqua Angelicae.

AQUA EPIDEMICA LONDINENSIS. Londoner Gift-Wasser. *Eau épidémique de Londres.*

Rec. Rad. Angelic., Torment., Gentian., Zedoar. et Liquirit., Herb. Chelidonii major., Anthos, Ruthae, Salviae, Artemis., Absinthii, Anagallid., Dracontiae, Scabiosae, Agrimoniae, Melissae, Scordii, Centaur. minoris, Cardui bened., Beton. et Rorellae āā Unc. unam. Macerata in Vini albi Libr. duodecim destillentur ad Dimidias. (Conf. et Aq. alexiteria p. 41.)

AQUA EPILEPTICA LANGII. Langs Gicht-Wasser. *Eau épileptique de LANGIUS.*

Rec. Flor. Liliorum convall. rec. Unc. sex, Flor. Lavend. Unc. unam, Flor. Anthos, Stoechadis Arab. et Tiliae āā Unc. semis, Cinnamomi Drachm. sex, Nuc. Moschat. Unc. semis, Piperis longi, Cubebar. āā Drachm. duas, Visci quercni, Rad. Paeoniae et Fraxinellae seu Dictamni nostratis āā Unc. semis. Macerentur in Vini generosi Libr. octo per triduum et destillentur ad Dimidias. — GRAVI formula ad AQUAM EPILEPTICAM seu PAEONIAE COMPOSITAM magis adhuc composita est. Constat ex Flor. Lilior. convall. Libra una, Tiliae Libr. semis, Paeoniae Unc. quatuor, Rad. Paeoniae Maris Unc. duabus semis, Rad. Dictamni albi, Aristoloch. long. āā Drachm. semis, Fol. Visci, Hb. Rutae āā Man. duabus, Sem. Paeoniae decorticati Drachm. decem, Sem. Rutae Drachm. quatuor semis, Castorei Russici, Cubebarum, Macidis āā Drachm. duabus, Cinnamomi Unc. unasemis, Flor. Anthos Pugill. sex, Flor. Stoechad. Arabic. et Lavendulae āā Pug. quatuor, Flor. Betonicae, Tunicae, Primulae Veris āā Pug. octo, Spirit. Vini simpl. Congiis duobus et semis et Succi Cerasorum nigrorum Libris quatuor. Ex hac miscella, addita sufficiente Aquae quantitate, destillari jubet Congios quatuor.

AQUA EPILEPTICA PUERORUM Ph. Helveticae. Gicht-Wasser für Kinder. *Eau épileptique pour les Enfans.*

Rec. Aquae Cerasorum nigrorum, Paeoniae, Primulae veris et Tiliae āā Unc. unam, Julepi Violarum Unc. semis, Pulveris epileptici MARCHIONIS Scrup. duos. Misce; detur ad vitrum.

AQUA PRO EPITHEMATE CORDIS NORIMBERG.

Rec. Flor. Rosar. rubrar. odoratar., Cort. Aurant. et Citri āā Unc. unam, Rad. Irid. flor. Drachm. tres, Lign. Santal. omn. āā Unc. duas, Aq. Rosar. Libr. quatuor, Vini odorati Libr. unam. semis, Aceti rosati Libr. unam. Inc., cont. destillent l. a.

AQUA EQUISETI. Schaftheu-Wasser. *Eau de Prêle des Champs.* — Uti Aqua Acetosae (p. 39.) paratur.

AQUAE ESSENTIALES BOERHAVII.

Rec. Plantam (vel Flores aut Folia ejus) quam volueris; accipiatur autem adulta, et in optimo vigore constituta, recens collecta matutino tempore, rore adhuc respersa; integra, non contusa; habeatur etiam furnus ex cupro vel stanno, aut etiam e lateribus exstructus, ita, ut non tantum alembicus ei commode imponi et agglutinari possit; verum etiam necesse est, ut ad altitudinem trium pollicum illi imponatur crater accommodus seu lamina proportionata, lata, pura. Ponatur Herba supra laminam, molliter et non compressa, et rostro applicetur excipulum; deinde furno bene clauso, introducatur per igniarium ad foculum furni pruna, una alterave, corusca, sine fumo; excitetur calor aequalis non major 85° FAHRENH. (23½° R.), conservandus tam diu, quam diu liquor aliquis destillat in recipientem; tum amota hac herba, nova in idem propositum; sic iterum tractari poterit successive, donec satis hujus Aquae fuerit paratum.

AQUA EUPHRASIAE. Augentrost-Wasser. *Eau d'Euphraisie.* — Paratur ex Herba florente recenti uti Aqua Cochleariae (p. 60.).

AQUA EXSICCANS v. Aqua vegeto-mineralis GOULARDI et Lotio adstringens.

AQUA FABARUM FLORUM seu FLORUM FABARUM. Bohnenblüthe-Wasser. *Eau de Fleurs de Feuves.* — Ex Floribus Viciae Fabae recentibus uti Aqua Florum Tiliae paratur.

AQUA FALCONERI v. Aqua aërata alcalina (p. 40.).

AQUA FARFARAE seu TUSSILAGINIS. Huflattig-Wasser. *Eau de Pas d'Ane.* — Ex Herba recenti vel Floribus recentibus uti Aqua Lactucae (p. 72.) paratur.

AQUA FARFARAE seu TUSSILAGINIS COMPOSITA BATEANA.

Rec. Hb. Farfar., Hyssopi āā Unc. octo, Flor. Farfar. Unc. viginti quatuor, Rad. Liquir. Unc. quatuor. Sem. Anisi Unc. tres, Uv. Pass. Libr.

unam, Cerevisiae fortis Libr. duodecim. Destilla sec. art.

AQUA FEBRIFUGA LEMERY. Lemery's Fieber-Wasser. *Eau antifebrile de LEMERY.*

Rec. Herb. cum Rad. Foeniculi, Herb. Absinth., Salviae, Rutae, Artemis., Anthos, Cent. min. aa Man. duos. Macera per triduum in Vini albi Libr. quatuor et destilla.

AQUA FEBRIFUGA MYNSICHTI.

Rec. Specier. febrif. MYNS., Herb. Centaur. min., Card. bened., Pentaphylli, Absinthii aa Unc. quatuor. Macerentur in Sero caprino et in arena destillentur ad tertium cohobium.

AQUAE FERMENTATIONE PARATAE. — Semper simili modo atque Aq. Centaurii minoris (p. 54.) obtinentur.

AQUA FERRATA sec. BORRIES et PIERQUIN. Eisen-Wasser. *Eau ferreuse.*

Rec. Baculorum Ferri rubigine affectorum Manip. unum. Superaffunde Aquae bullientis Unc. sedecim. Post horas 12 Aquam decanthá.

AQUA FERRI ACIDULA seu AËRATA v. Aqua chabyleata (p. 56.).

AQUA FERRI IODATI seu HYDRIODICI PIERQUINI. Jodeisen-Wasser. *Eau de Iodure de Fer.*

Rec. Ferri hydriodic. Unc. semis. Solve in Aquae purae Libr. duabus.

AQUA FERRUGINOSA. Eisenhaltiges Wasser. *Eau ferrugineuse* sec. Formulaire pharmaceutique des hopitaux militaires de France. — Solutio est Vitrioli Martis in Decuplo Aquae. (Conf. et Aqua Globuli [p. 68] et Liquor Tartari chalybeati).

AQUA FERRUGINOSA SALINA v. Aqua chalybeata (p. 56.).

AQUA FLAMMULAE. Brennkraut-Wasser. *Eau de Clematide.* — Ex Herba recenti Flammulae Jovis vel Clematidis silvestris uti Aqua Pulsatillae (p. 86.) paratur.

AQUA FLORUM sive DE BOUQUET. Blumen- oder Strauß-Wasser, Würz-Wasser. *Eau de Fleurs ou de Bouquet.*

Rec. Spiritus Vini Gallici rectificatissimi Libr unam semis, Ol. Anthos Drachm. semis, Ol. Limonum Drachm. unam, Ess. Violarum Drachm. unam, Aquae Rosar. Unc. octo. Misce. — Aliud praeceptum: Rec. Aquae sine Pari, Aq. Caryophyllor. aa Unc. duas, Aq. Naphae et Violarum aa Unc. unam, Aq. Lavend. Unc. duas, Aq. Rosar. Unc. quatuor, Aq. Bergamottae et Nuc. Moschat. aa Unc. unam. Misce. — Sec. HENRY et GUIBOURT Aquae Mellis odoriferae Unc. duae, Spirit. Caryoph. Unc. una, Spir. Calami arom., Lavend. et Cyperi longi aa Unc. semis, Aquae sine Pari Unc. quatuor, Spirit. Jasmini Drachm. novem, Spirit. Irid. flor. Unc. una et Neroli Guttae viginti commiscentur.

AQUA FLORUM AURANTIORUM v. Aqua Naphae (p. 80.).

AQUA FLORUM OMNIUM. Allerlei Blumen-Wasser. *Eau de Mille-Fleurs.*

Rec. Stercoris vaccini recentis in pratis florentibus mense Majo vel Junio collecti quantum placet. Includatur sacco lineo et cum Triplo Aquae fontanae leni igne destilletur, atque ex quaque Libra Stercoris Libra una semis Aquae eliciatur. — Olim absurde ut antarthriticum, anticolicum, lithontripticum, diureticum et externe ut cosmeticum laudabatur. — GRAY proponit Stercus in Aqua frigida macerari et in obstructione ut tonicum et aperiens pro potu adhiberi. — Quondam Lotium Vaccarum recens etiam hoc nomine intelligebatur.

AQUA FLORUM OMNIUM SPIRITUOSA. Geistiges Tausend-Blumen-Wasser oder Liqueur. *Eau de Mille-Fleurs spiritueuse.* — Paratur destillando Spiritus Vini Gallici Partes duodecim supra Stercoris vaccini recentis ex prato florente collecti Partem unam, admiscendo Destillato obtento Sacchari albi Part. quinque, in Aquae Part. octo solutas.

AQUA FOENICULI. Fenchel-Wasser. *Eau de Fenouil.*

Ex Seminibus Foeniculi contusis uti Aqua Cinnamomi (p. 59.) paratur. Ex una Seminis Parte destillando eliciantur Partes viginti. Oleum aethereum innatans auferatur. — Liquor subturbidus, postremo limpidus, odore et sapore forti, grate foeniculino. — Solutio est Olei Foeniculi in Aqua. — *Vis:* Seminis.

Aqua vetusta, parum odora vel odore alieno empyreumatico, rejiciatur.

Usus: Interne per se, et mixturis admiscetur.

Parari quoque potest ex Herba recenti florente cum Seminibus uti Aqua Cochleariae (p 60.), praecavendo autem empyreuma. — Plures Pharmacopoeae minorem Aquae quantitatem abstrahi jubent; quod inutile. Obtinetur enim non Aqua Olei praegnantior; major autem Olei aetherei quantitas secernitur. — Ph. Bavarica etiam ex tempore parari proponit, Elaeosacchari Foeniculi Partem unam in Aquae Part. triginta duabus solvi jubens. — Ph. militaris Danica praescribit Olei Foeniculi Guttas quatuor cum Sacchari Drachm. una conteri et in Aquae Unc. quatuor solvi.

AQUA FOENICULI LACTICINOSA Ph. Hispanicae. Milchiges Fenchelwasser. *Eau de Fenouil lacteuse.*

Rec. Sem. Foeniculi cont. Libr. tres, Aquae Libr. sex, Spirit. Vini rectificatissimi Unc. quatuor. Digere per biduum et destilla balneo aquoso ad Libr. tres. — Liquor lacteus odore et sapore fortissimo foeniculino. Tempore autem facile acescit.

AQUA FOETIDA seu ANTIHYSTERICA Pragensium. Stinkendes, antihysterisches Wasser. *Eau fétide.*

Rec. Asae foetid. Unc. tres, Galbani Unc. unam, Castorei Unc. duas semis, Sem. Paeoniae, Herb. Serpylli, Menthae, Melissae, Matricar., Artemis., Salv., Rutae, Thymi āā Manip. duos, Flor. Sambuc., Anthos, Lavend., Tiliae, Tunicae, Liliorum convall., Paralyseos, Paeoniae āā Man. tres, Rad. Paeoniae, Galang., Levistici āā Drachm. sex, Macid., Cinnamomi, Cubebar., Rad. Zedoar., Myrrhae, Nuc. Moschatae āā Drachm. duas, Sem. Sileris montani Unc. unam, Vini Mens. sex, Cremati (Spirit. Vini) Libr. tres, Aq. Matricariae Libr. quatuor. Misc., destillet ex balneo Mariae; servetur usui. — Spielmanni formula emendata: Rec. Rad. Paeoniae Unc. semis, Dictamni albi Drachm. duas, Levistici Unc. semis, Zedoar. Drachm. tres, Herb. Matricar., Artemis., Menth. āā Man. unum, Hb. Rutae Man. duos, Flor. Chamomillae, Sambuci, Anthos, Lil. convall., Primulae Veris āā Pug. duos, Sem. Paeoniae, Sileris montani āā Unc. semis, Cinnamomi Drachm. tres, Rad. Galang. min. Unc. tres, Cubebar., Macid. āā Drachm. duas, Galbani, Asae foetidae āā Unc. tres, Myrrhae Unc. semis, Castorei Moscovitici Unc. duas, Vini albi generosi Unc. centum et viginti, Aq. Matricariae Unc. viginti quatuor. Destillentur lege artis. — Aliarum Pharmacopoearum formulae hinc inde singulis partibus discrepant, in capite rei autem cum his congruunt.

AQUA FOETIDA Augustini.

Rec. Galbani Unc. unam semis, Asae foetid. Drachm. sex, Rad. Valer. min. Unc. unam, Angel. Unc. semis, Zedoar. Drachm. tres, Sem. Cumini Unc. semis, Myrrhae Drachm. sex, Hb. Menth. crisp. Unc. unam, Menth. pip., Serpylli āā Unc. semis, Flor. Chamom. Rom. Unc. duas. Infunde Aq. fontan. Libr. quinque, Spir. Vini Libr. unam. Digere et destilla Libr. tres.

AQUA FOETIDA seu ANTIHYSTERICA Pharm. Borussicae (loco Aquae foetidae Pragensium).

Rec. Galbani Unc. unam, Asae foetidae Unc. unam semis, Myrrhae Drachm. sex, Rad. Valerianae, Zedoariae āā Unc. duas, Angelicae Unc. semis, Hb. Menthae pip. Unc. unam semis, Serpylli, Flor. Chamomillae Romanae, Sem. Cumini, Castorei Canadensis āā Unc. unam. Conc. et cont. affunde Spirit. Vini rectificatissimi Libr. unam semis. Stent per 24 horas; tum adde Aquae fontanae quantum satis, ut destillando abstrahantur Libr. tres. — Liquor turbidus, odore forti graveolente, et sapore ingrato aromatico-balsamico. — *Vis:* ex nomine patet. *Usus:* Vel per se internus, vel in mixturis, quibus etiam admiscetur.

AQUA FOETIDA Steimichi.

Rec. Asae foetid., Galbani āā Unc. tres, Hb. Menth. pip., Rutae, Sabinae āā Unc. semis, Castorei Drachm. tres. Conc., cont. infunde Spirit. Vini optimi Libr. tres, Aq. fontan. Libr. unam semis. Destillentur ad Dimidium.

AQUA FOETIDA Ph. Saxonicae.

Rec. Galbani, Asae foetid., Castorei Russici, Rad. Valerianae āā Unc. tres, Myrrhae, Camphorae, Rad. Galang. min., Cubebar., Cort. Cascarillae, Flor. Cassiae, Sambuci, Anthos āā Unc. semis, Flor. Chamom. vulgaris, Hb. Menth. crisp, Rutae, Millefolii āā Unc. unam, Aquae Unc. ducentas. Post sufficientem macerationem destillentur Unc. circiter centum et quadraginta quatuor.

AQUA FOETIDA seu HYSTERICA Pharm. Austriaco-provincialis v. Aqua hysterica (p. 71.).

AQUA AD FOETOREM ORIS de Spina. Wasser gegen stinkenden Mund. *Eau contre la mauvaise Odeur de la Bouche.*

Rec. Benzoës Drachm. tres, Styrac. cal. Drachm. tres semis, Lign. Santal. citr. Drachm. duas, Rhodii Drachm. duas semis, Rad. Calami arom. Scrup. semis, Caryophyllor. Scrup. unum, Aq. Rosarum Libr. unam. M., destilla Aquam et adde Moschi Gran. tria; pro Gargarismate.

AQUA FORMICARUM Ph. Bateanae. Ameisen-Wasser. *Eau de Fourmis.*

Rec. Formicar. major. Libr. unam, Mellis Libr. duas, Hydropeg. Libr. unam. Destilla sec. artem.

AQUA FORTIS v. Acidum Nitri (p. 21.).

AQUA FORTIS ALUMINATA Bateana. — Nihil aliud est nisi Aqua Fortis. Addebatur enim Nitro praeter Vitriolum Martis etiam Alumen ustum, ex qua miscella Acidum destillando obtinebatur.

AQUA FORTIS COMPOSITA et Dyeri v. Aqua Regis (p. 87.).

†AQUA FORTIS MERCURIALIS Plenckii seu Aqua contra Cariem. Plencks quecksilberhaltiges Scheide-Wasser. *Eau Forte mercurielle de Plenck.*

Rec. Aquae Calcis vivae Unc. duas, Mercurii, in pari sui Ponderis Parte Aquae Fortis dissoluti, Drachm. unam. Misceantur.

AQUA FRAGARIAE. Erdbeerkraut-Wasser. *Eau de Fraisier.* — Paratur uti Aq. Melissae.

AQUA FRAGORUM. Erdbeer-Wasser. *Eau de Fraises.* — Paratur uti Aqua Rubi idaei (p. 88.).

AQUA FUMARIAE. Erdrauch-Wasser. *Eau de Fumiterre.* — Ex Herba florente uti Aqua Acaciarum (p. 39.) paratur.

AQUA GALEGAE. Geisrauten-Wasser. *Eau de Galega.* — Pari modo paratur.

AQUA AD GANGRAENAM v. Aqua mercurialis (p. 77.).

AQUA GASEOSA v. Aqua aërata (p. 39).

AQUA GELATINOSA v. Haustus Collae animalis.

AQUA GENERALIS Ph. Parisiensis. Allgemeines oder Allerlei-Wasser. *Eau générale.*

Rec. Sem. Coriandr., Carvi, Sesel., Cumin., Anis, Foenic., Aneth. āā Unc. unam semis,

Rad. Paeon. Mar., Valerian. silv., Calang. min., Zedoar., Mei, Spicae Nard., Angel. Bohem., Anthorae, Carlin., Contrajerv., Viperin., Gentian., Imperator., Vincetoxic., Helen., Irid. flor., Ari, Acor. ver., Zingib., Rub. tinct., Curcum., Filic. major., Cyclam., Bryon., Aristolochiar. trium, Fraxinell., Pentaphyll., Caryophyllat., Raphan. rustic., Trifol. fibr., Foenic., Calcitrap., Pimpinell., Saxifrag., Chelidon. utriusque, Scrophular., Cynogloss. et Asari, Fol. Betonic., Chamaedryos, Chamaepyth., Majoran., Meliss., Ocym., Origan., Puleg, Polii mont., Rorismar, Serpyll., Thym., Hyssop., Salv. min., Saturejae, Mari, Scordii, Marrub. alb., Veron., Menth. hort., Fumar., Absinth. Pont. et minor., Bellid. major. et minor., Tanacet., Matricar., Nepet., Dictamn. Cretic., Abrotan., Centaur. min., Chaerophyll., Virgaureae, Hyperic., Cochlear., Beccabung., Nasturt., Trifol. fibr., Sisymbr. aa Unc. unam, Flor. Rorismar., Betonic., Lavendul., Lilior. convall., Primul. Ver., Stoechad., Rosar. rubr., Tiliae, Tunic., Sambuc., Aurant., Calendul., Genist., Cheiri, Chamaemel. Roman., Croci aa Drachm. tres, Bacc. Laur. et Junip., Piper. long. et rotund. aa Unc. unam semis, Cubebar, Macid., Nuc. Moschat., Caryophyll; Cardamom., Cort. Citr., Aurant. aa Unc. tres, Lign. Aloës, Cedrin., Sassafras, Santal. citr., Rhodii, Visci querni aa Unc. duas, Cascarill. Unc. quatuor, Gum. Carann., Myrrh., Tacamahac., Benzoës, Styrac. Calamit., Aloës, Carabe aa Unc. semis, Castor. Drachm. duas, Opii Thebaic. Unc. unam. Radices et Folia debito tempore lecta exsiccentur, exceptis foliis antiscorbuticis, quae recentia sumenda sunt; Flores vero recentes collecti in Spiritu Vini serventur ad tempus destillationis. Tum incis. et contus. affunde pro una quaque Libra, Spirit. Vini rectificat. Libr. quatuor. Fiat maceratio per vices, tum et destillatio sec. artem balneo Maris. Mixtio amens!

AQUA GENTIANAE COMPOSITA. Zusammengesetztes Enzian-Wasser. *Eau de Gentiane composée.*

Rec. Rad. Gentianae Libr. unam semis, Fol. Centaur. minor., Flor ejusdem aa Unc. quatuor, Alcoholis Vini Libr. sex et Aquae quantum satis, ut destillando abstrahi possit Congius unus.

AQUA AD GINGIVAS PARISIENSIUM CORRECTA. Zahn-Wasser. *Eau pour les Gencives.*

Rec. Aluminis rupei Unc. semis. Solve in Aquae bullientis Unc. triginta, refrigeratae solutioni adde, Olei Cinnamomi Gutt. sex, Ol. Caryophyll. Gutt. duas, Ol. Citri Gutt. decem; dissoluta in Spirit. Vini rectificati Unciis sex et Aquae Naphae Unc. una filtra (v. et Collutorium adstringens seu aluminosum).

AQUA GLOBULI seu GLOBULORUM MARTIALIUM. Stahlkugeln-Wasser. *Eau de Boule.* — Solutio est Tartari chalybeati Drachm. duarum in Aquae bullientis Libris duabus.

AQUA AD GONORRHOEAM HOFFMANNI. v. Aq. balsamica ad Gonorrhoeam (p. 48.).

AQUA GOULARDI v. Aqua vegeto-mineralis GOULARDI (p. 94.).

AQUA GRAMINIS. Quecken-Wasser. *Eau de Chiendent.*

Rec. Herb. Graminis recentis Libr. unam, Aquae communis Libr. decem. Destillent Libr. sex. — AQUA GRAMINIS FERMENTATIONE PARATA. — Ex Radicibus recentibus uti Aqua Centaurii minor. (p. 54.) obtinetur.

AQUA GRISEA Pharm. Wirtembergicae, Aqua ad Synoviam. Graues Wasser. *Eau grise.*

Rec. Mercurii vivi, Aquae Fortis aa Unc. unam. Reponantur in locum calidum, ut solvatur Mercurius; solutioni adde Decoctum sequens. Rec. Rad. Chelidonii majoris, Aristoloch. long., Hb. Rutae hort., Scordii, Flor. Rosarum aa Unc. unam. Coq. in Aq. fontan. Libris novem, ut post. colaturam remaneant Libr. octo. Misceantur calide et statim abibunt in mixturam grisei coloris. — Formula ad parandam AQUAM GRISEAM GOHLII sec. SPIELMANNUM eo solummodo discrepat, quod Solutionem mercurialem descriptam cum Libris octo Decocti ex Rad. Chelidonii Unc. semis, Herb. ejusdem, Solani, Aristoloch., Flor. Rosarum pallid. aa Man. uno et Aquae Unc. centum et viginti misceri proponit. — PIDERIT monet, Solutionis mercurialis descriptae Unciam semis, Succi Chelidonii majoris, vel in ejus defectu Decocti Radic. Aristolochiae rotundae Unc. sex admisceri.

AQUA GUMMOSA v. Solutio mucilaginosa.

AQUA GUTTURALIS ex SCHROEDERO. Hals-Wasser. *Eau gutturale.*

Rec. Fol. Pyri silv., Hb. Apii, Sanicul., Convolvuli major., Scordii, Pentaphylli, Aristoloch. aa Man. duos, Perfol. totius Unc. duas, Albi graeci Unc. tres, Cerevisiae acidae Libr. decem. Post 3 hebdomadum fermentationem destilla sec. artem. — Vix unquam productum hoc fastidiosum adhibebatur.

AQUA HEDERAE TERRESTRIS. Gundelreben-Wasser. *Eau de Lierre terrestre.* — Ex Hb. recenti uti Aqua Chamomillae (p. 56.) paratur.

AQUA HELENII v. Aqua Enulae (p. 65.).

AQUA CONTRA HEMICRANIAM. Wasser oder Spiritus gegen einseitigen Kopfschmerz. *Eau contre l'Hemicranie.*

Rec. Spirit. Sal. Ammon. caustici Unc. quatuor, Alcoh. Vini Libr. unam, Camphorae Unc. duas, Ol. Anisi Unc. semis. — Ad inhalationem inservit et externe applicatur.

AQUA HEPATICA, Aqua hydrosulphurata seu hydrothionica, Acidum hydrosulphuratum seu hydrothionicum liquidum, Liquor extemporaneus. Schwefel-Wasser, Schwefelleber-Luft-Wasser, hydrothionsaures Wasser, wässerige flüssige Hydrothionsäure. *Eau hépatique ou hydrosulphurée, Acide hydrosulphurique ou hydrothionique liquide.*

Rec. Ferri sulphurati grosso modo pulverati Unc. semis. Immitte in lagenam et superaffunde Spiritus Vitrioli Uncias quatuor; adaptatato statim tubulo Woulfiano, introducatur Gas in lagenam altam, ad minimum Libr. duarum Aquae capacem, et Aqua destillata frigida, ad $^3/_4$ voluminis repletam, ope tubuli ad fundum usque submersi, donec Gase saturata sit. Parari quoque potest uti Acidum Salis (p. 25.). Servetur in lagenulis bene obturatis, loco frigido. — Liquor limpidus, odore penetrante nauseoso-hepatico, uti et sapore, simul dulciuseulo-sulphuroso. — Solutio est Acidi hydrothionici in Aqua. Metalla nociva uti et arsenicum ex solutione plerumque cum colore peculiari praecipitat; aëris aditu facile decomponitur, odorem perdit et Lac sulphuris deponit. — *Vis:* desoxydans, antirheumatica, antipsorica, antidotum quoque egregium est contra venena metallica et arsenicica. — *Usus:* Interne Aqua diluta, si quis veneno infectus est, sumitur; externe pro lotione et balneis. Tanquam reagens quoque gravissimum inservit. — Aqua parum odora vel salibus cet. adulterata rejiciatur.— Pharm. Borussica Ferri sulphurati loco Calcariam sulphuratam (Hepar Sulphuris calcareum) sumi praescribit.

AQUA HEPATICA seu hydrosulphurata cet. artificialis pro balneis. Künstliches Schwefel-Wasser zum Baden. *Eau hepatique ou hydrosulphurée pour les Bains.*

Rec. Hepatis Sulphuris calcarei, Cretae albae ana Unc. tres. Pulverata immitte in Solium Aquae fontanae. Mensuras ducentas circiter continens et adde per vices, Aquam semper agitans, Olei Vitrioli Anglici Uncias quinque.

AQUA HEPATICA ACIDULA v. Liquor Vini probatorius Hahnemanni.

AQUA HEPATICA Th. Hoffmanni. Hoffmanns Wasser gegen Leberflecken. *Eau hépatique de Hoffmann.*

Rec. Fol. Vitis rec., Herb. Endiv., Acetosellae ana Man. tres, Succ. Cichorii Unc. tres semis, Succ. Lactucae Unc. tres, Succ. Melonum, Cucumeris et Cucurbit. ana Libr. unam semis, Bacc. Fragor. Libr. unam. Destilla cum sufficiente quantitate Roris majalis, addito pauxillo Salis.

AQUA HEPATICAE NOBILIS Ph. Gallicae. Edelleberkraut-Wasser. *Eau d'Hépatique noble.* — Uti Aqua Fumariae paratur.

AQUA DE HERBIS VULNERARIIS QUAS DICEBANT. Wundkräuter-Wasser. *Eau d'Herbes dites vulneraires.*

Rec. Specierum vulnerariarum Part. unam, Aquae fontanae Part. decem. Destillent Part quatuor.

AQUA HERMETICA v. Aqua mercurialis simplex (p. 79.).

AQUA AD HERNIAM ex Schroedero. Bruch-Wasser. *Eau herniaire.*

Rec. Herb Perfoliatae, Herniariae, Saniculae, Centumnodii ana Man. duos, Rad. Symphyti, Tormentill. ana Unc. unam semis. Infunde Spirit. Vini Gallici et Aquae fontanae ana Libr. tres Post 4 dierum digestionem destilla.

AQUA HERPETICA Batemani. Wasser gegen Flechten. *Eau contre l'Herpe.*

Rec. Alumin. crud. Unc. unam, Vitriol. alb. Unc. duas, Acet. opt. Libr. unam, Rad. Enul. rec. Unc. duas, Herb. rec. Nicot. Man. unum. Coque ad consumpt. tertiae Partis; colat. adde Vitrioli calcinat. Unc. semis.

AQUA HIRUNDINARIAE RADICUM. Schwalbenwurz-Wasser. *Eau de Dompte-venin.* — Ex Radice recenti uti Aqua Calami (p. 50) paratur.

AQUA HIRUNDINUM. Schwalben-Wasser. *Eau d'Hirondelles.*

Rec. Pullorum Hirundinum quant. vis. Suffocentur in Lacte ovillo, deinde contundantur in levem pultem, vel saltem frusta minora; digerantur simul in fimo equino per aliquot dies, donec levem putredinis notam ineant; postea destillentur in baln. Mariae ad siccitatem. — Productum quam maxime ineptum, fastidiosum.

AQUA HIRUNDINUM CUM CASTOREO. Schwalben-Wasser mit Bibergeil. *Eau d'Hirondelles avec du Castoreum.*

Rec. Pullos Hirundinum vivos in partes dissectos N°. quadraginta, Hb. Rutae hortens. recent. Unc. duas, Castorei orientalis veri Unc. unam, Vini albi Libr. octo. Misceantur et statim e vesica destillentur ad Dimidias. — Ph. Palatina tres solummodo Vini Libras, et Herb. Rutae Man. duos praescribit, et ex balneo Mariae destillari jubet; ceterum cum hac praeceptione congruit.

AQUA HIRUNDINUM SINE CASTOREO. Schwalben-Wasser ohne Bibergeil. *Eau d'Hirondelles sans Castoreum.*

Rec. Pullos Hirundinum dissectos N°. triginta, Visci querni, Rad. Paeoniae ana Unc. unam semis, Sem. ejusdem Unc. unam, Flor. Sambuci Unc. unam semis, Aquae font. Libr. decem. Misceantur, destillentur ad Dimidias.

AQUA HORMINI COMPOSITA v. Aqua Salviae composita (p. 88.).

AQUA HUNGARICA seu REGINAE HUNGARICAE Pharm. Wirtemberg. et Hannover., Aqua seu Spiritus Anthos sive Rorismarini compositus, Alcohol Anthos compositus. Ungarisch Wasser, zusammengesetzter Rosmaringeist. *Eau de la Reine, Esprit de Romarin composée.*

Rec. Herb. cum Floribus Anthos una collectorum Libr. quatuor, Hb. et Flor. Salviae Libr. semis, Rad. Zingiberis Unc. duas. Parum incisa infundantur Spiritus Vini rectificati Libr. duodecim, Aquae fontanae Libr. duabus, et destillatione ex vesica leni igne Libr. undecim eliciantur. — Si Spiritus prolectus denuo cohobetur de novis floribus, odoratui magis probabitur. — Liquor spirituosus, grato-aromaticus. — *Vis:* excitans, confortativa. Convenit cum Aqua Carmeli-

tarum (p. 62.). — Spielmannus suadet solummodo Ramorum Rorismarini cum Herb. et Floribus Unc. quadraginta octo cum Spiritus Vini Unc. centum quatuor et quadraginta destillari, usque dum phlegma apparuerit. — Ph. Helveticae formula cum hac congruit. — Ph. Danica praescribit Flor. Anthos Libr. unam et Lavend. Unc. quatuor cum Spirit. Vini Gallici Libr. sex, ad Dimidias destillari. — Rennie, Swediauri et van Mons formulae in capite rei cum hac congruunt. — Ph. Ferrariensis praescribit Herb. Anthos Libr. duas, Salviae Unc. tres et Thymi Unc. sex cum Spiritus Vini rectificati Libr. sedecim in balneo Mariae destillari. (Conf. et Spirit. Anthos et aromaticus.)

AQUA Hussoni seu AQUA MEDICINALIS Hussoni. Hussons Wasser. *Eau de Husson.* — Cum Vino Colchici congruit. — Joan Moorus Vinum Hellebori albi esse dicit et Reece Tincturam Gratiolae esse contendit.

AQUA HYDRARGYRI MURIATICI CORROSIVI CUM OPIO v. Aqua ophthalmica Conradi (p. 82).

† AQUA HYDROCYANICA VEGETABILIS Schraderi. Vegetabilisches blausäurehaltiges Wasser. *Eau hydrocyanique végétale.*

Rec. Olei aetherei Amygdalarum amararum Drachm. unam. Solve in Spiritus Vini rectificatissimi Unc. una semis, admisce Aquae destillatae Unc. sedecim et dimidiam. Serva in vitris parvis optime obturatis. — *Vis:* et *Usus:* Aquae Amygdalarum amararum (p. 42.) et Lauro-Cerasi (p. 72.). — Ph. Gallica ex edit. Fée praescribit Olei aetherei Amygdalarum amararum et Alcoholis Vini āā Drachm. unam cum Aquae Unciis novem commisceri. — Nomine ACIDI HYDROCYANICI seu BORUSSICI VEGETABILIS Schraderi, Vegetabilische Blausäure, *Acide hydrocyanique végétale*, solutio Olei Amygdalarum amarar. aetherei Drachmae unius in Alcoholis Vini p. sp. 0,815 et Aquae destillatae āā Drachmis novem intelligitur. (Hae formulae etiam cum Aqua Phyllidis [p. 85.] congruunt.)

AQUA HYDROPICA de Spina. Spina's Wasser gegen Wassersucht. *Eau hydropique de Spina.*

Rec. Summit. Ebuli, Genistae, Sambuci āā Man. quatuor, Rad. Gentian. Unc. unam semis, Liquir. Drachm. sex, Cort. inter. Sambuc., Betulae, Alni āā Unc. semis, Bacc. Lauri Unc. unam, Junip. Unc. unam semis. Inc., cont. destillent in Vino tertia vice in arena.

AQUA HYDROPIPERIS. Wasserpfeffer-Wasser. *Eau de Persicaire poivrée.* — Paratur ex Herba recenti uti Aqua Pulsatillae, excluso omni aëre (p. 86). Statim Aqua prolicita acerrima in vasis optime clausis asservanda. — *Vis:* et *Usus:* Herb. — Aqua acrimonia egens rejiciatur.

AQUA HYDROSULPHURATA seu hydrothionica et hydrosulphurata acidula v. Aqua hepatica et Liq. Vin. probat. Hahnemanni.

AQUA HYPNOTICA Weickardi. Weickards schlafmachendes Wasser. *Eau hypnotique de Weickard.*

Rec. Opii rec. Unc. unam, Sem. Hyoscyami Unc. semis, Sem. Lolii, Papav. āā Drachm. tres, Cort. Mandragor. Drachm. duas, Croci or. Drachm. unam, Nuc. Moschat., Cal. Moschat. āā Drachm. semis. Cont. affunde Vini generosi ad supereminent., macera in sole per 3 dies, postea destilla.

AQUA HYSSOPI. Isop-Wasser. *Eau d'Hyssope.* — Paratur uti Aqua Melissae.

AQUA HYSTERICA. Mutter-Wasser. *Eau hysterique.*

Rec. Rad. Paeon., Zedoar., Levist., Imperator. āā Unc. unam, Hb. Meliss., Matricar., Menth., Flor. Chamom. Roman. āā Unc. unam semis, Sem. Carvi, Sileris montani, Foeniculi, Cort. Citri exterioris āā Unc. unam. Inc. et cont. infundantur Spirit. Vini rectificati Libra dimidia, Aquae fontan. Libris septem. Digesta per biduum, destillentur lento igne ex vesica, donec Libr. quatuor liquoris habeas.

AQUA HYSTERICA OFFICINALIS Dispens. Brandenburgici.

Rec. Rad. Paeoniae Unc. unam semis, Angel., Bryon., Levistici, Mei āā Unc. semis, Hb. Matric., Meliss., Mercurial., Rutae, Salviae āā Man. unum, Flor. Anthos, Melissae āā Man. semis, Sem. Agni casti, Carvi, Cumini, Dauci, Meliss. āā Drachm. unam semis, Sem. Pastinacae sylvestr., Sileris montan. āā Drachm. tres, Cassiae ligneae Unc. semis, Rad. Galang. Drachm. unam semis, Macid., Nuc. Moschat., Rad. Zedoar. āā Drachm. tres, Castorei, Visci querni āā Unc. unam. Conc. et cont. infundantur Vini Rhenani Libr. quatuor, Aquae Matricar., Melissae, Pulegii, Rutae āā Libr. una. Stent in digestione loco calido, vase clauso, per dies septem, postea Maris balneo destillentur ad siccitatem. — Ph. Palatinae formula: Rec. Succ. depurati Hb. Matricariae et Mercurialis āā Libr. unam, Nuc. Moschat., Cinnamomi, Ligni Aloës, Macid. āā Unc. semis, Flor Anthos, Salviae āā Manip. unum, Castorei optimi Drachm. sex, Faeculae Bryoniae Unc. semis. Digerantur per 3 dies, postea per balneum vaporosum ferventissimum destillentur. — Van Mons formula: Rec. Castorei, Myrrhae āā Drachm. tres, Croci Drachm. unam, Cort. exter. rec. Citri, Hb. recent. Artemis., Basilici, Catariae, Matricar., Pulegii, Rutae et Sabinae āā Unc. unam, Spirit. Vini Unc. sexaginta quatuor. Infunde successive Crocum, Castoreum et Myrrham Spirit. Vini Unciis sex, filtra; destilla residuum et reliquae substantiae cum remanente Spiritu et Aquae Libris octo, donec Unc. sexaginta quatuor prodierint, quibus additur tinctura obtenta. — Ejusdem formula AD AQUAM HYSTERICAM REFORMATAM. Rec. Cort. exter. recent. Citri Part. unam, Hb. Melissae, Flor. Chamom. Romanae āā Part. duas, Semin. Cumini Part. tres, Rad Angelicae Part. quatuor, Spirit. Vini Part. duodecim et Aquae fontan. Part. centum quadraginta quatuor. Destillent Part. quadraginta octo. — AQUA HY-

STERICA Grati. Rec. Tincturae Valerian. Unc. semis, Ol. Pulegii Gutt. duodecim, Ol. Rutae Gutt. tres, Spirit. Vini rectificati et Aquae fontanae ana Libr. unam. Misce.

AQUA HYSTERICA FOETIDA Ph. Austriaco-provincialis.

Rec. Galbani, Asae foetid. ana Unc. duas, Opopanac., Myrrhae ana Unc. unam semis, Castorei, Rad. Levistici, Galangae, Paeoniae, Dictamni albi, Zedoar. ana Drachm. sex, Sem. Cumin., Macid., Hb. Matricar., Melissae, Menth. ana Unc. semis, Rutae Unc. duas. Inc., cont. infunde Spirit. Vini Libr. duas, Aq. fontan. Libr. decem. Destillent Libr. sex.

Pharm. pristinae plures etiam formulas ad parandas varias Aquas hystericas, continent, quae autem nunquam hodie desiderantur. (Conf. et Aqua foetida, Spiritus hystericus et Tinctura hysterica.)

AQUA JACEAE. Freisamkraut-Wasser. *Eau de Pensées*. — Ex Planta florente recenti cum Radice, uti Aqua Chamomillae (p.56.) obtinetur.

AQUA Javelli, Aqua seu Liquor Kali chlorati *sive* chlorosi. Javellisches Wasser, kalihaltige Bleichflüssigkeit, flüssiges Chlorkali oder vielmehr chlorichtsaures Kali. *Eau de Javelle, Chlorure* ou *Chlorite de Potasse liquide*.— Obtinetur pari modo atque Aqua Chlori (p. 57.). Introducitur autem Gas Chlori lente in Solutionem frigidam Cineris clavellati depurati, ex una Salis Parte et decem Aquae facta, ad saturationem usque. Pariter loco umbroso asservanda. — Liquor limpidus, odore debili Chlori et sapore nauseoso-corrugante, alcalino; colores organicos destruens, praecipue acidorum ope. — Solutio est Kali chlorosi et Salis digestivi in Aqua. — *Vis*: et *Usus*: Aquae Chlori et Calcariae chlorosae. — Aqua sapore pure salso, facultate colores destruente egena rejiciatur.

AQUA IMMORTALIS v. Aqua carminativa ex sex Seminibus (p. 53.).

AQUA IMPERATORIAE seu OSTRUTII RADICIS. Meisterwurz-Wasser. *Eau d'Imperatoire*. — Uti Aqua Calami paratur.

AQUA IMPERIALIS CORRECTA ex Schroedero. Verbessertes Kaiser Wasser. *Eau imperiale*.

Rec. Flaved. Cort. Aurant. et Citri, Nuc. Moschat., Caryophyll., Rad. Zinziber. ana Unc. unam, Cinnamom. Unc. duas, Rad. Cyperi, Ireos flor., Anagallid., Calam. arom, Zedoar. ana Unc. unam, Bacc. Juniper. Unc. duas, Fol. Lauri, Hb. Hyssopi, Melissae, Salv., Thymi, Sem. Basilici et Majoran. ana Unc. unam semis, Flor. Rosar. Libr. semis, Flor. Lavend., Anthos, Angelicae, Tunicae, Sambuci ana Libr. unam. Conc., cont. et Flor. Rosar. obvolutis affunde in vase vitreo Aquae Rosar. et Vini optimi ana quant. satis ad eminent. 5 digitorum. Post 8 dierum digestionem in cineribus destilla lenissimo calore, dum suspendatur in alembico Moschi Scrup. unus.

AQUA INTYBI = Aqua Endiviae.

AQUA IODATA seu MINERALIS IODATA Lugoli N° 1. Lugols Jod-Wasser No. 1. *Eau Iodate de Lugol No. 1.*

Rec. Iodi Gran. tres quadrantes, Kalii iodati Gran. unum semis, Aquae dest. Unc. octo. Misce et solve.

AQUA IODATA Lugoli N° 2. — Solutio est Iodi Gran. unius et Kalii iodati Gran. duorum in Aq. dest. Unc. octo.

AQUA IODATA Lugoli N° 3. — Constat ex Iodi Grano uno et quadrante; Kalii iodati Granis duobus semis et Aq. dest. Unc. octo. — Interne adhibentur hae Aquae, parva dosi, praecipue in scrophulis.

AQUA seu SOLUTIO IODATA Lugoli ad Usus externos N° 1. — Solutio est Iodi Gr. duorum et Kalii iodati Gran. trium in Aq. destillatae Libr. una.

AQUA IODATA Lugoli ad Us. extern. N° 2. — Gran. tria Iodi et Gran. sex Kalii iodati in Aq. destill. Libr. una soluta continet.

AQUA IODATA Lugoli ad Us. ext. N° 3. — Ex Iodi Gran. quatuor, Kalii iodati Gr. octo et Aq. dest. Libr. una constat.

Aliae formulae Lugoli pristinae ad AQUAM IODATAM seu MINERALEM IODATAM N° 1. ex Salis marini Gr. duodecim, Tinct. Iodi Gr. duodeviginti et Aq. dest. Libr. una, — ad AQUAM IODATAM N° 2. — ex Sal. marin. Gr. duodecim, Tinct. Iodi Gr. viginti quatuor et Aq. dest. Libr. una, — ad AQUAM IODATAM N° 3. ex Sal. marin. Gr. duodecim, Tinct. Iodi Gr. triginta sex et Aq. dest. Libr. una — constant. (V. etiam Balnea iodata.)

AQUA ISCHIADICA. Wasser wider das Hüftweh. *Eau ischiadique*.

Rec. Vitrioli Romani Libr. duas, Tartari albi Unc. tres, Mumiae, Mastich., Olibani, Myrrhae ana Unc. duas, G. Ammoniaci Unc. unam semis, Mellis optimi Libr. duas, Spirit. Vini Gallici Libr. unam. Destillet et cohobetur vicies ter et plus e baln. Mariae. — Praeceptum absurdum.

AQUA JUGLANDIUM NUCUM seu NUCUM JUGLANDIUM Ferrarini. Nuß-Wasser. *Eau de Noix commune*.

Rec. Flor. masculin. Juglandium recent. Libr. undecim, Fruct. Jugland. rec. immat. Libr. duodecim, Aquae commun. Libr. triginta sex. Coque in lebete stanneo Florum Libr. unam cum Aqua ad Quadrantis fluidi consumptionem, et decoctum colatum cum reliquis Floribus in alembico macerationi per unum diem subjice, quo facto 2/3 fluidi destillent; hanc Aquam destillatam Nuc. virid. cont. Libr. sex infunde, ut post 24 hor. macerationem 2/3 destillent; tum Nucibus rejectis, decocto Aquam destillatam affundendo reliquas Nucum Libr. sex adde, quo facto Aquae Libr. decem destillatione eliciantur.

AQUA JUGLANDIUM NUCUM seu Nucum Juglandium viridium simplex. Nuß-Wasser aus unreifen Früchten. *Hydrolat de Noix verte*. — Obtinetur sec. Henry et Guibourt destillando Nuc rec. immaturor. Libr. quatuor cum Aquae Libr. duodecim, donec quatuor Libr. elicitae sint.

AQUA JUNIPERI BACCARUM. Wachholderbeeren-Wasser. *Eau de Baies de Genièvre*. — Paratur uti Aqua Foeniculi (p. 66.). Obtinetur etiam in conficiendo Oleo aethereo vel Roob.

AQUA JUNIPERI EX FOLIIS sec. VAN MONS. Wachholderblätter-Wasser. *Eau de Feuilles de Genevrier.* — Paratur ex Foliis recentibus uti Aqua Fumariae (p. 67.).

AQUA JUNIPERI COMPOSITA v. Spiritus.

AQUA KALI seu Potassae v. Lixivium causticum et Oleum Tartari per deliquium.

AQUA KALI SULPHURATI AUGUSTINI seu Potio sulphurosa. Schwefelleber-Lösung. *Eau de Foie de Soufre, Potion sulphureuse.*

Rec. Hepatis Sulphuris kalini Grana quadraginta. Solve in Aquae fontan. Libr. una. — Pro antidoto Arsenici habetur; pro potu sumenda.

AQUA KALINA AUGUSTINI. Kalihaltiges Wasser. *Eau potassée.*

Rec. Cinerum clavellatorum depurat. Drachm. unam. Solve in Aquae destillatae Unciis quatuor.

AQUA KALINA AETHEREA, Potio antiasthmatica. Kalihaltiges Wasser mit Aether. *Eau potassée avec de l'Ether.*

Rec. Kali carbonici Drachmam unam. Solve in Aquae Menthae piperitae Unc. quatuor; adde Liquoris anodyni HOFFMANNI Scrupul. duos, Syrupi communis Unc. semis.

AQUA KREOSOTICA. Kreosot-Wasser. *Eau kréosotique.*

Rec. Kreosoti Drachmam unam, Aquae destillatae Unc. decem. Misce, conquassans saepius vehementer, donec Kreosotum solutum sit. — Liquor aqueus neuter, odore et sapore penetrante fumi vel potius Kreosoti. — Solutio est Kreosoti in Aqua. — *Vis:* Carnem praecipue conservans. — *Usus:* Interne et externe adhibetur. Praecipue in ulceribus putridis, carie, dysenteria, doloribus dentium, cutis ambustione cet. novissimis temporibus laudatur, caute autem semper adhibenda. (Conf. etiam Kreosotum.) — Sit Aqua pura et fortis, sapore pungente; aëris aditu non alteretur; leni calore penitus in auras abiens. — Ad eandem rem atque haec Aqua spectat AQUA BINELLI seu BALSAMICA ARTERIARUM BINELLI. Arcanum, quod in Italia paratur. — Liquorem exhibet limpidum, neutrum, odore debili fumi uti et sapore. — In capite rei Aqua kreosotica, valde diluta, esse videtur. — Virtus styptica sanguinem summopere sistens ei adscribitur; ex novissimis autem experimentis patet, parum tantum in hac re praestare. — AQUA EMPYREUMATICA simile productum est. — Obtinetur saturando Acetum Lignorum empyreumaticum crudum (p. 9.) Calce seu Creta et destillando liquorem turbidum, Calcem in excessu continentem, in apparatu percapaci ex balneo Mariae ad siccitatem usque. — Liquor et odore et sapore Aquae BINELLI persimilis. Aëris autem aditu tempore colorem fuscum assumit, flocculosque concolores deponit et corrumpitur. — Pari modo atque Aqua BINELLI adhibetur.

AQUA LACTIS ALEXITERIA BATEANA. Bates Milch-Wasser. *Eau du Lait de BATE.*

Rec. Herb. Ulmariae, Card. bened., Rutae caprariae āā Man. sex, Hb. Menthae, Absinthii āā Man. quinque, Rutae hortens. Man. tres, Angelicae Man. duos, Lactis vaccini Congium unum. Destillent in balneo Mariae ad siccum.

AQUA LACTIS SCORBUTICA BATEANA.

Rec. Herb. Cochleariae marin., Sedi majoris āā Man. duodecim, Beccabung., Graminis, Nasturt. aquat. āā Man. sex, Chaerefol. Man. quatuor, Lactis recent. Libr. duodecim. Destilla sec. artem.

AQUA LACTUCAE SATIVAE Ph. Gallicae. Lattig-Wasser. *Eau de Laitue.*

Rec. Lactucae sativae florentis Libras quinque. Concisis superaffunde Aquae Libras quatuordecim; destillent Libr. decem. Reaffundantur in novam Lactucae quantitatem, priori aequalem, admixta sufficiente Aquae quantitate; destillent iterum Libr. decem, quae denuo supra aequalem Lactucae quantitatem cohobandae, donec odore Lactucae forti graveolente onusta sit. — *Vis:* sedans, anodyna. — *Usus:* Internus; per se adhibetur et mixturis admiscetur. — Efficacior Aqua Lactucae obtinetur ex Succo recenti Plantae florentis (AQUA SUCCI LACTUCAE) destillatione provida. — Proponunt etiam ex Seminibus parari. Non nisi ex Seminibus recentibus (Fructibus) immaturis Aquam odoratam obtinebis. Semina matura sicca plane inodora nihil aliud nisi Aquam puram exhibeant.

AQUA LAURI CASSIAE ET LAURI CINNAMOMI v. Aqua Cinnamomi (p. 59.).

† AQUA LAURO-CERASI seu PRUNI LAURO-CERASI. Kirschlorbeer-Wasser. *Eau de Laurier Cerise.*

Rec. Foliorum recentium Lauro-Cerasi, mense Junio vel Julio collectorum et concisorum, Libram unam, Aquae fontanae Libras duas. Juncturis apparatus destillatorii optime clausis, destillet ex balneo Calcariae muriaticae Libra una. Liquor elicitus conquassetur, ut oleum depositum solvatur, tunc seponatur, decanthetur ab oleo forsitan non soluto, et servetur in lagenulis optime obturatis loco frigido obscuro. — Liquor subturbidus, odore et sapore penetrante amygdalino, Aqua Amygdalarum amararum paullo gratiore, quacum ceterum, quoad proprietates et *Vires,* omnino convenit. — *Usus:* Idem. — Sit Aqua bonae notae, ut modo designata; Unc. una saltem Grana tria argenti cyanati praebeat. — Aqua parum odora vel acida, cum reagentibus paullum tantum acidi borussici indicans, rejiciatur.

Dispens. Fuldensis et Lippiaci et Pharm. Wirtemberg. formulae in capite rei cum hac congruunt, et Ph. Bavaricae formula eo solummodo discrepat, quod ad unam Foliorum Lauro-Cerasi Partem quinque Aquae Partes sumit, destillando autem pariter unam tantum Partem abstrahi praescribit. — Ph. Batava, Belgica et d'Anvers praescribunt ad Unc. sedecim Foliorum Lauro-Cerasi recentium tres Aquae Libras et inde destillando

elici Unc. sedecim. — **Ph. Danica, Oldenburgica** et SWEDIAUR praescribunt a duabus Foliorum Lauro-Cerasi Partibus, addita sufficiente Aquae quantitate, tres Partes destillando elici. — **Ph. Gallica** a duabus Folior. Lauro-Cerasi Partibus cum duplo Aquae mixtis unam tantum Partem destillando abstrahi. — **Ph. Parmensis** et BRUGNATELLI ex una Foliorum Lauro-Cerasi Parte cum dimidia Aquae mixta, quartam tantum destillando elici proponunt. — FERRARINI formula cum hac congruit, nisi quod ad unam Fol. Lauro-Cerasi duas Aquae Partes sumi praescribit. — VAN MONS ad unam Fol. Lauro-Cerasi duodecim Aquae praescribit et duas destillando abstrahi. — **Ph. Borussica** ad duas Foliorum Lauro-Cerasi recentium Libras sex Aquae Libras et Spiritus Vini rectificatissimi Uncias sex praescribit, ex quibus destillando elici Libras tres. — Cum hac formula plures aliae in capite rei congruunt, discrepant autem Spiritus Vini quantitate. — Sic **Ph. Hannoverana** et **Hassiae El.** ad designatam quantitatem substantiarum duas Spiritus Vini rectificati Uncias praescribunt. — **Ph. Slesvico-Holsatica** quatuor Spiritus Vini rectificati Uncias. — **Ph. Saxonica** ad Foliorum Lauro-Cerasi rec. Libr. unam, Unc. unam Spirit. Vini rectificatissimi et sex Aquae Libr. praescribit, de quibus destillando evocandas Libr. tres. — **Ph. Polonica** dimidiam tantum Aquae partem proponit, et ab una Foliorum Lauro-Cerasi unam et dimidiam destillando elici.

† AQUA LAURO-CERASI CUM BELLADONNA seu **Potio temperans** AUGUSTINI.

Rec. Extracti Belladonnae Grana tria. Solve in Aquae Lauro-Cerasi Drachm. tribus. — Alia Formula a NEUBECK et JAHN proposita: Rec. Extr. Gratiolae Drachm. duas, Extr. Belladonnae Gr. decem, Aquae Lauro-Cerasi Unc. unam. Misce.

AQUA LAVENDULAE. Lavendel-Wasser. *Eau de Lavande.* — Paratur uti Aqua Menthae piperitae. (p. 78. — Conf. et Spiritus seu Alcohol Lavendulae.)

AQUA LAVENDULAE AMMONIACALIS GRAYI.

Rec. Ol. Lavendulae Unc. duas, Essentiae Ambrae Unc. unam, Aquae Luciae Octarium unum, Spirit. Vini rect. Octarios duos. Misce.

AQUA LAVENDULAE BRITANNICA SMITHII eo solummodo discrepat, quod Aquae Luciae loco Aquam Coloniensem sumi proponit.

AQUA LAVENDULAE COMPOSITA ex SCHROEDERO.

Rec. Macid., Nuc. Moschat., Cubebar., Rad. Zinziber., Cinnamomi, Rad. Galangae et Calami, Caryophyllor., Visc. querni āā Drachm. unam semis, Rad. Paeon. rec., Sinap. alb. āā Unc. unam semis, Flor. Tiliae, Paeon., Anthos, Lavend., Lilior. convall. āā Man. viginti quatuor. Affunde Vini optimi quant. sat. et destilla l. art.

AQUA LAXANS YOUNGII. Youngs Laxir-Wasser. *(Purging Drink.) Eau purgative de* YOUNG.

Rec. Salis Alcali mineralis Drachm. duas, Cremoris Tartari Unc. tres, Aquae Libr. octo. Misce. In lagenis lapideis statim bene obturandis servanda.

AQUA LAXATIVA seu **Infusum laxativum, Infusum Sennae cum Manna.** Laxirwasser, Laxirtränkchen. *Eau laxative.*

Rec. Foliorum Sennae Unciam semis. Affunde Aquae communis fervidae Uncias quatuor. Macera per semihoram. In colatura expressa solve Mannae Calabrinae Drachmas sex. Denuo cola et adde Elaeosacchari Citri Drachmam unam. — Liquor obscure fuscus, odore haud grato Sennae uti et sapore, simul dulci. — *Vis:* ex nomine patet. — *Usus:* Per se datur. Mora facile corrumpitur, quare non nisi desiderante medico recens paranda.

Pharm. d'Anvers praescribit Fol. Sennae Unc. unam semis et Sem. Coriandri Drachm. duas cum Aquae bullientis per horam digeri et in colaturae Unc. quatuordecim dissolvi Mannae Unc. quatuor. — **Ph. Bavarica** Fol. Sennae Part. unam cum Aquae fervidae Part. octo per semihoram infundi, tunc Mannae Part. unam solvi, postea colari praescribit. — **Ph. Bremensis** praescribit Fol. Sennae Unc. semis, Sem. Coriandri Drachm. unam cum sufficiente Aquae bullientis quantitate infundi et leniter coqui; in colaturae Unc. quatuor dissolvi Mannae Unc. unam. — **Disp. Lippiacum** proponit, Fol. Sennae Alexandr. Unc tres cum Aquae destill. fervid. Libris duabus per semihoram digeri, in colatura expressa solvi, Mannae electae Unc. quatuor semis; refrigeratis admisceri Liquoris anodyni Hoffmanni Drachm. duas. — **Ph. Hamburgensis** p. p. sec. edit. praescribit Fol. Sennae Drachm. sex, in Aquae Unciis novem ebulliri et Mannae Unc. duas solvi. — **Ph. Ferrariens.** proponit, Fol. Sennae Drachm. tres, Mannae Unc. duas, Fructum Citri N° 1, in Aquae tepidae Unc. octo per 12 horas infundi. — **Ph. Parmensis** praescribit Fol. Sennae Drachm. tres, Mannae Unc. tres, cum Aquae tepidae Unc. octo per horam infundi, colaturam Albuminis Ovi ope clarificari et Succi Citri Unc. semis admisceri.

AQUA LAXATIVA ANGELICA Ph. Austriaco-provincialis. Englisch Laxir-Wasser. *Eau laxative angelique.*

Rec. Cremoris Tartari Drachm. duas. Dissolvantur in Aquae ebullientis Unc. octo. Dissolutis solvantur Mannae electae Unciae duae, Salis vegetabilis Drachm. una semis, Succus Pomi Citri unius. Infundantur fervide in vase clauso super Corticibus ejusdem pomi. Liquor Albumine Ovorum clarificatus filtretur.

AQUA LAXATIVA MANNAGETTAE seu **Infusum laxativum Mannagettae** Pharm. Wirtemb. Laxir-Wasser oder Trank mit Manna. *Eau* ou *Infusion laxative de Mannagette.*

Rec. Fol. Sennae elect. Drachm. tres, Cremor. Tart. Drachm. unam, Passul. minor. Drachm. tres, Rad. Zinziberis albi Scrupul. unum. Infunde Aquae ferventis Unc. quatuor. Post di-

gestionem per 24 horas exprime; in colatura dissolve Mannae Calabr. Unc. unam; Albumine Ovi clarifica. — Ph. Helvetica Cremoris Tartari loco Sal. Sedlitzensis Drachm. unam sumi proponit. Disp. Brunsvic. praescribit Fol. Sennae elect., Passul. minor. āā Unc. unam semis, Tartari tartarisati, Sem. Coriandri āā Unc. semis, cum Aquae ferventis Unc. sedecim infundi, post 24 horas exprimi, et in colatura solvi Mannae Calabrinae Unc. quatuor, tunc denuo colari. (V. etiam sequens.)

AQUA LAXATIVA seu purgans Viennensis, Decoctum seu Infusum Sennae compositum seu cum Manna et Sale sive tartarisatum, Infusum catharticum seu purgans sive Sennae laxativum, Potio seu Ptisana laxativa. Wiener Laxirwasser, Wienertränkchen. *Eau laxative de Vienne.*

Rec. Folior. Sennae sine stipitibus Unc. tres, Passularum minorum Unc. unam semis, Rad. Polypodii querni Drachm. tres, Sem. Coriandri Drachm. duas, Cremoris Tartari Unc. semis. Misceantur et decoquantur cum Aquae fontanae sufficiente quantitate ad Libras duas; colaturae post fortem expressionem addantur Mannae Calabrinae electae Unc. octo. Colata et lege artis clarificata servetur. — Liquor obscure fuscus, clarus, odore sub-nauseoso, parum aromatico et sapore ingrato amariusculo-dulci.

Formula descripta recentibus temporibus multifariam immutata est. — Ph. Borussica praescribit ad INFUSUM SENNAE COMPOSITUM Fol. Sennae Unc. semis cum Aquae fervidae Unc quatuor per semihoram macerari; in colatura solvi, Salis polychresti Seignette Unc. semis et Mannae Drachm. sex, denuo colari et addi Elaeosacchari Citri Drachm. unam. — Ph. castrensis Borussica ad Fol. Sennae Drachm. duas, Aquae fervidae Unc. quatuor, Salis Glauberi Drachm. sex et Mellis puri Unc. semis praescribit. — Ph. Austriaca ad INFUSUM LAXATIVUM praescribit Fol. Sennae Drachm. sex, Cremoris Tartari Drachm. unam cum Aquae font. fervid. Unc. sex per quadrantem horae infundi, et in colatura expressa solvi Mannae electae Unc. unam; tunc clarificari. — Ph. Austriaco-provincialis huic compositioni addi praescribit Sem. Anisi stellati Drachm. unam et Unc. unius Mannae loco tres Uncias sumi. — Augustini formula ad INFUSUM SENNAE CUM MANNA: Rec. Fol. Sennae Unc. semis, Sem. Coriandri (vel Foeniculi vel Anisi) Drachm. unam. Infunde sufficiente Aquae fervidae quantitate, ut fiant colaturae Unciae duae semis, in quibus solvantur Mannae electae Unc. una et Cremoris Tartari Drachm. una. — Ph. Danica et Suecica ad INFUSUM SENNAE COMPOSITUM seu Decoctum laxativum Viennense praescribunt Fol. Sennae elect. Unc. unam semis, Passul. minor. Drachm. sex, Sem. Coriandri Drachm. duas, Tartari solubilis Drachm. quinque, in Aquae bullientis Unc. viginti quatuor infundi, et leniter coqui, in colaturae expressae Unc. quatuordecim solvi Mannae Calabrinae Unc. quinque. — Ph. Ferrariens. Fol. Sennae Drachm. tres, Cremor. Tartari Drachm unam, Sem. Anisi stellati Scrupul. unum, Mannae Unc. unam et Aquae Unc. sex praescribit — Ferrarini sex Drachmas Fol. Sennae praescribit, Anisum stellatum omittit et liquorem clarificari proponit; ceterum cum praecedente congruit. — Ph. Hannov. et Hassiae El. praescribunt, Fol. Sennae Unc. tres, Passular. minor. Unc. unam semis, Cremor. Tart. Unc. semis, Sem. Coriandri Drachm. duas, cum Aq. tepidae Unc. triginta quatuor macerari per horam, tunc in colatura solvi Mannae Calabr. Unc. octo. — Ph. Lusitan. ad INFUSUM SENNAE TARTARISATUM seu Aquam laxativam Viennensem praescribit, Fol Sennae Drachm. tres, Cremor. Tartari Drachm. unam, Sem. Anisi stellati Drachm. semis in Aquae fervidae Unc. sex per horam digeri, et in colatura solvi Mannae electae Unc. duas. — Ph. Saxonica praescribit Fol. Sennae Part. unam cum Aquae ferventis per horam semis macerari et colato addi Mannae (seu Sacchari albi?) Part. unam semis. Desiderante medico addi poterit foliis macerandis Cardamomi minor. vel. Sem. Coriandri vel Flav. Cort. Aurant. quadrans, sin cum Sale, amari vel polychresti Pars dimidia. Ad dimidias leni calore evaporata duplicata vocari solet. — Ph. Slesvico-Holsatica praescribit Fol. Sennae Unc. unam semis, Passul. minor. Drachm. sex, Sem. Coriandri Drachm. duas, cum suff. Aquae ferventis quantitate per horam macerari, ut fiant colaturae Unciae duodecim, in quibus solvendae Mannae Calabrinae Unc. quatuor et Salis Seignette Unc. una, tunc denuo colanda. (Conf. porro INFUSUM LAXATIVUM seu Sennae simplex, Liquor aperitivus, Mixtura laxans et mannata, Potio angelica et laxativa.)

AQUA LEDI PALUSTRIS seu Anthos sylvestris. Porsch-Wasser oder Wilden Rosmarin-Wasser. *Eau de Romarin sauvage.* — Paratur uti Aqua Menthae piperitae (p. 78.) — Aquae Rosarum loco vendi fertur.

AQUA LEVISTICI RADICIS. Liebstöckel-Wasser. *Eau de Levèche.* — Paratur uti Aqua Valerianae (p. 93.).

AQUA LIBERANS. Befreiungs-Wasser. *Eau liberante.*

Rec. Lign. Guajaci rasp. Libr. semis, Rad. Liquir. et Cort. Sassafr. conc. āā Unc. semis, Sem. Coriandr. cont. Drachm. sex, Aq. Calcis vivae Mens. sex. Digere loco frigido et cola.

AQUA LIGNI RHODII. Rosen- oder Rhodiserholz-Wasser. *Eau de Bois de Rhodes.*

Rec. Ligni Rhodii raspati Partes duas, Aquae communis Partes sedecim. Post 12 horarum infusionem destillent Part. octo.

AQUA LIGNI SANTALI CITRINI. Gelb Sandelholz-Wasser. *Eau de Santal citrin.* — Eodem modo obtinetur.

AQUA LIGNI SASSAFRAS. Sassafrasholz-Wasser. *Eau de Sassafras.* — Pari modo ac praecedens paratur

AQUA LIGNI SASSAFRAS COMPOSITA seu cum Cinnamomo. Zusammengesetztes Sassafras-Wasser. *Eau de Sassafras composée.*

Rec. Ligni Sassafras conc. Libr. semis, Cin-

namomi acuti Unc. tres, Vini generosi Libr. decem. Stent in digestione per aliquot dies, postea destillentur ad Dimidias.

AQUA LIGUSTRI. Liguster-Wasser. *Eau de Troëne.* — Paratur ex Floribus recentibus uti Aqua Florum Tiliae.

AQUA LILIORUM ALBORUM. Weiß Lilien-Wasser. *Eau de Lis blancs.* — Pari modo ex Floribus recentibus Liliorum alborum obtinetur.

AQUA LILIORUM CONVALLIUM seu Convallariae majalis. Maiblumen-Wasser. *Eau de Muguet.* — Eodem modo ex Floribus recentibus paratur.

AQUA LILIORUM CONVALLIUM CUM VINO. Maiblumen-Wasser mit Wein. *Eau de Muguet avec du Vin.*

Rec. Flor. Lilior. convallium recent., absque stipitibus, Libr. unam, Vini albi Libr. octo. Post digestionem per triduum destillentur leni igne, ex vesica, ad Dimidias. (Conf. et Spiritus Liliorum convallium.)

AQUA LIMACUM Ph. Parisiensis. Schnecken-Wasser. *Eau de Limaçons.*

Rec. *Limacum* in vinetis collectorum, a sordibus mundatorum, Libr. tres. Leviter contunde cum testis, mitte in cucurbitam vitream, et affunde Seri Lactis rec. Libr. quatuor. Destilla ex balneo Maris ad Medias.

AQUA LIMACUM LONDINENSIS ex SCHRODERO.

Rec. Succi Hederae terrestr., Farfar., Scabiosae, Pulmonar. āā Libr. unam semis, Succ. Portulacae, Centumnodii, Veronicae āā Libr. unam, Sanguin. porculi, Vini albi āā Libr. octo, Limacum conc. Libr. duas, Fol. Nicot. N° octo, Rad. Liquir. Unc. tres, Enul. Unc. semis, Ireos flor. Unc. unam, Sem. Bombac. Unc. unam semis, Sem. 4 frigid. maj. āā Drachm. sex, Anisi Drachm. sex, Croci Drachm. unam, Flor. Rosar. rubr. Pug. sex, Violarum et Borrag. āā Pug. quatuor. Misce, digere per tres dies, tunc destilla ex baln. Mariae ad siccitatem. — AQUA LUMBRICORUM LONDINENSIS ex JUNCKEN, similis compositio inepta. — Pariter atque Aqua Limacum dudum exolevit.

AQUA LIMONUM E CORTICIBUS ET FRUCTIBUS v. Aqua Citri (p. 60).

AQUA AD LIPOTHYMIAS JUNCKERII. Jungfens Wasser gegen Ohnmacht. *Eau lipothymique de JUNCKER.*

Rec. Flor. Rosar. rec. cont. Libr. unam, Lavend. Man. duos, Herb. rec. Melissae Man. unam, Caryophyll. N° xxx, Cinnamom. Unc. unam, Rad. Ireos flor. Unc. semis, Benzoës, Styrac. āā Drachm. tres, Cort. Citri N° tres. Aurant. N° duos. Superaffunde Vini opt. ad quatuor digitorum emanent., tunc destilla ex baln. Mariae.

AQUA LITHARGYRI ACETATIS SIMPLEX et COMPOSITA v. Acetum Saturni et Aq. vegetominerales GOULARDI.

AQUA LITHONTRIPTICA v. Aqua aërata alkalina (p. 40.).

AQUA LOOCH SANI et EXPERTI. Brust-Wasser. *Eau de Looch contre l'Asthme.*

Rec. Rad. Ireos florent., Liquiritiae, Herb. Hyssopi, Capill. Ven., Calaminth. mont. āā Unc. duas, Sem. Anisi, Foeniculi āā Unc. unam, Cinnamomi elect. Unc. duas. Inc. et cont. macerent in Aq. fontan. Libr. decem et post digestionem per triduum destillentur in vesica, dum Librae quatuor restent.

AQUA LUCIAE, Spiritus Salis Ammoniaci succinatus seu lactescens, Liquor ex Ammonia Oleo Succini volatili mixtus, Spiritus Ammoniae succinatus, Ammoniacum succinatum, Liquor excitans. Lucien-Wasser, mit Bernsteinöl versetzter Salmiakgeist. *Eau de Luce.*

Rec. Salis Tartari Drachm. tres, Olei Succini rectificati Drachm. unam semis. Terantur in mortario vitreo, guttatim successive instillando Spiritus Vini rectificati Unc. quatuor. Infundantur in lagenam vitream leviter obturatam. Digerantur per quadrantem horae super cineribus calidis. Postea liquor supernatans decanthetur et servetur. — Tunc: Rec. Spiritus Salis Ammoniaci caustici Unc. unam semis. Instillent Liquoris antea parati Guttae sexaginta. — Liquor lacteus forte ammoniacalis, simul odore Olei Succini. — *Vis:* excitans, irritans. — *Usus:* Externe in paralysi et rheumatismo applicatur, et interne quoque, ut remedium penetrans, nervinum, in hydrophobia laudabatur.

Praeparatio supra memorata negligi et Oleum Succini in Spiritus Vini rectificati solutum, nullo medio interveniente, cum Spiritu Salis Ammoniaci caustico commisceri potest. — Variis haec compositio immutationibus succubuit. — Ph. Gallica Olei Succini rectificati Part. duodecim et Bals. de Mecca Part. octo in Spiritus Vini rectificati Part. quinquaginta solvi et Tincturae hoc modo obtentae Partem unam cum Spirit. Salis Ammoniaci caustici Part. sedecim misceri praescribit. — Disp Fuldense praescribit Saponis Veneti albi Grana sex in Spirit. Vini rectificatissimi Unc. duabus solvi, solutioni admisceri Ol. Succini rectificati Drachm. unam, filtratis denique commisceri, saepius agitando, Spirit. Salis Ammoniaci caustici quantum satis ad lactescentiam liquoris. — Disp. Lippiacum praescribit Saponis medicati Grana sex et Ol. Succini rectificati Gutt. quindecim in Spirit. Vini rectificatissimi Unc. una solvi et filtrato admisceri Spirit. Salis Ammoniaci caustici Unc. quatuor. — Ph. Herbipolitana praescribit Saponis amygdalini Gran. decem in Spirit. Vini rectificatiss. Unc. quatuor solvi, solutioni admisceri Ol. Succini rect. Drachm. unam et hujus solutionis filtratae Partem unam cum Spirit. Salis Ammoniaci caustici Part. quinque commisceri. — Ph. Londinensis praescribit Mastichis Drachm. tres in Spirit. Vini rectificati Fluidrachmis novem solvi et solutioni defaecatae admisceri Ol. Succini Minima quatuor, Ol. Lavendulae Minima quatuordecim, et Spirit.

Salis Ammoniaci caustici Fluidunciae decem. — Ph. Lusitanica jubet Sapon. Hispanici Gran. decem et Ol. Succini Scrup. unum in Spirit. Vini rectificati Unc. una solvi, et solutioni admisceri Spirit. Salis Ammoniaci caustici Unc. quatuor. — Pharm. Ferrariensis et Brugnatelli formula eo solummodo ab hac discrepat, quod Granorum decem loco duas tantum Saponis sumi proponit. — Ph. Rossica proponit Ol. Succini rectificati Guttas sexaginta in Spirit. Salis Ammoniaci vinosi Unc. duodecim solvi. — Ph. Saxonica suadet Olei Succini rectificati et Saponis Alicantini āā Part. unam in Spirit. Vini rectificatissimi Part. viginti quatuor solvi et solutioni admisceri Spirit. Salis Ammoniaci caustici Quadruplum. — Ph. Suecica praescribit Ol. Succini rectificati Scrupulum unum in Spirit. Vini rectificatissimi Unc. una solvi et solutioni admisceri Spirit. Salis Ammoniaci caustici Unc. quatuor. — Spielmannus proponit Ol. Succini Grana octo, in Spir. Vini rectificatissimi Unc. semis solvi et Spirit. Salis Ammoniaci caustici Unc. quatuor admisceri. — Brugnatelli etiam proponit Ol. Succini rect. Unc. tres in Alcoholis Vini, Kali caustici Unc. duas continentis, q. s. solvi, tunc admisceri Alcoholis Vini Unc. tres; post digestionem in baln. Mariae liquori filtrato admisceri Spirit. Salis Ammon. caustici Libr. unam. — Vel: Spirit. Salis Ammoniaci caustici Unc. sex cum Ol. Succini rectificat. Gran. triginta et uno commisceri; tunc miscellae bene agitando addi Mastichis pulverisati Grana aliquot. — Gray suadet Spirit. Salis Ammoniaci caustici Libr. unam, cum Ol. Succini rect., Lavendulae, Anthos āā Drachm duabus commisceri. — Vel: Alcoholis Vini Libr. duas cum Olei Succini Unc. una digeri, decanthari, et addi Salis Alcali volatilis Unc. quatuor, in Aquae Libr. una solutas, postea, si aptum videatur, Ol. Lavendulae vel Anthos vel amborum Drachm. unam. — Alia Grayi formula praescribit Terebinthinae Chiae Unc. duas in Alcoholis Vini Libr. duabus solvi, solutioni addi Spirit. Salis Ammoniaci caustici aliquot Guttas. — Vel: Mastiches Drachm. duas, Moschi Grana duodecim, cum Alcoholis Vini Unc. duabus digeri, solutioni admisceri Spiritus Salis Ammoniaci caustici parvam quantitatem.

AQUA LUMBRICORUM COMPOSITA v. Aqua Limacum (p. 75.).

AQUA LUPULI Ph Hannoveranae. Hopfenwasser. *Eau de Hublon.*

Rec. Strobulorum Lupuli Libr. octo, Aquae communis quantum satis. Abstrahantur inde Libr. viginti quatuor. — Liquor aqueus, odore forti Lupuli. — *Vis:* stomachica, subnarcotica. — Van Mons suadet Strobul. Lupuli Part. quatuor cum Spirit. Vini Part. una et Aquae Part. triginta commisceri, et inde destillando elici Part. sex.

AQUA de Madame de la Vrilliere, Collutorium gingivale. Zahnwasser von Mad. la Brilliere. *Eau de Mad. de la Vrilliere.*

Rec. Herbae recentis Nasturtii aquatici Unc. sex et Cochleariae Unc. octo, Flav. Cort. Citri Unc. unam semis, Cinnamomi Unc. duas, Caryophyllorum Drachm. sex, Flor. Rosar. rubr. Unc. unam. Inc. et cont. infundantur per 24 horas cum Spiritus Vini rectificati Libr. quatuor. Destillent sec. artem.

AQUA MAGNANIMITATIS. Großmuths-Wasser. *Eau de Magnanimité.*

Rec. Formicarum mense Majo vel Junio collectarum Libr. duas, Spiritus Vini rectificati Libr. tres. Macerentur per quinque vel sex dies et postea in balneo Mariae abstrahatur Spiritus ad siccitatem, in quem denuo infundantur, Cinnamomi elect. Unc. una, Caryophyllorum arom., Cardamom. minor. āā Drachm. sex, Cubebarum Unc. semis, Rad. Zedoariae Drachm. decem. Post digestionem per biduum abstrahantur in balneo Mariae.

AQUA seu SPIRITUS MAGNANIMITATIS Kunrath. sec. Spielmann.

Rec. Spirit. Formicarum Unc. sexaginta, Spirit. Melissae Unc. quadraginta octo, Flaved. Cort. Citri Unc. semis, Cinnamomi Drachm. tres, Caryophyllorum Unc. unam, Cardamomi, Cubebarum āā Drachm. tres, Rad. Zedoariae Unc. unam, Mastichis, Styracis calamitae, Benzoës āā Unc. unam semis. Stent in digestione per octiduum, postea lege artis destillentur.

AQUA MAGNANIMITATIS SIMPLEX v. Spiritus Formicarum.

AQUA MAGNESIAE AËRATAE. Kohlensaures Magnesia-Wasser. *Eau de Magnesie.*

Rec. Magnesiae albae Part. unam, Aquae aëratae Part. quadraginta. Misce in vase bene clauso loco frigido, saepius conquassans, donec Aqua saturata sit; sepone, decantha, et serva liquorem in lagenis optime obturatis. — Ph. Americana praescribit Magnesiae albae Drachm. tres cum Aquae frigidae Octariis octo commisceri et anthliae pressoriae ope miscellae decuplum circiter Volumen Aëris fixi inculcari. — Formulaire des hopiteaux de France sec. Richard Magnesiae albae Drachm. duas cum Aquae frigidae Libr. tribus semis et Spirit. Vitrioli Drachm. decem in lagena rite claudenda misceri praescribit.

AQUA MAJORANAE Majoran-Wasser. *Eau de Marjolaine.* — Paratur uti Aqua Menthae piperitae (p. 75.).

AQUA MALVAE Malven-Wasser. *Eau de Mauve.* — Paratur uti Aqua Lactucae (p. 72.).

AQUA MARIAE LONDINENSIUM. Marienwasser. *Eau de Marie.*

Rec. Sacchari Candi albi Libr. unam, Vini Canariensis Unc. sex, Aq. Rosar. Unc. quatuor. Fiat Syrupus, cui adde Aq. imperialis Libr. duas, Ambrae griseae et Moschi āā Grana duodeviginti, Croci Gran. quindecim, Lign. Santali Frustulum. Post sufficientem macerationem cola per linteum.

AQUA MARINA FACTITIA sec. Bouillon la Grange et Vogel. Künstliches Meer- oder Seewasser. *Eau Marine factice.*

Rec. Salis marini Gran. viginti quatuor, Salis amari Gran quatuor, Gypsi, Cretae, et Mag-

nesiae albae āā Gran. quindecim, Aquae purae Libras tres. Misce et immitte Aërem fixum saepius agitans, donec omnia soluta sint. Serva in vase obturato. — Ph. Batava praescribit Salis communis Unc. decem, Magnesiae muriaticae Drachm. decem, Calcariae muriaticae Unc. duas, Salis GLAUBERI et Salis amari āā Drachm. sex in Aquae communis Libr. quinquaginta solvi. — Ph. Genevensis suadet Salis culinaris Unc. semis, Salis amari, Syrupi domestici āā Drachm. unam, in Aquae fontan Libr. duabus solvi.

AQUA MARRUBII. Andorn-Wasser. *Eau de Marrube blanc.* — Paratur ex Herba Marrubii albi uti Aqua Lactucae (p. 72).

AQUA MARTIALIS Nosocomii militaris Gallic. — Solutio est Tartari chalybeati in duodecim Aquae Partibus. (Conf. etiam Aqua chalybeata [p. 56] ferruginosa [p. 66] et Aqua Globuli [p. 68].)

AQUA MARTIALIS PRO BALNEIS Ph. Parisiensis. Eisen-Wasser zu Bädern. *Eau martiale pour les Bains.*

Rec. Aquae fontanae Libr. centum, Ferri muriatici oxydati Unc. tres. Misce.

AQUA MASTICHINA Ph. Wirtemb. cet. Mastix-Wasser. *Eau de Mastic.*

Rec. Mastiches Unc. quatuor, Nuc. Moschatar. Unc. unam. Contusis et per triduum in Spirit Vini rectificati Libra una maceratis addantur Aquae fontanae Libr. quatuor; destillentur ex vesica leni igne, donec residuum sit Librarum duarum. Liquor lacteus prodiens servetur. — Ph. Palatina praescribit Mastiches Unc. quatuor, Macid. elect. Unc. duas, Caryophyllor. Unc. unam et Cinnamomi Unc. semis, cum Vini generosi Libr. quatuor per 3 dies digeri, deinde leni calore destillari.

AQUA MATRICARIAE. Metram- oder Mutterkraut-Wasser. *Eau de Matricaire.* — Paratur uti Aqua Chamomillae (p. 56.).

AQUA MEDICINALIS HUSSONI v. Aq. Hussoni (p. 70.).

AQUA MELILOTI. Steinklee-Wasser. *Eau de Mélilote.* — Ex Summitatibus siccis fragrantibus uti Aqua Chamomillae (p. 56.) obtinetur.

AQUA MELISSAE. Melissen-Wasser. *Eau de Melisse.*

— Paratur uti Aqua Chamomillae (p. 56.). Ex quaque autem Herbae odoratæ Libra septem solummodo Aquae Librae eliciendae, quae in vasis bene obturatis loco frigido obscuro asservandae. — Liquor aqueus, odore fragrante Melissae.

Vis: Herbae.

Aqua turbida, flavescens, parum odora rejiciatur.

Usus: Per se internus; mixturis praecipue admiscetur.

Sequente quoque methodo ex tempore parari potest.

Rec. Herbae Melissae recentis quantum vis. Superaffunde sufficientem Aquae quantitatem, admixta vigesima Parte Spiritus Vini Gallici; fiat destillatio, donec liquor turbidus prodeat. Spiritus obtentus superfundatur nova Herbae Melissae quantitate cum Aqua, et abstrahatur uti antea; quae operatio repetenda, donec Spiritus Oleo Melissae subtilissimo penitus impraegnatus sit, quem nomine SPIRITUS MELISSAE CONCENTRATI serves. — Ad parandam AQUAM MELISSAE misceatur Spiritus hoc modo obtenti Pars una cum Aquae destillatae Partibus quadraginta. — Aqua haec, desiderante medico, semper recens paranda; tempore enim acescit. — Simili modo aliae quoque Aquae simplices odoratae, quae tempore facile corrumpuntur, parari possunt.

AQUA MELISSAE ANTIHYSTERICA seu cum Castoreo Ph. Wirtemb. cet. Melissen-Wasser gegen Mutterweh. *Eau de Melisse hysterique.*

Rec. Herb. Melissae recent. Libr. unam, Bacc. Lauri, Semin. Cumini āā Unc. unam, Myrrhae electae Unc. semis, Castorei Drachm. duas, Vini albi spirituosi Libr. duodecim. Post sufficientem digestionem destillentur ad Dimidias.

AQUA MELISSAE COMPOSITA v. Aqua Carmelitarum (p. 52.).

AQUA MELISSAE SPIRITUOSA. Geistiges Melissen-Wasser. *Eau de Melisse spiritueuse.*

Rec. Aquae Melissae simplicis Part. duas, Essentiae Melissae Part unam. Misce.

AQUA MELISSAE TURCICAE. Türkische Melissen-Wasser. *Eau de Melisse de Moldavie.* — Uti Aqua Melissae off. paratur.

AQUA MELLIS ANDERNACI Pharm. Paris. Honig-Wasser von Andernach. *Eau de Miel d'Andernach.*

Rec. Mellis optimi quantum vis. Ex cucurbita destilletur Phlegma. SPIELMANNUS et alii Dimidium Arenae admisceri proponunt, et liquorem obtentum, separato oleo supernatante, rectificari (v. quoque Spiritus). — Laudabatur inepte ad promovendum incrementum capillorum.

AQUA MELLIS ODORA REGIA Ph. Parisiensis. Wohlriechendes Honig-Wasser. *Eau de Miel odorifère.*

Rec. Mellis albissimi, Seminis Coriandri āā Unc. octo, Caryophyll. Drachm. sex, Flaved. Cort. Citri rec. Unc. unam, Nuc. Moschatar., Styrac. Calam., Benzoës āā Unc. semis, Vanigl. Drachm. tres. Inc. et cont. infundantur per nycthemerum cum Spirit. Vini Gallici Unc. septuaginta duabus Fiat sec artem destillatio; inter destillandum Ambrae et Moschi āā Grana duo cum semis, nodulo inclusa, extre-

mo capitelli rostro ita appendantur, ut stillans Aqua odore aromatum impraegnetur. Destillato admisce Aq. Rosar. et Naphae āā Unc. duodecim. — SPIELMANNUS sec. BAUME Mel, Caryophyll. et Aquam Rosarum uti et Aq. Naphae omittit, et Spiritui destillato addi proponit, si placet, usus tempore Tinctur. Moschi et Ambrae āā parum.

AQUA MELLIS ODORIFERA GRAYI.

Rec. Ol. Bergamottae Unc. semis, Ol. Citri Drachm. duas, Caryophyll. Gutt. duodecim, Moschi Gran. duodecim, Spirit. Vini rectificati Congium unum, Aquae Naphae et Rosarum āā Octarios duos, Croci circiter Grana duodeviginti vel plus, ad colorandum Mel valide flavum. —Alii ambo Olea prima aliquantulum vel substantiam odoriferam vel Saccharum, ut Ratafiae formam accipiat, adhibent.

AQUA MELLIS SIMPLEX v. Hydromel.

AQUA MELLUMINATA BATEI.

Rec. Fol. Quercus, Rubi id., Fragariae, Pentaphylli, Consolid. med., Millefol., Perfol., Salviae, Anthos, Flor. Rosar. rubr. āā Man. duos, Lign. Guajac. Unc. tres, Rhodii Drachm. duas, Rad. Bistortae Unc. unam, Sulphuris vivi Unc. unam semis, Vitrioli Unc. unam, Alumin. Unc. quatuor, Mellis crudi Libr. semis. Misce et coque cum Aq. fluviatil. Libr. octo ad Dimidias; cola et serva.

AQUA MENTHAE COMPOSITA Parisiensium. Zusammengesetztes Münzenwasser. *Eau de Menthe composée.*

Rec. Herb. recent. Menthae Unc. viginti quatuor, Absinthii Unc. tres, Basilici et Pulegii āā Unc. duas, Anthos, Flor. Lavendulae āā Drachm. duas, Cinnamomi Unc. semis, Caryophyllor., Sem. Coriandri āā Drachm. unam. Inc. et cont. infundantur per aliquot dies in Spirit. Vini rectificati Unc. sedecim et Aquae Menthae Unc. sexaginta. Destillantur fere ad siccitatem.

AQUA MENTHAE CRISPAE. Krausemünzen-Wasser. *Eau de Menthe frisée.*

— Paratur uti Aqua Melissae (p. 77.). — Liquor sublimpidus, odore et sapore forti Menthae. — *Vis:* Herbae.

Aqua parum odora vel turbida, corrupta rejiciatur.

Usus: Internus per se, et mixturis admiscetur.

AQUA MENTHAE PIPERITAE. Pfeffermünzen-Wasser. *Eau de Menthe poivrée.*

— Pari modo paratur. — Liquor vix lactescens, odore et sapore penetrante grato Herbae. — *Vis:* eadem.

Aqua parum odora vel odore et sapore ingrato alieno rejiciatur.

Usus: Aquae Menthae cet.

Pharm. Londinensis praescribit etiam Olei aetherei Menthae piperitae Drachm. tres cum sufficiente Aquae quantitate commisceri, et inde destillando elici Congium unum.

AQUA MENTHAE PIPERITAE VINOSA seu spirituosa sive alcoholica Ph. Borussic. Weiniges Pfeffermünz-Wasser. *Eau de Menthe poivrée vineuse.*

Rec. Herbae Menthae piperitae Libr. unam, Spiritus Vini rectificati Libram unam semis, Aquae fontanae quantum satis. Destillando eliciantur Librae sex Aquae turbidae, quam bene serva. — Ph. Hassiae El. parari jubet uti Aquam Cinnamomi vinosam (p. 69.). — Ph. Bavarica ad unam Hb. Menthae piper. Partem Spirit. Vini rectificati Part. duas semis et sedecim Aquae praescribit, de quibus destillando abstrahendas Part. octo.

AQUA MENTHAE SATIVAE. Garten- oder Frauenmünzen-Wasser. *Eau de Menthe cultivée.* — Paratur uti Aqua Menthae piperitae.

AQUA MENTHAE VIRIDIS seu vulgaris. Grüne Münzen-Wasser. *Eau de Menthe verte.* — Pari modo obtinetur.

AQUA MEPHITICA ALCALINA v. Aqua aërata alcalina (p. 40.).

†AQUA MERCURIALIS seu mercuriata ad usum externum Ph. Wirtemb. et Helvet. Merkurial-Wasser zum äusserlichen Gebrauche. *Eau mercurielle à l'usage exterieure.*

Rec. Cerussae Venetae Unc. unam, Aluminis crudi Drachm. sex, Lithargyrii Unc. semis, Mercurii sublimati corrosivi, Salis Ammoniaci āā Drachm. unam, Aquae Solani nigri, Plantaginis, Rosar. et Nymphaeae āā Unc. quatuor, Aceti Vini Libr. semis. Trita et commixta, modice bulliant, postea non colata serventur. — SPIELMANNI formula eo solummodo discrepat, quod Aquae Solani et Plantaginis loco Aquam fontanam sumi proponit. — Aqua cuti deformatae prodesse dicitur, ad verrucas, scabiem, ulcera maligna cet. — Merito autem hodie vix adhibetur. (Conf. et Aqua grisea [p. 68.], Aq. STETTINENSIS, Aq. ophthalm., Liquor BELLOSTII, Merc. liquidus seu nitrosus, Aq. mercurialis simpl. seu ad vermes, Aq. phagedaenica.)

† AQUA MERCURIALIS BATEANA.

Rec. Rad. Lilior. albor. Drachm. duas. Coque in Hydropegis q. s. ad Libr. unius colaturam, adde Amygd. amar. excort. Drachm. duas; fiat emulsio. In ista solve triturando Mercur. subl. corros. Drachm. duas.

†AQUA MERCURIALIS BALSAMICA PLENCKII.

Rec. Mercurii dulcis Scrup. duos, Tinct. Myrrhae Unc. semis, Laudani liquid. SYDENHAMI, Decocti Chinae concentr. āā Unc. unam. Misce.

AQUA MERCURIALIS FLAVA et Aqua mercurialis nigra v. Aq. phagedaenica et Aq. nigra.

AQUA MERCURIALIS SIMPLEX seu ad Vermes, Aqua Mercurii vivi cocta seu Decoctum Hydrargyri, Aqua Hermetica. Einfaches Quecksilber-Wasser. *Eau mercurielle simple.*

Rec. Mercurii vivi purissimi Unc. unam. Coque leniter in vase figulino seu vitreo cum Aquae fontanae Libra una per horas duas, agitans subinde Mercurium baculo ligneo, tunc decantha Aquam. — Pharm. Helvetica ad Unciam unam Mercurii sex solummodo Aquae Unc. praescribit. — Disp. Fuldense, FERRARINI, TADDEI, VAN MONS ad unam Mercurii duas tantum Aquae Partes praescribunt. — Pro vermifugo habetur (v. et Decoctum mercuriale).

AQUA MERCURII CORROSIVI v. Liquor.

AQUA MERCURII VITRIOLATI v. Aqua aluminosa FALLOPII (p. 44).

AQUA MESPILORUM. Mispel-Wasser. *Eau de Nefles.* — Uti Aqua Rubi idaei obtinebatur. Dudum autem merito exolevit.

AQUA MEU. Bärwurz-Wasser. *Eau de Meum.* — Uti Aqua Valerianae (p. 93.) paratur.

AQUA MILLEFLORUM seu odorata Ph. Parisiens. Wohlriechendes Tausendblumen-Wasser. *Eau de Millefleurs.*

Rec. Aquae Naphae Unc. octo, Aq. Rosar. pallid. et moschatar. āā Unc. quatuor, Aquae Flor. Meliloti Unc. sex, Tunicae, Thymi, Santal. citrin. āā Unc. tres, Aq. Mellis regiae Unc. octo, Spirit. Rosar. et Cort. Citri āā Unc. unam. Essent. Regiae, Tinct. Ambrae et Moschi āā Gutt. tres. Misce.

AQUA MILLEFLORUM GRAYI.

Rec. Aquae Angelicae Octarios duos, Moschi Gran. duodecim vel viginti, vel Moschi Folliculi Unc. unam. Misce, digere; addi potest Essentiae Ambrae griseae quantum libet (conf. Aqua Florum omnium p. 66.).

AQUA MILLEFOLII. Schaafgarben-Wasser. *Eau de Millefeuille.* — Paratur ex Floribus uti Aqua Chamomillae (p. 56.) — Melius fit ex Floribus recentibus contusis.

AQUA MILLEPEDUM Ph. Helveticae. Kellerefel-Wasser. *Eau de Cloportes.*

Rec. Millepedum vivorum lotorum Unc. duas, Sacchari Candi albi Unc. unam. Misce, tere probe in mortario vitreo, sensim affundens Aquae Nasturtii aquatici Libr. unam. Colatura expressa detur ad vitrum. — SPIELMANNUS praescribit sec. FULLERUM, Millepedum vivorum et Sacchari albi āā Unc. quatuor bene subigi, tunc admisceri Vini albi Unc. quatuor et colari. — Non nisi ex tempore recens paranda.

AQUA MINERALIS MARC — Solutio est Vitrioli Martis Drachm. unius in Aquae Libr. duabus.

AQUA MINERALIS ACIDULA Ph. castrensis Ruthenae.

Rec. Aquae purae Libr. quinquaginta, Cretae albae Drachm. duas, Magnesiae albae Unc. unam, Salis Sodae Drachm. sex, Salis communis Unc. unam semis. Omnibus mixtis, trajice per solutionem Aëris fixi Pollices cubicos nongentos ad mille.

AQUA MINERALIS CATHARTICA seu Potio cathartica SWEDIAURI. — Solutio est Salis amari in duodecim Aquae Partibus (conf. et Aqua amara p. 41.).

AQUA MINERALIS FERRATA v. Aqua chalybeata salina (p. 56.).

AQUA MINERALIS SULPHURATA Ph. castrensis Ruthenae.

Rec. Aquae purae Libr. quadraginta, Cretae albae Drachm. quinque, Salis Sodae Drachm. decem, Salis communis Drachm. septem. Mixtis trajice Aëris fixi et hepatici āā Pollices cubicos nongentos ad mille.

AQUA MIRABILIS ALTHOFFII. Althoffs Wunder-Wasser. *Eau admirable d'ALTHOFF.*

Rec. Vitrioli coerulei Unc. tres, Ciner. clavellati Drachm. sex, Sal. Ammoniaci Unc. unam, Sal. Acetosellae Drachm. duas, Aceti Vini Libr. duas, Spirit. Vini Gallic. Libr. unam. Misce, digere in vase clauso per aliquot dies, tunc destilla ex cucurbita vitrea leni igne ad siccitatem usque. — Nuperrime ut vulnerarium in ulceribus torpidis cet. magnopere laudatur.

AQUA MIRABILIS GRAYI. Gray's Wunder-Wasser. *Eau admirable de GRAY.*

Rec. Caryophyllorum, Rad. Galangae, Cubebarum, Macidis, Cardamomi minoris, Nuc. Moschatar., Rad. Zingiberis āā Drachm. unam, Succi Chelidonii majoris Libr. unam semis, Spirit. Vini Libr. duas semis. Destillent Librae duae semis. — Vel: Cassiae ligneae, Cort. Citri āā Unc. quatuor, Sem. Angelicae Unc. duas, Herbae Menthae piperitae Unc. sex, Rad. Galangae Unc. duas, Cardamomi minor. Unc. unam, Sem. Amomi Unc. quatuor, Spirit. Vini Congios duos, Aquae quantum satis. Abstrahantur Congii quatuor.

AQUA MIRACULOSA SCHÜTZII Ph. Batavae. — Solutio est Lapidis miraculosi in viginti quatuor Aquae Partibus.

AQUA MULSA v. Hydromel.

AQUA MURIATICO-MERCURIALIS RUBRA v. Aqua phagedaenica (p. 84.).

AQUA MURIATIS CALCIS v. Liquor Calcariae muriaticae.

AQUA MYRRHAE Ph. Wirtemb et Helvet. Myrrhen-Wasser. *Eau de Myrrhe.*

Rec. Myrrhae rubrae pulveratae Unc. octo. Infunde Aquae fontanae Libr. sex; post digestionem per triduum loco calido factam destillent Libr. quatuor.

AQUA MYRTI sec. Rennie. Myrten-Wasser. *Eau de Myrte.*

Rec. Florum recentium Myrti cum Ramulis Libr. unam. Macera in Aquae purae Congio uno per diem, adde Fermenti boni Unc. unam vel majorem quantitatem; stent per biduum, tunc infunde in retorta cum Salis marini Unc. duabus. Omnem Aquam abstrahe; adde Folia recentia cum Ramulis et age uti antea, hoc modo ter vel quater repetens.

AQUA NAPHAE. Pomeranzenblüthe-Wasser. *Eau de Fleurs d'Orange.*

Synon.: Aqua Florum Aurantiorum seu Naphae, Aqua Aurantiorum Florum, Aqua Citri Aurantii Florum.

Rec. Florum Naphae recentium Libr. quatuor,
aut Sale conditorum Libr. sex,
Cinerum clavellatorum Unc. duas,
Aquae fontanae Libras sedecim.
Destillent ex balneo Calcariae muriaticae Librae octo. Cuncta bene conquassata reponantur et oleum forsitan depositum auferatur. Tunc loco frigido obscuro asservetur. — Adhiberi quoque potest AQUA NAPHAE VENALIS, quae ex Italia vel Gallia meridionali nomine *Eau d'Orange triple* affertur, investigandum autem est, si forte metallis nocivis vel aliis materiis colorantibus sit inquinata; quod si ita est, destillatione ex balneo Calcariae muriaticae purganda. — Liquor sublimpidus, odore forti grate aromatico Florum Naphae. — *Vis:* analeptica.

Sit Aqua bonae notae, ut modo descripta; aqua turbida vel colorata, parum odora, seu odore alieno, vel acida, aut, si aquae hepaticae ope coloretur, removeatur.

Usus: Internus et externus. Mixturis et aliis compositionibus, saepius quoque odoris causa, admiscetur.

Plures Pharmacopoeae, quoad proportionem Florum et Aquam inde destillandam a nostro praecepto discrepant. Saepius etiam recentiores Pharmacopoeae Florum minorem quantitatem postulant, quo tamen Aqua valde debilis, per tempus mox corruptibilis, obtinetur; idque eo magis, quod Flores in nostris regionibus in calidariis culti, minus odorati, adhibentur. — Sic Ph. Borussica, Hannoverana, Slesvico-Holsatica, Bavarica, Polonica et Swediaur ex duabus Florum recentium (vel tribus salitorum) Partibus decem Aquae destillari praescribunt. — Ph. Hassiae El. ex tribus Florum viginti Aquae, — Ph. Oldenburgica ex una Florum sex Aquae parari proponunt. — Ph. autem Danica, Saxonica et Van Mons ex una Florum tres Aquae, — Ph. Amstelodamensis ex una Florum duodecim Aquae, — Ph. d'Anvers et Herbipolitana quatuor, — Ph. Batava, Belgica, Ferrariensis, Brugnatelli et Piderit ex tribus Florum octo Aquae destillari jubent. — Ph. Austriacae, Gallicae, Palatinae, Parmensis, Sardoae et Taddei formula in capite rei cum nostra congruunt. — Ph. Hispanica ex sex Florum octo, — Ph. Lusitanica novem — et Ph. Fuldensis et Suecica duodecim Aquae Partes parari jubent. — Ph. Wirtembergica et plures aliae pristinae ex duabus Florum Partibus tres tantummodo Aquae Partes destillando elici proponunt.

AQUA NAPHAE ARTIFICIALIS sive ex tempore sec. Cottereau. — Obtinetur miscendo Oleum Neroli genuinum cum quatuor Magnesiae albae Partibus et pauxillo Aquae, ut fiat puls, cui successive quingenties plus aquae quam oleum adhibitum admiscetur. Seponatur liquor lacteus per 24 horas, saepius agitando, tunc filtretur. — Magnesia restans, magna adhuc quantitate Olei Naphae impraegnata, ter adhuc simili modo cum Aqua tractari potest; exhibet Aquam non minus aromaticam.

AQUA NASTURTII AQUATICI. Brunnenkressen-Wasser. *Eau de Cresson de fontaine.* — Paratur uti Aqua Cochleariae (p. 60.).

AQUA NASTURTII HORTENSIS. Gartenkressen-Wasser. *Eau de Cresson Alénois.* — Pari modo paratur.

AQUA NEAPOLITANA seu acidula hydrosulphurosa. Neapolitanisches oder säuerliches Schwefelwasser. *Eau de Naple* ou *hydrosulphurique acidulée.*

Rec. Aquae aëratae Unc. quindecim, Aq. hepaticae Unc. quinque et Drachm. unam, Salis Sodae Gran. duodeviginti, Magnesiae albae Gran. decem. Salibus in lagenam immissis affunde primo Aquam hydrosulphuratam tum acidulam.

AQUA NEPHRITICA Ph. Helveticae. Stein- oder griestreibendes Wasser. *Eau nephritique.*

Rec. Fragorum recent. maturor. Mensuras quatuor, Baccarum Alkekengi Libr. unam semis, Rad. recent. Raphani rusticani, Sem. Dauci vulg. aa Libr. semis, Succi Betulae mense Martio collecti Libr. viginti quatuor. Misce, post macerationem horar. 12 l. a. ex Maris balneo destillentur circiter ad Libr. quindecim.

AQUA NEPHRITICA Grayi. — Paratur destillando ex Flor. Spinae albae recentium Libris quatuor, Nuc. Moschatar. Unc. tribus et Vini albi Congiis duobus, Octarios duodecim.

AQUA NEPHRITICA seu antinephritica Dispens. Fuldensis, Ph. Hamburg. p. p.

Rec. Salis Alcali mineralis depurati Drachm. duas, Aquae Calcis Ostrearum Libr. duas. Misce.

†AQUA NICOTII. Nikotin-Wasser. *Eau de Nicotine.*

Rec. Herbae Nicotianae solliciter siccatae Libr. duas, Alcali vegetabilis caustici Unc. duas, Aquae fontanae Libras viginti. Destillent, leniter ebulliendo, Librae duodecim. — Liquor limpidus, odore et sapore penetrante Nicotii. — Solutio est praecipue Nicotii in Aqua. — *Vis:* summe narcotica. — Medicorum attentione in casibus, ubi Nicotiana indicata est, omnino digna!

DE AQUA NICOTIANAE seu Tabaci conf. Fomentatio excitans et Lotio Nicotianae.

AQUA NIGRA seu mercurialis nigra, Aqua Hydrargyri muriatici mitis nigra, Lotio nigra seu Hydrargyri nigra. Schwarzes Wasser. *Eau noire.*

Rec. Calomel. Gran. sedecim, Aquae Calcis Unc. quatuor. Misce triturando. — Ellis et Swediaur ad Aquae Calcis Unc. quatuor, Mercurii dulcis Drachm. unam, — Augustin, Gray et Rennie Sesquidrachmam praescribunt.

AQUA NIVALIS seu NIVIS. Schnee-Wasser. *Eau de Neige.* — Paratur sec. Ph. Helveticam destillando ex Nive recent. delapsa vel Glacie pura duas tertias Partes.

AQUA NUCIS MOSCHATAE. Muscatennuß-Wasser. *Eau de Noix de Muscate.* — Paratur destillando ex Nuc. Moschatar. contusar. Unc. una cum sufficiente Aquae quantitate Congium unum. — De Aqua Nuc. Moschat. spirituosa conf. Spiritus.

AQUA NUCUM JUGLANDIUM v. Aqua Juglandium Nucum (p. 71.).

† AQUA NUCLEORUM seu SEMINUM PERSICORUM SPIRITUOSA, Alcohol seu Spiritus Nucleorum Persicorum Ph. Parmensis. Pfirsichkern-Wasser. *Eau d'Amandes de Pêches.*

Rec. Nucleorum Persicorum contusor. Libr. unam, Spiritus Vini simplicis Libr. quatuor, Aquae fontan. Libr. duas. Infunde per diem et destillent in balneo Mariae Librae quatuor. Quoad proprietates et Vim cum Aqua Amygdalarum amararum (p. 42.) congruit, sed minus concentrata est; pari modo adhibetur

AQUA NYMPHAEAE FLORUM. Seerosen-Wasser. *Eau de Nenuphar.* — Paratur ex Floribus recentibus uti Aqua Florum Acaciarum (p. 39.).

AQUA ODORIFERA Ph. Wirtemb. Riech-Wasser. *Eau de Senteur.*

Rec. Herb. Anthos, Majoranae āā Unc. unam, Flor. Lavendul., Liliorum convall., Rosarum āā Unc. duas, Ligni Rhodii, Cort. Citri rec. āā Unc. unam semis, Cinnamomi acuti Unc. duas, Caryophyllor. arom. Unc. unam semis. Mixtis et contusis affundantur Spiritus Vini rectificati Libr. octo, Aquae fontanae Libr. quatuor, et post digestionem per triduum leni igne tres quartae inde destillentur. — Juch Hb. Melissae Libr. duas, Rad. Calami aromat. Libr. unam, Caryophyll. Libr. semis, Cort. Cinnamomi Unc unam, Flor. Lavendulae Libr. duas, Herb. Anthos Libr. semis, Majoran. et Menth. piper. āā Unc. unam cum Spiritus Vini rectificati Libr. duabus et Aquae Libr. triginta destillari praescribit, donec Unc. viginti elicitae sint (Spiritus hic cum Aqua Carmelitarum [p. 52.] fere congruit).

AQUA AD OCULOS d'Yvel. Yvels Augen-Wasser. *Eau d'Yvel.* — Obtinetur miscendo Vitrioli albi Drachm. tres, Vitrioli coerulei Drachm. unam, Camphorae Scrupul. duos et Croci Grana viginti cum Aquae Octario uno.

AQUA ONONIDIS. Hauhechel-Wasser. *Eau d'Arrete Boeufs.* — Paratur sec. Ph. Sardoam destillando ex Herb. recentis Ononidis cont. Part. una et Aquae Partibus tribus Trientes duos.

AQUA OPHTHALMICA EX ACETITE PLUMBI Ph. Batav. Augen-Wasser mit Bleizucker. *Eau ophthalmique avec Acetate de Plomb.* — Solutio est Sacchari Saturni Gran. quindecim in Aq. Rosarum Unc. sex.

AQUA OPHTHALMICA ADSTRINGENS, roborans seu vitriolata, Aqua Vitrioli albi seu Zinci, Solutio Sulphatis Zinci seu Zinci sulphurici, Collyrium vitriolicum seu e Vitriolo albo, e Zinco sulphurico sive Sulphatis Zinci, adstringens, detergens seu detersivum. Adstringirendes Augen-Wasser. *Eau ophthalmique adstringente* cet.

Rec. Vitrioli albi Part. unam. Solve in Aquae Part. ducentis quadraginta. Sic Ph. castrensis Borussica, militaris Danica et Wurceburgensis; Ph. castrens. Borussic. ex edit. Rimeri ad AQUAM OPHTHALMICAM ROBORANTEM quadringentas octoginta Aquae Partes, — Pharm. Suecic. et Lusitan. ad AQUAM VITRIOLICAM nonaginta sex Aquae Partes praescribit. — Ph. Hamb. p. p. ad AQ. OPHTHALM. ADSTRING. N° 2. Vitrioli albi Grana tria in Aquae Rosarum Unc. duabus solvi jubet. — Ph. Batav. formula fere eadem est. — Formulaire des hopit. milit. de France ad unam Vitrioli albi ducentas Aquae Partes, — Ph. Edinb. et castrensis Ruthena ducentas quadraginta et praeterea unam Spiritus Vitrioli Partem praescribunt. — V. etiam Collyrium et Mixtura.

AQUA OPHTHALMICA ALBA DANICA seu antiophthalmica.

Rec. Vitrioli albi Drachm. unam, Sacchari Saturni Drachm. semis, Camphorae Scrupulum unum Misce exactissime et filtra. — Augustin Vitrioli albi Scrupul. unum, Extracti Saturni Drachm. semis, Spirit. Vini camphorati Drachm. duas et Aquae destillatae Unc. duodecim commisceri praescribit.

AQUA OPHTHALMICA ALUMINOSA, roborans seu adstringens N° 1. Gealauntes Augen-Wasser. *Eau ophthalmique alumineuse.*

Rec. Aluminis Partem unam, Aquae fontanae Partes ducentas. Misce. — Ph. Batav. ad unam Aluminis Aquae triginta duas, — Ph. Hamb. p. p. edit. 2. ad AQUAM OPHTHALMICAM ADSTRING. N°. 1. quadraginta octo Partes praescribunt — Dispens. Fuldense et RENNIE ad AQUAM OPHTHALMICAM ROBORANTEM nonaginta sex Aquae Partes ad duas Aluminis praescribunt. — Ph. Hamb. p. p. formula eadem est, nisi quod Aquae destillatae simplicis loco Aquam Rosarum sumi jubet. — RATIER ad Aluminis Scrup. unum, Aquae communis et Rosar. āā Unc. duas, — SAUNDERS ad Aluminis Scrup. semis, Aquae Rosarum Unc. sex — et SWEDIAUR duodecim praescribit. — ELLIS ad Aluminis Grana duodecim ad viginti quatuor usque, Aquae Rosarum Uncias quatuor praescribit. (V. et Collyrium et Linimentum Aluminis.)

AQUA OPHTHALMICA EX BARYTA MURIATICA seu Muriatis Barytae Ph. Batav.—Solutio est Barytae muriaticae Gran. duorum ad trium in Aquae destillatae Unc. una.

AQUA OPHTHALMICA EX CADMIO SULPHURICO seu Sulphatis Cadmii Pharm. Batav. — Solutio est Cadmii sulphurici Gran. duorum ad octo in Aquae destillatae Unc. una.

AQUA OPHTHALMICA DE CHARAS.

Rec. Sacchari Candi albi Unc. unam, Rad. Ireos florent. Drachm. tres, Tutiae pptae Drachm. duas, Sarcocollae, Vitrioli albi, Aloës Succotrinae āā Drachm. unam, Caryophyllorum Scrupul. unum, Aquae Euphrasiae, Foeniculi et Rosarum āā Unc. octo, Vini Hispanici Unc. viginti quatuor. Infundantur in sole aestivo per quindecim dies et agitentur per vices. Liquor clarus in usum recipiatur.

AQUA OPHTHALMICA COERULEA, Aqua coelestis seu sapphirea Ph. Wirtemb, Aqua adstringens seu exsiccans, Aqua Vitrioli coerulei seu Cupri ammoniati sive Acetatis Cupri ammoniacalis, Collyrium coeruleum seu sapphirinum sive exsiccans, Liquor ophthalmicus coeruleus seu Cupri ammoniati, Solutio Acetatis Cupri et Muriatis Ammoniae seu Ammoniureti Cupri. Blaues Augen-Wasser. *Eau ophthalmique blue, Eau céleste pour les Yeux, Hydrolé de Sulphate de Cuivre ammoniacale.*

Rec. Aquae Calcis vivae Libram unam, Salis Armoniaci Drachm. unam. Misceantur; stent per 24 horas in vase cupreo, unde Aqua, colorem sapphireum nacta, filtretur et servetur in vitro clauso. — Ph. Amstelodamensis, Ferrariensis, Disp. Brunsvic. et Fuldensis formulae cum hac congruunt. — Ph. Hispanica Kali carbonici Drachm. unam adhuc addi praescribit. — Simile, et quoad ingredientia magis constans, ex tempore paratur singulis Aquae Calcis vivae Unciis Grana quinque Salis Ammoniaci et Granum dimidium Viridis Aëris electi admiscendo. — Ph. manualis d'Anvers, Dublinensis, Herbipolit., Rossicae, SPIELMANNI, SWEDIAURI et VAN MONS formula in capite rei cum hac conveniunt. — Ph. Hassiae El. autem ad Aquae Calcis Libr. unam, duas Salis Ammoniaci Drachm. et Aeris viridis Grana quinque praescribit. — Ph. Borussica Aquae Calcis Libr. semis cum Aquae destillatae Libris quatuor misceri, tunc addi Salis Ammoniaci depurati Drachm. duas et Cupri limati Drachm. unam praescribit, quae omnia per horas 12 reponenda, tum filtranda. — TADDEI Salis Ammoniaci Drachm. sex, Aq. pluvialis Libr. tres, Lactis Calcis Unc. sex et Limatur. Cupri Unc. duas seu aliquot Cupri Laminas misceri et digeri praescribit — VAN MONS proponit, Cupri limati Scrupulum unum et Salis Ammoniaci Drachm. unam, commixta aëri exponi, donec cuprum sit corrosum, tunc admiscendas Aquae Calcis Unc. duodecim, agitandas et filtrandas. — HENRY et GUIBOURT Aq. destill. Unc. quatuor, Vitrioli coerul. Gran. quatuor et Spirit. Sal. Ammon caust. Gutt. triginta duas misceri proponunt. — *Vis:* refrigerans, desiccans et mundificans. — *Usus:* Vel instillatur oculis, vel mediantibus linteis applicatur.

AQUA OPHTHALMICA COMMUNIS v. Albumen aluminosum (p. 32.).

AQUA OPHTHALMICA CONRADI seu mercurialis sive Hydrargyri muriatici corrosivi cum Opio, Collyrium Hydrargyri corrosivi.

Rec. Aquae Rosarum Unc. sex, Mercurii sublimat. corrosiv. Gran. unum, Laudani liquidi SYDENHAMI Drachm semis. Misce. — Ph. Hannov. formula eo solummodo discrepat, quod Drachm. semis loco Scrupul duos Laudani liquidi praescribit. — Ph. militaris Danica ad Sublimat. corrosiv. Granum unum, Infus. Sambuci Unc. quatuor et Tinct Opii spirit. Drachm. unam praescribit. — Ph. militaris Wurceburgensis ad Sublimati corros. Granum unum, Aquae Rosarum Unc. quatuor et Extracti Opii Grana duo praescribit. — HENRY et GUIBOURT Merc. sublim. corros. Granum unum, Laud. liquid. SYDENH. Drachm. tres et Aq. Rosar. Unc. tres misceri praescribunt. — Conf. et Collyrium ex Hydrarg. muriat. corrosiv.

AQUA OPHTHALMICA DAGUINI, COLLYRIUM COMITIS DU BOURG.

Rec Tutiae pptae, Caryophyllorum, Sacchari Candi, Camphorae Pineis tritae, Aloës āā Drachm. unam semis. Pulverisata infundantur in sole per 15 dies cum Aquae Rosarum albarum Unc. sex, Aq. Chelidonii, Foeniculi, Euphrasiae et Rutae āā Unc. duabus. Liquor decanthatus recipiatur ad usum.

AQUA OPHTHALMICA DISCUTIENS Disp. Fuldensis.

Rec. Mucil. Sem. Cydoniorum Unc. unam, Aq. fontan. Unc. tres, Extracti Saturni Gutt. duodecim. Misce.

AQUA OPHTHALMICA DISCUTIENS N° 1. Ph. Hamb. p. p.

Rec. Aquae Sambuci Unc. unam semis, Tart. emetici Gran. unum, Tinct. thebaic. Drachm. unam. Misce.

AQUA OPHTHALMICA DISCUTIENS N°. 2. Ph. Hamb. p. p.

Rec. Extract. Opii Gran. quatuor, Alcali vegetab. caustic. Gran. unum, Aquae destill. Unc. quatuor. Misce, cola per chartam.

AQUA OPHTHALMICA Heckeri.

Rec. Merc. sublimat. corros. Grana duo, Extracti Opii Scrupul. semis, Mucil. Sem. Cydonior. Unc. semis, Aquae Rosar. Unc. quatuor. Misce.

AQUA OPHTHALMICA Ph. Helveticae.

Rec. Aquae Florum Cyani, Rosarum albarum āā Unc. unam, Tutiae pptae, Flor. Zinci āā Scrup. semis, Camphorae, Vitrioli albi āā Gran. duo. Misce exactissime.

AQUA OPHTHALMICA Chelii ex LAPIDE DIVINO. — Solutio est Lapidis divini Gran. decem in Aq. dest Unc. quatuor, cum addit. Laud. liq. Syd. Drachm semis.

AQUA OPHTHALMICA LENIENS Ph. Hamburg p. p.

Rec. Decocti Malvae Unc. duas, Aceti Saturni Guttas decem. Misce.

AQUA OPHTHALMICA MERCURIALIS Disp. Fuldensis.

Rec. Mercurii sublimati corrosivi Granum unum, Aquae destillat Unc. sex. Misce.

AQUA OPHTHALMICA EX MURIATE AMMONII Ph. Batav. — Solutio est Flor. Salis Ammoniaci simpl. Drachm. semis in Aquae purae Unc. una.

AQUA OPHTHALMICA Odheli, Collyrium Stiernceonense, Decoctum Rutae zincatum.

Rec. Herb. Rutae conc. Part. duas. Coque in vase cooperto cum Aquae fluviatilis Part. triginta sex ad Dimidium. In Unciis duodecim hujus decocti solve Vitrioli albi Unc. unam et Vitrioli coerulei Drachm. tres. Dissolutis admisce Spiritus Vini camphorati Drachm. semis.

AQUA OPHTHALMICA Plenckii.

Rec. Flor. Zinci Drachm. unam. Tere intime cum Aquae Rosar. Unc. sex.

AQUA OPHTHALMICA RESOLVENS Pharm. Hamb. p. p. edit. 1.

Rec. Aquae Rosarum Unc. sex, Extract Saturni Drachm. semis, Salis Ammoniaci puri Gran. duodecim. Misce.

AQUA OPHTHALMICA ROBORANS Ph. Hamb. p. p. v. Aq. ophthalmica aluminosa.

AQUA OPHTHALMICA Saunderi

Rec. Trochisci albi Rhasis Drachm. unam, Aquae Rosarum Unc. quatuor. Misce exactissime.

AQUA OPHTHALMICA Thedeni EX LAPIDE DIVINO.

Rec. Lapidis divini Scrup. semis, Salis Ammoniaci Gran. quinque, Aquae Rosarum Unc. duas. Misce.

AQUA OPHTHALMICA USUALIS Dispens. Brunsvicens.

Rec. Aquae Rosarum, Foeniculi āā Unc. quinque, Tutiae pptae Drachm. sex, Sacchari Saturni Drachm. unam semis, Vitrioli albi Scrupul. duos. Misceantur exactissime.

AQUA OPHTHALMICA Van Mons.

Rec Vitrioli albi Gran. duodecim, Sacchari Saturni Drachm. semis, Aquae Rosarum Unc. sex. Misce.

AQUA OPHTHALMICA VITRIOLICA, e Vitriolo Zinci seu ex Sulphate Zinci v. Aqua ophthalmica adstringens et Collyrium.

AQUA OPII. Opium-Wasser. *Eau ou Hydrolat d'Opium.*

Rec. Opii optimi Smyrnaei recentis, intus adhuc mollis, tenacis. odore penetrantissimo viroso, (resectis partibus exterioribus durioribus) in taleolas dissecti, Unc. unam. Immitte in retortam vitream et affunde Aquae fontanae Unc. octo. Excipulo adaptato et bene juncto, destillent ex balneo Calcariae muriaticae Unc. sex. — Ph. Saxonica quinque Partes ex una Opii destillari jubet. — Henry et Guibourt ex una Opii cum Sextuplo Aquae per 24 horas macerata unam solummodo Aquae Partem destillari proponunt. — Van Mons Opium in Aquae Part sex dissolvi et liquorem ad siccum destillari proponit. — Sit limpida, odore penetrante Opii. — Viribus narcoticis eximiis praedita putant. Utique autem medicamentum fallax, dubium.

AQUA OPULI seu Viburni. Wasserholunder- oder Schneeballen-Wasser. *Eau d'Obier.* — Ex Floribus plenis recentibus odoratis uti Aqua Rosarum (p. 87.) paratur.

AQUA ORIGANI. Dosten-Wasser. *Eau d'Origan commun.* — Paratur ex Summitatibus uti Aqua Menthae (p. 78.).

AQUA ORYZAE v. Decoctum.

AQUA OXYCARBONATIS ACIDULI POTASSAE v. Aq. aërata alcalina (p. 40).

AQUA OXYGENATA seu oxydata, Hydrogenium hyperoxydatum, Oxygenium liquidum. Oxydirtes Wasser, Wasserstoff-Hyperoxyd, tropfbarflüssiger Sauerstoff, Sauerstoff-Wasser. *Hydrogène suroxygenée, Deutoxyd d'Hydrogène.*

Rec. Baryi hyperoxydati quantum vis. Contere cum Aquae destillatae Decuplo, vase in miscella frigefacienda posito, instilla per vices Acidum Salis dilutum, donec Baryta soluta sit; tunc adde pedetentim Spiritus Vitrioli quantum requiritur ad Barytae praecipitationem. Iterum ingere Baryum hyperoxydatum aqua humectatum, et praecipita caute Spiritus Vitrioli ope; filtra cum expressione et age cum liquore filtrato quater ad sexies, ut memoratum. Tunc admisce Argenti sulphurici quantum sufficit, ad praecipitandum Acidum Salis, filtra et adde filtrato Barytam puram hydratam aqua humectatam donec Acidum sulphuricum penitus secretum sit, postea filtra. Habebis ita Aquam magna Oxygenii quantitate impraegnatam, quam, si magis concentrare vis, in patina sub anthliae pneumaticae campana

vas apertum Oleo Vitrioli repletum evacuando fit, donec Oxygenium evolvi incipiat. Concentrari etiam potest anthlia non adhibita, seponendo vas sub campanam vitream patera Oleo Vitrioli partim repleta superimposita. Aqua, si satis concentrata, statim in vasis optime clausis loco frigido asservanda. Parari etiam potest, solvendo Baryum hyperoxydatum in Acido fluo-silicico (p. 18.), quae operatio iteranda, donec liquor satis saturatus sit, postremo Acidum praevalens Aquae Barytae ope penitus saturandum. Ceterum simili modo ac memoratum, agendum. — Liquor aqueus, aqua ponderosior, concentratissimus p. spec. 1,45, spissiusculus, syrupi consistentia, frigore non congelans; odore debili ingrato, Aquae Javelli (p. 71.) subsimili, sapore nauseoso, amariusculo; in epidermide maculam albam, mox evanescentem, cum sensu pungente efficiens. — Combinatio est valde soluta Aquae cum Oxygenio, in statu concentratissimo 475 Volumina continentis. Facillime decomponitur, aëri si exponitur Oxygenium temperatura ordinaria sensim et calore adjuvante inter effervescendum celerrime in auras abit. — Permulta corpora solida, ut carbo, magnesia vitriariorum, plura metalla, oxyda, salia, argentum oxydatum praecipue, ad decompositionem, passim cum explosione, ansam praebent, non minus fibrinum et aliae materiae animales; acida fortiora e contrario stabilitatem adjuvant. — Compositio haec hucusque vix pro medicamento adhibita, medicorum attentione quam maxime digna!

AQUA OXYGENATA sec. Brugnatelli. — Obtinetur saturando Aquam machinae compressoriae ope Oxygenio quantum fieri potest. — Ut stimulans, leve stomachicum, antispasticum cet. commendabatur. — De

AQUA OXYGENATA, oxygeno-muriatica et oxymuriatica conf. et Aqua Chlori (p. 57.) et Limonada nitrica.

AQUA PAEONIAE. Gichtrosen-Wasser. *Eau de Pivoine.* — Paratur ex Floribus recentibus uti Aqua Cochleariae. — Aqua efficacior foret ex Radice recente, sollicite, uti Aqua Armoraciae (p. 46.) parata.

AQUA PAEONIAE COMPOSITA v. Aqua epileptica (p. 65.).

AQUA PANIS. Brod-Wasser. *Eau de Pain.*
Rec. Crustae Panis recenter e clibano extracti et adhuc calentis Libras duas, Cinnamomi acuti, Caryophyllor., Nuc. Moschatar. āā Unc. dimidiam, Vini albi spirituosi Libr. octo. Destillentur leni igne ad Dimidias.

AQUA PAPAVERIS ALBI. Weißen Mohnblüthen-Wasser. *Eau de Pavots blancs.* — Paratur e Floribus recentibus uti sequens.

AQUA PAPAVERIS ERRATICI seu Rhoeados. Klapperrosen-Wasser. *Eau de Coquelicot.* — Paratur ex Flor. Papaveris Rhoeados Libra una et Aquae Libris duabus, destillando Libr. duas.

AQUA PARALYSEOS v. Aqua Primulae Veris (p. 86.).

AQUA PAREGORICA seu anodyna Ph. Helveticae. Schmerzlindernde Wasser. *Eau paregorique* ou *anodyne.*
Rec. Capit. Papaveris albi una cum Seminibus Unc. duas. Conc. et cont. ebulliant per horae quadrantem cum Aquae fontanae Libr. una. Colatura usui reponatur.

AQUA PARIETARIAE. Wandkraut-Wasser. *Eau de Parietaire.* — Paratur uti Aqua Acetosae (p. 39).

AQUA PERLATA sec. Rennie — Paratur solvendo Saponis Hispanici Libr. semis in Aquae Congio uno et addendo solutioni Spirit. Vini rectif. Mens. quartam et Olei Anthos Semiunciam. (Conf. etiam Aqua confortativa. p. 61.)

† AQUA PERSICORUM FOLIORUM seu Fol. Persicorum. Pfirsichblätter-Wasser. *Eau de Feuilles de Pêcher.* — Ex Foliis recentibus una cum Ramulis tenellis, mense Junio vel Julio collectis, uti Aqua Lauro-Cerasi (p. 72) paratur; quacum, rite parata, omnino convenit.

AQUA PESTILENTIALIS Hartmanni seu Spiritus Vini camphoratus crocatus. Hartmanns Pest-Wasser. *Eau contre la Peste de Hartmann.*
Rec. Spiritus Vini camphorati Unc. duodecim, Tinct. Croci Unc. unam semis. Misce.

AQUA PETASITIDIS. Pestilenzwurzel-Wasser. *Eau de Pétaside.* — Ex Radice recenti uti Aqua Valerianae paratur.

AQUA PETASITIDIS COMPOSITA ex Juncken.
Rec. Rad. Petasit. rec. cont. Libr. unam, Angelic., Imperat. āā Libr. semis. Macerentur in Cerevisiae non lupulatae Libr. decem, donec saporis mutatione vires radicum extractas esse sentias.

AQUA PETROSELINI. Petersilien-Wasser. *Eau de Persil.* — Paratur e Seminibus uti Aqua Foeniculi (p. 66.). — Liquor sublimpidus, odore penetrantissimo petroselinino; tempore facile oleum hydratum crystallinum deponit. — *Vis:* Seminum. — Aqua turbida, floccosa, flavescens, parum odora, rejiciatur. — *Usus:* Per se et in mixturis adhibetur. — Pharm. Bavarica ex Radicis et Herbae recentis āā Parte una cum Aquae Part quinque, duas destillando elici jubet. — Ph. Wirtemb. et aliae Pharm. pristinae ex Herba recenti duas Aquae Partes elici jubent. — Van Mons suadet Herb. recent. semiflorae Part. quatuor, Spirit. Vini Part. unam et Aquae Part. triginta sex addi, atque ex iis abstrahi Part. duodecim. — Ph. Fuldensis Seminibus quartam Kali carbonici Partem addi proponit et quinque Aquae Partes destillari.

† AQUA PHAGEDAENICA, Aqua muriatico-mercurialis rubra, Hydrochloras Calcis solutus Hydrate Deutoxydi Hydrargyri mixtus, Liquor Muriatis

Deutoxydi hydrargyro-calcarei, Aqua aurea, Lotio flava seu lutea Hydrargyri, Solutio Muriatis Calcis hydrargyrata. Phagedänisches Wasser, Altschaden-Wasser. *Eau phagédénique, Eau jaune ou ulceraire pour les Chaires boveuses, Hydrolé mercuriel calcaire.*

Rec. Aquae Calcis vivae Unc. sedecim. In hac dissolve Mercurii sublimati corrosivi Grana viginti quatuor. — Liquor turbidus flavus. — Miscella est Hydrargyri oxydati hydrati cum Calcaria muriatica et Aqua. — *Vis:* caustica, mundificans. *Usus:* In lotione cet. externe ad exulcerationes, praecipue ulcera venerea adhibetur. — Cum hac formula congruunt Ph. Borussica, Slesvico-Holsatica, Hannover., Ph. Hassiae El., Rossica et Wirtembergica. — Plures Pharmacopoeae quoad proportionem Partium constituentium discrepant. Sic Ph. manualis d'Anvers et Ph. militaris Danica ad Aquae Calcis Unc. quatuor, decem Mercurii sublimati Grana praescribunt. — Ph. Herbipolitana et Amstelodamensis ad Libr. unam Aquae Calcis Drachm. semis Mercurii sublimati, — Formulaire pharmac. à l'usage des hopit. de Paris ad sedecim Aquae Calcis Uncias undeviginti, — Rennie quindecim, — Brugnatelli viginti et van Mons triginta Sublimati Grana, — Ph. Parmens. et Ferrariensis ad Libr. unam Aquae Calcis, viginti Sublimati Grana, — Spielmannus, Gray et Ph. Sardo a Semidrachm. Sublimati praescribunt. — Taddei Sublimati Grana octo in Aquae destillatae Drachm. tribus solvi et Aquae Calcis Unc. quatuor addi proponit. — Ph. Hispanica Scrupulum unum Mercurii sublimati cum Salis Tartari Drachm. una et Aquae destillatae Libra una terendo commisceri proponit. — Ph. Lusitanica Mercurii sublimati Scrupulum unum et Salis Ammoniaci Grana decem in Aquae destillatae Libr. una solvi jubet. — Swediaur Merc. sublim. corr. Grana triginta ad sexaginta in Aquae Libr. duabus solvi et Spirit. Vini Libram semis addi suadet, — Ph. Saxonica in singulas Aquae destill. Uncias Granum unum Mercurii sublimati corrosivi. (Conf. et Liquor Hydrargyri muriatici corrosivi et ammoniato-mercurialis.)

AQUA PHAGEDAENICA ALBA sec. van Mons.

Rec. Aquae Calcis Unc. viginti octo, Salis Alembrothi crystall. Scrupul. duos. Misce exactissime.

AQUA PHAGEDAENICA ALBA COMPOSITA sec. van Mons. — Obtinetur miscendo Aquae phaged. albae Unc. viginti quatuor cum Mellis rosati Unc. una.

AQUA PHAGEDAENICA ALOËTICO-COMPOSITA Voigelii.

Rec. Mercurii sublim. corros. Grana tredecim, Aloës opt. Drachm. tres, Opii puri Gran. decem, Mell. rosat. Drachm. sex, Aquae Calcis Libr. semis. Misce.

AQUA PHAGEDAENICA COMPOSITA sec. van Mons.

Rec. Aquae phagedaenicae Unc. sex, Extr. Myrrhae Drachm. unam, Tinct. Myrrhae Unc. semis. Misce.

AQUA PHAGEDAENICA Grindelii v. Aqua caustica (p. 54.).

AQUA PHAGEDAENICA NIGRA sec. van Mons.

Rec. Mercurii dulcis praecipitati Scrupulos duos, Aquae Calcis Unc. viginti octo. Misce triturando exactissime (v. et Aqua nigra p. 81.).

AQUA PHAGEDAENICA Pideriti.

Rec. Aquae phagedaenicae Unc. sex, Spirit. Vini crocati Unc. semis, Liquaminis Myrrhae Drachm. unam, Sief albi Rhasis Unc. unam. Misce.

AQUA PHYLLIDIS AMARAE SIMPLEX sec. Kranichfeld. Bittermandelöl-Wasser nach Kranichfeld. *Eau de Phyllis.*

Rec. Sacchari albi Drachm. unam, Olei Amygd. amarar. aetherei Scrupul. semis. Misce et sensim adde Aquae destillatae Unc. duas et Drachm. septem. Serva in vitro charta coloris nigri vestito, loco frigido obscuro.

AQUA PHYLLIDIS AMARAE VINOSA sec. Kranichfeld. — Obtinetur destillatione Amygdal. amararum vel praecedente methodo, addito Alcohole Vini.

AQUA PHYSAGOGA Ph. Wirtemb. Wind-Wasser. *Eau physagoque.*

Rec. Sem. Anisi Libr. unam, Sem. Sileris montani Unc. unam semis, Cinnamomi acuti Unc. duas, Nuc. Moschat., Rad. Calangae, Macidis, Caryophyllor. aromat. ãã Unc. semis. Cont. macerentur per triduum in Vini albi generosi Libr. sedecim, Spirit. Vini rectificat. Libr. duabus et destillentur leni igne ad Dimidias.

AQUA PICEA seu Picis liquidae sive Taedae, Infusum Picis liquidae seu Cedriae, Potio picea. Theer-Wasser. *Eau de Goudron ou de Poix liquide.*

Rec. Picis liquidae Libram unam, Aquae fluviatilis Libr. quatuor. Misce saepius conquassans per biduum; deinde seponatur, ut subsidat pix; decantha liquorem limpidum et serva in vasis clausis. — Liquor subflavescens, odore penetrantissimo Picis liquidae uti et sapore. — Solutio est Principiorum Picis liquidae in Aqua solubilium, praecipue Kreosoti, Picamari, Aceti cet. (v. I. 208.). — *Vis:* excitans, mundificans, diuretica, diaphoretica, anthelmintica. — *Usus:* In potione. — Cum hac formula Ph. Saxonicae, Suecicae, Dublinensis, Spielmanni cet. formulae congruunt. — Aliae quoad proportionem discrepant. — Sic Ph. Slesvico-Holsatica ad unam Picis liquidae duodecim Aquae Partes praescribit, — Ph. Bavarica et Ferrarini sex, — Dispens. Fuldense et Lippiacum, Ph. Wirtemb. et Rennie octo, — Ph. Gallica

ad quinque Picis liquidae sedecim Aquae, — Cadet de Gassicourt et Ratier ad unam Picis liquid. Aquae quadraginta octo et infusionem per septimanam, — Ph. Parmensis viginti — et van Mons sexaginta quatuor Aquae Partes praescribit. — Alia illius formula Aquae Unc. viginti et Tinct. Picis liquidae Scrupulum unum misceri praescribit.

AQUA PIMENTAE seu Piperis Jamaicensis simplex et vinosa. Piment-Wasser. *Eau de Piment.* — Parantur uti Aquae Cinnamomi (p. 59.).

AQUA PIMPINELLAE ALBAE Bibernell-Wasser. *Eau de Pimprenelle.* — Paratur ex Radice uti Aqua Valerianae (p. 93.). — AQUA PIMPINELLAE HORTENSIS — ex Herb. recente culta Poterii Sanguisorbae obtinetur.

AQUA PINI TURIONUM seu Turionum Pini. Fichtensprossen-Wasser. *Eau de Boutons de Pin.* — Simili modo ac praecedens obtinetur.

AQUA PIPERIS NIGRI. Schwarzpfeffer-Wasser. *Eau de Poivre noire.* — Paratur sec. van Mons destillando ex Piperis nigri Part. una, Aquae Part. quindecim mixta, Part. quinque.

AQUA PLANTAGINIS. Wegerig-Wasser. *Eau de Plantain.* — Paratur ex Herba recenti uti Aqua Acetosae (p. 39.) — Sec. Ph. Gallicam uti Aqua Lactucae (p. 72.) paranda est. — Solummodo ex Floribus recentibus Plantaginis mediae Aquam odoratam obtinebis.

AQUA PLANTAGINIS AQUATICAE. Wasser-Wegerig oder Froschlöffel-Wasser. *Eau de Plantain d'Eau.*

Rec. Rad. rec. Plantag. aquat. conc. Libr. unam, Aq. font. Libr. quatuor. Destilla caute Unc. viginti quatuor. Reaffunde destillatum in novas Rad. Alismatis Unc. duodecim, et abstrahe Unc. duodeviginti.

AQUA PLUMBI seu plumbica v. Aqua saturnina et Aqua vegeto-mineralis.

AQUA PONTIFICALIS v. Liquor vulnerarius vegetabilis.

AQUA PORTULACAE. Portulac-Wasser. *Eau de Pourprier.* — Paratur uti Aqua Acetosae (p. 39.).

AQUA POTASSAE CAUSTICAE seu purae v. Lixivium causticum.

AQUA POTASSAE CARBONATIS ACIDULA seu Supercarbonatis Potassae v. Aq. aërata alcalina (p. 40.).

AQUA POTASSAE SUBCARBONATIS v. Oleum Tartari per deliquium et Liquor Cineris clavellati depurati seu Kali carbonici.

AQUA PRAGENSIS v. Aqua foetida (p. 66.).

AQUA PRIMULAE VERIS seu Paralyseos. Schlüsselblumen-Wasser. *Eau de Primevère.* — Paratur uti Aqua Tiliae (p. 78.).

AQUA PROPHYLACTICA v. Acetum.

AQUA PRUNI AVIUM v. Spiritus Cerasorum.

AQUA PRUNI LAURO-CERASI v. Aqua Lauro-Cerasi (p. 72.).

† AQUA PRUNI PADI seu Padi. Ahlkirschen-Wasser. *Eau de Cerisier à Grappes.* — Paratur ex Cortice recenti vel Foliis recentibus odoratis uti Aqua Lauro-Cerasi (p. 72.). — Proprietates similes habet, eodemque modo adhibetur.

AQUA PSORICA Bückingi. Bückings Krätz-Wasser. *Eau contre la Gale de Bücking.*

Rec. Aquae Calcis Unc. decem, Merc. sublim. corros., Merc. dulcis ppt. āā Scrup. unum. Misce exactissime. Pro lotione.

AQUA PSORICA seu antipsorica mercurialis CUM SULPHURE.

Rec. Flor. Sulphur. Unc. tres, Sal. Ammon. Unc. unam, Aquae Calcis Libr. quinque. Coque ad remanent. Libr. trium, tunc admisce Merc. sublim. corros. Scrupul. duos.

AQUA PULEGII. Polei-Wasser. *Eau de Poulliot.* — Paratur uti Aqua Menthae (p. 78.). — Liquor limpidus odoratissimus. A medicis nostratibus nimis negligitur.

AQUA PULEGII SPIRITUOSA v. Spiritus.

† AQUA PULSATILLAE. Küchenschellen-Wasser. *Eau de Coquelourde.*

Rec. Herbae Pulsatillae recentis mense Aprili collectae Libras duas. Concisis celeriter superaffunde Aquae Libras quatuor; et destilla in apparatu idoneo, optime clauso, ex balneo Calcariae muriaticae Libras duas, quae statim in vasis parvis, optime obturatis, loco frigido sollicite asservandae. — Liquor sublimpidus, odore et sapore penetrante acri-pungente; aëre admisso celeriter odorem et saporem amittit, qui removendus.

AQUA PURA DESTILLATA VULNERARIA v. Aqua vulneraria aquosa.

AQUA PURGANS CUM TARTARO EMETICO seu Aqua mineralis. Brech-Wasser. *Eau purgative* Ph. Gallicae.

Rec. Salis mirabilis Glauberi Unc. unam ad duas, Tartari emetici Grana tria, Aquae calidae Unc. decem. Misce.

AQUA PYRMONTANA ARTIFICIALIS Ph. Suecicae. Künstliches Pyrmonter-Wasser. *Eau de Pyrmonte factice.*

Rec. Salis amari Grana triginta quinque, Salis communis Grana decem, Gypsi artificialis recenter parati Grana triginta sex, Calcariae carbonicae artificialis recenter paratae Grana quindecim, Limaturae Martis Unc. unam. Misceantur cum Aquae fontanae purissimae Cantharo uno, et omnia, modo ad Aquam aëratam (p. 39.) praescripto, aëre fixo saturentur. — Ph. Gallica Aquae aëratae quinque Volumina Casis continentis Unc. viginti cum dimidia cum Salis culinaris Gran. duobus, Salis amari Gran. octo, Magnesiae albae Gran. duodecim et Ferri subcarbonici Grano uno commisceri suadet. Aqua parata ab aëris accessu diligenter custodienda est, in quo, si negligitur, Ferrum solutum ex Aqua deponitur, et hanc turbidam et rubiginosam reddit.

AQUA RABELLI seu RABELLIANA, Spiritus RABELLI seu Mixtura sulphurico-acida Pharm. Borussicae. Rabells-Wasser. *Eau de Rabell.*

Miscella est Olei Vitrioli puri Part. unius cum Spiritus Vini rectificatissimi Part. tribus. (Conf. et Elixir acidum.)

†AQUA RANUNCULI ALBI seu Anemones. Weiße Ranunkel- oder Waldhahnenfuß-Wasser. *Eau d'Anemone sauvage.* — Uti Aqua Pulsatillae (p. 86) paratur, quacum etiam quoad proprietates congruit.— Ph. Suecica ex duabus Herbae recentis tres Aquae Partes elici jubet.

AQUA RAPHANI NIGRI. Schwarzen Rettig-Wasser. *Eau de Raifort cultivé.* — Uti Aqua Armoraciae (p. 46.) paratur.

AQUA REGINAE HUNGARICAE v. Aqua Hungarica (p. 69.).

† AQUA REGIS, regia seu regalis, Aqua chrysulca seu stygia BASILII, Aqua Fortis composita seu DYERI, Aqua muriatico-nitrosa, Menstruum Auri, Acidum nitro-muriaticum seu hydrochloricum, Acidum nitroso-oxymuriaticum seu chloricum, Acidum chloronitrosum. Königs-Wasser, Goldscheide-Wasser, Salpetersalzsäure, Chlorhaltige salpetrichte Säure. *Eau regale, Acide nitro-muriatique* ou *hydrochloro-nitrique.*

Rec. Aquae Fortis Partem unam, Acidi Salis Partes duas. Misce. — Liquor aurantiaco-fuscescens, odore penetrante Chlori et Acidi nitrosi. — Praescriptiones quoad rationem Acidorum passim discrepant; alii praeterea Sal Ammoniacum seu Sal culinare cum Triplo ad Sextuplum Aquae Fortis commisceri proponunt, alii Nitri Partem unam cum Acidi Salis Part. duabus cum dimidia praescribunt, cet. — Caput rei utique est, miscellam ita confici, ut Chlorum non desit. — Constat enim praecipue ex Chloro et Acido nitroso cum Aqua. — *Vis:* Chlori. — *Usus:* In pediluviis cum aqua diluta adhiberi proponitur. Praecipue autem ad Auri et Platinae dissolutionem inservit.

AQUA REGIS FERDINANDI Ph. Pragens. König Ferdinands-Wasser. *Eau du Roi Ferdinand.* — Paratur destillatione Dupli Aquae supra Nitrum, vel destillando Liquorem Nitri fixi. — Aqua destillata pura his methodis obtinetur.

AQUA RESOLVENS CADET DE GASSICOURT. Auflösendes Wasser. *Eau resolvente.*

Rec. Salis GLAUBERI Unc. unam ad duas, Nitri Grana decem. Tartari emetici Granum dimidium, Aquae Libr. duas. Misce.

AQUA RHODII LIGNI v. Aqua Ligni Rhodii (p. 74.)

AQUA RHODIOLAE seu Rhodiae Radicis. Rosenwurzel-Wasser. *Eau d'Orpin rose* — Paratur ex Radice uti Aqua Valerianae (p. 93.).

AQUA RHOEADOS v. Aq. Papaveris erratici.

AQUA ROBORANS SELLE. Selle's stärkendes Augen-Wasser. *Eau roborante de SELLE* sec. CADET DE GASSICOURT.

Rec. Extracti Saturni, Spiritus Vini camphorati $\overline{aa}$ Drachm. duas, Vitrioli albi Drachm. unam, Aquae Chamomillae Libram semis. Misce.

AQUA RHOIS TOXICODENDRI. Gift-Sumach-Wasser. *Eau de Sumac veneneuse.* — Uti Aqua Lactucae (p. 72.) paratur.

AQUA EX RORE seu Ros. Thau. *La Rosée.* — Olim praecipue mensibus Majo et Junio, ante solis ortum instrumentis vitreis colligebatur. — *Vim* ei attribuebant laxandi, resistendi ictibus animalium venenatorum, et collectum de herbis ophthalmicis oculorum affectibus convenire credebant. — Dudum merito exolevit.

AQUA RORISMARINI v. Aq. Anthos (p. 44.).

AQUA ROSARUM. Rosen-Wasser. *Eau de Roses.*

Synon.: Aqua Rosae seu Rosarum centifoliarum et Damascenarum.

Rec. Florum Rosarum recentium incarnatarum Libras quatuor, aut Sale conditorum Libras sex.

Superaffunde Aquae fontanae quantum sufficit et destilla ex balneo Calcariae muriaticae Libras viginti. (Etiam vaporum Aquae ope ex Floribus recentibus, vel salitis levissime solutis et expansis in vesicam ingestis, uti Aqua Chamomillae (p. 56.) parari potest.)

Liquor limpidus, odore forti grato, rosaceo. — *Vis:* analeptica, excitans.

Aqua turbida aut colorata, odore debili vel alieno, omnino rejiciatur.

Usus: Mixturis cet. admiscetur, praecipue odoris causa; additur saepius aquis ophthalmicis et aliis compositionibus.

Pristinae Pharmacopoeae Florum ad Aquam rationem majorem requirunt. — E. g. Wirtembergica ex una tantum Florum Parte Aquae Partem unam cum dimidia abstrahi suadet,—Ph. Suecica et Fennica duas.—Addito Spirit. Vini, uti VAN MONS proponit, Aquam praebet mox acescentem, unde omnino haec methodus repudianda.

AQUA ROSARUM ALBARUM. Weiße Rosen-Wasser. *Eau de Roses blanches.* — Ex Rosa alba *L.* simili modo paratur. — Liquor praecedenti similis, sed odore debiliore. — Praecipue ad Aquas ophthalmicas requirebatur.

AQUA ROSARUM RUBRARUM. — Simili modo obtinetur. — Minoris odoris est quam praecedentes et omnino superflua.

AQUA ROSARUM SILVESTRIUM,— quae eadem methodo obtinetur, odore gaudet grato sed debili, quasi vinoso. — Hodie vix adhibetur.

AQUA RUBI IDAEI. Himbeer-Wasser. *Eau de Framboises.*

Rec. Baccarum Rubi idaei recentium contus. Libras triginta, Aquae Libras sexaginta.

Destillent ex balneo Calcariae muriaticae Librae triginta.

Liquor limpidus, odore suaveolente Baccarum Rubi idaei. — *Vis:* temperans, analeptica.

Sit Aqua limpida, grate odora; Aqua turbida vel acida, et odore debili removeatur.

Usus: Mixturis praecipue admiscetur.

Pharmac. Borussica, Slesvico-Holsatica, Ph. Hassiae El. residuum post parationem Succi Baccarum Rubi idaei maturarum recentis aut Sale conditi cum Triplo Aquae, addita sexagesima Cinerum clavellatorum Parte, commisceri et Duplum adhibiti residui destillando elici praescribunt. — Pharm. Saxonica et VAN MONS miscellam e Baccis et Aquam ante destillationem fermentationi subjici suadent. — Aqua autem his methodis obtenta facile acescit. — Parari etiam potest ex Spiritu Rubi idaei, simili modo ac Spiritus Melissae (p. 77.) obtento, cum Aqua. Semper autem ex tempore miscenda, quoniam pariter mox acescit.

AQUA RUBI VULGARIS. Brombeer-Wasser. *Eau de Mures de Ronce.* — Pari modo paratur.

† AQUA RUBRA seu mercurialis ALBERTI. Rothes Wasser. *Eau rouge*

Rec. Mercurii sublimati corrosivi Drachm. unam, Aquae destillatae Libr. unam, Radicis Alkannae quantum sufficit ad colorandum. Misce et filtra. (Conf. etiam Aqua vulneraria.)

AQUA RUTAE. Rauten-Wasser. *Eau de Rue.* — Paratur uti Aqua Salviae.

† AQUA SABINAE. Sevenbaum-Wasser. *Eau de Sabine.* — Pari modo paratur.

AQUA CUM SACCHARO SATURNI v. Aq. saturnina (p. 89.).

AQUA SALINA Ph. Hamb. p. p., Potio tartarico-boracica, Fundans LASSONE. Salz-Wasser. *Eau saline, Fondant de LASSONE.*

Rec. Cremor. Tartari Unc. unam, Borac. VenetaeDrachm. tres, Aquae bullientis Libr. unam. Solve. — BORRIES formulaire Salis cujusque Drachm. et Aquae Libram praescribit. — Formulaire à l'usage des hopitaux de Paris. — Rec. Cremoris Tartari Part. viginti, Boracis Part. quinque, Mellis despumati Part. sexaginta et Aquae quantum sufficit, ad implendum liquoris Octarium unum.

AQUA SALIS AMMONIACI FIXI v. Liquor.

AQUA SALVIAE. Salbei-Wasser. *Eau de Sauge.*—

Paratur uti Aqua Menthae piperitae (p. 78.). — Liquor limpidus, odore et sapore forti Salviae. — *Vis:* discutiens, diaphoretica, tonica.

Aqua turbida, vel spissiuscula, tenax, parum odora rejiciatur.

Usus: In mixturis; collutoriis et gargarismatibus praecipue admiscetur.

AQUA SALVIAE seu Hormini COMPOSITA Ph. Wirtemb. Zusammengesetztes Salbei-Wasser. *Eau de Sauge composée*

Rec. Herbae Salviae rec. Unc. octo, Anthos, Serpylli, Thymi āā Unc. unam, Cardamomi utriusque Drachm. sex, Macid., Nuc. Moschat., Caryophyllor., Rad. Zedoar., Galang., Calam. arom. āā Unc. semis, Vini spirituosi Libr. octo, Spirit. Vini rectificati Libr. quatuor. Destillentur leni igne ad quartae Partis remanentiam. — Ph. Gallica Specier. vulnerariarum Part. duas, cum Aquae Part. viginti commisceri et Part. octo abstrahi praescribit. (Conf. etiam Aq. apoplectica [p. 45.] et vulneraria p. 97.).

AQUA SALVIAE SPIRITUOSA v. Spiritus.

AQUA SAMBUCI. Hollunder-Wasser. *Eau de Sureau.*

Synon.: Aqua Florum Sambuci, Flieder-Wasser.

Paratur uti Aqua Chamomillae (p. 56.). Ex quaque autem Florum siccatorum Libra eliciantur sex tantum Aquae Librae. — Liquor limpidus, odore forti Florum Sambuci. — *Vis:* discutiens, diaphoretica, anodyna.

Aqua spissiuscula, tenax vel parum odora removeatur.

Usus: In potione; mixturis admiscetur, saepius tanquam constituens inservit.

Pharm. Borussica et aliae quoad rationem Florum et Aquae passim discrepant; plerumque uti Aquam Chamomillae l. cit. parari praescribunt.

AQUA SANTALI CITRINI v. Aqua Ligni Santali citrini (p. 74.).

AQUA SAPPHIRINA v. Aq. ophthalmica coerulea (p. 82.).

AQUA SASSAFRAS SIMPLEX et COMPOSITA v. Aqua Ligni Sassafras (p. 74.).

AQUA SASSAPARILLAE ROLLFINCKII. Rollfinck's Saſſaparill=Waſſer. *Eau de Sarsapareille de ROLLFINCK.*

Rec. Rad. Sassaparill. Unc. duas, Rad. Chinae Unc. unam, Cichorii, Scorzonerae āā Unc. unam semis, Cort. Cappar., Tamarisci, Lign. Rhodii āā Unc. semis, Herb. rec. Chelidonii, Cochlear., Beccabung., Fumar., Ceterach., Chamaepith. āā Man. unum. Inc. cont. affunde Aq. Cichorii, Fumar., Cochlear. āā Libr. unam semis. Post 3 dier. digest. destilla ex baln. Cineris. Destillari etiam potest cum Vino Malvatico.

AQUA SATUREJAE. Saturei=Waſſer. *Eau de Sarriette.* — Uti Aq. Menthae (p. 78.) paratur.

AQUA SATURNINA seu plumbica Pharm. Borussicae. Blei=Waſſer. *Eau de Saturne* ou *de Plomb.*

Rec. Aquae destillatae Libr. duas, Aceti Saturni Unc. semis. Misce.

AQUA SATURNINA Ph. Hamburg. p. p. edit. sec.—Constat ex Sacchari Saturni Drachm. duabus, Aquae destillatae Libra una. — Edit. prima Aquae destillatae loco Aquam fontanam sumi et insuper addi praescripserat Aceti Vini Unc. duas. (V. etiam Aqua vegeto-mineralis et Collyrium.)

AQUA SATURNINA AESCULAPII — Obtinebatur destillando Acetum fortissimum per alembicum plumbeum magnum, abjecta quarta parte primo exstillante; reliquum excipiebatur fere ad siccitatem; cavendo tamen empyreuma. — Dudum merito exolevit.

AQUA SATURNINA CAMPHORATA.

Rec. Aquae saturninae Ph. Bor. Libr. unam, Spiritus Vini camphorati Unc. duas. Misce.

AQUA SAXIFRAGIAE. Steinbrech=Waſſer. *Eau de Saxifrage.* — Uti Aqua Acetosae (p. 39.) paratur.

AQUA SCABIOSAE. Apoſtemkraut=Waſſer. *Eau de Scabieuse.* — Paratur uti Aqua Acetosae (p. 39.).

AQUA SCANDICIS ODORATAE, Myrrhidis seu Cicutariae odoratae sive Cerefolii Hispanici Pharm. Slesvico-Holsat. Spaniſch Körbel=Waſſer. *Eau de Cerfeuil musqué.* —

Uti Aqua Petroselini (p. 84.) ex Herba recenti paratur.

AQUA SCLOPETARIA v. Aqua vulneraria.

AQUA SCORDII. Lachenknoblauch=Waſſer. *Eau de Germandrée d'Eau.* — Paratur uti Aq. Melissae (p. 77.).

AQUA SCORDII COMPOSITA v. Aq. theriacalis (p. 92.).

AQUA SCORZONERAE. Schlangenwurz=Waſſer. *Eau de Scorsonère.* — Ex tota Planta recenti uti Aqua Acetosae (p. 39) paratur.

AQUA SEDLITZENSIS v. Aqua amara (p. 41.).

AQUA SEDLITZENSIS SATURATIOR sec. Ph. Gallicam fit, solvendo Salis amari Unc. semis, Magnes. muriaticae Gran. triginta sex, in Aq. aëratae, triplici Mensura Aëris fixi praegnantis, Unc. viginti duabus.

AQUA SELTERANA ARTIFICIALIS Pharm. Suecicae. Künſtliches Selters=Waſſer. *Eau de Selters factice.*

Rec. Salis communis Grana centum, Salis Sodae crystallisatae Grana viginti quatuor, Magnesiae albae et Calcariae carbonicae utriusque nuper paratae, prioris Grana viginti novem et posterioris Grana septendecim. Diluantur in Aquae fontanae purissimae Unciis octo et octoginta, et omnia Aëre fixo perfecte saturentur (v. Aqua aërata p. 39.). Ex tempore quoque parari potest solvendo Natri bicarbonici Grana quadraginta quinque in Aquae fontanae frigidae Libr. duabus. Immissis in lagenam iis replendam instillantur Acidi Salis (odore expertis) Guttae centum viginti. — Lagena statim bene obturanda et loco frigido asservanda. — Ph. Gallica Salis Sodae Gran. quatuor, Magnes. alb. Gran. duo et Salis communis Gran. viginti duo in Aquae aëratae, quintupla Aëris fixi Mensura medicatae, Unc. viginti et semis solvi praescribit.

AQUA SEDI seu Sempervivi. Hauslauch=Waſſer. *Eau de grande Joubarbe.* — Paratur uti Aqua Acetosae (p. 39.).

AQUA SEMINIS ANETHI, ANISI, FOENICULI cet. v. Aqua Anethi, Anisi, Foeniculi cet.

AQUA SEPARATORIA = Aqua Fortis (p. 21.).

AQUA SERPYLLI. Quendel=Waſſer. *Eau de Serpolet.* — Paratur uti Aqua Melissae (p. 77.).

AQUA SERPYLLI COMPOSITA v. Aqua benedicta Serpylli (p.49.).—Schroederi formula in capite rei cum nostra congruit; magis autem complicata est.

AQUA SINAPIS seu Sinapeos, Aqua Seminis Sinapis. Senf-Wasser. *Eau de Moutarde.* — Paratur e Seminibus Sinapis nigrae recenter contusis cum Aqua uti Aqua Amygdalarum amararum (p. 42.). — Liquor primum subturbidus, odore pungente volatili Sinapis. — Solutio est concentrata Olei aetherei Sinapis in Aqua. — *Vis:* Sinapis, externe celeriter irritans, immo passim vesicans. — *Usus:* Uti Sinapismi. — Aqua haec efficacissima medicorum attentione omnino digna. — Nees ab Esenbeck praescribit, Sinapis nigrae rec. pulv. Libr. unam, Spirit. Vini rect. Unc. duas, Salis Ammon. Unc. semis, cum suff. Aquae communis quantitate ad consistentiam pultis tenuis misceri et inde Sesquilibram ad duas Libras destillari.

AQUA SIGILLI Salomonis. Weißwurzel-Wasser. *Eau de Sceau de Salomon.* — Paratur ex Planta recenti uti Aqua Acetosae (p. 39.).

AQUA SILICUM. Kieselerde-Wasser. *Eau de Caillous.* — Obtinetur sec. Lemery extinguendo Silices rubro-candentes in Aqua, in olla ferrea contenta. — Contra tussim convulsivam cet. celebrata. Merito autem exolevit.

AQUA SINE PARI. Wasser ohne Gleichen. *Eau sans Pareille.*

Rec. Aquae Hungaricae Unc. octo, Spirit. Vini rectificati Unc. duas et septuaginta, Ol. Citri Unc. semis, Bergamottae Drachm. duas semis, de Cedro Drachm. duas. Mixta destillentur ad remanentiam Unc. novem. — Gray praescribit Spirit. Vini rectificatissimi Congium unum cum Moschi Gran. viginti, Essent. Ambrae gris. Unc. duabus, Ol. Lavendulae et Caryophyll. aa Unc. una, Bergamottae Unc. semis, Sassafras Gutt. quindecim et Origani Guttis viginti commisceri.

AQUA SODAE seu alcalina gasosa, Aqua Natri bicarbonici acidula, Supercarbonatis Sodae seu natrici, Aqua Carbonatis Sodae acidula. Soda-Wasser, Sauer-Wasser mit Kohlensäure und Natron. *Eau de Soude, Eau acidule avec du Carbonate de Soude.* — Paratur ex Sale Sodae dilapso cum Aqua aërata uti Aqua aërata alcalina (p. 40.). *Vis* et *Usus:* Aquae aëratae.

AQUA SODAE CARBONATIS sec. Rennie. — Solutio est Salis Sodae in Aqua destillata pond. spec. 1,08.

AQUA SOLANI NIGRI. Nachtschatten-Wasser. *Eau de Morelle.* — Uti Aqua Lactucae (p. 72.) paratur.

AQUA SOMNIFERA Weckeri. Weckers Schlaf-Wasser. *Eau somnifere de Wecker.*

Rec. Sem. Papaver. albi Unc. semis, Sem. Lactucae Unc. unam, Cort. Rad. Mandragorae Drachm. duas, Opii praep. Drachm. tres, Aquae Papaveris Unc. octo. Post digestionem per noctem destillent leg. artis.

AQUA SPADANA ARTIFICIALIS Ph. Suecicae. Künstliches Spaa-Wasser. *Eau de Spa factice.*

Rec. Salis Sodae crystallisati Grana novem, Magnesiae albae rec. parat. Grana viginti, Calcariae carbonicae rec. paratae Grana octo, Limaturae Martis Unc. unam, Aquae fontanae purissimae Unc. octo et octoginta. Saturentur omnia Aëre fixo, uti in Aqua Selterana praescriptum est, et servetur liquor limpidus loco frigido, in vasis optime obturatis epistomiis bene elotis. — Ph. Gallica in Aquae aëratae, quintuplici Aëris fixi Mensura medicatae, Unc. viginti semis, Salis communis Gran. unum, Magnes. alb. Gran. quatuor, Salis Sodae Gran. duo et Ferri subcarbonici Gran. unum solvi proponit.

AQUA DE SPERMATE RANARUM sive Sperniolae. Froschlaich-Wasser. *Eau de Frais de Grenouille.*

Rec. Spermatis Ranarum recentis quantum vis. Destilla in balneo Mariae fere ad siccitatem, custodiens ab empyreumate. Jam dudum Aqua fatua, inanis, exolevit.

AQUA SPLENETICA. Milz-Wasser. *Eau splenetique.*

Rec. Aquae Melissae, Menthae, epileptic. Langii aa Unc. tres, Mixturae simplicis Ludovici Drachm. tres, Essentiae Castorei Drachm. unam, Elaeosacchari Succini Drachm. duas. Misce.

† AQUA STETTINENSIS AD USUS EXTERNOS Disp. Brunsvic. Stettiner-Wasser. *Eau de Stettin.*

Rec. Florum Balaustiorum Unc. semis, Sacchari Saturni, Tartari albi aa Drachm. duas, Aluminis saccharini Unc. unam., Rad. Tormentillae Drachm. duas, Mercur. sublim. corrosiv., Ligni Santalini rubri aa Drachm. unam, Spiritus Vini rectificati Unc. sedecim. Cont. digerantur et exprimantur.

AQUA STIBIATA v. Aqua emetica (p. 64.).

AQUA STOMACHICA seu Menthae composita Ph. Wirtemb. et Helveticae. Magen-Wasser. *Eau stomacale.*

Rec. Summit. Menthae crisp. rec. Unc. tres, Rad. Galangae, Nuc. Moschat., Cinnamomi aa Unc. unam, Vini spirituosi Libr. octo. Destillentur ad Dimidias. — Schroederus, Jungken et alii pristini autores plures etiam similes formulas, sed magis compositas, habent. Vid. etiam Infusum Quassiae cum Natro.

AQUA STRUMALIS Taxae militaris Badensis, Aqua ad Botium seu Decoctum Spongiae ustae Augustini. Kropf-Wasser. *Eau contre les Ecrouelles.*

Rec. Spong. fragm., Tart. crud. aa Unc.

semis, Alumin. crud., Lapid. Spongiar., Corii Russici (Juchten) āā Drachm. duas. Misce, calcinentur in vase fictili bene clauso per ¼ horae, ut fiat pulvis niger. Rec. hujus Pulv. Drachm. sex. Coque cum suff. quant. Aquae fontanae ad remanentiam Unc. novem; per chartam bibulam colatis adde Aq. Cinnamom. simpl., Syrup. Aurant. āā Unc. semis. Misce.

AQUA seu MIXTURA STRUMALIS de PESCHIER.
Rec. Natri bicarbonici Drachm. duas, solve in Aquae destill. Unc. octo, adde Syr. simpl. Unc. unam.

AQUA STRUMALIS RASTATTIENSIS.
Rec. Spong. combust. compos. (urendo Spong. in fragm. Part. duas, Lapid. Spongiar., Mandib. Lucii Piscis et Boleti cervin. āā Part. unam, in vase clauso paratae) Unc. unam semis. Coque cum Aquae fontanae Libr. quatuor fere ad Dimidias, sub finem coctionis adde Cinnamomi, Rad. Pyrethri, Piper. nigri āā Drachm. unam, Salis culinaris Drachm. duas. Digere adhuc per horam, tunc cola et filtra. Serva in lagena. — Plures aliae adhuc sunt compositiones ad Aquam strumalem, caput rei autem fere semper Decoctum Spongiarum combustarum exhibet (v. et Decoctum).

AQUA STYPTICA BEROLINENSIUM sec. SPIELMANN. Blutstillendes Wasser. *Eau styptique.*
Rec. Succ. express. Sempervivi, Sanguisorbae, Chaerefolii, Aristolochiae, Aceti Vini āā Part. aequales. Destillent sec. artem.

AQUA STYPTICA DANORUM seu Liquor stypticus WEBERI sec. SPIELMANN., Ph. Herbipolit. et PIDERIT.
Rec. Alumin. rupei, Vitriol. coerulei āā Unc. tres. Solve in Aquae font. Unc. viginti quatuor, et adde Olei Vitrioli Drachm. duas. — Ph. Edinburg. ad AQUAM STYPTICAM seu Solutionem Sulphatis Cupri compositam duodecim Ol. Vitrioli Drachm. requirit. — Disp. Fuldens. et Lippiacum ad Aluminis et Vitriol. coerulei āā Unc. unam, Aquae Libr. unam et Olei Vitrioli Drachm. unam praescribunt. (Conf. etiam Aqua vitriolica Londinensium (p. 96.) et alter Liquor styptic. WEBERI sec. SPIELMANNUM.

AQUA STYPTICA DE MOTTE LA FAVEUR. — Nihil aliud est nisi Solutio Ferri sulphurici oxydati in Quadruplo Aquae.

AQUA STYPTICA CLEMENTINA v. Liquor vulnerarius vegetabilis.

AQUA STYPTICA LOOFII v. Liquor.

AQUA SUBACETATIS PLUMBI seu plumbici v. Aqua vegeto-mineralis (p. 94.).

AQUA SUBACETATIS PLUMBICI FORTIOR v. Spiritus Frumenti acetatus.

AQUA SUBCARBONATIS KALI v. Liquor Cineris clavell. et Oleum Tartari per deliquium.

AQUA SUCCORUM VEGETABILIUM VULNERARIORUM v. Liquor vulnerarius vegetabilis.

AQUA SULPHATIS ALUMINAE v. Aqua aluminosa (p. 39.).

AQUA SULPHATIS FERRI ET MAGNESIAE ANTIMONIALIS seu ex Banares Ph. Hisp. Brechweinstein- und Vitriolhaltiges Bitter-Wasser. *Eau de Banares.*
Rec. Salis amari Drachm. tres, Tart. emetici Gran. unum, Vitrioli Martis Gran. sex, Salis SEIGNETTE Scrupul. unum, Aquae Libr. quatuor. Solve et filtra.

AQUA SULPHATIS MAGNESIAE CARBONICAE v. Aqua amara (p. 41.).

AQUA SULPHATIS ZINCI v. Aqua ophthalmica adstringens (p. 81.).

AQUA SULPHATIS ZINCI ALUMINOSA v. Aqua aluminosa BATEANA (p. 41.).

AQUA SULPHURATA CERUTTI seu Aqua sulphurato-stibiata Ph. Boruss. cum Aqua Calcis Antimonii cum Sulphure AUGUSTINI (p. 50) convenit.

AQUA SULPHURATO- seu SULPHURO-ACIDULA seu acida v. Liquor probatorius HAHNEMANNI.

AQUA SULPHURETI AMMONIAE v. Liquor fumans BOYLE et Liquor Ammoniaci hydrothionici.

AQUA SULPHURETI KALI seu Potassae Ph. Edinburg. Schwefelleber-Wasser oder Lösung, Wässerige Schwefelkalilösung. *Eau ou Solution de Sulphure de Potassium.*
Rec. Flor. Sulphuris Unc. semis, Lixivii caustici Fluiduncias novem. Coque per decem minutas, filtra et statim liquorem in vase bene clauso servá (v. etiam Liquor Hepatis Sulphuris).

AQUA SULPHUROSA seu sulphurata sec. VAN MONS. Van Mons Schwefel-Wasser. *Eau sulphureuse de VAN MONS.*
Rec. Liquoris Natri hydrothionici concentrati Drachm. duas. Solve in Aquae Unciis quadraginta. Instilla Acidi Salis quant. satis ad decomponendum Sal et agita fortiter in lagena obturaculo smyride obducto. — Aquae Aquisgranensis loco adhiberi proponit auctor.

AQUA SULPHUROSA seu sulphurata pro Balneis sec. VAN MONS.
Rec. Cretae albae seu Marmoris Drachm. duas, Hepatis Sulphuris calcarei Drachm. tres. Subtilissime trita misceantur cum Aquae temperatae Libris trecentis, tunc instillentur, agitando miscellam, Olei Vitrioli, antea paullo Aquae diluti, Drachmae quinque.

AQUA SULPHUROSA COMPOSITA CADET DE GASSICOURT.
Rec. Aquae Bellilucanae (p. 48.) et Infusi Flor. Sambuci āā Libr. unam. Misce.

AQUA SUPERCARBONATIS KALICI seu Potassae v. Aqua aërata alcalina (p. 40.).

AQUA SUPERCARBONATIS NATRICI seu Sodae v. Aqua Sodae (p. 90.).

† AQUA seu LIQUOR SWIETENI, Liquor seu Solutio Mercurii sublimati, Hy-

drargyri muriatici corrosivi seu Muriatis Hydrargyri spirituosa sive alcoholica. Van Swieten's Merkurial-Wasser. *Eau de VAN SWIETEN ou Solution de Muriate oxygéné de Mercure.*

Rec. Mercurii sublimati corrosivi Grana sex. Solve in Spiritus Frumenti. Unc. duodecim. — Ph. Gallica Mercurii sublimati Grana octo in Spiritus Vini rectificati Unc. una semis solvi, et Aquae destillatae Unc. quatuordecim et semis addi praescribit. Quaeque Uncia hujus solutionis continet Granum semis Mercurii sublimati. Spiritus Vini in hac solutione melius omittitur et ejus loco Aqua pura sumitur. (Conf. et Liquor syphiliticus, Mixtura mineralis, et Solutio Mercur. sublim. seu Muriatis Hydrargyri corrosivi.)

AQUA TAEDAE v. Aqua Picis (p. 85.).

AQUA TALCI. Talk-Wasser. *Eau de Talc.* — Parari fertur sec. RENNIE calcinando Talcum cum Sulphure et miscendo residuum bene elotum atque fortiter candefactum cum sexta Salis Ammoniaci Parte, immittendo in lagena vitrea in vaporatorium, tum Talcum sponte partim solvi fertur (?), quem liquorem caute defundi suadent. — Ut cosmeticum adhiberi fertur. Praeceptum incertum.

AQUA TANACETI. Rainfarrn-Wasser. *Eau de Tanaisie.* — Ex Floribus uti Aqua Chamomillae (p. 56.) paratur.

AQUA TARAXACI FERMENTATIONE PARATA. Löwenzahn-Wasser. *Eau de Dent de Lion.* — Ex Planta tota recenti uti Aqua Cardui benedicti (p. 52.) paratur.

AQUA TELEPHII seu Crassulae. Donnerbart- oder Wundkraut-Wasser. *Eau d'Orpin.* — Uti Aqua Acetosae (p. 39.) paratur.

AQUAE EX TEMPORE — parantur concutiendo parvam Olei aetherei quantitatem cum Aqua destillata simplici, donec solutio saturata orta est. — Nonnulli Oleum aethereum antea in pauxillo Spiritus Vini solvi, vel cum Saccharo triturari praescribunt, ut facilius solvatur. — Aquae hoc modo paratae statim adhibendae sunt, quia mox acescunt.

AQUA TENELLORUM CORNU CERVI v. Aqua Typhorum (p. 93.).

AQUA seu POTIO TEREBINTHINATA SWEDIAURI. Terpentin-Wasser oder Trank. *Eau ou Potion de Térébenthine.*

Rec. Terebinthinae Venetae Libr. quatuor, Myrrhae Unc. unam. Tritura sensim, addens Aquae fontanae Libr. quatuor. Sepone et liquorem decantha, tum serva.

AQUA CONTRA TERROREM ex SCHROEDERO. Schreck-Wasser. *Eau pour l'Epouvante.*

Rec. Flor. Lilior. conv. Man. duos semis. Affunde Vini generosi Libr. novem; post 14 dierum macerationem destilla ex baln. Mariae; producto admisce Cinnamomi Unc. duas, Cubeb. Unc. semis, Caryophyllor., Macid., Rad. Galang., Zinzib., Zedoar. et Croci āā Drachm. duas. Stent per aliquot dies, tunc adde Flor. Lavend. Man. unum, Spic Nardi Man. semis; iterum stent per aliquot dies, et destillentur ex baln. Mariae.

AQUA THERIACALIS BEZOARDICA seu Chylostachma diaphoreticum MINDERERI, Ph. Augustanae et Disp. Pragensis. Bezoardisches Theriak-Wasser. *Eau theriacale bezoardique.*

Rec. Rad. Tormentillae, Gentianae, Dictamni albi āā Unc. duas, Rad. Vincetox. Unc. duas semis, Carlinae, Petasitid., Ostrutii, Angelic., Zedoar., Cort. Citri āā Unc. tres, Cort. mediani Sambuci rec., Fraxini rec. āā Manip. tres, Baccar. Juniper. rec. Libr. unam, Herb. Dictamni Cretic., Scordii, Chamaedr. āā Unc. unam, Ligni Santalini citrini Drachm. tres, Lign. Rhodii Drachm. duas. Inc. et cont. addantur Theriacae ANDROMACHI Unc. duae, Mithridatii DAMOCRATIS Unc. una, Succ. Nuc. Jugland. immaturor., Limonum, Acetosae, Pimpinellae āā Libra una semis, Succ. Card. bened., Scordii, Rutae, Scabiosae, Hederae terrestr., Calendulae, Melissae āā Unc. octo, Succi Chelidonii, Galegae, Aceti Rubi idaei, Sambuci, rosati, āā Unc. quatuor, Acet. Rutae Libra una. Post trium dierum digestionem lento balnei calore liquor evocetur, in cujus media parte suspendatur Camphorae in nodulo sericeo ligatae Drachm. una, altera vero pars, pro iis, qui camphoram non ferunt, seorsim servetur.

AQUA THERIACALIS CALIDA Ph. Sardoae.

Rec. Rad. Angelicae, Contrajervae, Serpentar. Virgin., Zedoariae āā Unc. unam, Theriacae ANDROMACHI Unc. sex, Aquae Scordii, Spirit. Vini rect. āā Libr. quatuor. Post 3 digestionis dies destillatio in baln. Aquae fere ad siccum fiat.

AQUA THERIACALIS COMPOSITA seu Aqua Scordii composita Ph. Wirtemb.

Rec. Rad. Angelicae, Valerianae, Cardopatiae, Ostrutii, Zedoariae āā Unc. unam, Herb. Rutae, Scordii āā Unc. unam semis, Cort. Citri rec. Unc. duas, Bacc. Juniperi Unc. unam, Theriacae ANDROMACHI Libr. semis, Aquae fontanae Libr. decem. Misce et prolicientur per destillationem Aquae Librae sex.

AQUA THERIACALIS ROMANA seu simplex Ph. Palatinae et Disp. Viennensis.

Rec. Succi Galegae, Acetosae, Scordii, Citri recent. āā Libr. sex, Theriacae ANDROMACHI Libr. semis. Digerantur per 24 horas, deinde per alembicum vitreum lege artis Aqua destilletur.

AQUA THERIACALIS SIMPLEX.

Rec. Theriacae ANDROMACHI Unc. quatuor, Vini albi Libr. quinque. Abstrahantur Librae duae et semis. — Ph. Ferrariensis et BRUGNATELLI Theriacae Unc. unam in Aquae Libris quatuor solvi et destillando Libr. tres liquidi abstrahi praescribunt.

AQUA THERIACALIS SPIRITUOSA seu vinosa Ph. Parisiensis. *Alcoholate theriacale.*

Rec. Rad. Enulae, Angelicae, Cyperi, Zedoariae, Contrajervae, Imperatoriae, Valeria-

nae silvestr., Viperinae āā Unc. unam, Flaved. Cort. Aurant. et Citri, Caryophyll., Cinnamomi, Rad. Galangae, Bacc. Juniperi et Lauri, Summit. Salviae, Anthos et Rutae āā Unc. semis, Spiritus Vini rectificati, Aquae Nucum āā Libr. tres. Fiat maceratio per triduum, postremo dissolve Theriacae Unc. octo in totidem Unciis Spiritus Vini rectificati. Destilla sec. artem in baln. Mariae fere ad siccitatem. — Disp. Viennense Rad. Vincetox., Angelicae, Dictamni albi, Petasitidis, Gentianae āā Unc. duas, Carlinae, Contrajervae, Zedoar. āā Unc. unam, Cort. Citri rec., Bacc. Juniperi āā Unc. duas, Herb. Rutae, Scordii, Calegae āā Unc. unam, Theriacae Libr. semis, cum Vini generosi Libr. sedecim per triduum infundi, deinde leni igne l. art. destillari praescribit. (Conf. etiam Spiritus Angelicae comp. et theriacalis.)

AQUA THYMI. Thymian-Wasser. *Eau de Thym.* — Uti Aqua Salviae (p. 88.) paratur.

AQUA TILIAE seu Florum Tiliae. Lindenblüthe-Wasser. *Eau de Fleurs de Tilleul.* — Uti Aqua Melissae (p. 77.) paratur.

† AQUA TOFFANA sec. Coxe. — Solutio esse fertur Arsenici albi et Salis Tartari āā Part. aequal. in Aquae Cymbalariae quant. indefinita (?)

AQUA TORMENTILLAE. Tormentill-Wasser. *Eau de Tormentille.* — Ex Radice recenti uti Aqua Agrimoniae (p. 40.) paratur.

AQUA AD TORMINA INFANTUM ARGENTORATENSIS. Wind- oder Grimmen-Wasser für Kinder. *Eau contre les Tranchées des Enfans.*

Rec. Aquae Menthae, Chamomillae āā Unc. duas, Syrupi Papaveris erratici et Chamomillae āā Unc. semis. Misceantur.

AQUA TRAUMATICA v. Aqua vulneraria (p. 97.).

AQUA TRAVEZII. — Solutio est Salis amari Unc. unius et Tartari emetici Gran. semis in Aquae Libr. duabus.

AQUA DE TRIBUS ex Schroedero. Wasser von drei Theilen. *Eau composée de Trois.*

Rec. Rad. Imperator., Angelic., āā Unc. duas, Hb. Chelid. maj., Rad. Zedoar, Petasit. āā Unc. unam semis, Pimpin., Dictamni albi, Valer., Carlin., Hirundinar., Contrajerv. āā Unc. unam, Hb. Dictamn. Cretic. et nostrat., Scordii, Rutae caprar. et hortens., Millefolii āā Unc. semis., Bacc. Junip. Unc. unam semis. Conc. cont. superaffunde Spirit. Bacc. Sambuci quant. suff.; post aliquot septiman. macerationem destilla ex baln. Mariae. Reaffunde spiritum in remanentiam et cohoba iterum. Serva per se vel cum Camphora mixtum. — Ad parandam MIXTURAM SIMPLICEM sive SPIRITUM DE TRIBUS. 1) Rec. Myrrhae Unc. duas semis, Opopanacis, Galbani, Castorei āā Unc. semis. Superaffunde Spiritus modo obtenti quant. satis, digere per 8 dies, tunc filtra. 2) Rec. Opii Thebaici Unc. unam semis, Nuc. Moschat. N° quinque, Croci Unc. duas et Spirit. descripta methodo parati quant. sat. Digere per octo dies et filtra. 3) Rec. Baccarum Paridis rec. quant. vis. Affunde Spiritus supra memorati suff. quant., extrahe colorem et filtra. Misce Tincturas obtentas. Denique Rec. Tincturae hujus Unc. quinque, Spirit. Vini tartarisati Unc. tres et Spiritus Vitrioli Unc. unam. Misce. — Compositio haec repugnans, multiplex et indefinita tanquam panacea praecipue in febribus laudabatur.

AQUA TRISTANTIS Schroederi. Wasser wider die Traurigkeit. *Eau contre la Tristesse.*

Rec. Nuc. Moschatar. Libram unam, Macid., Rad. Zingiberis, Gran. Paradisi, Caryophyll. āā Unc. unam semis, Castorei, Spicae Nardi āā Unc. semis. Conc. cont. digerantur cum Spirit. Vini rect. Libr. quatuor per 24 horas, deinde destillent. ex baln. Mariae. Spiritus elicitus reaffundatur in remanentiam et cohobetur iterum.

AQUA TUNICAE seu CARYOPHYLLORUM FLORUM. Nelkenblumen-Wasser. *Eau d'Oeillets rouges.* — Ex Floribus recentibus odoratissimis uti Aqua Tiliae (p. 93.) paratur.

AQUA TYPHORUM seu TENELLORUM CORNU CERVI COMPOSITA Ph. Helvet. et Wirtemberg. Zusammengesetztes Hirschkolben-Wasser. *Eau de Typhes de Cerf composée.*

Rec. Typhorum Cervi succulentorum Libr. duas semis, Rad. Paeoniae Unc. unam, Herb. Melissae, Flor. Borragin., Buglossi, Anthos, Tunicae āā Unc. unam semis, Rosarum Unc. semis. Inc. affundantur Vini albi spiritnosi Libr. duodecim. Destillentur leni igne ad Dimidias. — Spielmannus ad AQUAM TENELLORUM CORNU CERVI Kaldi Rad. Scorzoner., Zedoar. āā Unc. unam, Cinnamomi Unc. semis, Ligni Aloës, Cassiae ligneae āā Drachm. unam, Nuc. Moschat., Macid. āā Unc. semis, Flor. 4 cordial. Unc. unam, Lavendul. Unc. semis, Typhor. Corn. Cervi Unc. decem cum Vini Malvatici Unc. sexaginta et Spirit. Vini Gallic. Unc. triginta sex infundi et destillari praescribit.

AQUA TYPHORUM CERVI SIMPLEX. Einfaches Hirschkolben-Wasser. *Eau de Typhes de Cerf simple.*

Rec. Cornua Cervi recentia succulenta., Concindantur in frustula, et ad Libr. unam addantur Libr. tres Vini generosi; destillentur ex baln. Mariae ad Dimidias

AQUA ULMARIAE. Geisbart-Wasser. *Eau de Reine de Prés.* — Ex Floribus recentibus uti Aqua Tiliae paratur.

AQUA URTICAE. Brennnessel-Wasser. *Eau d'Ortie.* — Uti Aqua Acetosae (p. 39.) paratur.

AQUA VALERIANAE. Baldrian-Wasser. *Eau de Valeriane.* — Ex Radice siccata concisa uti Aqua Cinnamomi (p. 59.) paratur. — Ex una autem Radicis

quatuor Aquae Partes destillando elici oportet et Oleum aethereum secretum separandum. — Liquor aqueus, vix opalescens, odore penetrantissimo valerianino, uti et sapore; chartam coeruleam laccae musicae rubram reddit. — Solutio est Olei aetherei et Acidi valerianici (p. 26.) in Aqua. — *Vis:* Radicis, praecipue excitans, nervina, antispastica.

Aqua parum odora vel turbida, floccosa removeatur.

Usus: Per se pura vel in mixturis cet. adhibetur.

AQUA VALERIANAE COMPOSITA sec. Pidebit. Zusammengesetztes Baldrian-Wasser. *Eau de Valeriane composée.*

Rec. Rad. Valerianae Unc. novem, Levistici Unc. tres, Hb. Pulegii Unc. duas, Sabinae Unc. unam, Aquae fontan., Spiritus Vini ãã Libr. octo. Digerantur per biduum et destillentur Librae octo. — In affectibus hystericis, spasticis et convulsivis, in mensium ataxia et hypochondriacarum flatulentia commendatur.

AQUA VANILLIAE SIMPLEX sec. Mayr. Vanillen-Wasser. *Eau de Vanille.* — Ex Vanillae concisae Libra una, Ciner. clavell. depur. Unc. tribus et Aquae fontan. Libr. duodecim digerendo per 24 horas, et deinde destillando obtinetur. — Obtinebis autem Aquam fatuam, vix odoram, unde praeceptum ineptum!

AQUA VANILLIAE SPIRITUOSA sec. Mayr. — Miscella est Aquae Vanillae simplicis Part. duarum et Spiritus Vaniglia̋e Partis unius. — Quod de praecedenti judicabatur, non minus de hac valet.

AQUA VARIOLOSA Dolaei. Pocken-Wasser. *Eau contre les Varioles.*

Rec. Rad. Contrajerv., Scorzoner., Foeniculi ãã Unc. semis, Hb. Scordii, Scabiosae, Flor. Trinitatis, Aquileg., Calendul., Bugloss., Violar. ãã Man. semis, Rasur. Cornu Cervi Drachm. sex, Gummi Laccae Drachm. duas, Sem. Aquileg. Unc. semis. Infunde et destilla cum suff. quant. Decocti Lentillii l. art.

AQUA VEGETO-MERCURIALIS Pressavini. Pressavini's Mercurial-Wasser. *Eau vegeto-mercurielle de Pressavin.*

Rec. Mercurii praecipitati fusci quantum vis. Solve in Aceto puro forti, et praecipita cum Oleo Tartari per deliquium. Pulverem sedulo edulcoratum misce cum pari Pondere Cremoris Tartari et coque cum Decuplo Aquae destillatae ad solutionem; deinde filtra. (Conf. et Mercurius tartarisatus.)

AQUA VEGETO-MINERALIS Goulardi. Goulardisches Wasser. *Eau végéto-minerale de Goulard.*

Synon.: Aqua saturnina seu Saturni, Aqua plumbica seu Plumbi, Aqua Lithargyri seu Lithargyri acetati composita, Aqua seu Solutio Aceti Saturni seu Subacetatis Plumbi, Aqua Acetatis Plumbi, Subacetas plumbicus seu Lithargyri dilutus cum Alcohole seu alcoholisatus sive compositus, Liquor Plumbi Subacetatis dilutus seu Acetitis Plumbi, Tinctura plumbosa. Goulards Bleiwasser. *Eau de Plomb, Vinaigre de Plomb tenu, Hydrolé d'Acetate de Plomb alcoolisé.*

Rec. Extracti Saturni Unciam semis,
Spiritus Vini simplicis Unciam unam,
Aquae fontanae Libras duas.

Misce. — Aqua turbida, alba; mox sedimentum album deponit, quod in usu conquassando sursum agitari debet. — ***Part. const.*** ex descriptione patent. — Sedimentum album plerumque praecipue ex Plumbo carbonico, cum Plumbo sexta parte acetico (v. Cerussa I. p. 31.) constat. — *Vis:* exsiccans, antiphlogistica, discutiens inflammationes.

Usus: Externe solummodo applicatur.

Plures Pharmacopoeae, quoad rationem Partium constituentium, in hac aqua saepius discrepant. Nostra cum Ph. Wirtemb., Rossica, Disp. Fuldensi, Pidebit et Ph. Suecica congruit, nisi quod priores Aquae fontanae loco Aquam destillatam praescribunt, posterior Aquam pluvialem sumi jubet. — Ph. Borussica, Fennica, Gallica, Spielmannus duas Spiritus Vini rectificati Uncias sumi proponunt — Ph. Slesvico-Holsatica easdem quantitates, sed Aquae fontanae loco Aquam destillatam praescribit. — Ph. Batava pariter easdem proportiones, sed Spiritum Vini simplicem et Aquam destillatam praescribit. — Pharm. quoque Hannoveranae, Oldenburgic., Polonic., Parmensis et Disp. Lippiaci formula cum hac congruit, Spiritum Vini autem omittit. — Ph. Bavarica vigesimam quartam, et Ph. Saxonica duodecimam Extracti Saturni Partem in Aqua destillata solvi proponunt, Spiritum Vini pariter

omittunt — et RATIER octavam Extr. Saturn. Partem praescribit, — Ph. Hassiae El., uti nos, vigesimam quartam Extracti Saturni Partem cum Aqua communi commisceri proponit et insuper tantundem Spiritus Vini rectificati addi, — Disp. Brunsvic. Extr. Saturn. Drachm. semis et Spirit. Vini Gallici Drachm. unam cum Aq. font. Unc. octo, — Ph. Danica Aquae destillatae Libr. duas cum Spirit. Vini Unc. semis et Acet. Saturn. Unc. una, — Ph. Hispan. Acet. Saturn Drachm. unam et Spir. Vini rectificatissimi Drachm. duas cum Aq. destill. Libr. una, — Ph. Lusitanica Sacchari Saturn. Unc. semis, Acet. Vini Unc. quatuor cum Aq. destill. Libr. duabus, — Ph. castr. Ruthen. Extr. Saturn. Scrup. quatuor, Spirit. Vini et Aceti āā Drachm. unam cum Aq. Libr. una, — Ph. Herbipolit. Extr. Saturni et Spirit. Vini āā Unc. unam cum Aq. font. Unc. triginta sex, — VAN MONS cum Unc. triginta duabus, — Ph. Lond. Aceti Saturn. et Spirit. Vini āā Fluidrachm. unam cum Aq. destill. Octario uno, — Ph. Dublin. Extr. Saturn. et Spirit. Vini āā Drachm. duas, cum Aq. destill. Libr. duabus — et Ph. Belgic. Extr. Saturn. Part. sex et Spir. Vini Part. sedecim cum Aq. Part. centum et nonaginta duabus misceri praescribit. (Conf. etiam Aqua saturnina p. 89.)

AQUA VEGETO-MINERALIS BELLII seu Solutio Plumbi Acetatis crystallisati fortior cum Aqua vegeto-minerali Ph. Lusitan. et castrens. Ruthenae congruit.

AQUA VEGETO-MINERALIS PLENCKII. — Solutio est Extr. Saturn. Drachm. unius in Aquae fontanae Unciis viginti quatuor.

AQUA VELTHEIMIANA ex SCHROEDERO. Veltheimisches Wasser. *Eau de Veltheim.*

Rec. Cinnamomi, Caryophyllor., Cubebar., Nuc. Moschatar., Rad. Galangae, Zinziberis, Cardamomi, Mastichis, Ladani, R. Zedoariae, Cort. Citri, Aloës, Olibani, Bacc. Lauri, Hb. Melissae, Menthae crisp., Majoranae, Matricariae, Carvi, Origani, Pulegii, Salviae, Chamaepithyos, Chamaedryos, Rad. Filic., Caryophyllatae, Flor. Anthos, Lavend., Chamomill., Rosar. albar. et rubr., Paeoniae, Sambuci, Cheiri, Stoechad. Arabic., Lign. Sassafras, Sem. Anisi, Anethi, Piperis longi et nigri, Croci āā Drachm. duas. Conc. cont. infunde cum Spirit. Vini Gallic. Libr. sex et adde Moschi et Ambrae āā Gran. tria in petia ligata. Tunc destillentur. Edulcoretur Destillatum pro lubitu cum Saccharo.

AQUA VERBENAE. Eisenkraut-Wasser *Eau de Verveine.* — Uti Aqua Lactucae (p. 72.) paratur.

AQUA CONTRA VERMES HOFFMANNI ex JUNGKEN. Wurm-Wasser. *Eau contre les Vers.*

Rec. Rad. Gentian. Unc. quatuor, Zedoar. Unc. duas, Herb. Tanacet., Absinth., Cent. min., Scordii, Fol. Persic., Hb. Rutae, Abrot., Sabin., Card. bened. āā Man. tres, Corallinae Man. unam, Sem. Cinae Unc. unam, Cort. Aurant. Unc. duas. Destillent cum suff. Aquae quantit. et ex remanentia fiat Extractum, quod in Aqua destillata solvendum.

AQUA VERONICAE. Ehrenpreis-Wasser. *Eau de Véronique.* — Pari modo atque Aqua Verbenae obtinetur.

AQUA VERONICAE CUM VINO seu vinosa Ph. Wirtemb.

Rec. Hb. recent. Veronicae florentis Libr. tres, Vini albi Libr. octo. Postquam per aliquot dies ad incipientem usque fermentationem loco temperato steterunt, destillentur lento igne ad Dimidias. — Ph. Helvetica 12 tantummodo horas digeri praescribit et Disp. Brunsv. et SPIELMANNUS digestionem omittunt.

AQUA VESTALIS. Vestalisches Wasser. *Eau Vestale.* — Obtinetur destillando supra Sem. Dauc. silvestr. et Cretic. cum Oleo de Cedro et Ambra sufficientem quantitatem Spiritus Vini.

AQUA VIBURNI v. Aqua Opuli (p. 83.).

AQUA DE VICHY seu mineralis de Vichy artificialis. *Eau de Vichy.*

Rec. Aq. acidul., reapse Gas acid. carbon., dupl. mensuram praegnantem, quantum opus erit. Solve pro Aquae istius Unc. viginti et semis, Salis Sodae Gran. viginti duo, Salis mirabilis GLAUBERI Gran. sedecim, Sal. communis Gran. quatuor, Magnes. albae Gran. semis, Ferri muriat. Grani Part. quadrantem. Solve et digere. Serva in frigidario.

AQUA VIENNENSIS v. Aqua laxativa Viennensis (p. 73.).

AQUA VINOSA. Weiniges Wasser. *Eau vineuse* Pharm. nosoc. mil. Argent. — Mixtio est Vini alb. Part. unius cum Aquae Part. tribus.

AQUA VIOLACEA BAUMÉ. Violenwurzel-Wasser. *Eau de Violettes BAUMÉ.*

Rec. Rad. Ireos florent. conc. Unc. quatuor, Spirit. Vini rectif. Unc. duas et triginta. Infundantur per 2 septimanas. Tinctura ita obtenta in usum trahatur.

AQUA VIOLARUM FLORUM seu Florum Violarum. Violen- oder Veilchen-Wasser. *Eau de Fleurs de Violette.* — Uti Aqua Tiliae (p. 93.) paratur.

AQUA VIRIDIS HARTMANNI sec. SPIELMANNUM. Hartmanns grünes Wasser. *Eau verte de HARTMANN.*

Rec. Sulphuris vivi, Aluminis crudi, Viridis Aeris āā Drachm. unam, Albi graeci, Summitatum Sabinae āā Drachm. semis, Flor. Sambuci Drachm. unam, Flor. Hyperici, Herb. Anthos, Rutae, Plantaginis, Salviae, Pulegii āā Pug. duos. Inc. et cont. coquantur cum Vini et Aquae āā Unciis duodecim, ad consumtionem quartae Partis; addantur Mellis rosati Drachm. duae.

AQUA VIRIDIS HARTMANNI EMENDATA, vel potius PLATERI sec. Dispens. Lippiacum et Reuss.

Rec. Aeruginis, Aluminis usti āā Gran. quindecim, Mellis despumati Drachmam unam, Vini Gallici Unciam unam semis. Misceantur.

AQUA VIRIDIS seu Collyrium viride SCHROEDERI. Schröders grünes Augen-Wasser. *Eau verte de SCHROEDER.*

Rec. Aeruginis pulv. Drachm. duas, Auripigmenti alcoholisati Drachm. unam, Aquae Rosarum albarum et Plantaginis, Vini albi ãã Unc. tres. Misceantur, ebulliant semel, tunc servetur liquor absque colatura. – Medicamentum anceps, quod vix adhiberi liceat. — Sec. aliam praescriptionem Tutiae praep. Unc. duas et Myrrhae elect. Drachm. unam semis, cum Vini albi Rhenani, Aquae Plantaginis et Rosarum rubrarum ãã Unc. tribus ad tertiae Partis consumptionem coqui, sub finem in petia ligatis addi Camphorae Grana sex et Aeruginis Scrupul. unum; postea colari praescribit.

AQUA VIRIDIS sec. WICH.

Rec. Vitrioli coerulei et albi uti et Aeruginis ãã Drachm. duas. Coque cum Aq. font. Libr. duabus, ad colat. Libr. unius. — Praecipue contra perniones cet. commendatur.

AQUA VIRTUTIS AD EXTRA AD COR ex SCHROEDERO. Künstliches Herz- und Puls-Wasser. *Eau de Vertu cordiale.*

Rec. Herbae Anthos, Melissae, Majoranae, Carvi, Pulegii, Flor. Borraginis, Buglossi ãã Man. unum, Flor. Lavend. Man. semis, Rosar. rubrar. Manip. duos, Flav. Cort. Citri Unc. unam, Cydonior. Drachm. semis, Ligni Rhodii Drachm. tres, Santali albi et citrini ãã Drachm. unam semis, Nardi Indici et Celtici ãã Scrup. duos, Nuc. Moschat., Caryophyllor., Cinnamomi ãã Drachm. unam semis. Conc., cont. affunde Aquae Rosar. et Pulegii, Spirit. Vini Gallic. ãã Libr. semis, Vini quant. satis. Destillent in baln. Mariae, in proboscide alembici suspensa Moschi in petia ligati Grana sex. Liquori elicito adde Specier. Diamoschi et Diambrae ãã Drachm. unam semis. Serva.

AQUA VIRTUTUM ex SCHROEDERO. Kraft-Wasser. *Eau de Vertu.*

Rec. Cinnamomi opt., Gran. Paradisi ãã Drachm. unam, Nuc. Moschat., Caryophyll., Rad. Zinziber. ãã Unc. semis, Macid., Rad. Galang. ãã Drachm. duas, Hb. Salviae Unc. sex. Affunde Vini Rhenani Libr. sex vel plus. Post 24 hor. macerat. destilla.

AQUA VISCERALIS MAUCHARTI. Mauchart's Magen-Wasser. *Eau viscerale de MAUCHART.*

Rec. Rad. recent Symphyti majoris, Liquiritiae, Farfarae ãã Unc. quinque, Herbae rec. Bugulae, Chaerefolii, Heder. terrestr., Hyperici florent., Plantagin. minor., Scabiosae, Veronicae ãã Man. quatuor, Sem. Anisi stellat. Drachm. sex, Macid. Drachm. unam, Mastich. electae Drachm. tres, Cancros fluviatiles viventes N° triginta, Pulmonem Vituli recens mactati. Inc. superaffundantur Aquae Buglossi, Chaerefolii, Hederae terrestris, Veronicae ãã Libra una semis. Destillentur per baln. Mariae, atque Librae quatuor liquoris eliciantur.

AQUA VITAE seu Aqua Vitis = Spiritus Vini; praecipue Spiritus Vini Gallicus hoc nomine intelligitur.

AQUA VITAE sec. Reuss. Lebens-Wasser, Aquavit. *Eau de Vie, Liqueur.*

Rec. Vini Cydonior. Mens. unam, Spirit. Cerasorum Mens. semis, Sacchar. albi Unc. sex, Cinnamomi Unc. semis Caryophyllorum, Nucl. Persicor. et Cort. Citr. rec. ãã Drachm. duas. Misce, digere leni calore, tunc cola. — *Vis: stomachica, carminativa.*

AQUA VITAE ABSINTHII. Wermuth-Liqueur. *Extraite d'Absinthe.*

Rec. Herb. Absinth. Unc. quatuor, Hb. Hyssop. Unc. tres, Seminis Anisi Unc. duodecim, Foeniculi Unc. quatuor, Coriandri Unc. tres, Cort. Aurant. Unc. duas, Rad. Calami Unc. unam semis, Spirit. Vini rect. Libr. viginti duas. Destilla l. art. et dilue c. Aq. commun. quantit. sufficiente. Pro lubitu Sacchoro dulcis redditur.

AQUA VITAE CAMPHORATA cet. v. Spiritus.

AQUA VITAE COFFEAE. Kaffee-Liqueur. *Eau de Vie de Café.*

Rec. Semin. Coffeae leviter tostae et pulveratae Unc. tres. In prelo Realiano compressae, extrahantur Spirit. Vini Gallic. Libr. quatuor. In liquore solve Sacchari albi Unc. novem.

AQUA VITAE GERMANICA v. Spiritus et Tinctura purgans.

AQUA VITAE MULIERUM BOECKLERI. Weiber-Aquavit. *Eau de Vie pour les Femmes.*

Rec. Rad. Ireos flor., Zedoariae, Calami arom. ãã Drachm. tres, Caryophyllor., Cinnamomi, Granor. Paradisi ãã Unc. unam, Sem. Anisi Unc. sedecim, Foeniculi, Papaveris albi, Cumini ãã Unc. semis, Spirit. Vini Libr. sex. Post 8 dierum digestionem destillentur lege artis. Liquori destillato addantur Sacchari albissimi Unc. quatuor. Liquor filtratus servetur. (Conf. etiam Aqua embryonum p. 64.)

AQUA VITAE SAPONACEA RICHARDI. Richards Seifenspiritus mit Kampher. *Esprit de Savon de RICHARD*

Rec. Sapon. Venet. Unc. unam. Solve in Spirit. Vini camphorati Unc. sedecim. (Conf. etiam Balsamum seu Linimentum saponaceum et Solutio seu Tinctura Saponis camphorata.)

DE AQUA VITAE seu Vitis conf. etiam Aqua Clareta (p 60.), Florum omnium (p. 66.), divina (p 64.), Elixir, Ratafia, Spirit. et Tinctura.

AQUA VITIUM LACRYMAE seu Lacrymae Vitis. Thränen-Wasser, Reben-Wässer. *Pleurs de la Vigne.* — Verno tempore, ex vitium ramulis vulneratis effluens, colligitur in lagenis suppositis. — Liquor aqueus, inodorus et insipidus. Aqua pura fere est, minimam quantitatem Acidi malici, Salium malicorum et tartaricorum et materiae albuminosae continens. Brevi tempore mox mucescit. — Pro antiphlogistico et ophthalmico passim habetur.

AQUA VITRIOLICA SUECORUM Ph. militaris. Solutio Sulphatis Zinci. Weisses Vitriol-Wasser. *Eau de Vitriol blanc.* — Solutio est Vitrioli albi Drachm. unius in Aq. destillatae Libra una. (De Aqua vitriolica seu Vitrioli albi sive Zinci v. etiam Aq. ophthalmica adstringens p. 81.).

AQUA VITRIOLI seu VITRIOLICA COERULEA LONDINENSIUM. Blaues Vitriol-Wasser.

Eau vitriolique bleue sec. SPIELMANN. — Solutio est Vitrioli coerul. Part. trium, Alumin. Part. duarum in Aquae Part. duodeviginti et Ol. Vitrioli Part. duabus (v. et Aqua ophthalmica [p. 82.] et Aqua styptica p. 91.).

AQUA VITULINA v. Jus.

AQUA DE LA VAILLIÈRE v. Aqua de Mad. DE LA VAILLIÈRE (p. 76.).

AQUA VULNERARIA v. etiam Aqua Calcis vulneraria (p. 51.).

AQUA VULNERARIA Pharm. Wirtemberg. Wund-Wasser. (Gallis *Eau d'Arquebusade* dicitur.)

Rec. Herb. rec. Agrimon., Alchemill. āā Manip. duos, Aristoloch., Artemis. āā Man. quatuor, Bellid. major. et minor., Betonic., Bugloss. āā Man. duos, Consolid. saracenic. Man. quatuor, Foenic., Hyperic., Plantag., Sanicul. āā Man. duos, Salviae hort. Man. quatuor, Scrophular., Verben. āā Man. duos, Vin. spirit. Libr. quadraginta. Post aliquot dierum digestionem, donec fermentare paululum incipiat, *destilla* ad Dimidias. — Disp. Brunsvic. Herb. Betonic., Heder. terrestr., Artemis., Millefolii āā Unc. quindecim, Salv., Angelic., Tanac., Absinthii āā Unc. decem, Abrotani, Foenic., Menth., Hyssopi, Nicot. āā Unc. octo, Rutae, Chamom., Scord., Major., Anthos āā Unc. quatuor, Summit. et Flor. Lavend., Origan., Calaminth. āā Unc. sex, cum Vini generosi Libr. sexaginta septem per 4 dies macerari, postea ad Dimidias destillari praescribit.

AQUA VULNERARIA, Sclopetaria (sive traumatica) aromatica Ph. Parisiensis, Wirtembergicae cet., Aqua vulneraria vinosa seu spirituosa, (et aquosa) Aqua Catapultarum, Alcohol Salviae vulnerarium seu poly-aromaticum. Geistiges oder aromatisches Wund-Wasser. *Eau vulneraire* ou *Arquebusade de* LEMERY.

Rec. Rad. Symphyti majoris, Herbae ejusdem et Symphyti minoris (quam Ph. Wirtemb. omittit), Bellid. majoris et minoris, Bugulae, Saniculae et Betonicae, Scrophular. major., Plantaginis, Agrimoniae, Hyperici cum Floribus, Vincae per Vincae, Hederae terrestr., Artemisiae, Veronicae, Verbenae, Telephii major., Millefolii āā Unc. quatuor, Herb. cum Summitat. Salviae min., Angelicae, Tanaceti hortens., Absinthii vulg. majoris et minoris, Saturejae, Chelidonii, Foeniculi, Aristolochiae Clematid., Menthae, Hyssopi, Nicotianae āā Unc. octo, Herb. cum Summit. Basilici, Rutae, Thymi, Chamomillae, Scordii, Majoranae, Anthos, Virgae aureae āā Unc. quatuor. Conc. misceantur, tum adde Summitat. Lavendul. floridar. et siccatar. Libr. unam, Origani, Calaminthae, Flor. Sambuci āā Unc. sex. Post justam macerationem in Vini albi Libr. sexaginta destilla ad Medias in balneo Mariae. — SPIELMANNUS Herb. Bellidis, Vinc. per Vinc., Hed. terrestr., Salviae, Angelic., Tanaceti, Chelid. major., Rutae, Chamom., Scord., Majoran., Anthos., Summit. et Flor. Lavend., Origani et Calaminthae omittit, contra autem praeterea Herb. Buphthalmi, et Centaur. min. praescribit, ceterum in summa rei cum praecedente formula congruit. — AQUA VULNERARIA SPIRITUOSA ex iisdem Vegetabilibus obtinetur, si Vini loco Spiritus Vini Gallicus sumitur. — AQUA VULNERARIA NON SPIRITUOSA seu AQUOSA obtinetur, si Vini loco Aqua fontana sumitur et abstrahitur. — Ph. Gallica ad AQUAM STILLATITIAM DE HERBIS quas dixere VULNERARIIS Species. vulnerar. P. unam cum Aquae P. decem infundi et Part. quatuor abstrahi praescribit. — HENRY et GUIBOURT ad Aquam VULNERARIAM AQUOSAM, *Eau vulneraire à l'Eau, Hydrolat de Labiées composé*, Flor. Lavend. rec., Summitat. rec. Basilic., Calaminth., Hyssop., Majoran., Meliss., Menth. pip., Origan., Anthos., Saturejae, Salviae, Serpylli, Thymi, Absinth., Tanacet, Herb. Angelic., Foenicul., Rutae āā Unc. quatuor, cum Aquae Libr. sedecim ad Libr. octo destillari proponunt.

AQUA VULNERARIA ACETOSA seu cum Aceto, Acidum aceticum dilutum et vulnerarium FERRARINI eadem fere compositio est, nisi quod Aquae loco Acetum Vini forte praescribit. — Ph. Austriaco-provincialis Herb. Cerefolii, Pimp. albae, Consolid. sarac., Salviae, Artemisiae, Calaminthae, Rutae, Hyssopi, Serpylli et Flor. Chamom. āā Unc. semis cum Aceti Vini Libr. octo destillari praescribit, donec Libr. sex elicitae sint.

AQUA VULNERARIA BAUMÉ.

Rec. Herb. recent. Salviae, Angelicae, Absinthii, Saturejae, Foeniculi, Menthae, Hyssopi, Melissae, Ocimi, Rutae, Thymi, Majoranae, Anthos, Origani, Calaminthae, Serpylli, Flor. Lavendulae āā Unc. quatuor. Conc. infundantur per nycthemerum cum Spirit. Vini rectificati Unc. centum octo et viginti.

AQUA VULNERARIA seu Sclopetaria sec. GRAY.

Rec. Herb. Anthos Libr. unam semis, Summitat. Millefolii, Thymi āā Libr. semis, Spirit. Vini Congios duos. Destillet Congius.

AQUA VULNERARIA ALBA DIPPELII v. Liquor vulnerarius vegetabilis.

AQUA VULNERARIA CAMPHORATA v. Aqua vulner. mineralis PLENCKII.

AQUA VULNERARIA CICUTAE.

Rec. Aquae Cicutae Unc. duodecim, Myrrhae Scrupul. unum, Extr. Cicutae et Mellis Chelidonii āā Unc. unam. Misce.

AQUA VULNERARIA MERCURIALIS PLENKII.

Rec. Aquae Rosarum Unc. sex, Solutionis Mercurii dulcis Unc. unam, Mellis rosati Unc. semis. Misce. — Praeceptum ineptum.

AQUA VULNERARIA MINERALIS PLENCKII, AQUA VULNERARIA CAMPHORATA seu vulneraria vegeto-mineralis Pharm. Herbipolit.

Rec. Camphorae Unc. tres. Subactis Spiritus Vini Unc. una, sensim sensimque adjiciatur Sacchari Saturni Drachm. semis, dissoluta in Aquae fontanae Unc. quadraginta quatuor. Misceantur et usus tempore probe concutiatur

liquor. (V. et Aqua saturnina camphorata p. 89.)

AQUA VULNERARIA Pideriti ex Spiritus Vini rectificatissimi Libr. tribus, Ol. Vitrioli Unc. una semis, Succ. Fol. Quercus Libr. una semis, Succ. Hb. Acetosae Libra una et Millefolii Libr. semis constat. — TINCTURA SYMPATHETICA Kaempf. fere eadem compositio est (vid. porro Aqua vulneraria Thedeni).

AQUA VULNERARIA Plenckii sec. Bories.
Rec. Aquae Calcis Libr. unam, Fuligin. ardent. forn. Unc. unam, Cerussae Unc. semis. Coque per semihoram et adde Ol Myrrhae Unc. semis.

AQUA VULNERARIA ROMANA seu del Çacerato di Roma sive Aqua vulneraria Clementina seu Laudini v. Liquor vulnerarius vegetabilis.

AQUA VULNERARIA RUBRA Dippelli v. Liquor vulnerarius mineralis.

AQUA VULNERARIA RUBRA SPIRITUOSA Gallorum, Tinctura aromatica composita usitatissima. Rothes Wund-Wasser. *Eau rouge.* — Eadem est compositio atque Aqua vulneraria Baumé. Admisceatur autem porro Herbis supra memoratis par pondus Summitat. florent. Hyperici et superaffundantur species ex Uncia una singulorum vegetabilium duabus Spiritus Vini rectificati Libris. Macerentur per 8 dies, tunc colentur cum expressione absque destillatione. — Formulaire à l'usage des hopit militaires de France Spec. arom. Part. unam cum Spir. Vini simpl. Part. quatuor semis per octo dies digeri, tunc exprimi, residuo iterum Spirit. Vini par pondus superaffundi, digeri, exprimi et liquores commixtos filtrari proponit.

AQUA VULNERARIA SPIRITUOSA Ph. Gallicae, quae Alcoolatum vulgo dicitur vulnerarium, *Eau vulneraire spiritueuse.* — Cum Aqua vulneraria Baumé fere congruit; differt solummodo eo, quod praeter supra memorata vegetabilia eandem quantitatem Herbae Tanaceti, Hyssopi, Chamomill. Romanae praescribit, Herbas Saturejae, Basilici, Rutae et Serpylli autem omittit.

AQUA VULNERARIA SPIRITUOSA seu Alcohol Salviae compositum Ph. Hispan.
Rec. Herb. Beton., Agrim., Artemis. āā Libr. unam, Herb. cum Summit. Salv., Hyperici, Tanaceti, Absinthii, Menthae āā Unc. octo, Scordii, Majoran., Anthos., Lavend. āā Unc. quatuor. Conc., diger. p. 4 dies in Vini albi Libr. triginta duabus. Destilla in baln. aquoso ad Dimidias.

AQUA VULNERARIA Thedeni seu ACIDA, Aqua Sclopetaria sive traumatica vegeto-mineralis Thedeni, Aqua Thediana, Liquor vulnerarius Bilgueri, vel potius Thedeni, Mixtura vulneraria acida. Thedens Wund- oder Schuß-Wasser, Thedens Arquebusade-Wasser. *Eau d'Arquebusade de Theden*, sec. Ph. Wirtembergic. et Disp. Lipsiacum.

Rec. Aceti Vini puri, Spiritus Vini āā Unc. triginta sex, Spiritus Vitrioli Unc. decem, Sacchari albi Unc. duodecim. Misce, digere per 8 dies leni calore, deinde filtra. — Spielmannus Aceti loco Aquam Acetosae sumi praescribit, quae formula vera esse fertur. — Piderit autem melius Succum Acetosae proponit. — Henry et Guibourt formula ad *Alcoolé sulphurique oxalidé* cum hac fere congruit. — Plures Pharmacopoeae recentes, quoad proportionem, in hac compositione discrepant. Sic Ph. Austriaca, Borussica, Hannoverana, Ph. Hassiae El., Polonica, Saxonica et Slesvico-Holsatica Aceti Libr. tres, cum Spirit. Vini rectificati Libr. una semis, Spiritus Vitrioli Unc. sex et Mellis despumati Libra una commisceri praescribunt. — Disp. Fuldense Aceti Vini et Spirit. Vini rect. āā Libr. quatuor cum Sacchari albi Unc. duodecim et Spirit. Vitrioli Unc. decem misceri proponit. — Ph. Ferrariensis Aceti et Spirit. Vini āā Libr. duas et Spirit. Vitrioli Unc. quatuor praescribit. — Van Mons Spir. Vini et Aceti āā P. quatuor cum Mellis P. una commisceri proponit.

AQUA VULNERARIA Ulmi.
Rec. Vini albi generosi, Aquae Rosar. opt. āā Libr. duas, Aquae Foenic., Rutae, Chelidonii āā Libr. unam, Croci Metallorum, Tutiae pptae āā Unc. quatuor, Caryophyll., Aloës, Sacchari Candi āā Unc. unam, Camphorae Unc. semis. Liquores conjice in vas amplum vitreum, postmodum inde omnia reliqua Simplicia subtiliter trita; tum vas soli per plures dies exponatur, saepius illud, ex intervallis, commovendo. Aqua sic in usum asservetur, diuturna futura, si modo pulveres adjecti non eximantur.

AQUA VULNERARIA VINOSA seu spirituosa simplicior Ph. Wirtemberg.

Rec. Herbae recentis Hyssopi, Salviae, Menthae crisp., Anthos āā Unc. duas, Flor. Anthos, Lavendulae āā Unc. unam. Conc., cont. infundantur Spiritus Frumenti Libr. decem. Digerantur per 24 horas, deinde abstrahatur Spiritus, quamdiu limpidus transit. — *Vis:* ex nomine patet. — Pharm. Austriaca Flor. Lavendulae, Herb sicc. Hyssopi, Melissae, Menth. crisp., Origani, Anthos, Rutae, Salviae, Serpylli āā Unc. unam cum Spirit. Vini rect. Unc. decem et Aq. fontan. Libr. duodecim per 24 horas digeri, tunc Libr. decem abstrahi praescribit. — Ph. Borussica Herb. sicc. Salviae, Absinthii, Menth. pip., Rutae, Anthos, Flor. Lavendul. āā Unc. duas cum Spirit Vini rectificati Libr. una semis et sufficiente Aquae quantitate per 24 horas macerari, tunc Libras sex destillando elici praescribit. Aqua hoc modo obtenta turbida, oleosa est. — Ph. Hannoveran. et Ph. Hassiae El. Vegetabilium designatorum āā Unc. quatuor

cum Spirit. Vini rect. Libris sex et Aq. suff. quant. per 24 horas macerari, tunc Libr. duodeviginti destillando elici jubent. — Ph. Slesvico-Holsaticae formula cum hac congruit, nisi quod Flóres Lavendulae recentes sumi proponit. — Ph. Saxonica duodecim solummodo Libras ex eadem quantitate substantiarum designatarum abstrahi praescribit. — PIDERITI formula parum ab hac compositione discrepat — et Ph. Polonica recentia Vegetabilia sumi praescribit et quantitates designatas cum Spirit. Vini rect. Libr. octo et suff. Aquae quantitate infundi, tunc destillatione elici Libras duodeviginti.

AQUA VULVARIAE v. Aqua Atriplicis foetidae (p. 48.).

AQUA ZEDOARIAE ANISATA. Anishaltiges Zittwer-Wasser. *Eau de Zedoaire anisée.*

Rec. Rad. Zedoariae Unc. sex, Seminis Anisi Unc. tres, Cort. Citri Unc. unam. Incisa infunde per triduum in Vini generosi Libris decem; postea destillentur ad Dimidias.

AQUA ZEDOARIAE SIMPLEX seu CUM VINO. Einfaches Zittwer-Wasser mit Wein. *Eau de Zedoaire avec du Vin.*

Rec. Rad. Zedoariae Unc. octo, Vini generosi Libras octo. Destillentur ad Dimidias.

Permultae praeterea sunt Aquae simplices ac compositae. Illae, maximam partem ex vegetabilibus inodoris constantes, vix ab aqua pura destillata diversae sunt, inter eas multae, quas quidem recepimus, quoniam in Pharmacopoeis recentioribus adhuc locum habent, de quibus tamen nihil memoravimus; hae (compositae) saepius ejusmodi farraginem ineptissimarum, partim fastidiosissimarum specierum ingredientium continent, ut nunquam eas reapse esse adhibitas probabile sit, unde eas silentio praetereundas putabamus. Ceterum conf. de ejusmodi praeceptionibus, SCHROEDERI, JUNGKENII, MANGETI, BAUMÉI, LEMERYI et alia opera vetustiora. — Non minus formulas quasdam novissimis temporibus hinc inde propositas, quae autem assensum non obtinuere, non recepimus. — Aquae simplices autem ex vegetabilibus odoratis, quae in nostro indice forte non inveniuntur, desiderante medico facile secundum analogiam uti proximae affines parari possunt.

AQUILA ALBA seu mitigata v. Calomel.

ARCANUM ALBUM v. Pulvis Viennensis albus.

ARCANUM ALUMINIS BATEANUM. — Nihil aliud est nisi Alumen ignis ope partim decompositum. — Disp. Viennense Aluminis Unc. duas et Salis decrepitati Unc. sex modice calcinari, tunc in aqua solvi et iterum ad siccitatem inspissari praescribit.

ARCANUM ANTIEPILEPTICUM RAJOLOI. Rajolo's Geheimmittel gegen Epilepsie. — Sec. FEUERSTEIN Pulvis est ex Rad. Valer. silv. Drachm. semis, Magnes. alb. et Salis Ammoniaci āā Gran. tribus et Ol. Cajeputi Guttis duabus. — CROPPIUS ex Pulv. Rad. Valerian. Drachm. una, Fol. Aurant. Scrupul. uno Sal. Ammon. Granis duobus et Ol. Cajeput Guttis quatuor constare contendit.

ARCANUM ARCHIDETI, Linimentum Calcariae sulphuratae. Archidets Geheimmittel. *Arcane d'ARCHIDETUS.*

Rec. Hepatis Sulphuris calcarei Unc. semis, Ol. Juniperi Drachmas duas, Ol. animalis DIPPELII Guttas decem. Misce. — Contra arthritidem commendatur.

ARCANUM BECCHICUM WILLISII, Syrupus becchicus, Sulphuris seu Hepatis Sulphuris, Syrupus Kali sulphurati seu Sulphureti Potassae. Willis geheimes Brustmittel, Schwefelleber-Syrup. *Arcane Becchique de WILLIS, Syrop de Sulphure de Potasse.*

Rec. Hepatis Sulphuris Kalini Unc. semis, Aquae Hyssopi seu Foeniculi Unc. sex, Sacchari albi Unc. quindecim. Misce et solve leni calore.

ARCANUM CORALLINUM = Mercurius praecipitatus ruber.

ARCANUM LUDEMANNI = Nihilum album (I. p. 188.) et Flores Zinci.

ARCANUM COSMETICUM BATEANUM. Schönheits-Arcanum. *Arcane cosmetique.*

Rec. Talci Veneti Drachm. unam, Olei Camphorae Drachm. duas. Digere in balneo Mariae et misce.

ARCANUM DUPLICATUM. Doppelsalz. *Sel de duobus.*

Synon.: Arcanum Holsteinense seu Holsaticum, Sal de duobus, Panacea duplicata seu Holsatica, Tartarus vitriolatus TACHENII, Alcali vegetabile vitriolatum seu sulphuricum, Nitrum vitriolatum, Vitriolicum potassinatum, Potassinum vitriolicum seu sulphuricum, Sal polychrestum GLASERI, LEMERYI, BOERHAVII seu Parisiense, Spiritus Vitrioli coagulatus MYNSICHTI, Nitrum fixum SCHROEDERI, Sal enixum seu Specificum PARACELSI, Kali sulphuricum seu vitriolatum, Sulphas kalicus, Kali, Potassae seu Lixiviae, Lixivia sulphurica, Lixivia vitriolica, Potassa sulphurica seu vitriolata, Proto-Sulphas Potassae seu Protoxydii Potassii. Duplicatsalz, Holsteinische Panacee, Vitriolisirter Weinstein, Vitriolisirte Potasche, vitriol- oder schwefelgesäuertes Gewächslaugensalz, Potaschenvitriol, schwefelsaures Kali, einfach oder neutrales Kalisulphat, Glasers u. s. w. Polychrestsalz. *Arcane ou Panacée de Holstein ou holsatique, Nitre fixe de SCHROEDER, Sel polychrest de GLASER cet., Sel de la Sagesse, Sulphate de Potasse ou de Protoxyde de Potassium, Protosulphate de Potasse, Tartre vitriolé, Vitriol de Potasse* cet.

Vix unquam hoc sal miscendo Acidum sulphuricum cum Cineribus clavellatis paratur. Semper

fere tanquam parergon parando Acidum Nitri, Magnesiam albam, Cineres clavellatos depuratos cet. obtinetur. Sal impurum solvitur in aqua fervida, solutio, prout necessitas requirit, vel Acido sulphurico vel Cineribus clavellatis aut Calce saturatur, liquor filtratus evaporatione et refrigeratione in crystallos redigendus, quae iterata solutione et crystallisatione depurandae. Vel Sal emale, uti prostat, investigatur sollicite (v. infra), si non purum, tunc solvendo in sextuplo Aquae bullientis, addendo pauxillo Liquoris Cineris clavellati, ut praecipitentur partes terreae metallicaeque, filtrando et crystallisando depuratur. — Prismata exhibet recte rhombica, inaequaliter hexagonalia, cet. Crystalli, plerumque parvae et irregulares, saepius in crustis cohaerent, albae, pellucidae, modice durae, sapore salso et amariusculo, aëre immutabiles, ignis vim sustinentes. — ***Part. const.:*** Kali et Acid. sulphuric. āā paria p. Mixt. — Temperatura ordinaria decem, temperatura autem 80° R. quatuor aquae partes ad solutionem requirit; in spiritu vini haud solubile. — ***Vis:*** incidens, resolvens, refrigerans, laxans.

Sit Sal purum decolor, ut supra bonae notae descriptum, fixum, penitus solutu in aqua, solutio neutra neque addito liquore argenti sulphurici, neque cineris clavellati depurati turbetur, vel liquore kali borussici aut aqua hepatica coloretur.

Usus: Praecipue in pulvere et pilulis, in solutione raro. Cave commisceas cum sale essentiali tartari vel salibus cum acido sulphurico praecipitatum praebentibus.

ARCANUM JOVIALE. — Paratur digerendo Amalgama ex pari Stanni et Mercurii pondere in Aqua Forti, destillando miscellam ad siccitatem usque et edulcorando Massam residuam accensione crebra Spiritus Vini.

ARCANUM NITRI seu Tartari v. Terra foliata Tartari.

ARCANUM TARTARI de Spina idem est atque Arcanum duplicatum.

ARCANUM TARTARI DULCE. Versüßter Essig-Weinstein. — Solutio est Terrae foliatae Tartari in duabus vel tribus Spiritus Vini Partibus.

ARCANUM FEBRIFUGUM Ricattelli. — Salicinum impurum esse videtur.

ARCANUM VITRIOLI Mynsichti. — Nihil aliud est, nisi Ferrum sulphuricum oxydatum acidum, per plurimas ambages supervacaneas, mysteriis plenas et ineptas obtentum.

Alia Arcana, olim subinde usitata, quasi praeceptiones alchemicas passim exhibentes, praeteremus.

† ARGENTUM AMMONIATO-NITRICUM, Nitras Argenti ammoniacalis. Salpetersaures Silberoxyd-Ammoniak. *Nitrate d'Argent ammoniacale.* — Obtinetur solvendo Argentum nitricum in Aquae destillatae quadruplo et addito Spiritu Salis Ammoniaci caustico, donec praecipitatum primum ortum penitus resolutum sit. Liquor clarus loco umbroso asservandus. — Tanquam reagens inservit in Arsenicum album, ad definiendam Acidi Borussici quantitatem in Aqua Amygdalarum amararum (p. 42.), Cerasorum nigrorum (p. 55.) et Lauro-Cerasi (p. 72.), et Acidi hydrothionici quantitatem in Aquis hepaticis.

† ARGENTUM NITRICUM CRYSTALLISATUM, Nitras Argenti crystallisatus, Vitriolum Lunae Boerhaavii, Hydragogum Boylei, Crystalli Argenti seu Lunae. Krystallisirtes salpetersaures Silberoxyd, Silbersalpeter. *Nitrate d'Argent.* (De reliquis Synonymis conf. Lapis infernalis.)

Rec. Argenti puri quantum vis. Solve in Acidi Nitri sufficiente quantitate, adhibito leni calore, filtra et evapora liquorem decolorem, donec in frigore in crystallos concrescat, quae loco obscuro siccandae et in vase opaco asservandae. Parari etiam potest, solvendo Lapidem infernalem Cupro nitrico non inquinatum, filtrando et evaporando liquorem aqueum ad crystallisandum. — Tabulas exhibet decolores, hyalinas, recte rhombicas et inaequaliter hexagonales, sapore taediosissimo, amaro-metallico, aëre immutabiles, luce nigricantes, faciles solutu in aqua, solutu etiam in spiritu vini. — *Vis:* caustica, antispastica, hydragoga, vermifuga, facile toxica. (De ceteris proprietatibus et puritatis investigatione conf.

Lapis infernalis.) — *Usus:* Interne cautissime adhibetur, in exigua dosi, aqua solutum, vel in pilulis. Inservit praeterea tanquam reagens praestantissimum in chlorum, acidum salis et ejus combinationes.

ARGENTUM NITRICUM FUSUM

v. Lapis infernalis.

ARGENTUM POTABILE seu LUNA POTABILIS VETERUM. — Plerumque nihil aliud est nisi Solutio Cupri, passim ammoniacalis, in Aceto vel Acido Salis, ex Argento Cuprum continente obtenta. — In epilepsia praecipue laudabatur.

ARGENTUM SULPHURICUM seu vitriolatum, Sulphas Argenti seu argenticus, Luna vitriolata, Vitriolum Argenti. Schwefelsaures Silberoxyd, Silbervitriol. *Sulphate d'Argent, Vitriol d'Argent* ou *lunaire.*

Rec. Argenti nitrici Drachm. unam. Solve in Aquae destillatae Unc. semis, tunc admisce solutionem concentratam Salis mirabilis GLAUBERI, quam diu praecipitatum enascitur, quod aqua frigida ablutum et siccatum loco obscuro asservandum. Parari etiam potest solvendo Argentum in Oleo Vitrioli calefacto, diluendo solutionem saturatam cum Aqua et crystallisando. — Pulvis crystallinus albus, nitens, vel crystalli minutae aciculares, luce facile nigrescentes, sapore nauseoso-metallico; difficile solubilis in aqua. (In ceteris proprietatibus cum argento nitrico partim congruit.) Pariter pro reagente inservit.

ARGILLA v. Alumina (p. 34.) et Bolus (I. p. 21.).

ARICINUM v. Chininum.

AROMATICUM CARYOPHYLLATUM MESUE.

Rec. Caryophyllorum Drachm. septem, Macid., Rad. Zedoariae, Galangae minor., Ligni Santalini citrini, Trochisc. diarrhodon., Cinnamomi, Ligni Aloës, Spicae Indic., Piper. longi, Cardamomi āā Drachm. unam, Flor. Rosarum odoratiss. Unc. semis, Galliae moschatae verae, Rad. Liquirit. āā Drachm. duas, Foly vel ejus loco Cassiae ligneae verae, Cubebarum āā Scrupulos duos, Ambrae Drachm. unam, Moschi Scrup. semis, Sacchar. opt. q. s. ut fiat confectio.

AROMATICUM ROSATUM sec. GABRIELEM.

Rec. Flor. Rosar. rubr. Drachm. quindecim, Rad. Liquirit. mund. Drachm. septem, Ligni Aloës, Santali citrini āā Drachm. tres, Cinnamomi Drachm. quinque, Macid., Caryophyllor. āā Drachm. duas semis, Gummi Arabici et Tragacanthae āā Scrup. duos, Nuc. Moschat., Cardamom. min., Rad. Galangae āā Drachm. unam, Spic. Nardi Indic., Ambrae griseae āā Scrup. duos, Moschi Scrup. unum, Sacchar. quant. sat. Sacchari loco etiam Syrupus rosatus seu Citri sumitur, et in electuarium redigitur.

AROPH PARACELSI v. Sal Ammoniacum martiatum et Tinctura Martis aperitiva.

ARRHENICUM = Arsenicum vel potius Auripigmentum.

† ARSENIAS AMMONIAE, Ammonium seu Ammoniacum arsenicicum. Arsenitsaures Ammoniak. *Arseniate d'Ammoniaque.* — Obtinetur instillando in solutionem concentratam Acidi arsenicici Spiritum Salis Ammoniaci causticum, donec praecipitatum enascitur, solvendo praecipitatum caloris ope et refrigerando solutionem. — Crystallos exhibet insignes, oblique rhombicas cet. decolores; aëre fatiscentes — Venenum gravissimum (v. et Acidum arsenicicum p. 15.).

ARSENIAS KALI seu Potassae v. Kali arsenicicum.

ARSENIAS ET ARSENIIS NATRI seu Sodae v. Natrum arsenicicum et Liquor.

ARSENIIS KALI seu Potassae liquidus v. Liquor arsenicalis FOWLERI, Solutio arsenicalis cet.

† ARSENICUM ALBUM DEPURATUM seu sublimatum. — Obtinetur iterata sublimatione Arsenici albi in crucibulo altero alteri superimposito, vitentur, quantum ejus fieri potest, vapores maxime nocivi. Si autem per se jam purum, massam vitream vel porcellaneam compactam exhibens (v. I. 9.), haec operatio superflua. De synonymis, proprietatibus, *Vi* et *Usu* conf. locum citatum.

ARSENICUM ANTIMONIALE v. Causticum arsenicale.

ARSENICUM CLORATUM v Butyrum Arsenici.

ARSENICUM FIXUM = Acidum arsenicicum (p. 15.) et Sal medium arsenicale.

† ARSENICUM IODATUM seu iodureturn Arsenici. Jodarsenik. *Iodure d'Arsenic.* — Obtinetur miscendo Arsenici seu Cobalti cryst. (I. p.38.) Part unam et Iodi Part. quinque, et sublimando miscellam. — Externe cautissime in unguento adhibetur.

ASA FOETIDA PRAEPARATA

seu Gummi Asae foetidae depuratum sive purificatum. — Pari modo atque Ammoniacum praeparatum (p. 34.) paratur.

ASELLI PRAEPARATI v. Millepedes.

ASPARAGIUM seu Asparaginum, Althaeinum. Asparagin, Althäin. *Asparagine, Asparamide, Agédoile.*

Rec. Rad. Althaeae cont. Libr. duas. Macera cum Aquae frigidae quadruplo per 24 horas, cola et macera residuum denuo cum Quadruplo Aquae frigidae. Colaturae clarae commisce et evapora in balneo Mariae ad Syrupi consistentiam, sepone per 4 — 8 dies, ut Asparagium secernatur, quod Aqua frigida ablutum et in sufficiente Aquae calidae quantitate solutum iterata crystallisatione depurandum. (Parari etiam potest ex Turionibus Asparagi, qui per aliquot dies, linteo humectato obvoluti, seponantur, donec mollescere et odorem ingratum spargere incipiant; tunc, addito pauxillo Aquae, exprimantur, quo facto succus calefit, ut albumen coaguletur, quod una cum chlorophyllo filtri ope separandum. Ex succo autem depurato pari modo ac supra descriptum evaporatione et crystallisatione Asparagium obtinetur.) — Crystallos exhibet decolores limpidas, recte rhombicas, inaequaliter hexagonales

vel rhombeo-octaedricas, p. spec. 1,519, inodoras, sapore subnauseoso-fatuo, refrigerante. In manducando inter dentes stridentes, aëre immutabiles, sine alteratione non volatiles; modice solubiles in aqua et in spiritu vini aquoso, insolubiles in alcohole absoluto, aethere et oleis. Solutiones neutrales temperatura ordinaria reagentium ope non alterantur. — *Part. const.:* Carbonei 8, Hydrogenii 16, Oxygenii 6 et Azoti 4 p. Mixt. Crystalli praeterea 2 Aquae p. Mixt. continent. — Calore Asparagium facile immutatur, per se calefactum multum Ammoniaci exhibet. Acida fortiora et bases fortiores, Aqua adjuvante, calore in Acidum asparagicum et Ammoniacum decomponunt, et Ammoniacum asparagicum et Asparagium, quae omnino aequaliter composita sunt, corpora sunt isomerica! *Vis:* ? *Usus:* Per se nondum tanquam medicamentum adhibetur, medicorum autem attentione dignum.

ATHANASIA MAGNA Nicolai v. Electuarium.

ATRAMENTUM COERULEUM. Blaue Tinte. *Encre bleue.*

Rec. Indigo Quatimalo, Cineris clavellati depurati, Auripigmenti āā Drachm. duas, Calcis vivae Unc. semis, Aquae purae Libr. unam. Coque ad solutionem usque et adde Gummi Senegal Unc. semis.

ATRAMENTUM FLAVUM. Gelbe Tinte. *Encre jaune.* — Decoctum Datiscae cannabinae concentratum, addito pauxillo Kali, praebet.

ATRAMENTUM INDELEBILE. Unauslöschliche Tinte. *Encre indélébile.*

Rec. Ciner. clavellatorum purorum Drachm. viginti. Solve in Aqua bulliente, et adde Ramenti Corii Drachm. decem, Flor. Sulphuris Drachm. quinque. Coque in vase ferreo fuso ad siccitatem usque, calefac residuum, donec mollescere incipiat, cavens, ne flammam concipiat; tunc admisce sensim sufficientem Aquae quantitatem, ad solutionem; cola et serva liquorem nigrum in vase bene obturato.

ATRAMENTUM INDICUM SICCUM seu Chinense sive Siniticum. Tusch, Chinesische Tinte. *Encre de la Chine.*

Rec. Fuliginis levissimi, ex Oleo quodam pingui comburendo obtenti, quantum vis. Fiat cum solutione Gelatinae animalis (Leimwasser) l. a. pasta, ex qua formentur bacilli tetragoni characteribus chinensibus signati, quae lenissimo calore siccantur. Odoris causa admisceri possunt Moschi et Ambrae Partes subtilissimae.

ATRAMENTUM AD SIGNANDUM LINTEUM. Tinte zum Markiren der Zeuge. *Matière à marquer le Linge.*

Rec. Vitrioli viridis Part. duas, Alumin. Part. unam, Aq. Part. decem. Misce et solve, solutioni adde Extr. Saturni ad perfectam praecipitationem et evapora liquorem clarum a praecipitato separatum lenissimo calore ad gelatinae consistentiam, qua Linteum signatur. — Alia formula: Rec. Mangani sulphurici Part. centum octoginta, Vitrioli Martis, Gummi Arabic. āā Part. centum, Aquae Part. quadringentas. Solve. In usu linteum cum solutione Kali seu Natr. carbonic. humectatur. — Alia formula: Rec. Argent. nitric. cryst. Part. octo, Gumm. Arabic. Part. duodecim, Indigo Part. quatuor, Aquae destill. Part. triginta duas. Solve. In usu linteum cum solutione Natr. carbon. Part. sexaginta quatuor in Aq. destill. Part. centum viginti quinque humectatur.

ATRAMENTUM NIGRUM. Schwarze Tinte. *Encre noire.*

Rec. Callar. nigr. opt. cont. Libr. tres semis, Spirit. Vini rectificatiss. Libr. quatuor. Digere per octo dies, cola cum expressione, et affunde residuo Aceti crudi Libr. decem, digere iterum per aliquot dies, cola cum expressione et coque residuum cum sufficiente Aquae quantitate, ut fiant colaturae Librae quadraginta; cunctis extractis commixtis, solve Vitrioli Martis Unc. viginti et Gummi Arabici Unc. sedecim.

ARTRAMENTUM RUBRUM seu Rubramentum. Rothe Tinte. *Encre rouge.*

Rec. Lign. Fernambuci opt. Unc. sex, Aluminis crudi Unc. duas, Cremor. Tartari Unc. unam, Aceti crudi, Aquae fontanae āā Libr. duas semis. Coque ad remanentiam Libr. duarum semis. In colatura solve et adde Gummi Arabici Unc. duas, Sacchari Unc. unam semis, Solutionis Stanni conc. Drachm. sex. — Alia formula: Rec. Lign. Fernambuc. Unc. triginta duas, Aceti Vini Unc. centum et viginti octo. Infunde per tres dies, tunc coque per horam; filtra et adde Gummi Arabici, Aluminis, Sacchari āā Unc. tres. — Atramentum rubrum cum Carmino obtinetur, solvendo Carminum in sufficiente Spirit. Salis Ammoniaci caustici quantitate, filtrando, addendo filtrato s. q. Gummi Arabici et evaporando in aëre libero, donec Ammoniacum dissipatum sit.

ATRAMENTUM SYMPATHETICUM. Sympathetische Tinte. *Encre de Sympathie.* — Solutione aquosa Cobalti muriatici exhibetur. Scriptura invisibilis adparet colore coeruleo, si leviter calefit. — Solutio Cobalti nitrici colore fuscorubro adparet. — Solutio Vitrioli coerulei concentrata scripturam invisibilem exhibet, si exsiccatur; apparet autem colore coeruleo, si vapores ammoniacales ei admoventur. — Solutio diluta Sacchari Saturni scripturam invisibilem exhibet, quae admoto Aëre hepatico colore nigro apparet. — Litterae cum solutione diluta Ferri sulphurici oxydati factae colore nigro apparent, si scriptura Tinctura Gallarum illinitur. — Plura alia praeterea sunt praecepta ad Atramentum sympatheticum, quae tamen praetereunda.

ATRAMENTUM VIRIDE. Grüne Tinte. *Encre verte.* — Obtinetur coquendo Viridis Aeris Part. duas et Cremor. Tartari Part. unam, cum Aquae Partibus octo ad Dimidias.

† ATROPIUM seu Atropinum. Atropin. *Atropine.*

Rec. Radic. Belladonnae rec. siccatar. quantum vis. Extrahe cum Spiritu Vini rectificatissimo in prelo Realiano; tracta tincturam cum vigesima Radicis adhibitae

Parte Calcis extinctae, tunc Spiritu Vitrioli et age uti in Aconitii praeparatione (p. 26.) praescriptum est; abstrahe autem vix duos Trientes Spiritus Vini, admisce residuo tertiam Radicis Partem Aquae, destilla porro parvam Spiritus Vini Partem, evapora postremo residuum in patina lata et aperta lenissimo calore (sed, quam fieri potest, celerrime), donec duodecima fere Pars Ponderis Radicum adhibitarum fluidi remanserit; refrigerato liquori caute, saepius agitans, admisce liquorem concentratum Cineris clavellati depurati, donec colore sordide griseo-fusco turbari incipiat (cavens autem, ne liquor alcalium modo reagat), filtra post aliquot horas, et fluido claro iterum admisce Liquorem Cineris clavellati puri concentratum, quamdiu praecipitatum enascitur; post 24 horas separa Atropium impurum filtri ope, cum expressione inter chartam bibulam; exsicca, tere in pulverem et misce cum paullo Aquae frigidae, ut fiat puls, quae exprimitur inter chartam bibulam; residuum pulverulentum exsicca iterum et solve in quinduplo Pondere Spiritus Vini alcoholisati (p. sp. 0,82), filtra et admisce filtrato sensim in exiguis dosibus *Carbonem Lixivii Sanguinis* depuratum, saepius conquassans, donec liquor vix flavescens appareat, filtra, abstrahe partim Spiritum Vini et evapora residuum lenissimo calore; vel commisce solutionem alcoholicam cum Sextuplo Aquae, et sepone liquorem valde lactescentem in locum frigidum obscurum per 12 — 24 horas, ut Atropium in crystallos concrescat, quae sollicite supra chartam bibulam siccandae. (Labor omnis quam brevissimo tempore absolvendus, calor nimius autem, quantum fieri potest, evitandus.) — Crystallos exhibet aciculares, albas, sericeas, fasciculatim aggregatas, Chinino sulphurico subsimiles, vel massam decolorem hyalinam, si purum inodorum, (impurum Atropium autem et flavo-fusco coloratum odore viroso Belladonnae) sapore maxime nauseoso-amaro, post gutturali, quasi metallico, in aqua parum, facillime in spiritu vini solubile, minus in aethere, solutiones alcalium modo colores vegetabiles immutant. — *Part. const.:* Carbonei 34, Hydrogenii 46, Oxygenii 6, Azoti 2 p. Mixt. — Facile Atropium decomponitur calore, praecipue Alcalium fixorum ope, etiam Aqua non exclusa Ammoniacum evolvitur et materia fusca resinosa amara restat. Aqua ipsa sola illud alterat, si per longum tempus cum eo conjuncta est, crystallisandi facultas perditur; aëre admisso ignitum penitus comburitur. — Salia format cum acidis plerumque crystallisabilia et facile solubilia in aqua uti et in spiritu vini, sapore Atropii; solutiones aquosas concentratas alcalium ope praecipitatum album Atropii praebent, tincturae iodi ope (uti et Atropii puri solutio) praecipitatum kermetinum, et tincturae gallarum ope magma albidum, floccosum praebent. — *Vis* Atropii (et Salium Atropii) summopere narcotica, constrictionem oesophagi, exsiccationem oris, dolorem vehementissimum capitis, vertiginem cet. efficit, et vel in parva dosi facile deleteria est; praecipue dilatationem pupillae efficit, etiam externe, si vestigia vix visibilia oculo applicantur. — *Usus:* In substantia, in pulvere vel solutione, aut cum acidis junctum, exigua dosi, summa cum circumspectione adhibenda! — Principium vires Belladonnae concentratissimas ac tutissimas in se conjungens, in medicamentorum copiam introducatur, necesse est.

AUREA ALEXANDRINA Nicolai et Hadriana v. Electuarium.

AURI CROCUS v Crocus Auri.

AURUM BALSAMICUM v. Balsamicum Auri.

AURUM DIAPHORETICUM Disp. Viennens.

Rec. Fol. Auri Drachm. tres, Reguli Antimonii puri Unc tres; Pulverisentur et misceantur in crucibulo altero alteri superimposito et oblutato, deinde calcinentur cum Salis communis decrepitati Unc. tribus semis, in igne circulatoria tribus vicibus repetendo et semper edulcorando et exsiccando, novo sale decrepitato addito, postremo Spir. Vini rectificatissimus desuper deflagret; ignis circulatorius non fortis in calcinatione successive crescat 6 horis, ne abeat in regulum. (V. etiam Aurum fulminans.)

AURUM DIVISUM, pulveratum, praecipitatum seu purum, Auri Praeparatio. Feinzertheiltes, gefälltes, reines oder präparirtes Gold. *Or divisé, précipité, pure.*

Rec. Solutionis Auri concentrati, decuplo Aquae diluti, quantum vis. Instilla sensim solutionem Vitrioli Martis purissimi recenter parati, quamdiu praecipitatum nascitur, quod primum Aqua Forti diluta digerendum, postea Aqua destillata optime edulcorandum et in umbra, calore non adhibito, siccandum. — Pulvis fuscus, opacus, pressione Auri colorem et splendorem assumens. — Juxta aliam methodum, Auri foliat. purissimi Part. unam, Mercurii vivi Part. sex in mortario lapideo exactissime triturantur, ut fiat amalgama; separetur deinde Mercurius Acidi Nitri ope, calore adhibito; et residuum optime edulcoratum siccetur. (Olim Aurum foliatum cum Aqua Rosarum, in qua gummi erat solutum, terebatur, donec in pulverem subtilem esset redactum, quod Aqua Rosarum vel cordiali optime abluebatur. Difficillimum autem hoc modo Aurum in pulverem redactu.)

AURUM PER SACCHARUM DIVISUM sec. Ferrarini. — Obtinetur triturando Auri foliati Scrupulum unum cum Sacchari albi Drachmis duabus per plures horas ad disparitionem prioris, addendo tunc pauxillo Aquae, ut fiat massa mellis consistentia, quae per diem agitanda, postea cum Aquae Unc. duabus miscenda, filtranda et residuum Aurum in filtro optime edulcorandum et siccandum.

†AURUM FULMINANS, crepitans seu tonans, diaphoreticum, Aurum ammo-

niatum, Ammoniuretum Auri seu Auras ammonicus, Auridum Ammoniacae. Knallgold, Gold-Ammoniak oder Ammoniur, Goldsaures Ammoniak. *Or fulminant, Ammoniure d'Or.*

Rec. Solutionis Auri, quantum ejus fieri potest, neutralis, Unc. semis, Aquae destillatae Unc. duas. Misce et instilla sensim Spiritum Salis Ammoniaci causticum, quamdiu praecipitatum enascitur, quod Aqua destillata frigida edulcorandum et in parcellas, exiguas divisum cautissime temperatura ordinaria aëre, sed in umbra, exsiccandum et solliciter, sed leviter tantum, charta obvolutum, servandum. — Pulvis flavo-fuscus, insolubilis in aqua, acidis et alcalibus dilutis. — Constat ex Auri oxydati et Ammoniaci aequalibus p. Mixt. — Facillime decomponitur! leni calore vel levi jam pressione cum explosione vehementissima detonatur. Unde omni circumspectione asservandum et tractandum. — *Vis:* diaphoretica, emetica, anodyna, antispasmodica, carminativa? facile nociva. — *Usus:* In pulvere in exigua dosi, cum Amylo cautissime mixtum; et interne et externe adhibetur.

AURUM HORIZONTALE Zwingeri, Panacea Kornmanni.

Rec. Croci Auri Drachmas duas, Cinnabar. Antim. Unc. semis, Ol. Cinnamomi Gutt. tres. Probe inter se invicem terantur.

†AURUM CYANATUM, hydrocyanicum seu borussicum, Cyanuretum Auri. Cyangold oder blausaures Goldoxyd. *Cyanure d'Or.* — Obtinetur praecipitando Solutionem Auri muriatici Kali borussici puri ope, edulcorando et siccando praecipitatum in umbra. — Massa pulverulenta, subflavescens, insolubilis in aqua et acidis dilutis, solubilis autem in spiritu salis ammoniaci caustico, calore colorem luteum assumit et facile decomponitur. — Novissimis temporibus in syphili et scrophulis, uti et in phthisi tuberculosa commendatur.

AURUM MOSAICUM seu musivum, Stannum bisulphuratum seu persulphuratum, Bisulphuretum seu Persulphuretum Stanni, Oxydum Stanni cum Sulphure. Musivgold, Malergold, doppelt Schwefelzinn. *Or musif* ou *sculpé, Or de mosaique, Deuto-Sulphure d'Etain.*

Rec. Stanni limati Unc. tres, Mercurii vivi Unc. unam semis. Fiat triturando leni calore amalgama, cui adde Flor. Sulphuris Drachm. quatuordecim, Salis Ammoniaci Unc. unam semis. Misceantur omnia exactissime et immittantur in phialam vitream; calefiant leviter in balneo Arenae tamdiu, donec nebulae albae odore hepatico existere cessaverint, quo facto augetur calor ad incandescentiam obscure rubram usque, minime magis, quae temperatura 6 ad 8 horas sustentanda; refrigerato apparatu eximatur caute productum purum, sedulo a reliquis heterogeneis materiis separandum. — Massam squamosam, aureo-splendentem, levissimam, pulverulentam, tactu pinguem et inquinantem exhibet; insipidam, insolubilem in aqua et acidis (excepta aqua regia), solubilem autem calore adjuvante in lixivio caustico. — Constat ex Sulphuris 2 et Stanni 1 p. Mixt. — Calore fortiore in Sulphur et Stannum sulphuratum decomponitur. — *Vis:* vermifuga (?) — Inservit praecipue ad inficiendum colore aeneo (Bronciren) et ad frictionem in machinis minuendam, uti et ad obducendum pulvinum serviens tritui in machina electrica.

AURUM MURIATICUM, hydrochloricum seu salitum ACIDUM, Murias Auri, Aurum oxydatum muriaticum seu salitum, Aurum chloratum, Chloretum Auri seu auricum acidum, Sal Auri crystallisatum, Crystalli solares. Salzsaures oder hydrochlorsaures Goldoxyd, saures Chlorgold, saures Goldchlorid, Goldkrystalle. *Or* ou *Oxyde d'Or muriatique acide, Muriate d'Or, Chlorure d'Or, Sel regalin d'Or, Crystaux d'Or* ou *aurifères.*

Rec. Auri purissimi laminati et dissecti quantum vis. Solve leni calore in Aqua Regis, ex Acido Nitri et Acido Salis puro constante (p. 87.), quantum sufficit, evapora leni calore fere ad siccum, solve residuum in Aqua et evapora iterum liquorem clarum ad syrupi spissitudinem, ut in frigore in crystallos coalescat, quae penitus exsiccatae, in vase bene clauso loco umbroso asservandae. — Prismata exhibet tetragona vel octaëdra, obtusata, laete lutea, sapore nauseoso, acri-metallico. — Est Aurum chloratum aquosum, cum Acido Salis praevalente. Aëre humido deliquescit, facillime solutu in aqua, in spiritu vini quoque solubile et naphtha, solutionem obscure luteum exhibens, quae cutem colore obscure purpureo imbuit. Facile decomponitur pluribus metallis, vitriolo martis, solutione mercurii oxydulati, acido oxalico, tinctura gallarum, saccharo, gummi etc.; cum solutione stanni muriatici oxydo-oxydulati valde diluto praecipitatum purpureum praebet. Calore facile liquefit, acidum salis et aquam amittit, et primo in Aurum chloratum neutrum immutatur, quod calore aucto decomponitur et postremo aurum purum metallicum relinquit. — *Vis:* diaphoretica, caustica, antisyphilitica. — *Usus:* In pulvere per se vel cum Amylo tritum minima dosi, et in solutione Aqua diluta, tuendo a corporibus eum decomponentibus. — Sit purum, ut supra bonae notae descriptum, facile et penitus solubile in aqua; ignitum nihil aliud nisi aurum purissimum relinquat.

AURUM MURIATICUM LIQUIDUM v. Solutio.

AURUM MURIATICUM seu hydrochloricum NATRONATUM seu natronato-muriaticum CRYSTALLISATUM, Murias seu Hydrochloras aurico-natricus sive triplex

Auri et Sodae, Aurum chlorato-natronatum, Chloretum seu Chloruretum Auri et Natrii sive Sodii, Aurochloras chloro-natricus, Sal Auri Figuieri. Salzsaures Goldoxyd-Natron, sodahaltiges salzsaures Gold, Chlorgold-Natrium, Figuier's Goldsalz. *Or muriatique avec du Soude, Muriate d'Or et de Soude, Chlorure d'Or et de Sodium, Sel d'Or de* FIGUIER.

Rec. Auri purissimi laminati et dissecti Unciam unam. Solve in sufficiente Aquae Regis quantitate; evapora leni calore ad siccum, ut Acidum in excessu avolet, tunc admisce Salis communis decrepitati Drachmas duas, solve omnia in sufficiente Aquae destillatae quantitate, et evapora liquorem clarum leni calore, ut cogatur in crystallos, quae exsiccatae, collectae, in vase vitreo loco obscuro asservandae. — Crystallos exhibet rectangulares, vel tabulares aurantiacas, aëre immutabiles, ceterum in capite rei, cum praecedente congruit, calore autem praeter Aurum Sal commune relinquit. — Constat enim ex Auri chlorati 3813,976, Salis communis 733,547 et Aquae 449,920, Partibus. — *Vis:* praecedentis, minus autem caustica. — *Usus:* Idem; facilius in pulvere, pilulis adhiberi licet, tuendo tamen ab iisdem corporibus eum decomponentibus. — Sit Sal, ut supra bonae notae descriptum, crystallinum, pulchre flavum, aëre immutabile, facile solutu in aqua; ignitum praeter Aurum purum sextam tantum salis communis partem relinquat.

AURUM MURIATICUM NATRONATUM seu natronatum inspissatum, Chloretum Auri cum Chloreto Natrii, Sal Auri de Gozzi. Eingedicktes salzsaures Goldoxyd mit Kochsalz, Gozzi's Goldsalz. *Or muriatique avec du Sel commun, Chlorur d'Or avec du Chlorur de Sodium, Sel d'Or de Gozzi.* (De ceteris Syn. conf. praecedens.) — Obtinetur admiscendo Solutioni Auri, tres Auri Partes continenti, quinque Salis communis Partes et evaporando miscellam leni calore ad siccum. — Massam exhibet luteam, pulverulentam, ex aëre humorem attrahentem. — Miscella est soluta Auri chlorati cum Sale communi in excessu. Ceterum cum praecedente congruit et pari modo adhibetur.

AURUM MURIATICUM NATRONATUM PRAEPARATUM sec. Boriz. — Obtinetur miscendo Auri muriatico-natronati crystallisati Granum unum cum Pulv. Rad. Ireos florent., Aquae et Alcoholis ope penitus extracti, Gran. duobus.

AURUM OXYDATUM seu Oxydum Auri sive auricum, Crocus seu Calx Auri, Bezoardicum metallicum. Goldoxyd, Goldkalk, Goldsafran. *Oxyde d'Or.*

Rec. Solutionis Auri, quantum ejus fieri potest, neutralis, quantum vis. Digere cum Magnesiae ustae paullo in excessu, edulcora praecipitatum sedulo Aqua pura, donec lotura Acidi Salis ope colorem flavum non amplius assumat; quo facto digere residuum Aqua Forti diluta, ablue Aqua, et exsicca temperatura ordinaria loco obscuro. — Massa castanea, friabilis, fractura nitente, insipida, insolubilis in acidis dilutis (excepto acido salis et aqua regis), solubilis in alcalibus puris fixis. — Est Aurum oxydatum hydratum. — Leni calore facile aquam amittit, et colorem nigrescentem assumit, quod constat ex Auri 2 et Oxygenii 3 p. Mixt.; — calore aucto aut luci expositum, oxygenium perdit, et metallum purum relinquit. — *Vis:* antivenerea, diaphoretica. — *Usus:* In pulvere cum Amylo vel Saccharo tritum. — Puritas ex descriptione patet. (Conf. et Crocus Auri seu Solis veterum.)

AURUM POTABILE v. Tinctura Auri.

AURUM POTABILE DE ZAPA. — Est Spiritus Vini rectificatissimus Saccharo temperatus.

AURUM PRAECIPITATUM seu pulveratum v. Aurum divisum et Crocus Auri seu Solis veterum.

AURUM VITAE Veterum. — Plerumque nihil aliud est nisi Aurum divisum.

AVA v. I. 267.

AVELLANAE DEPURATAE seu Avellanarum Praeparatio. Präparirte Haselnüsse. *Noissettes praeparées.*

Avellanae, ablato cortice exteriori duro, in vase aliquo stannato, furfuribus additis, spatula supra ignem tamdiu agitantur, donec calore omnis earum humiditas interna sit absumta, deinde pellicula, qua teguntur, iis detrahitur. Cavendum autem ne adurantur.

AXUNGIA COMPOSITA, OXYGENATA cet. v. Unguentum.

AXUNGIA CURATA, depurata seu praeparata v. Adeps.

AZOTH HELSINGII. — Nihil aliud est, nisi Mercurius praecipitatus ruber, methodo admodum fusa et vehementer absurda obtentus, partim Argento et Auro mixtus.

AZOTUM seu AZOTICUM v. Gas.

BACILLI AD FORNACEM v. Massa ad Fornacem.

BACILLI seu BACULI DE LIQUIRITIA ALBI, Liquiritia alba cocta. Pharm. Wirtemb. Weiße Süßholzstöckchen. *Bâtons de Reglisse blancs.*

Rec. Gummi Arabici, Spec. Diaireos simpl., Spec. Diatragacanthae āā Unc. semis, Rad. Liquiritiae, Amyli āā Unc. unam. Terantur omnia in pollinem subtilissimum, cui addantur Sacchari albi pulv. Libr. duae, Mucil. Tragac. q. s. Pinsantur in mortario; fiat massa, ex qua formentur pro lubitu Bacilli.

BACILLI DE LIQUIRITIA, seu Liquiritia

cocta citrina Ph. Wirtemb. Gelbe Süßholzstöckchen, gebackenes Süßholz. *Bâtons de Reglisse jaunes, Reglisse cuite.*

Rec. Rad. Liquiritiae pulv. Unc. unam, Irid. florent., Amyli albi āā Unc. semis, Croci subtiliss. triti Scrupulum unum, Sacchari albi Libr. unam. Fiat suff. quant. Mucilaginis Tragac. massa, ex qua formentur Bacilli. — Ph. Saxonicae et Oldenburgicae formula eo discrepat, quod ad Ponderis designati Sacchari et Liquiritiae, Rad. Ireos florent. Drachm. duas et Croci Drachm. unam praescribit.

BACULI PECTORALES FRANCOFURT. Frankfurter Brustküchelchen. *Bâtons pectorales de Francfort.*

Rec. Specier. Diatragac. frig. et Diaireos simpl. āā Drachm. unam, Rad. Liquir. Drachm. semis, Sacchar. albissimi Unc. sex. Fiant cum Mucilagine Tragac. Baculi.

BALNEA FORMICARUM LIQUIDA. Flüssige Ameisenbäder. *Bains de Fourmis liquides.* — Parantur infundendo Formicar. conquassatarum et in saccum linteum reclusarum Mens. 3 — 4 cum Aqua fervida, exprimendo post aliquot horas et admiscendo jus cum formicis in sacco Balneo.

BALNEA FORMICARUM VAPOROSA HUMIDA. — Parantur superaffundendo Formicas cum cumulorum quisquiliis Aqua ebulliente, et exponendo partes dolentes vaporibus surgentibus.

BALNEA FORMICARUM VAPOROSA SICCA. — Applicantur infodiendo membrum debile in cumulum Formicis repletum.

BALNEA IODATA. Jodbäder. *Bains de Iode* sec. Béral et Durozier. — Solutiones sunt Iodi et Kalii iodati in Aquae Unc. viginti. — Nro. 1. Scrupul. unum Iodi et Scrupul. duos Kalii iodati continet. — Nro. 2. duos Scrupul. Iodi et quatuor Kalii iodati, — Nro. 3. tres Iodi et sex Kalii iodati — et sic porro ad Nro. 8, quae octo Iodi et sedecim Kalii iodati Scrupulos continet. — Singulae doses numeris insignitae unumquodque ad Balneum ex 240 Libris pond. civ. Aquae constans totae admiscentur pro ratione aetatis lavantis — Nro. 1 et 2 ad aetatem annorum 4 — 8, Nro. 3 et 4 ad aetatem annorum 8 — 12, Nro. 5 et 6 ad aetatem annorum 8 — 19, Nro. 7 et 8 ad aetatem annorum 20 — 52 aptum est. — Lugoli formulae cum his fere congruunt. Pro infantibus praescribit ad Nro. 1, Scrup. duos Iodi et Scrup. quatuor Kalii iodati in Aquae Unc. sex solvi; ad Nro. 2. illius Scrup. duos semis, hujus quinque; ad Nro. 3. tres Scrup. et sex; ad Nro. 4. quatuor Scrup. et octo in sex Unc. Aquae. — Pro adultis ad Nro. 1. Drachm. duas Iodi et Unc. semis Kalii iodati cum Aq. Unc. sex misceri; ad Nro. 2. Drachmas duas semis et Drachm. quinque; ad Nro. 3. Drachm. tres et sex, ad Nro. 4. quatuor Drachm. et octo.

BALNEUM ANTIPSORICUM seu excitans v. Balneum sulphuratum.

† BALNEUM ANTISYPHILITICUM seu mercuriale. Merkurialbad. *Bain mercuriel.*

Rec. Merc. sublim. corros. Grana sex ad duodecim. Solve in Aquae destillatae Libr. octo et admisce Aquae communis ad 24° R. calefactae Libr. ducentis. — Sublimati quantitas sec. medici judicium ad Drachm., immo ad Unciam (?), augeri potest.

BALNEUM AROMATICUM. Gewürzbad. *Bain aromatique.*

Rec. Herb. Anthos, Thymi, Salviae, Origani, Menthae āā Libr. semis. Coque cum Aquae quant. suff. et adde Spir. Sapon. Unc. quatuor, Salis Ammoniaci Unc. duas. — Van Mons ad Balneum unum Specier. aromaticar. Libr. unam infundi praescribit.

BALNEUM ARTHRITICUM Fulleri. Fullers Gichtbad. *Bain arthritique de Fuller.*

Rec. Lign. Guajac. Libr. tres, Lign. Sassafr. Libr. semis. Immitte in sacculum et coque cum Aquae Mens. sex ad septem per $1/4$ horae, tunc admisce in petia ligatas Bacc. Lauri Libr. tres, Cort. Chinae Libr. semis, Rad. Ireos flor., Cyperi, Calami, Angelic. āā Unc. duodecim. Pro balneo.

BALNEUM ARTHRITICUM Mangeti.

Rec. Rasurae Lign. Juniperi Man. tres, Guajaci Libr. unam, Hb. Chamaedryos et Chamaepyth. āā Man. tres, Fol. Lauri Man. unum, Bacc. Juniperi et Sulphur. āā Libr. unam, Aluminis Unc. tres. M. f. Species pro Balneo.

BALNEUM CALCIS SALITAE seu CALCARIAE MURIATICAE. Salzsaures Kalkbad. *Bain au Chaux muriatique.*

— Solutio est Calcis salitae seu Salis Ammoniaci fixi aquosa concentrata, Pond. spec. 1,3 ad 1,4 exhibens. — Praecipue ad parandum Acidum Borussicum et nonnullas Aquas destillatas inservit.

BALNEUM CHLORI sec. Magendie. Chlorgasbad. *Bain de Chlore gaseuse.*

Rec. Magnesiae Vitriariorum pulv. Unc. semis, Salis marini Unc. unam semis, Olei Vitrioli Anglici Unc. unam. Misce in pyxide idonea, quae parti corporis dolenti superimponenda vel introducenda, ita ut vapores, qui emittuntur ab iis contingantur, cavens tamen, ne inhalentur.

BALNEUM EMOLLIENS. Erweichendes Bad. *Bain emollient* sec. *Cadet.*

Rec. Spec. emollient. Libr. quatuor, Sem. Lini Libr. semis. Coque leviter cum suff. Aquae quantitate, cola et admisce Balneo.

BALNEUM FERRI HYDRIODICI seu IODATI seu Hydriodatis Ferri Miguel. Jodeisenbad. *Bain de Iodure de Fer.* — Paratur admiscendo Ferri hydriodici Unc. duas ad Balneum.

BALNEUM HYDROCYANICUM sec Paganini. Blausäurehaltiges Bad. *Bain hydrocyanique.* — Obtinetur admiscendo balneo Unc. quatuor Aquae Lauro-Cerasi. — Dosis pro ratione aetatis et aliis indicationibus immutatur. Addi passim solet Decocti seu Extracti Aconiti, Cicutae, Daturae, Hyoscyami, Solani vel Lactucae quantitas a medico praescribenda.

BALNEUM INCITANS AUGUSTINI. Reizbad. *Bain incitant.*

Rec. Pulv. rad. Serpentar. Virg. Unc. duas, Valerian. sylv. Unc. quatuor, Flor. Sambuci et Chamomillae aa Libr. semis. Infunde in Aquae bullientis Libr. quatuor. Stent in infusione per 1/3 horae in vase clauso, serva usui. S. Nro. 1. — Tunc Rec. Aceti concentrati Libr. unam, Spirit. Vini simpl. Libr. duas. Misce et signa Nro. 2. — Infusum Nro. 1. cum Herbis balneo calido infundatur et Mixturae Nro. 2. singulis horae quadrantibus Libra una eidem addatur, donec gratum aeger calorem sentit.

BALNEUM IRRITANS v. Balneum sinapinum.

BALNEUM NITROSUM PRO PEDIBUS MYNSICHTI. Mynsichts salpetrichtes Fußbad. *Bain nitreux de* MYNSICHT.

Rec. Nitri opt. Libr. semis, Salis marini Unc. quatuor, Flor. Chamom., Malv. arbor., Rosar. rubr. aa Unc. unam, Herb. Beton., Origani, Salv., Rutae aa Unc. semis. Misce et coque. F. Balneum pro pedibus.

BALNEUM RESOLVENS. Zertheilendes Bad. *Bain resolvant de* SAINT-MARIE.

Rec. Salis Ammon. Unc. semis, Salis Sodae Drachm. tres, Hepatis Antimonii Drachm. sex, Salis communis Unc. unam. Misc. et ebulliant cum Aquae Libr. octo. — Alia compositio: Rec. Hepatis Sulphuris Unc. unam, Salis marini Unc. duas, Sodae Unc. semis, Hb. Salviae Man. unum ad duos. Misce, coque cum Aquae Libr. octo.

BALNEUM SALINUM ET GELATINOSUM. Salz- und Leimbad. *Bain salin* et *gelatineux.*

Rec. Salis marini Libr. unam. Solve in Aquae tepidae Libr. ducentis, et adde Collae animalis Flammandinae (Leim) in sufficiente Aquae bullientis solutae portione, Libr. duas.

BALNEUM AD SCABIEM MANGETI. Manget's Krätzbad. *Bain contre lu Gale de* MANGET.

Rec. Herb. Fumar, Scabios., Parietar. aa Man. tres, Enulae, Saponar. aa Man. duos, Rad. Enul. et Lapathi aa Libr. semis, Sulphuris Libr. unam. F. Balneum.

BALNEUM vel PEDILUVIUM vel MANULUVIUM SINAPINUM seu irritans. Senfbad. *Bain de Moutarde.*

Rec. Sinapis nigrae rec. pulveratae Unc. tres ad quatuor. Ingere conquassando in Aquae tepidae quantum satis.

BALNEUM SULPHURATUM AUGUSTINI. Schwefelbad. *Bain sulphureux.*

Rec. Hepatis Sulphuris calcarei Unc. duas. Coque cum Aquae quantum sufficit ad solutionem; immitte Solutionem in Balneum et adde pedetentim semper agitando Spiritus Vitrioli Unc. quatuor. — VAN MONS proponit Hepatis Sulphuris kalini Unc. unam in Aquae Unc. duodecim solvi, et dimidio balneo immitti, alteri balnei parti autem admisceri Acidi Salis fumantis Drachm. duas, et ambae solutiones miscendae. — CADET ad hoc Balneum quatuor Hepatis salini Unc. praescribit, ceterum cum eo congruit. Formulae minus probandae, quam prima. (Vide etiam Liquor hydrosulphuratus.)

BALNEUM SULPHURATUM et **GELATINOSUM** DUPUITRENII. Dupuitren's Schwefel- und Leimbad. *Bain sulphureux et gelatineux de* DUPUITREN.

Rec. Hepatis Sulphuris kalini Unc. unam. Solve in Aquae Libr. ducentis, solutioni adde Collae Flammandin. albae Libr. duas in Aq. Libris decem dissolutas.

BALNEUM SULPHUROSUM CADET.

Rec. Natrii sulphurati Unc. decem, Solutionis salino-gelatinosae Unc. quatuor. Immitte in balneum.

Plures alias compositiones vetustiores ad Balnea, plerumque Vegetabilia aromatica exhibentes, praetereamus.

BALSAMUM ABSINTHII MYNSICHTI. Mynsichts Wermuthbalsam. *Baume d'Absinthe de* MYNSICHT.

Rec. Ol. Nucist. expr. Unc. duas, Ol. Absinthii vulg. et Nardini comp. aa Unc. unam, Mastich. Unc. semis, Ol. Absinth. destill. Drachm. unam, Menth. crisp. et Thymi aa Drachm. semis, Ol. Caryophyllor. et Macid. aa Drachm. unam. M. f. l. a. Balsamum.

BALSAMUM ACETICUM CAMPHORATUM. Essigätherbalsam mit Campher. *Baume acetique camphré.*

Rec. Saponis animalis, Camphorae aa Drachm. unam, Ol. Thymi Guttas decem. Solve in Naphthae Aceti Unc. una; filtra. — HENRI et RATIER Unc. duas Naphthae et Olei Thymi loco Oj. Terebinthinae praescribunt, ceterum cum praecedente congruunt.

BALSAMUM ACUSTICUM seu ad Aures Gehörbalsam. *Baume acoustique de* SAINT MARIE.

Rec. Succi Ceparum albarum expressi, Bals. tranquill. aa Unc. unam, Bals. Peruvian. Unc. semis. Misce. — CADET DE GASSIC. Fellis Tauri Drachm. duas, Ol. Amygd. dulc. Drachm. unam et Bals. FIORAVANTI Drachm. semis commisceri praescribit. — VAN MONS formula: Rec. Bals. Opodeldoc, Ol. Amygdal. dulc. aa Part. unam, Tinct. Castorei, Laud. liquid. SYD. aa Part. dimidiam. Misce.

BALSAMUM ADSTRINGENS seu ischaematicum sive terebinthinatum Disp. Brunsvic. Adstringirender Balsam. *Baume adstringant* ou *ischematique.*

Rec. Ol. Vitrioli Drachm. decem. In vase vitreo capaci et ampli orificii guttatim affundatur Ol. Terebinthinae Unc. semis. Effervescentia et calore cessante caute admisceantur Spir. Vini Gallic. rect. Unc. quatuor. Asservetur in vitro bene clauso. — SPIELMANNUS et PIERQUIN ad Olei Vitrioli Unc. semis tantundem Ol. Terebinthin. admisceri et in Spir. Vini rectificati Unc. tribus solvi praescribunt. — CADET Unc. quatuor Ol. Terebinthinae cum Unc. semis Ol. Vitrioli et Unc. tribus Spirit. Vini rectif. commisceri proponit. — Disp. Fuldens. et AUGUSTIN, Terebinth. Argentoratens. Drachm. tres cum Ol. Vitrioli rect. Drachm. quinque successive commisceri, tunc Spirit. Vini rect.

Unc. tres addi praescribunt. — VAN MONS Terebinthin. Part. duas cum Ol. Vitrioli Part. duabus semis et Spiritus Vini rect. Part. octo misceri suadet.

BALSAMUM AETHEREUM AUGUSTINI. Aetherischer Schwefelbalsam. *Baume de Soufre étheré.*

Rec. Bals. Sulphuris terebinth., Naphthae Vitrioli āā Drachm. semis, Ol. animalis DIPPELII Guttas decem. Misce.

BALSAMUM AETHIOPICUM. Mohrenbalsam. *Baume éthiopique.*

Rec. Gummi Hederae Drachm. sex, Mastich. Unc. semis, Aloës, Benzoës, Bals. Peruv. nigr., Rad. Angelicae, Flor. Anthos, Hyperici āā Unc. semis, Rad. Gentian. Drachm. tres, Styrac. Calamitae Drachm. duas, Ol. Terebinth., Terebinth. Venet. āā Unc. unam, Spirit. Vini rectif. Libr. tres. Post sufficientem digestionem filtra. — Ph. Palatina Styrac. Calam., Bals. de Tolu āā Unc. unam semis, Bals. Peruv. nigr., Benzoës āā Unc. duas, Macid., R. Calam. arom. et Angelic. āā Unc. semis, Aloës Succotr., Olibani el., Myrrhae el. āā Drachm. sex, Croc. Austriac. Drachm. tres, Ol. Cinnamomi Drachm. unam, cum Ol. Tart. per deliq. ad pultem irrorari tunc cum Spir. Vini rectificatissimi Libr. duabus per 14 dies digeri et, si quis completum desideret, Ambrae griseae Gran. quindecim et Moschi Gran. viginti addi praescribit. (V. et Balsamum Innocentii p. 114.)

BALSAMUM ALBUM RAPP. — Obtinetur destillando Tereb. Venet. cum pluribus Vegetabilibus aromaticis et s. q. Aquae; Oleum elicitum aethereum servatur. (V. etiam Balsamum FIORAVANTI.)

BALSAMUM ALOËS v. Extractum.

BALSAMUM AD AMBUSTA sec. SCHROEDER. Brandbalsam. *Baume pour la Brûlure.* — Nihil aliud est, nisi Calx extincta cum Aqua Rosarum in pultem redacta.

BALSAMUM ANGELICAE. Angelikabalsam. *Baume d'Angelique.*

Rec. Ol. destillati Angelicae Drachm. unam, Ol. Nucistae expressi Drachm. duas semis. Misce exactissime et adde, si lubet, pauxillum Coccionellae ad tingendum. — LEMERY adhuc vigesimam Pulv. Rad. Angelicae Partem addi proponit. — Disp. Brandenburg. Ol. Angelicae cum Matris Balsamorum (i. e. Olei Nucistae odore per Spiritum Vini spoliati) suff. quant. in Balsamum redigi praescribit.

BALSAMUM ANGELICAE SENNERTI.

Rec. Extract. Angelicae Unc unam, Mannae el. Drachm. duas. Misce leni igne et adde Ol. dest. Angelicae Drachm. unam semis.

BALSAMUM ANGLICANUM Disp. Viennensis.

Rec. Cerae flavae, Styracis liquid. āā Unc. tres, Terebinth. clarae Unc. duas, Balsami Peruviani, Opobalsami āā Unc. semis, Ol. viridis et Hyperici āā Libr. unam, Axung. humanae Unc. unam, Sang. Draconis, Santali rubri, Mumiae āā Drachmas duas. Misceantur, solvantur et colentur, ut fiat Balsamum.

BALSAMUM ANGLICUM KUNRATHI.

Rec. Terebinth. Venet. Libr. quatuor, Mastich., Olibani āā Unc. duas, Aloës hepat., Laudani, Castorei, Rad. Dictamn. alb. et Bellidis āā Unc. unam. Digerant. p. octo dies, tum destillentur gradatim; cum vero oleum album ascendit, mutetur receptaculum et hoc seorsim colligatur, usque dum flavae guttulae apparere incipiant, tum excipulum hoc removeatur, cum oleo albo, et alio adposito, Oleum item flavum seorsim colligatur, uti et rubicundum, quod ultimo prodit Oleum primum album cum Aqua pura commixtum, addito parum Salis, adhuc semel destilla et rectifica, atque ab aqua rursus separa ac serva.

BALSAMUM ANODYNUM BATEANUM, Balsamum arthriticum, opiatum seu Thebaicum, Linimentum anodynum opiatum seu spirituosum anodynum, Linimentum seu Tinctura Saponis et Opii, Tinctura alcoholica Opii saponacea. Bate's schmerzstillender Balsam. *Baume anodyne de BATE.*

Rec. Saponis Hispanici Unc. unam, Opii Unc. semis, Camphorae Drachm. sex, Croci Drachm. unam, Spiritus Vini (Pyroeni) Unc. duodeviginti. Misce, digere per 10 dies, tunc filtra. — Cum hac compositione genuina convenit Ph. Hispanicae et PIERQUINI formula. — AUGUSTIN Saponis medicati Unc. unam et Opii Drachm. unam cum Spir. Vini rectificati quant. sat. per digestionem solvi, tunc Camphorae Drachm. semis, et Ol. Anthos Drachm. unam addi proponit. — Ph. Edinb. et Batav. Saponis Unc. quatuor, Camphorae Unc. duas, Opii Unc. unam et Ol. Anthos Unc. semis cum Spirit. Vini rectificatissimi Libr. duabus digeri, solvi et filtrari praescribit. — Ph. Herbipolitana Saponis Amygdal. Unc. unam, Opii Drachm. duas, Camphorae Drachm. tres, Ol. Anthos Drachm. semis cum Spir. Vin. rect. Unc. novem digeri jubet. — Ph. Genevens. Saponis Unc. quinque, Opii Unc. unam, Camphorae Unc. duas, Ol. Anthos Unc. semis et Spirit. Vini rect. Libr. unam semis praescribit. — VAN MONS ad BALSAMUM ARTHRITICUM Croci Part. unam, Opii Part. duas, Saponis albi Part. quatuor et Spir. Vini rect. Part. quadraginta duas; ad BALSAMUM ARTHRITICUM CAMPHORATUM Camphorae Drachm. tres, Opii Part. octo, Saponis Medullae Bovis Part. quadraginta octo et Spirit. Anthos Part. centum et nonaginta duas praescribit. — Disp. Fuldense Bals. saponacei Unc. duas cum Laud. liquid. comp. Drachm. una misceri proponit. (Conf. etiam Linimentum, Solutio et Tinctura.)

BALSAMUM ANODYNUM GUIDONIS.

Rec. Tacamahacae, Terebinth. Venet āā Part. aequales. Mixta immittantur in retortam, ita, ut ad tertias impleatur, et fiat destillatio igne gradatim aucto. Oleum rubrum seu balsamum separetur a phlegmate.

BALSAMUM ANTIARTHRITICUM CADET. Gichtbalsam. *Baume antiarthritique.*

Rec. Spirit. Lavendul. Unc. quatuor, Saponis

animalis aromatici, Naphthae Aceti āā Unc. unam, Camphorae Drachm. duas, Ol. Menth. pip., Cinnamomi, Lavendulae, Nuc. Moschat., Caryophyllor., Sassafras āā Guttas quindecim. Misce.

BALSAMUM ANTIHYSTERICUM v. Balsamum hystericum.

BALSAMUM ANTIMONIALE sec. JUNCKER.
Rec. Antim. crudi Libr. semis. Fluat probe in tigillo, tunc sensim adde Salis Tartari ex Nitri et Tartari crudi āā Part. aeq. detonati, quantum satis. His invicem optime liquatis injice Carbones pulveratos repetitis vicibus, donec non amplius deflagrant; tunc refrigeratis scorias a regulo separa, et eas adhuc calidas pulverisa, ac cucurbitae vitreae immitte, statimque superaffunde Ol. Juniperi Unc. sex, Ol. Anisi Unc. duas, Ol. Terebinth. Unc. unam et Spir. Vini rect. Unc. duodecim. Tunc, capitello adlutato, pone in baln. Mar. apposito simul recipiente, ac sensim coque per horas 8. Sic particulis subtilioribus et spiritus et oleorum per alembicum transeuntibus, remanet Balsamum antimoniale probe tinctum. — Alia praecepta copiosa, saepius nihil aliud nisi Balsami Sulphuris speciem praebent.

BALSAMUM ANTIODONTALGICUM v. Balsamum odontalgicum.

BALSAMUM ANTIPODAGRICUM ARNISEI ex SCHRODERO. Balsam gegen Podagra. *Baume contre le Podagra.*
Rec. Vitrioli viridis Libr. quatuor, Sal. Tartari Libr. unam, Mellis Libr. tres, Sandarac., Ammoniaci, Bdellii, Opopanacis, Sagapeni, Olibani, Mastiches, Tacamahac., Myrrhae, Aloës āā Unc. tres, Camphorae Unc. unam. Fiat l. a. Balsamum.

BALSAMUM ANTIRHEUMATICUM LIBOSCHÜTZI v. Balsamum LIBOSCHÜTZI (p. 115.).

BALSAMUM APOPLECTICUM Ph. Wirtemb. et Helv. cet. Schlagbalsam. *Baume apoplectique.*
Rec. Ol. Nucist. expr. Unc. tres semis, Ol. Jasmini, Cinnamomi, L. Rhodii āā Drachm. unam semis, Ol. Lavendul., Majoran., Caryophyllor. āā Drachm. unam, Ol. Rutae et Succini āā Scrupul. unum, Moschi, Ambrae āā Gran. sedecim, Zibethi Scrupul. semis, Bals. Peruv. Scrup. duos, Ebor. usti nigr. praep. quant. sat. pro colore. Oleo Nucistae lento igne liquato instillentur Olea destillata, Moschus et Ambra cum Spirit. rosato trita, Zibethum et Bals. Peruv. in fine addantur. — Paratur etiam absque Moscho, Ambra et Zibetho, pro illis, qui horum odorem perferre nequeunt. — Disp. Brunsv. Ol. Nucistae Unc. unam, Ol. Caryophyll., Lavendul., Anthos āā Drachm. semis, Ol. Succini, Moschi Spir. Vini triti āā Scrup. semis, Bals. Peruv. Drachm. unam praescribit. — Ph. Parisiensis Ol. Nucistae Unc. unam, Styrac. Calamit. Drachm. duas, Tacamahac., Benzoës, Bals. Peruv. āā Drachm. unam, Ambrae ciner. Gran. sex, Moschi Scrup. semis, Ol. destill. Cinnamomi, Lavend., Majoran., Thymi, Caryophyllor. āā Gutt. quindecim, Ol. Citri, Aurant., Lign. Rhod. āā Gran. decem misceri praescribit. — Plures alias formulas vetustiores, in capite rei cum his congruentes, praetereamus.

BALSAMUM seu OLEUM APPARITII Pharm. Hispan. Erscheinungsbalsam. *Baume d'Apparition.*
Rec. Ol. Olivarum Libr. sex, Summitat. rec. Anthos, Hyperici, Rutae āā Libr. unam semis. Mixta calido loco per triduum digere; adde Lumbric. terrestr. Libr. semis. Coque ad humiditatis consumtionem, cola cum expressione. In colatura dissolve Terebinth. opt. Libr. unam semis, Pulv. Sandaraci, Myrrhae et Olibani āā Unc. duas, Mastiches Unc. unam. Cola iterum.

BALSAMUM ARCAEI. Arcäusbalsam. *Baume d'Arcaeus.*

Synon.: Unguentum Elemi seu Amyridis elemiferae, Linimentum seu Unguentum Arcaei, Unguentum balsamicum seu digerens balsamicum. Unguentum balsamicum seu digestivum flavum, Unguentum Elemi et Terebinthinae, Unguentum Elemi compositum.

Rec. Elemi,
Terebinthinae Venetae āā Unciam unam semis,
Sevi ovilli Uncias duas,
Axungiae Porci Unciam unam.
Misce, liquefiant lenissimo igne, cola et serva post refrigerationem. — Balsamum flavescens, Unguenti consistentia, glutinans, odore haud ingrato balsamico. — *Vis:* vulneraria, digestiva, maturans.

Usus: Vulneribus et ulceribus applicatur, et cum aliis unguentis commiscetur.

Pharm. Rossicae formula cum nostra congruit, uti et auctoris praeceptum, nisi quod hic Terebinthinae Venetae loco Terebinthinam abietinam et Sevi ovilli loco Sevum cervinum antiquum sumi proponit. — Ph. Wirtemberg. Terebinth. Venet., Elemi, Sevi cervini āā Unc. duas, Ol. Hyperici Unc. unam et Ligni Santalini rubri alcoholisati Drachm. unam praescribit. Elemi in Terebinthina lenissimo igne solvendum, quibus successive addenda Sevum, Ol. Hyperici et Santalum rubrum. — Ph. Borussica, Bavarica, Ph. Hassiae El., Oldenburgica, Polonica, Saxonica et Slesvico-Holsatica Elemi, Terebinth. Venet. vel communis, Sevi ovilli et Axungiae Porci singulorum par Pondus liquefieri et colari praescribunt. —

Ph. Bremensis Elemi, Terebinth. āā Libr. unam, Sevi vervec. Libr. semis, Ol. Olivar. Unc. duas, — Disp. Fuldense et PIDERIT Elemi, Tereb. et Sevi āā Part. tres, et Ol. Hyperici P. unam, — Disp. Brunsv. et Ph. Palatina Elemi et Tereb. Venet. āā P. tres, Sevi P. duas et Axung. Porci P. unam, — SPIELM. Elemi, Tereb. āā Unc. sex, Sevi Unc. novem et Ol. Hyperici Unc. duas, — Ph. Lond., Lusitanica et COXE Elemi P. sex, Tereb. P. quinque, Sevi P. duodecim et Ol. Olivar. P. unam, — Ph. Dublin. Elemi P. duas, Cerae albae P. unam, et Axungiae Porci P. octo, — Ph. Gallica Elemi et Tereb. āā P. tres, Sevi P. quatuor et Axung. Porci P. duas, — Ph. Hispan. Elemi, Tereb., Axung. Porc. āā P. quinque et Sevi P. sex praescribunt.

BALSAMUM ARCAEI LIQUEFACTUM seu Unguentum digestivum PLENKII.

Rec. Balsami Arcaei sec. SPIELMANN., Vitelli Ovi āā Unc. unam. Probe subacta diluantur Spir. Vini Unc. octo. — VAN MONS ad Arcaeum liquidum (*Arcaeus liquide*) Balsam. Arcaei P. duas et Ol. Petrae rect. P. unam commisceri proponit.

BALSAMUM ARCAEI RUBRUM. — Obtinetur, si Balsamum decolor cum pauxillo Rad. Alcannae tingitur (v. supra.).

BALSAMUM AROMATICO-AETHEREUM AUGUSTINI. Aromatisch-ätherischer Balsam. *Baume aromatique éthéré.*

Rec. Ol. Nucistae expr. Unc. unam, Ol. Lavend., Menth. crisp., Foenicul. āā Scrup. unum. Misce. — Alia formula: Rec. Ol. Nucistae Drachm. duas, Castorei Scrup. duos, Salis Cornu Cervi Scrup. semis, Ol. Rutae Gutt. sex. Misce. — Alia formula seu ad BALSAMUM OPHTHALMICUM sec. LOEBEL A LOEBENSTEIN: Rec. Bals. Vitae HOFFMANNI Unc. unam, Spir. Sal. Ammon. caust. Drachm. unam, Ol. Chamomillae aether. Gutt. viginti, Spir. Vini rectificatissimi Unc. semis. Misce. — Alia formula ad Balsamum Vitae HOFFMANNI (p. 124.) accedit.

BALSAMUM AROMATICUM Ph. Hassiae El.

Rec. Ol. Nucist. expr. Unc. unam. Leni calore liquato adde Ol. Caryoph., Menth. pip. āā Drachm. unam, Ol. Succini Scrup. unum. Terantur in mortario lapideo; deinde sensim sensimque addatur Bals. Peruv. nigr Drachm. una semis. Misce exactissime et serva in vase bene obturato. — PIDERITI formula eo solummodo ab hac discrepat, quod Ol. Menthae p. loco Ol. Lavendulae sumi praescribit.

BALSAMUM AROMATICUM seu Caryophyllorum MAYRI.

Rec. Ol. Nucist. express. Part. tres, Bals. Peruv. nigr., Ol. Benzoës et Caryophyllor. āā Part. unam. Misce.

BALSAMUM seu LINIMENTUM AROMATICUM Ph. Fennicae et Suecicae.

Rec. Ol. Nucistae express. Unc. unam, Cerae flavae Drachm. duas, Ol. Caryophyll., Lavend. āā Drachm. duas, Ol. Succin. rect. Scrup. semis. Misce exactissime. (V. etiam Balsamum apoplecticum, Caryophyllorum, cephalicum, nervinum et SCHERZERI, Linimentum et Unguentum.)

BALSAMUM ARTHRITICUM v. Balsamum anodynum (p. 108.).

BALSAMUM AURANTIORUM. Pomeranzenöl-Balsam. *Baume d'Oranges.* — Uti Balsamum Angelicae (p. 108.) paratur.

BALSAMUM AD AURES v. Balsamum acusticum (p. 107.).

BALSAMUM AURI seu Solis, Aurum balsamicum Disp. Viennensis. Goldbalsam. *Baume d'Or.*

Rec. Auri fulminantis Drachm. duas, Ol. Cinnamomi Unc. unam. Stent in digestione lenissimo igne per triduum in phiala vitrea ad solutionem et servetur. — VAN MONS Auri fulminantis Partem unam in Olei Bacc. Juniperi Part. quatuor in balneo arenae dissolvi proponit.

BALSAMUM AD BARBAM ALBUM ET NIGRUM Disp. Hamburgens. Rother und weißer Bartbalsam. *Baume de Barbe blanc et rouge.*

Rec. Ung pomadini Unc. tres, Cerae albae Unc. quatuor, Animae Unc. unam, Styrac. liquid. Drachm. unam, Ol. L. Rhodii Scrup. duos, Cinnamomi Scrup. semis. M. f. Bals. et tingatur, si vis, Ebore usto.

BALSAMUM BASVILLIANUM seu terebinthinatum. Basvillianischer Balsam. *Baume Basvilliane.*

Rec. Ol. Terebinthinae Unc. tres, Sal. Tart. Unc. unam semis, Saponis Veneti (seu medicati) Unc. duas, Aquae pluvialis Libr. unam semis. Solve miscendo et adde Spirit. Matricariae vel Juniperi Unc. duas. — Hujus Balsami Unc. duabus, addantur Ol. Culilabani Gutt. quinquaginta.

BALSAMUM BENZOËS ZWOELFERI et TENZELLI.

Rec. Styrac. Calam. Unc. quatuor, Benzoës Unc. duas. Trita superfunde Spir. Vini rect. ad quatuor digitorum eminent. Macera in balneo per aliquot dies, deinde cola et abstrahe ab colatura Spiritum, donec residuum oleiforme appareat.

BALSAMUM BEZOARDICUM Disp. Brandenburg.

Rec. Ol. dest. Angelicae, Citri, Majoran., Rutae āā Scrup. semis, Ol. Succini rect. Gutt. quinque, Ol. Myrrhae, Salviae, Zedoariae āā Gutt. quindecim, Ol. Nucist. expr. Unc. semis, Camphorae Gran. sex, Ambrae griseae Gran. septem. M. f. Balsamum.

BALSAMUM BURRHY seu vulnerarium BURRHY Disp. Pragensis. Liebenthalerischer Balsam. *Baume de BURRHUS.*

Rec. Picis navalis, Resin. alb. āā Unc. duas, Myrrhae rubr. Unc unam, Galbani, Olibani āā Unc. semis, Storacis opt. Unc. quatuor, Benzoës Unc. semis. Pulv. misce et affunde Ol. Olivar. Libr. semis. Coque lento igne, deinde immisce lente et per vices Gumm. Arabic. in Vino soluti Unc. unam semis, et successive etiam Sang. Dracon. Unc. semis, Caryoph. arom Drachm. duas, Cerae Virg. Libr. semis, Ol. Laurini

Unc. unam semis. Coque ad consistentiam aliquam ac per linteum filtratis iterum adde Ol. Tereb. Unc. semis, Anthos Drachm. duas, Jasmini Unc. unam semis, Ol. Major. et Rutae āā Unc. semis, Ol. Nucist. expr. Unc. unam semis. Coque iterum igne lento et sub finem adde Bals. Indici nigri, Opobals. veri āā Unc. unam, Ol. Lavend. Drachm. duas, Spicae Drachm. sex, et, si completum desideras, adde etiam Moschi et Zibethi āā Scrup. semis, quae solvi queunt in oleis modo dictis. — Ph. Batav. Rad. Angelic., Aloës, Spic. Nardi, Flor. Hyperici āā Unc. semis, cum Spir. Vin. rectificatissimi Libr. duabus per 3 dies digeri, et colaturae expressae Bals. Peruv. Unc. unam semis, Storac. Calam., Olibani, Myrrhae, Laccae in Gran., Benzoës āā Unc. unam addi, iterum digeri per aliquot dies, tunc filtrari praescribit.

BALSAMUM Burrhy FOETIDUM Disp. Pragens. Laschanskischer stinkender Balsam. *Baume fétide de Burrhus.*

Rec. Ol. Nucist. expr. Unc. unam, Ol. Rutae, Majoran., Anthos, Succini āā Drachm. semis, Ol. dest. Cran. humani foetid. q. s. M. f. Balsamum, Moscho et Ambra pro lubitu complendum.

BALSAMUM AD CANCRUM Boriis. Balsam gegen Krebs. *Baume contre le Cancer.*

Rec. Opii Gran. viginti quatuor, Sacchar. Saturni Unc. quatuor, Camphorae Drachm. unam, Essent. Terebinth. Unc. duodecim. Digere per dies duos et filtra.

BALSAMUM CARMINATIVUM Ettmülleri. Ettmüller's Windbalsam. *Baume carminativ d'Ettmuller.*

Rec. Ol. Chamomill., Anethi āā Drachm. duas, Ol. Cumini, Anisi, Carvi āā Scrup. unum, Ol. Nucist. expr. Drachm. tres, Bals. Peruv. q. s. F. Balsamum.

BALSAMUM CARYOPHYLLORUM. Nelkenbalsam. *Baume de Girofles.* — Ex Ol. Caryophyllor. et Ol. Nucist. uti Balsamum Angelicae (p. 108.) paratur.

BALSAMUM CATHOLICUM seu innocentianum, Tinctura alcoholica Hyperici vulneraria, Alcohol cum Balsamis et Resinis seu balsamicum Ph. Hispan. Allgemeiner Wundbalsam. *Baume catholique.*

Rec. Flor. Hyperici Seminibus onustorum et siccorum, Rad. Calami arom. āā Unc. semis, Spirit. Vini rect. Libr. tres. Digere loco calido in vase clauso per aliquot dies, itendidem agitans. Quo facto adde Benzoës Unc. tres, Styracis, Bals. Tolutani āā Unc. duas, Myrrhae Unc. semis. Digere iterum et cola. — Ph. Sardoa Benzoës Unc. tres, Storac. Calamit. Unc. duas, Bals. Peruv. sicci Unc. unam, Aloës Succotr., Myrrhae, Olibani, Rad. Angelicae āā Unc. semis, Flor. Hyperici Man. quatuor, praescribit. Rad. Angelicae et Flor. Hyperici cum Vino rubro bono per triduum digeri et in colatura expressa reliquas substantias, tunc iterum colari. — BALSAMUM CATHOLICUM CUM SPIRITU VINI obtinetur digerendo residuum praecedens, addito Rad. Angelicae Unc. semis et Flor. Hyperici Unc. una, cum Spirit. Vini rectificat. Libr. quatuor per septimanam et colando.

BALSAMUM CELLENSE Disp. Viennens.

Rec. Ol. Nucist. expr. Unc. unam, Camphorae Drachm. semis. Ol. Lavend., Rutae āā Scrup. quatuor, Ol. Salviae, Succini albi, Majoranae āā Scrup. unum. Misce.

BALSAMUM CEPHALICUM SAXONICUM Ph. Wirtemb., Balsamum Scherzeri seu aromaticum Suecorum. Sächsischer Haupt- oder Gewürz-Balsam, Scherzer's u. s. w. Balsam. *Baume cephalique.*

Rec. Olei destillati Lavendulae, Succini albi āā Scrup. unum, Pulegii, Majoranae, Salviae, Anthos, Saturejae āā Grana quindecim, Macidis, Rutae āā Scrup. semis, Menthae, Origani āā Grana duodecim, Nucis Moschatae expressi Unc. unam. Misceantur, et fiat Balsamum. — Disp. Brandenburg. Oleum Nucistae Drachm. sex, Ol. Lavend., Rutae āā Scrup. tres semis, Ol. Salviae, Majoran. āā Gutt. quindecim, Camphorae, Ol. Amygd. tritae., Scrup. unum misceri praescribit, — Ph. Danica Ol. Nucist. Unc. unam, Ol. Caryoph., Lavend., Anthos āā Drachm. semis, Ol. Succini Scrup. semis et Bals. Peruv. Drachm. unam, — Disp. Fuldense Ol. Nucistae Unc. unam, Ol. Succini, Caryoph. āā Drachm. semis, Lavend., Bacc. Junip. āā Drachm. unam, — Disp. Lippiac. Ol. Nucistae Unc. semis, Ol. Succini Scrup. semis, Ol. Caryophyll., Anthos, Bals. Peruv. āā Drachm. semis, — Ph. Saxon. Ol. Nucistae P. octo, Ol. Caryoph. et Anthos āā P. unam, Ol. Succin. rect. Part. unius Trientem et Bals. Peruv. nigr. Part. unam semis, — Schlegel et Wiegleb Ol. Nucistae Unc. unam, Ol. Caryoph., Menth. pip. āā Drachm. unam, Ol. Succini Scrup. unum et Bals. Peruv. n. Drachm. unam semis, — Spielmannus Ol. Nucistae Unc. unam semis, Ol. Majoran., Lavend., Anthos, Succini, Serpylli āā Drachmas duas, Ol. Rutae, Pulegii, Melissae, Menthae et Cardamomi āā Scrup. unum, — Van Mons Ol. Nucistae expr. Drachm. tres, Ol. Caryoph., Lavend, et Succini rect. āā Drachm. semis et Balsam. Peruv. Drachm. duas praescribit. (V. etiam Balsamum apoplecticum, aromaticum, cellense, episcopale, nervinum cet.)

BALSAMUM CHALYBEATUM. Stahlbalsam. *Baume d'Aiguilles Parisiensium.*

Rec. Acuum chalybearum Unc. semis. Dissolvantur in Aquae Fortis Sesquiuncia; solutioni addantur Ol. Olivarum Unc. duae semis, Spirit. Vini rect. Unc. duae. Leni calore detineantur et agitentur, usque dum probe sint unita. — Van Mons proponit, Aethiopem martialem in Aquae Fortis Part. una ad saturationem usque solvi et cum liquore filtrato sensim commisceri Ol. Olivarum Part. tres.

BALSAMUM CHINENSE Vetorini ex Tinctura Styracis cum Oleo aethereo constare fertur.

BALSAMUM Chironis. Chirons Balsam, *Baume Chiron.*

Rec. Ol. Olivarum Unc. sex, Terebinth. Unc.

duas, Cerae flavae Unc. unam, Rad. Alkannae quant. suff. Calefac et adde sensim Bals. Peruv. nigr. Drachm. unam semis et Camphorae Grana duodecim. Cola. — HENRY et GUIBOURT Ol. Olivar. Unc. decem, Terebinthin. Unc. duas, Cerae flav. Unc. unam, Rad. Alkann conc Unc. semis, Balsam. Peruv. nigr. Drachm. duas semis et Camphor. pulv. Gran. duodecim commisceri proponunt.

BALSAMUM CINNAMOMI. Zimmtbalsam. *Baume de Canelle.* — Uti Bals. Angelicae (p. 108.) paratur. — Ph. Wirtemb. Ol. Nucistae antea Spirit. Vini ope odore suo privari praescribit, — et SPIELMANNUS Bolo Armena tingi proponit.

BALSAMUM CITRI. Citronenbalsam. *Baume de Citron.* — Pari modo paratur.

BALSAMUM COELESTE Disp. Pragens.

Rec. Rad. Paeon., Acori āā Unc. unam, Sem. Paeon., Visc. quern. āā Unc. semis, Flor. Anthos, Rosar. rubr., Lavend., Tiliae, Papav. errat., Nymphaeae āā Man. semis, Camphor. Drachm. unam, Santal. rubr. Drachm. duas, Extr. Castorei Drachm. unam, Tinct. Opii Drachm. duas, Spirit. Sanguin. humani Libr. unam, Spirit. Vini rect. Libr. semis. Inc. cont. stent per mensem in digestione, dein servetur usui.

BALSAMUM CONTRA COLICAM ex SCHROEDERO. — Mixtio est Ol. Nucistae expr. Drachm. quinque, Axung. Cati silv. Drachm. duarum, Axung. Castor. Drachm. unius et Tinct. Castor. Scrup. unius.

BALSAMUM COMMENDATORIS DE PERNE seu PERSICUM Ph. Wirtemb., SPIELMANNI, Balsamum catholicum seu traumaticum Suecorum, Balsamum vulnerarium Persicum, Tinctura balsamica, Tinctura Benzoës seu Benzoini composita seu aloëtica sive balsamica, Elixir traumaticum, Guttae WODEI seu Jesuitarum, Balsamum FRIARI vel VERVAINI. Commandeur- oder Persischer Wundbalsam. *Baume du Commandeur ou de PERNE, Baume traumatique, Teinture balsamique ou de Benjoin composée, Alcoolé balsamique composé.*

Rec. Balsami Indici sicci Unc. unam, Styracis in Granis Unc. duas, Benzoës electae Unc. tres, Olibani electi Unc. semis. Trita solvantur in Spirit. Vini rectificatissimi Unc. quindecim. Solutio per chartam filtrata servetur. Seorsim infundantur in Spiritus Vini rectificatissimi Unciis decem, Rad. Angelicae, Herb. Millefolii, Aloës Succotrinae, Myrrhae electae āā Unc. dimidia. Digesta et sufficienter extracta exprimantur; Essentia, pariter per chartam filtrata, superiori Solutioni addatur et optime per digestionem mixta serventur. — Disp. Brunsvic. Rad. Angelic. Unc. semis et Flor. Hyperici Unc. unam in Spir. Vini rect. Unc. viginti octo digeri et in colatura expressa Myrrhae, Olibani āā Unc. semis, Storacis calam. Unc. duas, Benzoës Unc. tres, Bals. Tolutani Unc. unam, Aloës Succotr. Unc. semis solvi et, si lubet, Ambrae griseae Gran. sex addi praescribit, tunc per 40 dies insolari et iterum colari. — Ph. Gallicae praescriptio in capite rei cum hac congruit. — Ph. Borussica, Hannoverana, Ph. Hassiae El., Polonica, Saxonica et Slesvico-Holsatica Benzoës Unc. quatuor semis, Aloës lucid. Unc. semis et Bals. Peruv. nigri Unc. unam in Spirit. Vini rectificatissimi Libr. tribus leni calore digeri, deinde filtrari praescribunt. — Ph. Danica Benzoës Unc. tres, Bals. Peruv. Unc. duas, Aloës hep. Unc. semis et Spirit. Vini rectificati Libr. tres praescribit. — Ph. Suecicae formula eo solummodo ab hac discrepat, quod Spirit. Vini rectificatissimi Unc. triginta praescribit. (Ph. Danic. edit. altera Bals. Peruv. Unc. unam, Styrac. in Gran. Unc. unam semis, Benzoës Unc. tres et Spir. Vini rectificatissimi Libr. tres.) — Ph. Dublin. et Londin. Benzoës Unc. tres, Styrac. Unc. duas, Bals. Tolutani Unc. unam, Aloës Unc. semis cum Spirit. Vini rect. p. sp. 0,835 Octariis duobus per 14 dies macerari tunc colari praescribunt. — Ph. Edinb. Bals. Peruv. et Spir. Vini rect. Libr. duas sumi jubet, ceterum cum praecedente formula congruit. — Disp. Fuldense et Ph. Herbipolitana et Amstelodamensis Benzoës Unc. tres, Aloës Unc. semis, Bals. Peruv. Unc. duas cum Spirit. Vini rect. Libris duabus digeri, tunc filtrari praescribunt. — Ph. Genevensis formula eadem est, nisi quod ad substantias designatas Sesquilibram tantummodo Spiritus praescribit, — Ph. Lusitan. autem Libras duas semis sumi jubet. — PIDERIT praescribit Flor. Hyperici rec. parum siccator. Unc. decem cum Spirit. Vini Libr. tribus per tres dies digeri, tunc in colatura expressa solvi Olibani, Elemi, Myrrhae āā Unc. duas, Aloës Drachm. duas, Bals. Peruv. nigr. Unc. unam. — Disp. Lippiacum Flor. Hyperic. modice sicc. Unc. tres cum Spiritus Vini rectificatissimi Unc. novem per tres dies macerari, et in colatura expressa Benzoës Drachm. sex, Myrrhae Drachm. tres, Aloës Drachm. duas et Bals. Peruv. nigr. Unc. semis solvi praescribit. — VAN MONS Benzoës Part. sex, Aloës, Myrrhae, Olibani āā P. unam, Bals. Peruv. P. duas et Styrac. calamit. P. quatuor cum Spirit. Angelicae Part. septuaginta duabus per 8 dies digeri, tunc filtrari praescribit. — GRAY Benzoës Unc. octo, Styracis, Resin. Guajaci nat. āā Unc. sex, Balsami de Tolu, Aloës āā Unc. duas, Bals. Peruv. nigr. Unc. unam, Spir. Vini rect. Congium unum; — Vel: Benzoës Unc. viginti quatuor, Styracis Unc. duodecim, Bals. de Tolu Unc. octo, Resin. Guajaci nat. Libr. unam, Aloës, Olibani, Terebinth. Venet. āā Unc. octo, Pulv. Curcum. Unc. unam et Alcoholis Vini Congios duos et Aquae Oct. quatuor praescribit. (Vid. etiam Balsamum aethiopicum et catholicum.)

BALSAMUM COMMUNE AUGUSTINI. Gemeiner Balsam. *Baume commun.*

Rec. Terebinth. commun. Libr. unam, Cerae citrin., Ol. Terebinth., Oxymellis simpl. āā Unc. duas. Colliquefiant Cera et Terebinthina et terantur Oxymel et Oleum sub refrigeratione. — Unguenti Basilici et digestivi loco proponitur.

BALSAMUM COPAIVAE REDUCTUM. Reducirter Copaivabalsam. *Baume de Copahu reduit.*

Rec. Bals. Copaivae Libr. sex, Olei Napi Libr. duas, Resinae flavae Libr. unam. Misce. — Alias formulas ad adulterandum Balsamum praeteream us.

BALSAMUM CORDIALE SENNERTI.

Rec. Ol. Citri, Caryoph., Cinnamomi, Anthos āā Scrup. semis, Ambrae, Moschi āā Gran. sex, Extr. Croci Gran. septem, Confect. Alkermes Scrup. tres, Ol. Nucist. expr. q. s., ut f. Balsamum.

BALSAMUM COSMETICUM Disp. Viennens.

Rec. Ol. Amygd. dulc. rec. frig expr. Drachm. tres, Sperm. Ceti recentis, Aceti Saturni āā Drachm. duas, Ol. Tart. per deliq. Scrup. unum. Misceantur exactissime.

BALSAMUM COSMETICUM D. FAUST.

Rec. Ung. pomatin. Unc. unam semis, Magist. Marcasitae Drachm. tres, Ol. Jasmini Drachm. semis, Ol. Tart. per deliq. Scrup. duos. M.

BALSAMUM AD DENTITIONEM CHARAS sec. SPIELMANNUM. Charas' Zahnbalsam. *Baume pour la Dentition.*

Rec. Succi expressi Cancrorum fluviatilium, Mucilag. Rad. Althaeae āā Unc. duas, Butyri opt. Unc. tres, Axungiae Gallinae, Anatis āā Drachm. duas. Mixta coquantur lento igne ad humiditatis consumtionem. Colaturae addantur Sacchari Candi pulv. Unc. quatuor, Vitellum Ovi N°. unum. Probe misceantur.

BALSAMUM AD DOLORES DENTIUM. Zahnwehbalsam. *Baume contre les Douleurs des Dents.*

Rec. Camphorae Drachm. duas, Spec. Imperator., Opii puri āā Drachm. semis, Ligni Santalini Drachm. unam, Ol. Caryophyll. et Origani, Bals. Peruv. āā Scrup. unum, Moschi optimi Gran. quatuor, Cerae albae, Ol. Amygd. āā Unc. semis. Misce exactissime. (V. etiam Balsamum odontalgicum.)

BALSAMUM EMBRYONUM v. Aqua (p. 64).

BALSAMUM EPILEPTICUM TH HOFFMANNI.

Rec. Extr. Rutae Scrup. duos, Castorei Scrup. unum, Ol. dest. Succin. Scrup. semis, Ol. Juniperi Gutt. sex, Theriacae ANDR. Drachm. duas, Camphorae Gran. quinque. Misce.

BALSAMUM EPISCOPALE Disp. Viennens.

Rec. Ol. Nucist. expr. Unc. duas, Ol. Succini, Anthos, Lavend. āā Drachm. duas. Misce.

BALSAMUM FRUILLETI v. Balsamum viride.

BALSAMUM FIORAVANTI ET CONTRACTUM FIORAVANTI, Spiritus seu Alcohol terebinthinatus compositus, Spiritus polyaromaticus. Fioravanti's Balsam. *Baume de FIORAVANTI.*

Rec. Bacc. Lauri rec. Unc. quatuor, Elemi, Tacamahacae, Galbani, Olibani, Myrrhae, Gummi Hederae āā Unc. tres, Styracis liquidae Unc. duas, Ligni Aloës Unc. tres, Rad. Galangae min., Caryophyllor., Cinnamomi, Nuc. Moschat., Rad. Zedoariae, Zinziber., Dictamni albi, Aloës Succotr., Succini āā Unc. unam, Spirit. Vini rect. Libr. octo. Digerantur per novem dies, tunc addantur Terebinthinae Unc. sedecim. Abstrahatur inde Spiritus, quem BALSAMUM FIORAVANTI SPIRITUOSUM appellant seu ALBUM. — Ex destillatione, quod residuum est retortae commissum, lento igne destilletur, flavum quod inde elicitur Oleum BALSAMUM FIORAVANTI OLEOSUM dicitur. — Quo obtento augeatur ignis, et quod jam prodit magma nigrum empyreumaticum, nomine BALSAMI FIORAVANTI NIGRI asservetur. — FERRARINI formula cum hac congruit. — Ph. Batava in appendice Caryophyll., Nuc. Moschat., Cinnamomi, Rad. Zinzib. āā Part. unam, Storac. liquid., Myrrhae et Galbani āā Part. duas, Bacc. Lauri Part. tres, Terebinth. Venet. P. quatuor cum Spirit. Vini simpl. et Aquae āā Part. ducentis et sedecim destillari praescribit, donec prodierit dimidia Pars. — Eadem Parte secunda et BRUGNATELLI eo ab hac formula discrepant, quod Galbanum omittunt, Myrrhae Partes tres, Tereb. P. octo, Spirit. Vini et Aquae āā Part. viginti praescribunt; de quibus destillando elici quartam Partem jubent. — VAN MONS formula cum hac congruit, nisi quod Spiritus Vini Partes ducentas et sedecim praescribit et inde igne vivace abstrahi Partes centum et quadraginta. — Ph. Gallica Terebinth. Part. quingentas sedecim, Elemi, Tacamahac., Succin., Galban., Myrrh. āā Part. nonaginta sex, Styrac. liquid. Part. sexaginta quatuor, Fol. Dictamn. Cret., Aloës āā Partes triginta duas, Bacc. Lauri rec. Part. centum et viginti octo, Rad. Galang., Zedoar., Zingiber., Cinnamom., Caryophyll., Nuc. Moschat. āā Part. quadraginta octo, cum Spirit. Vini rectificati Part. tricies mille per dies tres macerari, tunc in balneo Aquae destillari Part. bis mille quingentas praescribit. — LEMERYI formula cum hac fere congruit, addi autem porro proponit Moschi et Ambrae āā Drachm. duas ad Spirit. Vini Libr. sex, — Disp. Argentorat. Albumin. Ovor. Libr. unam, Resinae Pini Unc. quatuor et Terebinth. Unc. sex misceri et ex baln. Mariae ad siccitatem destillari proponit. (V. etiam Balsamum aethiopicum p. 108.)

BALSAMUM FOURCROYI seu de Chevallier Laborde. Fourcroy's Balsam. *Baume de FOURCROY, Elaeolé de Terebenthine composé.*

Rec. Ol. Olivarum Libr. quatuor, Pulv. Rad. Angelic., Scorzon., Flor. Hyperic., Bacc. Hederae āā Unc. duas. Coque lenissimo igne, macera per noctem, altero mane ad ignem repone et Oleo bullire incipienti adde Theriacae, Croci, Extr. Juniperi āā Drachm. duas, Aloës Drachm. unam. Coque, cola, per aliquot ho-

ras sepone, et ad ignem repositis adde Tereb. Unc. decem. Coque donec nullus Terebinthinae amplius odor exhaletur; ab igne deinde remove et adde Pulv. Olibani, Storacis et Benzoës āā Drachm. unam semis. Misce, donec penitus refrixerint, per duas vel tres dies sepone, ut subsideant, cola per pannum gossypinum et in lagena serva.

BALSAMUM FRAHMII, Unguentum Balsami et Olei Laricis seu Terebinthinae, Linimentum digestivum Pharm. Bavar. Frahm's Balsam. *Baume de Frahmius.*

Rec. Tereb. Venet. Unc. tres, Cerae flavae Unc. semis. Liquefact. adde terendo Ol. Terebinth. Unc. semis. — Ph. Bavaric. et VAN MONS designatarum substantiarum Partes aequales misceri proponunt. — SWEDIAUR Cerae et Tereb. āā P. quatuor et Ol. Tereb. Part. unam. — Unguenti digestivi loco applicatur.

BALSAMUM FRIARI cum Balsamo Commendatoris congruit.

BALSAMUM GALBANETUM SENNERTI.

Rec. Galbani Libr. semis, Ol. Terebinth. Libr. tres. Digerantur per 14 dies, tunc destillentur, additaque Ol. Lavendulae Unc. una; iterum destillentur vel saltem aliquamdiu digerantur, vel si Balsamum hoc cum Spiritu Vini circuletur, penetrantissimum fit. — JUNGKENII formula magis composita est.

BALSAMUM GENOVEVAE seu Unguentum de Terebinthina camphoratum. Genoveven-Balsam. *Baume de Genevieuve.*

Rec. Ol. Olivarum Part. trecentas et octoginta quatuor, Cerae flavae P. sexaginta quatuor, Lign. Santal. rubr. pulv. Part. sedecim, Terebinth. Part. centum viginti octo, Camphorae P. duas. Digerantur leni calore, Camphora vero paullo ante addatur misceaturque quam refrixerit Unguentum. — FERRARINI et VAN MONS formula cum hac in capite rei congruit. — CADET Vini rubri, Ol. Olivarum āā Libr. tres, Cerae flavae, Aq. Rosar. āā Libr. semis et Lign. Santal. rubr. Unc. duas per horam dimidiam coqui, tunc addi Tereb. Venet. Libr. unam et postremo Camphorae pulv. Unc. duas praescribit. Omnibus bene mixtis servetur Balsamum.

BALSAMUM GILEADENSE seu de Mecca factitium. Künstlicher Mekkabalsam. *Baume de Mecca factice.* — Obtinetur sec. GRAY liquefaciendo Resinae flavae Libr. duas, addendo Tinct. Benzoës tantundem, evaporando ad justam consistentiam et admiscendo postremo Ol. Limonis Libr. tres, Ol. Anthos et Carvi āā Libr. duas.

BALSAMUM IN GONNORRHOEA WALDSCHMIDII. — Ex Ol. Succini Gutt. decem, Ol. Tereb. Gutt. novem, Bals. Peruv. et Copaivae āā Gutt. tribus constat.

BALSAMUM seu OLEUM GOULARDI sive Saturni BATEANUM. Goulardischer oder Bleibalsam. *Baume* ou *Huile de Goulard* ou *de Saturne.*

Rec. Sacchari Saturni Unc. quatuor. Superaffunde Ol. Tereb. Unc. duodecim. Digere per aliquot dies, donec colorem rubrum acquisiverit. — PIDERIT., VAN MONS et aliae formulae in capite rei cum hac congruunt; saepius autem minus definitae sunt.

BALSAMUM GUAJACI. Guajacbalsam. *Baume de Guajac* sec. VAN MONS.

Rec. Bals. Peruv. Part. unam, Resin. Guajac. nativ. Part. quatuor, Axung. Porci rec. P. triginta duas. Liquefiat Axungia cum Resina, coletur et admisceatur Bals. Peruv. (Vid. et Elix. et Tinct. Guajaci composita.)

BALSAMUM GUAJACI SAPONACEUM v. Sapo guajacinus.

BALSAMUM HISPANICUM ex SCHROEDERO. Spanischer Balsam. *Baume d'Espagne.*

Rec. Ol vetustissimi Unc. quatuor, Terebinth. Unc. octo, Frumenti integri Unc. unam semis, Flor. Hyperici, Rad. Valerian. et Card. bened. āā Unc. unam, Olibani el. Unc. duas. Rad. et Herb. conc. affunde tantum Vini albi, ut omnia submergantur; stent per biduum, tunc adde Frumentum et Oleum, ac coque ad Vini consumtionem, cola cum expressione, tunc addatur Terebinth. et Olibanum; iterum ebulliant et refrigeratum servetur.

BALSAMUM HYPERICI MAGISTRALE v. Oleum.

BALSAMUM HYPNOTICUM CONCENTRATUM MYNSICHTI.

Rec. Ol. Nucistae expr. Unc. semis, Ol. Lign. Rhodii, Ol. Hyosc. express. āā Drachm. duas, Ung. Popul. Drachm. tres, Croci Drachm. unam, Ambrae Scrup. semis, Moschi Gran. sex. Misce.

BALSAMUM HYSTERICUM Parisiensium. Mutterbalsam. *Baume hysterique.*

Rec. Asphalti, Galbani, Ladani āā Drachm. unam, Asae foet. Scrup. unum, Aloës Drachm. unam, Castorei, Opii āā Drachm. semis. Optime mixtis adde Ol. Rutae, Succini, āā Gutt. decem, Ol. Absinth., Sabinae, Tanaceti, Petrae rect. āā Gutt. duodecim, Ol. Nucist. expr. Scrupulos duos. M. — Alias formulas pristinas praeteream us.

BALSAMUM INNOCENTII XI.

Rec. Olibani el., Myrrh. el., Aloës Succotr., Bals. de Tolu sicc., Gumm. Hederae, Rad. Gentian., Angelic. āā Unc. unam semis, Herb. Consol. maj., Flor. Anthos āā Unc. semis, Hyperici Unc. unam semis, Opobals. veri, Croci Austr. āā Unc. semis, Benzoës in Gran., Bals. Peruv. nigr. āā Unc. duas. Inc. cont. affunde Spirit. Vini tartarisati opt. Libr. quatuor. Digerantur per 14 dies, filtrentur forti expressione, et addantur Ol. Abietis, Terebinth. āā Drachm sex. Digere iterum per 4 dies et serva. — Si BALSAMUM COMPLETUM desideratur, in fine addi poterunt Ambrae griseae Drachm. duae et Moschi Drachm. una. (V. etiam Balsamum aethiopicum.)

BALSAMUM ISCHAEMATICUM v. Bals. adstringens (p. 107.).

BALSAMUM ISCHAEMUM Disp. Viennens.

Rec. Sang. Dracon. in lacrym. Unc. semis,

Benz. amygd. Unc. unam, Ol. Tereb. Unc. duas, Spir. Vini rectificatissimi Libr. duas. Infundantur probe mixta, ut fiat Balsamum.

BALSAMUM ITALICUM v. Bals. LOCATELLI.

BALSAMUM LAVENDULAE. Lavendelbalsam. *Baume de Lavande.* — Uti Bals. Angelicae (p. 108.) paratur. — SPIELMANNUS proponit Coeruleo montano tingi.

BALSAMUM LECTORIS seu Lectorense. Lectorbalsam. *Baume de Lecture* ou *de Leitour, de Vinceguerre* ou *de Condom* sec. SPIELMANN., *Myrolé d'Ambre et de Musc composé.*

Rec. Camphorae et Croc. pulv. āā Drachm. unam, Moschi et Ambrae āā Drachm. semis. Infundantur in vase clauso per aliquot dies leni calore cum Ol. Petrae albi, Ol. Lavendul., Terebinth., Bacc. Junip., Caryophyllor. āā Unc. una, Ol. Macid., Nuc. Moschat. aeth. āā Drachm. duabus, Ol. Benzoës Unc semis. — Usus tempore decantheturOlei quantum opus est.

BALSAMUM LIBOSCHUTZII seu Balsamum resinosum antirrheumaticum LIBOSCHUTZII. Liboschütz's Gesundheitsbalsam. *Baume de LIBOSCHUTZ.*

Rec. Spiritus Vini rectificatissimi Unc decem, Picis Burgundicae quantum satis, ut fiat leni calore solutio saturatissima syrupi consistentia, cui adde Bals Vitae HOFFM., Tereb. Venet. āā Drachm. sex, Camphorae Unc. semis, Tinct. Cantharidum Drachm. sex. Misce, serva in vase bene clauso. Illinatur bis terve linteo vel panno sericeo (Tafft) et exsiccetur aëre. (V. etiam Taffetas antirrheumaticus)

BALSAMUM LIGNI RHODII. Rosenholz-Balsam. *Baume de Bois de Rhode.* — Uti Bals. Lavendulae paratur.

BALSAMUM LIQUIRITIAE. Süßholzbalsam. *Baume de Reglisse* sec *RENNIE.* — E Liquiritia, Opio et Balsamo Tolutano constare fertur.

BALSAMUM LOCATELLI seu Italicum rubrum, Unguentum terebinthinatum Ph. Wirtemb., Helv., SPIELMANNI. Locatelli's Balsam. *Baume de LOCATELLI, Rotinolé d'Huile et de Baume de Perou.*

Rec. Olei Olivarum Unc. sex, Cerae citrinae Unc. quatuor, Vini Canariensis Unc. quinque. Leni igne ad consumtionem Vini coctis, adde Terebinth. Venetae clarae Unc. sex, Balsami Peruviani Drachm. duas, Santali rubri alcohol. Unc. semis. — Ph. Batavae, Genevensis et VAN MONS formula cum hac congruit, Vinum autem omittit. — Disp. Brandenburgicum Cerae citrinae Unc. octo, Saug. Dracon. Unc. semis, Mumiae Drachm. duas, Herb. Bellid. min. Man. unum, Fol. Lauri et Summit. Anthos āā Man. semis leniter ebulliri, tunc Storac. liquidae Libr. semis, Tereb. de Cypro aut Venet. Unc. quatuor, Ol. Hyperic. Unc. unam, Ol. Olivar. Libr. duas semis, Aq. Rosar. rubrar. aut Damascenar., Plantagin. āā Libr. unam, Aq. fontan. Libr. duas semis addi, per quadrantem horae calefieri, cavendo autem ne bulliant, tandem addi praescribit. Bals. Peruv. nigr. et Pulv. Santal. rubr. subt. āā Unc. unam. Omnia tunc ad ebullitionem usque aliquantisper calefiant, postea per setaceum colentur; colatura stet in quiete, donec refrigescat. Balsamum liquori aqueo innatans separetur, denuo seorsim liquetur et in vascula chartacea effundatur. — Disp. Brunsvic. Cerae flavae Libr. unam, Ol. Olivar. et Terebinthin. Venet. āā Libr. unam semis, Balsami Copaivae Unc. duas et Sanguinis Draconis pulv. Unc. unam commisceri praescribit. — Disp. Fuldense Ol. Oliv. Unc. novem, Cerae flavae Unc. tres, Terebinth. Argentoratens. Unc. sex, Bals. Copaivae Unc. unam et Gummi Kino Drachm. sex l. art. commisceri proponit. — Disp. Lipsiaci formula in summa rei cum hac congruit. — Ph. Palatina Cerae flavae Unc. sex, Ol. Olivar. Unc. novem, Tereb. Venet. Unc. quinque, Bals. Peruv. Drachm. sex et Santal. rubri pulv. quant. satis praescribit. — Ph. Saxonica Cer. flav. Part. unam, Ol. Olivar., Tereb. Venet. āā Part. unam semis, Bals. Peruv. nigr. Partis unius sextam decimam et Kino pulv. Part. unius duodecimam commisceri jubet, — RATIER, HENRY et GUIBOURT et FERRARINI Ol. Oliv., Tereb. āā Unc. novem, Cerae flavae Unc. sex, Vini Hispan. Unc. duas, Santali rubr. Unc. unam et Bals. Peruv. nigr. Unc. unam semis praescribunt. — Ph. Sardoa Ol. Olivar. Libr. duas, Vini Maderani Libr. unam, Tereb. Venet. Unc. octo, Bals. Peruv., Sang. Dracon. et Storac. calamit. āā Unc. unam praescribit.

BALSAMUM LOEMICUM HENISIANUM Pharm. Augustanae.

Rec. Ol. Camphorae, Ol. Succini et Citri āā quant. lubet. Misce, digere in Balneo lenissimo calore, donec perfectissime inter se unita sint.

BALSAMUM AD LORICANDUM CADAVER CONDITUM. Balsam zum Ueberziehen einbalsamirter Leichen. *Baume pour enbaumer les Cadavers.*

Rec. Bals. Peruv., Copaivae, Storacis liquid. āā Unc. quatuor et viginti, Ol. Nucistae expr. Unc octo, Ol. Lavend. Unc. duas, Ol. Thymi Unc. semis. Liquefiant leni igne.

BALSAMUM MACIDIS. Macisbalsam. *Baume de Macis.* — Uti Balsamum Angelicae obtinetur.

BALSAMUM MAGISTRALE BATEANUM. Bate's Magistralbalsam. *Baume magistral de BATÉ.*

Rec. Tereb. Venet. Unc. octo, Styrac. liquid. Unc. quatuor, Ol. Olivar. opt. Libr. unam semis, Ol. Hyperici, Laurini, Spicae, Petrae āā Unc. unam, Carannae, Lign. Santal. rubr. pulv., Benzoës, Sang. Dracon. āā Unc. unam, Cerae Unc. quatuor semis. Bulliant per horam, deinde addantur Ol. dest. Bacc. Junip. Unc. una, Ol. Cinnamomi Drachm. semis, Ol. Caryoph. Drachm. una.

BALSAMUM MAJORANAE. Majoranbalsam. *Baume Marjolaine.* — Uti Bals. Caryophyllorum paratur. — SPIELMANNUS Herbae Majoranae ope tingi proponit — et Disp. Brandenburg. Succo inspiss. Flor. Iridis.

BALSAMUM MARRUBII FORDI. Ford's An-

dornbalsam. *Baume de Marrube de* FORD. (FORD's Balsam of Horehound sec. GRAY.)

Rec. Herb. Marrub., Rad. Liquirit. āā Unc. quadraginta quatuor, Aquae q. s., ut fiant post infusionem col. express. Octar. sex; adde Spirit. Vini Octar. duodecim, Camphorae Drachm. decem, Opii et Benzoës āā Unc unam, Rad. Squill. sicc. Unc. duas, Ol. Anisi Unc. unam, Mellis crudi Unc. quadraginta quatuor. Misce digerendo.

BALSAMUM MARTIALE BATEANUM.

Rec. Limat. Chalyb. Unc. quatuor. Affunde Ol. Terebinth. Unc. quinque, postea guttatim Aquae Fortis Unc. tres. Digere leni calore per aliquot dies, deinde decantha purum.

BALSAMUM MATRICALE TH. HOFFM.

Rec. Galbani purissimi, Sagapoen. āā Drachm. sex, Asae foetidae Unc. semis, Ammoniaci Drachm. unam. Solve in suff. quant. Ol. Juniperi et Terebinthinae, tunc adde Ol. dest. Lauri Scrup. semis, Ol. Succini Drachm. semis.

BALSAMUM MELLIS HILLII. Hill's Honigbalsam. *Baume de Miel de* HILL. (Balsam of Honey.)

Rec. Mellis et Balsami Tolutani liquidi āā Partes aequales. Diluantur suff. Spirit. Vini quantitate. — Etiam sine Spiritu tamquam pectorans commendatur. — Alia formula ex Bals. Tolutani Unc. duabus, Styracis Drachm. duabus, Opii Unc. semis, Mellis optimi Unc. octo et Spirit. Vini rect. Octar. duobus constat. (V. etiam Tinct. balsamica.)

BALSAMUM MERCURIALE v. Bals. ophthalmic. rubrum, ST. YVES et Ung. ad Scabiem (Hydrargyri seu mercuriale) citrinum.

BALSAMUM MERCURIALE PLENCKII sec. SPIELMANNUM. Plencks Merkurialbalsam. *Baume mercuriel de* PLENCK.

Rec. Mercurii vivi Drachm. duas. Extinguantur probe in Terebinthinae Drachm. una, addantur Axungiae Porci Drachm. sex, Bals. Arcaei Drachm. novem et Mercurii dulcis Grana viginti et tria. Exactissime misceantur.

BALSAMUM MIRABILE FULLERI. Wunderbalsam. *Baume admirable.*

Rec. Olibani Unc. duas, Mastich., Caryoph., Galang., Macid., Cubeb. āā Unc. semis, Lign. Aloës Unc. unam. Cont. affunde Mellis Libr. semis, Tereb. Ven. Libr. unam, Spir. Vini quant. sat., ut fiat Tinctura saturata. Destilla ex baln. Mar., Liquorem decolorem primum prodeuntem separa, et sequentem rubro-coloratum in altero excipulo collige et rectifica. (V. etiam Sapo acidus.)

BALSAMUM MIRABILE seu COMPOSITUM. ex SCHROEDERO.

Rec. Balsami Momordicae Unc. quatuor, Sulphuris per Ol. Terebinth. extract. Unc. unam semis, Ol. Hyperici magistralis Unc. duas, Tinct. Martis, Magnetis albi pulv. āā Unc. semis. Digerantur per mensem.

BALSAMUM MOMORDICAE v. Oleum.

BALSAMUM MORTUORUM LE MORT.

Rec. Aloës Succotr. Unc. sex, Myrrhae el. Unc. octo, Styrac. liquid., Benzoës āā Unc. unam, Spir. Salis communis Unc. quatuor, Spir. Vini rectificatissimi Libr. quatuor. Digere per aliquot dies in baln. Mariae, donec liquor probe tinctus extet, quem decantha et serva.

BALSAMUM MUNDIFICANS sec. HEINSIUM. Reinigender Wundbalsam. *Baume mondifiant.*

Rec. Bals. Peruv. nigr. Drachm. unam, Pulv. Aloës et Myrrhae āā Scrup. duos, Tereb. Venet. Scrup. unum, Corpor. pro Balsamo q. s., ut fiat Balsamum.

BALSAMUM seu POTASSIDUM MYRRHAE. Myrrhenbalsam. *Baume de Myrrhe* sec. VAN MONS.

Rec. Myrrhae pulv. P. octo, Alcali veget. caust. sicc. P. unam. Contere et adde sensim Aquae tantum, ut totum colari possit; fac subsidere, decantha et leni igne ad balsami consistentiam evapora. — SWEDIAUR Lixivii Saponarior. Unc. duas et Myrrhae pulv. Unc. unam commisceri proponit.

BALSAMUM NARCOTICUM VAN MONS. Narkotischer Balsam. *Baume narcotique.*

Rec. Ol. Terebinthinae et Ol. Vitrioli āā Part. aequales. Instilla sensim caute Acidum in Ol. Terebinthinae. Post refrigerationem edulcora massam cum Aqua calida, donec Acidum liberum elotum sit.

BALSAMUM NEPHRITICUM LE MORT.

Rec. Ol. Amygd. dulc. Unc. quatuor, Ol. Papav. alb. rec., Ol. Lini rec. āā Unc. duas, Ol. Nucistae expr. Unc. semis, Ol. Petrae Drachm. quinque, Balsam. Copaivae Drachm. sex, Bals. Peruv. Drachm. duas, Ol. Juniperi Scrup. quatuor, Ol. Anisi Drachm. unam, Ol. Vitrioli Unc. unam, Camphorae Scrup. duos. Misce.

BALSAMUM NERVINUM PARISIENSIUM sec. SPIELMANN., Unguentum ex Oleis volatilibus, Balsamo Peruviano et Camphora compositum. Pariser Nervenbalsam. *Baume nervin* ou *nerval, Liparolé de Muscade composé.*

Rec. Ol. Palmae, Ol. Nuc. Moschat, Medull. Cervi, Cruris Bovis āā Unc. quatuor, Axung. Hominis, Taxi, Viperar. āā Unc. unam. Leni calore liquatis adde Ol. Lavendul., Menth., Anthos, Salviae, Thymi, Caryophyllor. āā Drachm. unam, Camphorae Drachm. duas, Balsami Indici sicci Unc. unam. Duo ultimo loco posita dissoluta in Spirit. Vini quantitate sufficiente mixta asserventur. — Ph. Gallica et CADET Medullae Bovis et Ol. Nucistae āā Unc. quatuor, Ol Anthos Drachm. duas, Ol. Caryoph. Drachm. unam, Camphorae Drachm. semis, Bals. Indici sicci Drachm. duas, in Alcoholis Vini Unc. semis solutas commisceri praescribit. — HENRY et GUIBOURT, Medull. bovin. pur. Unc. quatuor, Axung Porc. Unc. duas, Ol. Nucistae expr. Unc. quatuor, Ol. Caryophyll., Lavend., Menth., Anthos, Salviae, Thymi āā Drachm. semis, Camphorae Drachm unam, Bals. de Tolu Drachm. quatuor, Spirit. Vini rectif. Unc. unam misceri proponit. (Conf

etiam Balsamum apoplecticum [p. 109.] et cephalicum [p. 111.])

BALSAMUM NUCISTAE Ph. Wirtemb. Muscatenbalsam. *Baume de Muscate.*

Rec. Olei Nucistae expressi Drachm. duas, Olei Nucistae destillati Scrup. duos. Misceantur. — Ph. Borussica Cerae flavae Unc. unam, Ol. Amygd. Unc. duas, Ol. Nucistae Unc. tres liquefieri et inter refrigerationem Ol. Macidis Guttas viginti quatuor addi praescribit. — Sundelin proponit Ol. Nucistae Drachm. unam, Gummi Arabici Drachm. duas, Aq. Cascarillae Unc. quatuor et Syr. Cort. Aurant. Unc. unam l. a. misceri.

BALSAMUM ODONTALGICUM Ph. Wirtemb. et Helveticae cet. Zahnwehbalsam. *Baume odontalgique* ou *contre le Mal de Dent.*

Rec. Olei Ligni sancti Drachm. duas, Ol. Caryophyllorum Drachm. unam, Opii, Camphorae āā Scrupulos duos, Ol. Nucistae expressi Drachm. sex. Opium et Camphora Spiritu Vini pauxillo soluta, misceantur cum reliquis.

BALSAMUM OPHTHALMICUM Augustini v. Balsamum aromatico-aethereum (p. 110.).

BALSAMUM OPHTHALMICUM CITRINUM seu FLAVUM sec. Van Mons. *Baume ophthalmique jaune.*

Rec. Mercurii praecip. rubri Part. unam, Cerae citrinae Partes sex, Butyri recentis optime loti Part. duodecim. Misce exactissime.

BALSAMUM seu UNGUENTUM OPHTHALMICUM RUBRUM, Unguentum mercuriale, Mercurii seu Hydrargyri rubrum, Unguentum Hydrargyri oxydati seu Oxydi Hydrargyri rubrum sive nitrati, Unguentum Oxydi Hydrargyri seu hyrargyrici, Pomatum de Praecipitato rubro seu ophthalmicum Pelletani, Butyrum cum Oxydo Mercurii rubro, Unguentum cathaereticum seu corrodens. Rother Augenbalsam oder rothe Augensalbe, Rothe Quecksilber- oder Merkurialsalbe. *Baume ophthalmique rouge, Pommade ophthalmique rouge* ou *d'Oxyde rouge de Mercure, Pommade de Lyon, Liparolé d'Oxyde mercuriel, Rouge pour les Maux des Yeux.*

Rec. Butyri recentis insulsi Unciam unam, Mercurii praecipitati rubri subtilissime triti Grana sedecim. Misce exactissime in mortario lapideo vel vitreo (sec. Hufeland.). Non nisi requisitum paratur. — Balsamum vetustum, rancidum, decolor., omnino rejiciendum.

Augustin ad Unciam unam Butyri recentis duodeviginti Mercurii praecipitati rubri Grana praescribit, — Ph. Danica et Suecica Drachmam unam, — Ph. castrensis Ruthena ad unam Merc. praec. rubri Partem, quatuor Butyri rec. Partes, — Ferrarini tres et Rennie octo praescribit, — Ph. Batava et Belgica ad Uncias quatuor Axungiae Porci depuratae, Mercurii praecipitati rubri Drachmam unam, — Ph. Amstelod. Grana quadraginta, praescribit, — Ph. Edinburgensis autem ad octo Axungiae Partes unam Merc. praecip. rubri Partem, — Ph. Hannoverana, Ph. Hassiae El. et Slesvico-Holsatica ad Unc. semis Mercurii praec. rubri Uncias quinque Axungiae Porci praescribunt. — Ph. Helvetica Mercurii praecipitati rubri Scrupulos duos cum Butyri recentis, Aqua Rosarum loti, Uncia semis misceri jubet. — Ph. Borussica Grana decem Mercurii praecipitati rubri cum Uncia una Unguenti simplicis misceri jubet, — Ph. castrensis Borussica Merc. praec. rubri Drachmas duas, Cerae flavae Unc. semis et Butyri rec. insulsi Unc. unam praescribit. — Ph. Dublinensis ad unam Merc. praec. rubri Partem duodecim Unguenti Cerae albae Partes praescribit. — Ph. Londinensis Mercurii praec. rubr. unam, Cerae albae duas et Axungiae praep. sex Partes praescribit. — Disp. Lippiacum Butyri Cacao, Ol. Olivarum, Cerae albae āā Part. duas cum Merc. praecip. rubri Parte una misceri suadet. — Ph. Oldenburg. Merc. praec. rubr. Partem unam, Butyri et Cerae albae āā Part. duas, — Ph. Hamburg. p. p. edit. secund. Cerae flavae et Butyr. rec. āā Drachm. unam cum Merc. praec. rubri Drachma semis commisceri praescribit. — Ph. Polonica Merc. praec. rubri Part. unam et Unguent. cerei Part. decem praescribit. — Ph. Rossica Butyri rec. insulsi Drachm. tres, Cerae albae Grana quadraginta quinque et Mercurii praecipitati rubri Grana septendecim misceri jubet. — Ph. Saxonica Merc. praecipitati rubri Part. unam, Butyri rec. Partes novem et Cerae albae Partes tres praescribit. — Spielmannus sec. Ph. Danicam veterem Merc. praec. rubri Grana centum et triginta quinque cum Cerae albae Drachm. sex et Butyri rec. Unc. tribus misceri proponit. — Henry et Guibourt Merc. praec. rubri Part. unam cum Unguenti Pomatin Part. sedecim misceri suadent. — Van Mons Camphorae Part. unam, Cinnabaris Part. duas et Merc. praec. rubri Part. quatuor cum Cerati albi Part. nonaginta quatuor misceri proponit. (Conf. et Ceratum, Pomatum et Unguentum.)

BALSAMUM seu UNGUENTUM OPHTHALMICUM St. Yveanum sive St. Yvii, Balsamum mercuriale. St. Yves Augenbalsam. *Baume ophthalmique de St. Yves, Onguent ophthalmique rouge.*

Rec. Butyri recentis non saliti Uncias tres, Cerae albae Unciam dimidiam. Liquefactis et parum refrigeratis admisce Mercurii praecipitati rubri subtilissime pulverisati Drachmas duas cum dimidia, Florum Zinci Drachmam unam, Camphorae in Oleo rec. Ovorum solutae Scrup. duos cum dimidio. Misceantur exactissime in mortario lapideo, et fiat lege artis Balsamum. — Pariter semper recens parandum, cum item mox corrumpatur.

Haec formula aeque a nonnullis Pharmacopoeis immutata est. Sic. Disp. Brunsvic. Florum Zinci loco Tutiam pptam sumi proponit ceterum cum praecepto, quod nos dedimus, congruit. — Ph. Hassiae El., Herbipolitana et Piderit eo solummodo discrepat, quod Granorum quinquaginta Camphorae loco quadraginta quinque sumi suadet. — Ph. Saxonica Balsami ophthalmici rubri Drachmam unam, Camphorae Granum unum et Flor. Zinci Grana duo admisceri proponit. — Augustin Butyri rec. Drachm. duas, Merc. praec rubr. Grana quinque, Tutiae pptae Gran. quatuor et Camphorae Grana duo misceri proponit. — Spielmannus Bals. ophthalmici rubri Unc. duabus Camphorae Scrupul. unum et Tutiae Drachm. semis admisceri proponit — Van Mons ad Ung. ophthalm. rubr. Camphorae Drachm. semis, Merc. praec. rubr. et Flor. Zinci āā Drachm. unam semis, Cerae flavae Unc. unam et Butyri rec. loti Unc. sex misceri proponit. — Ph. Hamb. p. p. edit. prim. nomine Balsami ophthalmici St. Yves Butyri rec. Drachm. unam, Cerae albae Drachm. semis et Merc. praec. rubri Grana quindecim misceri suadet. (Conf. et Balsamum praecedens.)

BALSAMUM OPIATUM v. Balsamum anodynum (p. 108.).

BALSAMUM OPODELDOC, Unguentum Opodeldoch, Opodeldoc, Balsamum Saponis, Linimentum saponato-camphoratum, saponaceum seu Saponis compositum, Sapo aromaticus seu ammoniaco-camphoratus, sive alcoholico-ammoniatus, (Sapo ex Medulla bovina ammoniacalis camphoratus) Tinctura Saponis camphorata. Opodeldoc, Gekampfertes Seifen-Liniment, Alkoholhaltige Ammoniakseife, Kampherhaltige Seifensalbe. *Baume Opodeldoch, Savon ammoniacale camphré.*

Rec. Saponis albissimi e Sebo confecti Uncias quatuor, Spiritus Vini rectificatissimi Uncias quadraginta quatuor, Camphorae Unciam unam. Digere leni calore in balneo Mariae, ut solvatur, tunc adde Olei Anthos Unc. unam semis, Ol. Bergamottae Unc. semis, Ol. Thymi Scrup. quatuor et Spiritus Salis Ammoniaci caustici Unc. unam semis; filtra statim, et immitte liquorem adhuc calentem in lagunculas ore amplo praeditas, quae aquae frigidae immergendae, donec Balsamum refrixerit; serva bene obturatas. — Massa decolor, subdiaphana, opalescens, gelatinae durioris consistentia, odore grate aromatico-ammoniacali; lenissimo calore facile deliquescit, cuti infricata penitus fere avolat et resorbetur. — *Vis:* discutiens, resolvens, corroborans, anodyna. — *Usus:* Ad infricandum.

Multifariae sunt compositiones ad parandum hoc Balsamum — Ph. Austriaca Saponis Unc. tres, Spirit. Vini p. sp. 0,85 Libr. unam, Ol. Anthos Unc. semis, Spir. Salis Ammon. caust. Unc. duas et Camphorae Unc. semis l. a. misceri praescribit. — Ph. Bavarica Saponis sebacei Part. sex, Camphorae P. unam, Spirit. Vini rectificati P. viginti quatuor, Ol. Anthos P. unam et Spir. Salis Ammon. caustici P. sex sumi jubet. — Ph. Belgica Saponis albi Unc. duas semis, Spirit. Anthos Libr. unam, Spir. Sal. Ammon. caust. et Camphorae āā Drachm. duas praescribit. — Ph. Borussica et Slesvico-Holsatica Saponis domestici albissimi et Hispanici albi singulorum siccatorum Unc. unam semis et Camphorae Drachm. tres in Spirit. Vini rectificatissimi Unc. viginti solvi, et Liquori filtrato adhuc calenti addi praescribit Ol. Thymi Drachm. semis, Ol. Anthos Drachm. unam et Spirit. Sal. Ammon. caustici Drachm. tres. — Ph. Hannoveranae formula eo solummodo ab hac discrepat, quod Unciarum viginti loco quatuordecim tantum Spiritus Vini rectificatissimi Uncias sumi proponit. — Ph. castr. Borussica Saponis domestici sebacei Unc. unam semis, Spir. Vini rectificatissimi Unc. quinque semis, Aquae Unc. unam, Camphorae Drachm. unam, Ol. Anthos Guttas quinquaginta et Spirit. Sal. Ammon. caustici Drachm. unam, — Ph. Gallica Saponis ex Medulla bovina Part. sexaginta quatuor, Spirit. Vini rectificatissimi P. trecentas septuaginta sex, Aquae Thymi P. sexaginta quatuor, Camphorae P. viginti quatuor, Ol. Anthos P. sex, Ol. Thymi P. unam et Spirit. Sal. Ammoniaci caustici P. octo, — Ferrarini, Swediauri, Taddei et Van Mons formulae in capite rei cum hac congruunt — Ph. Hassiae El. Saponis domest. Unc. duas semis, Spirit. Vini rectificatissimi Unc. viginti, Aq. dest. Unc. duas, Camphorae Drachm. tres, Ol. Anthos Drachm. unam semis, Ol. Thymi Drachm. unam et Spirit. Sal. Ammon. caustici Unc. semis, — Ph. Polonica Sapon. domestici sicc. Unc. duas, Spirit. Vini rectificati Libr. unam, Camphorae Unc. unam, Ol. Anthos Drachm. unam et Spir. Sal. Ammon. caustic. Unc. unam, — Ph. Saxonica Sapon. domestic. sicc. P. duas, Spir. Vini rectificatissimi Part. duodecim, Camphorae P. unam semis, Spir. Sal. Ammon. caust. P. dimidiam, Ol. Anthos et Bergam. (quorum illud hujus sextuplum sit) Partis unius sextantem praescribit. — Aliae Pharmacopoeae, praecipue pristinae, Saponis sebacei loco Saponem oleosum praescribunt; v. g. Disp. Fuldense et Spielmannus

Saponis Alicantini Unc. quinque, Spir. Vini rectificati Libr. duas, Camphorae Unc. duas et Ol. Anthos Unc. semis praescribunt. — Ph. Ferrariens. Saponis medicinalis Unc. duas, Spir. Vini rectificati Unc. quinque semis, Aquae Unc. unam, Camphorae Drachm. unam, Ol. Citri Scrup. duos et Spirit. Salis Ammon. caustici Drachm. unam, — BORRIES et CADET DE GASSICOURT Saponis medicati Unc. duas, Spirit. Vini rectificati Unc. duodecim, Aq. dest. et Camphorae āā Unc. duas, Ol. Anthos Scrup. octo, Ol. Thymi Scrup. duos, et Spirit. Sal. Ammon. caustici Unc. semis praescribunt. — HOPFIUS et Ph. Oldenburg. Saponis medicati Unc. duas, Camphorae Drachm. unam, Spir. Sal. Ammon. vinos. Unc. unam semis, Ol. Anthos Guttas sexaginta praescribunt. — Balsamum secundum has praeceptiones paratum consistentia est nimis molli, passim liquorem exhibet, plerumque etiam nimiam Saponis quantitatem continet, ita ut infricando in cutem massam saponaceam relinquat. (Conf. et Linimentum et Spiritus.)

BALSAMUM OPODELDOC LIQUIDUM sec. VAN MONS obtinetur, si Saponis Medullae Bovis loco Sapo Hispanicus albus sumitur.

BALSAMUM PALMEUM LEMERYI.
Rec. Ol. Palmei rec. Libr. semis, Ol. Laurini Unc. duas, Ol. Nucistae, Junip., Ung. martiati, Bals. Peruv. et Copaivae āā Unc. semis. Misce.

BALSAMUM PARALYTICUM BATEANUM. — In summa rei cum Balsamo FIORAVANTI (p. 113.) congruit.

BALSAMUM PARTURIENTUM ex SCHROEDERO. Balsam für Gebärende. *Baume pour les Femmes en Travail.*
Rec. Caryophyllorum, Macid., Cinnamomi āā Drachm. duas semis, Flor. Anthos, Lavendulae, Majoranae āā Pug. tres. C. c. admisce Moschi Gran. duodecim, Ol. Olivar. rec. Libr. semis. Digere in vase clauso in sole per 9 dies, tunc cola cum expressione.

BALSAMUM PECTORALE MEIBOMII Ph. Helveticae. Meibom's Brustbalsam. *Baume pectoral de MEIBOM.*
Rec. Tereb. Venet. finiss., Ol. Amygd. dulc. rec., Ol. Hyperic. rec. āā Unc. duas, Spermat. Ceti rec. Unc. semis, Sang. Dracon. finiss., Bals. Peruv. genuini āā Drachm. tres, Extr. Opii aquosi Scrup. semis. Misce, fiat Balsamum. SPIELMANNUS sec. SCHULTZIUM Tereb. opt., Ol. Amygd. dulc. āā Drachm. duodeviginti, Ol. Hyperici Unc. duas, Sperm. Ceti Unc. semis, Sang. Dracon., Extr. Opii, Bals. Peruv. āā Drachm. duas et Butyri optimi Unc. unam semis sumi praescribit.

BALSAMUM PERSICUM v. Balsamum Commendatoris (p. 112.).

BALSAMUM AD seu CONTRA PERNIONES. Balsam gegen Frostbeulen. *Baume pour les Engelures.* — Miscella est Balsami FIORAVANTI Unc. quatuor et Acidi Salis Gutt. triginta duarum. — Ph. castr. Ruthena Ol. Olivarum Unc. quinque, Ol. Tereb. Unc. duas et Acidi Salis Drachm. unam semis praescribit. — Formulaire des hopit. milit. de France, et CADET DE GASSICOURT formulaire similis est compositio. — RATIER Ol. Olivar. Unc. duas, Bals. Peruv. Drachm. unam, Sperm. Ceti, Cerae alb., Acidi Salis āā Drachm. duas et Aquae purae Drachm. sex misceri proponit.

BALSAMUM PERUVIANUM FACTITIUM sec. GRAY. — Miscella est Bals. Tolutani Libr. sex, Benzoës Libr. quatuordecim et Alcoholis Vini Cong. duorum.

BALSAMUM PERUVIANUM REDUCTUM sec. GRAY. — Fit miscendo Bals. Peruv. Libr. tres, Benzoës Libr. unam et Alcoholis Vini quantum satis ad propriam consistentiam.

BALSAMUM PESTILENTIALE seu contra Aërem malignum Disp. Brandenburg. Pestbalsam. *Baume contre la Peste.*
Rec. Ol. Nucist. expr. Drachm. tres, Ol. dest. Majoranae Guttas quindecim, Ol. Myrrhae et Succini āā Guttas sex, Theriacae ANDROMACHI Scrup. duos, Extr. Lign. Aloës Scrup. unum, Moschi et Ambrae āā Gran. octo M. fiat Balsamum. (V. etiam Balsamum Sulphuris.)

BALSAMUM PHTHISICUM MURALTI. Balsam gegen Schwindsucht. *Baume contre la Phthisie.*
Rec. Axung. Canis Unc. unam, Olei Hyperici, Rosarum et Violar. āā Unc. semis. M. f. Balsamum.

BALSAMUM PLEURITICUM seu Oleum Cucurbitae pleuriticum Ph. Hispan. Balsam gegen Seitenstechen. *Baume pleuritique.*
Rec. Corticum Cucurbitae longae in frustula concisorum, Ol. Olivarum āā Libr. sex. Coque ad perfectam humiditatis consumtionem, cola et defaeca.

BALSAMUM PLUMBI sec. VAN MONS. Van Mons Bleibalsam. *Baume de Plomb VAN MONS.*
Rec. Plumbi Part. unam, Acidi Nitri diluti quant. sufficit ad solvendum metallum; solutionem adhuc calidam continuo agitans infunde in Axungiae Porci leni igne liquati Part. sedecim; post semirefrigerationem effunde in nodulos chartaceos, et concide massam frigidam in tabellas.

BALSAMUM PODAGRICUM BATEANUM. = Balsamum anodynum.

BALSAMUM POLYCHRESTUM, Elixir antivenereum, Jesuits Drops sec. GRAY. Polychrestbalsam. *Baume polychrest.*
Rec. Resin. Guajaci nativ. Unc. septem, Bals. Peruv. Unc. semis, Rad. Sassaparillae Unc. quinque, Spir. Vini rectificati Libr. duas semis. Post sufficientem digestionem filtra.

BALSAMUM POLYCHRESTUM LEMERYI. Lemery's Polychrestbalsam. *Baume polychrest de LEMERY.*
Rec. Herb. rec. utriusque Plantaginis, Telephii, Symphyti major., Bugulae, Symphyt. min., Saniculae, Ophioglossi, Veronicae utriusque, Absinthii vulg. Geran. Robert., Millefolii, Pilosellae, Centaur. minor. Summit. Hyperici,

Heder. terrestr., Pentaphylli āā Manip. unum. Omnibus in mortario contusis affunde Vini rubri austeri et Spir. Vini simpl. āā Libr. semis. Macera 4 dies supra cineres; cola cum expressione et admisce Succo Ol. rosati Libr. duas. Coque ad Succi consumtionem, cola iterum et solve in colatura Terebinth. Venet. Libr. unam et Olibani pulv. Unc. duas. Fiat Balsamum.

BALSAMUM seu LINIMENTUM RESOLVENS sec. Van Mons. Auflösender Balsam. *Baume resolvant.*

Rec. Balsami Peruv. Part. sex. Instilla sensim Acidi Nitri conc. Part. unam, saepius conquassans. — Swediaur Balsami Partes duas et Acidi P. unam praescribit.

BALSAMUM Rulandi v. Balsamum Sulphuris.

BALSAMUM RUTAE. Rautenbalsam. *Baume de Rue.* — Fit eodem modo, quo Balsamum Lavendulae (p. 115.), Olei Lavendulae loco Ol. Rutae sumendo. Nonnullae Pharmacopoeae Balsamum hoc Aerugine destillata tingi proponunt, aliae Magisterio Rutae.

BALSAMUM de Salazar, Tinctura alcoholica Picis graecae composita Ph. Hispan. Salazarbalsam. *Baume de Salazar.*

Rec. Picis graecae Unc. semis, Olibani, Mastiches, Aloës Succotr. āā Unc. unam. Contundantur matracio vitreo satis amplo, optime clauso, per dies viginti in Spirit. Vini rectif. Libr. quinque; postea filtrentur et serventur.

BALSAMUM SAMARITANUM seu Balsamum vulnerarium Samaritanum Schroederi. Samariterbalsam. *Baume de Samaritain.*

Rec. Ol. Olivarum, Vini Generosi āā Unc. octo. Coque ad consumtionem humiditatis. — Ph. Helvetica Ol. Hyperici Unc. sex et Vini albi Libr. unam sumi praescribit.

BALSAMUM SANGUINEM SISTENS Lemeryi. Blutstillender Balsam. *Baume qui étange le Sang.*

Rec. Balsami polychresti Unc. quatuor, Cerae albae, Resinae alb. āā Unc. semis, Boli Armenae, Sang. Dracon., Lap. Haematit. āā Drachm. tres, Aloës hep., Corall. rubr., Mumiae āā Drachm. unam semis, Calcanthi usti Drachm. unam. Misce exactissime, fiat Balsamum.

BALSAMUM SAPONACEUM Ph. Danicae, Linimentum saponaceum seu Saponis. Seifenbalsam oder Liniment. *Baume de Savon.*

Rec. Spiritus Vini rectificati Libras quatuor, Sapon. albi Hispanici Unc. decem. Leni igne ad solutionem digestis addantur Camphorae tritae Unc. duae, Ol. Anthos et Origani āā Unc. semis. Misceantur agitando. — Ph. Lusitan. Saponis albi Hisp. Unc. tres, Camphorae Unc. unam, et Spiritus Vini Unc. sedecim macerari et solvi jubet. — Ph. Hispan. ad Linimentum saponaceum seu Alcohol Camphorae saponaceum Spiritus Vini rectificatiss. Libr. unam, Sapon. Unc. duas et Camphorae Drachm. tres praescribit. — Ph. Batava ad Solutionem Saponis camphoratam Saponis Hispanici q. s. in Aquae fontanae Unc. una solvi et Spir. Vini camphorat. Unc. unam addi proponit. (Conf. etiam Aqua Vitae saponacea [p. 96.], Balsamum Opodeldoc, Balsamum Vitae externum, Linimentum, Spiritus et Tinctura.)

BALSAMUM SAPONIS Ph. Wirtemb. Terpentinölhaltiger Seifenbalsam. *Baume de Savon.*

Rec. Sapon. Hisp. exsicc. pulv. Libr. semis. Admisce contundendo in mortario, Ol. Terebinthinae Libr. semis, ut fiat massa asservanda nomine Corporis pro Balsamo Saponis. — Jam porro Rec. hujus Corporis pro Balsamo Saponis Libr. unam, Spiritus Vini rectificati Libr. quatuor. Digere leni igne et filtra. (Vid. etiam Balsamum Vitae externum.)

BALSAMUM SATURNI Goulardi seu universale, Ceratum Plumbi compositum seu Goulardi, seu Lithargyri acetati, Unguentum seu Pomatum antiherpeticum Goulardi, Unguentum Subacetatis Plumbi camphoratum Ph. Brunsvic. Goulards Bleibalsam. *Baume de Saturne* cet.

Rec. Ol. Rosacei Unc. quatuor, Cerae citrin. Unc. duas. Leni igne colliqatis paullatim sub continua agitatione addantur Extracti Saturni Unc. una, Camphorae Scrup. unus. Bene misceantur. — Spielmannus Cerae citrinae Unc. octo, Ol. Rosar. Unc. duodeviginti, Extr. Saturni Unc. quatuor et Camphorae Drachm. unam praescribit. — Ph. Herbipolit. et Plenckius Ol. Raparum rec. express. Libr. unam semis, Cerae citr. Libr. semis, Extr. Saturni Unc. tres et Camphorae Unc. semis praescribit. — Ph. Danica Camphorae Drachmas quatuor semis solummodo, si desideretur, addi praescribit, ceterum cum hac formula congruit uti et Ph. Slesvico-Holsaticae. Namque Unc. unam semis Ol. Raparum, loco Libr. unam semis, uti scriptum est, vitium typographicum esse videtur, Camphorae autem Unc. semis statim addi jubet. — Ph. Londin. Ol. Olivar. Fluidunc. novem, Cerae flav. Unc. quatuor, Extr. Saturn. Fluidunc. duas semis et Camphorae Drachm. semis. — Disp. Fuldens. Ol. Lini rec. Libr. unam semis, Cerae flav. Libr. semis et Extr. Saturni Unc. tres sumi proponit, Camphoram autem omittit. (Conf. etiam Acet. Saturni [p. 13.] Bals. Plumbi [p. 119.], Ceratum et Unguentum.)

BALSAMUM SATURNI LIQUIDUM = Extractum Saturni (p. 13.).

BALSAMUM SATURNI MARTIALE Martini. — Miscella est Sacchari Saturni et Ferri saliti methodo indebite copiosa obtenta.

BALSAMUM SATURNI TEREBINTHINATUM Bateanum. — Vid. Balsamum Goulardi (p. 114.).

BALSAMUM SATURNI TEREBINTHINATUM Hartmanni sec. Junckeri. — Fiat pari modo. Destillatur autem solutio primo leni igne, donec Ol. Terebinthinae prodierit, quo

essante opponatur aliud recipiens, et augeatur ignis usque ad fortissimum, et ita eliciatur Balsamum requisitum.

BALSAMUM SCHAUERIANUM Disp. Brunsvic. Schauer'scher Balsam. *Baume de Schauer.*
Rec. Rad. Consolid. maj. Drachm. sex, Rad. Imperator. Unc. semis, Calami ar. Drachm. tres, Caryophyllatae, Enulae āā Drachm. unam, Angelicae Gran. quindecim, Galangae Drachm. tres, Dictamni albi Drachm. sex, Styrac. Calamitae, Olibani āā Drachm. tres, Galbani Drachm. novem, Nuc. Moschat., Cubebar. āā Drachm. tres, Caryophyllor., Lign. Santali albi āā Drachm. duas, Cardamomi, Camphorae, Lign. Aloës āā Drachm. unam, Benzoës Drachm. tres, Mastiches Unc. semis, Myrrhae Drachm. semis, Aloës hepat. Drachm. unam, Tereb. Venet. Unc. unam semis, Ol. dest. Lauri Unc. unam, Spiritus Vini Gallici rectificati Libr. octo. Macerentur et destillentur sec. artem in balneo Maris. — SPIELMANNI formula eadem est, nisi quod Camphoram et Ol. Lauri in Spiritu destillato solvi proponit.

BALSAMUM SCHEFFERI. Scheffer's Balsam. *Baume de Scheffer.*
Rec. Sal. Corn. Cervi, Sal. Ammoniaci āā Drachm. unam, Ol. Macid. Scrup. unum, Spir. Vini rectific. Unc. unam. Misce, digere.

BALSAMUM SCHERZERI v. Balsamum cephalicum (p. 111.).

BALSAMUM SCLOPETARIUM Ph. BATEAN. Bate's Wundbalsam. *Baume sclopetaire de Baté.*
Rec. Ol. Lini, Terebinth. āā Libr. unam, Virid. Aeris Unc. semis. Coque parum sec. art.

BALSAMUM SOMNIFERUM Ph. Wirtemb. Schlafbalsam. *Baume somnifer.*
Rec. Unguenti Populei, Ol. Nucist. expr. āā Unc. unam, Opii, in Spirit. Vini dissoluti, Drachm. unam, Ol. L. Rhodii Gutt. sedecim. Misce, fiat Balsamum.

BALSAMUM SPASMODICUM CONCENTRATUM MYNSICHTI. Mynsicht's concentrirter Krampfbalsam. *Baume spasmodique concentré de Mynsicht.*
Rec. Ol. Galban. Unc. duas, Lumbric. terrestr. Unc. unam, Ol. Succin., Juniper. āā Unc. semis, Ol. Lavend. Drachm. unam, Ol. Nucist. expr. q. s. Fiat l. a. Balsamum.

BALSAMUM SPLENETICUM BATEANUM. Bate's Milzbalsam. *Baume splenetique de Baté.*
Rec. Herb. Rutae, Heder., Chamom., Thymi āā Man. unum. Cont. adde Fel bovinum et Ol. ex Pedibus bovinis Libr. unam, Spir. Vini Unc. unam. Coque per horam et cola.

BALSAMUM STOMACHICUM Ph. Wirtemb., Helvetic. cet. Magenbalsam. *Baume stomachique.*
Rec. Ol. Absinth. destill., Cort. Aurant., Caryophyll., Macid., Menth. āā Drachm. semis, Bals. de Peru Drachm. unam, Ol. Nucist. expr. Unc. unam. M., fiat Balsamum. — Ph. Slesvico-Holsaticae formula eo solummodo ab hac discrepat, quod Ol. Menth. pip. sumi praescribit et Ol. Cort. Aurant. omittit. — Pristinae aliae formulae in summa rei cum his congruunt, nisi quod passim magis complicitae sint. (V. etiam Balsamum apoplecticum p. 109.)

BALSAMUM SUCCINI Pharm. Wirtemb. Bernsteinbalsam. *Baume de Succin.* — Uti Balsamum Angelicae (p. 108.) paratur. — Sec. GRAY Residuum oleosum piceum in rectificatione obtentum remanens Balsamum Succini appellatur. — VAN MONS Ol. spiss. et fusci Succini Part. unam cum Sapon. Alicantini Part. duabus misceri proponit.

BALSAMUM SUCCINI BATEANUM. — Digerendo Succini albi subtilissime pulv. Unc. duas in Ol. Terebinth. Unc. sex, sole exponens, donec perfecte solvatur Succinum, parari proponunt, quod autem fieri non potest.

BALSAMUM SULPHURIS AMYGDALATUM Ph. Wirtemb. Schwefelbalsam mit Mandelöl. *Baume de Soufre amandé.*
Rec. Flor. Sulphur. Unc. unam, Ol. Amygdal. dulc. rec. expr. Unc. sex. Digerantur in arena calore conveniente per dies aliquot, donec oleum colore sit tinctum rubro. Refrigerato vase Balsamum separetur a sulphure non soluto. — Disp. Brunsvic. quatuor Uncias Ol. Amygdal. praescribit.

BALSAMUM SULPHURIS ANISATUM Ph. Wirtemb., Palat., Sardoae cet., Oleum Anisi sulphuratum, Sulphuretum Olei volatilis anisatum. Schwefelbalsam mit Anisöl, geschwefeltes Anisöl. *Baume de Soufre anisé.* — Eodem paratur modo, quo praecedens, substituto Oleo Anisi. — Ph. d'Anvers, BATÉ, Disp. Brunsvic., Ph. Gallic., Hispanica ad unam Sulphuris Partem, quatuor Olei Anisi Partes praescribunt. — Ph. Danica et Disp. Lippiacum Bals. Sulphuris simpl. Part. unam cum Ol. Anisi Part. quinque ad sex digerendo solvi praescribunt, quod praeferendum.

BALSAMUM SULPHURIS ANTIMONIALE BATEANUM.
Rec. Sulphur. Antim. combustibilis, Salis Tartari āā Unc. unam, Ol. Terebinth. Unc. quatuor. Digere simul l. a. (V. etiam Balsamum antimoniale p. 109.)

BALSAMUM SULPHURIS BARBADENSE, Petroleum sulphuratum. Schwefelbalsam mit Steinöl. *Baume de Soufre petrolé.* Digerendo ex Sulphuris Part. una et Ol. Petrae albi Part. quatuor obtinetur. — GRAY ad tres Sulphuris, sedecim Ol. Petrae Partes praescribit.

BALSAMUM SULPHURIS BENZOINATUM. — Cum Ol. Benzoës uti Balsamum Sulphuris anisatum paratur.

BALSAMUM SULPHURIS EXTERNUM Disp. Brandenburgici.
Rec. Flor. Sulphuris Unc. unam, Ol. Lini vel Nucum expressi Libr. semis, Ol. Sem. Hyperici expressi, Hyoscyami expr. et Papaveris āā Drachm. duas. Solvantur igne arenae debito.

BALSAMUM SULPHURIS JUNIPERATUM.

Cum Ol. Bacc. Juniperi uti Balsamum Sulphuris anisatum paratur. Melius autem uti Balsamum Sulphuris terebinthinatum parabis.

BALSAMUM SULPHURIS PESTILENTIALE MAETSII.

Rec. Flor. Sulphuris Libr. unam, Myrrhae Unc. tres, Aloës Unc. duas, Croci Unc. unam, Camphorae Unc. semis. Pulv. et mixt. adde Ol. Terebinth. ad 4 digitor. eminentiam. Fiat l. a. Balsamum.

BALSAMUM SULPHURIS RULANDI Ph. Wirtemb., Disp. Brunsvic. cet. Ruland's Schwefelbalsam. *Baume de Soufre de Ruland.*

Rec. Sulphur. citr. Unc. duas, Ol. Tereb. Unc. tres, Ol. Lini Libr. duas. Sulphuri liquato adde Oleum Lini et coque lentissimo igne, donec acquisiverit colorem fuscum; his aliquantisper refrigeratis infunde Ol. Terebinth., digere lenissimo calore et serva usui. — Ph. Palatina Flor. Sulphur. Unc. duas, Ol. Rapar. Libr. unam semis et Vini generosi Libr. semis per octiduum digeri, tunc ad humiditatis consumptionem coqui, tandem colari proponit. (Conf. etiam Bals. Sulphuris terebinthinatum.)

BALSAMUM SULPHURIS SIMPLEX. Einfacher Schwefelbalsam. *Baume de Soufre simple.*

Synon.: Balsamum Sulphuris crassum, BATEANUM et minerale, Corpus pro Balsamo Sulphuris, Oleum sulphuratum, Oleum Lini sulphuratum, Sulphuretum oleosum fixum, Linimentum e Sulphure. Schwefelbalsammutter, geschwefeltes Leinöl. *Huile de Lin sulphurée.*

Rec. Olei Lini Libram unam.
In vase terreo vitreato aut ferreo capaci et satis alto calefacto sensim adde
Sulphuris citrini pulverati Uncias tres.

Coque spatula semper movens et effervescentiam evitans, ne flammam concipiat, donec massa spissescat et refrigerata glutinans gelatinae instar colore obscure rubro-fusco, nigrescente appareat. Serva. — Odore est ingrato sulphureo et sapore nauseoso-acri; leni calore liquefit, in oleis aethereis et pinguibus facile solutu. — Solutio est Sulphuris in Oleo Lini quodammodo alterato. — *Vis:* digerens, discutiens.

Sit consistentia spissa, in stratis tenuibus clarum, cum colore rubro subdiaphanum, in Oleo Terebinthinae penitus solubile, et ignis ope plane comburatur.

Usus: Praecipue externe adhibetur. Aliorum Balsamorum Sulphuris basin haud raro exhibet, admiscetur etiam Emplastris cet.

Pharm. Borussicae, Danicae, Ferrariensis, Hispanicae, Disp. Lippiaci, Ph. Oldenburg., Saxonicae, Suecicae et VAN MONS formula cum nostra congruit. — Disp. Brunsvic. ad unam Sulphuris Partem duas Ol. Lini Partes praescribit, — BATE ad Balsamum Sulphuris minerale quinque, — Disp. Fuldense ad unam Sulphuris Partem quatuor Ol Olivar. proponit. — Ph. Edinburg., Amstelodam. et Londinens. ad unam Sulphur. Part., octo Ol. Olivar. Partes praescribunt, — BATE ad Bals. Sulphuris BATEANUM, quinque, — Ph. Hannov. ad tres Sulphuris Partes, sedecim Ol. Lini, — Ph. Hassiae El. duodeviginti.

BALSAMUM SULPHURIS SUCCINATUM. Schwefelbalsam mit Bernsteinöl. *Baume de Soufre succiné.* — Uti Balsamum Sulphuris anisatum paratur.

BALSAMUM SULPHURIS TEREBINTHINATUM. Schwefelbalsam mit Terpentinöl. *Baume de Soufre térébenthiné.*

Synon.: Oleum Terebinthinae sulphuratum, Aetheroleum Terebinthinae sulphuratum, Balsamum Vitae RULANDI. Schwefelhaltiges Terpentinöl. *Huile de Térébenthine sulphurée.*

Rec. Balsami Sulphuris simplicis Libram unam,
Olei Terebinthinae Libras tres.

Digerendo solutum in vase clauso serva. — Liquor oleosus, obscure rubro-fuscus, odore ingrato sulphureo et terebinthinaceo, uti et sapore. — *Part. const.* ex praeparatione patent. — *Vis:* diuretica, discutiens, vulneraria.

Sit limpidum, saturate rubro-fus-

cum, in stratis tenuibus solummodo pellucidum.

Usus: Et interne et externe adhibetur, praecipue in arte veterinaria usurpatur.

Pharm. Amstelodam., Belgicae, Borussicae, Hannoveranae, Slesvico-Holsaticae formulae cum nostra congruunt. — Disp. Brunsvic. et Lippiacum ad Unc. unam Bals. Sulphuris quinque Ol. Terebinth. Uncias praescribunt, — Ph. Danica octo ad decem, — Ph. Suecica ad tres Balsami Sulphuris octo Ol. Terebinthin. Partes praescribit. — Ph. Hispanica Unc. tres Flor. Sulphur. cum Ol. Terebinth. Libr. una in vase vitreo calore balnei arenae digeri jubet, donec totum fere Sulphur dissolutum sit et Oleum colorem rubrum et consistentiam syrupi acquisiverit. — Ph. Ferrariensis et van Mons formulae cum hac congruunt. — Ph. Palatina ad unam Flor. Sulphur. Unc. sex Ol. Terebinth. sumi proponit, — Ph. Herbipolitana et Sardoa quinque.

BALSAMUM SULPHURIS Wepfferi.

Rec. Flor. Sulphur. Part. sex, Flor. Benzoës Part. unam. Digere cum suff. quantitate Ol. Bacc. Juniperi in arena, postea adde Ol. Foeniculi. q. s. ad gratiam.

BALSAMUM TABACI. Tabacksbalsam. *Baume de Tabac.*

Rec. Herb. Nicot. rec. Unc. sex, Ol. Juniper. et Terebinth. āā Libr. unam. Infunde et circula per 8 dies, tum exprime et serva.

BALSAMUM TARTARI Bateanum nihil aliud est nisi Solutio aquosa concentrata Terrae foliatae Tartari impurae.

BALSAMUM Teichmeieri v. Balsamum Vitae Teichmeieri.

BALSAMUM TEREBINTHINAE seu terebinthinatum v. Balsamum adstringens (p. 107.), Basvillianum (p. 110.), Balsamum Framii et Vitae externum (p. 124.).

BALSAMUM TEREBINTHINAE le Mortii.

Rec. Terebinth. lucid. Libr. duas, Bals. Copaiv. Libr. semis, Nuc. Moschat. Unc. duas, Cort. Citr. exter., Rad. Ireos. flor. āā Unc. quatuor, Benzoës Drachm. tres, Bals. Peruv. Drachm. unam, Spirit. Vini, in quo Moschi et Ambrae āā Gran. duo dissoluta, Unc. quatuor. Destilla leni igne, sic Oleum limpidum ascendit, deinde aucto igne flavum excipe.

BALSAMUM TEREBINTHINAE VULGARE sec. Gray. — Solutio est Picis navalis in pari Olei Terebinthinae Pondere.

BALSAMUM THEBAICUM v Balsamum anodynum (p. 108.).

BALSAMUM Thibauti. Thibaut's Balsam. *Baum de Thibaut* sec. *Gray.*

Rec. Myrrh., Aloës, Sang. Dracon. āā Drachm. unam, Spir. Vini rectific. Unc. sex. Dissolve et adde Flor. Hyperic. Pug. unum; macera per horas 24, exprime et adde liquori colato Terebinth. Chiae Unc. semis.

BALSAMUM TRANQUILLANS seu TRANQUILLUM, Oleum de Narcoticis seu aromo-narcoticum sive Stramonii compositum Ph. Gallicae. Beruhigender Balsam. *Baume tranquille* ou *Huile narcotique.*

Rec. Herb. Stramon. rec., Solan. nigr., Belladonn., Nicotian., Hyoscyam. nigr., Papav. alb. āā Unc. quatuor. Minutim concisa conjiciantur in Ol. Olivarum Libr. sex; coquantur ad humoris fere consumptionem; deinde colentur et injiciantur Flor. vel Summit. sicc. Anthos, Salviae, Rutae, Absinth. Pontic. et vulg., Hyssopi, Lavend., Thymi, Majoran., Balsamit., Menth. aquat., Sambuc., Hyperici āā Unc. una. Macerentur sub sole per menses aliquot, tunc colentur. — Ph. Parisiensis his ingredientibus praeterea addit Herb. Phytolaccae, Mandragorae, Papav. nigr. āā Unc. quatuor, Herb. Persicariae Unc. unam et Bufones vivos N° quinque. — Ph. Hispanicae formula eo solummodo ab hac discrepat, quod Herbam Absinth. vulg. tantum et Menth. (non aquatic.) praescribit, porro Flor. Sambuc. Unc. unam adjungit et Librarum sex Ol. Olivar. loco, quinque Libras sumi proponit. — Spielmanni formula fere eadem est, et Ph. Sardoae formula parum ab hac discrepat. — Cadet et Pierquin formula emendata Herb. rec. Hyoscyam., Cynogloss. et Nicotian. āā Libr. unam cum Vini Octariis tribus ad duas coqui et colatura expressa cum Ol. Olivar. Octariis duobus blando igne ad Dimidium coqui proponit. — Van Mons formula cum nostra prima fere congruit, nisi quod Ol. Olivar. loco, Medullam bubulam sumi suadet.

BALSAMUM TRAUMATICUM v. Balsamum Commendatoris (p. 112.).

BALSAMUM UNIVERSALE v. Balsamum Saturni (p. 120.).

BALSAMUM UTERINUM v. Balsamum hystericum (p. 114.).

BALSAMUM VENEREUM Michaelis.

Rec. Ol. dest. Formicar. Drachm. duas, Ol. Caryophyll. et Piper. āā Gutt. sex, Axung. Castor. Drachm. semis, Cerae q. s. ut fiat Balsamum.

BALSAMUM VENERIS Bateanum. Bate's Kupferbalsam. *Baume cuivré de Baté.* — Fit digerendo Cupri Lamina cum Ol. Terebinth., donec colorem viridem assumserit.

BALSAMUM CONTRA VERTIGINEM Disp. Brandenb. Balsam gegen Schwindel. *Baume contre le Vertige.* — Cum Balsamo pestilentiali (p. 119.) fere congruit.

BALSAMUM Vervaini v. Balsamum Commendatoris (p. 112.).

BALSAMUM DE VINCEGUERE v. Balsamum Lectorense.

BALSAMUM VERUM Bateanum.—Fit ex Limacibus cum Testis diu multumque contusis cum aequali Pondere Sacchari Candi, ut fiat Balsamum.

BALSAMUM VIRIDE seu viride

Metensium sive FEUILLETI, Oleum viride seu Oxydi Cupri viride Ph. Hispan. Grüner Balsam. *Baume verte de Metz* **ou** *de* FEUILLET.

Rec. Ol. Olivar. Libr. unam semis, Terebinth. Unc. tres. Dissolve lento igne et refrigeratis adde Aeruginis pulverat. Drachm. quatuor semis, Ol. Caryophyll. Drachm. unam semis. — LEWIS Ol. Lini et Ol. Terebinth. aa Libr. unam cum Aerug. pulv. Drachm. tribus ad solutionem usque coqui proponit. — SPIELMANNUS ad Balsamum viride DU CLAS cet. Aerugin. Unc. tres, Vitriol. alb. Unc. unam semis cum Ol. Lini et Olivar. aa Unc. sex et Ol. Laurin. Unc. una in mortario subigi, tunc addi praescribit Terebinth. Unc. duas et postquam leni calore omnia optime mixta sunt, Aloës pulv. Drachm. duas, Ol. dest. Juniperi Unc. semis et Ol. Caryophyll. Drachm. unam.

BALSAMUM VIRIDE sec. GRAY ex Ol. Lini Libr. semis, Elemi Unc. duabus, Aerugin. Drachm. duabus constat.

BALSAMUM VIRIDE Ph. Palatinae.

Rec. Herb. Spicae cum Florib., Salviae, Hyssop., Majoranae, Thymi, Carvi cum Semine, Menth. aquat. et crisp., Plantag., Anthos, Alchemill., Consolid. saracen., Flor. Chamom., Rosar rubr. aa Unc. semis. Inc., cont. infundantur in Ol. Olivar., Rosar. aa Libr. duabus, Ol. Lini Libr. una, tunc adde Terebinth., Sagapen. aa Libr. unam, Oliban. el. Libr. semis. Digerantur in balneo Mariae, tunc colentur cum forti expressione et adhuc parum calidis addantur Ol. Spicae, Terebinth. et Petrae aa Unc. quatuor.

BALSAMUM VITAE seu Decoctum Aloës compositum Ph. Londin. Lebensbalsam oder zusammengesetztes Aloedecoct. *Baume de Vie* ou *Decoction d'Aloë composée.*

Rec. Succ. Liquir. Unc. semis, Ciner clavell. dep. Scrup. duos, Aloës et Myrrh. pulv., Croci aa Drachm. unam. Coque cum Aquae Octario uno ad Fluiduncias duodecim, colato adjice Tinct. stomachic. (Cardamom. comp.) Fluidunc. quatuor. — RENNIE compositio fere eadem est. (Olim Cineres clavell. omittebantur.)

BALSAMUM VITAE ALBUM v. Spiritus balsamicus.

BALSAMUM VITAE EXTERNUM, Balsamum Saponis seu saponaceum terebinthinatum, Balsamum Terebinthinae, Sapo terebinthinatus seu ex Oleo Terebinthinae volatile et Potassa Ph. Boruss., Spiritus Saponis compositus. Aeußerlicher Lebensbalsam, terpentinölhaltige Seife. *Baume de Vie externe, Baume de Savon* **ou** *de Térébenthine, Savon térébenthiné.*

Rec. Sapon. Venet. alb. pulv., Ol. Terebinth. aa Libr. unam, Ciner. clavell. dep. Unc. duas. Misce exactiss., ut f. Massa Unguento similis, flavescens. — *Vis:* resolvens, discutiens. — *Usus:* Externus.

Pharm. Danic. (1805), Slesvico-Holsaticae, Ph. Hassiae El. et Saxonicae formulae cum hac congruunt. — TR. MARTIUS Cinerem clavellatum antea in Triplo Aquae solvi proponit et omnia triturando misceri, donec in massam homogeneam spissiusculam coëant. — Ph. castrensis Borussica Sapon. commun. Unc. duas, Ol. Terebinth. Unc. quatuor et Ciner. clav. dep. Drachm. tres praescribit. — Disp. Fuldensis, Lippiaci et Ph. Herbipolit. formulae cum hac congruunt, nisi quod Sapon. Alicantinum praescribunt. — Balsamum Vitae externum THEDENI ex Ol. Terebinth. Unc. decem, Sapon. Venet. Libr. una et Ciner. clavellat. depur. Unc. una semis constat. — Balsamum Vitae externum PLENCKII sec. SPIELMANNUM fit ex Sapon. pulv. Unc. sex, Ol. Terebinth. Unc. duodecim et Sal. Tartar. Unc. semis. — VAN MONS Ol. Terebinth. Part. tres, Sapon. alb. Part. duas et Alcali vegetabil. caust. Part. unam semis in Aquae Part. dimidia solutam misceri proponit. — Idem sec. aliam formulam Terebinth. Part. unam, Tinct. Natr. caust. Part. duas et Sapon. Medull. Bovis Part. quatuor caloris ope in balneo Mariae solvi suadet.

BALSAMUM VITAE FUNKI sec. SPIELMANNUM.

Rec. Sal. Tartar. Unc. unam semis. Dissolvatur in Aq. font. Unc. viginti quatuor; addantur Ol. Terebinth. Unc. tres, Sapon. Venet. pulv. Unc. duae. Probe mixtis adjiciantur Spirit. Juniper. Unc. duae, Ol. Culilaban. Unc. tres. Misceantur.

BALSAMUM VITAE HOFFMANNI. Hoffmann's Lebensbalsam. *Baume de Vie d'HOFFMANN.*

Synon.: Balsamum aromatico-aethereum, Mixtura oleoso-balsamica.

Rec. Olei destillati Lavendulae,
» » Majoranae,
» » Caryophyllorum,
» » Macidis,
» » Cinnamomi aa Scrupulum unum,
» » Rutae,
» » Succini albi aa Scrupulum semis,
» Citri e Corticibus recens expressi,

Balsami Peruviani āā Scrupulum unum.
Olea cum Balsamo Peruviano misceantur et in
Spiritus Vini rectificati Unciis decem
solvantur, (si BALSAMUM VITAE HOFFMANNI cum MOSCHO et AMBRA sive COMPLETUM praescribitur, addi debent Moschi et Ambrae āā Gran. decem,) et post aliquot dierum moram filtretur Liquor. — Spiritus limpidus, laete flavo-fuscescens, odore suaveolente, aromatico-balsamico; (Balsamum completum simul Moschum et Ambram redolet) et sapore pungente aromatico, p. spec. 0,85. *Vis:* excitans, nervina, confortans, refocillans.

Sit Balsamum grate aromaticum supra ut bonae notae descriptum. Liquor debilis, parum aromaticus, rejiciatur.

Usus: Tam internus quam externus; per se adhibetur et mixturis aliisque vehiculis admiscetur.

Compositio haec recentioribus temporibus passim immutata est. — Ph. Borussicae, quae in terris Badensibus hucusque vim legis habebat, Hannoveranae, Ph. Hassiae El. et Oldenburg. formulae eo solummodo a nostra discrepant, quod Scrupuli semis loco Ol. Rutae et Succini āā Gutt. decem et Scrupuli unius Balsami Peruviani loco Drachm. semis praescribunt, Moschum et Ambram autem omittunt. — Ph. Borussica nova, Slesvico-Holsat. Oleorum supra memoratorum āā Scrup. unum et insuper Ol. Naphae par Pondus, porro Bals. Peruv. Drachm. unam et Spir. Vin. Gallic. fortioris Unc. decem misceri praescribunt, Ol. Succini autem omittunt. — Ph. Danicae formula cum Hannoveranae congruit, nisi quod Spir. Vin. rectificatiss. loco Spir. Rosar. rectificatissimum sumi jubet, atque Balsamum Radice Alkannae tingi proponit, — et si BALSAMUM VITAE AMBRATUM placeat, Ambrae griseae Gran. quindecim et Moschi Gran. decem admisceri suadet. — Editio nova Ol. Majoran., de Cedro et Rutae omittit et Spir. Rosar. loco Spiritum Vin. rectificatiss. praescribit. — Ph. Saxonicae formula etiam cum Hannoveranae convenit, et si BALSAMUM COMPLETUM expetatur, Ambram et Moschum sec. Ph. Danicam addi proponit. — Disp. Lippiacum Ol. Anthos, Major., Caryophyll., Flor. Cassiae, Rutae, Citri āā Scrup. unum, Ol Succin. rect. Scrup. semis, Bals. Peruv. nigr. Drachm. semis, Moschi Gran. quindecim, Ambr. griseae Gran. decem et Spir. Vin. rectificatiss. Unc. decem per 6 dies macerari, tunc filtrari praescribit. — AUGUSTIN ad BALSAMUM AROMATICO-AETHEREUM sec. HYMLI Bals. Peruv. Gran. quindecim, Ol. Lavend., Majoran., Caryophyll., Serpylli, Rutae et Succini āā Gutt. decem cum Spir. Vini rectificatiss. Unc. quinque misceri praescribit. — SPIELMANNUS Ol. Lavendul., Majoran., Caryophyll., Cubebar., Cardamomi āā Scrup. unum, Macid. Scrup. duos, Cinnamom. Scrup. unum, Rutae, Succin. et Balsam. Peruv. āā Scrup. semis, Ol. Citri Scrup. unum, Ambr. Scrup. semis in Spir. Vini rectificatiss. Unc. viginti solvi praescribit. — VAN MONS Flor. Lavendul., Herb. Rutae, Major. āā Unc. unam, Flav. Cort. Citri rec. Unc. semis, Cardam. min., Caryoph., Cinnamom., Macid. āā Drachm. tres cum Spir. Vini Unc. triginta duabus et Aquae Unc. sexaginta quatuor semper ebulliendo destillari proponit, donec Unc. duodeviginti elicitae sint, in quibus solvendae Bals. Peruv. Drachm. una et dimidia et Ol. Succin. rect. Drachm. semis. — Ph. Helvetica Ol. Caryoph., Cinnamom., Citri, Ligni Rhodii āā Drachm. semis, Ol. Anthos, Lavend., Macid., Major. āā Scrup. unum, Bals. Peruv. veri Drachm. unam, Ambr. griseae Scrup. semis, Salis Tartar. sicc. Unc. semis cum Spir. Anthos cohobati rectificatiss., ex Florib. rec. cum Spirit. Vini Gallic. opt. obtenti, Unc. decem per dies 8 in balneo arenae digeri, tunc filtrari jubet. — Formula antiqua TH. HOFFMANNI ex JUNGKEN.: Rec. Gumm. Bdellii, Sarcocoll., Ammoniac., Oliban., Mastich., Aloës hep., Myrrh., Styrac. liq., Ladani, Castorei, Bacc. Lauri, Bals. Indic. āā Unc. unam semis, Spic. Indic., Rad. Zedoar., Galang., Cubebar., Cardamom., Caryoph., Cinnam. et Croci or., Nuc. Moschat. āā Unc. semis. Pulveratis affunde Spir. Vini rect. ad 4 digitor. eminent., digere per 4 septimanas, tunc abstrahe spiritum, qui aliquoties, super species remanentes, cohobandus; postea admisce Ol. dest Macid., Caryoph., Rosar., Nuc. Moschat. dest., Cinnam., Citri, Aurant. Cort., Cymini, Anisi, Foeniculi, Zedoariae, Saturejae, Thymi, Cubebar., Lavendul., Salviae, Rutae, Pulegii, Spicae, Hyssopi, Majoranae, Chamom. Roman. et Anthos āā Drachm. duas. Digere iterum. Postremo divide in Part. duas aequales. Unam per se serva, alteri vero adde Ambr. griseae et Moschi opt. āā Drachm. duas. Signetur hic BALSAMUM VITAE CUM AMBRA ET MOSCHO. (Alias formulas parum differentes praetereamus; vid. etiam sequentes.)

BALSAMUM VITAE HUFELANDI Pharm. paup.
Rec. Ol. Lavend., Anthos, Bergamott., Bacc. Juniper., Terebinth. laricin. āā Drachm. semis, Spir. Vini rectif. Unc. decem. Mixta frigidae digestioni committantur et filtrentur per gossypium.

BALSAMUM VITAE DE LELIÈVRE v. Elixir de SPINA.

BALSAMUM VITAE RULANDI v. Balsamum Sulphuris.

BALSAMUM VITAE seu NERVINUM, Tinctura balsamica seu Succini aromatica Ph. Suecicae.

Rec. Ol. Caryophyll., Cinnamom., Lavendul., Nuc. Moschat. dest. āā Scrup. unum, Tinct. Succin. (Pharm. Suecic.) Unc. quatuor. Misceantur.

BALSAMUM VITAE DOMINI L. L. v. Elixir universale.

BALSAMUM VITAE Teichmeieri sec. Spielmannum.

Rec. Ol. (Quintar. Essentiar.) Citri Scrup. quatuor, Bergamott. Gutt. duodecim, Cinnamomi, Menthae āā Gutt. duodeviginti, Ol. Cardamom., Caryoph., Meliss. Turcic., Macid., Anthos, Lavendul. āā Gutt. duodecim, Ol. Rutae et Salviae āā Gutt. quinque. Dissolvantur in Spir. Vini alcalisati loti Unc. sex. Coloretur Rad. Alkannae suff. quantitate; filtrato liquori addatur Tinctur. Ambr. Drachm. semis. — Alia formula: Rec. Ol. Caryoph. Gutt. quindecim, Ol. Macid. Gutt. duodecim, Ol. Cardamom. Gutt. decem, Ol. Cubeb. Gutt. septem, Ol. Cinnam. Gutt. quatuor, Ol. Citr. Drachm. semis, Ol. Lign. Rhodii Gutt. quatuor, Ol. Salviae Gutt. decem, Ol. Menth., Lavend. āā Gutt. octo, Bals. Peruv. Drachm. unam, Moschi Gran. tria, Ambr. Gran. unum, Spir. Vini rectificat. Unc. tres. Digere per 8 dies et filtra.

BALSAMUM VITAE REFORMATUM sec. van Mons.

Rec. Ol. Succin. rect. Part. unam, Bals. Peruv. Part. tres, Spir. Lavend. et Aq. Coloniens. utriusque rectificatae āā Part. centum et viginti. Solve digerendo.

BALSAMUM VULNERARIUM Ph. Wirtemb., Balsamum vulnerarium commune seu Stahlii, Essentia seu Tinctura Terebinthinae. Wundbalsam. *Baume vulneraire, Teinture de' Térébenthine.*

Rec. Spir. Vini rectificatiss. Unc. sex, Terebinth. Venet. Unc. unam semis. Mixta solvantur in liquorem aurei coloris. — Ph. Gallicae formula cum hac congruit.

BALSAMUM VULNERARIUM v. etiam Balsamum Commendatoris (p. 112.) et Burrhy (p. 110.).

BALSAMUM VULNERARIUM Baumé.

Rec. Herb. rec. Plantag. utriusque, Telephii, Bugulae, Prunellae, Consolid. major, Saniculae, Ling. cervin., Veronicae, Absinthii, Geranii Robert., Millefolii, Pilosellae, Summit. Cent. min., Heder. terrestr, Quinquefolii, Flor. Hyperici āā Unc. duas. Conc. cont. adde Vini rubri, Spirit. Vini āā Unc. octo, Ol. Rosat. Libr. duas semis. Macera per 2 dies in balneo Mariae, tunc calefac ad ebullitionem, cola cum expressione et admisce Terebinthinae clarae Libr. unam. Misce calefaciendo et serva. (V. etiam Bals. polychrestum Lemeryi p. 119.)

BALSAMUM VULNERARIUM Dippeli v. Liquor.

BALSAMUM VULNERARIUM Mindereri.

Rec. Terebinth. Venet. Unc. unam semis, Elemi pulv. Unc. semis. Solvatur lenissimo igne, postea addantur Ol. Hyperic. infus. Unc. una semis, Ol. Hyperic. destill. Scrup. duo. Misce; fiat Balsamum.

BALSAMUM VULNERARIUM Stahlii, Liquor vulnerarius, Essentia seu Tinctura vulneraria Stahlii.

Rec. Tinct. Succin. ordinar. Unc. duas, Tinct. Myrrh. Unc. unam, Ol. Terebinth. Unc. semis. Misce, digere loco calido.

BALSAMUM VULNERARIUM ITALICUM le Mort.

Rec. Ol. Terebinth. Unc. quatuor, Olivar. Unc. duodecim, Laurin. Unc. decem, Junip., Spicae, Petrae, Hyperic. āā Unc. unam, Cerae citr. Unc. quatuor. Fiat l. a. Balsamum, quod si lubet, cum s. q. Santali tingatur.

BALSAMUM VULNERARIUM VEGETABILE v. Liquor.

BALSAMUM VULNERARIUM VIRIDE Ph. Argentoratensis.

Rec. Ol. Lini et Olivar. āā Unc. sex, Ol. Laurin. Unc. unam, Terebinth. Venet. Unc. duas. Leni igne liquefiant et refrigeratis admisceantur Aeruginis subtilissime tritae Drachm. tres, Aloës Succotr. pulv. Drachm. duae, Vitriol. alb. pulv. Drachm. una, Ol. destill. Bacc. Junip. Unc. semis, Ol. Caryoph. Drachm. una. Misceantur exactissime. — Haec formula cum BALSAMI VULNERARII METENSIUM ex Schroedero in summa rei congruit.

BALSAMUM VULNERARIUM VIRIDE EMENDATUM.

Rec. Ol. Olivar. Libr. unam, Terebinth. Venet. Unc. sex, Acet. Vini Unc. tres, Aerug. pulv. Drachm. unam. Misce, coque per quadrantem horae; semirefrigeratis addantur Galbani depurati, Mastich. et Myrrh. pulv. āā Unc. semis, Bals. Commendat. Drachm. duae, Spir. Vin. rectificatiss. Unc. semis. — Haec formula cum Schroederi in summa rei congruit.

BALSAMUM VULNERARIUM Wedeli.

Rec. Ol. Tartar. foetid., Bals. Peruv. āā Drachm. duas, Bals. Copaivae, Bals. Sulphuris āā Drachm. semis.

BALSAMUM DE St. Yves v. Balsamum ophthalmicum (p. 117.).

BALSAMUM ZIBETHI Timaei. Zibethbalsam. *Baume de Zibethe.*

Rec. Ol. Nucist. expr. Drachm. sex, Zibeth. Drachm. semis, Ambrae, Moschi āā Gran. quinque, Ol. Macid. dest. Gutt. tres. Misce; fiat Balsamum.

BALSAMUS idem quod Balsamum.

Quod de Aquis vetustioribus (p. 99.) memoravimus, non minus de formulis ad Balsama vetustiora valet, quas ideo ex eadem ratione praetereamus.

† **BARYTA ACETICA,** Acetas Barytae seu baryticus, Terra ponderosa acetata, Spathum ponderosum acetatum, Sal Aceti baryticum. Essigsaure Baryt- oder Schwererde, Barytacetat. *Acetate de Baryte* ou *de Terre pesante.*

Rec. Aceti concentr., aequali Pondere Aquae diluti, quantum vis. Leni calore calefactum ingere pedetentim Baryum sulphuratum pulveratum (vel Barytam carbonicam), donec liquor saturatus sit. Filtra, edulcora residuum in filtro et evapora liquorem clarum, si opus est, iterate filtrandum, lenissimo calore ad crystallisationis cuticulam; tunc relinque porro aëri evaporatione spontanea, donec sal crystallisatum sit. — Prismata exhibet hyalina, nitida, oblique rhomboidica vel irregulariter octogona cet.; sapore nauseoso pungente-salso; reagat paullum alcalium modo, aëre fatiscit et Aquam amittit; facilis solutu in aqua et quidem facilior in aqua frigida quam in aqua fervida; solubilis etiam in spiritu vini; calore forti decomponitur. (De ceteris proprietatibus conf. Salia barytica in Baryta pura.) — Inservit solummodo tanquam reagens in acidum sulphuricum.

† BARYTA CARBONICA, **Carbonas Barytae seu baryticus, Terra ponderosa aërata seu carbonica.** Kohlensaurer Baryt oder Schwererde. *Carbonate de Baryte, Baryte carbonatée, Craie barytique* ou *pesante.*

Rec. Baryi sulphurati subtilissime pulverisati quantum vis. Coque cum vigintiAquae purae Partibus per semihoram, filtra et edulcora residuum sedulo, tunc admisce liquori filtrato, claro, diluto, Solutionis Salis volatilis vel Salis Sodae purae quamdiu praecipitatum oritur, quod aqua purissima optime edulcora, sicca et serva. (Parari etiam potest praecipitando Solutionem Terrae ponderosae salitae cum Solutione Salis cujusdam alcalini aërati, vel coquendo Barytam sulphuricam laevigatam aut artificialem cum pari Pondere Ciner. clavell. dep. vel duplo Salis Sodae crystall. per aliquot horas, filtrando miscellam fervidam et edulcorando residuum celeriter aqua bulliente.) — Pulvis niveus, ponderosus, impalpabilis, insipidus, in acido salis, nitri cet. inter effervescendum dissolubilis, solutio acido sulphurico penitus praecipitatur. — Constat ex Barytae et Acidi carbonici aequalibus Pond. Mixt. — *Vis:* toxica. — *Usus:* Per se non tanquam medicamentum adhibetur; inservit praecipue ad paranda alia salia barytica.

† BARYTA CHLORICA seu **CHLORINICA**, **Baryta muriatica hyperoxygenata, Chloras Barytae seu baryticus.** Chlorsaurer Baryt, überoxydirt salzsaurer Baryt. *Chlorate de Baryte.*

Rec. Kali chlorici quantum vis. Solve in sufficiente quantitate Aquae fervidae et admisce Acidum fluo-silicicum paullum in excessu, post aliquod tempus filtra cum expressione et digere acidum chloricum impurum, hoc modo obtentum, cum Baryta pura, donec liquor saturatus sit, qui filtrandus et evaporatione in crystallos redigendus. — Prismata exhibet decolora, pellucida, tetragona, saepius tabularia, sapore ingrato corrugante, aëre immutabilia, facilia solutu in aqua, in spiritu vini non. — Constat ex Barytae et Acidi chlorici aequalibus Pond. Mixt. — Calore decomponitur, Oxygenium emittit et Baryum chloratum relinquit, cum corporibus combustibilibus igne detonat et quidem cum Sulphure flammam pulcherrime smaragdinam praebet. — *Vis:* toxica. — Ad parandum acidum chloricum et ad ignem artificiosum (Feuerwerk) inservit.

BARYTA HYDRATA v. Baryta pura.

BARYTA HYDRIODICA, **Baryum iodatum, Hydriodas Barytae, Iodetum seu Ioduretum Baryi.** Hydriodsaurer Baryt, Jodbaryum. *Hydriodate de Baryte, Iodure de Burium.* — Cum Baryta pura, Ferro, Iodo et Aqua uti Calcaria hydriodica obtinetur. — Crystallos exhibet tenuissimas, aciculares, facile solubiles in Aqua; solutio aëre colorem fuscum assumit. — Novissimis temporibus tanquam medicamentum proponitur. Non autem nisi summa cum circumspectione praeparatum perniciosum applicandum.

BARYTA HYDROTHIONICA v. Baryum sulphuratum.

† BARYTA IODICA, **Iodas Barytae seu baryticus.** Jodsaurer Baryt. *Iodate de Baryte.*

Rec. Natr. iodici quantum vis. Solve in Aq. calida et admisce Solutionem Terrae ponderosae salitae, quamdiu praecipitatum enascitur, quod post refrigerationem Aqua frigida edulcora et serva. — Pulvis albus granuloso-crystallinus, fere insolubilis in aqua, igne decomponitur, cum corporibus combustibilibus languide detonat. — *Part. const.* Barytae chloricae analogae. — *Vis:* toxica. — Ad parandum acidum iodicum (p. 20.) inservit.

BARYTA MURIATICA v. Terra ponderosa salita.

† BARYTA NITRICA, **Nitras Barytae seu baryticus, Barotes seu Barytes nitratus sive Nitri, Nitrum Barytae seu Terrae ponderosae, Nitrum ponderosum.** Salpetersaurer Baryt, Baryt- oder Schwererde-Salpeter. *Nitrate de Baryte, Nitre de Terre pesante.* — Obtinetur dissolvendo Barytam carbonicam in Acido Nitri diluto et evaporando liquorem clarum saturatum ad crystallisationem. — Octaedras exhibet regulares et crystallos inde derivandas, decolores, pellucidas, sapore ingrato acri-salso et amaro, aëre immutabiles; calore sal decomponitur et cum corporibus combustibilibus calefactum detonat; in aqua mediocriter solubilis. — *Part. const.* Acidi Nitri et Barytae aequalia Pond. Mixt. — *Vis:* uti reliqua salia barytica, toxica. — *Usus:* Tanquam

reagens et ad parandam Barytam puram inservit.

† BARYTA PHOSPHORICA, Phosphas Barytae seu baryticus, Terra ponderosa phosphorata seu phosphorica. Phosphorsaurer Baryt oder Schwererde. *Phosphate de Baryte.* — Obtinetur praecipitando Solutionem Terrae ponderos. salit. Solutionis Ammonii phosphorici ope, quae solutio saturando Acidum phosphoricum impurum (Calcariam phosphoricam acidam) cum Spirit. Salis Ammoniaci paratur, edulcorando praecipitatum et siccando. — Pulvis albissimus, tener, insipidus, insolubilis in aqua, solubilis autem in acido salis, nitri, cet. — Ad parandum Acidum Phosphori, Sodam phosphoratam, cet. inservire potest.

† BARYTA PURA seu CAUSTICA, Terra ponderosa caustica, Baryum oxydatum, Oxydum Baryi seu barycum, Protoxydum Baryi. Reiner, ätzender Baryt oder Schwererde, Barymoxyd. *Baryte, Terre pesante, Protoxyde de Barium.* — Obtinetur calcinando Barytam nitricam in crucibulo argenteo vel retorta lapidea igne gradatim aucto ad incandescentiam fortiorem usque, donec Gas evolvi cessaverit. Massa restans post refrigerationem statim asservanda. — Massa terrea, cinerascente-alba, friabilis, p. sp. 4,0, sapore percaustico-corrugante; igne fortissimo vix funditur. — Constat ex Baryi et Oxygenii aequalibus Pond. Mixt. — Aqua irrorata valde fervescit, exstinguitur uti calx viva et in Barytam hydratam, Hydratem Barytae, Barythydrat, convertitur. In aqua ipsa non parum solubilis, aquae frigidae viginti et aquae ebullientis duas solummodo Partes ad solutionem requirit. Solutio fervida concentrata refrigescens crystallos deponit, Barytam crystallisatam, Barytkrystalle, exhibentes. (Barytam hydratam et crystallisatam etiam decomponendo Solutionem Baryi sulphurati ope Magnesiae Vitriariorum vel Cupri oxydati aut Plumbi oxydati hydrati parari potest. Coquitur enim Solutio cum sufficiente quantitate harum substantiarum, donec liquor filtratus cum solutione sacchari saturni non amplius coloretur, tunc filtrandum). — Cum acidis salia format barytica, quae, si solubilia, omnia acidi sulphurici et salium sulphuricorum ope praecipitantur, spathum ponderosum (I. 335.) praebentia. — *Vis:* magnopere caustica, toxica. — *Usus:* Ad parandam Aquam Barytae (p. 48.) et Baryum hyperoxydatum praecipue inservit.

BARYTA SULPHURATA v. Baryum sulphuratum.

BARYTES seu Barotes = Baryta.

BARYUM HYPEROXYGENATUM seu hyperoxydatum, Hyperoxydum Baryi. Barymhyperoxyd. *Hyperoxyde* ou *Deutoxyde de Barium.*

Rec. Barytae purae pulv. quantum vis. Calefiat in crucibulo platineo vix ad incandescentiam usque, immittatur tunc sensim in parvis portionibus Kali chloricum, quamdiu massa inde leviter incandescit; tunc Aqua affunditur et pulvis restans edulcoratur aqua frigida. Paratur etiam introducendo in Barytam puram in tubo porcellaneo ad incandescentiam vix calefactam Aërem vitalem (p. 27.), donec non amplius absorbeatur. — Massam exhibet albido-griseam, friabilem, fere insipidam, vix alcalium modo reagens. — Constat ex Baryi 1 et Oxygenii 2 Pond. Mixt. Calore fortissimo Oxygenium amittit et in Barytam causticam immutatur. Insolubilis in aqua, quacum autem sese jungit, Hydratum Baryi hyperoxydati praebens, quod secundum primam nostram praescriptionem obtinetur. — Pulvis albus, pariter insipidus et insolubilis in aqua. Solvitur in acido salis aqua magnopere diluto sine effervescentia. — Ad parandam Aquam oxygenatam (p. 83.) inservit.

† BARYUM SULPHURATUM. Schwefelbaryum. *Sulphure de Barium.*

Synon.: Sulphuretum Baryi, Baryta sulphurata, Hepar Sulphuris baryticum seu Terrae ponderosae. Schwefelbaryt, Baryt- oder Schwererde-Schwefelleber.

Rec. Spathi ponderosi laevigati
Libras duas,
Pulveris Carbonum subtilissimi
Uncias sex,
Farinae cerealis Uncias tres.

Misce exactissime et fiat cum sufficiente Aquae quantitate massa tenax, massae pilularum consistentia, ex qua formentur globuli vel cylindri breves, sesquipollicem circiter crassi; exsiccentur lente aëre, tunc stratificentur in furno aenemeo carbonibus, qui lente accenduntur, augeatur tunc ignis, et post vehementem incandescentiam per horam claudatur furnus et tegantur carbones cineribus. Post refrigerationem eximitur productum et servatur in vasis clausis. — Massam exhibet hepaticam, plus minus nigrescentem, sapore percaustico et sulphurino.—Constat praecipue ex Baryi et Sul-

phuris aequalibus Pond. Mixt. — Modice, semper autem partim solummodo, solubilis in aqua; solutio concentrata calida, flavescens, in frigore crystallos demittit albas, pellucidas, tabulares, BARYTAM HYDROTHIONICAM, Hydrothionsauren Baryt, (sive Baryum sulphuratum hydratum), exhibentes, aëre mox flavescentes. — *Vis:* caustica, venenata.

Sit Baryum sulphuratum supra ut bonae notae descriptum; sit majori ex parte in aqua solubile; massa autem vix caustica et sulphurina, minori tantum ex parte solubilis in aqua, removeatur.

Usus: Ad parandam Terram ponderosam salitam et alia Salia barytica uti et Barytam hydratam (v. supra) inservit.

BENEDICTA SOLUTIVA Nicolai Ph. Augustanae.

Rec. Rad. Turpeth. el., Sacchar. āā Drachm. decem, Diacrydii sulphurati, Rad. Esulae ppt., Hermodactyl., Flor. Rosar. āā Drachm. quinque, Caryoph., Spicae Indic., Rad. Zinzib., Croci, Sem. Saxifrag. ver., Piper long., Sem. Amomi veri, Cardam. min, Sem Apii, Petrosel., Milii Solis, Foenic, Asparag., Carvi, Rusci, Salis Gemmae, Rad. Galang., Macid. āā Drachm. unam, Mell. desp. opt. Libr. unam semis. Misce; f. l. a. Electuarium.

BEZOARDICUM ANIMALE. Natterpulver. *Poudre de Vipères.* — Est Pulvis Viperarum Italicarum.

BEZOAR seu BEZOARDICUM ANIMALE Bateanum. — Obtinetur affundendo in Cornu Cervi ppt. Spir. Vitrioli q. s., ut fiat Pasta, ex qua formentur globuli, qui statim exsiccandi.

BEZOARDICUM CURVI COMPLETUM et INCOMPLETUM v. Decoctum.

BEZOARDICUM CORNU CERVI Grimmii sec. Trillerum.

Rec. Rasur. Corn. Cervi, Cornu Cervi philosophice ppt., Cornu Cervi usti ppt. āā Unc. duas, Sal. volatilis Cornu Cervi Drachm. unam, Sulphur philosophice ppt. Drachm. duas, Terrae sigill Zeylanic. Unc. semis, Lapid. Bezoard. Orient. Drachm. tres, Fol. Auri Nro. quinque, Ol. dest. Cinnam. Gutt. decem. M., f. Pulv. subtilissimus. (Bezoardicum Cornu et Ungulae Alcis, Bezoardic. Cornu Rhinocerotis et Bezoard. viperinum Grimmii similes sunt compositiones. — V. etiam Pulvis.)

BEZOARDICUM JOVIALE. Zinnbezoar. *Bezoar jovial.*

Rec. Regul. Antim. simpl. Unc. quatuor, Stann. Anglic. Unc. duas. Fundantur simul in crucibulo, effusa atque refrigerata pulverisentur, postea additis Mercur. sublim. Unc. octo atque optime in mortario vitreo mixtis ad intimiorem solutionem, reponantur per aliquot dies noctesque in cellam, tum retortae immissa destillentur, Butyri Antimonii instar; liquor, qui prodit, affusa magnae aquae fontanae quantitate diluatur, et praecipitabitur pulvis albus, qui repetita aquae tepidae affusione, edulcoratus et siccatus, cum triplo Nitri detonetur. Postea, affusa multa aqua omni salsedine privatus servetur. Hoc labore praeter necessitatem copioso nihil aliud obtinetur, nisi Antimonium diaphoreticum ablutum (p. 36), Stanni oxydati particulas, ut veri est simile, continens. (Conf. etiam Antihecticum Poterii l. cit.)

BEZOARDICUM LUNARE Disp. Viennens. Silberbezoar. *Bezoar d'Argent.*

Rec. Regul. Antim. lunaris Libr. semis, Nitr. dep. Libr. unam semis. Misceantur, detonentur, bene edulcorentur et siccentur. — Aliae formulae ad parandum Bezoardicum lunare saepius nihil aliud praebent nisi Antimonium diaphoreticum vel Acidum stibicum passim Argento chlorato uti et Cupro oxydato mixtum. (Vid. etiam Pulvis Viennensis albus virgineus.)

BEZOARDICUM MARTIALE, Pulvis cachecticus Ludovici, Specificum stomachicum Poterii. Bezoardisches Eisen- oder Ludovici's eröffnendes Pulver. *Bezoar martial* ou *Poudre cachectique de Ludovici* — sec. Ph. Wirtemb. — Eadem methodo, qua praecedens Bezoardicum joviale, paratur, Reguli jovialis loco, Regulo martiali sumto. — Sec. Ph. Helvetic. et Spielmannum Limat. Martis Unc. quatuor et Antimon. crudi Unc. sex (āā Unc. sex Sp.) cum Nitr. dep. Libr. duabus semis (Nitr. crud. Libr. tribus Sp.) detonantur et calcinantur. Calx probe edulcoratus servatur. — Praeparatum primum cum Antimonio diaphoretico abluto convenit, praeparato posteriori autem Crocus Martis admixtus est.

BEZOARDICUM MERCURIALE — pariter nihil aliud est nisi Acidum stibicum vel stibiosum.

BEZOARDICUM MINERALE. Mineralischer Bezoar- oder Widergift. *Bezoar mineral.*

Rec. Mercur. Vitae Unc. duas, Nitr. cryst. exsicc. Unc. sex. Misceantur et in crucibulo, per vices ingerendo, lenissime detonentur. Massa alba salina aqua fontana solvitur atque edulcoratur. Pulvis subsidens leni calore exsiccatur. — Praeparatum hoc pariter cum Antimonio diaphoretico abluto congruit. — Sec. alias formulas Butyrum Antimonii repetitis vicibus Acido Nitri tractatur et residuum denique candefit. — Hoc modo obtinetur Acidum stibicum vel stibiosum purum.

BEZOARDICUM SATURNI sec. Bate. Bleibezoar. *Bezoar de Saturne.* — Fit Tincturam extrahendo ex Vitro Saturni (quod fieri potest ex Minio et Silicia) cum Butyro Antimonii non rectificato et cum Spirit. Nitri figendo l. a.

BEZOARDICUM SOLARE sec. Disp. Vien-

nense. Goldbezoar. *Bezoar d'Or.* — Fit ex Reguli Antimonii puri (methodo praeter necessitatem copiosa obtenti) Part octo et Auri Part. una, quae flando jungenda, tunc refrigerata et pulverisata cum tripla Nitri quantitate detonanda, edulcoranda et siccanda. (Alias praescriptiones plerumque ineptas praetereamus.)

BEZOARDICUM VENERIS sec. BATE. Kupferbezoar. *Bezoar de Cuivre.* — Fit Tincturam eliciendo ex Squamis Cupri cum Butyro Antimonii rectificato et figendo per Spir. Nitri.

BICARBONAS, BIOXALAS, BISULPHAS, BISULPHURETUM, BITARTRAS cet. v. quaeque Nomina Basium vel Nomina antiqua.

BISMUTHUM OXYDATUM ALBUM seu Bismuthum nitricum sive subnitricum et BISMUTHUM CHLORATUM PRAECIPITATUM v. Magisterium Marcasitae.

BOLI ADSTRINGENTES BORIES. Bories adstringirende Bissen. *Boules adstringentes Bories.*

Rec. Lap. Haematit. Drachm. semis, Boli Armen. Scrup. duos, Corn. Cerv. rasp. Drachm. tres, Extr. Tormentill. Drachm. unam. M., fiant cum s. q. Syr. Menth. Boli quatuor.

BOLI ADSTRINGENTES BRERA.

Rec. Alumin. pulv. Gran. decem, Catechu Gran. quinque, Kino Gran. sex, Conserv. Rosar. q. s. M., f. Bolus unus.

BOLI ADSTRINGENTES ELLIS, seu ex Alumine LEWIS.

Rec. Alumin., Extr. Chin., Nuc. Moschat. aa Gran. decem, Syr. simpl. q. s. ut f. Bolus unus.

BOLI ADSTRINGENTES PARMENTIER.

Rec. Catech. Gran. duodecim, Extr. Opii Gran. semis, Conserv. Rosar. q. s.

BOLI ADSTRINGENTES seu RATANHIAE sec. CADET.

Rec. Extr. Ratanh. Drachm. semis, Alumin. Gran. decem, Conserv. Cynorrhodi Drachm. unam, Syr adstringent. q. s. F. Boli viginti. — Alia formula: Rec. Extr. Ratanh. Scrup. unum, Conserv. Rosar. rubr. Drachm. unam, Syr. Cort. Aurant. q. s. F. Boli octo.

BOLI ADSTRINGENTES Ph. Lusitan. edit. vetustioris.

Rec. Cort. Simarub. pulv. Drachm. unam, Catech. Scrup. unum, Pulv. aromat. Gran. duodecim. Fiant cum Syr. comm. Boli tres.

BOLI ADSTRINGENTES PIERQUIN.

Rec. Rad. Hypecac. Gran. unum semis, Alumin. Gran. sex, Electuar. Diascord. q. s. ut f. Bolus unus. — Alia formula ex Rad. Hypecac. Gran. uno cum dimidio, Laudani liquidi SYDENHAMI Gran. uno et Conserv. Cynorrhod. q. s. constat. (V. etiam Boli antigonorrhoici.)

De BOLIS ADSTRINGENTIBUS v. etiam Boli antigonorrhoici et ad Diarrhoeam.

BOLI ALEXIPHARMACI LEWIS. Schweißtreibende Bissen. *Boules alexipharmaciques.*

Rec. Pulv. Contrajerv. comp. Scrup. semis, Syr. Papav. Rhoead. q. s. F. Bolus unus. — Alia formula: Rec. Pulv. Rad. Contrajerv. Scrup. semis, Syr. Croci q. s. F. Bolus unus. — Alia formula: Rec. Pulv. Rad. Serpent. Virg. Scrup. semis, Confect. Alkerm. q. s. F. Bolus unus. — Alia formula: Rec. Camphor. Gran. duo, Croci Gran. quinque, Confect. Cardiac. Scrup. unum. F. Bolus unus. — Alia formula: Rec. Moschi Gran. decem, Confect. Cardiac. Scrup. unum. F. Bolus unus. — Alia formula: Rec. Moschi Gran. decem, Sal. Corn. Cerv. vel Alcal. volat. sicc. Gran. quinque, Extr. Opii Gran. semis, Syr. Croci q. s. F. Bolus unus.

BOLI ALTERANTES SAUNDERS. Saunders alterirende Bissen. *Boules alterantes de SAUNDERS.*

Rec. Resin. Guajaci Gran. decem, Mithridat. DAMOCRAT. Scrup. duos, Syr. simpl. q. s. Fiat Bolus unus. — Alia formula ex Res. Guajac. Drachm. semis, Cons. Aurant Scrup. duobus et Syr. simpl. q. s. constat. — SWEDIAUR Resin. Guajac. Drachm. semis, Ol. Tereb. Gutt. viginti quatuor et Syr. Papav. alb. q. s. ad unum Bolum sumi proponit.

BOLI ALTERANTES PRO EQUIS sec. RENNIE.

Rec. Aloës Barbadens. Drachm. decem, Calomel. Drachm. tres (vel Merc. subl. corr. Gran. decem), Sem. Carvi Unc. unam, Rad. Zingib. Drachm. tres, Ol. Caryoph. Gutt. quinquaginta, Melasses et Amyli aa q. s. ad formandam massam in Bolos quatuor dividendam.

BOLI EX ALUMINE LEWIS v. Boli adstringentes.

BOLI AMARI sec. CADET. Bitterbissen. *Boules amères.*

Rec. Extr. Centian., Absinth., Centaur. min., Catechu aa Unc. unam, Syr. Chin. q. s. F. Boli triginta.

BOLI seu GLOBULI ANODYNI PRO EQUIS sec. GRAY et RENNIE.

Rec. Opii Drachm. semis ad unam, Sapon. Hisp. Drachm tres (duas ad quatuor GR.) Rad. Zinzib pulv. Drachm. unam ad duas, Sem. Anisi pulv. Unc. semis ad unam, Ol. Carvi Drachm. semis, Melasses q. s., ut f. Bolus unus.

BOLI ANTHELMINTICI Ph. Gallic. ex edit. RATIER et HENRY. Wurmtreibende Bissen. *Boules anthelmintiques.*

Rec. Resin. Jalapp. Gran. octo, Rad Valer. Drachm. semis, Sem Cinae Drachm. unam F. cum Syr. comm. q. s. Boli duo. — Formul. des hopit. milit. de France Sem. Cinae Gran. decem, Calomel. Gran. duo et Mell. desp. q. s. praescribit ad Bolum unum.

BOLI ANTHELMINTICI RICHARD.

Rec. Pulv. Corallin. off., Pulv. Seminis Contra aa Drachm. semis, Calomel. Gran. decem, Roob Dauci q. s., ut f. Boli octo. — Alia formula: Rec. Gumm. Gutt. Gran. octo, Calomel. Gran. quinque, Mucil. Gumm. Mimos. q. s., ut f. Bolus.

BOLI ANTHELMINTICI ET ANTISPASMODICI BRERA.

Rec. Calomel. Gran. sex, Asae foet. Scrup. unum, Extr. Valer. Scrup. duos. F. Boli octo.

BOLI ANTHELMINTICI LAXANTES seu Scammonii compositi Brera.
Rec. Calomel. Gran. sex, Diacryd. sulphurati Gran. octo, Roob Sambuc. q. s. F. Boli quatuor.

BOLI ANTHELMINTICO-NERVINI Brera.
Rec. Mercur. dulc. Gran. quatuor ad octo, Extr. Valer. Scrup. duos. F. Boli quatuor.

BOLI ANTHELMINTICO-PURGANTES Noufferi sec. Spielmannum.
Rec. Calomel., Diacryd. ppt. ãã Gran. decem, Gumm. Gutt. Gran. sex. Pulverisata redigantur cum Confect. de Hyacinth. q. s. in Bolum.

BOLI ANTHELMINTICO-TONICI seu VERMIFUGI Brera.
Rec. Calomel. Gran. quatuor, Extr. Absinth. Drachm. unam. F. Boli quatuor. – Alia formula: Rec. Calomel. Gran. quatuor, Extr. Sem. Cinae Drachm. unam. F. Boli quatuor. — Alia formula: Rec. Helminthochort. pulv., Extr. Sem. Cinae, Extr. Valer. ãã Scrup. unum. F. Boli sex. — Alia formula praeterea Extr. Valerian. Scrup. unum addi jubet. (V. etiam Boli vermifugi.)

BOLI ANTIARTHRITICI Ph. Sardoae. Gichtbissen. *Boules antiarthritiques.*
Rec. Ol. Tereb. Gutt. viginti quatuor, Mell. elect. Gran. triginta sex. M., f. Bolus unus. (Ad formandum Bolum autem pulverem quemcunque, v. g. Rad. Liquir., q. s. addi oportet.)

BOLI ANTIASTHMATICI. Bissen gegen Engbrüstigkeit. *Boules contre l'Asthma* sec. Cadet.
Rec. Conserv. Apii, Extr. Enulae ãã Drachm. unam, Flor. Sulphur., Gummi. Ammon. ãã Drachm. semis, Oxym. scillit. q. s. Fiant Boli Granorum decem.

† BOLI ANTICATARRHALES Hosp. de Montpell. Bissen gegen Catarrh. *Boules anticatarrhales.*
Rec. Morph. acet. Gran. duo, Extr. Hyosc. Gran. sex, Bals. Sulphur. anis., Extr. Liquir. ãã Gran. duodeviginti, Croci, Gum. Tragac., Mell. opt. ãã Drachm. semis, Butyr. Cacao Drachm. unam. M., f. Boli triginta sex.

BOLI ANTICHLOROTICI cet. v. Boli emmenagogi, incitantes et martiales.

BOLI ANTICONVULSIVI Brera. Bissen gegen Krämpfe. *Boules contre les Convulsions.*
Rec. Magister. Marcasit., Castor. opt. ãã Gran. unum, Mell. desp. et Pulv. Rad. Liquir. ãã q. s. F. Bolus unus.

BOLI ANTIDYSENTERICI sec. Cadet et St. Marie. Ruhrbissen. *Boules contre la Dysenterie.*
Rec. Rad. Hypecac. pulv. Gran. duo, Elect. Theriac. Scrup. unum, Cretae ppt. q. s., ut f. Bolus unus.

BOLI ANTIFEBRILES seu FEBRIFUGI Brera.
Rec. Chinii sulphurici Gran. tria, Micae Panis q. s., ut fiat Bolus unus. — Alia formula: Rec. Cinchonii sulphurici Gran. tria, Micae Panis, Mellis, Pulv. Rad. Liquirit. ãã quant. suff., ut fiat Bolus unus. — Alia formula: Rec. Piperini opt. Scrup. unum, Medullae Panis q. s., ut fiant Boli decem. (V. etiam Boli febrifugi.)

BOLI ANTIFEBRILES ADSTRINGENTES Brera.
Rec. Chinii sulphur. Gran. duodecim, Opii theb. Gran. duo, Mell. desp. q. s. Fiant Boli quatuor.

BOLI ANTIGONORRHOICI Pierquin et St. Marie. Bissen gegen Tripper. *Boules contre la Chaude-Pisse.*
Rec. Terebinth. Venet. Scrupul. unum ad duos. Contere cum Vitello Ovi unius et adde Pulv. Rad. Liquir. q. s. Fiant Boli quatuor.

BOLI ANTIGONORRHOICI seu Vias urinarias excitantes, Boli adstringentes seu roborantes sec. Formulaire à l'usage des hopit. milit. de France.
Rec. Bals. Copaivae, Conserv. Rosar. ãã Drachm. unam, Pulv. Liquirit. q. s., ut fiat Massa mollis. — Ratier et Richard praescribunt Bals. Copaivae Drachm. duas, Gumm. Arabici Unc. unam, Pulv. Liquirit. q. s., ut fiat Massa mollis. — Alia formula: Rec. Pulv. Chinae Drachm. duas, Cort. Granati Drachm. unam, Bals. Copaivae q. s. ad formandos Bolos Granor. duodecim. — Cadet Balsami Copaivae Drachm. duas, Pulv. Rad. Gentian., Zedoar., Croci ãã Gran. duodecim, Elix. Proprietatis Gutt. viginti et Syr. Menth. q. s. praescribit, ut fiant Boli octoginta. — Pierquin Saponis amygdalini Unc. unam, Bals. Copaivae Drachm. quinque et Catechu q. s. sumi proponit, ut fiant Boli septuaginta duo.

BOLI ANTIHAEMORRHOIDALES sec. Cadet et St. Marie. Bissen gegen Hämorrhoiden. *Boules contre les Hémoroïdes.*
Rec. Flor. Sulphur. Scrup. quatuor, Elect. catholici Scrup. octo. Fiant Boli quatuor. — Saunders Flor. Sulphur. Scrup. duos, Elect. lenitivi Drachm. duas, Syr. domestic. q. s. praescribit, ut fiant Boli duo.

BOLI ANTIHYSTERICI Ph. Nosocom. Edinburg. Bissen gegen Mutterweh. *Boules contre l'Hysterie.*
Rec. Castor. opt. Scrup. unum, Ammon. carb. Gran. quinque, Syr. simpl. q. s., ut f. Bolus.

BOLI ANTILACTOSI seu Lac pellentes. Milchvertreibende Bissen. *Boules antilaiteuses* Hopit. de Lyon.
Rec. Terrae foliatae Tartari Scrup. unum, Conserv. Flor. Calendulae q. s. Fiat Bolus unus.

BOLI ANTIPSORICI Ph. Lusit. antiq. Krätzbissen. *Boules contre la Gâle.*
Rec. Flor. Sulphur. lot. Drachm. semis, Extr. Fumar. q. s. Fiant Boli duo. — Alia formula: Rec. Flor. Sulphur. lot. Drachm. unam, Sapon. medicati Drachm. semis, Syr. Gentian. q. s. Fiant Boli novem.

BOLI ANTIPSORICI Richard.
Rec. Flor. Sulph. Gran. octo, Sap. medic. Gran. quatuor, Syr. Absinth. q. s., ut f. Bolus.

BOLI ANTISCORBUTICI Pierquin. Bissen gegen Scorbut. *Boules contre le Scorbut.*
Rec. Extr. Chinae Gran. quindecim, Extr.

Rhabarbari Gran. quatuor, Syr. Cort. Aurant. q. s. Fiat Bolus unus.

BOLI ANTISCROPHULOSI v. Boli contra Strumam (p. 138.).

BOLI ANTISPASMODICI PIERQUIN. Krampfstillende Bissen. *Boules antispasmodiques.*

Rec. Camphorae Gran. sex., Nitri Gran. dimidium, Conservae Valerian. q. s. Si requiritur, adde Moschi Gran. sex, Opii Gran. semis. Fiat Bolus unus. — Alia formula: Rec. Opii Gran. semis, Camphorae Gran. tria, Nitri Gran. decem. et Conserv. Rosar. q s. Fiat Bolus unus. — Alia formula: Rec. Pulv. temperant. STAHLII Gran. quindecim ad viginti, Camphorae Gran. quatuor, Nitri Gran. sex, Conservae Tiliae, et Syrupi Stoechadis ãã q. s. Fiat Bolus unus.

BOLI ANTISPASMODICI sec. BUCHAN.

Rec. Pulv. Rad. Serpent. Virg. Drachm. semis, Asae foet. Gran. duodecim, Camphorae Gran. sex, Syr. Croci q. s., ut f. Boli duo.

BOLI ANTISPASMODICI sec. ELLIS.

Rec. Rad. Valerianae Drachm. unam, Croci Martis aperitivi (Ferri sub-carbonici) Scrup. semis, Mucil. Gumm. arab. q. s. Fiat Bolus unus.

BOLI ANTISPASMODICI sec. BORIES.

Rec. Moschi opt., Nitri dep. ãã Gran. sex, Camphorae Gran. quatuor, Conserv. Valerianae q. s. Fiant Boli quatuor. — CADET et ST. MARIE Moschi Gran. decem, Cinnabaris Gran. quinque et Conserv. Flor. Aurant q. s. ad duos Bolos praescribunt. — SAUNDERS Moschi Grana decem, Conserv. Cort. Aur. Drachm. semis et Syr. simpl. q. s. ad unum Bolum. — SWEDIAUR Moschi Gran. decem ad quindecim, Conserv. Cort. Aurant. Drachm. semis, et Syr. simpl. q. s. praescribit.

BOLI ANTISPASMODICI et ANTICONVULSIVI seu antihysterici BRERA.

Rec. Asae foetidae, Castorei ãã Scrup. unum. Fiant Boli quatuor. — Alia formula: Rec. Asae foetid., Castorei ãã Scrup. unum. Fiant Boli sex. — CADET Asae foetid., Camphor. ãã Gran. decem, Rad. Serpent. Virg. Drachm. unam, Extr. Opii aq. Grana decem et Roob Sambuci q. s. ad Bolos viginti quatuor praescribit. — Alia ejusdem et PIERQUINI formula Asae foetid., Extr. Valer. ãã Drachm. unam. Castorei, Rad. Valer., Succin. ãã Unc. semis, Camphor. Scrup. unum et Syrup. Succini q. s. praescribit, ad formandos Bolos Granorum sex pondere.

BOLI ANTISPASMODICI seu diaphoretici sedantes BRERA.

Rec. Flor. Zinci, Extr. Aconiti ãã Gran. quatuor, Sulph. Antim. aur. Gran. duo, Pulv. R. Liquirit. et Mellis ãã q. s. Fiant Boli quatuor.

BOLI ANTISYPHILITICI BRERA. Antisyphilitische Bissen. *Boules antisyphilitiques.*

Rec. Auri muriatici Gran. dimidium ad duo, Extr. Aconiti Gran. sex ad duodecim. Fiant Boli sex.

BOLI ANTISYPHILITICI ET RESOLVENTES BRERA.

Rec. Mercurii MOSCATI Gran. unum semis, Extr. Aconiti Gran. duodecim. Fiant Boli quatuor.

BOLI ANTISYPHILITICI ET STOMACHICI BRERA.

Rec. Merc. MOSCATI Gran. unum ad quatuor, Extr. Gentianae Drachm. unam. Fiant Boli tres.

BOLI ANTIVENEREI seu in Necrosi syphilitica BRERA.

Rec. Merc. praec. rubr. Gran. unum, Aethiopis antim. Gran. quadraginta octo, Roob Sambuci et Pulv. Liquirit. ãã q. s. F. Boli octo.

BOLI AROMATICI SAUNDERS. Saunders aromatische Bissen. *Boules aromatiques de SAUNDERS.*

Rec. Nuc. Moschat. Scrup. unum, Elect. Diascordii Scrup. duos, Syr. Papav. albi q. s. Fiat Bolus unus.

BOLI E CAMPHORA LEWIS. Kampherbissen. *Boules camphrées.*

Rec. Camphorae Scrup. semis, Gumm. Arabici Drachm. semis, Syr. Althaeae q. s. F. Bolus unus.

BOLI CAMPHORATI SAUNDERS.

Rec. Camphorae pulv. Scrup. semis, Conserv. Cynorrhodi Scrup. unum. Fiat Bolus unus. — SWEDIAUR Camphorae Grana quinque ad decem et Conservae Scrup. unum praescribit. (V. etiam Boli temperantes.)

BOLI CAMPHORATI CUM KERMETE BRERA.

Rec. Camphorae Scrup. unum, Nitri Scrup. duos, Kermet. miner. Gran. sex, Mell. desp. et Pulv R. Liquir. ãã q. s. Fiant Boli sex. — RATIER Camphorae Gran. sex, Kermet. min. Grani quadrantem, Cremor. Tart Gran. quatuor et Vitell. Ovi q. s. praescribit ad unum Bolum.

BOLI CARDIACI SWEDIAURI. Herzstärkende Bissen. *Boules cordiales.*

Rec. Rad Contrajervae, Serpentar. Virg., Conch. ppt. ãã Gran. decem, Croci Gran. quinque et Syr. Cinnamomi q. s. Fiat Bolus unus. — SAUNDERS formula eo solummodo discrepat, quod Concharum loco Chelas Cancrorum, et Syr. Cinnamomi loco Syr. Caryophyllor. sumi proponit.

BOLI CARMINATIVI. Windbissen. *Boules carminatives CADET.*

Rec Sem. Anisi Unc. duas, Rad. Gentianae, Angelicae ãã Gran. duodecim, Castorei Gran. sex, Ol. Anisi Gutt. duodecim, Ol. Cinnamomi Guttas quatuor, Extr. Centaur. min., Theriacae ãã Gran. triginta sex, Syr. Menthae q. s. Fiant Boli triginta.

BOLI E CASTOREO LEWIS. Bibergeilbissen. *Boules de Castoreum.*

Rec. Castorei Scrupul. unum, Sal. Corn. Cervi Gran. quinque, Ol. Corn. Cervi Guttas quinque, Syr. simpl. q. s. F. Bolus unus.

BOLI CATHARTICI LEWIS. Laxirbissen. *Boules cathartiques.*

Rec. Rad. Rhabarb. Drachm. semis, Syr.

rosat. solut. q. s. F. Bolus unus. — Alia formula: Rec. Rad. Jalappae Scrup. unum, Piper. Jamaicens., Cremor. Tartari āā Gran. quinque, Syr. domestici q. s. F. Bolus unus. — Alia formula: Rec. Scammonii Gran. decem, Tartari tartarisati Scrup. unum, Extr. Liquirit. q. s. F. Bolus unus. (V. etiam Boli purgantes p. 137.)

BOLI CATHARTICI Vogt. — Ex Pulv. R. Rhabarb. Drachm. semis, Fol. Sennae Scrup. uno et s. q. Syr. C. Aurant. vel Syr. Rhei ad unum Bolum constant.

BOLI CHALYBEATI Saunders. Saunders Stahlbissen. *Boules chalybeatés de Saunders.*

Rec. Rubiginis Ferri praep. Gran. duodecim, Pulv. Zingiber. et Canellae alb. āā Gran. tria, Conserv. Absinth. Gran. viginti quatuor. Fiat Bolus unus.

BOLI CHINAE sec. Formulaire des hopit. milit. de France. Chinabissen. *Boules de Quinquina.*

Rec. Pulv. Chinae Drachm. semis, Syr. simpl. Drachm. unam semis. Fiant Boli duodeviginti.

BOLI CHINAE AROMATISATI. – Fiunt additis massae praecedenti Pulv. Cinnamomi Granis duodecim. — BOLIS CHINAE OPIATIS additur *Tinct.* Opii Gran. duodecim, — et BOLI CHINAE OPIATI et AROMATICI appellantur, si et Tinct. Opii et Cinnamomi Pond. designatum admiscetur. — Swediaur Bolis Chinae Salis Ammoniaci Gran. quinque, Alumin. Gran. decem, Aethiopis martialis Gran. quinque, Rad. Valer. Drachm. semis, aut denique Serpentariae Virg. Gran. decem, pro re nata addi praescribit. — Saunders Rad. Rhei Gran. unum, Aluminis Gran. decem, Tinct. Opii Guttam unam, Rad. Serpent. Virg. Scrup. semis, Salis Ammoniaci Gran. tria aut Rubiginis Ferri Gran. quinque admisceri praescribit.

BOLI CHINAE ET RHEI sec. Ratier.

Rec. Pulv. Chinae Gran. quinque, Rad. Rhei Drachm. semis, Salis Ammon. Gran. triginta, Syr. Flor. Persicor. q. s. Divide massam in Partes decem.

BOLI DE CINNABARE Brera, Boli rubri seu Sulphureti Mercurii. Bissen mit Zinnober. *Boules de Cinnabre.*

Rec. Cinnabar. depur. Gran. semis, Roob. Juniper. Gran. sex. Misce, fiat Bolus unus. — Swediaur Cinnabaris Scrup. unum et Conservae Rosar. Grana quatuor praescribit. — Ph. Sardoa Cinnabaris Antimonii et Conservae Aurant. āā Drachm. unam praescribit, cui addi potest, si requiritur, Moschi vel Rad. Serpent. Virg. Scrup. unus.

BOLI COERULEI seu HYDRARGYRI sive Mercurii sec. Augustin, Ellis et Saunders. Blaue Bissen. *Boules bleues* ou *mercurielles.*

Rec. Mercurii vivi Gran. decem, Conserv. Rosar. Scrup. unum. Terantur simul, donec globuli Mercurii perfecte disparuerint, et fiat Bolus unus.

BOLI CONTRASTIMULANTES Brera. Contrastimulirende Bissen. *Boules contrestimulantes.*

Rec. Acid. Borussici Gutt. triginta. Effunde super Micae Panis q. s. et cum s. q. Mellis despumat. fiant l. a. Boli duodecim, Pulvere Liquirit. conspergendi. Dentur vase clauso et nigro. — Alia formula: Rec. Kali Borussici (ferro-hydrocyanici) Gran. quatuor, Salis essential. Tartari Gran. duodecim, Roob. Sambuci q. s. Misce, fiant cum s. q. Pulv. Liquirit. Boli quatuor.

BOLI IN CYSTITIDE LENTA Brera.

Rec. Flor. Sulphuris Drachm. unam, Tereb. Venet. Scrup. duos. Fiant Boli sex.

BOLI DATISCAE. Hanfkrautbissen. *Boules de Datisca.*

Rec. Herb. Datiscae (seu Cannabinae) pulv. Gran. tria, Vitrioli Martis Gran. duo, Elect. lenitiv. q. s. ut fiat Bolus. Dent. tales doses No. 12.

BOLI DEPRIMENTES et NAUSEANTES Brera. Deprimirende und ekelerregende Bissen. *Boules deprimentes et nauseantes.*

Rec. Herb. Digital. Gran. quindecim, R. Hypecac. Gran. tria, Roob. Sambuci et Pulv. Liquirit. āā q. s. Fiant Boli sex.

BOLI DEPRIMENTES ET RESOLVENTES Brera. Deprimirende und auflösende Bissen. *Boules deprimentes et resolventes.*

Rec. Herb. Digital. Gran. quindecim, Calomel. Gran. octo, Roob. Junip. Drachm. unam. Fiant Boli quatuor. — Alia formula: Rec. Calomel. Gran. sex, Tart. emetici Gran. duo, Herb. Digital. Gran. duodecim, Mell. desp. et Pulv. Liquir. āā q. s. Fiant Boli quatuor.

BOLI DIAPHORETICI Brera. Schweißtreibende Bissen. *Boules diaphoretiques.*

Rec. Pulveris Jamesii Gran. unum, Extr. Aconiti Gran. duo. M. fiat unus Bolus.

BOLI DIAPHORETICI Lewis.

Rec. Pulv. Contrajervae compositi, Salis Ammon. āā Scrup. unum, Syr. simpl. q. s. F. Bolus unus.

BOLI DIAPHORETICI St. Marie.

Rec. Cinnabaris Scrup. unum, Camphorae Scrup. duos, Theriacae Unc. unam, Syr. Capill. Ven. vel Flor. Tunicae q. s. Fiat massa in Bolos viginti quatuor dividenda.

BOLI DIAPHORETICI Cadet.

Rec. Flor. Sulphuris, Crem. Tartari āā Scrup. unum, Resin. Guajaci Gran. decem, Syr. simplic. q. s. Fiant Boli duo.

BOLI DIAPHORETICI NAUSEANTES Brera.

Rec. Kermet. miner. Drachm. unam, Pulv. Hypecac. Gran. duo, Roob. Sambuci q. s. Fiant Boli quatuor.

BOLI DIAPHORETICI SEDANTES Brera.

Rec. Pulv. Doweri Gran. sedecim, Roob. Sambuci q. s. Fiant Boli quatuor. (V. etiam Boli antispasmodici p. 132.)

BOLI AD DIARRHOEAM St. Marie. Bissen gegen Diarrhoe. *Boules contre la Diarrhoe.*

Rec. Extr. Opii Gran. unum, Sem. Amomi, Cassiae lign., Croci āā Gran. quatuor, Conserv. Cynorrhodi q. s. Fiat Bolus unus.

BOLI AD DIARRHOEAM seu adstringentes sive cum Rheo sedativi Saunders.

Rec. Rad. Rhabarb. Gran. quindecim, Elect.

Diascord. Drachm. semis, Syr. simpl. q. s. Fiat Bolus unus. — Swediaur Rad. Rhabarb. Gran. duodecim, Pulv. aromatici Gran. tria, Tinct. sedativ. Gutt. viginti, Syr. Aurant. q. s. ad unum Bolum misceri praescribit.

BOLI DIGESTIVI Cadet et Swediaur. Digestivbissen. *Boules digestives.*

Rec. Rad. Hypecac. Gran. duo ad quatuor, Pulv. aromatic. Gran. decem, Syr. Cinnamomi q. s. Fiat Bolus unus.

BOLI DE DIGITALI seu DIGITALIS Brera. Bissen mit Fingerhut. *Boules de Digitale.*

Rec. Herb. Digital. purp. pulv. Gran. sedecim, Mell. despumat. q. s. Misce et fiant Boli octo.

BOLI DIGITALIS COMPOSITI Cheyne.

Rec. Pulv. Herb. Digit. Gran. unum ad unum semis, Gumm. Cambogiae Gran. tria, Calomel. Gran. duo, Confect. arom. Scrup. semis. M., f. Bolus.

BOLI DIURETICI ET ANTISPASMODICI Brera. Harntreibende und krampfstillende Bissen. *Boules diuretiques et antispasmodiques.*

Rec. Herb. Digital. purp., Rad. Squillae āā Gran duodecim, Extr. Hyoscyami Gran. sex. Fiant Boli sex.

BOLI DIURETICI Cooper.

Rec. Kal. tartar. Gran. decem ad viginti, Calomel. Gran. duo ad quatuor, Pulv. Zingib. Gran. quinque, Syr. simpl. q. s., ut f. Bolus unus.

BOLI DIURETICI Lewis.

Rec. Rad. Squillae pulv. Grana sex, Pulv. Ari comp. Grana decem, Rad. Zinzib. Gran. quinque, Syr. Cort. Aurant. q. s. F. Bolus unus.

BOLI DIURETICI Portal.

Rec. Pulv. Scill. Gran. unum semis, Pulv. Cinnamom. comp., Kal. acet. āā Gran. octo, Syr. Zingib. q. s. ut f. Bolus unus.

BOLI DRASTICI Bories et Pierquin. Drastische Bissen. *Boules drastiques.*

Rec. Calomel. Gran. quindecim, Aloës Succotr., Scammon. Halepp. āā Gran. sex, Pulv. R. Rhabarb. Gran. quindecim, Pulpae Cassiae q. s., ut f. Bolus unus.

BOLI AD DYSENTERIAM Lewis. Bissen gegen Ruhr. *Boules contre la Dysenterie.*

Rec. Confect. cardiacae, Boli Armenae āā Scrup. unum, Extr. Thebaici Gran. unum. F. l. a. Bolus unus.

BOLI ELATERII Clutterbuck.

Rec. Extr. Elaterii Gran. unum ad duos, Pulv. Zinzib. Scrup. semis, Ol. Bacc. Junip. Gutt. tres, Syr. domestic. q. s. Fiat Bolus unus. (V. etiam Boli purgantes.)

†BOLI EMETICI Saunders. Brechbissen. *Boules emetiques.*

Rec. Turpethi mineralis Gran. septem, Conserv. Rosar. rubr. Scrup. unum. Fiat Bolus unus. — Lewis sex, et Pierquin quinque Turpethi Grana praescribit. Medicamentum utique anceps.

BOLI EMETICI Scott. Gaubius.

Rec. Zinc. sulph. Gran. viginti quatuor, Conserv. Rosar. caninar. q. s.

BOLI EMMENAGOGI seu EX SABINA Augustini sec. Piderit. Emmenagogische Bissen. *Boules emmenagoges.*

Rec. Calomel. Gran. duo, Extr. Sabinae Gran. quatuor, Syr. Papav. Rhoead. q. s. Fiat Bolus unus.

BOLI EMMENAGOGI Brera.

Rec. Extr. Sabinae Gran. quatuor, Pulv. Fol. Taxi Gran. sex, Mell. desp. et Pulv. Liquirit. āā q. s. Fiant Boli sex.

BOLI EMMENAGOGI Cadet.

Rec. Pulv. Sabinae Drachm. unam, Extr. Aristoloch. et Artemisiae, Pulv. Croci et Castorei āā Drachm. semis, Syr. Artemis. q. s. Fiant Boli triginta sex.

BOLI EMMENAGOGI seu antichlorotici incitantes Brera.

Rec. Aethiopis martial. Drachm. semis, Chinii sulphurici Gran. octo. Fiant cum s. q. Extr. Marrubii Boli sex. — Alia formula: Rec. Aethiopis martialis et graphitici, Extr. Marrubii āā Scrup. unum, Extr. Aloës Scrup. semis. Misce, fiant Boli viginti.

BOLI EMMENAGOGI IRRITANTES Brera.

Rec. Extr. Aloës Gran. octo, Sabinae Gran. sex, Pulv. Liquirit. q. s. Fiant Boli sex. — Alia formula: Rec. Aloës Succotr. Gran. decem, Extr. Myrrhae aq. Scrup. unum, Extr. Marrubii Drachm. semis, Mellis q. s. Fiant Boli octo.

BOLI EMMENAGOGI CUM MAGNESIA VITRIARIORUM seu Oxydo nigro Magnesii Brera.

Rec. Magnes. Vitriarior. subt. pulv. Gran. quatuordecim, Extr. Sabinae et Aloës āā Gran. decem. Fiant Boli sex.

BOLI EMMENAGOGI RESOLVENTES Brera.

Rec. Calcariae muriaticae Gran. quatuor ad octo, Extr. Myrrhae et Aloës āā Drachm. unam. Fiant cum suff. quant. Mellis et Pulv. R. Liquirit. Boli sex. — Alia formula: Rec. Calcariae iodicae (Iodatis Calcis) Grana decem, Extr. Sabinae Gran. duodecim. Misce, fiant l. a. Boli quatuor.

BOLI EMMENAGOGI seu antichlorotici tonici Brera.

Rec. Rad. Columbo pulv., Cinnamomi pulv. āā Drachm. duas, Limat. Martis Drachm. unam, Extr. Cort. Aurant. q. s. Misce, fiant l. a. Boli duodecim.

BOLI AD EPILEPTICOS seu VALERIANAE sec. Formulaire à l'us. des hopit. mil. de France. Bissen gegen fallende Sucht. *Boules contre l'Epilepsie.*

Rec. Rad. Valerian. pulv. Part. decem, Cinnamomi Part. tres. Fiant cum s. q. Syr. simpl. l. a. Boli pondere a medico desiderato. — Saunders ex Pulv. R. Valer. et Syr. simpl. āā Drachm. semis Bolum unum parari praescribit. — Swediaur Syr. Flor. Aurant. sumi jubet et, si requiritur, addi Castorei Grana decem vel Aethiopis martialis Gran. septem. — Ratier Rad. Valer. pulv. Gran. viginti, Arcani duplic. Gran. duo et Syr. Cort. Aur. q. s. ad unum Bolum praescribit.

BOLI EXCITANTES seu PYRETHRI. Reizende Bissen. *Boules excitantes.*

Rec. Pulv. R. Pyrethri Drachm. semis, Syr.

Cort. Aurant. q. s. Fiat Bolus unus. (V. etiam Boli incitantes.)

BOLI FEBRIFUGI Dupuytreni. Dupuytren's fiebervertreibende Bissen. *Boules febrifuges de Dupuytren.*

Rec. Extr. Chin., Roob. Sambuc. ãã Drachm. unam, Conserv. Cynosbat. Drachm. duas. Fiant Boli duodecim.

BOLI FEBRIFUGI Lewis.

Rec. Cort. Chinae pulv. Scrup. unum, Cort. Cascarill. Scrup. semis. Fiat cum s. q. Mucil. Sem. Cydon. Bolus unus.

BOLI FEBRIFUGI Marc. sec. Cadet.

Rec. Vitrioli Mart. fact. Drachm. unam, Pulv. Rad. Valer. Drachm. duas; Mellis q. s. Fiant Boli octo.

BOLI FEBRIFUGI Ratier.

Rec. Chinae pulv. Unc. unam, Sal. Ammon., Sal. volatil. sicci ãã Gran. viginti quatuor, Tart. emetici Gran. duodeviginti, Syr. simpl. q. s. F. l. a. Boli, prout medicus desiderat.

BOLI FEBRIFUGI Richard.

Rec. Pulv. Cort. Chin. Drachm. duas, Nitr. dep. Scrup. unum, Syr. Absinth. q. s., ut f. Boli quatuor.

BOLI FEBRIFUGI CUM CHININO SULPHURICO Richard.

Rec. Chinin. sulphur. Gran. decem, Pulv. Liquir. Gran. duodecim, Gumm. Tragac. Gran. sex, Syr. Diacod. q. s., ut f. Boli tres. (V. etiam Boli antifebriles p. 131.)

BOLI FERRUGINOSI seu e Ferro compositi Swediaur. Eisenhaltige Bissen. *Boules ferrugineuses.*

Rec. Aethiopis martialis, Flor. Chamomill. Rom. ãã Gran. septem, Myrrh., Castor. ãã Gran. octo, Syr. simpl. q. s. Fiat l. a. Bolus unus. — Alia formula: Rec. Flor. Sal. Ammon. martial. Gran. decem, Conserv. Centaur. min. Scrup. unum, Rad. Zinziber. Gran. quatuor, Syr. Cinnam. q. s. Fiat Bolus unus. — Saunders Flor. Sal. Ammon. mart. Gran. decem et Conserv. Cort. Aurant. Scrup. duos commisceri praescribit.

BOLI FORTIFICANTES (Des Bois) sec. Lebrecht.

Rec. Pulv. Gentianae, Zedoar., Croci ãã Gran. duodecim, Bals. Copaiv. Drachm. duas, Elix. proprietat. Gutt. viginti, Syr. Menthae q. s. F. l. a. Boli viginti quatuor.

BOLI CONTRA GONORRHOEAM Eisenmanni. Eisenmann's Bissen gegen Gonorrhoe. *Boules contre la Chaude-pisse d'Eisenmann.*

Rec. Bals. Copaiv. Unc. unam, Magnes. calcinat. Drachm. unam, Opii Gran. quatuor, Cubebar. Drachm. tres, Syrup. Diacod. q. s., ut f. Boli pondere Semidrachmae. (V. etiam Boli antigonorrhoici p. 131.)

BOLI AD HAEMATURIAM PRO EQUIS sec. Gray. Bissen gegen Blutharnen. *Boules contre l'Hématurie.*

Rec. Pulv. Catechu Unc. semis, Aluminis Unc. semis ad unam, Cort. Cascarillae Drachm. unam ad duas, Pulv. Liquirit. et Melasses ãã q. s., ut fiat Bolus unus.

BOLI EX HYDRARGYRO v. Boli coerulei et mercuriales.

BOLI EX HYDRARGYRO GLYCYRRHIZATO ET OXYDATO RUBRO v. Boli mercuriales et Mercurii praecipitati rubri.

BOLI HYSTERICI Lewis. Bissen gegen Hysterie. *Boules antihystériques.*

Rec. Moschi, Asae foetid. ãã Gran. sex, Castorei Scrup. semis, Syr. Croci q. s. Fiat Bolus unus.

BOLI ILIACI Lewis. Bissen gegen Darmgicht. *Boules contre la passion iliaque.*

Rec. Extracti cathartici Scrup. unum., Extr. Thebaici Gran. unum. F. l. a. Bolus unus.

BOLI INCITANTES Brera. Brera's reizende Bissen. *Boules incitantes de Brera.*

Rec. Camphorae rasae Gran. sedecim, Extr. Valerian. silv. Drachm. unam. Misce, fiant Boli sex.

BOLI INCITANTES, NEC NON DIAPHORETICI ET EXPECTORANTES Brera.

Rec. Camphorae rasae Scrup. unum, Nitri puriss. Scrup. duos, Kermet. miner. Gran. sex. Fiant cum s. q. Mellis desp. et Pulv. Liquirit. Boli sex.

BOLI INCITANTES EMMENAGOGI Brera.

Rec. Aethiopis martial. Drachm. semis, Chinii sulphurici Gran. sex ad duodecim, Extr. Marrub. Drachm. unam semis, Pulv. Rosar. q. s. Fiant Boli octo. (V. etiam Boli emmenagogi.)

BOLI INCITANTES STOMACHICI Brera.

Rec. Aethiopis martial. Scrup. unum, Extr. Gentianae Drachm. unam. Misce, fiant cum s. q. Mellis desp. et Pulv. Rosar. l. a. Boli octo. — Alia formula: Rec. Tartari chalybeati, Extr. Absinthii ãã Drachm. unam, Extr. Gentian. Scrup. unum, Extr. Marrub. Scrup. duos. Misce, fiant cum s. q. Pulv. Liquirit. Boli duodecim. — Alia formula: Rec. Pulv. R. Columbo, Cinnam. ãã Drachm. duas, Aethiop. martial. Drachm. unam, Extr. Cort. Aurant. q. s. Fiant Boli triginta.

BOLI KERMETICO-AMMONIACALES Brera. Bissen mit Kermes und Ammoniakgummi. *Boules avec du Kermes et Ammoniaque.*

Rec. Kermet. miner. Gran. octo, G. Ammoniaci Vitello Ovi subacti Scrup. unum, Oxym. squillit. Drachm. semis, Pulv. Liquir. q. s. Fiant Boli octo.

BOLI LAC PELLENTES v. Boli antilactosi (p. 141.).

BOLI LAXANTES Chaussieri. Chaussier's Larirbissen. *Boules laxantes de Chaussier.*

Rec. Calomel. Gran. tria, Salis amari Gran. quatuor, Syr. domestic. q. s. F. Bolus unus. (V. etiam Boli cathartici et purgantes.)

BOLI LENIENTES Brera v. Boli e Morphina.

BOLI LITHONTRIPTICI Rosén sec. Spielmannum. Steintreibende Bissen. *Boules lithontriptiques.*

Rec. Saponis Alicant. Unc. octo, Testar. Ovorum calcinatarum, Fruct. Cynosbat. ustor. ãã Unc. unam, Salis Tart. Drachm. unam. Mixta efformentur cum Spir. Vini in Bolos sexaginta.

BOLI MAGNESIAE CROCATI sec. Formulaire à l'usage des hopit. mil. de France.
Rec. Magnes. ust. Part. quinque, Croci P. tres, Cinnam. Part. duas. M., f. cum s. q. Syr. simpl. Boli pondere a medico postulato. — Ph. Lusit. Magnes. ust. Gran. duodecim, Croci et Cinnam. āā Gran. sex cum s. q. Syr. simpl. ad Bolum unum praescribit.

BOLI MARTIALES EMMENAGOGI Brera. Eisenhaltige emmenagogische Bissen. *Boules martiales emmenagoges.*
Rec. Alcohol. Limat. Mart. Scrup. unum, Aloës Succotr. Gran. octo, Roob. Sambuci q. s. Fiant Boli sex. — Alia formula: Rec. Extr. Sabinae Gran. sex ad viginti, Aethiopis martial. Gran. quindecim ad viginti quinque. Fiant l. a. Boli octo. (V. etiam Boli emmenagogi incitantes et tonici Brera et ex Roremarino.)

BOLI MERCURIALES Saunders. Saunders Merkurialbissen. *Boules mercurielles de Saunders.*
Rec. Mercurii alcalisati Drachm. semis, Conserv. Rosar. Scrup. unum, Syr. simpl. q. s. Fiat Bolus unus.

BOLI MERCURIALES seu HYDRARGYRI Swediaur.
Rec. Merc. solubil. Hahnemanni Gran. tria, Extr. Liquirit. q. s., ut fiat Bolus unus. (V. etiam Boli coerulei.)

BOLI MERCURIALES EMETICI Lewis v. Boli emetici.

BOLI E MERCURIO seu Hydrargyro glycyrrhizato Swediaur sec. Augustin.
Rec. Mercurii vivi puri Grana decem, Succi Liquir. depur. Scrupul. unum. Terantur simul, donec globuli Mercurii perfecte disparuerint; tunc fiat Bolus unus.

BOLI EX MERCURIO DULCI seu Muriate Hydrargyri mite Swediaur.
Rec. Calomel. Gran. quinque ad decem, Syr. simpl. et Pulv. Liquir. āā q. s., ut fiat Bolus unus. — Lewis Drachm. semis Calom. et Conservae Rosar. q. s. ad unum Bolum praescribit.

BOLI EX MERCURIO PRAECIPITATO RUBRO seu Hydrargyro oxydato rubro Swediaur, Augustin.
Rec. Merc. praec. rubr. alcoh., Opii puri āā Gran. unum semis, Succ. Liquiritiae dep. q. s., ut fiat Bolus unus.

† BOLI E MORPHINA seu lenientes Brera. Bissen mit Morphium oder beruhigende Bissen. *Boules avec du Morphine acetique.*
Rec. Morphii acetici Gran. unum. Solve in Ol. Olivar. Guttis decem et fiant cum s. q. Medullae Panis et Mellis desp. Boli sex.

† BOLI E MORPHINA IN PULVERE Doweri seu lenientes Brera.
Rec. Morphii sulphuric. Gran. unum, Pulv. R. Hypecac. Gran. tria, Ol. Amygd. dulc. Gutt. duodecim. Misce et adde Extr. Aconiti Napelli Gran. sex. Fiant cum s. q. Pulv. Liquir. et Mellis desp. l. a. Boli sex.

† BOLI E MORPHINA CUM SULPHATE MARTIS sive lenientes Brera.
Rec. Morphii sulph. Grana duo. Solve in s. Ol. Amygd. dulc. quant. et adde Vitrioli Martis fact. Gran. quatuor. Fiant cum s. q. Mellis et Medullae Panis Boli octo.

BOLI MYRRHAE Saunders. Myrrhenbissen. *Boules de Myrrhe.*
Rec. Pulv. Myrrhae, Conserv. Aurant. āā Scrup. unum, Sal. Absinthii Drachm. quinque, Syr. simpl. q. s., ut fiat massa. — Alia formula: Rec. Sperm. Ceti Scrup. duos, Myrrhae Scrup. unum, Syr. simpl. q. s. Fiat massa.

BOLI NARCOTICI Brera. Narkotische Bissen. *Boules narcotiques.*
Rec. Massae Pilul. de Cynoglosso Gran. quatuor, Extr. Hyoscyami Gran. duo, Pulv. Liquirit. q. s.. Fiat Bolus unus.

BOLI E NARCOTINO sive OPIANO Brera. Bissen mit Opian oder Narcotin. *Boules avec du Narcotine.*
Rec. Opiani (Narcotini) purissimi Grana duo, Ol. Amygdal. dulc. Gutt. sex. Misce exactissime et pinse cum s. q. Medullae Panis et Mellis, ut fiant l. a. Boli octo.

BOLI IN NECROSI SYPHILITICA v. Boli antivenerei (p. 132.).

BOLI NERVINI Brera. Nervenbesänftigende Bissen. *Boules nervines.*
Rec. Asae foetid. Scrup. unum, Extr. Valer. silv. Scrup. duos. Fiant cum s. q. Mellis et Pulv. Liquiritiae Boli octo.

BOLI NERVINI Saunders.
Rec. Castorei opt. Scrup. duos, Syr. Papav. q. s. Fiat Bolus unus.

BOLI AD OEDEMA PULMONUM sive squillitici Ratier. Bissen gegen Lungenoedem. *Boules contre l'Oedème des Poumons.*
Rec. Rad. Squillae pulv. Gran. sex, Arcani duplicati Gran. duo, Oxymellis squillitici q. s. Fiat Bolus unus. — Pierquin Rad. Hirundinar. Unc. semis, R. Squillae Drachm. duas, Salis Absinthii Drachm. unam, et Syr. Valer. q. s. ad viginti quatuor Bolos praescribit.

BOLI AD PARALYSIN seu STIMULANTES Saunders. Bissen gegen Lähmung. *Boules contre la Paralyse.*
Rec. Sem. Sinap. nigr. pulv. Drachm. semis, Sem. Carvi, Cinnam. āā Gran. quatuor, Rad. Zingiber. Gran. duo, Syr. simpl. q. s. Fiat Bolus unus. — Cadet et Swediaur omisso Zinzibere Syr. Zinziberis loco simplicis proponunt.

BOLI PECTORALES Lewis. Brustbissen. *Boules pectorales.*
Rec. Spermat. Ceti Gran. quindecim, G. Ammoniaci Gran. decem, Sal. Cornu Cerv. Gran. quinque, Syr. simpl. q. s., ut f. Bolus unus.

BOLI PECTORALES Saunders.
Rec. Specier. Diatragacanth. Scrup. unum, Sperm. Ceti Drachm. semis, Syr. simpl. q. s. Fiat Bolus unus.

BOLI PECTORALES ADSTRINGENTES Saunders.
Rec. Spec. Diatragacanth., Elect. Diascordii āā Drachm. semis, Syr. Papav. q. s. Fiat Bol. unus.

BOLI IN PERTUSSI BRERA. Bissen gegen Keuchhusten. *Boules contre le Coqueluche.*

Rec. Extr. Belladonn. Gran. duo, Calomel. Gran. quatuor, Lacrymae Abietis (Terebinth. Argent.) Gran. sex. Misceantur exacte, et c. s. q. Mell. despum. et Pulv. Liquirit. fiant Boli octo.

BOLI IN PTYALISMO MERCURIALI, sive contra Salivationem BRERA. Bissen gegen Speichelfluß. *Boules contre les Salivations mercurielles.*

Rec. Hepat. Sulphuris kalini Gran. tria, Roob Sambuci q. s., ut fiant Boli sex.

BOLI PURGANTES Ph. Lusit. milit. Purgirende Bissen. *Boules purgantes.*

Rec. Rad. Rhabarb. pulv. Drachm. semis, Salis GLAUBERI Scrup. duos. Fiant cum Syrupo communi Boli duo.

BOLI PURGANTES ALIBERTI.

Rec. Pulv. Rad. Rhei, Jalapp. āā Drachm. semis, Tart. dep. Drachm. unam. F. Boli Pond. Gran. octo.

BOLI PURGANTES PIERQUIN.

Rec. Calomel. Grana quindecim, Aethiopis miner. Gran. decem, Pulpae Cassiae rec. q. s. Fiat Bolus unus. — Alia formula sec. CHIRAC: Rec. Calomel. Gran. decem, Resin. Jalappae, Arcan. duplic. āā Grana sex, Syr. Cichor. c. Rheo q. s. Fiat Bolus unus.

BOLI PURGANTES VOGT.

Rec. Pulv. R. Jalapp. Gran. decem, Aloës Succotr. Gr. duo, Syr. Rhabarb. q. s. F. Boli tres. — Alia formula ad BOLOS PURGANTES FORTIORES: Rec. Trochisc. Alhandal. Gran. quatuor, Ol. Crotonis Guttas duas, Sapon. medic. Gr. decem, Pulp. Cassiae Drachm. semis, Flav. Cort. Aur. q. s. F. Boli tres. Consperg. Pulv. Cinnamomi vel Cort. Aurant.

BOLI PURGANTES, cathartici seu hydragogi, sive resolventes sec. Formulaire à l'usage des Hopit. milit. de France.

Rec. Pulv. R. Jalapp. Part. decem, Pulv. Scammonii P. quatuor, Mellis q. s. Fiant Boli pondere a medico postulato. — ST. MARIE Rad. Jalappae, Arcan. duplic. āā Drachm. semis, et Syr. simpl. q. s. ad unum Bolum praescribit. — SAUNDERS Rad. Jalappae Drachm. semis, R. Zinzib. Gran. sex et Syr. rosat. solut. q. s. ad Bolum unum sumi jubet. Addi potest, si necesse, Cremoris Tartari Scrup. unus vel Calomel. Grana quinque. — In alia formula Pulv. R. Jalappae Gran. decem et Elect. lenitivi Scrup. quatuor, et si necesse sit, Calomel. Gran. decem addi praescribit ad unum Bolum. — SWEDIAUR Rad. Jalappae Gran. viginti, Calomel. Gran. decem et Syr. simpl. q. s., — in alia formula Rad. Jalappae, Zinziber., G. Guttae, Cremor. Tartari āā Gran. quinque ad decem et Syr. simpl. q. s. pro uno Bolo praescribit. — Alia ejusdem formula ex Rad. Jalappae Gran. duodecim, G. Guttae, Calomel. āā Gran. sex et Syr. Zinziber q. s. constat. — PIERQUIN Rad. Jalappae Drachm. semis, Scammonii, G. Guttae et Sal Absinthii āā Gran. sex et Syr. domestici q. s. ad unum Bolum praescribit.

BOLI PURGANTES DRASTICI BRERA.

Rec. Pulv. R. Jalappae, Sacchar. alb. āā Gran. viginti quatuor, Rad. Rhabarb. Gran. triginta, Syr. Cichor. c. Rheo q. s. Fiant Boli duodecim. — Alia formula: Rec. Extr. Rhabarb. Drachm. unam semis, G. Guttae Gran. decem, Magnesiae Nitri Drachm. duas, Syr. Cichor. c. Rheo q. s. Fiant Boli sedecim.

BOLI PURGANTES IRRITANTES BRERA.

Rec. G. Guttae Gran. duodecim, Roob Sambuci et Pulv. Liquirit. āā q. s., ut fiant Boli sex. Alia formula: Rec. Extr. Colocynth. aquosi Gran. duo, Mell. dep. et Pulv. Liquir. āā q. s., ut fiat Bolus unus. — SAUNDERS G. Guttae Gran. quindecim, Crem. Tart. Gran. decem., Rad. Zinzib. Gran. quinque et Syr. simpl. q. sat. ad unum Bolum, praescribit.

BOLI PURGANTES ET TONICI BORIES et PIERQUIN.

Rec. Calomel., Cinnamomi āā Gran. decem, Hermodactylorum Drachm. unam, Syr. Flor. Persic. q s. Fiat Bolus unus.

BOLI IN seu AD QUARTANAM RATIER et SWEDIAUR. Bissen gegen Quartanfieber. *Boules contre la Fievre quart.*

Rec. Pulv. Chinae Unc. unam, Salis Tartari Drachm. unam, Tart. emetici Gran. sedecim, Syr. simpl. q. s. Fiant Boli sexaginta. — Alia formula sec. LAENNEC.: Rec. Pulv. Chinae Drachm. sex, Tart. emetici Gran. sex, Extr. Juniperi q. s. — RICHARDI formula legitima sec. SPIELMANNUM: Rec. Cort. Chinae alcohol. Drachm. sex, Scillae praep. Scrup. duos, Kermet. mineral. Gran. sex, Spirit. Salis Ammon. Drachm. unam, Conservae Rosar. quant. satis. Misceantur et formentur Boli duodecim.

BOLI RATANHIAE CADET v. Boli adstringentes (p. 130.).

BOLI RESOLVENTES BRERA. Auflösende Bissen. *Boules resolventes.*

Rec. Salis Sodae dep. Scrup. duos, Calomel. Grana sex, Roob Sambuci et Pulv. Liquir. āā q. s. Fiant Boli sex. — Alia formula: Rec. Extr. Cicutae Gran. tria, Mercur. MOSCATI Gran. unum. Misce; fiant cum s. q. Extr. Dulcamarae Boli tres. — Alia formula: Rec. Extr. Rhabarb. aquos., Extr. Myrrhae aq. āā Scrup. unum, Aloës Succotr. Scrup. semis, Sapon. medicati et Terrae foliatae Tartari āā Drachm. unam. Fiant cum s. q. Oxym. simpl. et Pulv. Liquir. Boli viginti quatuor. (V. etiam Boli purgantes.)

BOLI RESOLVENTES ET ANTISYPHILITICI v. Boli antisyphilitici et resolventes.

BOLI RESOLVENTES ET DEPRIMENTES BRERA.

Rec. Calcariae iodicae (Iodatis Calcis) Grana sex ad decem, Extr. Aconiti Napelli Grana quatuor ad viginti. Fiant Boli sex.

BOLI RESOLVENTES DIAPHORETICI BRERA.

Rec. Kermet. miner. Gran. sex, Pulv. R. Hypecac. Gran. septem, Calomel. Gran. octo. Misce; fiant cum s. q. Roob Sambuci Boli sex.

BOLI RESOLVENTES ET INCITANTES BRERA.

Rec. Calomel. Gran. sedecim, Kermet. mineral. Gran. octo, Camphorae Gran. triginta, Roob Sambuci q. s. Fiant Boli sex.

BOLI RESOLVENTES ET PURGANTES BRERA.

Rec. Pulv. R. Rhabarb. Drachm. unam, Sapon. Venet. rasi Drachm. unam semis, Roob Sambuci q. s. Fiant Boli octo.

BOLI RHEI CUM MERCURIO LEWIS.

Rec. Rad. Rhei el. pulv. Gran. viginti quinque, Calomel. Gran. quinque, Syr. simpl. q. s. ad unum Bolum.

BOLI E RHEO sec. Formulaire des Hopit. mil. de France. Rhabarberbissen. *Boules de Rhubarbe.*

Rec. Pulv. Rhabarbari Part. unam, Sal. mirab. GLAUBERI Part. duas. Fiant cum pauxillo Aquae Boli Ponderis a medico ordinati. — SAUNDERS et SWEDIAUR Pulv. Rhab. Drachm. semis et Syr. simpl. q. s. ad unum Bolum, praescribunt.

BOLI E RHEO SEDATIVI v. Boli ad Diarrhoeam (p. 134.).

BOLI RHEUMATICI LEWIS.

Rec. Extr. Res. Guajaci Drachm. semis, Salis Corn. Cervi Gr. septem, Syr. simpl. q. s. ad unum Bolum.

BOLI ROBORANTES v. Boli antigonorrhoici (p. 131.)

BOLI EX ROREMARINO AUGUSTINI sec. PERFECT. Bissen aus Rosmarin. *Boules de Romarain.*

Rec. Pulv. Herb. Anthos Drachm. semis, Limat. Martis alcohol., Pulv. Myrrh. āā Gran. decem, Pulv. aromat. Gran. duo, Syr. Cort. Aurant. q. s. ut fiat Bolus unus. (V. etiam Boli martiales emmenagogi.)

BOLI RUBRI v. Boli de Cinnabare (p. 133.).

BOLI EX SABINA AUGUSTINI.

Rec. Conservae Sabinae Drachm. semis ad unam, Syrupi domestici q. s. ad Bolum unum. (V. etiam Boli emmenagogi.)

BOLI CONTRA SALIVATIONEM v. Boli in Ptyalismo mercuriali.

BOLI SAPONACEI. Seifenbissen. *Boules de Savon* SAUNDERS *et* SWEDIAUR.

Rec. Saponis medicati Scrup. duos, Ol. Carvi Guttas duas ad tres, Syr. balsamici (Tolut.) q. s. Fiat Bolus unus. Interdum adduntur Extr. Aloës Gran. quatuor vel Rhabarbari aquos. Gran. septem.

BOLI SCAMMONII COMPOSITI GRAY e Pulvere vermifugo GRAYI cum Conserva Absinthii et Syr. simpl. parantur. (V. etiam Boli anthelmintico-laxantes.)

BOLI SCILLITICI v. Boli contra Oedema Pulmonum.

BOLI SCILLITICI LEWIS.

Rec. Rad. Squillae rec. Gran. duodecim, Specier. aromat. pulv. (LEW.) Scrup. unum, Ol. Menth. pip. Gutt. unam. Misce; f. l. a. Bolus unus.

BOLI SEDATIVI SAUNDERS. Beruhigende Bissen. *Boules sedatives de* SAUNDERS.

Rec. Salis sedativi HOMBERGI Drachm. semis, Conservae Aurant. Scrup. unum, Syr. simpl. q. s. Fiat Bolus unus. (V. etiam Boli diaphoretici sedativi.)

BOLI E SPONGIA v. Boli contra Strumam.

BOLI E STANNO v. Boli vermifugi.

BOLI STIBIATI seu ANTIMONIATI sec. Formulaire des Hopit. milit. de France. Bissen mit Spießglanz. *Boules stibiées* ou *antimonées.*

Rec. Antimonii crudi praep. Part duas, Pulv. Cinnamomi Part. unam, Conservae Rosar. q. s. Fiant Boli Ponderis designati. — SWEDIAUR Antim. crudi ppt. Drachm. semis, Conserv. Cochlear. Scrup. unum et Syr. simpl. q. s. ad unum Bolum, praescribit.

BOLI STIMULANTES v. Boli ad Paralysin.

BOLI STIMULANTES et TONICI CADET, ST. MARIE et PIERQUIN. Erregende und stärkende Bissen. *Boules stimulantes et toniques.*

Rec. Pulv. Flor. Arnicae, Camphorae āā Gran. quatuor, Elect. Theriacae q. s., ut fiat Bolus unus.

BOLI STOMACHICI CADET. Magenbissen. *Boules stomachiques.*

Rec. Pulv. Aloës Scrup. unum, Extr. Rhabarb., Extr. Chinae āā Drachm. unam, Extr. Gentianae Drachm. duas, Syr. Absinth. q. s., ut fiant Boli quadraginta — Alia formula: Rec. Pulv. Croci Gran. sex, Cinnamomi Gran. tria, Magnes. ust. Gran. octo, Syr. simpl. q. s., ut fiat Bolus unus.

BOLI STOMACHICI RATIER.

Rec. Pulv. Croci et Cinnamomi āā Gran. sex, Syr. simpl. q. s. ad Bolum unum. — Alia formula: Rec. Croci Martis aperitivi (Ferri subcarbonici) Gran. sex, Magnes. ustae Gran. octo, Pulv. Cinnamomi Gran. quatuor, Croci Gran. sex, Syr. simpl. q. s. Fiat Bolus unus.

BOLI STOMACHICI PIERQUIN et ST. MARIE.

Rec. Limat Mart. alcoh. Drachm. duas, Cinnamomi Drachm. unam, Fellis Tauri Unc. unam, Syr. C Aurant. q. s. Fiant Boli sedecim. (V. etiam Boli incitantes stomachici p. 135.)

BOLI STOMACHICI SAUNDERS et SWEDIAUR.

Rec. Pulv. Flor. Chamom. Drachm. semis, Syr. simpl. q. s. F. Bolus unus. Si necesse, Zinziberis Gran. decem aut Rhabarb. vel Sal. Ammoniac. Gran. quinque addi possunt.

BOLI STOMACHICI SWEDIAUR et VAN MONS.

Rec. Salis Sodae dep. Gran. decem, Pulv. aromat. Scrup quatuor. Fiant cum q. s. Syr. Chinae Boli tres.

BOLI CONTRA STRUMAM seu antiscrophulosi, sive e Spongia. Kropfbissen. *Boules contre les Ecrouelles* SAUNDERS *et* SWEDIAUR.

Rec. Spongiar. tostar. Drachm. semis, Conserv. Cort. Aurant. Scrup. unum, Syr. simpl. q. s. Fiant Boli tres. — CADET et ST. MARIE Spong. tost. Scrup. unum, Arcani duplicati Gran. quindecim, Bals. Sulphuris simpl. Gutt. decem et Syr. simpl. q. s ad duos Bolos, praescribunt.

BOLI SUDORIFERI LEWIS. Schweißtreibende Bissen. *Boules sudorifères.*

Rec. Camphorae Gran. quinque, Extr. Thebaici Gran. unum, Syr. Cort. Aurant. q. s. ad unum Bolum.

BOLI SULPHURETI MERCURII v. Boli cinnabarini (p. 133.).

BOLI SULPHURIS. Schwefelbissen. *Boules de Soufre*, Formul.. des Hopit. milit. de France.
Rec. Flor. Sulphuris lot. Gran. octo, Mellis q. s. Fiat Bolus unus.

BOLI SULPHURIS COMPOSITI sec. idem Formulare.
Rec. Flor. Sulphuris lot., Sem. Anisi pulv. aa Gran. octo, Pulv. Fol. Sennae Gran. quatuor, Mellis q. s. Fiat Bolus unus. (V. etiam Boli antipsorici p. 113.)

BOLI TARTARI CHALYBEATI Ratier. Bissen aus Eisenweinstein. *Boules de Tartre chalybé.*
Rec. Tartari chalybeati Drachm. semis, Syr. simpl. q. s., ut fiant Boli tres. (V. etiam Boli incitantes stomachici.)

BOLI TEMPERANTES St. Marie. Temperirende Bissen. *Boules temperantes.*
Rec. Camphorae Scrup duos, Pulp. Cassiae Unc. semis. Fiant Boli duodecim.

BOLI TEREBINTHINAE. Terpentinbissen. *Boules de Térébenthine* sec. Formul. des Hopit. de Paris.
Rec. Terebinth. clarae, Aq. Parietariae lotae Drachm. unam. Fiant cum s. q. Pulv. R Liquir. Boli tres. — Lewis Terebinth. clarae Scrup. unum cum Pulv. R. Liquirit. q. s., ad unum Bolum praescribit.

BOLI THERIACALES Lewis.
Rec. Theriacae Scrup. duos, Sal. Corn. Cervi Gran. septem, Camphorae Gran. tria.; M. f. Bolus unus.

BOLI TONICI Bories. Stärkende Bissen. *Boules toniques.*
Rec. Pulv. Chinae Scrup. unum, Cassiae lign., Lign. Quassiae, Aethiopis martialis aa Gran. sex, Conserv. Enulae q. s. Fiat Bolus unus.

BOLI TONICI Pierquin.
Rec. Extr. Chinae vinos. Gran. viginti, Nitri dep. Gran. triginta, Conserv. Cort. Aurant. q s Fiat Bolus unus.

BOLI TONICI ADSTRINGENTES BALSAMICI.
Rec. Pulv. R. Gentianae, Zedoariae aa Gran. viginti, Bals. Copaivae Drachm. duas, Syr. Rosar. q. s. Fiant Boli duodeviginti.

BOLI TONICO-ANTISEPTICI Brera.
Rec. Extr. Chinae Chin. Drachm unam semis, Asae foetidae l. a. solut. Scrup. unum. Misce cum s. q. Pulv. Rosar. Fiant Boli octo.

BOLI TONICO-DIAPHORETICI Brera.
Rec. Camphorae Spirit. Vini solut. Scrup duos, Extr. Chinae vinos. Drachm. tres, Pulv. Zedoar. Scrup. unum, Roob Sambuci Drachm. unam. Fiant Boli duodecim.

BOLI TONICI SEDATIVI CUM MURIATE BARYTIS seu Terra ponderosa salita Brera.
Rec. Magisterii Chinae Scrup. duos, Terrae ponderos. salitae Gran. duo, Extr. Opii Baumé Gran. tria, Mellis desp. q. s. Fiant Boli octo.

BOLI TRIUM SPECIERUM sec. Formulaire des Hopit. de Paris. Bissen aus drei Species. *Boules de trois Drogues.*
Rec. Calomel., Diacrydii sulphur., Res. Jalappae aa Gran. decem. Fiant cum s. q. Syr. domestici Bolus unus.

BOLI CONTRA TUSSIM. Bissen gegen Husten. *Boules contre la Toux* Pierquin cet.
Rec. Nitri dep. Grana duodecim, Pilul. de Cynoglosso Gran. quatuor, Conserv. Rosar. rubr. Scrup. duos. Fiant Boli duo.

BOLI VALERIANAE v. Boli ad Epilepticos (p. 134.).

BOLI VERMIFUGI Bories, Pierquin. Wurmbissen. *Boules vermifuges.*
Rec. Rad. Filicis Maris pulv., Cort. Mori aa Drachm duas, Herb. Scordii Scrup. unum, Syr. Absinthii q. s. Fiant Boli sex.

BOLI VERMIFUGI Fulleri.
Rec. Mercur. vivi dep., Sacchari Candis aa Drachm. unam. Tere ad extinctionem Mercurii, tunc adde Ol. Amygd. dulc. Guttas duas, Pulv. Scammonii Gran. quatuor. Fiat cum s. q. Syr. Cichor. cum Rheo Bolus unus.

BOLI VERMIFUGI Ratier cet.
Rec. Calomel. Gran. duo, Sem. Cinae Gran. octo, Camphorae Gran. sex, Syr. simpl. q. s. Fiat Bolus unus.

BOLI VERMIFUGI Richard sec. Spielmannum.
Rec. Rad. Filic. Unc. semis, Rad. Rhabarb. el. Drachm. duas, Sem. Cinae Unc. semis, Calomel. Drachm. unam. Misceantur exactissime et fiant cum s. q. Syr. Absinthii Boli duodecim.

BOLI VERMIFUGI Swediaur.
Rec. Calomel. Gran. duo, Rad. Rhei Scrup. semis ad duos, Syr. simpl. q. s. Fiat Bolus unus. (V. etiam Boli anthelmintici p. 130.)

BOLI VERMIFUGI sive e Stanno Saunders et Swediauri.
Rec. Pulv Stanni Scrup. semis, Conserv. Cort. Aurant. Scrup. unum, Syr. simpl. q. s. Fiat Bolus unus.

BOLI VERMIFUGI Storey sec. Rennie.
Rec. Rad. Jalappae Scrup. unum, Zinziber. Drachm. unam, Sacchari Scrup. duos, Cinnabaris Unc. unam, Syr. simpl. q. s. Fiant Boli pondere requisito.

BOLI AD VIAS URINARIAS EXCITANDAS v. Boli antigonorrhoici (p. 131.).

BOLI VOMITIVI Ratier. Brechbissen. *Boules vomitives.*
Rec. Pulv. R. Hypecacuanh. Grana duodeviginti ad viginti quatuor, Mellis q s. Fiat Bolus unus.

BOLUS ALEXITERIA seu CARDIACA Bate.
Rec. Hb. Angelicae, Melissae, Scordii, Pimpin., Scabiosae aa Man. duos, Hb. Dracontii Man unum, Flor. Calendul., Tunicae aa Man. tres, Xyloaloës Unc. semis, Cran Kermes Unc. unam semis, Coccionellae Drachm. duas, Vini albi Libr. unam, vel q. s. Macera tepide per 24 horas; fiat expressio et admisceantur Boli Armenae opt. pulv. Unc. octo, ut fiat instar Pulmenti, sole exsiccandi. Repetatur opus 5 vicibus cum infusione dicta; ultimo f. l. a. Trochisci dosis Scrupuli unius ad Drachmae unius. (Aliae

compositiones vetustiores cum Bolo Armena praeteream us.)

BOLUS ARMENA PRAEPARATA seu Boli Armenae Praeparatio sive Laevigatio. Präparirter Armenischer Bolus. *Bol d'Armenie preparé.*

Bolus Armena pulverisata Aqua fontana diluitur, Aqua turbida, tenuissimis Boli particulis mixta, leni inclinatione separetur a spisso, novaque Aquae quantitas toties affundatur et effundatur leniter, donec, praeter arenulas et crassiores partes nihil remaneat. Bolus, quae paullatim in Aqua decanthata subsedit, effusa illa, servatur exsiccata.

BOLUS RUBRA ARTIFICIALIS sec. VAN MONS. Künstlicher rother Bolus. *Bol rouge factice*

Rec. Aluminis Part. octo, Vitrioli Martis Part. unam. Solve in q. s. Aquae, tum separatim Lapidis caustici natrini fusi Part. tres cum dimidia. Misce ambos Liquores, bene agitando, praecipitatum lava et sicca.

BORAS HYDRARGYRI seu MERCURII, SODAE cet. v. quaeque Nomina Basium vel Nomina antiqua.

BORAX TARTARISATA v. Cremor Tartari solubilis.

BORAX USTA seu CALCINATA. Gebrannter oder calcinirter Borax. *Borax brulé.* — Uti Alumen ustum (p. 33.) paratur; cavendum autem ne nimium igniatur, alioquin funditur. — Massam exhibet albissimam spongiosam. — Est Borax aqua privata.

BORUSSIAS FERRI, KALI seu POTASSAE et OXYDULI FERRI, HYDRARGYRI seu MERCURII cet. v. quaeque Nomina Basium vel Nomina antiqua.

BOTRIOMEL v. Succus Musti inspissatus et Syrupus communis.

BOUGIES v. Cereoli.

BRODIUM v. Decoctum vel Jus seu Jusculum et Infusum.

BRODIUM ZIBEBARUM v. Syrupus.

BROMIUM v. Species pro Decocto Avenae.

† BROMUM, Bromina seu Brominum, Murides seu Murina. Brom, Bromin, Murid oder Murin. *Brome* ou *Bromine*, *Muride*.

Rec. Muriae (Mutterlauge) ex Salis communis coctione remanentis, quae Bromum continet, e. g. Crucenacensis vel ab Aqua marina, quantum vis. Evaporet leni calore et refrigescat liquor repetitis vicibus, donec non amplius Crystalli deponantur. Liquorem a crystallis secretum immitte in retortam vitream satis capacem et admisce vigesimam circiter Partem Magnesiae Vitriariorum, tunc circiter tantundem Olei Vitrioli, antea Aqua diluti, vel Acidi Salis et adaptato recipiente, glacie, nive vel miscella frigefaciente cincto, juncturisque optime clausis, fiat destillatio summa cum circumspectione, lenissimo igne, donec vapores rutilantes evolvi cessaverint. Statim tunc excipulum tollendum et liquor elicitus lenissimo calore in vas recipiens siccum, frigefactum, rectificandus, qui tunc in vasis vitreis firmis, epistomio vitreo optime munitis, loco frigido obscuro sollicite asservandus. Deficiente occasione Muriam, Bromum continentem, acquirendi, Bromum quoque emi licet, uti prostat in commercio, quod autem investigandum (v. infra), si purum et si necesse, rectificatione depurandum. — Liquor obscure fusco-ruber, in stratis tenuibus solummodo colore pulchre igneo pellucidus; p. sp. 2,997 odore suffocante putido Chlori et valde extenuati Acidi borussici subsimili, sapore corrugante caustico; admodum volatile, temperatura ordinaria nebulas rutilantes, acidi nitrosi (p. 21.) persimiles, emittit, temperatura 36° R. jam ebullit et destillatur; in frigore (— 16° R.) solidescit, massamque exhibet foliaceo-crystallinam, subplumbeam, metallice splendentem; vi autem electricitatem ducente carens, non aptum cremando, contra cum variis corporibus inter apparentem ignem sese conjungit. Partes Aquae triginta quatuor ad solutionem requirit, cum spiritu vini et naphtha non sine alteratione conjungi potest; et cum oxygenio et cum hydrogenio acida propria format. — Principium sui generis Chloro quam maxime affine. — Pond. Mixt. 489,150. — Corpora organica plerumque colore luteo imbuit, amylum autem fuscum tingit. — *Vis:* toxica, corrosiva, cutem atque carnem celeriter destruens; vapores suffocantes tussim, angorem, dolorem capitis cet. efficiunt; destruit etiam colores organicos, odores et miasmata. — Sit liquor supra ut bonae notae descriptus, in vase aperto temperatura ordinaria celeriter penitus in auras abeat, neque aquam vel quamvis aliam materiam relinquat. — *Usus:* Per se non tanquam medicamentum adhiberi potest; proponunt autem guttas nonnullas in patellam immissas, tanquam desinfectans, uti Gas Chlori evaporatione spontanea relinquendas. — Ceterum ad parandum Acidum hydrobromicum (p. 20.) et alias Bromi compositiones inservit.

BROMETUM seu BROMURETUM HYDRARGYRI seu MERCURII, KALII seu POTASSII, SODII cet. v. quaeque Nomina Basium.

BRUCIUM seu BRUCINUM v. Caniramium.

BRYONIAE FAECULA v. Faecula Bryoniae.

BUFONES COMBUSTI. Gebrannte Kröten. *Crapaudes brulés.* — Parantur urendo in novo fictili vitreato, dum in carbonem redigantur.

BUTYRUM AMYGDALARUM DULCIUM v. Pasta.

† BUTYRUM ANTIMONII. Spießglanzbutter. *Beurre d'Antimoine.*

Synon.: Butyrum Stibii, Oleum Antimonii seu Stibii, Causticum seu Cauterium antimoniale sive potentiale, Antimonium muriaticum seu salitum liquidum, Stibium muriaticum liquidum, Liquor Stibii seu Antimonii muriatici, Antimonium seu Stibium chloratum liquidum sive hydratum, Liquor Chloreti Stibii, Murias Stibii seu Oxyduli Stibii liquidus, Protochloruretum Antimonii liquidum, Murias Antimonii seu stibiosus liquidus. Spießglanzöl, salzsaure Spießglanzflüssigkeit, wässeriges anderthalb (einfach) Chlorantimon, Antimon- oder Spießglanz-Chlorür, Antimon-Chlorid. *Huile d'Antimoine, Cautère antimonial, Muriate d'Antimoine liquide, Chlorure d'Antimoine* cet.

Rec. Vitri Antimonii subtilissime pulverati Uncias quatuor,
Salis communis Uncias sedecim.
Terantur invicem et immittantur retortae vitreae; affundantur
cum Aquae purae Unciis octo diluti
Olei Vitrioli Unciae duodecim.

Digerantur in retorta obturata per viginti quatuor horas, saepius retortam movendo, tunc epistomio ablato ponatur in balneum arenae, vel exponatur retorta loricata igni aperto, praeponatur excipulum amplius bene lutandum et fiat initio leni, postea augendo igne destillatio denique ad retortae incandescentiam obscure rubram usque. Seponatur productum elicitum plerumque turbidum per aliquot dies in vase clauso, tunc decanthetur liquor limpidus a sedimento sulphureo forsitan deposito et servetur in lagenis epistomio vitreo praeditis. — Liquor oleosus, subflavescens, aëre nebulas albidas suffocantes emittens, sapore nauseoso-caustico; pond. sp. 1,42. — Constat ex Antimonii 2 et Chlori 6 Pond. Mixt. (sive ex Antimonii oxydati 2 et Acidi Salis 6 P. M.) cum Aqua et Acido Salis praevalente. Si Aqua diluitur praecipitatum album floccosum demittit, leni calore penitus in auras abit. — *Vis:* caustica, escharotica.

Sit liquor oleosus, decolor vel paullum tantum flavescens, pond. sp. supra memorato, cum sextuplo Aquae commixtus tantum praecipitati praebeat, ut primum spissescat, praecipitatum autem cum liquore acido mixtum tempore in crystallos aciculares abeat, ammonio hydrothionico colore fusco-aurantiaco imbuatur et calore penitus avolet. Liquor nimis tenuis, aqua dilutus paullum tantum praecipitatum praebens, vel nimis luteus, cum aqua praecipitatum album pulverulentum, tempore non crystallisabile, quod calore non funditur, et fixum praebens, et qui ammonii hydrothionici ope non coloratur, rejiciendus.

Usus: Externe solummodo applicatur uti causticum, semper caute adhibendum. Inservit porro ad parandum Pulverem ALGAROTHI.

Variis methodis hoc praeparatum parari potest, non raro autem plus minus a producto ante usitato discrepat. Ph. Borussica, quae in terris Badensibus hucusque vim legis habebat, eo praecipue a praecepto supra designato discrepat, quod Vitri Antimonii loco Crocum Metallorum sumi proponit, et quidem Croci Metallorum Part. duas, Sal. communis Part. sex, Olei Vitrioli Part. quatuor et Aquae Part. duas. Procedatur autem, uti supra memoravimus. — Ph. Hannoveranae, Hassiae El., Polonicae et Slesvico-Holsaticae formulae cum hac congruunt, uti et Ph. Bavaric. formula, quae autem Croci Metallorum loco Vitrum Antimonii praescribit. — Ph. Borussica nova Antimon. oxyd. pur. Unc. duas cum Acidi Salis Unc. sex leni calore in cucurbita vitrea coqui praescribit, donec Unciae duae evaporaverint, tunc liquori, filtri ope a pulvere remanente separato, si opus fuerit, Aquae destillatae addi jubet, ut pond. spec. sit = 1,345 — 1,355. — Ph. Amstelodam. Vitri Antimon. Part. quatuor, Salis commun. Part. sedecim, Ol. Vitriol. et Aquae āā Part. octo, — Ph. Batava et Belgica Croci Metall. Part. duas, Sal. commun. Part. octo, Ol. Vitrioli Part. sex et Aquae Part. quatuor praescribunt, — et Disp. Fuldense eo solummodo ab hac formula discrepat, quod Croci Metallorum loco Vitrum Antimonii sumi jubet. — Ph. Danica nova Croci Metall. Unc. quinque, Sal. commun. Unc. sedecim, Ol. Vitrioli Unc. quatuor et Aquae Unc. sex, —

Ph. Rossica Antimon. crudi calcinati Unc. octo, Sal. commun. Libr. unam, Ol. Vitrioli Libr. semis et Aquae Unc. quatuor praescribit. — Ex Doebereineri praescripto Antim. crud. praep. (p. 35.) cum Triplo Acidi Sal. fum. in cucurbita vitrea satis capaci primum leni calore digeritur, qui gradatim augendus ad ebullitionem usque, quamdiu Aër hepaticus eructatur; tunc solutio ab Antimonio non soluto decanthatur et in retorta vitrea destillatur. Liquor primum prodiens tamdiu removeatur, donec Aqua dilutus valde lactescat, tunc excipiatur liquor stillans in recipiente sicco adlutato et fiat destillatio ad siccum.

Parari etiam potest hoc Butyrum destillatione non adhibita, e. g. methodo descripta cum Antimonio crudo vel Regulo Antimonii. Ad promovendam dissolutionem Acido Salis fumanti admisceri licet duodecimam Acidi Nitri (p. 21.) Partem, minime plus! tunc miscellae sensim in minutis parcellis admiscetur Antimonii crud. praep. Pars tertia vel Reguli Antimon. pulv. quarta Pars. Ceterum agitur, ut supra memoratum. Obtinebis autem, si Antimonium non purum, productum impurum.

†BUTYRUM ANTIMONII SOLIDUM sive VERUM, Antimonium chloratum seu Chloretum Antimonii, Deuto-Murias Stibii sublimatus. Feste (eigentliche) Spießglanzbutter, wasserleeres oder fast wasserleeres Chlorantimon. *Beurre d'Antimoine anhydrée, Chlorure d'Antimoine, Muriate d'Antimoine sublimé.*

(De ceteris Synonym v. praecedens.)

Rec. Antimonii crudi Part. quinque, Mercur. subl. corros. Part. duodecim. Trita in mortario vitreo seu lapideo optime misceantur et statim in retortam siccam, collo amplo praeditam, immittantur; tunc, adaptato excipulo sicco, fiat destillatio, primum igne remissiori, gradatim augendo, quamdiu productum limpidum, in calore liquidum, in frigore indurescens, prodit, quod, si difficilius ex retortae rostro profluit, prunis candentibus admotis liquandum est. Excipulum tum eximitur, Butyrum leni calore liquatur et in vasis, epistomiis vitreis munitis, loco frigido asservatur. (Augeatur nunc ignis sub retorta ad summum usque, ut ascendat Cinnabaris Antimonii et, refrigeratis omnibus, Cinnabaris sublimata, rejecto Sulphure, quod superiori ejus parti adhaeret, conteratur et abluatur aqua, et denuo e cucurbita sublimetur.) — Obtinetur pari modo Butyrum Antimonii destillando miscellam ex Reguli Antimonii Partibus tribus et Mercurii sublim. corros. Partibus octo. — Massam exhibet ponderosam, solidam, sed mollem, decolorem, subhyalinam, radiato-crystallinam, humorem ex aëre attrahentem et cum minutissima Aquae parte junctam partim crystallos limpidas, prismata tetragona exhibentes, formans; leni calore liquescens et volatile, in aëre nebulas albas suffocantes eructans; in ceteris proprietatibus, Partibus constituentibus et Vi cum praecedente congruit, magis autem causticum, caret etiam acido in excessu et aqua, quacum non calefit, et nisi nimia quantitas admiscetur, liquorem sublacteum exhibet, qui majore quantitate admixta, permultum Pulveris Algarothi deponit. — *Usus:* Praecedentis.

Secundum nonnullas Pharmacopoeas Butyrum hoc paullum Aquae continet, tunc propius ad praecedens accedit. Sic Ph. Wirtembergica praescribit, miscellam ex Mercurio sublimato corrosivo et Antimonio per aliquot dies in vase aperto aëri exponi, donec humida fiat, et tunc destillari. — Disp. Brunsvicense miscellam ex Antimon. crudi Libra una et Mercur. subl. corros. Libr. tribus Unc. una Aquae irrorari proponit. — Ph. Herbipolitana Antimon. crudi pulv. Unc. octo et Salis commun. decrepitati Unc. duodecim cum Ol. Vitriol. Unc. sex, sensim in minimis portionibus miscellae addendis, destillari praescribit. — Ph. Lusitanica Vitr. Antimon. Libr. unam, Sal. commun. sicci Libr. duas et Ol. Vitrioli Libr. unam destillari suadet. — Ph. Fennica et Suecica Vitri Antimon. (Oxydi stibiosi) alcoholisati Part. unam, Sal. commun. Part. duas et Ol. Vitriol. Part. unam misceri et l. a. destillari praescribit. — Berzelius Vitr. vel Regul. Antimonii in suffic. Acidi sulphur. quantitate dissolvi, solutionem ad siccum evaporari et tunc cum Duplo Salis commun. destillari proponit. — Obtinetur his methodis productum partim liquidum, partim crystallinum, medium quasi tenens inter duo praeparata praecedentia.

†BUTYRUM ARSENICI, Arsenicum chloratum, Chloretum Arsenici seu arsenicicum, Arsenicum salitum, muriaticum seu hydrochloricum. Arsenikbutter, Chlorarsenik, Arsenikchlorid, salzsaures Arsenikoxyd. *Beurre d'Arsenic, Chlorure d'Arsenic, Arsenic muriatique* ou *hydrochlorique.* — Simili modo atque Butyrum Antimonii destillatione mixtionis Arsenici Part. unius et Merc. subl. corros. Part. sex paratur. — Liquor limpidus oleosus, ponderosus, valde volatilis, in aëre nebulas albas eructans, odore penetrante nauseoso. — Butyro Antimonii analoge compositum. — Aqua decomponitur et Arsenicum album partim deponit. — Venenum gravissimum. — Olim uti Butyrum Antimonii partim adhibebatur; merito autem hodie vix unquam audetur. (Nomine Butyri seu Liquoris Arsenici olim etiam Arsenicum fixum [Acidum arsenicicum p. 15.] in cella per deliquium solutum intelligebatur.)

BUTYRUM CACAO. Kakaobutter. *Beurre de Cacao.*

Synon.: Oleum Cacao, Sebum Cacao. Kakaoöl. *Huile de Cacao.*

Cacao leniter tosta, a corticibus liberata, contusa et sacco can-

nabino loto inclusa, aquae bullientis vapore impraegnata, et ope torcularis, cujus laminae in aqua fervida calefacta sunt, exprime. Oleum obtentum, nisi clarum, in infundibulo, aqua fervida cincto, filtratur et supra balneum Mariae tamdiu in patina stannea vel lapidea leni calore, saepius agitando, detineatur, donec omnis humiditas adhaerens dissipata sit, tunc in cistulas papyraceas effundatur et refrigeratum loco sicco asservetur. — Oleum solidum, sebaceum, album, p. spec. 0,91, temperatura ordinaria fragilis, temperatura autem 30° R. jam liquescens, odore debili grato Cacao, sapore miti oleoso. — *Vis:* involvens, demulcens.

Sit decolor, mite, calore manus jam deliquescens; coloratum autem vel rancidum omnino rejiciatur.

Usus: Interne adhibetur cum vitello ovi mixtum vel in jusculo carnis cet.; externe per se applicatur, vel unguentis passim tanquam constituens admiscetur.

BUTYRUM seu UNGUENTUM CERAE Batavum Disp. Fuldensis, Ph. Hamburg. p. paup. edit. prim. cet. Wachs-Butter oder Salbe. *Beurre* ou *Onguent de Cire.*

Rec. Cerae flavae Unc. duas. Solve modico calore in s. q. Spir. Vini; solutio per filtrum effundatur, et quod in filtro remanet, servetur. (V. etiam Cera purificata et Oleum Cerae.)

BUTYRUM HERBIS CONDITUM Reyeri. Kräuterbutter. *Beurre confitée avec les Herbes.*

Rec. Herb. Rutae hort. et Salv. rec. āā Manip. tres. Conc. misce in urceo lapideo cum Cremoris Lactis dulcis Mensur. tribus. Reponantur per 24 horas, deinde modo consueto Butyrum conficiatur, quod per linteum transmittendum. — Pulmonariis pani illitum prodesse fertur.

BUTYRUM MAJORANAE v. Unguentum.

BUTYRUM MARCASITAE v. Magisterium.

BUTYRUM CUM OXYDO MERCURII RUBRUM seu mercuriale rubrum v. Balsamum ophthalmicum rubrum (p. 117.).

BUTYRUM RUBRUM v. Unguentum potabile rubrum.

BUTYRUM RUTAE v. Unguentum.

BUTYRUM SATURNI seu Unguentum Acetatis Plumbi Ph. Hispanicae. Blei-Butter oder Salbe. *Beurre de Saturne.*

Rec. Extracti Saturni, Ol. Olivar. āā Libr. semis. Misce in mortario lapideo continuo agitando pistillo ligneo ad Linimenti spissitudinem. (V. etiam Balsamum [p. 120.] et Ceratum Saturni et Unguentum nutritum.

BUTYRUM STANNI v. Liquor fumans Libavii.

BUTYRUM STIBII v. Butyrum Antimonii.

BUTYRUM TEREBINTHINATUM Disp. Pragensis. Terpentinbutter. *Beurre térébenthinée.*

Rec. Terebinth. Venet., Vitello Ovi solutae, Unc. unam, Butyri rec. non salit. Unc. unam, Aq. Malv. Unc. semis, Syr. de Alth. Fernelii Unc. unam semis. Misce exactissime.

BUTYRUM VACCINUM DEPURATUM. Gereinigte Butter, Schmalz. *Beurre purifiée.* — Paratur liquefaciendo Butyrum recens et caute coquendo leni igne, donec caseus depositus, aqua evaporata sit et liquor oleosus limpidus appareat, qui sollicite a sedimento decanthatur, et post refrigerationem Butyrum asservatur. — *Vis* et *Usus:* Butyri recentis. — Butyrum rancidum rejiciatur.

BUTYRUM ZINCI, Zincum salitum, hydrochloricum seu muriaticum, Murias Zinci, Zincum chloratum seu Chloretum Zinci Ph. Batavae. Zinkbutter, salzsaures Zinkoxyd. *Beurre de Zinc, Muriate* ou *Chlorure de Zinc.*

Rec. Zinci puri laminati vel granulati quantum vis. Solve per vices in suff. Acidi Salis quantitate, filtra et evapora liquorem leni calore, donec in frigore siccescat. — Massa salina albido-fuscescens, sapore nauseoso, styptico; igne liquefit et partim sublimatur, aëre deliquescit, facillima solutu in aqua; solvitur etiam in spiritu vini et naphtha. (De ceteris proprietatibus conf. salia zincica in universum I. 355.) — *Part. const.* Zinci 1 et Chlori 2 p. Mixt. cum Aqua (sive Zinci oxydati 1 et Acidi Salis 2 p. Mixt.). — *Vis:* emetica, styptica, caustica, corrodens. — *Usus:* Interne raro adhibetur, passim in naphtha solutum, praecipue externe in aqua solutum. — Novissimis temporibus uti cauterium magnopere laudatur. (V. etiam Liquor Zinci saliti.)

BUXIUM seu BUXINUM. Buxin. *Buxine.* — Obtinetur ex Cortice Buxi, ut opinamur, simili methodo atque Aconitium (p. 26.). Purior fieri fertur, si solutioni Buxii sulphurici tamdiu Acidum Nitri admiscetur, quamdiu prae-

cipitatum fuscum formatur; tunc liquori claro Sal Sodae in excessu admiscetur, et Buxinum praecipitatum tractatur, uti in Aconitii purgatione edoctum est. — Pulvis albidus esse dicitur, sapore peramaro, difficilis solutu in aqua frigida, facilior in aqua calida, plus in spiritu vini, minus in naphtha. Solutiones alcalium modo ad reagentia sese habere, cum acidis salia, partim crystallisabilia, praebere ferunt. — *Vis:* diaphoretica (?) Buxi vires medicatas concentrice in se habere et medicorum attentione dignum videtur.

CACAO SACCHARATA. Cacao mit Zucker. *Cacao sacchare.* — Miscella est Pastae cacaotinae et Sacch. albi $\bar{aa}$ Part. aequalium. — Per se adhibetur et ad parandam Chocoladam, Pulverem Content cet. inservit. (V. etiam Chocolada.)

CACAO TABULATA, PRAEPARATA seu TRITA v. Chocolada et Pasta cacaotina.

CACHOU A L'AMBRE GRIS, A LA CANELLE, A REGLISSE, A LA VIOLETTES cet. v. Trochisci.

CADMIA PRAEPARATA v. Tutia praeparata.

CADMIUM CARBONICUM, Carbonas Cadmii seu cadmicus. Kohlensaures Kadmiumoxyd. *Carbonate de Cadmium.*

Rec. Cadmii laminati quantum vis. Solve in Acidi Nitri, sextuplo Aquae destillatae diluti, quantum requiritur. Filtra et dilue solutionem quadruplo Aquae purae et instilla Solutionem Cineris clavellati depuratam valde dilutam, quamdiu praecipitatum album enascitur, quod Aqua destillata optime elotum, lenissimo calore exsiccatur. — Pulvis albus impalpabilis, insipidus. — Constat ex Cadmii oxydati et Acidi carbonici aequalibus Pond. Mixt. — Igne acidum amittit et Cadmium oxydatum purum relinquit, pulverem flavum, plus minus in fuscum abeuntem, exhibens, quod fixum, igne non funditur et ex Cadmii et Oxygenii, aequalibus Pond. Mixt. constat. — *Vis:* irritans (?) toxica (?). — *Usus:* Per se hucusque vix tanquam medicamentum adhibebatur; praecipue ad parandum Cadmium sulphuricum inservit.

CADMIUM SULPHURICUM, Sulphas Cadmii seu cadmicus. Schwefelsaures Cadmium. *Sulphate de Cadmium.*

Rec. Cadmii carbonici quantum vis. Solve in Spiritus Vitrioli sufficiente quantitate; et evapora liquorem saturatum, si opus est, filtrandum, ad crystallisationem. — Prismata exhibet decolora, hyalina, recte rhombica cet. sapore styptico, ingrate metallico. — Constat ex Cadmii oxydati 1, Acidi sulphurici 1 et Aquae 4 P. Mixt. — In aëre subfatiscit. Leni calore deliquescit, aquam amittit et calore forti sal partim decomponitur. — *Vis:* irritans, mundificans, interne toxica (?). — *Usus:* Externe adhibetur praecipue in collyriis. — Novissimis temporibus ut ophthalmicum magnopere laudatur. — Sit genuinum et purum, supra ut bonae notae descriptum. Solutio aquosa acido sulphurico acidulata acidi hydrothionici ope penitus cum colore pulchre luteo praecipitetur (v. etiam I. 23.).

CAFFEUM seu CAFFEINUM, Coffeinum. Kaffein oder Koffein. *Caféine.*

Rec. Semin. Coffeae pur., uti prostant in commercio, quantum vis. Contunde et coque cum Sextuplo Aquae purae per horam, colaturae sensim admisce Plumbum oxydatum hydratum et coque, donec liquor fere decoloratus sit, filtra et trajice per filtratum Aërem hepaticum, ut plumbum penitus separetur, filtra iterum et evapora leni calore, donec in frigore Caffeum in crystallos abit, quae inter chartam bibulam pressae, denuo solvendae in aqua fervida et, addito pauxillo Plumbi oxydati hydrati et Carbonis Lixivii Sanguinis, coquenda, tum solutio adhuc fervida filtranda. Caffeum inter refrigerationem et evaporationem liquoris in crystallos coalescit, quae, si nondum purae, iterata solutione et crystallisatione depurandae. — Crystallos exhibet tenuissimas, aciculares, niveas, sericeas, flexibiles, inodoras, sapore grate amaro, temperatura ordinaria aëre immutabiles; temperatura 80° R. Aquam amittunt et calore caute auctiore, sine mutatione volatiles, et sublimantur, aëris aditu ignita comburuntur cum flamma. — *Part. const.* Carbonei 8, Hydrogenii 10, Oxygenii 2 et Azoti 4 Pond. Mixt. — In aqua frigida non facile solutu, facile autem in aqua calida, spiritu vini diluto et aceto radicali, insolubile in alcohole vini absoluto et naphtha. Solutio aquosa neutralis ad reagentia indifferenter sese babet. Caffeum neque cum acidis neque cum alcalibus combinationes intimas format. — *Vis:* excitans, febrifuga (?), tonica. — *Usus:* In pulvere vel solutione. — Hucusque principium hoc peculiare organicum, valde azoticum, vix pro medicamento usurpatum; medicorum autem attentione quam maxime dignum!

CAINCANIUM v. Acidum caincanicum (p. 17.).

CALCARIA ACETICA v. Sal Coralliorum, Margaritarum, Matris Perlarum et Oculorum Cancrorum.

CALCARIA CARBONICA v. Creta alba praeparata, Testae Ostrearum praeparatae, Lapides Cancrorum praeparati, Marmor. alb. et Magisterium Coralliorum, Margaritarum, Matris Perlarum et Oculorum Cancrorum, (Creta, Lapis calcarius et Marmor in Parte priori) cet.

CALCARIA CAUSTICA v. Calx viva (I. p. 23.) et Calcaria pura.

CALCARIA CHINICA, Chinas Calca-

riae seu calcicus. Chinasaurer Kalk. *Chaux chinique* cet. — Obtinetur in parando Chinium sulphuricum secundum methodum ordinariam. Lixivium, Calcariam chinicam impuram continens, ad syrupi spissitudinem evaporatur et seponitur, ut sal in crystallos coalescat, quae inter chartam bibulam pressae, in aqua solvuntur et cum carbone animali depurato coquuntur, donec solutio decolorata sit, quae filtrata lenissimo calore iterum ad syrupi spissitudinem evaporatur et seponitur, ut Calcaria chinica pura in crystallos abeat, quae siccentur et serventur. — Crystallos exhibet decolores plerumque foliaceas, rhomboidales, vel prismata hexagonalia, aëre immutabilia, sapore salino, facilia solutu in aqua, in alcohole vini non. (De ceteris proprietatibus conf. Acidum chinicum p. 17.). — Constat ex Calcariae 1, Acidi chinici 1, et Aquae 10 Pond. Mixt. — *Vis:* (?) — *Usus:* Per se non tanquam medicamentum adhibetur; partem Salis essentialis Chinae constituentem praevalentem exhibet, et ad parandum Acidum chinicum (p. 17.) inservit.

† CALCARIA CHLOROSA, Calcaria chlorata seu oxymuriatica, Chloris calcicus, Chloretum seu Chloruretum Calcariae seu Oxydi Calcii, Calcaria chlorinica (false), Oxychloruretum Calcii, Oxymurias Calcis, Murias hyperoxygenatum sive oxygenatum Calcis, Calx oxymuriatica, Chloras seu Subchloras Calcis (false). Chlorichtsaurer Kalk, Chlorkalk, oxygenirt salzsaurer Kalk, Englisches oder Tennant'sches Bleichsalz. *Chlorite de Chaux, Chlorure de Chaux, Muriate oxygéné de Chaux, Oxymuriate de Chaux.*

Rec. Calcis vivae rec. ustae Libr. duas. Adspergantur in vase fictili Aquae Libra una, ut penitus in pulverem fatiscant, quem per cribrum trajice, ut partes non extinctae seu heterogeneae separentur. Immitte pulverem in lagenam altam, quantum ejus fieri potest solute, cui tubus amplus conicus inverse inest, qui, convenienter rei, jungatur cum retorta, miscellam ex Libr. quatuor Sal. communis, Libr. tribus Magnes. Vitriarior., Libr. octo Ol. Vitrioli et Libr. quatuor Aquae continentem, ad Gas Chlori extricandum, uti p. 57. et 58. edoctum est, quod lente introducitur in Calcem extinctam, quamdiu ab hac absorbetur, cavens sedulo, ne productum calefiat; et si Chlori vapores evolvuntur, nova quantitas justa Calcis extinctae pulverulentae submittitur, ut Chlorum absorbeatur. Peracta operatione praeparatum cito in vasis minoribus optime obturatis loco umbroso asservandum. — Pulvis albus subcohaerens, odore debili Chlori et sapore nauseoso amaro-corrugante Chlori et Calcis, in aëre semper Chlorum exhalat et humorem lente attrahit. Plerumque partim solummodo solubilis in aqua, solutio subflavescens ad colores organicos uti Aqua Chlori (p. 57.) sese habet. — Constat ex Calcaria chlorosa et Calcaria muriatica cum Calce in excessu. Calore in Calcariam chloricam et muriaticam (seu Calcium chloratum) immutatur, calore fortiori Oxygenium emittit; acida Chlorum eliciunt. — *Vis:* Aquae Chlori persimilis. — *Usus:* Praecipue externe adhibetur, ut depurans, alterans, foetorem e putredine castigans. Inservit etiam ad decolorandum, ad fumigationes STAHLIANAS, ad miasmata destruenda cet. — Sit Pulvis supra ut bonae notae descriptus, sapore vehementer corrugante Chlori, cum acidis multum Chlori eructans, maxima ex parte solubilis in aqua; solutio flavescens magnam solutionis indigo quantitatem destruat. Pulvis autem parva tantum ex parte solubilis in aqua, vel massa humida, sapore plus salso, cum acidis parvam tantummodo Chlori quantitatem evolvens, et si solutio aquosa parvam tantum solutionis indigo quantitatem decolorat, rejiciendus.

CALCARIA CITRATA seu CITRICA v. Conchae citratae et Lapides Cancrorum citrati.

CALCARIA HYDRATA v. Calx extincta.

† CALCARIA IODATA sive IODOSA, Ioduretum Calcis. Jodkalk. *Iodure de Chaux.*

Rec. Calcis recenter extinctae Unc. unam, Iodi Drachm. viginti septem. Misce, tere invicem in mortario lapideo, donec intime mixta sint, et serva in vase bene obturato. — Pulvis niger, odore debili Iodi et sapore nauseoso, maxime corrugante; maxima ex parte solubilis in Aqua, solutionemque exhibens atro-fuscam, in statu concentrato fere impellucidam; calore facile decomponitur et iodum amittit. — *Vis:* maxime incidens, depurans, resorbens, facile toxica (v. et Iodum I. 162.). — *Usus:* Et interne et externe novissimis temporibus adhibetur. Caute semper et parva dosi dispensanda.

† CALCARIA IODICA seu IODINICA, Iodas Calcis seu calcicus. Jodsaurer Kalk. *Iodate de Chaux.* — Obtinetur praecipitando solutionem concentratam Calcis salitae solutionis ferventis Kali seu Natri iodici ope, edulcorando praecipitatum aqua frigida et siccando. — Pulvis albus, granuloso-crystallinus, aegre solubilis in aqua, insolubilis in spiritu vini (de ceteris proprietatibus conf. Salia iodica p. 20.). — *Vis:* praecedentis (?), et simili modo atque praecedens passim adhibetur.

CALCARIA MURIATICA v. Calx salita.

CALCARIA NITRICA, Nitras Calcis seu calcicus, Nitrum calcareum. Salpetersaurer Kalk, Kalksalpeter, Mauersalpeter. — Obtinetur saturando Acidum Nitri cum Calce (Creta cet.) et evaporando Liquorem clarum neutrum ad crystallisationis momentum. — Prismata exhibet longa regulariter hexagonalia,

sapore ingrato, penetrante salso et amaro; aëre deliquescit, facilis solutu in aqua et spiritu vini (de ceteris proprietatibus v. Salia nitrica p. 21.). Per se non pro medicamento adhibetur. Ad parandum Ferrum nitricum et alia Salia nitrica inservire potest.

CALCARIA OXYMURIATICA v. Calcaria chlorosa (p. 145.).

CALCARIA PHOSPHORICA seu SUBPHOSPHORICA, Calx phosphorata v. Cornu Cervi ustum album (I. 42.). — Purior obtineri potest, solvendo Cornu Cervi ustum album in Acido Salis et praecipitando solutionem filtratam et dilutam Spiritus Salis Ammoniaci caustici ope, edulcorando praecipitatum et siccando. — Pulvis niveus, tener, insipidus, insolubilis in aqua, solubilis in acidis pluribus; spiritus sal. ammon. causticus praecipitat sal sine mutatione. — Constat ex Calcis 3 et Acidi Phosphori 1 p. Mixt. — Uti Cornu Cervi ustum album adhiberi potest.

CALCARIA PHOSPHORICA ACIDA sive SUPERACIDA, Superphosphas Calcis seu calcicus, Acidum Phosphori seu phosphoricum impurum glaciale, Vitrum Phosphori. Ueberphosphorsaurer Kalk, Phosphorglas. *Surphosphate de Chaux*, *Acide phosphorique glaciale impure*, *Verre de Phosphor*. — Paratur pari modo atque Acidum Phosphori ex ossibus (p. 23.). Ad quinque autem Libras Corn. Cerv. usti albi quatuor tantummodo Libras Olei Vitrioli sumendo. — Massa sicca, pellucida, acido phosphori puro persimilis, pariter sapore acido, et in aëre humorem attrahens, plane dissolubilis in aqua, sed partim tantum in spiritu vini, qui solutionem aquosam concentratam turbat; spiritus salis ammon. causticus calcariam subphosphoricam ex solutione praecipitat. Ceterum uti acidum phosphori sese habet. — Est Calcaria phosphorica cum Acido Phosphori in excessu. — Ad parandum Phosphorum et Sodam phosphoratam inservit.

CALCARIA PURA CAUSTICA seu usta sive Calcium oxydatum v. Calx viva (I. 23.). — Purissima a pharmacopola ipso parari potest ustione Spathi calcarii puri vel Marmoris albi, donec Calx remanens cum acidis dilutis non amplius effervescit. — Massa alba, friabilis, sapore corrugante subcaustico (conf. porro Calx viva l. cit.). — *Vis* et *Usus:* Idem. Ubi Calx purissima exigitur, haec sumenda.

CALCARIA PURA LIQUIDA v. Aqua Calcis (p. 50.).

CALCARIA SULPHURATA v. Hepar Sulphuris calcareum.

CALCARIA SULPHURATA LIQUIDA v. Liquor Hepatis Sulphuris calcarei.

CALCARIA SULPHURATO-STIBIATA v. Calx Antimonii cum Sulphure.

CALCARIA SULPHURICA v. Alabaster (I. p. 84.) et Glacies Mariae (I. p. 2.) cet.

CALCIS ACETAS cet. v. Calcaria, vel Nomina antiqua.

CALCIUM CHLORATUM v. Calx salita.

† CALCIUM IODATUM, Iodetum seu Ioduretum Calcii, Calcaria hydriodica. Jodcalcium, hydriodsaurer Kalk. *Iodure de Calcium*, *Hydriodate de Chaux*. — Paratur saturando Calcariam carbonicam vel hydratam (Calcem extinctam) cum Acido hydriodico, vel decomponendo solutionem Ferri hydriodici Calcis ope et evaporando solutionem filtratam claram leni calore ad siccum. — Massam exhibet albam, sapore pungente ingratosalso et amaro, quae calore facile funditur, aëre deliquescentem, facillimam solutu in aqua (de ceteris proprietatibus conf. salia hydriodica in universum p. 20.). Constat in statu anydro ex Calcii 1 et Iodi 2 P. Mixt. — *Vis:* aliis salibus hydriodicis affinibus similis. — *Usus:* Idem. Apud nos non adhibetur.

CALCIUM SULPHURATUM v. Hepar Sulphuris calcareum.

CALOMEL. Kalomel. *Calomèle.*

Synon.: Calomelas seu Calomelanos, Mercurius dulcis seu sublimatus dulcis, Panacea mercurialis, Aquila alba mitigata, Draco mitigatus, Manna Metallorum seu mercurialis, Panchymagogum minerale, Filius Majae seu Quercetani, Corallinum album Libavii, Hydrargyrum muriaticum mite seu oxydulatum, Submurias Hydrargyri. Hydrargyrum chloratum, Chloretum, Chloruretum seu Protochloruretum Hydrargyri, Murias Protoxydi Hydrargyri, hyrargyrosus seu Hydrargyri dulcis, Murias seu Hydrochloras Oxyduli Hydrargyri mitis. Versüßtes Quecksilber, süßer Sublimat, Quecksilberpanacee, weißer Adler, einfach Chlorquecksilber oder Halb-Chlorquecksilber, Quecksilberchlorür, salzsaures Quecksilberoxydul. *Mercure* ou *Hydrargyre doux*, *Aigle blanc*, *Panacée mercurielle*, *Manne metallique* ou *mercurielle*, *Panchymagoque minérale*, *Chlorure* ou *Protochlorure de Mercure*, *Muriate de Mercure oxydulé* cet.

Rec. Mercurii vivi Unc. sex,
Mercurii sublimati corrosivi Unc. octo.

Misce terendo, caute Spiritus Vini aliquot Guttas subinde inspergendo, donec globuli Mercurii disparuerint; tunc immitte in cucurbitam vitream vel in vitra ordinaria

medicinalia, ad dimidium tantum replenda, et pone ita in balneum arenae, ut vasa usque ad collum arena tegantur. Calefiat primum igne remissiori, gradatim augendo, donec Calomel sublimari incipiat, tunc arena caute removeatur a superioribus vasorum parietibus et continuo sustentetur ignis fortis, donec omnia sublimata sint. Vas adhuc calens eximitur, panno aqua humectato obvolvitur, ut diffindatur et massa concreta cohaerens pura sollicite a particulis pulverulentis et globulis Mercurii vivi liberanda. — Sic massam exhibet albam, subhyalinam, splendentem, fibroso-crystallinam, fere insipidam, pond. spec. 7,176, corpori duro affrictam ductum sulphureum assumentem, igne mediocri penitus sublimatur, luce colorem obscurum assumit. — Ad usum medicum triturando in mortario lapideo vel supra porphyritem in pulverem subtilissimum redigendus, qui denique Aqua destillata elutriandus, optime lavandus et siccandus, ut pulverem impalpabilem exhibeat colore albo, vix flavescente; primum insipidum demum sapore miti mercuriali, insolubile in aqua frigida et spiritu vini frigido. — *Part. const.* Mercurii et Chlori āā aequalia Pond. Mixt. — *Vis:* antisyphilitica, ptyalismum ciens, antiphlogistica, antirrheumatica, purgans, resolvens, anthelmintica, cet.

Sit massa compacta crystallina supra ut bonae nota descripta. Calomel ad usum medicum pulverem impalpabilem album vix flavescentem fere insipidum minime griseum vel glareosum exhibeat; calore penitus in auras abeat, si cum spiritu vini frigido tractatur, liquor filtratus aquae hepaticae ope minime coloretur.

Usus: In pulvere, pilulis, electuario, minus apte in syrupo vel adeo in mixtura. Semper circumspecte parva dosi, secundum indicationes, adhibendus. Cave commisceas cum acido salis, salibus muriaticis vel adeo chloro aut acido borussico aliisque praeparatis hoc acidum continentibus, ut aqua amygdalarum, cet., porro cum alcalibus et magnesia ipsa, quae eum decomponunt et mercurium oxydulatum nudant. Kermes minerale et sulphur auratum antimonii pariter calomel decomponunt.

Pristinae et nonnullae novae Pharmacopoeae hoc praeparatum denuo semel, bis, terve, sexies (Panacea mercurialis), immo sedecies (Calomelas verus) sublimari proponunt, quia his operationibus repetitis praeparatum mitius fieri contendebant, quod tamen falsum.

CALOMEL VIA HUMIDA PARATUS, **Mercurius dulcis praecipitatus seu purgans**, **Murias Hydrargyri praecipitatus** (De ceteris Synonymis v. praecedens.)

Rec. Solutionis Mercurii nitrici oxydulati acidae quantum vis. Dilue cum sedecim Aquae destillatae Partibus et admisce solutioni limpidae tamdiu Solutionem Salis communis, quamdiu praecipitatum enascitur, quod statim Aqua destillata frigida et denique Spiritu Vini sollicite edulcorandum, et leni calore loco umbroso siccandum. — Pulvis albus impalpabilis, ponderosus, fere insipidus vel saltem sapore miti mercuriali, pressione forti colorem sulphureum assumens. Ceterum quoad proprietates, *Part. const.* et *Vim* cum praecedente congruit et pari modo adhibetur.

CALX ACETATA v. Calcaria acetica.

CALX ANTIMONII v. Antimonium diaphoreticum (p. 35.) et Cinis Antimonii.

CALX ANTIMONII CUM SULPHURE Hoffmanni, **Hepar Antimonii calcareum**, **Calcaria sulphurato-stibiata**, **Sulphuretum Stibii seu Antimonii cum Calcio**, **Calx Stibii seu Antimonii cum Sulphure**, **Antimonii Calx sulphurata**, **Calcium sulphurato-stibiatum**, **Sulphuretum Calcariae et Stibii.** **Hoffmann's Spießglanzkalk mit Schwefel, kalkhaltige Spießglanzleber, spießglanzhaltiger Schwefelkalk.** *Sulphure de Chaux* ou *calcaire antimonial,*

thae sufficiente quantitate in justam consistentiam sive massam redigendus est, ex qua pro lubitu Candelae formari poterunt. Si massae modo praescriptae Bals. Peruv. Unc. semis, Ol. destill. Caryophyll., Lign. Rhodii, Lavendul. āā Scrup. unus adduntur, fragrantiores et Candelae fumales completae, quae dicuntur, formari possunt. — *Usus:* Ad suffitum; tanquam Mosea etiam usurpari possunt. — Permultae sunt praescriptiones ad parandas Candelas fumales, quas praetereamus. — Pharmacopolae relinguendum, si a dato praecepto plus minus discedere velit.

† CANIRAMIUM, Brucium seu Brucinum (false). Kaniramin, Brucin. *Caniramine, Brucine.*

Obtinetur in parando Strychnio, evaporando Loturas in purificatione Strychnii obtentas, Caniramium continentes, ad siccum, tractando residuum Spiritù Vini absoluto, abstrahendo Spiritum ex solutione et iterata crystallisatione residui. — Prismata exhibet recte rhombica, saepius acicularia, stellatim aggregata, vel lamellas micaceas, albas, margaritaceas, sapore nauseoso-amarissimo, aëre immutabiles, leni calore liquefiunt et aquam amittunt. — *Part. const.* Carbonei 32, Hydrogenii 36, Oxygenii 6 et Azoti 2 Pond. Mixt. Crystalli adhuc 6 Aquae Pond. Mixt. continent. — Acidum nitri colore intense rubro, post flavo, imbuit. 350 Aquae fervidae Part. ad solutionem requirit. Solutio alcalium modo reagit et tincturae gallarum ope valde praecipitatur; in spiritu vini Caniramium facile solutu, in aethere non ita; igne decomponitur. — Salia format cum acidis plerumque facile solubilia in aqua et crystallisabilia, sapore amarissimo, ad acidum nitri et tincturam gallarum uti caniramium sese habentia. — *Vis:* stimulans, toxica, facile tetanum cět. efficiens, minus energice autem quam strychnium. — *Usus:* Simili modo atque strychnium adhibetur. In paralysi laudatur, semper circumspecte in exigua dosi praescribendum!

† CANTHARIDIUM seu CANTHARIDINUM. Kantharidin, Kantharidenkampher. *Cantharidine.*

Paratur extrahendo Cantharides Aqua, evaporando extractum et extrahendo residuum cum Spiritu Vini rectificatissimo, iterum evaporando extractum alcoholicum, digerendo residuum cum Naphtha Vitrioli et evaporando solutionem aethercam claram in aëre. Cantharidium relictum Spiritu Vini frigido abluitur. — Lamellas exhibet parvas, micaceas, inodoras, sapore acerrimo caustico; leni calore facile deliquescit et sublimatur, insolubile in aqua et spiritu vini frigido (in statu purissimo), facilius solutu in spiritu vini calido, magis in naphtha et oleis; solutiones indifferentes sunt. — Constat ex Carboneo, Hydrogenio, Oxygenio et Azoto. — *Vis:* maxime irritans, stimulans, in exiguis particulis cum cute in contactu vesicas excitans; vapores jam facile perniciosi sunt. — *Usus:* Per se nondum pro medicamento adhibetur. Est autem Cantharidum materia medicatrix, unde medicorum attentione dignum.

CANTHARIDUM PRAEPARATIO sec. Disp. Viennens. fit separando Cantharides, Aceto interfectas, a capitibus et alis, et siccando. — Secundum Ph. Augustanam et alias integra insecta siccata hoc nomine intelliguntur.

† CAPSICINUM seu RESINA CAPSICI, Capsicin, scharfes Harz des spanischen Pfeffers. *Capsicine.* — Materia quasi resinosa Capsici annui (I. p. 207.) Spiritus Vini ope obtinenda. — Summopere acris, irritans, facile toxica. — Vires medicatas Capsici annui concentrice in se conjungit. In statu purissimo autem nondum ita cognitum est, quanquam quod magis elaboretur, meretur, medicorumque attentione pariter dignum est.

CAPUT MORTUUM VITRIOLI v. Colcotar.

CARAVAI CORDIAL. v. Spiritus Carvi.

CARBO ANIMALIS v. Cornu Cervi ustum nigrum (I. 42.) et Caro vitulina tosta (p. 151.).

CARBO ANIMALIS seu OSSIUM DEPURATUS. Gereinigte Thier- oder Knochenkohle. *Charbon animal depuré.*

Rec. Carbonis Ossium (I. 42.) quantum vis. Digere cum sufficiente Acidi Salis diluti quantitate, donec omnes partes calcariae solutae sint. Carbonem restantem optime edulcora Aqua pura, qui tunc in crucibulo tecto et luto bene munito, cujus operculum foramine parvo instructum sit, igne moderato incandescat et refrigeratus in vase bene clauso servandus. — Pulvis ater, insipidus, igne aperto lente sed penitus fere, comburitur, ceterum uti Carbo Ligni (I. 26.) sese habet. — Est Carbo Azotum continens. — *Vis:* depurans, antiseptica, odores ingratos, nauseosos et putridos, uti et plures colores absorbens et destruens, non minus plura metalla ex ipsorum solutione praecipitans. — *Usus:* In pulvere, electuario, trochiscis cet. Praecipue etiam ad depuranda plura salia, acida, alcalia organica, aliaque corpora colore fusco inquinata, quae non facile decolorari possunt, inservit.

CARBO LIGNI PURUS. Gereinigte Holzkohle. *Charbon végétal depuré.*

Synon.: Carbo praeparatus vegetabilis, Carbones Ligni exusti.

Rec. Carbonis Ligni grosso modo pulverati quantum vis.

Optime elixiva Aqua pura et post exsiccationem incandescat in crucibulo seu alio vase ferreo bene

clauso, foramine autem parvo loco apto instructo, donec vapores et fumum emittere cessaverit. Post refrigerationem statim in vasis bene clausis asservandus. — Pulvis nigerrimus, levis, insipidus (ceterum conf. I. 26.). — *Vis:* depurans, antiseptica, desoxydans.

Usus: In pulvere, electuario, trochiscis, et externe quoque adhibetur. Inservit ad depurandum uti praecedens. Pro antidoto quoque habetur in mercurium sublimatum corrosivum.

CARBO LIXIVII SANGUINIS DEPURATUS. Gereinigte Blutlaugenkohle. *Charbon de Sang depuré.*

Rec. Sanguinis bovini recentis Part. quinque, Cinerum clavellatorum depurat. Part. unam. Misce et evapora ad siccum, tunc incandescat leni igne in tigillo tecto, donec vapores odorantes et aëres inflammabiles evolvi desinant. Residuum carbonaceum teritur cum aqua in pulverem subtilissimum, edulcoratur primum Aqua, deinde coquitur cum Acido Salis puro diluto et iterum edulcoratur. Servari tunc potest in vitro clauso Aqua tectus, vel exsiccari et denique in tigillo bene tecto antea leniter incandescere curari. — Pulvis ater, carboni animali depurato supra descripto simillimus, — eodemque modo adhibetur. *Vi* decolorante magis praeditus et ad depuranda nonnulla acida et alcalia organica praecipue aptus. Caute autem semper adhibendus, quia substantias depurandas partim ipsas alterat.

CARBO PILAE MARINAE et CARBO SPONGIAE v. Pilae marinae et Spongiae combustae.

CARBONAS v. quaeque nomina basium vel nomina antiqua.

CARBONIS PULVIS ACIDULUS Pharm. castrensis Ruthenae. Kohlenpulver mit Citronensäure. *Charbon avec de l'Acide citrique.*

Rec. Carbonis Ligni dep. Scrup. unum, Acidi Citri Gran. quinque. Misce; fiat Pulvis tenerrimus.

CARBONEUM SULPHURATUM, Sulphuretum Carbonei, Carburetum Sulphuris, Alcohol Sulphuris. Schwefelkohlenstoff, Schwefelalkohol. *Carbure de Soufre, Sulphure de Carbone.*

Rec. Carbonis Ligni recenter exusti, in frustula parva redacti et a pulvere cribri ope liberati quantum vis. Immitte in tubum porcellaneum vel ferreum fusum, aut aliud vas idoneum in furno anemio positum, adapta in una extremitate tubum vitreum cum refrigeratorio, in lagenam vitream, Aquam frigidam continentem, et tubulo pneumatico instructam, desinentem, et obtura alterum orificium; juncturis bene clausis calefac tubam vel vas carbonem continens ad incandescentiam usque, tunc ingere sensim per orificium, semper statim claudendum, Sulphuris frustula, quamdiu Carboneum sulphuratum in excipulum transit. Liquor elicitus fundum petens ab aqua supernatante separandus, lenissimo calore rectificandus et in vasis vitreis bene clausis, optime Aquae stratu tectus, loco frigido asservandus. — Liquor decolor aqueus, p. spec. 1,272, odore penetrante peculiari, subhepatico, simul aromatico uti et sapore, qui insuper acer et pungens, lucis radios valde refringens, maxime volatilis et evaporando frigoris sensum efficiens; temperatura 36° R. jam ebullit et destillatur; facile flammam concipit et cum odore sulphuroso comburitur. — *Part. const.* Carbonei 1 et Sulphuris 2 Pond. Mixt. — Insolubilis in aqua, facile autem solutu in spiritu vini, naphtha et oleis; solvit etiam sulphur, phosphorum, camphoram et plures resinas cet. — *Vis:* excitans, antirrheumatica, antarthritica, antipsorica. — *Usus:* Et interne et externe adhibetur, per se guttatim vel solutum in spiritu vini rectificatissimo, aethere aut oleis. — Remedium valde efficax, medicorum attentione omnino dignum.

CARBURETUM FERRI v. Graphites.

CARBURETUM IODI v. Ioduretum Carbonei.

CARMINUM. Karmin. *Carmin.*

Obtinetur coquendo Coccionellae Unc. duas in Aq. purae Libr. duodecim in lebete stanneo, spatula vitrea saepius agitando, addendo tunc Aluminis purissimi Scrup. quinque, coquendo adhuc per 2 minutas, tunc colando liquorem clarum rubrum per cribrum sericeum in pateras porcellaneas vel vitreas, quae leviter tectae per aliquot dies seponendae, ut Carminum subsidat, quod in filtro colligendum, edulcorandum et in umbra siccandum. — Pulvis tenerrimus, pulcherrime ruber, insipidus et insolubilis in aqua. — Ad pingendum et tingenda varia medicamina inservit.

CARO CYDONIORUM, CITRI v. Conditum.

CARO VITULINA TOSTA, Carbo animalis seu Carnis. Geröstete Kalbscarbonaten oder Kalbsrippen.

Parantur torrendo Carnem vitulinam a pinguedine liberatam, cum Jugis dissectam in vase clauso saepius agitando, igne moderato, donec colorem obscure fuscum assumserit et friabilis fiat. Tunc teritur in pulverem, qui in vasis clausis asservandus. — *Vis:* incitans, resolvens, discutiens. — *Usus:* Interne in pulvere, parva dosi.

CARTHAMIUM seu CARTHAMINUM, Acidum carthamicum, Rubrum hispanicum. Karthamin, Karthaminsäure, Saflorroth, Spanischroth. *Carthamine, Rouge végétale* ou *d'Espagne.* — Paratur ex Floribus

Carthami tinctorii Aqua frigida, paullo Aceti acuata, colore flavo privatis, macerando Aqua pura, in qua paullum Salis Sodae solutum est, et praecipitando colorem Succi Citri ope, qui colligitur et exsiccatur. — Pigmentum intense rubrum, in massa cohaerente superficiem auroviridem, tritum autem et expansum colorem pulcherrime rubrum exhibens, insipidum, insolubile in aqua et acidis dilutis, facile solutu in aqua, alcali quoddam continente, cum colore flavescente; acida Carthamium cum colore rubro recuperato praecipitant. — Ad tingendum, pingendum et infucandum inservit.

CARYOCOSTYNUM v. Electuarium.

CARYOPHYLLINUM. Caryophyllin, Nelkenkampher. *Caryophylline.* — Obtinetur macerando Caryophyllos orientales Spiritu Vini, donec Caryophyllino tecti sunt, vel coquendo Spiritu Vini alcoholisato; inter refrigerationem Caryophyllinum secernitur, quod Liquore alcalino et Aqua bene lavandum et exsiccandum. — Pulvis niveus, nitens, levis, ex crystallis tenuissimis acicularibus constans, inodorus et insipidus, insolubilis in aqua et spiritu vini frigido, solubilis in spiritu vini forti calido et naphtha; calore aegre liquefit et calore fortiori decomponitur. — Eodem modo atque Camphora (I. p. 24.) compositum esse fertur. — Per se hucusque nondum pro medicamento adhibebatur.

CASSIA EXTRACTA seu PRO CLYSTERIBUS. Hoc nomine Pulpa Cassiae intelligitur, Decocto ex Herbis Violariae, Malvae, Mercurialis, Betae, Parietariae et Flor. Violar. āā Manip. uno cum s. q. Aquae parato, extracta et cum Sesquipondere Sacchari THOMAEI mixta.

CASSIA CUM MELLE. — Fit pari modo, substituendo Saccharo Mel (v. Diacassia).

CASTORINUM. Castorin. *Castorine.* — Obtinetur coquendo Castoreum cum Spiritu Vini rectificatissimo, evaporando solutionem, lavando Castorinum Spiritu Vini frigido, solvendo in Spiritu Vini fortiori calido cum additione Carbonum Lixivii Sanguinis, filtrando et evaporando filtratum in aëre. — Prismata exhibet aggregata, tenuissima, tetragona, albida, pellucida, mollia, subpinguia, odore debili castorino et sapore ingrato gutturali; leni calore liquefit et calore aucto partim avolat, partim decomponitur; insolubile in aqua frigida, aegre in aqua fervida, solummodo in spiritu vini calido fortissimo, naphtha et oleis facile solutu, in liquoribus alcalinis calore solvitur, sed sine alteratione, et in frigore ex solutione deponitur; ab oleo vitrioli in frigore facile solvitur, ex solutione flava Castorinum aquae ope praecipitatur, ab aceto radicali pariter solvitur. — Est materia adiposa sui generis — *Vis:* (?) — Medicorum attentione dignum videtur.

CATAPLASMA ACETATUM Pharm. castrensis Ruthenae. Breiumschlag mit Essig. *Cataplasme avec du Vinaigre.*

Rec. Micae Panis vel Farinae cujuslibet quantum vis, Aceti quantum satis, ut f. Cataplasma. (V. etiam Cataplasma Crustae Panis acetosum.)

CATAPLASMA ACRE v. Catapl. discutiens.

CATAPLASMA ADSTRINGENS sec. BORIES. Adstringirender Breiumschlag. *Cataplasme adstringent.*

Rec. Lap. Haemat. Drachm. semis, Sang. Dracon. Drachm. unam, Sarcocoll. Drachm. duas, Boli Armenae Unc. unam, Albumin. Ovi q. s., ut f. Cataplasma. (V. etiam Cataplasma antisepticum et stypticum.)

CATAPLASMA ALTHAEAE EMOLLIENS Ph. Hispan. Erweichender Eibisch-Breiumschlag. *Cataplasme de Guimauve emollient.*

Rec. Rad. Alth. inc. Unc. decem. Coque in q. s. Aquae ad mollitiem, adde Herb. Malv. Unc. quatuor. Bulliant iterum ad humiditatis fere consumtionem. Contunde et pulpae, per setaceum equinum trajectae, admisce Axung. Porc. Unc. duas, Vitell. Ovor. Nro. duo. Habebis Cataplasmatis Libras duas. (V. etiam Cataplasma emolliens et Medullae Panis.)

CATAPLASMA ALBUMINIS seu aluminosum. Breiumschlag mit Eiweiß und Alaun. *Cataplasme albumineux.*

Rec. Alumin. pulv. Drachm. unam, Albumen Ovi unum, Aq. Sambuc. vel Rosar. Unc. unam. Misce exacte conquassando. (V. etiam Coagulum Aluminis.)

CATAPLASMA AD AMBUSTA HOFFMANNI. Breiumschlag gegen Verbrennung. *Cataplasme contre la Brulure.*

Rec. Albumin. Ovor. Nro duo, Ol. rosacei Unc. duas, Aq. Rosar. Unc. unam. Agitentur et misceantur exactissime.

CATAPLASMA AMMONIACALE VOGLERI.

Rec. Panis tritic. sicci cont. Unc. quinque, Sem. Lini cont. Unc. unam, Sal. Ammon. comm. pulv. Drachm. unam. Fiat cum s. q. Aq. fervidae Cataplasma.

CATAPLASMA AMYLI SWEDIAUR. Stärkmehl-Breiumschlag. *Cataplasme d'Amidon.*

Rec. Amyli quantum libet, Decoct. Chamom. vulg. saturati q. s., ut f. Pasta.

CATAPLASMA AMMONIACALE AUGUSTINI. Salmiakgeisthaltiger Breiumschlag. *Cataplasme ammoniacal.*

Rec. Pulp. Cassiae Unc. unam, Ol. Amygdal. dulc. Unc. semis, Elaterii, Spir. Sal. Ammon. aquosi āā Drachm. duas. Misce.

CATAPLASMA AD ANGINAM MICHAELIS. Breiumschlag gegen Bräune. *Cataplasme contre la Croupe.*

Rec. Rad. Bryon., Alth. āā Unc. unam, Hb. Malv., Violar. āā Manip. unum semis, Flor. Chamom. Man. semis. Bulliant ad mollitiem et pistentur, tunc adde Farin. Fabar., Hordei, Lini et Foenugraeci āā Unc. semis, Nidi Hirund. pulv. Unc. semis. Fiat c. s. q. Ol. Chamom., Lilior. alb. et Lini l. a. Cataplasma.

CATAPLASMA ANODYNUM CADET, Pharm. milit. Danicae cet. Schmerzlindernder Breiumschlag. *Cataplasme anodyn* ou *calmant.*

Rec. Farin. Sem. Lini et Hordei āā Libr. unam, Decoct. Capit. Papav. q. s. Coque ad requisitam consistentiam et adde Laudan. liq. SYDENH. Drachm. unam vel duas. — HENRY et GUIBOURT Farin. Sem. Lini Unc. duas cum Decocto ex duobus Capit. Papav. Unc. octo in Cataplasma redigi, super linteum expandi et

in superficie Laud. liq. Sydenh. Drachm. irrorari praescribunt. — Ph. Lusitan. milit. Farin. Sem. Lini Unc. tres c. s. q. Decoct. Papaver. et Solani nigri in Cataplasma redigi praescribit.

CATAPLASMA ANODYNUM seu e Papavere compositum et Hyoscyamo Ph. Gallicae.

Rec. Capit. Papav. alb. conc. Unc. unam, Herb. Hyosc. nigr. rec. Unc. duas. Coque cum s. q. Aquae ad Colat. Libr. unius et semis, colaturae adde Farin. emollient. Unc. quatuor et coque indesinenter movendo ad spissitudinem Cataplasmatis.

CATAPLASMA ANODYNUM Richard sec. Spielmannum.

Rec. Herb. Alth. Man. quatuor, Herb. Papav. somnif. Man. unum, Hyosc. Man. semis. Cont. coque cum Lactis q. s. ad consistentiam pultis, tunc adde Ol. Lini Unc. duas, Farin. Sem. Lini Unc. unam. Misce. — Cadet et Pierquin Pulv. Hb. Hyosc., Cicut., Nicotian., Solan. nigr. et Farin. Sem. Lini ana Part. aequales cum s. q. Decocti Capit. Papav. vel Flor. Papav. Rhoead. in pastam redigi praescribunt. — Formulaire des hopit. milit. de France Farin. Hordei, Secalis, Pulv. Herb. Hyosc. et Papav. ana Part. aequales praescribit. (V. etiam Cataplasma emolliens, cum Mica Panis, cum Opio cet.)

CATAPLASMA ANODYNUM Pharm. nosoc. Argent.

Rec. Cataplasm. emoll. Libr. unam, Pulv. Hb. Cicut. et Hyosc. ana Unc. unam.

CATAPLASMA ANTHELMINTICUM Bories et Cadet. Breiumschlag gegen Würmer. *Cataplasme anthelmintique.*

Rec. Aloës, Asae foet., Olibani, Gumm. Gutt. ana Drachm. semis, Pulv. Hb. Absinth. et Tanaceti ana Unc. semis, Ol. Lini q. s., ut fiat pasta aliquantum solida.

CATAPLASMA ANTIARTHRITICUM Mollenbruck.

Rec. Herb. Malv., Beccabung., Cochlear., Serpyll. ana Man. unum, Flor. Chamom. Pug. tres. Coque in s. q. Aquae; express. adde Spir. Lumbric. Drachm. sex, Sap. Venet. Drachm. quinque, Camphor. Scrup. unum, Croci Gran. octo. F. l. a. Cataplasma.

†CATAPLASMA ANTICANCROSUM seu Puls arsenicalis Le Febure sec. Augustin. Breiumschlag gegen Krebs. *Cataplasme contre le Cancer.*

Rec. Succ. Carottar. (seu Rad. Dauc. sativ.) Libr. unam, Sacch. Saturn., Arsen. alb., in Acet. Vini dest. q. s. soluti, ana Unc. semis, Herb. Cicut. pulv. q. s., ut f. Cataplasma seu Puls. — Swediaur Arsenic. alb. Unc. semis, Camphor. Unc. unam, Acet. Libr. unam et Succi Dauci Libr. duas cum s. q. Pulv. Herb. Cicut. in Cataplasma redigi praescribit.

CATAPLASMA ANTICHOLERICUM. Breiumschlag gegen Cholera. *Cataplasme anticholerique.*

Rec. Spec. aromat. Unc. sex, Farin. Sem. Lini Unc. tres. M., f. Pulvis grossus. — Alia formula: Rec. Farin. cereal. Part. duas, Sem. Sinap. cont. vel Rad. Armorac. Part. unam, Acet. q. s. M. — Alia formula: Rec. Sem. Sinap. cont. Unc. duas, Rasur. Rad. Armorac. Unc. unam semis, Aceti Vini q. s. ad Cataplasma. — Alia formula: Rec. Fermenti Panis atri Unc. tres, Sem. Sinap. cont. Unc. duas, Rasur. Rad. Armorac. Unc. unam semis, Cepar. sub cinere tost. et cont. Unc. unam, Ammon. muriat. dep. Unc. semis, Fruct. Capsic. Indic. Drachm. duas. M, f. cum Acet. Vini acerrimi q. s. Cataplasma. (V. etiam Cataplasma epispasticum et Sinapis.)

CATAPLASMA ANTICHOLERICUM Foy.

Rec. Herb. Cicut., Spec. aromat. ana Unc. sex, Sem. Lini et Aq. font. ana q. s. ad Cataplasma.

CATAPLASMA ANTIFEBRILE Hoffmanni.

Rec. Herb. rec. Urtic. min., Burs. Pastor., Rutae ana Man. semis. Grosso modo cum Aceto acerrimo contusis adde Lap. Prunell., Sal. commun. ana Drachm. semis, Telae Aranear. Drachm. unam. F. l. a. Cataplasma. Pulsibus applicandum in febribus. — Mynsicht praeterea Hb. Absinth. Man. unum, Oliban. et Nuc. Moschat. ana Drachm. unam addi praescribit, Lap. Prunell. loco Pulv. Pyrii et Sal. commun. ana Unc. unam et Terebinth. albae q. s. Aceti loco sumi proponit; ceterum cum praecedente congruit. — Aliae formulae antiquae pariter in summa rei cum his congruunt.

CATAPLASMA ANTIFEBRILE PRINCIPIS Anhaltini ex Piperis, Sal. commun., Croci et Allii ana Part. aequalibus constat.

CATAPLASMA ANTIOPHTHALMICUM v. Cataplasma pomaceum.

CATAPLASMA ANTIPLEURITICUM seu RUBEFACIENS sive e Pipere et Aceto Ph. Gallicae. Breiumschlag gegen Seitenstechen. *Cataplasme antipleuritique* ou *rubefiant.*

Rec. Hordei leviter tosti et pulv. Unc. quatuor, Aceti acerrimi Unc. unam, Albumin. Ovor. Nro. tria. Misce in mortario marmoreo et cum s. q. Aquae f. massa extendenda supra stupas linteo impositas; deinde superficiei hujus Cataplasmatis superinsperge pulveres mixtos ex Piperis nigr. Unc. una et Sem. Foenic. Unc. semis. — Bories, Cadet et Pierquin Piper. long. pulv. et Rad. Zinzib. ana Unc. semis cum s. q. Album. Ovi commisceri proponunt. — Ellis Farinae Sinap. Libr. semis, Piper. nigr., Zinzib. ana Drachm. unam cum s. q. Syr. simpl. in Pastam redigi praescribit. — Sec. aliam formulam Sem. Amomi pulv., Cinnamom., Caryoph. ana Unc. semis cum s. q. Farinae et Vini in Cataplasma redigi proponit.

CATAPLASMA ANTISEPTICUM Berouis. Fäulnißwidriger Breiumschlag. *Cataplasme antiseptique.*

Rec. Herb. Absinth., Scordii, Tanacet. ana Unc. tres, Rad. Enulae Unc. duas, Bacc. Junip. Unc. unam semis, Aquae et Aceti ana q. s., ut f. pulpa, cui adde Sal. Gemmae Unc. semis, Flor. Chamom. Unc. unam semis, Farin. Sem. Lupini q. s., ut f. Cataplasma.

CATAPLASMA ANTISEPTICUM Brera.
Rec. Pulv. Carbon. Ligni Unc. semis, Catapl. Flor. Chamom. Libr. quinque. Misce.

CATAPLASMA ANTISEPTICUM seu cum Kino et Camphora Ph. Gallicae.
Rec. Farin. Hordei Unc. sex, Pulv. Cort. Chin. Unc. unam, Aq. Libr. unam. Bulliant per quadrantem horae, continuo agitando, ad justam Cataplasmatis spissitudinem, cui semirefrigerato adde Camphorae pulv. Drachm. unam.

CATAPLASMA ANTISEPTICUM seu ADSTRINGENS sive cum Concinno et Camphora Disp. Lippiaci.
Rec. Pulv. Salic. fragil. et Cort. Quercus āā Part. unam, Acet. camph. Part. sex Misce. — Disp. Fuldense Pulv. Cort. Salic. et Hb. Rutae āā Unc. duas cum Spir. Vini camphorat. Unc. tribus et Aceti Vini q. s. in Cataplasma redigi praescribit. — Formulaire des hopit. milit. de Paris Farin. Hordei et Secalis, Pulv. Cort. Quercus āā Part. aequales cum s. q. Aquae ad consistentiam coqui et massae refrigeratae addi Camphorae Part. quinquagesimam vel vigesimam quintam praescribit.

CATAPLASMA ANTISEPTICUM Reussii.
Rec. Pulv. Chinae, Hb. Rutae, Spir. Vini camphor. āā Part. sexaginta quatuor, Camphorae Part. duodecim et Aceti q. s., ut f. Cataplasma. — Plenckii formula cum hac in summa rei congruit.

CATAPLASMA ANTISPASMODICUM. Krampfstillender Breiumschlag. *Cataplasme antispasmodique.*
Rec. Catapl. Farin. Sem. Lini in Decoct. Capit. Papav. et Croci decocti Unc. quatuor. Consperge Pulv. Opii crudi Gran. viginti, Camphor. Drachm. semis.

CATAPLASMA APOPLECTICUM Bateanum. Breiumschlag gegen Schlag.
Rec. Rad. Bryon. rec. Unc. tres, Sem. Sinap., Sapon. nigr. āā Unc. unam, Cantharid. Drachm. sex. Cont. opt. cum Aceto acerrimo q. s., fiat l. a. Cataplasma pro capite raso.

CATAPLASMA AQUAE MARINAE Swediaur.
Rec. Calcis salit., Sal. commun. āā Unc. semis, Aq. Libr. semis, Farin. cujuslibet q. s., ut f. Cataplasma.

CATAPLASMA AROMATICUM Brugnatelli. Gewürzhafter Breiumschlag. *Cataplasme aromatique.*
Rec. Herb. Meliss. Unc. sex, Flor. Chamom. Unc. tres, Bacc. Junip. Unc. quatuor. Coque in Spir. Vini simpl. q s ad pastae mollis consistentiam. — Formulaire des hopit. milit. de France Farin. Hordei et Cerealis āā Part. centum in Vini rubri centum Partibus coqui et sub finem addi Pulv. aromat. Part. tertiam praescribit. — Ph. nosocom. Argent. Cataplasm. emollient. Libr. unam cum Spec. aromat. gross. pulv. Unc. duabus misceri praescribit.

CATAPLASMA AD BLENNORRHAGIAM seu Cataplasma emolliens Swediaur. Breiumschlag gegen Blennorrhagie. *Cataplasme contre la Blennorrhagie.*
Rec. Ol. Amygdal. dulc. Unc. semis, Lact. calid. Libr. unam, Micae Panis q. s. ad parandum Cataplasma, cui, si opus est, adde Camphor. cum Oleo tritae Drachm. duas.

CATAPLASMA EX BRYONIA seu Cataplasma discutiens sive resolvens Plenckii.
Rec. Rad. Bryon. Unc. duas, Flor. Sambuc. Unc. unam, Herb. Cicut. Unc. duas. Pulverisata coquantur cum s. q. Aceti ad consistentiam pultis, cui addantur Gumm. Ammoniaci pulv. Unc semis, Sal. Ammon. Drachm. duae. — Ph. Lusit. milit. Rad. Bryon. Unc. duas, Flor. Chamom. Unc. unam, Gumm. Galbani Unc. semis, Sal. Ammon. Drachm. tres, Extr. Cicut. Unc. semis et Aceti q. s. praescribit. (V. etiam Cataplasma resolvens.)

CATAPLASMA seu PULTICULA AD BUBONES seu Carbunculos Diemerbroekii.
Rec. Pulv. Rad. Consolid. maj, Herb. Scord. āā Drachm. duas, Rad. Alth., Farin. Sem. Lini et Tritici āā Unc. semis. Coque cum s. q. Aquae ad Pultem crassiusculum, tunc adde Mellis, Terebinth, Ungt. Apostolor. āā Drachm. tres, Picis liquid., Ungt. Basilic. āā Drachm. duas, Vitell. Ovi unum, Croci Scrup. unum. Interdum addantur Theriacae Drachm. duas.

CATAPLASMA AD BUBONES IN PESTE Michaelis. Breiumschlag gegen Pestbeulen. *Cataplasme contre les Charbons pestilentiels.*
Rec. Herb. Parid. Manip. duos, Rad. Lilior. albor. et Alth. āā Unc. duas, Caricas Nro sex. Coque in s. q. Ol. Lilior. alb., adde Fuligin. splendent. Unc. unam, Sap. Venet. Drachm. sex, Ol. Aranear. Drachm. unam.

CATAPLASMA AD CANCRUM Pharm. Hamburg. p. paup. edit. prim. Breiumschlag gegen Krebs. *Cataplasme contre le Cancer.*
Rec. Roob Dauci Libr. unam, Pulv. Hb. Cicut. et Cort. Peruv. āā Unc. unam, Extr. Saturn. Goulard., Laudan. liquid. Sydenh. āā Drachm. duas. M. — Disp. Fuldense Roob Dauci Libr. unam, Pulv. Hb. Cicut. Unc. duas, Laud. liquid. Sydenh. Drachm. tres praescribit. — Van Mons formula fere eadem est. — Cadet et Pierquin Rad. Dauci ras. Libr. semis, Hb. Cicut. Man. unum, Hyoscyam. Man. semis, Axung. Porci Unc. semis, Ol. Rosar. Unc. unam c. s q. Decoct. spiss. Alth. coqui praescribunt. — Swediaur Roob Dauci Unc. novem et Acid. Salis Drachm. tres cum Pulv. Hb. Cicut. q. s. ad Cataplasma praescribit. (V. etiam Cataplasma Dauci et resolvens.)

CATAPLASMA CANTHARIDUM, Pasta epispastica seu vesicatoria, Vesicatorium magistrale, Massa caustica Ph. Lusitanicae. Canthariden-Breiumschlag. *Cataplasme de Cantharides.*
Rec. Pulv. Cantharid., Farin. Tritici āā Unc. semis, Aceti Vini q. s., ut f. Cataplasma crudum. — Bories Fermenti Panis Unc. unam, Aceti Unc. semis in Pastam redigi, tunc addi dimidiae parti Pulv. Cantharid. Drachm. tres

et alteram supra illam consterni praescribit. (V. etiam Cataplasma vesicatorium.)

CATAPLASMA IN CAPITIS CONTUSIONIBUS ET PLAGIS POTENS Weikardi.

Rec. Farin. Hordei, Fabar. āā Unc. duas, Pulv. Betonic., Chamom., Melilot., Rosar. āā Drachm. unam, Hb. Major., Rad. Calam. arom. āā Drachm. semis, Oxymell. Unc unam, Ol. rosat., Hyperic. āā Unc. semis, Vini boni q. s. ad Cataplasma.

CATAPLASMA CARBONIS LIGNI.

Rec. Carbon. praep. Unc. duas, Farin. Sem. Lini Libr. semis, Aquae Octarium unum. Coque per horae quadrantem. — Ph. Dublin. Pulv. Carbon. rec. ust. s. q. cum Cataplasmat. simpl. calid. misceri proponit.

CATAPLASMA AD CATARRHUM Michaelis.

Rec. Ferment. acerrimi Unc. duas, Succini Drachm. duas, Sandarac. Drachm. unam semis. F. cum s. q. Aceti Rosar. Cataplasma.

CATAPLASMA CEPHALICUM Bateanum.

Rec. Pulv. Caryoph., Nuc. Moschat. āā Drachm. duas, Piper. Indic. Unc. semis, Diasinapeos Drachm. sex, Ferment. acris Unc. tres, Spir. Lavend. comp. Unc. unam semis vel q. s. ad Cataplasma pro capite raso.

CATAPLASMA CEPHALICUM Voglerі.

Rec. Sal. Ammon. cont. Drachm. unam, Opii pulv. Scrup. semis, Crust. Panis pulv. vel Furfur. secalin. Unc. quatuor. Misce et humecta s. q. Aceti.

CATAPLASMA CEREVISIAE VETERIS Ph. nosoc. St. Bartholom.

Rec. Farin. Avenae Libr. unam, Cerevis. veteris q. s. ad Cataplasma

CATAPLASMA CICUTAE Augustin. Schierling-Breiumschlag. *Cataplasme de Ciguë.*

Rec. Pulv. Hb. Malv. Unc. quatuor. Coque cum Lacte, sub finem adde Pulv. Hb. Cicut. Unc. unam, Butyr rec. Unc. tres. M., f. Cataplasma molle. — Swediaur Pulv. Herb. Cicutae q. lubet cum s. q. Aquae ad consistentiam Cataplasmatis coqui praescribit. — Pharm. Dublinensis Pulv. Cicutae cum s. q. Decocti concentr. Cicutae misceri jubet. — Ph. nosocom. St. Bartholom Extr. Cicut. Unc. semis in Aq. Octario uno solvi et cum s. q. Farin. Sem Lini misceri suadet. (V. etiam Cataplasma e Bryonia, ad Cancrum et emolliens)

CATAPLASMA CUM CONCINNO v. Cataplasma antisepticum.

CATAPLASMA CONII v. Cataplasma Cicutae.

CATAPLASMA CONTRA CRUOREM EFFUSUM Bate, vulgo Terband.

Rec. Boli Armen. Unc. tres, Cretae, Prunor. agrest. sicc. āā Unc. unam. Pulv. coque cum Aceto acerrimo, tunc admisce Rad. Consolid. maj. pulv. parum et in fine Farin. Avenae q. s. ad Cataplasma, subinde instillando nonnihil Ol. Myrtillorum.

CATAPLASMA CORDIALE Zwelferi.

Rec. Cort. rec. exter. Citri vel Limon. et Aurant. āā Unc. semis, Hb. rec. Basilic, Major., Anthos, Flor. rec. Tunic. āā Unc. semis, Rosar. rec. vel salit. Unc. unam, Caryoph. Drachm. duas, Macid. Unc. semis, Croci Drachm. unam semis, Pulp. Panis tritic. Unc. duas. Optime conc. et cont. fiat cum s. q. Aceti Aurant., Tunicae vel Rosarum Cataplasma.

CATAPLASMA CONTRA COXALGIAM Willisii. Breiumschlag gegen Coxalgie. *Cataplasme contre la Coxalgie.*

Rec. Pulv. Sem. Sinap. Unc. octo, Piper., Rad. Zinzib. āā Drachm. unam, Oxym. simpl. q. s., ut f. Cataplasma.

CATAPLASMA CRUSTAE PANIS ACETOSUM Ph. Hispanicae. Saurer Breiumschlag mit Brod. *Cataplasme aceteux avec de la Croute de Pain.*

Rec. Crustae Panis torrefacti Unc. quatuor. Macera in Aceto optimo ad mollitiem. Pinsito in mortario lapideo, adde Pulv. Mastich, Hb. Menth, Fruct. Cupressi, Pulv. restrictivi āā Drachm. duas, Ol. rosat. Unc. tres et Farin. Hordei q. s, ut f. Cataplasma. (V. etiam Cataplasma acetatum.)

CATAPLASMA DE CYMINO Lewis.

Rec. Sem. Cumini Libr. semis, Bacc. Lauri, Hb. Scordii, Rad. Serpent. Virg. āā Unc. tres, Caryoph. Unc. unam, Mellis triplum Pondus, ut f. Cataplasma.

CATAPLASMA DAUCI. Möhren-Breiumschlag. *Cataplasme de Carottes.*

Rec. Rad. Dauci rec. ras. q. v. Fiat cum s. q. Decoct. Cicutae Cataplasma. — Ph. castr. Ruthena Rad. Dauc. rec. cum s. q. Aquae coqui praescribit, donec mollescant, tum in pulpam contundi. (V. etiam Cataplasma ad Cancrum)

CATAPLASMA IN DECUBITUM GANGRAENOSUM Sundelin. Breiumschlag gegen brandiges Aufliegen. *Cataplasme contre l'Ecorchure gangreneuse.*

Rec. Camphor. Drachm. unam, Asae foetid. Drachm. unam semis, Vitell. Ovi q. s. Contere exacte, adde Pulv. Cort. Peruv. q. s., ut f. Cataplasma. — Alia formula: Rec. Asae foet. Drachm. unam semis, Mucil. Gumm. Arab. Drachm. sex, Pulv. Sem. Lini Unc. semis, Aceti Saturn. Drachm. unam; M. f. Cataplasma.

CATAPLASMA DISCUTIENS, RESOLVENS seu ACRE Kerndlii.

Rec. Rad. Cepae sub cineribus assatar., Sem. Sinap. pulv. āā Unc. unam, Sapon. nigr. Drachm. duas; coque cum Aqua ad pultem. — Melius est, omnia cum s. q. Aquae frigidae misceri et post aliquod tempus Cataplasma leniter calefieri.

CATAPLASMA DISCUTIENS Lewis.

Rec. Rad. Bryon. Unc. tres, Flor. Sambuc. Unc. unam, Gumm. Ammoniac. Unc. semis, Sal. Ammon. Drachm. duas, Spir. Camphor. Unc. unam. Coque Rad. et Flor. in s. q. Aquae ad mollitiem, adde tunc Ammon. in Aceto solut., Sal. Ammon. et Spir. Camph., ut f. Cataplasma. — Alia formula: Rec. Farin. Hordei Unc. sex, Herb. Cicut. rec. cont. Unc. duas, Sal. Ammon. Unc. semis, Aceti q. s. Coque, ut f. Cataplasma.

CATAPLASMA DISCUTIENS SWEDIAUR.
Rec. Rad. Mandragor. pulv. q. v., Aquae q. s. Coque ad consistentiam Cataplasmatis. (V. etiam Cataplasma e Bryonia, maturans et resolvens.)

CATAPLASMA DIGESTIVUM RICHARDI.
Rec. Cataplasm. emollient. s. q., adde Bulbor. Lilior. alb. cont. Unc. duas, Ungt. Matris aut Basilici Unc. unam. M. exacte.

CATAPLASMA DIURETICUM SUNDELIN. Breiumschlag zur Beförderung der Diuresis. *Cataplasme diurctique.*
Rec. Herb. Digital. purp. pulv. Drachm. tres, Hb. Absinth. pulv. Drachm. sex, Pulv. Sem. Lini Unc. semis, Ol. Terebinth. Drachm. duas, Oxymell. squill. q. s., ut f. Cataplasma spissius.

CATAPLASMA DIURETICUM QUINCY
Rec. Succ. Cepar., Petrosel., Opii et Foenicul. āā Unc. duas, Micae Panis q. s. ad Cataplasma.

CATAPLASMA EMOLLIENS BRERA. Erweichender Breiumschlag. *Cataplasme emollient.*
Rec. Mic. Panis alb. Libr. unam, Lact. vaccin. rec. Libr. quatuor. Coque ad consistentiam Cataplasmatis.

CATAPLASMA EMOLLIENS Pharm. nosocom. Argent.
Rec. Farin. Placent. Lini Part. unam, Aquae Part. quatuor. Coque, ut f. Cataplasma.

CATAPLASMA EMOLLIENS BRUGNATELLI et SWEDIAUR.
Rec. Farin. Sem. Lini, Pulv. Rad. Alth., Pulv. Hb. Alth. āā Part. aequales. Macera in s. q. Aquae et coque ad consistentiam.

CATAPLASMA EMOLLIENS seu e Farinis et Pulpis Ph. Gallicae.
Rec. Farin. emollient. Unc. quatuor. Diluantur in s. q. Decoct. Herb. emollient. et coquantur in pultem, tunc admisc. Pulp. Specier. emollient. rec. parat. Unc. quatuor, vel ejus loco Pulv. Specier. emollient. Unc. una. Coque denuo ad justam spissitudinem.

CATAPLASMA EMOLLIENS seu Medullae Panis Ph. Lusitan.
Rec. Medull. Panis tritic. Lacte maceratae, aut Decoct. Rad. Alth. Libr. unam, Vitella Ovor. tria, Farin. Sem. Lini q. s., ut f. igne lento Cataplasma. — SWEDIAUR Vitella Ovorum omittit.

CATAPLASMA EMOLLIENS Ph. Parmensis et FERRARINI.
Rec. Farin. Fabar. Libr. unam, Decoct. Alth. q. s., Pulv. Rad. Alth. Unc. tres. Bulliat Farina cum Decocto, tum addatur Radix. — Ph. Ferrariensis Pulv. Hb. Malv. Unc. quatuor, Rad. Alth. Unc. duas, et Decoct. Alth. q. s. praescribit.

CATAPLASMA EMOLLIENS PLENCKII.
Rec. Micae Panis siliginei, Lactis imbutae, Unc. sex, Vitell. Ovor. Nro. tria, Pulv. Croci Drachm. duas, Farin. Sem. Lini q. s., ut f. Cataplasma. (V. etiam Cataplasma Althaeae, Micae Panis, pomaceum, Nidi Hirundinum et antiophthalmicum.)

CATAPLASMA EPISPASTICUM seu RUBEFACIENS Disp. Brunsvic.
Rec. Ferment. acerrimi, Sap. nigr. āā Drachm. duas, Sem. Sinap. cont., Hb. Rutae hort. rec. inc. āā Unc. semis, Cepar. cont. Unc. unam, Sal. comm. Unc. semis. Misceantur cum Aceto Vini acerrimo, ut f. Cataplasma. (V. etiam Cataplasma anticholericum, sinapinum et Sinapismus.

CATAPLASMA ESCHARUM TOLLENS TH. HOFFMANNI.
Rec. Sal. communis Drachm. semis, Piper. Drachm. unam, Caricas Nro. tres, Hb. Rutae rec. Man. unum, Ferment. veter. et arid. Drachm. unam. M., f. Cataplasma.)

CATAPLASMA EXCITANS Ph. Lusitanicae antiquae. Reizender Breiumschlag. *Cataplasme excitante.*
Rec. Farin. Hord. Unc. tres, Pulv. Hb. Salviae et Absinth. āā Drachm. tres, Sal. Ammon. Unc. semis. Fiat cum s. q. Vini boni Cataplasma.

CATAPLASMA EXCITANS RESOLVENS Ph. Lusitanicae.
Rec. Farin. Secalis Unc. quatuor, Mell. puri Unc. duas, Vini alb. Libr. unam semis. Fiat blando igne Cataplasma.

CATAPLASMA EXSICCANS Ph. Ferrariens. Austrocknender Breiumschlag. *Cataplasme exsiccant.*
Rec. Farin. Lupin. Unc. octo et Secalis Unc. quatuor, Vini albi Libr. quatuor. Coque sufficienter.

CATAPLASMA FARINACEUM seu Farinae Hordei Ph. Hispanicae. Gerstenmehl-Breiumschlag. *Cataplasme de Farine d'Orge.*
Rec. Farin. Hordei Libr. duas, Oxym. simpl. Libr. tres, Pulv. Boli Armen. Unc. quatuor. M., fiat leni igne Cataplasma.

CATAPLASMA FARINAE SEMINIS LINI HENRY et GUIBOURT, GRAY. Leinsamenmehl-Breiumschlag. *Cataplasme de Farine de Lin.*
Rec. Farin. Sem. Lini rec. Unc. duas, Aquae Unc. octo. Coque l. a. ad consistentiam. — Ph. nosoc. Argent. et ST. BARTHOLOM. formula fere eadem est. — Ph. castrens. Ruthena Farin Sem. Lini q. v. cum s. q. Aquae vel Lactis ad aptam crassitudinem coqui praescribit. — Ph. Lusitan. milit. Decoct. Malvae ad Farin. Sem. Lini sumi proponit, — SWEDIAUR Aquam vel. Decoct. Alth., — BATIER Farin. Sem. Lini et Farin. Hordei āā Part. aequales cum s. q. Aquae commisceri jubet, — Formulaire des hopit. milit. de France praeterea Farin. Frument. admisceri proponit, — RENNIE Farin. Sem. Lini cum Aq. bullient. misceri et cum Axungiae, Butyri vel Olei s. q. commisceri suadet. (Conf. etiam Cataplasma emolliens.)

CATAPLASMA FERMENTI seu FERMENTANS sive effervescens Ph. Londinens. Gährender Breiumschlag. *Cataplasme fermentant.*
Rec. Farin. Libr. unam, Cerevisiae Ferment. Octar. dimidium. M. et calorem lenem adhibe, donec intumere coeperint. — Ph. castr. Ru-

thena Farin. avenac. cum s. q. Faecum commisceri praescribit. — Vel: Farin. Tritic. Unc. unam semis, Ferment. Cerevis. Unc. unam et Mellis Unc. semis. — Vel: Farin. Secalis Libr. unam, Faecum Unc. novem et Sal. commun. Unc. duas. (V. etiam Cataplasma maturans.)

CATAPLASMA DE FERMENTE Mynsichti.
Rec. Ferment. veter. Unc. unam semis, Succin. citr. Drachm. sex, Nuc. Moschat., Cubeb. āā Drachm. semis, Herb. Menth. crisp., Caryoph. āā Scrup. unum, Castor. opt., Lign. Aloës āā Scrup. semis. M., f. cum pauxillo Spir. Vini simpl. et Aceti Vini āā Cataplasma.

CATAPLASMA FERMENTI PANIS THERIACALE v. Cataplasma ad Singultum.

CATAPLASMA PRO FISSURIS MAMMARUM sec. Formules de Paris.
Rec. Farin. secalin. Libr. semis, Vitell. Ovor. Nro. sex, Mell. commun. q. s. ad Cataplasma.

CATAPLASMA DE GERANIO AD ANGINAM sec. Formules de Paris.
Rec. Geranii Robert. Man. duos. Coque leniter in s q. Aceti ad Cataplasma.

CATAPLASMA AD GONORRHOEAM Lebrecht.
Rec. Pulv. Hb. Cicut. et Micae Panis āā Unc. duas. Coque cum s. q. Lactis ad consistentiam Cataplasmatis, cui adde Ol. Olivar. Unc. unam.

CATAPLASMA Goulardi seu saturninum sec. Reuss.
Rec. Micae Panis nigr. Unc. sex, Aq. Goulardi q. s., ut f. Cataplasma.

CATAPLASMA Goulardi sec. Gray ex Extr. Saturn. Drachm. una semis, Spir. Vini rect. Unc. duabus, Aquae Unc. duodecim et Micae Panis q. s. constat.

CATAPLASMA IODURATUM Hosp. St. Ludovici ex Catapl. emollient. quant. plac. et Solut. iodurat. rubefacient. q. s. constat.

CATAPLASMA DE IRIDE Fullebi.
Rec. Pulv. Rad. Irid. flor. Unc. unam, Mellis Unc. tres. M.

CATAPLASMA IRRITANS v. Sinapismus.

CATAPLASMA AD ISCHIAS Pierquin et Swediaur. Breiumschlag gegen Hüftweh. *Cataplasme contre la Sciatique.*
Rec. Mell. crud. Unc. octo. Consterne Calcis vivae quant. sufficiente.

CATAPLASMA CONTRA ISCHURIAM Cadet et St. Marie. Breiumschlag gegen Ischurie. *Cataplasme contre l'Ischurie.*
Rec. Cepas alb. conc. Nro. sex, Hb. Parietariae rec. Man. quatuor, Decoct. Alth. concentr. q. s. Coque ad Cataplasma.

CATAPLASMA IN ISCHURIAM Ettmülleri.
Rec. Hb. Parietar., Chaerefol., Flor. Chamom. āā Man. unum. Inc. et cont. coque cum s. q. Aquae ad mollitiem pulpae, adde Ol. Scorpion. Unc. semis, Butyr. rec. Unc. unam.

CATAPLASMA LINI v. Cataplasma Farin. Sem. Lini.

CATAPLASMA LINI CUM GALBANO v. Cataplasma maturans.

CATAPLASMA LATERALE Fullebi. Breiumschlag gegen Seitenstechen. *Cataplasme contre la Pleurésie.*
Rec. Farin. Sem. Lini Unc. octo, Sem. Foenugraeci et Carvi āā Unc. quatuor, Mell. Unc. duas et Ol. Lini q. s. ad Cataplasma.

CATAPLASMA LAXATIVUM ex Schroedero.
Rec. Rad. rec. Bryon. ras., Mell. commun. liquid. āā Libr. unam, Fell. Tauri Libr. semis.

CATAPLASMA LACTEUM v. Cataplasma Panis.

CATAPLASMA MALTI. Malz-Breiumschlag. *Cataplasme de Malt.*
Rec. Farin. Malti Hordei vel Avenae q. v. Fiat cum s. q. Cerevisiae pula, illiniatur super linteum et tegatur strato Fermenti Cerevis. opt. — Novissimis temporibus ad ulcera sordida putrida sananda summopere laudatur.

CATAPLASMA MATURANS Disp. Fuldens. Zeitigender Breiumschlag. *Cataplasme maturant.*
Rec. Catapl. emollient. Unc. quatuordecim. Calefacto admisceantur Cepar. rec. in pulpam cont. Unc. duae.

CATAPLASMA MATURANS seu MATURATIVUM sive Lini cum Galbano Ph. Lusitanic.
Rec Farin. Sem. Lini Unc. quatuor, Galban. Vitell. Ovi subact. Unc. unam, Pulp. Cepar. sub cineribus assatarum Unc. unam, Ol. commun. q. s. ad Cataplasma.

CATAPLASMA MATURANS Lewis.
Rec. Caricar. Unc. quatuor, Ungt. Basilic. Unc. unam, Galbani depurat. Unc. semis. M., f. l. a. Cataplasma.

CATAPLASMA MATURANS Pideriт.
Rec. Rad. Alth. Unc. quatuor, Caricar. Unc. unam. Coque cum Aq. font. s. q. ad teneritudinem et contus. admisce Cepar. cont., Galbani in Vitell. Ovi soluti āā Drachm. sex, Mellis Unc. unam, Farin. Sem. Lini q. s. ad Cataplasma. — Cadet et Pierquin Farin. resolv. Unc. quatuor, Decoct. emollient. q. s., Pulp. Bulbor. Lilior. coct., Herb. Acetos. āā Unc. duas et Herb. Basilic. Unc. unam praescribit. — Formul. des hopit. milit. de France Catapl. emollienti calidissimo Pulpam Ceparum et Ungt. Basilicum dimidia Olei Parte dilutum addi jubet.

CATAPLASMA MATURANS Plenckii sec. Spielmannum.
Rec. Farin. Sem. Lini Unc. quatuor, Galbani Vitello Ovi soluti Unc. unam, Pulp. Cepar. assatar. Drachm. duas, Ferment. Panis Unc. duas, Ungt. Basilici Unc. unam, Ol. Lilior. albor. q. s. — Bories Caricar. siccar. Unc. octo, Mell. Unc. duas, Galban. Vitello Ovi subact. Unc. unam et Aquae q. s. praescribit.

CATAPLASMA MATURANS SAPONACEUM Richard. — Fit miscendo Cataplasma de Mica Panis Unc. sedecim et Sapon. nasi Unc. duas. — Maye Catapl. emollient. Part. sex et Sapon. Alicant. Part. duas misceri proponit. (V. etiam Cataplasma excitans, discutiens, fermentans et resolvens)

CATAPLASMA MEDULLAE seu de Mica PANIS RICHARD sec. SPIELMANNUM. Breiumschlag mit Brotkrumen. *Cataplasme avec de la Mie de Pain.*

Rec. Micae Panis siliginei Unc. sedecim, Pulv. Flor. Melilot., Sambuc. āā Drachm. duas. Coque cum Lactis Unc. octo et quadraginta ad consistentiam Pultis. (V. etiam Cataplasma emolliens et e Panis Medulla.)

CATAPLASMA MEDULLAE PANIS CUM CICUTA v. Cataplasma resolvens.

CATAPLASMA MICAE PANIS seu anodynum MAYR.

Rec. Micae Panis alb. Unc. sex. Coque cum s. q. Lact. vaccini ad consistentiam Cataplasmatis; sub finem adde Vitell. Ovi duo et Pulv. Croci Gran. viginti quatuor.

CATAPLASMA NARCOTICUM v. Cataplasma anodynum (p. 153.).

CATAPLASMA NICOTIANAE v. Cataplasma vomitivum.

CATAPLASMA NIDI HIRUNDINIS Ph. Hispan. Schwalbennest-Breiumschlag. *Cataplasme de Nid d'Hirondelles.*

Rec. Nidi Hirund. rite pulv. Unc. quatuor, Rad. Alth., Hb. rec. Malvae et Ebuli āā Unc. tres. Coque cum Aquae Libr. quatuor ad humidit. fere consumtionem. Cont. per cribrum equinum pulpam trajice, sub finem addens Farin. Sem. Lini, Axung. Porci āā Unc. duas, Pulv. Croci Drachm. unam. Misce. (V. etiam Cataplasma resolvens.)

CATAPLASMA CUM OPIO seu anodynum AUGUSTINI. Breiumschlag mit Opium. *Cataplasme avec de l'Opium.*

Rec. Farin. Sem. Lini Unc. quatuor. Coque cum Aq. font. q. s. ad consistentiam Cataplasmatis, cui adde Opii Drachm. semis.

CATAPLASMA OPHTHALMICUM HOFFMANNI ex THESAURO.

Rec. Rad. Consolid. maj. et min. āā Libr. semis, Flor. Chamom., Melilot., Croci āā Unc. duas, Farin. Fabar. Unc. quatuor, Foenugraec. Unc. unam semis, Butyr. rec. Drachm. sex.

CATAPLASMA PANIS LACTEUM seu EMOLLIENS PLENCKII, TADDEI et FERRARINI. Breiumschlag mit Brod. *Cataplasme avec du Pain.*

Rec. Micae Panis Part. unam, Lact. Part. quatuor. Fiat leni calore Cataplasma. (Addendo Pulv. Malv. quantum requiritur, habes CATAPLASMA PANIS, LACTIS ET MALVAE cujus Librae cuique Scrup. duo vel tres Croci addi possunt.)

CATAPLASMA E PANIS MEDULLA seu Mica Ph. Gallicae.

Rec. Medull. Panis tritic. exsicc. et crassius trit. Unc. quatuor, Lactis vacc. rec. vel Decoct. Rad. Alth. Libr. unam semis. Coque indesinenter movens spatula lignea ad justam spissitudinem cui, si lubet, addi potest Pulv. Croci Drachm. semis. — BRUGNATELLI Micae Panis Unc. decem et Lac absque coctione misceri praescribit. — BORIES Micae Panis Libr. unam et Lactis Libr. quatuor simul coqui, — Ph. castrens. Ruthena Micae Panis vet. q. v. cum Aquae (vel Lactis q. s., — Ph. Parmens. Micae Panis ras. Libr. unam cum Aquae q. s. ad Libr. tres coqui, — RENNIE Micae Panis cum s. q. Aq. bullient. impraegnari et seponi, ut intumescat, praescribit. — GRAY Micae Panis et Farin. Sem. Lini āā Part. aequales cum s. q. Lactis coqui proponit. (V. etiam Cataplasma emolliens et Medullae Panis.)

CATAPLASMA PAPAVERINUM FULLERI.

Rec. Flor. Rosar. rubr. minut. conc. Scrup. quatuor, Sem. Papav. alb. cont., Ol. Rosat. āā Unc. semis, Farin. Hordei Unc. unam, Aceti q. s. ad Cataplasma.

CATAPLASMA E PAPAVERE COMPOSITUM ET HYOSCYAMI v. Cataplasma anodynum.

CATAPLASMA PARALYTICUM v. Cataplasma de Rapis.

CATAPLASMA AD PARONYCHIAM BATE. — Constat e Vitello Ovi cum Bals. Peruv. Gran. sex ad octo et s. q. Pulv. subtiliss. Resinae commun. commixto.

CATAPLASMA PODAGRICUM BATE.

Rec. Melanosegmatis (Sapon. nigr.) Unc. quatuor, Vitell. Ovor. Nro. duo, Croci Drachm. unam, Ol. Spicae Unc. unam. M., fiat l. a. Cataplasma.

CATAPLASMA PODAGRICUM TACKII.

Rec. Medull. Panis tritic. Unc. unam semis, Flor. Sambuc., Rosar. rubr. āā Drachm. tres, Croci Austr. Drachm. unam, Oliban., Mastich. āā Drachm. tres, Cretae Colon. Drachm. decem, Castor. pulv. Unc. semis. Coque cum s. q. Lact. rec. ad consistentiam Cataplasmatis; vel omisso Lacte addi potest Terebinth. ad mollitiem Emplastri, quibus addi quoque potest Sapon. Venet. Unc. una.

CATAPLASMA POMACEUM seu ANTIOPHTHALMICUM PLENCKII. Apfel-Breiumschlag. *Cataplasme pomacé.*

Rec. Pulp. Pomor. Unc. duodecim, Camphor., Croci āā Scrup. unum. M.

CATAPLASMA DE POMIS FULLERI.

Rec. Pomor. assat. Unc. unam, Panis alb. Lacte cocti et expr. Unc. semis, Albumen Ovi unum, Trochisc. Alhandal Drachm. duas. M.

CATAPLASMA PRADIERI.

Rec. Bals. de Mecca Drachm. sex, Pulv. Chin. rubr. Unc. unam, Croci Unc. semis, Herb. Salv., Rad. Sassaparill. āā Unc. unam, Spir. Vini rectificatiss. Libr. octo. Solve primum Balsamum in Alcoholis tertia Parte, digerendo per dies 4 pariter Vegetabilia in Alcohole, quod superest. Filtrati liquores misceantur. Hujus liquoris Part. unam et Aquae Calcis Part. duas misce et fiat cum s. q. Farin. Sem. Lini Cataplasma.

CATAPLASMA PURGANS HOFFMANNI ex Thesauro.

Rec. Cataput. minor., Succi Tithymali, Colocynth. āā Drachm. quinque, Cucumer. asinini, Rad. Helleb. nigr. āā Drachm. tres, Terebinth., Cort. inter. Sambuc. āā Drachm. sex,

Scammon. Drachm. tres, Mellis q. s. Fiat Cataplasma.

CATAPLASMA PUS MATURANS v. Cataplasma maturans et resolvens.

CATAPLASMA DE RAPHANO FULLERI.

Rec. Rad. Armorac., Squill. āā Unc. duas, Herb. Rutae, Sem. Sinap., Sal. commun. āā Unc. unam, Sap. nigr. Unc. duas, Aceti q. s.

CATAPLASMA DE RAPIS seu PARALYTICUM FULLERI.

Rec. Rapar. in Furno coct. Unc. octo, Herb. Rutae cont. Man. quatuor, Sem. Sinap. cont. Unc. duas, Ol. Junip. Drachm. duas, Ungt. nervin. q. s.

CATAPLASMA RESOLVENS BORIES. Auflösender Breiumschlag. *Cataplasme resolvent.*

Rec. Hb. Nymph. Unc. duas, Hb. Papav. Unc. quatuor, Herb. Alth. Unc. tres, Flor. Sambuc. et Melilot. āā Drachm. duas, Aquae q. s. Coque ad mollitiem et sub finem adde Nidum Hirund. pulv. unum, Ol. Lilior. Unc. semis et Farin. Sem. Lini q. s. ad Cataplasma.

CATAPLASMA RESOLVENS BRERA.

Rec. Farin. Fabar. et Lupinor. āā Libr. unam, Flor. Chamom., Foeni Graeci pulv. āā Libr. semis. L. a. fiat Cataplasma.

CATAPLASMA RESOLVENS CADET, PIERQUIN et ST. MARIE.

Rec. Hb. Cerefol. rec. Man. tres. Cont. et leviter calefactae adsperge Ol. Rosat. Unc. unam. — Alia formula: Rec. Pulp. Pomor. terrestr. in Aqua coctor. Man. unum, Aceti Unc. octo, Fell. Tauri Cochlearia duo majora. Coque ad aptam consistentiam.

CATAPLASMA RESOLVENS Hôp. des Enfans.

Rec. Sapon. alb. Unc. quatuor, Farin. Hordei Unc. octo, Aquae q. s.

CATAPLASMA RESOLVENS, maturans seu discutiens Ph. castrens. Ruthenae. — Fit miscendo Residuum ex infusione Specier. aromat. (Pharm. Ruth.) cum Ungt. simpl. Unc. duabus. — RATIER Flor. Chamom. et Aceti āā Unc. quatuor leviter coqui proponit. — SWEDIAUR Farin. Sem. Lini Unc. duodecim, Pulv. Flor. Chamom. et Sambuc. āā Unc. tres, Sem. Foenugraec. Unc. unam semis cum s. q. Aquae ebullire curari suadet.

CATAPLASMA RESOLVENS, repercutiens, saturninum PLENCKII sec. SPIELMANNUM.

Rec. Farinar. resolvent. q. v., Aq. vegeto-mineral. GOULARDI Octuplum. Coque ad consistentiam Pultis. — RICHARD Farin. resolv. Unc. octo cum Decoct. emollient. s. q. infundi et coqui praescribit, cui addi possunt Acet. Saturn. Drachm. duae. — Ph. castrens. Ruthen. Micae Panis vel Farin. q. v. et Acet. Saturn. q. s. misceri proponit, — SWEDIAUR Aq. fervid. Libr. unam, Micae Panis q. s., Extr. Saturn. Unc. unam ad duas misceri, et addi praescribit Axung. Porci Unc. unam. — RATIER Catapl. emoll. Unc. quatuor cum Extr. Saturn. Unc. una et Sal. Ammon. Drachm. semis misceri proponit. — HENRY et GUIBOURT Catapl. Farin. Lini Unc. octo cum Extr. Saturn. Unc. una misceri proponunt.

CATAPLASMA RESOLVENS SAPONACEUM Disp. Fuldens.

Rec. Sapon. Venet. ras. Unc. unam, Micae Panis siliginei Unc. octo, Lact. vaccin. Libr. unam. Coque, ut f. Cataplasma. — Ph. castr. Ruthena Farin. Secal. Part. duas, Sapon. nigr., Cepar. assatar. et Mellis āā Part. unam misceri praescribit. — RATIER Farin. Hordei Unc. octo, Sapon. alb. Unc. quatuor cum s. q. Aquae coqui proponit. (V. etiam Cataplasma maturans)

CATAPLASMA RESOLVENS AD SCIRRHOS PLENCKII sec. SPIELMANNUM.

Rec. Sem. Lini pulv. et Hb. Cicut. āā Part. aequales. Grosso modo cont. coquantur in Lactis Octuplo ad consistentiam Pultis. — Disp. Fuldense Micae Panis Unc. sex et Pulv. Hb. Cicut. Unc. quatuor cum Lact. vaccin. Libr. una semis ad Cataplasma coqui praescribit. — Ph. Lusitan. formula ad Cataplasma resolvens seu Medullae Panis cum Cicuta eo solummodo ab hac formula discrepat, quod Lactis loco Aquam praescribit. — RENNIE Herb. Cicut. rec. cum Aqua ad mollitiem usque coqui et cum Farin. Sem. Lini vel Avenae Cataplasma parari praescribit. — ST. MARIE Hb. rec. Cicutae et Hyosc. nigr. āā Man. unum contundendo in Cataplasma redigi, — SWEDIAUR Pulv. Cicut., Hyosc. et Sapon. alb. āā Unc. duas, cum Micae Panis Unc. quatuor et Aq. vegeto-mineral. s. q. in Cataplasma redigi proponit. — Ph. Lusitanica edit. PINTO Farin. Sem. Lini Unc. tres, Extr. Cicut. Unc. unam, Gumm. Ammon. in Aceto Saturn. soluti Unc. duas et Aquae q. s. ad Cataplasma praescribit — CADET et PIERQUIN Farin. Sem. Lini vel Avenae Libr. semis et Hb. rec. Cicut. cont. Unc. duas cum Aceti crudi s. q. coqui proponunt. — Sec. aliam formulam Ungt. Alth. Unc. quatuor, Rad. Alth., Flor. Sambuci, Hb. Malvae, Hyosc. et Farin. Sem. Lini āā Unc. duas praescribunt. Herbae et Radices coquendo in pastam redigenda, tunc addendi Flor. et Farin. Sem. Lini, et denique Unguentum. (V. etiam Cataplasma acre, e Bryonia, ad Cancrum, Cicutae, maturans cet.)

CATAPLASMA ROBORANS Ph. Gallicae edit. RATIER et HENRY. Stärkender Breiumschlag. *Cataplasme roborant.*

Rec. Pulv. Hb. Menth. pip., Rutae, Thymi, Sabinae, Meliss., Lavend., Anthos, Bacc. Junip., Macid., Sem. Anisi āā Part. sexaginta quatuor, Tartar. chalybeat. Part. sedecim, Colcothar. Part. triginta duas, Vini rubri q. s. ad Cataplasma. — PLENCKIUS Spec. cephalic. et adstring. āā Man. duos, Mart. solub. Unc. semis et Colcoth. Vitriol. Unc. unam cum s. q. Vini rubri misceri jubet.

CATAPLASMA SAPONACEUM v. Cataplasma maturans et resolvens.

CATAPLASMA SATURNINUM v. Cataplasma GOULARDI et resolvens.

CATAPLASMA SEDANS seu SEDATIVUM

Swediaur. Schmerzstillender Breiumschlag. *Cataplasme sedatif.*

Rec. Tinct. Opii Unc. unam vel duas. Misce cum Catapl. emoll. q. s. (V. etiam Cataplasma anodynum.)

CATAPLASMA SIMPLEX Ph. Dublin.

Rec. Pulv. pro Cataplasm. (Ph. Dubl.) q. v. Fiat cum s. q. Aquae bull. Cataplasma. — Sec. Rennie fit e Farina et Aqua bulliente.

CATAPLASMA SINAPIS Ph. Londinens. — Fit e Pulv. Sem. Sinap. et Lini āā Libra semis et Acet. calidi q. s. Ph. Dublin. et Lusit. Sem. Sinap. et Mic. Panis (seu Ferment. Ph. Lus.) āā Libr. semis cum s. q. Aceti misceri praescribit. — Cataplasma Sinapis fortius autem redditur adjectis Rad. Armorac. ras. Unc. duabus. (V. etiam Cataplasma anticholericum, epispasticum et Sinapismus.

CATAPLASMA SINAPIS COMPOSITUM Ph. Lusitan. castrens. — Fit miscendo Pulv. Sinapis et Mic. Panis āā Unc. duas, Rad. Allii cont. Unc. semis et Sapon. nigr. Unc. unam cum s. q. Aceti.

CATAPLASMA AD SINGULTUM seu Fermenti Panis theriacale Ph. Hispan. Breiumschlag gegen das Schluchzen. *Cataplasme contre le Hoquet.*

Rec. Ferment. Panis acerr. Unc. tres, Elect. theriacal. Magni Unc. semis, Pulv. Bacc. Junip., Rosar. rubr., Hb. Menth. āā Drachm. duas, Caryoph., Nuc. Moschat., Macid. āā Drachm. unam. Fiat cum s. q. Aceti Rosar. Cataplasma. — Mynsichti formula cum hac fere congruit, Theriacum autem omittit et Acet. rosat. loco Acetum Vini acerr. praescribit et insuper addi suadet Ol. Cumini et Carvi āā Scrup. semis.

CATAPLASMA SPLENETICUM Zwelferi.

Rec. Tabac. infumati Unc. tres. Coque cum Vini alb. Libr. tribus; colat. evapora ad mellis consistentiam, tunc adde Pulv. Gumm. Ammon. in s. q. Decocti vinosi Tabaci ad pulticulam soluti Unc. unam semis, Hb. rec. Anthos, Verben., Persicar. āā Unc. unam semis, Bacc. Junip. virid. Unc. unam, Camph. Drachm. duas. Omnibus minutissime conc. et cont. fiat l. a. Cataplasma.

CATAPLASMA STOMACHICUM Fulleri.

Rec. Theriac. Venet. Drachm. sex, Cinnam., Caryoph. āā Drachm. unam, Ol. Menth. Gutt. sex, Ol. Absinth. Gutt. duas, Aceti q. s ad Cataplasma.

CATAPLASMA STOMACHALE Ettmülleri.

Rec. Ferment. acerr. Unc. tres, Hb. Menth. Unc. unam, Rad. Zedoar. Unc. semis, Sem. Cumin., Anis., Foenic. āā Drachm. tres, Ol. Macid. et Caryoph. āā Gutt. duas. Fiat cum s. q. Aceti rosati Cataplasma.

CATAPLASMA STYPTICUM seu ADSTRINGENS Swediaur. Zusammenziehender Breiumschlag. *Cataplasme styptique.*

Rec. Vitriol. Mart., Alumin. āā Unc. semis, Boli alb. Unc. unam, Aquae Unc. decem, Aceti q. s., ut f. Cataplasma. (V. etiam Cataplasma adstringens.)

CATAPLASMA SUPPURATIVUM. — Constat ex Ungt. Basilic. Unc. una semis et Cataplasm. emoll. Libr. una. — Lewis Rad. Lilior. alb. vel Alth. Unc. quatuor, Caric. Unc. unam cum s. q. Aquae ad mollitiem coqui, tunc Rad. Cepae rec. cont. Drachm. sex, Galban. in Vitell. Ovi solut. Unc. semis, Ungt. Basilic., Ol. Chamom. coct. āā Unc. unam, Ol. Lini q. s. admisceri praescribit.

CATAPLASMA TABACI v. Cataplasma vomitivum.

CATAPLASMA THERIACALE Swediaur.

Rec. Theriac. Unc. duas, Sem. Anis. virid. pulv. Drachm. duas, Ol. Caryoph. Gutt. octo, Spir. Vini camph. q. s., ut f. Cataplasma.

CATAPLASMA AD TINEAM Petr. Frankii.

Rec. Pulv. Hb. Malv. Unc. quatuor. Coque cum Lacte, sub finem adde Pulv. Hb. Cicut. Unc. unam, Butyr. rec. Unc. tres. Fiat l. a. Cataplasma molle.

CATAPLASMA TONICUM Richard.

Rec. Farin. Hord. Unc. octo, Spec. arom. Unc. duas, Ammon. mur. Unc. unam. M., f. cum Vini rubri s. q. Cataplasma. (V. etiam Cataplasma roborans.)

CATAPLASMA AD TUMORES DUROS ARTUUM sive Fungum articulosum. Breiumschlag wider den Gliedschwamm. *Cataplasme contre le Fongus.*

Rec. Pulv. Lap. medicamentosi Unc. semis, Sulph. citr. Unc. duas, Lap. Calamin., Mastich., Oliban., Myrrh., Gumm. Ammon., Bacc. Junip. virid. āā Unc. unam, Rad. Aristol. rot., Tormentill., Herb. Anthos., Salv., Chamaepith., Flor. Rosar. rubr., Balaust., Sambuc. āā Drachm. sex, Pulp. Panis. tritic. Unc. quatuor. Coque cum Aq. Calcis viv. antimoniat. ad Cataplasma.

CATAPLASMA VENTRALE Vogleri.

Rec. Sal. Friderici trit. Unc. unam, Sapon. Venet. rasi Unc. semis, Sem. Lini cont. Unc. unam semis. — Alia formula: Rec. Sal. Ammon. pulv., Sapon. Venet. rasi, Hb. Hyoscyami conc. et Sem. Lini cont. āā Unc. unam semis. Quaeque Species cum Panis tritic. cont. Unc. duodecim et s. q. Aq. fervid. misceatur.

CATAPLASMA VESICATORIUM Zwelferi. — Constat ex Cantharid. praep. (Disp. Viennens. p. 150.) Nro. triginta et Ferment. acris Unc. una. — Michaelis Cantharid. pulv. Scrup. unum, Euphorb. Gran. duodecim, Castor. Scrup. unum et Ferment. acerr. Unc. semis sumi suadet. — Plenckius Cantharid. et Farin. Tritic. āā Unc. unam cum s. q. Aceti in Cataplasma redigi jubet. (V. etiam Cataplasma Cantharidum.)

CATAPLASMA VIROSUM v. Cataplasma anodynum.

CATAPLASMA VOMITIVUM seu EMETICUM, Cataplasma Nicotianae seu Tabaci Ellis. Brechenerregender Breiumschlag. *Cataplasme vomitif.*

Rec. Hb. Nicot. Unc. unam, Aquae q. s., ut f. Cataplasma. — Ph. castr. Ruthena et Barton sec. Richard Acetum crudum Aquae loco praescribit.

CATAPLASMA CONTRA VOMITUM Doleи.

Rec. Chocolad. Unc. unam semis, Confect. Alkerm. Drachm. tres, Ol. Nucist. expr. Drachm. duas semis, Bals. Peruv. nigr. Drachm. duas. Fiat cum s. q. Vini Malvatici Cataplasma.

Alia Cataplasmata vetustiora praetereamus. (Vid. etiam Species ad Cataplasma et Unguentum.)

CATECHINUM, TANNINGENIUM, Acidum tanningenicum. Catechin, Tanningen-Säure. *Catechine, Acide tanningénique.* — Obtinetur digerendo Catechu cum Naphtha Vitrioli, abstrahendo Naphtham ex solutione clara, lavando residuum Aqua frigida, et solvendo Aqua bulliente. Inter refrigerationem Catechinum secernitur.—Pulverem exhibet album granuloso-crystallinum, sapore adstringente, post ingrato subdulci; vix acidorum modo reagit. Difficillimum solutu in aqua frigida, facile autem in Aqua fervida, uti et in spiritu vini; solvitur etiam in aethere, solutio solutionem ferri muriatici oxydati summopere dilutam colore pulchre viridi sine turbatione imbuit, solutionem autem gelatinae animalis minime praecipitat; leni calore liquefit, calore auctiore destruitur. — *Part. const.* et *Vis* (?) Facile aquae, acidi nitri ope cet. in Tanninum immutatur. — *Usus:* Per se nondum pro medicamento usurpatur. Continet autem Catechu magna in copia hoc principium peculiare organicum, et ut veri est simile, alia corpora organica Tanninum quod dicitur ferrum viridi colore inficiens, — et medicorum attentione dignum est.

CATECHU DEPURATUM v. Extractum.

CATHARTICUM ARGENTEUM Mynsichti est Argentum nitricum crystallisatum.

CATHARTICUM CAESAREUM Bate.

Rec. Pulp. Zinzib. condit. Unc. duas, Resin. Scammon. Unc. unam, Confect. Alkermes Unc. semis, Pulv. Rosar. rubr., Cremor. Tartari āā Drachm. duas, Ol. dest. Cinnam. Gutt. viginti, Spir. Vitriol. Gutt. sedecim, Syr. de Zinziber. condit. q. s. ad Electuarium.

CATHARTICUM REGIUM Mynsichti.

Rec. Confect. Alkerm. vitriolat. Drachm. decem, Magist. Scammon. Unc. semis, Pulv. Rosar. rubr. Spir. Vitrioli irroratar., Acidi (Cremoris) Tartari āā Drachm. unam, Nitri praep. Scrup. unum. Misce in formam Boli. — (Alia praecepta similia vetustiora praetereamus.)

CATHOLICUM v. Electuarium et Extractum.

CAUDELA AMYGDALINA Bate. Kraftwasser mit Mandeln. *Caudela d'Amandes.*

Rec. Cerevis. opt. illupulatae Libr. duas, Aq. font. Libr. unam, Cinnam. acuti Unc. unam. Coque ad tertiae partis consumtionem. Colaturae adde Amygd. dulc. mund. et cont. Nro. sexaginta. Cola per cribrum exprimendo et adde Sacchar. albiss. Unc. duas. Fiat Caudela.

CAUDELA CORDIALIS Fulleri.

Rec. Amygd. dulc. cont. Nro. duodecim, Vitell. Ovi duo, Sacchar. rosat. rubr. et Flor. Tunic. āā Unc. unam, Spir. Vini opt. Unc. semis, Vini Canariens. et Aq. Rosar. āā Libr. semis. Misce, cola cum expressione et adde Confect. Alkermes Drachm. duas, Ol. Cinnam. Gutt. duas.

CAULES seu STIPITES ANGELICAE SACCHARO CONDITI Ph. Gallicae. Ueberzuckerte Angelikastengel. *Tiges d'Angélique confites dans le Sucre.*

Rec. Stipit. Angelicae tenellorum q. v. Epidermide remota concide illos in frusta tres quaterve pollices longa. Bulliant in s. q. Aquae, dealbari quod dicitur, tunc supra cribrum humorem superfluum fac exstillare, et in Syrupo simpl. purissimo spisso caute coque leni igne ad humiditatis fere consumtionem, denique in balneo vaporis super crate lignea exsicca.

CAULES seu STIPITES APII CONDITI. Eingemachte Selleriestengel. *Tiges d'Ache confites.* — Pari modo, sed integri, parantur.

CAULES BARDANAE CONDITI simili modo conficiuntur.

CAUSTICUM ALCALINUM seu COMMUNE FORTIUS seu ACERRIMUM, CAUSTICUM SALINUM seu VEGETABILE v. Lapis causticus.

CAUSTICUM AMMONIACALE v. Unguentum (seu Pomatum) Gondreti.

CAUSTICUM seu CAUTERIUM ANTIMONIALE v. Butyrum Antimonii.

† CAUSTICUM ARSENICALE seu Arsenicum antimoniatum, Oxydum Arsenici album cum Sulphureto Stibii, Sulphuretum Stibii arsenicatum, Pulvis arsenicalis Justamondi. Arsenikalisches Aetzmittel. *Caustique arsenical* cet. Cadet et Swediaur.

Rec. Antimon. crudi Unc. unam, Arsenici albi Unc. semis. Liquefacta leni igne in crucibulo et refrigerata pulvera et adde, si opus est, Extr. Opii Drachm. unam ad tres.

CAUSTICUM ARSENICALE med. chir. Pharm.

Rec. Herb. Ranunculi acris, Flammul. vulg. et Arsenici albi laevigati āā Drachm. unam, Flor. Sulph. Scrup. quatuor. M. exactissime.

CAUSTICUM COMMUNE MITIUS EDINBURG., Causticum commune seu potentiale sive salinum Suecorum, Causticum cum Calce, Kali causticum seu Potassa cum Calce Ph. Londinens., Calx cum Kali puro. Gemeines gemildertes Aetzmittel. *Cautère modéré.*

Rec. Lixiv. caustici Octar. tres. Coque ad Octar. unum, deinde admisce Calcis vivae pulv. Libr. unam. — Ph. Dublin., Edinburg. et Suecica sec. Reuss Lixivio ad tertiae Partis consumtionem evaporato Calcis rec. ust. admisceri praescribunt quantum sufficit ad pultis solidioris crassitudinem. — Spielmannus Alcali caustici sicci Part. unam in Aquae Triplo solvi et solutioni sensim Calcem vivam adjici praescribit, donec omnis liquor in pastam redacta sit, quae in vase bene obturato asservanda. — Pharm. Gallica edit. Ratier et Henry Kali caustico vulgari igne lique-

facto antequam effundatur Calcis vivae pauxillum admisceri proponit. — Sec. Lewis et Gray Causticum commune mitius Londinens. miscendo Calcis vivae et Sapon. mollis āā Part. aequales paratur.

CAUSTICUM COMMUNE CUM OPIO, Cauterium potentiale mitius Ph. Wirtemb.

Rec. Lixiv. Saponarior. Unc. octo; coque ad Unc. duas, dein liquori bullienti adde Opii pulv. Drachm. duas, Calc. viv. pulv. Drachm. quinque vel quantum requiritur ad pastam formandam. — Sec. Gray et Rennie paratur admiscendo Caustici commun. Pharm. Londin. Drachm. duabus Opii pulv. Drachm. semis et Sapon. mollis q. s.

CAUSTICUM seu CAUTERIUM LUNARE v. Lapis infernalis.

CAUTERIUM NOBILE. — Hoc nomine Cinis Fraxini rec. paratus intelligebatur, qui illico saliva madefactus ad magnitudinem ciceris pro fonticulis excitandis applicabatur.

CAUTERIUM POTENTIALE cet. v. supra et Lapis causticus.

CERA ARBOREA. Baumwachs. *Cire aux Arbres.*

Rec. Cerae citrinae,
Resinae albae,
Colophonii communis āā Libram semis,
Terebinthinae communis,
Axungiae Porci āā Uncias duas.

Liquefiant et detineantur adhuc per breve tempus supra lenem ignem, tunc colentur in aquam frigidam. Malaxetur massa semirefrigerata optime et formentur baculi non admodum crassi. — Emplastrum sordide flavum, in frigore fragile, calore manus parum mollescens et valde glutinans, odore debili terebinthinaceo. — *Vis:* modice irritans, discutiens.

Emplastrum minus durum, in manu admodum mollescens ad usum non aptum.

Usus: Corio illinitur Emplastri Picis (Pechpflaster) nomine. Ceterum hortulanis quoque ad insitionem et laesiones arborum inservit. (V. etiam Ceratum seu Emplastrum citrinum.)

CERA AURI v. Cera inaurata.

CERA CATHOLICA Boerh.

Rec. Gumm. Anime, Hederae, Elemi, Tacamahac., Sagapen., Carannae, Bdellii, Olibani āā Unc. duas, Opopanac. Unc. unam, Opobalsam. veri Unc. duas. Misceantur et inde formentur Pilulae.

CERA AD CRINES Wallbaum.

Rec. Cerae alb., Ungt. Pomat. āā Part. aequales. Leni calore liquata fundantur in magdaleones.

CERA PRO DENTIBUS. Zahnwachs. *Cire pour les Dents.*

Rec. Resin. Guajac. Drachm. duas, Laudani opiati, Gumm. Euphorb. āā Drachm. semis, Ol. Cinnam. et Caryoph. āā Gutt. decem. Misce, f. massa ad consistentiam Cerae, formanda in Bacillos.

CERA HISPANICA Mangeti v. Lacca sigillaris.

CERA INAURATA seu AURI FABRILIS. Goldwachs. *Cire d'orée.*

Rec. Cerae citr. Unc. quinque, Rubricae fabrilis, Vitriol. alb. āā Unc. unam semis, Aerugin., Boracis āā Unc. semis. Misceantur. — Ph. Londin. antiq. sec. Baerensprung Cerae flavae Unc. sedecim, Rubricae fabrilis subt. pulv. Unc. octo, Aerugin. trit. Unc. duas semis, Vitrioli coerulei Unc. duas et Boracis Unc. unam semis praescribit.

CERA AD LABIA v. Ceratum, Emplastrum et Unguentum.

CERA PURIFICATA. Gereinigtes Wachs. *Cire purifiée.*

Rec. Cerae flav. Unc. unam, Spir. Vini rect. q. s. Triturando in mortario vitreo commisce, et per chartam cola. Massa unguinosa in colo manens servetur. (V. etiam Butyrum Cerae p. 143.)

CERA SIGILLARIS RUBRA Ph. Wirtemb. Rothes Siegelwachs. *Cire rouge.*

Rec. Cerae citr. Unc. sedecim, Resin. Pini Unc. sex, Tereb. Venet., Cinnab. fact. praep. āā Unc. tres. Liquetur Cera et Resina atque mixturae colatae addatur Cinnabaris modica portione Olei Lini trita et effundatur in formas consuetas.

CERA VIRIDIS seu SIGILLARIS VIRIDIS, Ceratum viride seu Aeruginis. Grünes Wachs, Grünspan-Cerat. *Cire verte, Retinolé de Cire et d'Acetate de Cuivre.*

Rec. Cerae citr. Unc. sedecim, Resin. Pini Unc. sex, Terebinth. Venet. Unc. tres. Liquefiant, colentur et massae adhuc liquidae, non nimis calidae, admisceatur Aerugin. subtilissime pulv. et cum Ol. Lini Drachm. duabus bene tritae, Unc. una. Bene mixta in capsulas papyraceas effundatur et Ceratum refrigeratum in taleolas discindatur. — *Vis:* resolvens. — *Usus:* Praecipue contra clavos pedum adhibetur. — Ph. Borussica, Hannoverana, Ph. Hassiae El., Disp. Lippiac., Ph.

Oldenburg. et Saxonica Cerae flav. Part. duodecim, Resin. Pini sex, Tereb. commun. quatuor et Aerugin. unam Partem l. a. misceri praescribunt. — HENRY et GUIBOURT Cerae Unc. quatuor, Picis albae purif. Unc. duas, Terebinthinae et Aeruginis āā Unc unam misceri praescribunt. — Aliae formulae cum prioribus in summa rei congruunt.

CERATUM ACETATIS PLUMBI seu PLUMBICI v. Balsamum Saturni (p. 120.) et Ceratum Saturni (p. 168.).

CERATUM CONTRA ACRIMONIAM FALCKII v. Ceratum mercuriale.

CERATUM ADHAESIVUM, DE ALTHAEA, AD AMBUSTA, AMMONIACI v. Emplastrum et Unguentum.

CERATUM ADSTRINGENS LEMERY.

Rec. Lithargyrii, Lapid. Magnet. āā Drachm. duas semis, Olibani, Myrrhae āā Drachm. duas, Opopanacis, Bdellii, Mumiae āā Drachm. unam semis, Ol. rosat. Unc. duas semis, Ol. Myrtini Unc. unam semis, Cerae, Terebinth. āā Unc. duas, Picis navalis Unc. unam. M.; f. l. a. Ceratum.

CERATUM ALBUM BATE. Weißes Cerat. *Cérat blanc.*

Rec. Cerae albiss Unc. quatuor, Ol. Amygd. amar. Unc. quinque, Sperm. Ceti Unc. unam, Ceruss. in Aq. Rosar. lotae Unc. unam semis, Camphor. Unc. semis. M.; fiat l. a. Ceratum.

CERATUM ALBUM VOGLERI.

Rec. Sevi cervini vel vervecini rec. Unc. quatuor, Ceruss. opt. subt. pulv. Unc. unam, Cerae alb. Unc. semis. Liquentur et misceantur l. a.

CERATUM ALBUM seu Cetacei album sive Unguentum album Ph. Fennic. et Suecic.

Rec. Ol. Olivar. Libr. semis, Sperm. Ceti Unc. tres, Cerae alb. Unc. duas semis. Liquando misceantur, coletur massa et refrigescat in capsulis. (V. etiam Ceratum cosmeticum, GALENI et simplex, et Emplastrum Spermatis Ceti seu cetaceum.)

CERATUM ALBUM COCTUM LEMERY.

Rec. Ol. Libr. duas, Cerussae Libr. unam semis, Cerae albae Unc. tres. Coquantur s. a., ut ad formam Cerati reducantur.

CERATUM AD ALENDOS CAPILLOS Ph. Batavae.

Rec. Medull. Bovis rec. Libr. unam, Macid., Caryophyllor., Cardamomi āā Unc. semis, Fol. Lauri rec. conc. Unc. unam. Mixta calefac in vase clauso balneo Mariae immerso per 6 horas, tunc exprime. — Addunt quidam Succi Citri rec. et Mellag. Taraxac. āā Unc. semis.

CERATUM ANDROMACHI sec. MANGET.

Rec. Mastich. Unc. unam semis, Cinnam. Drachm. sex, Storac. Unc. semis, Spic. Nardi, Fol. Malabathri āā Unc. tres semis, Euphorb. Drachm. tres, Ol. Behen Unc. octo, Balsami et Cerae alb. āā Drachm. quindecim. Fiat l. a. Ceratum.

CERATUM ANODYNUM Ph. Hispanicae. — Mixtio est Emplastri Sebi anodyni Unc. viginti quatuor cum Ol. Olivar. Unc. quatuor. — Ph. Lusitanicae vetustior. formula ex Cerat. simpl. Unc. duabus, Opii Drachm. semis et Camphor. Drachm. una constat.

CERATUM ANTIPSORICUM. Krätzcerat. *Cérat antipsorique* VAN MONS.

Rec. Plumb. sulphurat. Part. unam, Aethiop. min. Part. quatuor, Cerat. Axung. Part. sedecim. M. exactissime.

† CERATUM ARSENICALE Ph. Americanae et Batavae. Arsenikalisches Cerat. *Cérat arsenical.*

Rec. Arsenic. alb. subt. triti Scrup. unum, Cerat. simpl. leni calore mollefacti Unc. unam. M. exactissime. (V. etiam Unguentum.)

† CERATUM EX AURIPIGMENTO PLUNKETIANUM. Plunket's Cerat mit Auripigment. *Cérat d'Orpiment de PLUNKET.*

Rec. Herb. Ranunculi Flammul. Pug. tres, Flor. Cotul. foet. Pug. unum, Arsen. alb. Drachm. tres, Flor. Sulphur. Drachm. unam. Bene conterantur et resperganturAlbumine Ovi, ut Cerati induat spissitudinem. (V. etiam Causticum arsenicale.)

CERATUM AXUNGIAE sec. VAN MONS. Fett-Cerat. *Cérat d'Axonge.*

Rec. Axung. Porci Part. duodecim, Cerae alb. Part. unam. Liquefiat Cera, tunc addatur Axungia et agitetur ad refrigerationem usque. (V. etiam Ceratum simplex.)

CERATUM BAUMÉI seu Meliloti simplex, Unguentum emplasticum. Baume's Steinkleecerat. *Cérat de BAUMÉ.*

Rec. Flor. Melilot. rec., Cerae citr. āā Libr. tres, Sevi bubuli Libr. quatuor, Resin. Pini Libr. sex. Flores contusi et cum Sevo commixti coquantur ad humiditatis consumtionem. Colatis adde Resinam et iterum cola; refrigeratis faeces separa, tum liquefac denuo et Ceram adde. — TADDEI Flor. Meliloti tres, Sevi quatuor, Resinae tres et Cerae sex Partes praescribit.

CERATUM BETONICAE seu pro Bregmate v. Emplastrum.

CERATUM CALAMINAE seu CALAMINARE sive Carbonatis Zinci impuri, Ceratum epuloticum TURNERI, Unguentum Lapidis Calaminaris. Galmei-Cerat- oder Salbe. *Cérat de Calamine.*

Rec. Lap. Calamin. praep., Cerae flav. āā Libr. semis, Ol. Olivar. Libr. unam. M. l. a.; fiat Ceratum. — Ph. Americanae, Hannoveranae edit. prior., Lusitanicae et CADETI formulae cum hac congruunt. — Ph. Londin. et Batav. eo solummodo discrepant, quod Libr. unius loco Olei, Octarium unum praescribunt, — sec. REUSS insuper Minii Drachm. sex et Camphor. Drachm. una addantur. — Pharm. Edinburg. et Dublin. Lap. Calamin. praep. Part. unam cum Cerat. simpl. Part. quinque misceri praescribunt. — Disp. Fuldense Ol. Olivar. Unc. duodecim, Cerae flav. Unc. sex et Lap. Calaminar. Unc. quatuor semis sumi jubet. — Ph. castr. Ruthena Ol. Olivar. Libr. unam, Cerae alb. Unc. quatuor et Lap. Calaminar. Unc.

tres praescribit. (V. etiam Ceratum Lapidis Calaminaris, Unguentum Nihili, de Tutia, Zinci cet.)

CERATUM CAMPHORATUM sec. Formul. des hopit. milit. de France. Kampher-Cerat. *Cérat camphré.*

Rec. Camphor. Part. unam, Cerat. refrigerantis Galeni Part. decem. Misce terendo exactissime.

CERATUM CANTHARIDIS seu CANTHARIDUM sive Lyttae. Cantheriden-Cerat. *Cérat des Cantharides.*

Rec. Cerat. simpl. (Cetacei) Part. sex, Pulv. Octharid. Part. unam. M. exactissime. — Ph. Batavae, Belgicae, Dublinens. et Londinensis formula cum hac congruit. — Van Mons Cerati Part. octo et Cantharid. Part. unam praescribit. — Ph. Americana Cerae flav., Resin. Pini, Ol. Olivar. āā Part. duas et Canthar. pulv. Part. tres misceri praescribit. (V. etiam Emplastrum et Unguentum.)

CERATUM CAPITALE Ph. Augustanae.

Rec. Sandarac., Oliban., Mastich., Lign. Aloës, Santal. rubr., Flor. Rosar. rubr. āā Drachm. unam. Pulverata, misceantur et f. cum s. q. Ladani, Cerae et Resinae l. a. Ceratum.

CERATUM PRO CEREOLIS BALSAMICIS Ph. Austriac. provinc.

Rec. Empl. Diachyl comp. et mercurial. āā Unc. duas, Cerae citrin., Resin. Pini āā Unc. unam semis, Tereb. clarae Unc. unam, Aethiopis mineral. Drachm. sex, Bals. Peruv. nigr. Drachm. tres. M.; f. l. a. Ceratum.

CERATUM PRO CEREOLIS DIGESTIVIS Ph. Austr. prov.

Rec. Empl. Cicutae simpl., Ungt Basilici āā Unc. tres, Pulv. Hb. Flammul. Jovis, Tereb. coct., Cerae citrin. āā Unc. duas semis, Bals. Copaivae Unc. semis. M.; f. l. a. Ceratum.

CERATUM PRO CEREOLIS DIGESTIVIS FORTIUS Ph. Austr. prov. — Fit miscendo Cerati praecedentis Unc. sex cum Alumin. usti Drachm. tribus, Merc. praec. rubr. Drachm una et Resin. Guajaci Unc. semis.

CERATUM PRO CEREIS EXSICCANTIBUS Ph. Austr. prov.

Rec. Cerae citrinae Libr. unam, Tereb. coct. Unc. tres, Extr. Saturni Drachm. sex. Misce — Si admisceas Extr. Hyoscyami Unc. semis, Ol. Ovor. Drachm. sex et Cerae citr. Unc. duas, Massam exhibet ad Cereolos ad Dolores leniendos.

CERATUM CERINAE CTESIPHONTIS.

Rec. Cerae citrin., Terebinth., Ol. antiqui, Salis Nitri āā Part. aequales. F. l. a. Ceratum. — Posteriora Praecepta dimidiam solummodo Nitri quantitatem postulant.

CERATUM CERUSSAE v. Unguentum album.

CERATUM CERUSSAE Ferrarini.

Rec. Ol. Olivar., Coruss. pulv. āā Libr. unam. Coque lente, tunc adde Aceti calidi albi Libr. unam et denique Cerae alb. et Empl. Diachyl. simpl. āā Unc. sex.

CERATUM CERUSSAE COMPOSITUM Ph. Americanae. — Fit miscendo Empl. Cerussae comp. Part. quinque cum Ol. Olivar. Part. una.

CERATUM CETACEUM seu CETI ALBUM v. Ceratum album, labiale, simplex, et Emplastrum de Spermate Ceti.

CERATUM CETACEUM RUBRUM v. Ceratum et Unguentum ad Labia rubrum.

CERATUM CUM CHINA seu Kinakina MEDICATUM Ph. Gallicae. China-Cerat. *Cérat avec le Quinquina.*

Rec. Cerati simpl. Part. sedecim, Extr. Chinae spir., parva Spir. Vini quantitate diluti, Part. duas. M. exactissime. — Cadet et Pierquin āā Part. aequales sumi pro onunt.

CERATUM CHINAE CAMPHORATUM sec. Van Mons. China-Cerat mit Kampher. *Cérat de Quinquina camphré.*

Rec. Cerati Galeni sine Aqua Unc. octo, Decoct. concentr. Chinae gris. Unc. unam, Camphor. Drachm. unam semis. Solve Camphoram in Cerato et admisce sensim agitando Decoctum Chinae.

CERATUM CITRINUM seu Resinae Lond in. sec. Lewis.

Rec. Ungt. Basilic. flav. Libr. semis, Cerae citr. Unc. unam. M. liquescendo. (V. etiam Cera arborea, Emplastrum citrinum et Unguentum.)

CERATUM COERULEUM LEYDENSE sec. Rennie. Blaues Cerat. *Cérat bleu.*

Rec. Litharg. cum Aceto et Aq. Rosarum alterne et gradatim ad alborem usque triti, Cerae flav. āā Unc. quatuor, Ol. Olivar. Octar. dimidium. Liqua Ceram cum Oleo et Lithargyro humido, et admisce Smalti Unc. tres.

CERATUM COMMUNE GUMMOSUM v. Emplastrum Diachylon cum Gummi.

CERATUM COSMETICUM seu ALBUM. Schönheits-Cerat. *Cérat cosmetique, Cérat blanc* ou *Pomade en Crême Baumé* sec. *Spielmann.* Ph. Lusitanic.

Rec. Cerae alb., Spermat. Ceti āā Unc. semis, Ol. Amygd. dulc. Unc. unam. Leni calore liquata agitentur, usque dum refrixerint, tum sensim affundantur Aquae Rosar Drachm. sex, sub perpetua agitatione reliquae massae commiscendae.— Henry et Guibourt ad Elaeocerolé balsamique insuper Tinct. Bals. de Tolu addi praescribunt. — Brugnatelli Cerae alb. Unc. duas et Sperm. Ceti Unc. tres, Ol. Amygd. et Olivar. āā Unc. octo et Aq. dest. Unc. unam semis misceri proponit. — Ferrarini Cerae alb. Unc. duas, Sperm. Ceti Drachm. sex, Ol. Amygd. dulc. Unc. sex et Aq. Naphae Unc. duas, — Gray Cerae alb. et Sperm. Ceti āā Drachm. unam, Ol. Amygd. dulc. Unc. duas, Aq. Rosar. Unc. duas et Aq. Naph, Unc. semis, — Taddei Cerae alb. Unc. unam, Sperm. Ceti Unc. tres, Ol. Olivar. aut Amygd. Libr. unam et Aq. Naphae Unc. octo praescribit. — Van Mons Butyr. Cacao, Cerae alb. āā Part. unam, Ol. Amygd. dulc. Part. duas et Aq. font. vel Naphae Part. dimidiam misceri proponit. — Pierquin

Cerae alb., Sperm. Ceti āā Drachm. semis, Ol. Amygd. dulc. Unc. unam, Ceruss. et Lithargyr. āā Gran. viginti cum Laccae q. s. misceri proponit. (V. etiam Ceratum album et Cremor.)

CERATUM DEFENSIVUM seu Ceromel Mayr.

Rec. Cerae flav. et alb. āā Part. unam, Mell. comm. opt. Part. quatuor. Leni igne in vase terreo vitreato liquescant et misceantur, his immergatur linteum et pistillo vitreo poliatur atque in frustra quadrangularia discindatur. (V. etiam Ceromel.)

CERATUM DEFENSIVUM COERULEUM Ph. Leydens.

Rec. Ungt. nutriti Libr. quinque, Ungt. alb. camph., Cerae flav., Smalti āā Libr. unam semis, Ol. Rosar., Lithargyr. aur. āā Libr. unam. M.; fiat l. a. Ceratum.

CERATUM DETERGENS v. Ceratum mercuriale Falckii.

CERATUM DIAPALMAE Ph. Lusitan. edit. Pinto.

Rec. Empl. Diachyl. simpl. (communis) Libr. unam, Oxydi Ferri rubri per Acidum sulphuricum Unc. duas, Sang. Dracon. Unc. unam, Ol. commun. Unc. quinque. F. l. a. Ceratum.

CERATUM DIAPOMPHOLIGOS v. Unguentum.

CERATUM DIASULPHURIS Lemery.

Rec. Bals. Sulphuris simpl. Libr. unam, Cerae citrin. Unc. quatuor, Colophonii, Myrrhae āā Unc. tres. F. l. a. Ceratum.

CERATUM EMOLLIENS Van Mons.

Rec. Cerae citr., Sapon. kalini, Terebinth. āā Part. unam, Mell. rec., Pulpae Cepar. coctar. āā Part. quinque. Liquefiat Cera et admisceatur Terebinthina, tunc Sapo cum Melle et Pulpa Ceparum trita.

CERATUM EPISPASTICUM. Blasenziehendes Cerat. *Cérat perpetuel Van Mons.*

Rec. Cerae citr. Part. duodecim, Pulv. Cantharid. Part. quatuor, Ol. Olivar. et Terebinth. āā Part. tres. Misce et digere Cantharides in Cerato liquefacto leni calore per 2 dies, exprime et adde colaturae semirefrigeratae Camphor., pauxillo Ol. tritae, Part. unam.

CERATUM EPULOTICUM v. Ceratum Calaminae.

CERATUM EXPLORATORIUM Ph. Gallicae edit. Ratier et Henry. *Cérat pour le Toucher.*

Rec. Ol. Olivar. Part. sex mille, Sperm. Ceti, Cerae alb. āā Part. quadringentas. Liqua, per linteum trajice et adde sensim continuo agitando Sodae causticae Part. quadringentas octoginta. — Non nisi post aliquod temporis spatium adhibendum.

CERATUM EXSICCANS seu neutrale Kirklandi. Austrocknendes Cerat. *Cérat desiccatif.*

Rec. Cretae praep., Aceti dest. āā Unc. quatuor. Cessante effervescentia adde Ol. Olivar. Unc. quatuor, Empl. Diachyl. simpl. Libr. semis. Liqua leni igne et massae semirefrigeratae admisce Extr. Saturn. Unc. quatuordecim. Misce sedulo. — Rennie Empl. Diachyl. simpl. Unc. quatuor, Ol. Olivar. Unc. duas, Cretae praep., Acet. dest. āā Unc. duas et Cerussae Drachm. unam semis l. a. misceri proponit. — Gray Ol. Olivar., Cretae et Aceti dest. āā Unc. quatuor, Empl. Diachyl. simpl. Unc. octo, et Sacch. Saturn. Drachm. tres praescribit.

CERATUM EXSICCANS Van Mons.

Rec. Cerae citr. Unc. quatuor, Emplastr. Diachyl. simpl., Tereb. coct. āā Unc. semis, Ceruss. Gran. nonaginta sex, Calomel. Gran. quadraginta octo. M. l. a (V. etiam Unguentum.)

CERATUM FLAVUM Ph. Suecicae. — Eodem modo e Cerae flav. Part. duabus et Ol. Olivar. Part. tribus ac Ceratum album paratur. (V. etiam Unguentum.)

CERATUM AD FONTICULOS Ph. Austriac. novae. Cerat für Fontanelle. *Cérat pour les Cautères ou Fontanelles.*

Rec. Cerae citr. Unc. sex, Sebi ovilli Unc. duas, Axung. Porci, Terebinth. āā Unc. unam semis. Colliquefactis admisceantur Minii Unc. quatuor et intingantur linteo, quae uti in Cerato defensivo tractanda. (V. etiam Unguentum.)

CERATUM FUSCUM v. Emplastrum seu Unguentum fuscum sive Matris.

CERATUM Galeni REFRIGERANS seu SIMPLEX sive amygdalinum, Emplastrum ad Fonticulos, Ceratum album sive Oleo-Ceratum Aqua subactum Ph. Gallicae. Weißes oder Galenisches Cerat. *Cérat de Galien* ou *Cérat blanc, Oléo-Cérate battu dans l'Eau.*

Rec. Cerae alb. pur. Part. quatuor, Ol. Amygd. dulc. Part. sedecim. Liquefiant leni calore et moveantur, donec refrixerint; tunc addantur sensim et indesinenter agitando Aquae purissimae, vel, si lubeat, Aquae Rosar. Part. duodecim. — Galenus Olei Amygdal. loco Ol. Rosar. sumi praescribit. — Ph. d'Anvers, Belgica et Van Mons octo Aquae purae Partes praescribunt, ceterum cum data formula congruunt. Aestate autem Ph. Belgica et Van Mons Cerae alb. Part. tres cum dimidia sumi proponunt. — Richard ad Ceratum simplex Galeni Ol. Amygdal. dulc. Unc. tres cum Cerae albae Unc. una optime misceri proponit, Aquam autem omittit. — Alias formulas parum subinde discedentes praetereamus. (V. etiam Unguentum cereum seu simplex et Ceratum simplex.)

CERATUM Goulardi v. Balsamum et Ceratum Saturni.

CERATUM Hufelandi v. Unguentum desiccativum.

CERATUM JUNIPERI VIRGINIANAE Ph. Americanae.

Rec. Hb. Juniper. Virginian. pulv. Part. unam, Cerati resinosi Part. sex. Misce.

CERATUM seu CERA AD LABIA seu LABIALE Ph. Hassiae El. Lippencerat. *Cérat labial.*

Rec. Ol. Amygd. dulc. Unc. unam semis, Cerae alb. Unc. unam, Sperm. Ceti, Rad.

Alkann. cont. āā Drachm. unam. Liquentur leni igne, deinde colaturae admisceantur Ol. Caryophyll. Gutt. viginti. In capsulas papyraceas quadratae formae effusum, serva. — Ph. Danica Cerae alb. Drachm. duas, Sperm. Ceti Drachm. tres, Ol. Amygd. rec. Drachm. sex, Rad. Alkann. spur. Drachm. unam semis et Ol. Lavendul. Gutt. triginta sumi praescribit. — Ph. Rossica Ol. Amygd. Unc. duodeviginti, Cerae alb. Libr. unam, Sperm. Ceti Unc. unam semis, Ol. Lavendul. seu cujuslibet expetiti Drachm. semis praescribit; quod Alkanna colore roseo tingendum. — Ph. Fennica et Suecica Ceratum album cum Rad. Alkannae tingi jubent.

CERATUM LABIALE seu cetaceum rubrum Ph. Borussicae et Hannoveranae eo solummodo ab Hassiae El. discrepat, quod Rad. Alkannae Pondus non stricte definiunt, sed massam liquidam cum frustulo tingi, usque dum gratum colorem induerit, et Ol. Caryoph. loco Ol. Citri et Bergamottae āā Gutt. duodecim sumi praescribunt.—Ph. Slesvico-Holsaticae formula cum hac congruit, praescribit autem Rad. Alkannae Drachm. unam.

CERATUM AD LABIA ARGENTORATENSIUM sec. Spielmannum, Ceratum seu Unguentum de Uvis. Traubenpomade. *Cérat labial ou de Raisins.*

Rec. Succi Uvarum, Pomorum āā Unc. duodecim, Butyr. rec. Unc. triginta duas. Coquantur lento igne ad consumtionem humiditatis; per linteum trajectis addantur Cerae alb. Unc. sedecim, Sperm. Ceti Unc. una; leni calore liquentur, sub perpetua agitatione refrigeratis immisceatur Ol. Lavendul. Drachm. una. Pro lubitu Radice Alkannae tingi potest. — Ph. Bremensis ex Axung. Porci Libr. semis, Succi Passul. min. Unc. quatuor, Cerae alb. Unc. duabus et Ol. Caryophyll. Gutt. viginti pari modo parari praescribit.

CERATUM LABIALE seu DE UVIS Mayr.

Rec. Butyr. rec. non salit. Libr. duas, Vini Austriaci montan. Libr. unam. Coque leni igne ad humiditatis consumtionem, tunc adde Cerae citr. Unc. octo. Colatis et semirefrigeratis admisce Ol. Bergamott. Gutt. viginti, tunc effunde in capsulas papyraceas; — vel etiam Ceratum labiale rubrum cum Cera alba, addendo Carmini s. q. ad rubedinem, parari et in pyxide dari potest.

* CERATUM, UNGUENTUM seu POMATUM AD LABIA Henry et Guibourt. *Pommade pour les lèvres, Elaeocérolé à la Rose pour les lèvres.*

Rec. Cerae alb. Unc. duas, Ol. Amygdal. dulc. Unc. quatuor, Cort. Rad. Alkann. concis. Drachm. duas. Digere in baln. Mariae per horas 2, cola, decantha et adde Ol. Rosar. Gutt. duodecim.

CERATUM LABIALE Piderit.

Rec. Butyr. rec. non salit. Libr. semis, Passul. maj. cont. Unc. quatuor. Coque ad consumtionem humiditatis et adde Cerae citr. Unc. duas. Cola cum expressione et adde Ol. Caryoph. Gutt. viginti. Denique massam in capsulas papyraceas effunde.

CERATUM LABIALE Ph. Saxonicae.

Rec. Sevi cervin. Part. septem, Cerae alb. Part. unam. Liquefiant et colentur, tunc addantur ad Unc. singulas Ol. Citri et Lavendul. āā Gutt. quatuor. — Ceratum labiale rubrum fit tinctu ex Radice Alkannae.

CERATUM LABIALE Trommsdorffii.

Rec. Sevi puri Unc. quatuor, Sperm. Ceti Unc. unam, Cerae alb., Ol. Amygd. āā Unc. semis, Rad. Alkann. Drachm. tres. Liquentur leni igne, deinde colat. addatur Ol. Caryoph. Drachm. semis. (V. etiam Emplastrum Spermatis Ceti et Unguentum ad Labia.)

CERATUM LAPIDIS CALAMINARIS Ph. Lusitanic. edit. Pinto.

Rec. Lap. Calamin., Cerae flav. āā Libr. unam, Ol. Olivar. Libr. duas, Minii Drachm. sex, Camphor. Drachm. tres. M. exactissime. (V. etiam Ceratum Calaminae et Unguentum.)

CERATUM LITHARGYRI seu Lithargyrii acetati v. Balsamum et Ceratum Saturni cet.

CERATUM LYTTAE v. Ceratum Cantharidum.

CERATUM AD MAMMAS. Butterpflaster. — Fit coquendo Butyrum rec. cum Vino albo ad humid. consumt. et addendo s. q. Cerae ad Ceratum. (V. etiam Emplastrum.)

CERATUM MATRICALE v. Emplastrum de Galbano.

CERATUM MELILOTI v. Ceratum Baumé et Emplastrum.

CERATUM MELLIS Pharm. nosoc. St. Bernhardi.

Rec. Mellis, Ol. Olivar. āā Libr. unam, Cerae flavae et Empl. Diachyl. simpl. āā Libr. semis. Misce exactissime.

CERATUM Mercantini v. Emplastrum.

CERATUM MERCURIALE Ph. nosocom. civil. Argentor. — Mixtio est Ung. mercurialis simpl. et Cerati Galeni āā Part. aequal. — Gray, Ratier et Rennie Ungt. mercurial. Unc. quatuor, Cerati simpl. Unc. decem triturando misceri proponunt.

CERATUM MERCURIALE Ph. Lusitanic. edit. Pinto.

Rec. Mercur. vivi Unc. duas, Sulphureti saponacei Libr. semis, Cerae flav. Unc. tres. Mercurium cum Sulphureti Unc. una ad perfectam extinctionem contritum commisce cum Cera flava et reliquo Sulphureto.

CERATUM MERCURIALE Brugnatelli.

Rec. Mercur. praec. rubr. Part. unam, Cerae alb. Part. tres, Ol. Olivar. Part. octo. M. exactissime. (V. etiam Balsamum ophthalmicum rubrum [p. 117.] Emplastrum mercuriale et Unguentum.)

CERATUM MERCURIALE, DETERGENS seu CONTRA ACRIMONIAM Falckii. Falck's Cerat. *Cérat de Falck.*

Rec. Mercur. praec. rubr. Unc. semis, Calomel. Unc. duas. Subtilissime laevigata misceantur cum Sacch. Saturn. Unc. una. Iterum laevigatos pulveres insperge in liquefactas Cerae alb. Unc. quatuor, Ol. Nuc. Jugland. Unc. sex, tandem adde Ol. Lavendul. Gutt. triginta. — Recens semper hoc Ceratum desiderante medico parandum. — Ph. Herbipolit. ad Ceratum mercuriale rectius Olei Nucum loco Oleum Olivar. opt. sumi praescribit et Ol. Lavendul. omittit, ceterum cum data praescriptione congruit. — SPIELMANNUS pariter Ol. Olivarum, verum et etiam praeterea Ol. Lavendulae Drachm. semis sumi proponit. — VAN MONS ad Cerat de FALCK Ol. Olivar. Part. sex, Cerae flav. et Sacch. Saturn. exsiccat. āā Part. unam et Mercur. praec. rubr. Part. dimidiam l. a. misceri proponit. (V. etiam Unguentum.)

CERATUM MERCURIALE Ph. Londin. veter. sec. REUSS.

Rec. Cerae flav., Axung. Porci curat. āā Unc. sex, Mercur. viv. Unc. tres, Bals. Sulphur. simpl. Drachm. unam. Ceram cum Axungia liquefac, tum gradatim adde Mercurio cum Bals. Sulphur. bene trito.

CERATUM MERCURII PRAECIPITATI RUBRI VOGT.

Rec. Merc. praec. rubr. Scrup. unum ad Drachm. unam, Cerati simpl. Unc. unam, Terebinth. commun. Drachm. unam. Misce exactissime.

CERATUM seu UNGUENTUM MINII sive rubrum. Mennigcerat. *Cérat rouge* ou *Onguent de Minium VAN MONS.*

Rec. Cerae alb. Part. unam, Ol. Olivar. Part. duas. Leni calore liquatis admisce Minii cum pauxillo Olei triti Part. dimidiam. — FERRARINI Minii Unc. sex, Cerae alb. Unc. duas et Ol. Olivar. Libr. unam praescribit. (V. etiam Emplastrum.)

CERATUM MINII GUMMOSO-RESINOSUM v. Emplastrum MERCANTINI.

CERATUM MUNDIFICANS BALSAMICUM Ph. Batav. Balsampomade. *Cérat balsamique mondificatif.*

Rec. Sperm. Ceti Unc. unam, Butyr. Cacao Unc. duas, Ol. Amygd. dulc. Unc. quatuor, Bals. Peruv. Drachm. unam. Leni calore coëant agitando commixta cum Aquae Naphae Unc. duabus.

CERATUM NARCOTICO-BALSAMICUM Ph. nosoc. civil. Argentor.

Rec. Bals. Peruv. nigr, Extr. Cicutae āā Unc. duas, Sacchar. Saturni Scrup. sedecim, Laud. liquid. SYDENH. Scrup. octo, Cerati GALENI Libr. unam. Misce.

CERATUM NICOTIANAE v. Ceratum tabacinum.

CERATUM NIGRUM sec. VAN MONS.

Rec. Resin. Pini Part. sex, Picis nigr. Part. duodecim, Cerae flav. Part. tres, et Terebinth. Part. unam. M.; fiat l. a. Ceratum.

CERATUM NORICUM seu NORIMBERGENSE v. Emplastrum.

CERATUM OLEO-RESINOSUM SWEDIAUR.

Rec. Cerae alb., Tereb. coct. āā Part. unam, Ol. Olivar. Part. duas. Fiat l. a. Ceratum.

CERATUM OPHTHALMICUM SUNDELIN. Sundelins Augencerat. *Cérat ophthalmique de SUNDELIN.*

Rec. Ol. Amygd. dulc. rec. Drachm. tres, Cerae albae Drachm. duas. Leni calore liquata, fere refrigerata agitentur in mortario. (V. etiam Balsamum et Unguentum.)

CERATUM OPIACEUM RATIER cet.

Rec. Cerati GALENI Libr. unam, Laudan. liq. SYDENH. Unc. unam. M. terendo.

CERATUM OPIATUM Ph. nosoc. Argentor.

Rec. Opii puri pulv. Unc. unam, Cerati GALENI Libr. unam. Misce in mortar. marmoreo. (V. etiam Unguentum.)

CERATUM CUM OPIO LAGNEAU sec. RICHARD.

Rec. Cerati GALENI simpl. Unc. duas, Opii pulv. Drachm. semis, Vitellum Ovi unum. Subige Opium cum Vitello Ovi et adde Cerato.

CERATUM OXYDI MERCURII RUBRI PER ACIDUM NITRICUM Ph. Lusitan. edit. PINTO.

Rec. Mercur. praec. rubr. Unc. semis, Cerati Diapalmae Libr. semis. M. exacte.

CERATUM PLUMBI cet. v. Balsamum, Ceratum et Unguentum Saturni.

CERATUM POTTII seu Saponis sive saponaceum sec. VAN MONS.

Rec. Sacch. Saturn. pulv. Part. quatuor, Sapon. alb. rasi Part. unam semis. M. intime in balneo Mariae, donec aqua evaporata sit, tunc adde Cerae alb. et Ol. Olivar. āā Part. tres. M. exactissime. — Ph. Londin. ad Ceratum Saponis Litharg. Libr. unam cum Aceti Congio ad solutionem coqui, deinde adjici Sapon. Unc. octo et iterum blando igne ad humiditatis consumtionem coqui, et denique Ol. Olivar. et Cerae flav. āā Libr. unam antea simul liquefactis admisceri praescribit. — CADETI et SWEDIAURI formula fere eadem est. — RENNIE Sapon. duri Unc. octo, Cerae flav. Unc. quinque, Litharg. Libr. unam, Aceti Cong. unum et Ol. Olivar. Octar. unum l. a. in Ceratum redigi praescribit. — GRAY formula eo solummodo ab hac discrepat, quod Cerae Unc. decem et Ol. Olivar. Libr. unam praescribit.

CERATUM DE RANIS CUM MERCURIO v. Emplastrum.

CERATUM RECHOUXII. Rechoux's Cerat. *Cérat RECHOUX, Eleocérolé ammoniacal.*

Rec. Sal. volatil. sicci Drachm. unam, Cerati GALENI Unc. unam. M. exactissime in mortario marmoreo.

CERATUM REFRIGERANS GALENI v. Ceratum GALENI.

CERATUM RESINAE FLAVAE, BURGUNDICAE, PINI, RESINOSUM COMPOSITUM cet. v. Cera arborea, Emplastrum adhaesivum, citrinum, Unguentum Althaeae, Basilicum, flavum cet.

CERATUM RUBRUM SWEDIAUR. Rothes Cerat. *Cérat rouge.*

Rec. Cinnab. praep. Gran. quindecim, Resin. flav. Unc. semis, Cerae flav., Axung. Porci āā

Libr. semis. M. l. a. exactissime. (V. etiam Ceratum Minii.)

CERATUM RUBRUM CAMPHORATUM v. Emplastrum de Minio.

CERATUM seu UNGUENTUM SABINAE. Sevenbaum- oder Sadebaum-Cerat oder Salbe. *Cérat* ou *Onguent de Sabine.*

Rec. Herb. Sabinae rec. cont. Part. duas. Coque leni igne (optime in balneo Calcis salitae) cum Axung. Porci Part. quatuor ad humiditatis fere consumtionem; cola cum expressione et admisce colaturae leni calore Cerae citr. Part. unam. — Unguentum saturate flavo-viride, odore Sabinae. — *Vis:* epispastica. — *Usus:* Cuti illinitur ad suppurationem in superficie exulcerata augendam et sustentandam. — Ph. Batavae, Bavaricae, Dublinensis, Edinburg., Londin., Slesvico-Holsat., Suecicae cet. formulae cum hac congruunt Ph. Americana et Coxe Pulv. Hb. Sabinae Part. unam cum Cerati resinosi Part. sex misceri praescribunt.

CERATUM SANTALINUM Ph. Augustanae.

Rec. Flor. Rosar. rubr. Unc. unam semis, Pulv. Lign. Santal. rubr. Drachm. decem, Santal. alb. et citr. āā Drachm. sex, Boli Armen. Drachm. septem, Spodii Unc. semis, Camphor. Drachm. duas, Ol. rosat. Libr. unam, Cerae alb. Unc. sex. Ceram in Oleo liquando et reliquos tandem pulveres miscendo f. l. a. Ceratum.

CERATUM SAPONACEUM Ph. Lusitan. edit. Pinto.

Rec. Empl. Sapon. camph. Libr. unam, Ol. commun. Unc. quatuor. Fiat blando igne Ceratum. (V. etiam Cerat. Pottii et Emplastrum.)

CERATUM SATURNI Goulardi. Goulard's Blei-Cerat. *Cérat de Saturne* ou *de Goulard.*

Synon.: Ceratum seu Unguentum saturninum seu Lithargyrii, Ceratum Goulardi, Pomatum Saturni, Ceratum seu Unguentum Acetatis seu Subacetatis Plumbi sive plumbici liquidi. Bleisalbe, Goulard'sche Salbe. *Pommade de Goulard.*

Rec. Cerae albae Uncias quatuor,
Olei Olivarum albi Uncias sedecim.

In vase fictili vitreato calore leni colliquatis sub perpetua agitatione cochleatim immisce sensim et per intervalla, exspectando coalitionem cujusvis portiunculae adjectae,

Aceti Saturni Uncias sex,
Aquae destillatae simplicis Unciis duodeviginti dilutas. Consumta omni humiditate Ceratum in vase porcellaneo asservandum. — Ceratum album, molle, pinguoso-lubricans, fere inodorum. — *Vis:* demulcens, refrigerans, discutiens, leniens, exsiccans.

Sit Ceratum supra ut bonae notae descriptum, homogeneum; inaequale autem, glareosum, aqua secreta vel cuticulas tenaces prae se ferens, colore sordido et odore rancido, rejiciatur.

Usus: Externe linteo cet. illinitum applicatur.

Permultae sunt formulae discedentes in parando hoc Unguento. — Sic Ph. Bavarica Cerati simpl. Part decem cum Aceti Saturni Part. una et Aq. destill. Part. duabus misceri praescribit. — Ph. Boruss. nova Ungt. simpl. Libr. tres et Acet. Saturn. Unc. tres praescribit. Priores editiones hucusque in terris Badensibus legitimae, uti et Ph. Hassiae El., Polonica, Slesvico-Holsatica, Codex Hamburg. Cerae alb. Unc. sex, Ol. Olivar. Libr. duas, Aceti Saturn. Unc. tres et Aq. Rosar. Unc. sex commisceri jubent. (Codex Hamburg. aestate septem Unc. Cerae sumi proponit.) — Ph. Hannoveranae formula eo solummodo ab hac discrepat, quod duodecim Aquae Rosar. Unc. sumi praescribit. — Ph. Gallica Cerati Galeni Part. centum et viginti quinque cum Aceti Saturn. Parte una misceri proponit. — Ph. nosoc. civ. Argent. ad Libr. unam Cerati Galeni Unc. unam semis Aceti Saturni praescribit. — Disp. Lippiacum et Ph. Lusitanic. Cerae citr. Unc. quatuor, Ol. Olivar. alb. Unc. novem et Extr. Saturni Unc. duas semis, — Ph. Batav. et Edinb. Cerati (Ungt.) simpl. Part. viginti et Sacch. Saturn. Part. unam, — Ph. Dublin. duodeviginti Unguenti Part. ad unam Sacch. Saturni, — Ph. Londin. Cerae alb. Unc. duas, Ol. Olivar. Octar. semis et Sacch. Saturn. Drachm. duas, — Ph. Genevens. Cerati Galeni Unc. duodecim et Sacch. Saturn. Unc. semis, — Ph. Fennica et Suecica Cerae alb. et Extr. Saturn. āā Unc. octo, Ol. Olivar. Libr. unam semis, — Ph. Rossica decem Cerae Uncias praescribit, ceterum cum praecedente formula congruit. — Ph. Oldenburgica et Brugnatelli Ol. Olivar. Part. quatuor, Cerae alb. Part. dimidiam et Extr. Saturn. Part. unam. — Van Mons Cerae alb. et Extr. Saturn. āā Part. unam cum Ol. Olivar. Part. quatuor misceri praescribit. — Ph. Austriaca Axung. Porci Libr. unam, Cerae alb. et Extr. Saturn. āā Libr. semis l. a. misceri praescribit. — Ph. Wirtemb. Ol. Olivar. Unc. quatuor, Cerae Unc.

unam leni igne liquefieri et massae refrigeratae successive addi praescribit Aq. saturninam, ex Unc. viginti quatuor Aquae et Unc. una Extr. Saturn. paratae, ea adhibita encheiresi, ut in patina ampla, loco frigido, per vices exiguae saltem doses Aquae, forti agitatione et concussione, spatulae ligneae ope commisceantur, donec tandem aquae quantitas omnis, vel quantum ejus fieri potest, subacta cum Oleo et Cera formam Cerati albi in magnam molem excrescentis induerit. — Disp. Brunsvic. Ol. Olivar. Libr. duas et Extr. Saturn. Unc. sex cum Aq. font. Libr. quatuor l. a. misceri proponit, Ceram autem omittit. — Ph. Danica et PIDERIT Cerae citr. Unc. quatuor, Ol. Nuc. Jugland. et Aquae āā Libr. unam, et Extr. Saturn. Unc. unam misceri proponunt. Unguentum cum quodam Oleo exsiccante paratum tempore mox cuticulas in superficie format. (V. etiam Unguentum Lithargyri seu nutritum et saturninum et Balsamum Saturni p. [120.]).

CERATUM SATURNI GOULARDI CUM CAMPHORA sec. SPIELMANNUM.

Rec. Cerae alb. Unc. octo, Ol. Amygd. dulc. Unc. duodeviginti. Leni igne liquatis addantur Extr. Saturn. Unc. quatuor. Sub perpetua agitatione refrigeratis admisceatur Camphorae, paululo Ol. Amygd. dissolut., Drachm. una. — Disp. Fuldens. Ol. Olivar. Libr. unam, Cerae citr. Unc. quatuor, Acet. Saturn. Unc. tres et Camph., in Ol. Olivar. solut., Drachm. duas, — Ph. Herbipolit. Cerae citr. Libr. unam semis, Ol. Olivar. Libr. quatuor, Acet. Saturn. Libr. unam semis et Camph. in Ol. solut. Drachm. sex praescribit. — VOGT Cerati Saturni simpl. Unc. duabus Camphorae Drachm. unam admisceri proponit.

CERATUM seu OLEO-CERATUM SIMPLEX, Ceratum album, Unguentum cereum, Cerae, seu emolliens. Einfache Wachssalbe. *Cérat* ou *Oleo-Cérat simple.*

Rec. Ol. Olivar. opt. Unc. decem, Cerae alb. Unc. quatuor. Liquata et ab igne remota agitentur, donec refrixerint. (Ph. Amstelod., Bavaric., Belgica, Cork, Edinburg., Ph. Hassiae El., Fennica, Saxonica, Hannoveran., Oldenburgica, VAN MONS.) — Ceratum album, molle et mite fere inodorum. — *Vis:* emolliens, leniens. — *Usus:* Per se adhibetur et saepius aliis Ceratis aut Unguentis ut constituens inservit. — Ceratum sordidum, rancidum rejiciatur. — Ph. Borussicae et Sleswico-Holsaticae formula ad Unguentum cereum cum hac congruit, nisi quod inter agitandum paullulum Aquae admisceri proponit. — Ph. Polonica inconvenienter Oleum Papaveris substituit. — Disp. Fuldens. pariter inepte ad Unguentum emolliens Ol. Lini Unc. duodecim et Cerae flav. Unc. unam sumi jubet. — Ph. Gallica Ol. Amygd. dulc. Part. quatuor, et Cerae alb. Part. unam, — Ph. Londinens. Cerae flav. Unc. quatuor et Ol. Olivar. Fluid. unc. quatuor, — Ph. Austriaca nova Cerae alb. Libr. unam et Axung. Porci Libr. semis liquefieri et in tabulas effundi praescribit. — Ph. Genevens. Cerae Part. unam, Sevi vervecin. et Axung. Porci āā Part. quatuor praescribit. — MAYR ad Ceratum album Ol. Behen Unc. sex, Sevi ovilli Unc. tres et Cerae alb. Unc. duas semis misceri proponit. — Ph. Dublinens. ad Unguentum Cerae albae Cerae alb. Part. unam et Axung. Porci Part. quatuor, ad Unguentum Cerae flavae autem Ceram citr. ad Axungiam praescribit. — (V. etiam Ceratum GALENI, Emplastrum Spermatis Ceti cet.)

CERATUM SPERMATIS CETI v. Ceratum album et Emplastrum.

CERATUM STOMACHICUM AUGUSTANORUM et GALENI.

Rec. Pulv. Flor. Rosar. rubr., Mastich. āā Drachm. viginti, Hb. Absinth. Drachm. quindecim, Spicae Nardi Drachm. decem, Ol. rosac. Libr. unam semis, Cerae flav. q. s. ad Ceratum.

CERATUM SUBACETATIS PLUMBI seu plumbici medicati v. Ceratum Saturni.

CERATUM E SULPHURE RATIER cet. Schwefelcerat. *Cérat de Soufre.*

Rec. Flor. Sulphur. Unc. quatuor, Cerati simpl. Libr. unam. M. — SWEDIAUR Flor. Sulph. et Bacc. Lauri āā Unc. unam cum s. q. Butyri misceri proponit.

CERATUM TABACINUM seu Nicotianae CONSBRUCH. Tabakcerat. *Cérat de Tabac.*

Rec. Succ. Hb. Nicotian., Cerae flav. āā Unc. tres, Resin. Pini Unc. unam semis, Ol. Myrrh. q. s., ut f. Ceratum.

CERATUM TURNERI v. Ceratum Calaminae (p. 163.).

CERATUM VIRIDE v. Cera viridis.

CERATUM ZINCI CARBONATIS IMPURI, ET E ZINCO v. Unguentum Nihili, de Tutia et Zinci.

Reliqua Cerata antiqua praeterenda putamus; ceterum videatur etiam Emplastrum et Unguentum.

CERBERUS TRICEPS v. Pulvis cornachinus.

CEREI MEDICATI v. Cereoli.

CEREOLI ALBI v. Cereoli mitigantes.

CEREOLI BELLII. Bell's Harnröhrkerzchen. *BELL's Bougies.*

Rec. Empl. Diachyl. simpl. Unc. quatuor. Liquato blando calore adde Cerae citr. Unc. unam semis, Ol. Olivar. Unc. (Drachm.?) tres. In miscellam immerge fascias linteas apte concisas, quas l. a. in Cereolos forma (vid. infra ad Cereolos exploratorios). — GRAY solummodo fascias linteas in Empl. Diachyl. simpl. liquefact. immergi et in Cereolos formari praescribit.

CEREOLI DEMULCENTES seu emollientes v. Cereoli exploratorii.

CEREOLI ELASTICI. Elastische Kerzen. *Bougies elastiques.*

Rec. Olei Lini q. v. Coque per longum tempus leni igne cum s. q. Lithargyrii, donec satis spissescat, tunc admisce Succin. pulv. et Ol. Terebinth. āā tertiam Partem et Cautchuc dissecti vigesimam Part. Omnibus leni igne bene dissolutis fasciculi subconici lintei vel tela holosericea bis terve immergantur, exsiccentur semper aëre et denique l. a. poliantur. — Cereoli BERNHARDI simili modo parantur cum Filis sericeis, omisso tamen Cautchuc. — Cereoli elastici sec. GRAY sequenti methodo parantur: Filum ex intestino paratum (Darmsaite) Cera obductum et juste curvatum saepius in Solutionem Resin. elasticae (Cautchuc) aetheream ingeratur, donec satis spisso gummi strato sit circumdatum, tunc calore perfecte siccatum in Aqua coquatur, ut Cera liquefacta et filum separari possint. Hujus fili loco etiam filum ferreum sericeo obductum adhiberi potest, vel filum ferreum spiraliter volutum tenue fascia Gummi elastici, cujus superficies in Aquam ferventem vel potius in Aetherem vel Solutionem Camphorae in Spiritu Nitri dulcis, cui Spiritus Vini aliquantulum additur, mollis redacta est, circumtegitur, huic fasciae alia sericea et filum cannabinum superinvolvitur, quibus, si Gummi bene siccatum videtur, remotis, Cereolus elasticus per temporis momentum in Aquam bullientem immititur, quo expanditur, ut filum ferreum retrahi possit.

CEREOLI EMPLASTICI DE DARAN. Daran's Pflasterkerzen. *Bougies emplastiques de DARAN.*

Rec. Hb. rec. Cicut., Nicotian., Flor. Melilot. coerul. et Hyperici āā Pug. unum, Ol. Olivar. seu Nucum Libr. decem. Coque ad humiditatis consumtionem, exprime et adde Sevi ovilli et Axung. Porci āā Libr. tres, Litharg. subt. pulv. Libr. quatuor; coque leviter semper agitans per horam, tunc admisce Cerae flavae Libr. duas et coque iterum, donec massa justam acquisiverit consistentiam. Immerge tunc fascias linteas et forma Cereolos, variae longitudinis et crassitiei, uti ad Cereolos exploratorios edoctum est. — VAN MONS Empl. simplex Olei Lini cocti curari calefieri et semirefrigeratum in cylindros evolvi suadet.

CEREOLI EXPLORATORII, PROBATORII seu SIMPLICES, Cereoli demulcentes seu emollientes, Candelae cereae, Specilla cerea, Fila cerea. Einfache oder Untersuchungs-Wachskerzchen, chirurgische Kerzen, einfache Bougies, Wachsfäden, wächserne Seile. *Bougies simplex* ou *pour sonder.*

Rec. Cerae flav. Unc. sex, Olei Olivar. Unc. unam. Liqua et post lenem humidi evaporationem immerge lintei tenuiores paniculas, quas massa cerea bene impraegnatas exime, ut refrigescant; secantur tunc in fascias obtuse pyramidatas novem ad decem circiter pollices longas et in basi pollicem ad sesqui-pollicem, in apice leviter convexa, dimidiam ad tres pollicis quadrantes ferme latas, (pro re nata fasciolae latiores vel angustiores secantur) poliuntur et convolvuntur, postea primum digitis, deinde corporis duri, e. g. tabulae ligneae politae vel vitri ope, supra laminam metallicam vel marmor semper in unam eandemque directionem, donec parietes lintei cerati arctissime cohaereant, ut figuram subconicocylindricam referant et superficiem habeant perfecte aequalem et politam. Plurimarum Pharmacopoearum praeceptiones cum hac congruunt. — Disp. Brunsvic. autem Cerae citr. Libr. duas cum Tereb. Venet. Drachm. duabus liquefieri curari et linteola imbui ac in Cereolos effingi praescribit. — Ad Cereolos demulcentes (Bougies adoucissantes) Cerae flavae Libr. sex, Sevi hircini et Ol. Amygd. dulc. rec. āā Libr. semis liquefaciendo misceri praescribit, qua massa tenuia lintei Hollandici vel etiam holosericei frustula impraegnanda et in Cereolos formanda. — SWEDIAUR Cerae flav. Libr. unam, Tereb. Venet. Unc. quatuor et Cinnabar. Unc. unam sumi proponit. — Codex medicamentarius Hamburg. Cerae flav. Unc. sedecim et Sap. Alicant. pulv. Unc. unam misceri, et post lenem humidi evaporationem inde l. a. cum telis linteis tenuibus Cereolos formari praescribit. (V. etiam Cereoli BELLII et Terebinthinae.)

CEREOLI FALCKII v. Cereoli medicati FALCKII.

CEREOLI HECKERIANI CUM KALI CAUSTICO (vel Mercurio sublimato, seu mercuriales dissolubiles) sec. AUGUSTIN. Hecker'sche Wachskerzen. *Bougies de HECKER.*

Rec. Alcali vegetab. sicci (vel Mercur. subl. corrosivi) Gran. quatuor, Extr. Opii Drachm. unam. Solvantur in Aquae font. Unc. duabus, addatur Gummi Arab. q. s., ut solutio fiat spissior, quo facto fila tamdiu immergantur et siccentur, donec formam exactam accipiant.

CEREOLI LITHARGYRI HUNTERI sec. AUGUSTIN.

Rec. Ol. Olivar. Unc. duodecim, Cerae flav. Libr. unam, Litharg. Libr. unam semis. Bulliant leni igne per horas 6 usque ad consistentiam emplastri. Tum formentur Candelae. (V. Cereoli emplastici.)

CEREOLI GOULARDI v. Cereoli mitigantes.

CEREOLI MEDICATI FALCKII.

Rec. Terebinth. Venet. Drachm. unam, Gumm. Lacc. pulv. Drachm. semis. Liquentur leni igne, tum addantur Empl. mercurial. Unc. duae, Calomel. Drachm. duae, Merc. praec. rubri subt. pulv. Scrup. duo. Misceantur omnia probe agitando, ne separentur et a se invicem discedant et fiant Cereoli uti Cereoli exploratorii.

CEREOLI MERCURIALES seu Candelae mercuriales PLENCKII. Merkurialkerzen. *Bougies mercurielles.*

Rec. Cerae flav. Unc. sex. Liquatis addantur

Aceti Saturni Unc. semis, Calomel. Drachm. duae. Formantur inde Cereoli eadem ratione, quam ad Cereolos exploratorios docuimus.

CEREOLI MERCURIALES SWEDIAUR — fiunt, si Massae ad Cereolos exploratorios Drachm. duae Liquor. BELLOSTII admiscentur. — VAN MONS autem vigesimam quartam Part. Merc. praecip. rubr. admisceri proponit.

CEREOLI MERCURIALES DISSOLUBILES HECKERI v. Cereoli HECKERI.

CEREOLI MERCURIALES seu Candelae probatoriae VAN MONS.

Rec. Empl. mercurial. fusi Part. tres, Cerae flav. liquat. Part. unam. Misce bene et immersis fasciis linteis vel fasciculis filorum gossypinorum forma l. a. Cereolos. — GRAY Fila e membrana intestinali confecta (Darmsaiten) vel fascias linteas Empl. mercuriali liquato immergi et inde Cereolos formari praescribit. (V. etiam Cereoli emplastici.)

CEREOLI MERCURIALES VOGT.

Rec. Cerae flav., Empl. albi cocti, Resin. Pini āā Unc. duas. Ex leni calore mixtis conformentur l. a. Cereoli et obducantur Ungt. mercurial. ciner. just. quantitate.

CEREOLI MITIGANTES EXPLORATORII seu MEDICATI, sive resolventes GOULARDI, Cereoli albi, plumbici seu saturnini, sive Acetatis Plumbi, Cereoli seu Cerei communes sive medicati, Candelae chirurgicae seu exploratoriae, saturninae sive resolventes. Besänftigende Kerzen oder Bleikerzen. *Bougies mitigantes ou saturnines.*

Rec. Cerae flav. Unc. sex. Liquatis admisce assidue agitando Acet. Saturni Drachm. duas. Fiant cum telis linteis tenuibus Cereoli, uti Cereoli exploratorii.

Plurimarum Pharmacopoearum formula cum hac congruit. — Disp. Brunsvic. ad Libr. semis Cerae Unc. semis Aceti Saturn. sumi jubet. — Sec. RICHARD tres sunt hujusmodi Cereol. species, quarum prima 1/32, secunda 1/8, et tertia 1/4 Extracti Saturni continet. — GOULARD ad primam 1/24, ad secundam 1/6, ad tertiam 1/3 sumi jubet. — Ph. Slesvico-Holsatica et Suecica Cerae flav. Libr. unam, Sperm. Ceti Drachm. tres et Acet. Saturni Drachm. duas sumi praescribunt. — VOGT Cerae flav. Unc. quatuor cum Empl. Diachyl. simpl. Unc. duabus et Aceti Saturni Drachm. duabus misceri suadet. — VAN MONS ad Cereolos saturninos Massae ad Cereolos simplices Part. octo cum Cerussae Part. una misceri proponit.

CEREOLI RESOLVENTES GOULARDI v. Cereoli mitigantes.

CEREOLI SATURNI seu PLUMBI v. Cereoli mitigantes.

CEREOLI SIMPLICES v. Cereoli exploratorii.

CEREOLI TEREBINTHINAE sec. VAN MONS. Terpentinhaltige Kerzen. *Bougies térébenthineuses.*

Rec. Terebinth. coct. Part. unam, Empl. simpl. Part. quatuor, Cerae alb. Part. octo. Liquatis et optime mixtis immergantur lintea cet. et formentur l. a. Cereoli. (V. etiam Cereoli exploratorii.)

CEREOLI seu CANDELAE AD VERRUCAS Ph. August. fiunt intingendo Ellychnia in Cerae Libr. una et Terebinth. Venet. Unc. una, simul liquatis et formando inde Cereolos justae crassitiei.

CEREVISIA ABSINTHII sec. VAN MONS. Wermuthbier. *Bière ou Brutolé d'Absinthe.*

Rec. Faecul. viridis Absinth. Part. unam, Cerevis. flav. fort. Part. sexaginta quatuor. Post macerationem frigidam per aliquot dies, cola et serva in vasis optime obturatis loco frigido umbroso.

CEREVISIA ADSTRINGENS seu quercina VAN MONS et SWEDIAUR. — Paratur Glandes Quercus decorticatas et minutim incisas cum sedecim Cerevisiae fortis Partibus in balneo Mariae per aliquot horas digerendo et filtrando. Servetur uti praecedens.

CEREVISIA AMARA. Bitterbier. *Bière ou Brutolé amère CADET.*

Rec. Turionum Pini Unc. unam, Hb. Absinth. Drachm. sex, Rad. Gentian. Unc. semis, Cerevis. Libr. decem. Macera per 3 dies et filtra. — LEWIS Rad. Gentian., Cort. Aurant. āā Unc. quatuor, Piper. long. Unc. unam et Cerevis. Pintas octo praescribit.

CEREVISIA AMARA AROMATICA FULLERI.

Rec. Herb. Absinth. Man. quatuor, Rad. Calam. arom. Unc. unam semis, Zedoar. Unc. unam, Angelic., Enul., Zinziber., Galang., Cort. Chinae, Cinnam., Sem. Carvi et Coriandr. āā Unc. semis, Pip. longi, Cubeb., Cardam., Caryoph., Macid. et Nuc. Moschat. āā Drachm. duas. M., f. sacculus, qui immergatur in Cerevisiae Mens. octo.

CEREVISIA ANTIHYDROPICA seu ad Hydropem VAN MONS. Bier gegen Wassersucht. *Bière antihydropique.*

Rec. Rad. Jalapp. Unc. semis, Calami, Enulae, Bacc. Lauri, Junip., Cort. Aurant. āā Unc. unam, Rad. Bryon., Rub. tinct., Sem. Dauc. silv. āā Unc. unam semis, Hb. Absinth. Manip. duos, Cerevis. fort. Unc. centum et viginti octo. Macera per aliquot dies, tunc decantha et admisce residuo denuo Cerevisiae Unc. sexaginta quatuor et post suff. macerationem cola, et serva liquores claros commixtos in vasis bene clausis, loco frigido, inverse positis.

CEREVISIA ANTIICTERICA VAN MONS. Bier gegen Seitenstechen. *Bière antictérique.*

Rec. Rad. Curcum., Rhabarb. āā Unc. semis, Cort. Aurant., Fol. Senn. āā Drachm. sex, Sem. Dauc. silv. Unc. unam, Hb. Absinth., Marrub.,

Flor. Centaur. min. āā Manip. semis, Cerevis. fort. Unc. sexaginta quatuor. Macera per aliquot dies in Cerevisiae Octantibus septem, cola et ablue residuum reliqua Cerevisia. Colaturas commixtas serva uti praecedentis.

CEREVISIA ANTISCORBUTICA, Turionum Pini seu Pini composita sive Cochleariae Ph. Gallicae. Bier gegen Scorbut. *Sapinette.*

Rec. Turion. Pini sicc., Hb. rec. Cochlear. āā Unc. unam, Rad. Armorac. rec. minut. conc. Unc. duas, Cerevis. rec. Libr. quatuor. Macera per 2 dies et filtra. — Augustini formula eo solummodo ab hac discrepat, quod Unc. unam semis Cochleariae et Turionum Pini loco, Turiones Abietis sumi jubet. — Taddei formula fere eadem est. — Mayri formula cum prima congruit, Herbam Cochleariae autem omittit. — Ph. castrens. Ruthena Rad. Armorac. rec., Sem. Sinap. nigr., Extr. Turion. Pini āā Libr. duas, Syr. Holland. Libr. quatuor, Cerevis. tenuis vel Infusi aut Decocti Malti Hordei Libr. centum et viginti digeri per dies 4 vel 6 praescribit, ut fiat fermentatio, tunc colari.

CEREVISIA ANTISCORBUTICA Van Mons.

Rec. Hb. rec. Cochlear., Nasturt. aquat. et Salv. āā Part. unam, Sem. Sinap. nigr., Rad. Raphan. āā Part. dimidiam, Aurant. Nro. tria, Cerevis. luteae fort. Part. sexaginta quatuor. Misce, macera per aliquot dies, cola et serva sollicite. (V. etiam Cerevisia Armoraciae.)

CEREVISIA ANTISCORBUTICA seu Decoctum Sedi acris Ph. Batav.

Rec. Sedi acris rec. Man. octo, Cerevis. Libr. octo. Coque ad dimidiam, tunc cola.

CEREVISIA ANTISCORBUTICA Sydenhami.

Rec. Rad. Armorac. rec. inc. Drachm. duas, Hb. Cochlear. hort. Nro. duodecim, Passul. enucleat. Nro. sex, Aurant. cum toto inc. Dimidium. Immitte in lagenam vitream Libr. duabus Cerevis. tenuis repletam et post aliquot dies macerationis exhauri. (V. etiam Cerevisia scorbutica et Spiritus Cochleariae compositus).

CEREVISIA ANTISPASMODICA Van Mons.

Rec. Rad. Valer. Part. quinque, Hb. Anthos et Salviae āā Part. unam cum dimidia, Rad. Serpent. Virgin. Part. unam, Cerevis. flav. fort. Part. centum et viginti octo. Conc. macera per 8—10 dies, tunc cola.

CEREVISIA APERIENS Fulleri. Eröffnendes Bier. *Bière aperiente.*

Rec. Rad. 5 aperient., Hb. Plantag., Filic., Rad. Liquir. āā Unc. duas, Hb. Scolopendr., Hepatic., Heder. terrestr., Summit. Tamarisci āā Man. duos, Bacc. Junip., Sem. Anisi āā Unc. duas, Passul. min. Libr. semis. M., f. sacculus et immerge in Cerevisiae Mens. octo.

CEREVISIA APERIENS seu APERITIVA Saunders et Swediaur.

Rec. Sem. Sinap. nigr. Unc. unam, Rad. Aristoloch. long. Drachm. sex, Hb. Centaur. min. Drachm. duas, Sabin. Drachm. unam, Cerevis. levis Octar. octo. Macera per 4 dies, tunc cola.

CEREVISIA ARMORACIAE seu ANTISCORBUTICA Hufelandi.

Rec. Rad. Armorac. ras. Unc. quinque, Cerevis. Libr. duas Macera per horas 24 et colaturae adde Syr. comm. Unc. unam. M.

CEREVISIA ARMORACIAE seu antiscorbutica Cadeti cum Cerevisia Buttleri fere congruit.

CEREVISIA AROMATICA Van Mons.

Rec. Cinnam., Rad. Zinzib., Caryoph., Nuc. Moschat. āā Part. unam, Cerevis. flav. et fort. Part. sexaginta quatuor. Macera per aliquot dies, tunc cola.

CEREVISIA DE BACCIS Fulleri.

Rec. Cynosbat. sicc. Libr. semis, Bacc. Junip. Unc. quatuor, Bacc. Hederae, Ilicis, Sem. Cumin., Anisi āā Unc. unam, Hb. Alth., Parietar., Aparines, Consolid. sarac. āā Man. quatuor, Passul. min. Libr. semis. M., f. sacculus, qui suspendatur in Cerevisiae Mens. octo.

CEREVISIA Buttleri, Bate. Buttler's Kräuterbier.

Rec. Hb. Beton., Salviae, Agrimon., Cochlear., Absinth. Rom. āā Man. tres, Rad. Enul., Raphan. rust. āā Unc. quatuor. M., f. sacculus in Cerevisiae non lupulatae Congiis quatuor suspendendus.

CEREVISIA CATAPSORAS Bate.

Rec. Fol. Senn. Unc. sex, Rad. Mechoac. Unc. tres, Liquir. Unc. unam semis, Sem. Carvi Unc. unam, Rad. Lapath. acut. Libr. unam semis, Rub. tinct., Polypod. āā Libr. semis, Herb. Scabios., Agrimon. āā Man. tres, Antim. crud. gross. pulv. Libr. unam. M., f. sacculus pro Congiis quinque ad sex Cerevisiae.

CEREVISIA CEPHALICA Cadet, Lewis.

Rec. Rad. Valer. Unc. decem, Sem. Sinap. Unc. sex, Hb. Salv. et Anthos āā Unc. tres, Rad. Serpent. Virg. Unc. duas, Cerevis. Octar. quadraginta. Post aliquot dierum macerationem cola. — Cerevisia cephalica Saunders cum Cerevisia antiscorbutica Van Mons congruit.

CEREVISIA CHALYBEATA Fulleri.

Rec. Limat. Chalyb. Libr. unam, Tart. alb. pulv. Unc. quatuor. M. et irrora cum Succo Limon., stent per 12 horas, tunc immitte in sacculum, qui in Cerevis. Mens. octo immergatur.

CEREVISIA CHINAE sec. Dr. Sachs. — Paratur macerando Cort. Chin. reg. Drachm. unam. in Cerevis. rec. adhuc fermentantis circiter Unc. sedecim, donec fermentare cessaverit, et addendo liquori colato claro pauxillum Syr. Aurant. et Cinnamomi.

CEREVISIA CHINAE ANTICHOLERICA.

Rec. Pulv. Cort. Chin. Part. unam, Cerevis. amar. Part. viginti quatuor. Macera per dies aliquot et cola. — Alia formula: Rec. Cerevis. amar. Libr. quinquaginta, Sacch. alb. Libr. quatuor, Cort. Chin. flav. Unc. quatuor, Chin.

gris., Chin. rubr. āā Unc. duas, Cinnam. Drachm. duas, Nuc. Moschat. Nro. unam.

CEREVISIA CHINAE seu de Kina Kina SIMPLEX Ph. Gallicae et Van Mons.
Rec. Cort. Chin. gris. Unc. unam, Cerevis. Libr. duas. Macera per biduum, cola et serva.

CEREVISIA COCHLEARIAE v. Cerevisia antiscorbutica.

CEREVISIA COLOCYNTHIDIS seu PURGANS Hufelandi sec. Augustin.
Rec. Pulp. Colocynth. Drachm. duas. Coque cum Cerevis. Libr. duabus ad unam.

CEREVISIA DE DAUCO Fullebi. Möhren-kümmel-Bier. *Bière de Carotte de Crète.*
Rec. Sem. Dauci Cret. Unc. sex, Passul. min. Unc. duodecim. M. ad sacculum, qui suspendatur in Cerevis. Mens. octo.

CEREVISIA DIURETICA Cadet, Lewis.
Rec. Cerevisiae, Ale quae dicitur, Octar. quadraginta, Sem. Sinap., Bacc. Junip., Sem. Dauci āā Libr. semis. Post aliquot dierum macerationem cola. — Saunders Sem. Sinap., Bacc. Junip. āā Unc. unam, Sem. Dauci Drachm. tres, Hb. Absinth. Drachm. duas et Cerevis. Octar. octo praescribit. — Lewis formula cum hac congruit. — Van Mons Sem. Dauc. silv. Part. unam, Sem. Sinap. et Bacc. Junip. āā Part. duas, et Cerevis. Part. sexaginta quatuor praescribit. — Alia formula: Rec. Rad. Armorac., Sem. Sinap. āā Unc. unam, Bacc. Junip., Ciner. clavell. dep. āā Drachm. sex, Cerevis. fort. Libr. sex. Macera per 4 dies et cola. — Monroi formula cum hac congruit.

CEREVISIA DIURETICA Fullebi.
Rec. Sem. Sinap. in toto Unc. quatuor. Immitte in lagenam vitream Cerevis. Anglic. Libr. duas continentem et post 3 dierum macerationem decantha. Semen remanens iterum Cerevisia nova infundi potest, donec exhaustum sit.

CEREVISIA AD HYDROPEM v. Cerevisia antihydropica.

CEREVISIA HYDROPICA Bate.
Rec. Herb. Marrub. alb., Scolopendr., Hepat. stellat., Absinth. vulg., Acetosae āā Man. unum. Incide et in Farina hordeacea obvolve, deinde coque in clibano. Tum pastae cum herbis in frusta fractae adde Sal. Absinth. Drachm. duas. Suspendantur in sacculo in Cerevis. rec. Cong. quatuor.

CEREVISIA HYDROPICA Fullebi.
Rec. Ciner. Genist. Libr. semis, Rad. Armorac. Unc. quatuor, Rad. Irid., Calam., Enul. āā Unc. duas, Lign. Guajac., Sassafr., Bacc. Junip., Sem. Dauci āā Unc. unam, Sem. Sinap. Unc. duas. M., f. sacculus, qui Cerevis. Mens. quatuor immergatur.

CEREVISIA JUNIPERINA Fullebi.
Rec. Bacc. Junip. cont. Unc. quatuor, Passul. min. Libr. semis. Misce et immitte in sacculum, qui Cerevis. Mens. octo immergatur, donec fermentare cessaverit et Cerevisia limpida appareat. Servetur in lagenis bene clausis.

CEREVISIA MARTIALIS Van Mons.
Rec. Aethiop. mart. Part. unam, Cerevis. fort. Part. centum viginti octo. Digere frigide et filtra.

CEREVISIA PINI COMPOSITA seu Turionum Pini v. Cerevisia antiscorbutica.

CEREVISIA PROPHYLACTICA Cadet et Pierquin.
Rec. Cerevis. Octar. viginti quinque, Sacch. Libr. quatuor, Chin. reg. Unc. quatuor, Chin. fusc. et rubr. āā Unc. duas, Cinnam. Drachm. duas, Nuc. Moschat. Nro. duodecim. Post suff. macerationem cola. — Alia formula: Rec. Cerevis. amar. seu Anglic. Libr. sedecim, Rad. Gentian. Unc. quinque, Cort. Citri Unc. tres, Cinnam. Drachm. unam. Post 3 dierum macerationem cola.

CEREVISIA PURGANS Cadet.
Rec. Rad. Jalapp. Drachm. tres, Rhabarb. Drachm. duas, Aloës Succotr. Drachm. semis, Cerevis. vel Hydromell. Libr. duas. Macera per 2 dies et filtra. — Pierquin Rad. Jalapp. et Rhabarb. āā Drachm. duas et Cerevis. Octar. unum praescribit. — Alia Cadeti formula: Rec. Fol. Senn. Unc. duas, Summit. Centaur. min., Absinth. āā Unc. unam semis, Aloës Succotr. Drachm. duas, Cerevis. Anglic. (Ale quae nomin.) Octar. viginti. Post suff. macerationem cola.

CEREVISIA PURGATIVA Sydenhami.
Rec. Rad. Polypod. Libr. unam, Rhabarb. Monach., Fol. Senn., Uvar. Passar. āā Libr. semis, Hb. Cochlear., Salviae āā Manip. quatuor, Rad. Rhei et Raphan. āā Unc. tres, Aurantia Nro. quatuor, Cerevis. (Ale quae nomin.) Octar. quadraginta quinque. Macera et et cola. (V. etiam Spiritus.)

CEREVISIA PURGANS seu purgativa Van Mons.
Rec. Rad. Rhei Part. quatuor, Sem. Coriandr. Part. unam, Rad. Rhapont., Fol. Senn. āā Part. quatuor, Rad. Polypod. Part. octo, Cerevis. flav. fort. Part. ducentas quinquagiunta sex. Macera per aliquot dies et cola. (V. etiam Cerevisia Colocynthidis.)

CEREVISIA QUERCINA v. Cerevisia adstringens.

CEREVISIA SCORBUTICA Bate.
Rec. Hb. Cochlear. marin. parum siccat. Libr. unam, Rad. Sassaparill. Unc. quatuor, Lign. Sassafr. Unc. unam, Hb. Nasturt. aq., Beccabung. āā Man. tres, Salv. rubr. Man. duos, Caryoph. Drachm. tres, Nuc. Moschat. Drachm. sex. Conc. impone Cerevis. rec. Cong. quinque cum frustulis Chalybis Drachm. sex in fundo sacculi.

CEREVISIA SCORBUTICA EXTEMPORANEA Fullebi.
Rec. Cerevis. commun. Libr. duas, Spir. Cochlear. Drachm. duas, Bacc. Junip. Drachm. unam, Sem. Foenic. et Rad. Liquir. āā Drachm. semis, Passul. min. Drachm. duas. M., serva in lagena vitrea. Addi praeterea possunt Rad. Armorac. Scrup. duo et Cort. Chin. Scrup. quatuor. (V. etiam Cerevisia antiscorbutica.)

CEREVISIA AD SCORBUTICOS Lewis.
Rec. Rad. Armorac. rec. Libr. unam, Lapath. acut. Libr. semis, Canell. alb. Unc. duas, Hb. Trifol. fibr. rec. Unc. octo, vel sicc. Unc. tres, Cerevis. rec. tenuis Cong. decem. Macera suff. tempore et cola.

CEREVISIA AD SCROPHULOS Fulleri.
Rec. Lign. Sanct., Sassafr., Jugland., Rad. Lapath. acut., Saxifrag., Cynogloss. āā Unc. duas, Hb. Geran. Rob., Urtic. mort. āā Man. quatuor, Passul. min. Libr. unam, Milleped. vivent. Schopinum semis. M., detur in sacculum, qui suspendatur in Cerevis. Mens. octo.

CEREVISIA SINAPISATA ANTICHOLERICA seu Cerevisia stimulans Swediaur.
Rec. Pulv. Sem. Sinap. Drachm. sex, Rad. Valer. conc. Unc. unam, Serpent. Virg. Drachm. tres, Herb. Anthos Unc. semis, Cerevis. amar. Libr. octo. Macera sine calore per 2 dies et cola.

CEREVISIA STOMACHICA Cadeti cum Cerevisia prophylactica secundae formulae congruit.

CEREVISIA E TURIONIBUS PINI ALBA sec. Rennie et Gray.
Rec. Aquae Cong. decem, Sacch. Libr. sex, Essent. Pini Unc. quatuor, Ferment. q. s. Stent in fermentatione, donec in liquorem vinosum mutata sint. — Cerevisia e Turionibus Pini fusca (Spruce Beer) pari modo paratur, nisi quod Sacchari loco Melasses sumuntur.

CEREVISIA VERNALIS Batz.
Rec. Fol. Senn. Unc. quinque, Rad. Polypodii querni Unc. sex, Rhabarb. Monach., Lapathi acuti āā Unc. quinque, Passul. min. Libr. unam, Rad. Liquir., Sem. Foenic. āā Unc. unam semis, Lign. Sassafr. Unc. duas, Hb. Salv. rubr., Agrimon., Nasturt. aquat., Cochlear. marin. āā Man. duos. M., f. sacculus pro Cerevisiae Congiis quinque. (V. etiam Cerevisia Catapsoras et purgans.)
Alias formulas vetustiores ad Cerevisias medicatas praeteream.

CEROMEL. Wachshonig. *Céromel.*
Rec. Cerae flav. Part. unam. Liqua, et si spissescere incipiat, admisce sensim, sub perpetua agitatione, Mell. albi parum calefacti Part. quatuor. (V. etiam Ceratum defensivum p. 165. et Mellis p. 166.)

CERONEUM. *Ciroine.* sec. Formules de Paris.
Rec. Picis nigr. Unc. decem, Cerae flav. Unc. duodecim, Resin. flav. Libr. duas semis, Sevi Unc. quatuor, Myrrh. pulv., Oliban. pulv., Minii pulv. āā Unc. duas. M. exactissime l. a. ad Emplastrum.

CERUSSA ACETATA v. Saccharum Saturni.

CERUSSA ANTIMONII cum Antimonio diaphoretico abluto (p. 35.) congruit. — Olim praecipue detonatione Reguli Antimonii cum Triplo Nitri parabatur.

CERUSSA MARTIS Batz.
Paratur ex Regulo Antimonii martiali, omnino ut Cerussa Antimonii. Paratur etiam cum novies tanto Nitri. — Est Antimonium diaphoreticum particulas martiales continens.

CERUSSA NIGRA = Graphites.

CERUSSA PRAEPARATA seu Cerussae Laevigatio. Präparirtes Bleiweiß. *Cerusse préparée.* — Paratur uti Bolus Armena praeparata. (De proprietatibus et usu v. I. p. 31.)

CHALCANTHUM ALBUM v. Vitriolum album.

CHALCANTHUM RUBEFACTUM Batz. — Fit calcinando Vitriolum viride ad rubedinem. (Conf. Colcothar Vitrioli.)

CHALCITIS. — Hoc nomine Vitriolum Martis intelligitur leni igne calcinatum, donec aquam perdidit, et colorem albidum vel flavescente-cinerascentem assumserit. — Ad Theriacae compositionem requiritur.

CHALYBIS RUBIGO cum Rubigine Ferri congruit.

CHALYBS PRAEPARATUS v. Aethiops martialis et Limatura Martis alcoholisata. — Hoc nomine etiam Rubigo Ferri intelligitur (v. sequens.)

CHALYBS PRAEPARATUS EX ACETO.
Rec. Limat. Chalybis q. v. Affunde in vase lato aperto Aceti acerrimi tantum, ut tota madeat in eo; stent loco calido tamdiu, donec Acetum ad siccitatem absumtum, postea pulverisetur et sic septies reiteretur. Postremo molatur supra porphyritem et servetur usui. — Est Rubigo Ferri et cum Croco Martis aperitivo congruit, medicorum attentione utique dignus.

CHALYBS SACCHARATUS Disp. Edinb. sec. Trillerum cum Confectione Limaturae Martis congruit.

CHALYBS SINE ACIDO Batz. — Paratur humectando Chalybem decies Sale Absinthii in Aq. Cichorii soluto et siccando in aëre sicco ac tepido. Postea f. pulvis subtilissimus.

CHALYBS SULPHURE PRAEPARATUS v. Ferrum sulphuratum.

CHALYBS TARTARISATUS v. Globuli martiales et Mars solubilis.

CHARTA ALUMINATA. Thonseifen-Papier. — Paratur immergendo Chartam bene collatam in Solutionem Saponis aquosam calidam, tunc statim in solutionem Aluminis calidam, et siccando. — Uti Charta cerata adhiberi potest.

CHARTA ANTIRHEUMATICA seu antarthritica Cerutti. — Fit illinando Chartam cum massa ex Pice navali, burgundica, liquida, Cera et Terebinthina.

CHARTA AD CAUTERIUM seu cerata Ph. Gallicae. *Papier à Cautères* ou *ciré.*
Rec. Cerae alb. et Terebinth. pur. āā Part. tres, Sperm. Ceti Part. duas. Liquefiant in balneo Mariae et spathula vel alio instrumento ad id aptiori extendantur super chartulas.

CHARTA CERATA COMMUNIS. Wachspapier. *Papier ciré.* — Paratur impraegnando Chartam albam collatam supra laminam metallicam tepidam extensam. Cera flava fricanda et Spongiae ope ubique extendenda, ita ut aequaliter penetrata et obducta sit.

CHARTA EXPLORATORIA COERULEA seu **Laccae musicae.** Blaues Lakmuspapier. *Papier exploratoire bleu.* — Paratur illinendo segmenta Chartae albissimae expansa Tinctura Laccae coeruleae, quae, aëre umbroso siccatae, in vasis bene clausis asservandae.

CHARTA EXPLORATORIA LUTEA RHABARBARINA. Gelbes Rhabarbarpapier. *Papier exploratoire jaune, de Rhubarbe.* — Pari modo cum Infuso Rhabarbari spirituoso et Charta alba paratur. — Melius et plus sensibilis fit, si Charta Solutione spirituosa Rhabarbarini impraegnatur.

CHARTA EXPLORATORIA LUTEA seu CURCUMAE. Gelbes Kurkumapapier. *Papier exploratoire jaune de Curcuma.* — Simili modo ex Tinctura spirituosa Curcumae obtinetur.

CHARTA EXPLORATORIA seu **Laccae musicae RUBEFACTA.** Geröthetes Lakmuspapier. *Papier exploratoire rouge.* — Obtinetur inficiendo Chartam exploratoriam coeruleam Acido Salis valde diluto rubro colore et siccando.

CHARTA EXPLORATORIA RUBRA seu Ligni Fernambuci. Rothes Probepapier mit Fernambuk. *Papier rouge de Fernumbouc.* — Tincturae Ligni Fernambuci ope paratur.

CHARTA VESICANS Goldery Dobly. Blasenziehendes Papier. *Papier vesicatoire* ou *epispastique.*

Rec. Axung. Porc. rec. Unc. quatuor, Cerae alb. Aq. bullient. lotae Drachm. sex, Sperm. Ceti Unc. semis. Liquefiant leni igne et addantur Resinae viridis Mezerei (seu Cnidii) Gran. viginti quatuor. Hujus Unguenti parumper calidi stratum unum supra chartam serpentinam extende et chartam igni appropingua, ut imbibatur; eodem modo duo alia strata extende, supremo chartam celeriter igni praetervehendo, ut superficie solum liquata splendorem recipiat, qui faciem cuti applicandum indicat. — Charta vesicans Nro. 2. duodevingiti tantummodo Grana Resinae Mezerei in Unguento supra descripto continet.

CHELAE CANCRORUM PRAEPARATAE. Präparirte Krebsscheeren. *Pinces d'Ecrivisses preparées.* — Ex Chelarum Apicibus uti Oculi Cancrorum praeparati parantur.

CHELSEA PENSIONER Gray et Rennie.

Rec. Res. Guajac. nat. Drachm. unam, Rad. Rhei opt. Drachm. duas, Tartar. dep. Unc. unam, Sulphur. dep. Unc. (unam ad) duas, Nuc. Moschat. Drachm. unam semis, Mell. crud. Libr. unam. M., f. Electuarium.

Chenevix's ANTIMON POWDRE v. Pulvis antimonialis Chenevixi.

CHINIUM, CHININUM seu **Chinium purum, Quinium** seu **Quininum.** Reines Chinin, Quinin oder Kinin. *Kinine, Chinine* ou *Quinine pure.*

Rec. Chinii sulphurici quantum vis. Solve in sufficiente quantitate Aquae bullientis, tunc adde Spiritum Sal. Ammon. caust. in excessu. Filtra celeriter et refrigescat liquor lente; post refrigerationem decanthetur a crystallis et evaporetur denuo, addito Spiritu Sal. Ammon. caust., ut crystallos demittat, quae, collectae et aqua frigida ablutae, aëre sicco exsiccentur. In Spiritu quoque Vini rectificatissimo leni calore solvi potest Chinium praecipitatum purum, admiscenda sensim Aqua, donec liquor valde lactescit, et exponendo aëri per aliquot dies, ut Chinium praecipitatum resinosum in crystallos abeat. — Crystallos exhibet tenuissimas, sericeas seu prismata hexagonalia alba, aëre tepido in pulverem album fatiscentia. (Chinium praecipitatum, non penitus purum, massam poroso-pulverulentam sordide albam exhibet), sapore est peramaro; leni calore liquefit et refrigeratum massam quasi resinosam subflavescentem exhibet; calore auctiore partim sublimatur, partim destruitur; aëre cum flamma comburitur et carbonem spongiosum, difficilem combustu, relinquit. — *Part. const.:* Carbonei 20, Hydrogenii 24, Oxygenii 2 et Azoti 2 Pond. Mixt., Chinium hydratum adhuc 1 Pond. Mixt. Aquae continet. — Difficile solvitur in Aqua, temperatura ordinaria 400 et temperatura 80° R. 250 Partes requirit; solutio alcalium modo reagit, facillime solutu in spiritu vini, solvitur etiam in naphtha vitrioli. — Cum acidis salia format partim neutralia, plus minus solubilia in aqua et spiritu vini, sapore amarissimo. Ex solutionibus aquosis alcalium anorganicorum ope chinium in floccis caseosis praecipitatur, tincturae gallarum ope solutiones (uti et solutio chinii aquosa) valde praecipitantur, et tincturae iodi ope colore fusco turbantur. — *Vis:* tonica, nervina, febrifuga. — *Usus:* In pulvere. — Sit Chinium supra ut bonae notae descriptum, album, leve, facile et penitus solutu in spiritu vini, uti et in naphtha, facillimum solutu etiam in spiritu vitrioli in excessu; ignitum lente quidem sed penitus comburatur et ne vestigium quidem cineris relinquat. (V. porro Chinium sulphuricum.)

CHINIUM seu CHININUM ACETICUM, Acetas Chinii. Essigsaures Chinin. *Acetate de Kinine* ou *Quinine, Quinine acetique.* — Obtinetur saturando Chinium cum Aceto concentrato, Aqua diluto, et evaporando solutionem

neutram lenissimo calore ad crystallisationem. — Crystallos exhibet tenerrimas, aciculares, niveas, sericeas, sapore peramaro; difficiles solutu in aqua frigida, faciles autem in aqua calida. (De ceteris proprietatibus universalibus v. Chinium.) — *Vis* et *Usus* Chinii.

CHINIUM CHINICUM, Chinas Chinii seu chinicus. Chinasaures Chinin. *Quinine kinique, Kinate de Kinine* ou *Quinine.* — Simili modo atque praecedens paratur, saturando solutionem aquosam Acidi chinici cum Chinio puro et evaporando liquorem clarum lenissimo calore ad syrupi tenuis spissitudinem, et exponendo aëri sicco temperatura ordinaria per aliquot dies, ut in crystallos coalescat. — Crustas exhibet mamellatas, ex aciculis minutis constantes, colore albo; aëre tempore opacae et subcorneae fiunt; facile solvitur in aqua uti et in spiritu vini, difficilius in spiritu vini fortiori. (De ceteris proprietatibus conf. Chinium.) — *Vis* et *Usus*: Chinii. Sal hoc nativum in China obveniens, medicorum attentione dignum.

CHINIUM CITRICUM, Citras Chinii seu chinicus. Citronensaures Chinin. *Citrate de Quinine, Quinine citrique.* — Simili modo ac Chinium aceticum ex solutione aquosa Acidi Citri et Chinii puri, vel decomponendo Solutionem fervidam Chinii sulphurici solutione Natri citrici subacidi obtinetur. — Prismata exhibet acicularia, alba, difficilia solutu in aqua. (De ceteris proprietatibus universalibus conf. Chinium.) — Passim pari modo atque praecedentes tanquam medicamentum adhibetur.

CHINIUM FERRO-CYANICUM, Ferro-cyanas Chinii. Eisenblausaures Chinin. *Ferro-hydro-cyanate de Quinine.* — Obtinetur decomponendo Chinium sulphuricum solutionis Kali ferro-hydrocyanici (Kali borussici) ope, tractando Sal impurum Spiritu Vini alcoholico tepido et evaporando solutionem claram. — Crystallos exhibet aciculares, confuse textas, virescente-flavescentes, sapore peramaro, acidi borussici simul simili; facile solubiles in in spiritu vini, in aqua non ita; decomponitur aqua calida. — *Vis:* (?) Valde febrifuga censetur et passim adhibetur.

CHINIUM NITRICUM, Nitras Chinii. Salpetersaures Chinin. *Nitrate de Quinine, Quinine nitrique.* — Ex Acido Nitri et Chinio vel Baryta nitrica et Chinio sulphurico, uti Chinium salitum, obtinetur. — Primum massam liquidam oleosam exhibet; tempore solidescit; cum aqua autem conjunctum structuram crystallinam assumit. Difficile solutu in aqua, facile in spiritu vini. (De ceteris proprietatibus conf. reliqua salia chinii.)

CHINIUM PHOSPHORICUM, Phosphas Chinii. Phosphorsaures Chinin. *Phosphate de Kinine* ou *Quinine.* — Simili modo ac praecedens obtinetur. — Prismata exhibet acicularia, margaritacea, Chinii saliti similia, facilia solutu in aqua uti et in spiritu vini. — In ceteris proprietatibus et *Vi* cum sequente pariter congruit. — Novissimis temporibus pariter tanquam medicamentum adhibetur.

CHINIUM SALITUM seu MURIATICUM sive hydrochloricum, Murias seu Hydrochloras Chinii seu chinicus. Salzsaures Chinin. *Muriate de Kinine* ou *Quinine, Quinine muriatique.* — Obtinetur solvendo Chinium purum in Acido Salis diluto, vel decomponendo Solutionem Chinii sulphurici in Aqua fervida ope Solutionis Terrae ponderosae salitae; quae solutio tamdiu caute admiscetur, quamdiu praecipitatum enascitur album, filtratur miscella fervida, edulcoratur praecipitatum et evaporatur liquor limpidus leni calore ad crystallisationem, quamdiu crystalli inter refrigerationem deponuntur, quae collectae, lotione cum aqua frigida, solutione in aqua bulliente, et iterata crystallisatione depurandae. — Prismata exhibet tenuia, acicularia, alba, sericeo-margaritacea, minus levia, quam Chinium sulphuricum, sapore peramaro; non facile solutu in aqua, facilius autem quam Chinium sulphuricum, quacum etiam in ceteris proprietatibus et *Vi* congruit et pari modo adhibetur. (De puritatis investigatione v. sequens.) Solutio argenti nitrici docebit, si Chinium muriaticum verum, et solutio terrae ponderosae salitae, si Chinio sulphurico manganisatum.

CHINIUM SULPHURICUM. Schwefelsaures Chinin. *Kinine sulphurique.*

Synon.: Chinium subsulphuricum seu basicum (neutrum) Quinium seu Quininum sulphuricum, Sulphas chinicus seu quinicus. Schwefelsaures Kinin, Chininsulphat. *Sulphate de Kinine* ou *Quinine.*

Rec. Chinae regiae pulveratae,
Aquae frigidae āā Libras decem,
Acidi Salis Uncias quatuor.

Misceatur Acidum cum Aqua et humectetur China cum hac miscella, seponatur per aliquot dies et pulvis humidus saepius moveatur, tunc immittatur in prelum REALIANUM cum forti pressione, et extrahatur Aqua calida quinquagesima Acidi Salis Parte acidulata, donec liquor stillans sapore amaro fere careat. (Extrahi etiam potest China simili modo iterata digestione cum quintuplo Aquae,

quinquagesima Acidi Salis Parte acidulatae.) Evaporetur liquor in balneo Mariae ad viginti circiter Libras, seponatur in aëre per aliquot dies, filtretur et admisceantur liquori claro semper agitando

Calcis recenter extinctae Unciae decem,

antea sufficiente Aquae quantitate in pultem tenuem redactae, vel quantum requiritur, ad perfectam Chinii praecipitationem. Seponatur praecipitatum et exprimatur, humectetur iterum aqua frigida et exprimatur fortiter, tunc admisceantur

Spiritus Vini rectificatissimi Librae sex.

Digerantur leni calore, filtretur et lavetur residuum insolutum sufficiente quantitate Spiritus Vini rectificatissimi. A solutione limpida abstrahatur Spiritus in balneo Mariae, et post refrigerationem lavetur Chinium impurum pauxillo Aquae frigidae, tunc calefiat cum

Aquae Libris octo

et admisceatur sensim

Spiritus Vitrioli quantum satis

ad solutionem, caveatur autem excessus, et si solutio nimis colorata, adjiciantur

Pulveris Carbonum animalium depurati Unciae duae,

vel quantum sufficit ad decolorandam solutionem, quae per breve tempus coquenda, et adhuc fervens celeriter filtranda. Inter refrigerationem Chinium sulphuricum in crystallos coalescit; reliqua solutio a crystallis decanthatur et evaporatur, quamdiu crystallos deponit, quae, si necesse, iterata tractatione carbonum animalium et crystallisatione depurandae, aëre in umbra siccandae et in vasis clausis loco umbroso asservandae. (Si majorem Chinae quantitatem ad parandum Chinium tractare vis, hac quoque methodo agere potes: China regia tractatur primum, uti memoratum, Acidi Salis loco Oleum Vitrioli, Aqua dilutum, sumendo. Solutioni clarae concentratae acidae post aliquot dies tamdiu Sal Sodae crystallisatum et pulveratum sub perpetua agitatione admiscetur, quamdiu liquor inde turbatur et praecipitatum enascitur floccosum, quod pressione et lotione pauxillo Aquae frigidae a muria purgandum, in Spiritu Vini rectificatissimo temperatura ordinaria solvendum, carbone animali depurato tractandum, Acido sulphurico saturandum et uti supra praescriptum in Chinium sulphuricum purum redigendum. Obtinebis majorem Chinii sulphurici quantitatem, quod autem non tam facile penitus hac methodo depurari potest; priori enim methodo tractatio cum carbonibus, adhibita China bonae notae, plerumque in prima crystallisatione superflua.)—Crystallos exhibet tenuissimas, levissimas, aciculares, niveas, sericeas, subflexibiles, sapore peramaro. Aëre fatiscit et Aquam amittit, leni calore liquefit, calore auctiore autem decomponitur et aëre cum flamma comburitur; soli expositum fuscescit; difficile solutu in aqua, temperatura ordinaria 740 partes requirit et ab aqua ebulliente 30 partes, facile solvitur in spiritu vini, vix in naphtha vitrioli. — ***Part. const.:*** Chinii 2, Acidi sulphurici 1 et Aquae 8 Pond. Mixt. — ***Vis:*** tonica, nervina, febrifuga.

Sit sal albissimum et levissimum, supra ut bonae notae descriptum, inodorum, sapore pure amaro, ignitum penitus comburatur, et cum aqua in pultem tenuem commixtum,

addito pauxillo spiritus vitrioli celerrime liquorem limpidum Chinii sulphurici acidi praebeat. Si Chinium in comburendo cinerem relinquit, vel si cum aqua, uti memoratum, mixtum, addito spiritu vitrioli non penitus solvitur, rejiciatur; porro si Oleo Vitrioli madefactum temperatura ordinaria colorem rubrum assumit, pariter ut Salicino adulteratum, removendum.

Usus: In pulvere saccharo tritum, in bolis, pilulis cet.; si mixturis admiscere vis, acidum quoddam, e. g. salis vel sulphuricum addere debes, ut facilius solvatur.

CHINOIDINUM. Chinoidin. *Chinoidine.* — Hoc nomine intelligitur massa quaedam, quae in paratione Chinii sulphurici obtinetur. — Muria (die Mutterlauge) Chinii sulphurici, quae evaporando non amplius Chinium sulphuricum crystallisatum praebet, diluitur aqua, quamdiu praecipitatum nigrum resinosum secernitur; tunc filtratur et liquori claro admiscetur tamdiu Solutio Cinerum clavellat. depurat. vel Salis Sodae, quamdiu praecipitatum enascitur, quod in aqua frigida bene abluitur, in balneo Mariae penitus exsiccatur et in cistulas effunditur. — Obtinetur etiam in parando Cinchonio (p. 188.), si muria non crystallisabilis Acido sulphurico saturatur et Chinium sulphuricum forsitan inde depositum separatur, et liquor restans, uti modo memoratum, tractatur. — Massa fusca, resinosa, nitens, subdiaphana, Colophonio similis, fragilis et friabilis, triturando pulverem sordide fusco-flavum praebens, sapore peramaro Chinii; insolubilis fere in aqua, facilis solutu in spiritu vini, in naphtha vitrioli non ita, aut partim solummodo, alcalium modo reagit et facile solvitur in aqua, acido sulphurico cet. acidulata; combinationes amarissimas cum acidis praebet, facultate crystallos formandi carentes. Ceterum cum Chinio et partim cum Cinchonio congruit. — Miscella est Chinii et Cinchonii cum materiis resinosis fusco-coloratis. — *Vis:* Chinii et Cinchonii, semper autem minus certa. — *Usus:* Idem. — Sit massa supra ut bonae notae descripta, arida non glutinans et aëre humorem non attrahens, insolubilis in aqua frigida, penitus autem in aqua acidulata, igne penitus comburatur et minime cineres relinquat. Productum utique impurum et inaequale, non nisi restricte adhibendum.

CHLORAS v. quaeque nomina Basium.

CHLORETUM seu CHLORURETUM et CHLORIDUM v. quaeque nomina Basium vel nomina antiqua usitatiora.

† CHLORUM, Chlorinum seu Chlorina, Gas Chlori, Halogenium, Murigenium, Aër oxymuriaticus. (De ceteris synonymis v. Aqua Chlori [p. 57.]).

Obtinetur introducendo Gas Chlori, quod elicitur, uti ad Aquam Chlori edoctum est, mediante tubulo pneumatico, in lagenas vitreas obscure virides, Aqua fervida repletas, donec aqua expulsa sit. Obturantur lagenae et servantur loco frigido obscuro. — Aër pallide flavus, subvirescens, odore penetrante suffocante; pond. spec. 2,5, aër atmosphaericus = 1 positus; igne non crematur, contra cum variis corporibus inter apparentem ignem sese conjungit. — *Pond. Mixt.* 221,325. — Et cum Oxygenio et cum Hydrogenio acida propria format. — *Vis:* valde damnosa. Per se non inhalari potest, in parva jam dosi tussim vehementissimam et facile haemoptysin cet. efficiens. (De ceteris proprietatibus v. Aqua Chlori p. 58.) — *Usus:* Ad miasmata destruenda. (V. etiam Fumigationes Gaubianae, Guito-Morvianae, Stahlianae, Aqua Chlori et Calcaria chlorosa p. 144.) In statu dilutissimo cum aëre atmosphaerico et aquae vaporibus mixtus brevi tempore caute inhalatus etiam phthisicis prodesse fertur.

CHLORUM LIQUIDUM v. Aqua Chlori.

CHOCOLADA, CHOCOLATA seu Succolata alba Pierquin. Weiße Chocolade. *Chocolade blanche.*

Rec. Pastae cacaotinae Unc. quatuor, Rad. Salep. subt. pulv. Unc. sex, Aquae Unc. octo. Coque exiguo igne per semihoram et adde Sacch. alb. Unc. quatuor, Farin. albae q. s. Fiant tabellae pond. Semiunciae, quae siccentur.

CHOCOLADA ANTIVENEREA.

Rec. Mercur. subl. corrosivi Gran. sedecim. Solve in s. q. Spiritus Frumenti et adde Bals. Peruv. liquidi Unc. semis, Pastae cacaot. Unc. quatuordecim, Sacch. alb. pulv. Unc. duas. Mollescant leni calore sub perpetua agitatione et dividatur quaeque Libra in Part. triginta duas. — Dosis Portio quarta ad duas. — Medicamentum mox alterans non probandum.

CHOCOLADA seu SUCCOLATA AROMATICA. Gewürzchocolade. *Chocolade aromatique.*

Rec. Pastae cacaotinae et Sacchari albi pulv. ana Libr. duas. Tritura in aheno ferreo amplo modice calefacto pistillo ferreo vel lapideo durissimo, donec intime mixta sint, et massam pultiformem subtilissimam exhibeant, tunc adde Pulv. subtiliss. Cinnamomi Unc. semis, Caryophyll. Drachm. duas. Omnibus bene mixtis massa in formas confectas ex laminis ferreis, stanno obductis, purissimas, librae ope, pondere definito dividatur et formae statim concutiantur, donec Chocolada superficiem planam acceperit; refrigerata eximatur et charta obvoluta servetur. — Sit massa homogenea, minime glareosa, odore grate aromatico uti et sapore. — *Usus:* Pro potu ordinatur diaetetico.

CHOCOLADA AROMATICA CUM VANIGLIA v. Chocolada cum Vanilla.

CHOCOLADA EX CASTANEIS sec. Ph. Batav. — Fit contundendo Castaneas tostas et decorticatas Nro. decem ad duodecim cum pauxillo Lactis, deinde coquendo massam cum Lactis Libra (Nössel) una, transmittendo per cribrum et denuo addendo Lactis Libr. unam, postea Cinnamomi et Sacchar. q. l.

CHOCOLADA CHINAE seu cum Cortice Peruviano AUGUSTIN. Ph. Batav.

Rec. Pulv. Nucl. Cacao leviter tost. Unc. sex, Pulv. Cort. Peruv. Unc. tres, Sacch. alb. Unc. octo, Bals. Peruv. nigr. Drachm. unam. M. — SCHENKBECHERUS quatuor Sacch. alb. Unc. sumi et praeterea Cardamomi et Cinnamomi ā̄ā̄ Drachm. duas admisceri praescribit, ceterum illius formula cum hac congruit.

CHOCOLADA CUM FERRO HYDRIODICO seu Hydriodate Ferri PIERQUIN. — Paratur miscendo Chocoladae cum Vanilla Libr. unam cum Ferri hydriodici Drachm. duabus semis. — Alia formula ex Chocoladae simpl. Libr. una et Ferri iodati Gran. centum et quindecim constat.

CHOCOLADA LICHENIS ISLANDICI. Isländisch Moos-Chocolade. *Chocolade de Lichen d'Islande.*

Rec. Lichen. Islandici concisi Libr. unam. Macera per noctem in sufficiente quantitate Aquae frigidae; rejecta Aqua et Lichene bene abluto, superaffundantur Aquae Libr. octo, et calefiat in balneo Mariae saepius agitando, donec Lichen penitus emollitus sit; cola cum expressione et tracta residuum nova Aquae quantitate, donec penitus extractus sit; evapora liquorem clarum in balneo Mariae crebre agitando ad extracti durioris spissitudinem, tunc admisce per vices Sacch. albi pulv. Libr. duas et Pastae cacaotinae tantundem; detineatur massa supra balneum Mariae semper agitando, donec omnia intime mixta sint, et dividatur uti ad Chocoladam aromaticam indicatum est, vel redigatur post refrigerationem in pulverem. — JUCH cuique Librae hujus Chocoladae Pulv. Rad. Salep. Drachm. sex addi praescribit.

CHOCOLADA seu **PASTA CACAOTINA CUM LICHENE ISLANDICO** Ph. Borussicae et Slesvico-Holsaticae.

Rec. Lichen. Island. Unc. quatuor. Infunde Aquae comm. fervid. Libr. duas, in quibus solutae sunt Cinerum clavellat. dep. Drachm. duae. Stent per horas tres; tum liquorem decantha, residuum Aqua communi frigida probe ablue, sicca et in pulverem redige. Hujus Pulveris Unc. tribus adde Past. cacaotin. et Sacch. albi pulv. ā̄ā̄ Libr. unam semis, Rad. Salep. pulv. Drachm. tres. Massam intime mixtam aut in cistulas effunde, aut refrigeratam in pulverem redige.

CHOCOLADA LICHENIS ISLANDICI TROMMSDORFFII, AUGUSTIN. — Fit miscendo Cacao tostar. et excortic., Sacch. albi ā̄ā̄ Libr. quatuor, Lichen. Island. Libr. duas et Pulv. Rad. Salep Unc. tres.

CHOCOLADA seu **SUCCOLADA MEDICA** sive **simplex**, **Pasta cacaotina saccharata**, **Cacao tabulata seu praeparata cum Saccharo.** Chocolade ohne Gewürz, Gesundheitschocolade. *Chocolade de Santé.*

Rec. Pastae cacaotin. et Sacchari albi pulverati ā̄ā̄ Part. aequales. Misceantur leni igne exactissime et redigantur in tabulas, uti ad Chocoladam aromaticam indicatum est. — Ph. Augustana dimidiam tantummodo Sacchari Partem ad unam Fructus Cacao praescribit. — Disp. Fuldense ad duodecim Cacao, octo Sacchari Partes. — Ph. Gallica ad Chocolade de Santé Cacao Caracensis tostae et mundat. Part. quadraginta quatuor, Cacao Insularum, quae dicitur, pariter tostae et mundat. Part. septuaginta septem cum Sacch. albi Part. centum et viginti quinque et Pulv. Cinnam. Part. una l. a. misceri praescribit. — Nomine Chocoladae medicae etiam Pasta cacaotina sine Saccharo intelligitur.

CHOCOLADA CUM OSMAZOMATE. Osmazomchocolade. *Chocolade d'Osmazome.* — Paratur miscendo Osmazoma extractiforme cum Chocolada medica. Ad Libram unam Chocoladae Unc. semis Osmazomatis sumendum.

CHOCOLADA PURGANS sec. PIERQUIN. — Paratur miscendo Chocoladae medicae Libr. unam cum Calomel. Unc. una et Pulv. Rad. Jalapp. Unc. una semis, ex qua miscella Morsuli Drachm. unius ponderis conficiuntur. — BORIES melius Calomel. unam tantummodo Drachm. et Pulv. Jalapp. Drachm. sex ad Chocoladae Libr. unam praescribit.

CHOCOLADA SALEP. Salepchocolade. *Chocolade avec du Salep.* — Fit admiscendo Chocoladae medicae Librae uni Pulv. subt. Rad. Salep Unc. unam. (V. etiam Chocolada cum Lichene Islandico.)

CHOCOLADA SIMPLEX v. Chocolada medica.

CHOCOLADA VANILLAE seu cum Vaniglia simplex, Chocolada ordinaria. Vanillenchocolade. *Chocolade à la Vanille.* — Obtinetur miscendo Chocoladam medicam Vanilla Saccharo trita. — Varia his Vanillae adjiciendae ratio est. — Si Scrupulus unus ad Libram recipitur, — CHOCOLADA VANILLAE SIMPLEX, einfache Vanillenchocolade, *Chocolade à une Vanille*, appellatur, — si duo Scrupuli admiscentur CHOCOLADA VANILLAE DUPLEX, Doppel-Vanillenchocolade, *Chocolade à deux Vanilles*, denominare solent, cet. — Ph. Gallica ad Massae ejus Chocoladae medicae quantitatem supra designatam, Vanillae Part. unam addi praescribit. — REUSS ad Chocoladam ordi-

nariam Cacao tostae et mundatae Unc. sedecim, Sacch. alb. Unc. duodecim et Vanillae cum Sacch. alb. Drachm. tribus tritae Drachm. unam l. a. misceri praescribit. — Ph. Wirtemb. Cacao tostae et mundat. et Sacch. alb. āā Libr. unam cum Vanigliis optime tritis No. quatuor l. a. misceri praescribit. — Pro lubitu etiam ad Chocoladam Vanigliae aromaticam addi proponit Cinnamomi et Caryoph. arom. pulv. āā Drachm. duas et aliquot Guttas Bals. Peruviani nigri. — Ph. Batava sec. Wiegleb ad Chocoladam aromaticam Cacao tostae et mund. Sacch. alb. āā Unc. sedecim, Pulv. Cinnam. Unc. semis, Caryoph. Drachm. duas, Cardam. min. et Vanill. cum Saccharo in pulverem tritae āā Drachm. unam l. a. misceri proponit.

Alia, praecipue pristina, praecepta ad varias Chocoladas praetereamus.

CHOLAGOGUM SIMPLEX = Diacrydium sulphuratum.

CHYLISTES LAXATIVA Hartmanni. — Est Vitrum Antimonii cum Mastiche mixtum et iterato cum Oleo Vitrioli tractatum.

CHYLOSTAGMA Mindereri v. Aqua theriacalis bezoardica (p. 92.).

CIBUS ALBUS Fulleri. Weiße Speise. *Aliment blanc.*

Rec. Lactis vaccini Libr. quatuor, Pectus Caponis cocti unum, Amygd. dulc. excort. Unc. duas. Optime contunde et fortiter exprime, tunc adde ebulliendo Farin. Oryzae Unc. tres, et si spissescere incipiat, Sacch. albi Unc. octo et Aq. Rosar. rubr. Cochlearia octo.

CICERA seu PILULAE TARTARI Mynsichti.

Rec. Terebinth. Cypriae in Aqua Violar. lotae et ad justam consistentiam coctae Unc. duas, Acidi (Crystallor.) Tartari Unc. unam, Spec. Diaireos simpl. Drachm. duas, Nitri praep. Drachm. unam. Misce et manus immittendo in Aquam Violarum frigidam, formentur Pilulae Ciceris magnitudine.

CICUTINUM v. Coniinum.

CINCHONIUM. Cinchonin. *Cinchonine.*

Synon.: Cinchoninum, Cinchonia seu Cinchonina.

Rec. Chinae griseae Huanuco optimae vel Chinae rubiginosae pulveratae quantum vis.

Coque iterato cum Quintuplo Aquae, quinquagesima Acidi Salis Parte acidulata, donec residuum insipidum sit; evapora liquorem acidum in balneo Mariae ad Dimidium, filtra post aliquot dies et tracta liquorem clarum cum Calce extincta (vel Sale Sodae) uti ad praeparationem Chinii sulphurici (p. 185.) edoctum est. Praecipitatum bene lotum coque cum Octuplo Spiritus Vini rectificatissimi, pond. spec. 0,82 et filtra solutionem bullientem; residuum iterum tracta cum nova Alcoholis quantitate, donec exhaustum sit. Inter refrigerationem liquoris filtrati Cinchonii pars in crystallos secerni videbis, de quibus decanthetur et Spiritus ad duos trientes abstrahatur; iterum crystalli Cinchonii deponuntur; a liquore restante, paullo Aquae commixto, denuo major Spiritus Vini pars abstrahatur, ut Cinchonium secernatur. Crystallos collectas solve bulliendo in sufficiente Spiritus Vini rectificatissimi fortioris quantitate, et, si necesse, tracta solutionem cum Carbone animali, filtra adhuc ferventem, et post refrigerationem decantha liquorem a crystallis, abstrahe spiritum et evapora quamdiu Cinchonium purum praebet, quod siccandum et sollicite asservandum. — Prismata exhibet tetragona, alba, pellucida, nitentia vel tenuia, acicularia, fragilia, inodora et fere insipida; post aliquod temporis spatium exigua tantum amarities sentitur; aëre immutabile, calore difficilius funditur quam Chinium et igne caute aucto, odore aromatico penitus avolat et sublimatur, facile autem calore nimis aucto partim decomponitur, et aëre ignitum cum flamma clara comburitur. — ***Part. const.:*** Carbonei 20, Hydrogenii 22, Oxygenii 1 et Azoti 2 Pond. Mixt. — Vix

solvitur in aqua frigida et 2500 aquae fervidae partes ad solutionem requirit, difficile etiam solutu in spiritu vini frigido, facilius in spiritu vini fortiori calido, in naphtha vitrioli non. Solutio spirituosa amara alcalium modo reagit. Cum acidis salia format partim neutralia, plerumque faciliora solutu quam salia Chinii, sapore peramaro; alcalia anorganica et tinctura gallarum solutiones aquosas valde praecipitant et tinctura iodi cum colore fusco turbat. — *Vis:* tonica, nervina, febrifuga.

Sit Cinchonium purum, ut supra bonae notae descriptum, fere insipidum et insolubile in aqua, addito autem spiritu vitrioli facillime et penitus solvatur, aëre ignitum facile comburatur et carbo restans lente quidem sed penitus in auras abeat. (Ceterum v. etiam Chinii sulphurici investigatio.)

Usus: In pulvere, saccharo cet. tritum, in bolis, pilulis. — Medicamentum efficacissimum, dignum, quod Chinio passim praeferatur, idque eam ob causam, quod fere insipidum. Ad paranda salia cinchonica quoque inservit.

CINCHONIUM ACETICUM, Acetas Cinchonii. Essigsaures Cinchonin. *Acetate de Cinchonine, Cinchonine acetique.* — Uti Chinium aceticum paratur. — Difficile crystallos granulosas vel massam nitentem micaceam, albam exhibet, sapore peramaro. — Aquae ope facile in sal acidum et basicum decomponitur.

CINCHONIUM CHINICUM, Chinas Cinchonii. Chinasaures Cinchonin. *Chinate de Cinchonine, Cinchonine kinique.* — Paratur uti Chinium chinicum. — Prismata exhibet acicularia, sericea, radiatim aggregata, sapore amaro, simul subacerbo Chinae, facillimum solutu in aqua, minus in spiritu vini. (De ceteris proprietatibus conf. Salia cinchonica in universum.) — Pariter tanquam medicamentum proponitur.

CINCHONIUM NITRICUM. Salpetersaures Cinchonin. *Nitrate de Cinchonine.* — Paratur uti Chinium nitricum, quocum, quoad proprietates, congruit.

CINCHONIUM PHOSPHORICUM. Phosphorsaures Cinchonin. *Phosphate de Cinchonine.* — Uti Chinium phosphoricum paratur. — Massam exhibet opacam, difficile in crystallos abeuntem, facilem solutu in aqua.

CINCHONIUM SALITUM seu MURIATICUM sive hydrochloricum, Murias sive Hydrochloras Cinchonii. Salzsaures Cinchonin. *Muriate de Cinchonine.* — Uti Chinium salitum paratur. — Prismata exhibet majuscula, complanata, pellucida, sericea, vel ramosa, acicularia, sapore peramaro; facile solutu in aqua et in spiritu vini, ceterum cum Chinio salito congruit, et pari modo adhibetur.

CINCHONIUM SULPHURICUM, Sulphas Cinchonii seu cinchonicus. Schwefelsaures Cinchonin. *Sulphate de Cinchonine, Cinchonine sulphurique.* — Paratur solvendo Cinchonium purum in Spiritu Vitrioli, duplo pondere Aquae diluto, cavendo Acidum in excessu, et evaporando solutionem limpidam, neutram lenissimo calore, postremo aëre libero, ad crystallisationem. — Prismata exhibet insignia, rhomboidica, complanata vel lamellas micaceas, albas, margaritaceas; aëre immutabiles; sapore peramaro, Chinii autem sulphurici mitiore. — Constat ex Cinchonii 2, Acidi sulphurici 1 et Aquae 2 Pond. Mixt. — Facile solutu in aqua, temperatura ordinaria 54 Partes requirit, facilius etiam in spiritu vini rectificatissimo, cujus 6½ tantum partes in frigore requirit, in naphtha vitrioli non solvitur. (De ceteris proprietatibus universalibus v. Cinchonium.) — *Vis:* Cinchonii. — *Usus:* Idem; in mixturis quoque praescribi potest. — Puritas ex descriptione patet, ceterum uti Chinium sulphuricum et Cinchonium investigatur. (De Cusco-Cinchonium v. infra.)

CINERES CLAVELLATI DEPURATI. Gereinigte Pottasche. *Potasse purifiée.*

Synon.: Alcali vegetabile seu Sal alcali vegetabile aëratum, Alcali Lignorum depuratum, Kali carbonicum seu subcarbonicum purum, Carbonas seu Subcarbonas Kali seu kalicus, Lixivae sive Potassae, Potassa depurata seu aërata, Lixivia purificata, Kali purum mite. Gereinigtes Pottaschen-Laugensalz, luftvolles oder luftsaures Pflanzenlaugensalz, Gewächs- oder vegetabilisches Laugensalz, van Helmonts Alcahest, reines Aschensalz, reines kohlensaures Kali, basisch kohlensaures Kali, mildes Kali, reines Kalicarbonat, kohlensäuerliches Pottaschensalz. *Carbonate* ou *Souscarbonate de Potasse, Alcali végétal aëré, Potasse préparée* ou *purifiée.* (De ceteris synonymis v. Sal Tartari.)

Rec. Cinerum clavellatorum calcinatorum Libras quatuor,
Aquae purae frigidae Libras tres.

Misceantur et stent in vase lapideo, saepius agitentur per plures dies, donec sal purum penitus solutum et glebae omnes dissipatae sint, tunc filtretur, et si solutio adhuc multum Salis digestivi continet, statim ad duos trientes evaporetur, et denuo aëri exponatur, ut hoc sal secernatur, tandem evaporetur liquor limpidus in vase ferreo ad siccitatem; sal residuum adhuc calens trituretur in pulverem et servetur statim in vasis bene obturatis. — Sal hoc massam exhibet grosso-pulverulentam, albam, sapore forti alcalino. Igne rubro-candente funditur, sed igne fortissimo non decomponitur; ex aëre avide humorem attrahit et deliquescit; facillimum solutu in aqua, in spiritu vini non. — Constat ex Kali et Acidi carbonici aequalibus Pond. Mixt. — *Vis:* antacida, diuretica, resolvens, incidens, subcaustica.

Sit sal purum, album, fixum, aëre facile deliquescens, in pari pondere aquae penitus solubile, solutio cum acidis valde effervescens, saturatione non vel vix turbetur, et solutio cum acido nitri saturata neque addito argento nitrico, neque terra ponderosa salita valde turbetur. (V. etiam Alcali vegetabile causticum p. 32.)

Usus: Interne adhibetur multa aqua dilutum, passim cum aceto, sale essentiali tartari vel succo citri (v. Potio Riverii); et externe in solutione vel cum unguentis aut oleis mixtus. — Inservit etiam ad parandum Liquorem, Kali bicarbonicum et alia praeparata. (V. etiam Sal Tartari.)

CINERES HERBARUM. — Hoc nomine praecipue Cinis Filicum intelligitur.

CINIS ANTIMONII. Spießglanzasche. *Cendre d'Antimoine.*

Synon.: Oxydum Stibii seu Antimonii, vel potius Acidum stibiosum impurum. Unreine antimonichte Säure. *Acide stibieuse impure.*

Rec. Antimonii crudi pulverati quantum vis.

Immitte in ollam figulinam amplam et humilem non vitreatam et expande in fundo plano ita, ut stratum non ultra pollicem dimidium complectatur, calefiat tunc mediocriter super carbonibus, donec nebulae emittuntur, et sub perpetua agitatione rutabulo vitreo vel figulino calcinetur lenissimo igne, postremo caute augendo, donec fumare cessat et in pulverem cinereum redacta est. Si forsitan prius in grumas concrescat, denuo Antimonium pulverisandum, atque iterum, uti memoratum, calcinandum. — Pulverem exhibet griseum, opacum, ponderosum, insipidum, insolubilem in aqua, aegre et partim solummodo solubilem in acidis fortioribus. — Est Acidum stibiosum cum decima circiter Parte Antimonii crudi mixtum. — *Vis:* incidens, diaphoretica (?)

Sit pulvis supra ut bonae notae descriptus, cinereus, particulis metallice splendentibus expers, cum liquore ammonii hydrothionici in frigore colorem fuscum non assumens; igne fortiore fundatur.

Usus: Ad parandum Vitrum Antimonii inservit.

CINIS PLUMBI v. Plumbum ustum.

CINIS STANNI seu JOVIS. Zinnasche. *Cendre d'Etain.* — Obtinetur calcinando Stannum purum in patina fictili leni calore, donec in pulverem albido-griseum redactum est, qui elutriatione in pollinem impalpabilem redigendus. — Est Stannum oxydatum, Stanno metallico adhuc commixtum. — Olim tanquam

medicamentum adhibebatur. Praecique ad poliendum inservit.

CINNABARIS ANTIMONII. Spießglanzzinnober. *Cinnabre d'Antimoine.* — In parando Butyro Antimonii (p 142.) obtinetur. — Olim ei specifica quaedam virtus antiepileptica et antispasmodica adscribebatur. — Si autem purum, a Cinnabare communi (I. 36.) omnino non diversum.

CINNABARIS NATIVA PER DECOCTIONEM seu CREMOR CINNABARIS JUNCKERII Disp. Viennens. et SPIELMANNI. — Obtinetur coquendo Cinnabarem nativam pptam cum Aqua pura in vase terreo, et auferendo semper spumam cinnabarinam, quae exsiccatur.

CINNABARIS VIA HUMIDA PARATA. Zinnober auf nassem Wege bereitet. — *Cinnabre par la voi humide.* — Obtinetur diuturna trituratione miscellae ex Mercurio vivo, Sulphure et Alcali vegetabili caustico cum Aqua, vel Solutione concentrata Hepatis Sulphuris, leni calore adhibito, e. g. Mercurii triginta, Flor. Sulphuris undecim, Alcali caustici octo et Aquae quadraginta Partibus, donec aethiops primum ortus in cinnabarem mutatus est; temperaturam 30° R. excedere non licet, et aqua evaporata per tempus restituenda. Cinnabaris primum aqua alcalina, denique aqua pura lavanda et siccanda. — Pulverem exhibet subtilissimum impalpabilem, pulcherrime sclaratinum et omnino, quoad proprietates, cum Cinnabare sublimatione parata congruit. — Sed efficaciorem esse veri est simile, quapropter medicorum attentione etiam digna.

CINNAMOMUM COCTUM ZWELFERI.
Rec. Pulv. Cinnamomi acuti Unc. duas, Rad. Zingiber. alb. Unc. semis, Caryophyllor., Nuc. Moschatar. āā Drachm. duas semis, Boli Armenae Drachm. sex, Ol. dest. Cinnamomi Scrup. unum vel Drachm. semis, Sacchari Candi albi Libr. unam. Misce exactissime et addita s. q. Mucilag. Tragac. Aqua Cinnamomi extractae, fiat Pasta, ex qua formentur Cannulae instar Cinnamomi convolutae.

CINNAMOMUM LAXATIVUM MYNSICHTI.
Rec. Sacch. albissimi in Aq. Cinnam. dissoluti Unc. quatuor, Scammon. rosati Drachm. sex, Spec. Diacinnamomi Unc. semis, Ol. Cinnam. Scrup. unum. M. in formam Boli pro usu. — Dosis: Drachm duae ad tres.

CITRAS v. quaeque nomina Basium vel nomina antiqua.

CLARETUM Disp. Hamburg.
Rec. Cinnam. Unc. quatuor, Cardam. Unc. tres, Rad. Zinzib. albi Drachm. quinque, Vini Gallici opt. Libr. quadraginta octo, Sacch. albi Libr. octo. M., f. l. a. Claretum.

CLARETUM ABSINTHII v. Aqua Vitae Absinthii (p. 96.).

CLARETUM ABSINTHIACUM LAXATIVUM MYNSICHTI.
Rec. Fol. Senn. el., Rad. Turpith. alb. et gumm., Mechoacann. āā Drachm. sex, Hb. Absinth. Pont., Bacc. Junip. āā Unc. semis, Rad. Ireos nostr. et Esulae min. praep. āā Drachm. tres, Sem. Foenic., Carvi āā Drachm. duas, Rad. Calami. arom., Zinzib. alb., Zedoar., Cinnam. acuti, Caryoph. āā Drachm. unam, Flor. Epatic. alb., Sambuci, Genist. āā Drachm. semis, Croci Orient., Hb. Epithymi āā Scrup. unum. Inc. cont. infunde in Vini Rhenani Unc. triginta sex. Macerentur in balneo Mariae, post justam digestionem ebulliant parum et additis Sacch. albi Unc. quatuor, clarificentur per manicam Hippocratis, et f. Claretum.

CLARETUM ANISI. Aniswasser. *Clairette* ou *Eau d'Anis.* — Paratur destillando Sem. Anisi cont. Libr. unam cum Spir. Vini Gallici Libr. quadraginta in balneo Mariae, quamdiu liquor spirituosus stillat, qui cum Sacch. albi Libr. sex in Aquae Libr. triginta solutis miscetur. — Alii Semin. Anisi insuper Sem. Carvi Unc. duas et Sem. Anisi Unc. quatuor addunt. — Claretum Anisi, Aqua Mannhemiensis, quae nominatur, parari fertur digerendo Sem. Anisi Unc. quatuor et Rad. Galang. Drachm. duas per aliquot dies cum Spir. Prunor. rect. Mensuris quatuor, addendo tunc Aquae Mensur. quatuor et destillando inde Mensur. quinque, diluendo s. q. Aquae Anisi et addendo Sacch. q. s ad gratam dulcedinem.

CLARETUM ANISATUM MYNSICHTI.
Rec. Spir. Vini anisati Libr. tres, Aquae Looch Sani, Aq. Marrub. et Violar. āā Libr. unam, Cass. lign. Unc. duas, Macid. Unc. semis, Sacch. Candi albi Unc. duodecim. F. l. a. Claretum, uti in Clareto absinthiaco edoctum.

CLARETUM APOPLECTICUM LAXATIVUM MYNSICHTI. — Similis compositio est ac Claretum Absinthii laxativum, omisso tamen Absinthio et additis Agaric. alb. et Rad. Hellebori nigri ppt. āā Unc. duabus.

CLARETUM seu ELIXIR AROMATICUM AUGUSTIN. Aromatisches Claret. *Clairette* ou *Liqueur aromatique.*
Rec. Sem. Anisi, Anethi, Foenic, Coriandri, Carvi āā Unc. semis. Cont. infundantur per mensem cum Spir. Vini Libr. novem. Addantur Sacchari, Aquae āā Unc. viginti. Filtrentur.

CLARETUM AURANTIORUM FLORUM. Pomeranzenblüthenclaret. *Clairette* ou *Huile de Fleurs d'Orange.* — Paratur macerando Flor. Naphae rec. Unc. sedecim cum Spir. Vini Gallici Unc. quinquaginta sex per mensem, colando cum expressione et admiscendo liquori Sacch. Unc. quadraginta in Aq. commun. Unc. viginti octo solutas.

CLARETUM seu CREMOR BARBADENSIS. Barbados-Liqueur oder Rahm. *Crême de Barbados.*
Rec. Flaved. Pomor. Citri Nro. sex, Cinnam. Unc. duas. Inc. cont. infunde per 6 dies cum Spir. Vini Gallici Unc. ducentis quinquaginta sex, add. Aquae Unc. triginta duas. Destillent Unc. ducentae sexaginta quatuor, quibus commisceantur Aquae Unc. sexaginta quatuor, Sacch. Unc. centum viginti octo. Post 14 dierum moram filtrentur. — Ad Cremorem verum Unc. centum viginti octo tantummodo Spiritus destillando eliciantur et addan-

tur Sacch. Unc. quadraginta octo in Aquae Unc. centum octo et viginti dissolutae.

CLARETUM CACAO sec. Spielmannum. Cacao- oder Chocoladeliqueur. *Eau* ou *Clairette de Chocolade.*

Rec. Cacao decort. et tost. Unc. sedecim, Cinnam. Unc. unam, Vanigl. Drachm. duas, Caryoph. Drachm. unam. Cont. infunde per octiduum in Spir. Vini Gallici Unc. centum octo et viginti. Filtratis addatur Spiritus paratus ex Cacao enucl. et tost. Unc. triginta duabus, Cinnam. Unc. una et Spir. Vini Unc. centum et viginti octo, unde destillationis ope Spiritus Unc. sexaginta quatuor erant elicitae. Adjiciantur Sacch. Unc. sexaginta quatuor dissolutae in Aquae Unc. centum et viginti octo. Praeteritis 14 diebus liquor filtretur.

CLARETUM CARVI. Kümmelliqueur. *Eau de Cumin.* — Uti Claretum Anisi paratur.

CLARETUM COFFEAE seu CAFFEAE. Kaffeeliqueur. *Eau de Café.* — Pari modo paratur, Cacao loco Sem. Coffeae tosto sumendo. (V. etiam Aqua Vitae Coffeae p. 96.)

CLARETUM CHALYBEATUM Mynsichti.
Rec. Vini Malvatici opt. Libr. tres, Chalybis cum Acet. tamarindin. ppt. Unc. unam, Rad. Scorzoner., Acidi (Cremor.) Tartari āā Unc semis, Rad. Galang., Cassiae lign., Caryoph. āā Drachm. unam. Post 2 dierum digestionem filtretur.

CLARETUM CINNAMOMI cum Aqua clareta simplici (p. 60.) congruit.

CLARETUM CONFORTANS CAPUT Hoffmanni. Hauptstärkender Wein. *Clairette confortante.* — Obtinetur digerendo Cubeb., Caryoph., Cinnam. et Rad. Calam. arom. āā Unc. duas in Vini Malvat. Libr. quatuor per noctem et solvendo in colatura Sacch. Unc. octo.

CLARETUM CORONARIUM. Blumenliqueur. *Eau de Bouquet.*

Rec. Caryoph. Drachm. unam, Lign. Rhod. Drachm. duas. Inc. cont. affunde per octiduum Spir. Vini Gallici Unc. centum viginti octo. Destillent inde Unc. nonaginta sex et addantur Ol. Jasmini Scrup. unus, Vanigl. cont. Scrup. semis, Rad. Ireos flor. cont. Drachm. duae, Sacch. Unc. triginta duae in pari Aquae portione solutae, Ambrae gris. Saccharo tritae Gran. unum. Praeteritis 8 diebus filtrentur.

CLARETUM seu LIQUOR CYDONIORUM. Quittenliqueur. *Clairette* ou *Liqueur de Coings.* — Paratur digerendo in Succi Cydonior. rec. Mensur. duabus et Spir. Vini Gallici Mensur. una, Cinnam. Drachm. sex, Caryoph. Drachm. tres, Amygd. amar. concis. Unc. tres ad quatuor, Nucleor. Persicor. Unc. unam et addendo tandem Sacch. comm. Unc. duodecim. F. l. a. Claretum.

CLARETUM DIVINUM cum Aqua divina mirabili (p. 64.) congruit.

CLARETUM FOENICULI uti Claretum Anisi paratur.

CLARETUM FRUCTUUM. Fruchtsaftliqueur. *Clairette de Fruits.*

Rec. Cerasor. dulc. matur. Part. quindecim, Ribesior. rubr. Part. sex, Rubor. Idaeor. Part. tres. Contundantur et infundantur per mensem cum Spir. Vini Gallici pari quantitate. Succi, preli ope expressi, Unciis ducentis et quinquaginta adde Caryoph. cont. Nro. viginti quatuor, Vanillae Siliquam dimidiam, Sacch. Libr. quatuor. Praeterito mense liquor filtretur.

CLARETUM Carus v. Elixir.

CLARETUM JUNIPERI. Wachholder-Claret oder Liqueur. *Clairette* ou *Eau de Genèvre.* — Obtinetur digerendo Bacc. Juniper. rec. Libr. octo, Cinnam. Unc. tres et Caryoph. Drachm. unam cum Spir. Vini Gallici Mensur. duodecim, et post suff. extractionem admiscentur Sacch. Libr. decem in Aquae Mensuris duodecim solutae.

CLARETUM JUNIPERINUM Mynsichti. — Fit macerando in Spir. Junip. Libr. tribus et Aq. Enulae, Farfar., Looch. sani āā Libr. una, Cinnam. acuti Unc. duas et Caryoph. integr. Unc. semis, et solvendo in colatura Sacchari Candi Unc. sedecim.

CLARETUM MENTHAE PIPERITAE Pfeffermünzliqueur. *Eau de Chasseurs.* — Ex Herba Menthae piperitae uti Claretum Anisi paratur.

CLARETUM NUCLEORUM seu PERSICO. Persikliqueur. *Eau de Persico.* — Paratur macerando Nucleos Persicos Nro. centum in Spir. Vini Gallici Unc. triginta duabus per mensem, addendo Vanigliae Saccharo tritae Gran. sex et filtrando post 14 dies.

CLARETUM NUCUM JUGLANDIUM. Nußwasser- oder Liqueur. *Eau de Noix.* — Obtinetur macerando Nucum Jugland. immatur. conc., mense Julio collect., Libr. unam cum Spir. Cerasor. Mensur. tribus, addendo Cinnam. Unc. semis et Caryoph. Drachm. unam per 2 menses et solvendo in colatura Sacch. Libr. tres in pari pondere Aquae solutas.

CLARETUM PURGANS seu Vinum Hippocraticum antimoniale Schroederi ex Sala.

Rec. Vitri Antimon. subt. pulv. Scrup. quinque, Vini albi opt. Unc. octo semis. Digere per sex dies saepius agitando; in colatura solve Sacch. albiss. Drachm. tres. Aromatisetur Aqua Cinnamomi. (V. etiam Vinum antimoniatum.)

CLARETUM E SEX SEMINIBUS v. Aqua carminativa per infusionem (p. 53.).

CLARETUM STOMACHICUM CONFORTANS Mynsichti.

Rec. Cinnam. acuti Unc. unam, Hb. Menth. crisp. Unc. semis, Mastich. el., Rad. Galang., Caryoph. āā Drachm. duas, Rad. Calam. arom., Cardam. min., Zingib. alb. āā Drachm. unam, Lign. Aloës pond., Rad. Pimpin., Zedoar. āā Unc. semis. Macerentur in Vini Malvatici Unc. triginta duabus per aliquot dies, tunc filtrentur.

CLARETUM VENERIS. Venuswasser. *Huile de Venus.*

Rec. Sem. Carvi Drachm. decem, Sem. Dauci Drachm. quinque, Macid. Scrup. quinque. Cont.

infundantur per 4 dies in Spir. Vini Gallici Unc. trecentis et viginti, addantur Sacch. Unc. ducentae et quadraginta, Aquae Unc. centum et viginti, Croci q. s. ad colorandum. Filtrentur.

Alias compositiones vetustiores ad Clareta, vel quae solummodo voluptatis causa bibuntur, praetereamus. — Saepissime Clareta etiam colorantur. Color coeruleus eis Solutione Indigo tribuitur, color luteus Tinctura Curcumae vel Croci cet., color viridis utroque pigmento efficitur, color ruber Tinctura Coccionellae, Ligni Fernambuci, Bacc. Myrtillorum, Sambuci cet., color fuscus et flavo-fuscus Caramel cet. (V. etiam Aqua, Elixir, Ratafia, Spiritus et Tinctura.)

CLYSSUS seu CLISSUS ANTIMONII sive mineralis, Antimonii Clyssus, Aqua Stimmi sulphurea, Aqua tonitrualis, Spiritus Antimonii. — Plerumque nihil aliud est nisi Acidum sulphuricum dilutum, Acido sulphuroso et salium particulis, quae mechanice transierunt, passim continens. Detonando miscellam Nitri, Antimonii crudi et Sulphuris āā Part. aequales caute et successive in exiguis portiunculis in retorta tubulata candente cum excipulo Aquae portionem continente juncta, obtenta. Si hoc productum adustionem sapiat, ex balneo Mariae Aqua partim abstrahi praescribunt; residuum tunc Spiritus Vitrioli impurus est. — Nonnullae Pharmacopoeae Aquae loco Infusum Cardui benedicti seu Flor. Sambuci cet. in recipientem immitti praescribunt. — Glauberus quartam tantum Sulphuris Partem sumi proponit.

CLYSSUS NITRI seu SIMPLEX. Salpeter-Klyssus. *Clyssus de Nitre.* — Simili modo detonatione miscellae Nitri et Carbonum obtentus, nihil aliud nisi Aqua fere pura est.

CLYSSUS seu CLISSUS PORTULACAE Batz. — Paratur clarificando et coquendo Succi rec. Portulacae Libr. octo cum Sacch. Libr. una ad Mellis consistentiam. — Pari modo parantur Clyssus Agrimoniae, Argentinae, Betonicae, Farfarae, Hederae terrestris, Prunellae cet.

CLYSSUS SULPHURIS v. Spiritus Sulphuris per campanam.

CLYSSUS seu CLISSUS VITRIOLI Batz. — Nihil aliud est nisi Solutio Ferri sulphurici oxydati cum Ferro acetico oxydato plus minus mixta, methodo confusa et mysteriosa obtenta.

CLYSMA seu CLYSTER v. Enema.

COAGULUM ALUMINIS Riverii. Alaunsalbe. — Fit agitando Albumina Ovi (Nro. duo) cum s. q. (Drachma una) Alumin. pulv., ut coaguletur. (V. etiam Cataplasma Albuminis.)

COBALTUM OXYDATUM (OXYDULATUM) HYDRATUM, Oxydum (Oxydulum) Cobalti seu cobalticum hydratum. Kobalt-Oxyd- (Oxydul-) Hydrat. *Protoxyde de Cobalte hydraté.*

Rec. Cobalti puri q. v. Solve in Acidi Salis s. q. (Solutio haec Cobalti saliti seu muriatici, Chloreti Cobalti ad Atramentum sympatheticum [p. 102.] inservit.) Dilue solutionem Aqua et calefac ad ebullitionem usque, donec aër atmosphaericus penitus expulsus sit; tunc instilla Solutionem Alcali vegetabilis caustici dilutam, pariter calefactam, quamdiu praecipitatum enascitur, quod edulcorandum et siccandum. — Pulvis pulchre rosaceus, insipidus, calore aquam amittit et aëre excluso Cobaltum oxydatum olivaceum, admisso autem aëre Cobaltum oxydatum fuscum (hyperoxydatum, quod dicitur) relinquit. Insolubilis est in aqua, solubilis in acidis fortioribus, salia format plerumque violaceo-rubella, inter siccandum colorem coeruleum assumentia, sapore ingrato acerbo-metallico, vitro, si cum eo conflatur, colorem coeruleum tribuit (v. Smalta.). — *Vis:* diaphoretica (?), emetica. — *Usus:* In pulvere. Novissimis temporibus in rheumatismo commendabatur. Caute semper adhibendum. (De Cobalto v. etiam Arsenicum I. p. 38.)

† COCCULIUM seu MENISPERMIUM, Picrotoxinum. Kokkulin, Kokkelkernbitter. *Cocculine, Menispermine, Picrotoxine.*

Rec. Cocculorum Indicorum recentium et maturorum quantum vis. Decortica, contunde (potest etiam Oleum pingue exprimi) et digere iterato cum sufficiente Spiritus Vini rectificatiss. quantitate, donec exhausti sint. Abstrahatur Spiritus ex tinctura clara in balneo Mariae, separetur Oleum residuum pingue a Cocculino filtrando et exprimendo inter chartam bibulam. Solvatur Cocculium ebulliendo in s. q. Spiritus Vini rectificatissimi et filtretur solutio calens per filtrum strato carbonum animalium depuratorum tectum. Inter refrigerandum crystalli Cocculii secernuntur et evaporando solutionem reliqua pars obtinetur. — Prismata exhibet tetragona, alba, pellucida vel aciculas stellatim aggregatas, aëre immutabiles, inodoras; sapore est nauseoso, amarissimo, calore non liquefit, calore auctiore autem destruitur. Aegre solubile in aqua, temperatura 80° R. 100 partes requirit, facile solutu in spiritu vini, minus in aethere; solutiones neutrales ad reagentia sese indifferentes habent; solvitur quidem facile in acidis, praecipue aceto radicali, salia autem cum iis non format, in liquoribus alcalinis pariter solubile. — *Part. const.:* Carbonei 5, Hydrogenii 6 et Oxygenii 2 Pond. Mixt. — *Vis:* excitans, narcotica, maxime toxica, in exigua dosi facile tremorem, vertiginem et convulsiones efficit, in majori dosi lethalis. — In epilepsia, hysteria, tanquam vermifugum cet. commendabatur, et externe in porrigine optimo cum successu in unguento applicabatur. Medicorum attentione omnino dignum, sed summa cum circumspectione adhibendum.

COCHLEARUM TESTAE v. Testae Cochlearum.

† CODEINUM. Codein. *Codeine.* — Obtinetur in parando Morphio muriatico secundum methodum Gregorianam. — Muria (Mutterlauge) ex Morphii praecipita-

tione evaporatur, ut in crystallos concrescat, quae, aqua humectatae, pressione inter chartam bibulam depurandae, in aqua solvendae, tunc solutio solutione Alcali vegetabilis praecipitanda, Codeinum praecipitatum impurum in Acido Salis in excessu solvendum et iterata crystallisatione depurandum. Codeinum muriaticum ita paratum superaffunditur sufficiente Naphthae Vitrioli quantitate et paullulum solutionis Alcali vegetabilis caustici in excessu admiscetur, miscella saepius fortiter conquassatur, tunc decanthatur liquor limpidus aethereus, et destillatione et evaporatione Codeinum secernitur. — Crystallos exhibet decolores minutas, tenuissimas, aciculares; sapore est amaro et post nauseoso-acri, modice solubile in aqua, temperatura ordinaria 80 et temperatura 80° R. 17 tantummodo partes requirit; facilius solutu in spiritu vini uti et in aethere; solutiones alcalium modo reagunt; in solutionibus alcalinis non solvitur. Cum acidis salia format facile solubilia, passim crystallisabilia, quae (uti et Codeinum purum) neque acidi nitri ope colorem rubrum, neque ferri muriatici ope colorem coeruleum assumunt, tincturae autem gallarum ope solutiones aquosae valde praecipitantur. — *Part. const.:* Carbonei, Hydrogenii, Oxygenii et Azoti quantitates nondum satis definitae. — *Vis:* narcotica, anodyna, minus excitans quam Morphii, plus sedans, post exhilarans. — Principium hoc novissimis temporibus detectum medicorum attentione quam maxime dignum! — Alia substantia obtinetur ex Morphio impuro praecipitatione solutionis Opii aquosae Salis Sodae ope obtento; tractando hoc Morphium impurum Spiritu Vini frigido, caute saturando tincturam Acido sulphurico, abstrahendo Spiritum, diluendo residuum aqua frigida, quamdiu turbatur, filtrando, evaporando filtratum ad syrupi consistentiam et tractando hoc sal cum Aethere et Alcali caustico, uti supra memoratum, ex solutione clara evaporatione spontanea materia in crystallos secernitur, octaëdras exhibens insignes, regulares, sapore Codeino simili, quocum in ceteris quoque proprietatibus partim congruit, sed non alcalium modo reagit et cum acidis salia non format. Est forsitan principium organicum illi isomericum (?)

COERULEUM BEROLINENSE et PARISIENSE v. I. 38.

COFFEA CUM CORTICE PERUVIANO.
Rec. Pulv. Sem. Coffeae tost. Drachm. duas, Pulv. Cort. Peruv. Drachm. unam. M.

COFFEA GLANDIUM.
Rec. Gland. Quercus tost. Drachm. sex, Coffeae tost. Drachm. duas, Aquae commun. q. s. Coquantur aliquamdiu, deinde colatura exhibeatur. (V. etiam Glandes Quercus tostae.)

COFFEINUM v. Caffeum (p. 144.).

† COLCHICIUM seu COLCHICINUM. Colchicin. *Colchicine.* — Obtinetur tractando Semina Colchici simili modo atque Herbam Aconiti in parando Aconitio (p. 26.). Extrahuntur autem Semina contusa iterate cum Spiritu Vini rectificatissimo, Acido sulphurico acidulato, calore adhibito, donec expulsa sint, tunc tractatur tinctura cum Calce, Kali carbonico cet., uti edoctum est. Colchicium satis depuratum solvitur in Spiritu Vini rectificatissimo, admiscetur paullulum Aquae et relinquitur solutio evaporationi spontaneae in vase aperto in aëre sicco. — Prismata exhibet tenera acicularia, decolora vel massam pellucidam splendentem, aëre immutabilem, inodoram, sapore peramaro, post gutturali, diu adhaerente; alcalium modo, sed debile tantummodo, reagit, leni calore liquefit, calore auctiore destruitur, acidum nitri forte colore obscure violaceo et coeruleo, mox in olivaceum et flavum abeuntem, imbuit. Modice solubile in aqua, facillime in spiritu vini; solvitur etiam in aethere. Cum acidis salia format passim crystallisabilia, sapore amarissimo et gutturali, facile solubilia in aqua et spiritu vini; solutiones aquosae (uti et Colchicii solutio) tincturae gallarum ope valde praecipitantur, non minus tincturae iodi ope colore kermetino. — *Part. const.:* Carbonei, Hydrogenii, Oxygenii et Azoti quantitates nondum definitae. — *Vis:* narcotico-acris, drastica, in parva dosi facile toxica, colicam, vomitum et purgationem vehementissimam et ipsam mortem efficiens. — Principium Colchici efficax medicorum attentione dignum. Sed summa cum circumspectione in exiguis tantum dosibus administrandum.

COLCOTHAR seu CAPUT MORTUUM VITRIOLI, Gilla Theophrasti, Chalcitis seu Chalcanthum rubefactum, Terra Vitrioli dulcis, Ferrum oxydatum rubrum, Oxydum Ferri seu ferricum rubrum, Deut- (Trit-) Oxydum Ferri. Vitriol-Todtenkopf, Rothes Eisenoxyd, Englisch Roth, Juwelierroth. *Colcothar*, *Oxyde de Fer rouge*, *Rouge d'Angleterre.* — Obtinetur calcinando postremo igne vehementissimo Vitriolum Martis in crucibulo aperto, donec in massam obscure rubram vertatur; servatur ad usum. Est Ferrum oxydatum, continet autem semper Ferrum sulphuricum oxydatum. Quam materiam, si aqua bulliente probe eluas, habebis Ferrum oxydatum purum (Colcothar indulcatum olim). — *Vis:* styptica, exsiccans. — *Usus:* Plerumque externe adhibetur. — Productum minus purum, quod Gilla quoque nominatur, obtinetur in parando Oleo Vitrioli fumante. (V. etiam Crocus Martis.)

COLLA v. Gelatina et Tabulae.

COLLARE STRUMALE Morandi. Morand's Halsband gegen Kröpfe. *Collier de Morand.*
Rec. Sal. Ammon., Natri muriat. decrepit., Spong. ustar. non lotar. āā Unc. unam.

COLLUTORIUM ACIDULUM v. Litus acidus.

COLLUTORIUM ADSTRINGENS Brera.
Rec. Decoct. Salviae Libr. unam, Alcohol. Vini Unc. unam, Boracis Venet. Scrup. unum. M.

COLLUTORIUM ADSTRINGENS seu ALUMINOSUM Swediaur. — Solutio est Alumin. Unc. semis in Aquae Libr. una, cui, si necesse est, adduntur Spir. Vini Unc. quatuor.

COLLUTORIUM ADSTRINGENS seu ALUMINOSUM Cadeti. — Constat ex Alumin. Drachm. una, Succi Sedi maj. et Mellis āā Unc. una. — St. Marie quinque Mellis Uncias sumi praescribit, ceterum cum praecedente congruit.

COLLUTORIUM ADSTRINGENS seu ALUMINOSUM Pierquin ex Alumin. usti Scrup. uno, Laccae in bacul. Drachm. semis et Mellis rosati Unc. una constat (v. etiam Aqua ad Gingivas [p. 68.], Collutorium aluminosum, de Catechu, Borace, detergens cet.).

COLLUTORIUM ADSTRINGENS Mayr.
Rec. Spec. pro Gargarism. adstring. Unc. unam semis. Coque cum Aq. comm. Libr. una semis ad remanent. Libr. unius. Cola.

COLLUTORIUM ADSTRINGENS Vogt.
Rec. Extr. Ratanh Unc. semis. Solve in Aq. Salv. Unc. sex, Spir. Cochlear. Unc. unam semis. M. — Alia formula: Rec. Alumin. dep. Drachm. semis ad unam. Solve in Inf. Hb. Salv. ex Unc. semis parat. Unc. sex, et adde Mell. rosat. Unc. unam.

COLLUTORIUM ALCALINUM Formul. des hopit. milit. de France. Alkalischer Mundsaft. *Gargarisme alcalin.*
Rec. Ciner. clavell. dep. Part. unam, Mell. desp. Part. viginti. Tritura simul in mortario vitreo.

COLLUTORIUM ALUMINOSUM (adstringens seu roborans) P. Frank sec. Augustin.
Rec. Cort. Quercus junior. Drachm. sex. Coque cum Aq. font. Libr. una semis. Colaturae Libr. unius adde Alumin. Drachm. semis, Spir. Vini Unc. unam semis. (V. etiam supra.)

COLLUTORIUM ANTIODONTALGICUM Pierquin.
Rec. Hb. Hyosc., Plantag. āā Man. semis, Flor. Violar., Rosar. rubr. āā Man. unum, Capit. Papav. Unc. unam, Hb Salviae Drachm. sex, Aquae q. s. Coque, cola et adde Aceti Unc. quatuor. (V. etiam Collutorium odontalgicum.)

COLLUTORIUM ANTISCORBUTICUM Augustin.
Rec. Spir. Cochlear. Unc. duas semis, Succi Citri, Mucil. Sem. Cydon., Syr. Moror. āā Unc. semis. M.

COLLUTORIUM ANTISCORBUTICUM Brera.
Rec. Vini rubri opt. Libr. unam, Succi Citri, Sacch. alb. āā Unc. unam. M.

COLLUTORIUM ANTISCORBUTICUM Plenckii.
Rec. Aq. Cochlear. et Tinct. Laccae āā Unc. duas, Spir. Cochlear. Unc. unam. M.

COLLUTORIUM ANTISCORBUTICUM Pierquin.
Rec. Sem. Staphid. agr. Unc. unam, Sem. Sinap. Drachm. tres, Hydromell. Unc. quatuor, Oxymell. squillit. Unc. duas. M. — Compositio demens.

COLLUTORIUM ANTISCORBUTICUM Swediaur. — Miscella est Spir. Cochlear. Libr. semis et Infusi Rutae Libr. unius. (V. etiam Gargarisma et Linctus stomacace.)

COLLUTORIUM ANTISYPHILITICUM Hopit. des Veneriennes.
Rec. Decoct. Flor. Malv. ex Unc. semis parat. Unc. quinque, Lactis vaccini Unc. unam, Merc. subl. corros. Gran. unum ad duo. M.

COLLUTORIUM ANTISYPHILITICUM Henken.
Rec. Cort. Chin. reg. Unc. semis. Coq. ex Aq. Unc. duodecim ad colat. Unc. sex, in qua solve Merc subl. corros. Gran. quatuor, Tinct. Myrrhae, Mell. rosat. āā Unc. semis. M.

COLLUTORIUM AD APHTHAS Vogt v. sequens.

COLLUTORIUM seu COLLUTIO DE BORACE Ph. Hamburg. p. paup. edit. 2.
Rec. Borac. Venet. Drachm. sex, Infusi Salviae Unc. decem, Mell. desp. Unc. duas. Solve et misce. — Alii Infusi Salviae loco Aquam sumi praescribunt. — Vogt Boracis Venet. Drachm. duas, Aq. Salv. Unc. sex et Mell. rosat. Unc. unam praescribit. — (V. etiam Gargarisma, Linctus, Litus et Mel.)

COLLUTORIUM CATECHU Formul. des hopit. milit. de France. — Miscella est Tinct. Catechu Part. unius et Mellis rosat. Part. quinque.

COLLUTORIUM CATECHU SATURNINUM seu adstringens Augustin.
Rec. Catechu Drachm. tres. Coque cum Aq. Calcis Unc. duodecim ad remanent. Unc. octo. Colat. adde Sacch. Saturn. Scrup. unum, Mell. Rosar. Unc. duas.

COLLUTORIUM DETERGENS Brera.
Rec. Decoct. Hordei Libr. unam, Mell. rosat. Unc. unam, Tinct. Laccae-muffae Gutt. viginti. M. (V. etiam Linctus ad Gingivas et Liquor.)

COLLUTORIUM DETERGENS ET ADSTRINGENS Brera.
Rec. Mell. rosat. Unc. unam, Spir. Cochlear., Spir. Vitrioli tenuis āā Gutt. triginta. Ponantur omnia in Libr. duabus Decocti Hordei et detur pro Collutorio. — Formul. des hopit. milit. de France solummodo Mell. desp. Part. quinque et Spir. Vitrioli Part. unam misceri praescribit.

COLLUTORIUM DETERGENS IN ULCERIBUS FAUCIUM Brera.
Rec. Decocti Hordei Libr. unam, Mell. rosati Unc. unam, Spir. Nitri dulc. Gutt. triginta. M.

COLLUTORIUM EXCITANS Ellis.
Rec. Pulv. Rad. Pyrethri Unc. semis, Aceti Drachm. duas, Extr. Opii Gran. tria. Digere per horam. (V. etiam Collutorium odontalgicum, sialagogum, Sinapis et Gargarisma.)

COLLUTORIUM GINGIVALE v. Aqua de Madame la Vrilliaire (p. 76.).

COLLUTORIUM HUMECTANS Swediaur.
Rec. Infusi Sem. Lini Libr. unam, Sacch. albi Unc. unam, Succi Citri Unc. semis. M.

COLLUTORIUM MERCURIALE v. Gargarisma.

COLLUTORIUM MYRRHAE Augustin.
Rec. Hb. Salv. Unc. semis. Infunde Aq. fervid. q. s. Colaturae Unc. sex, adde Tinct. Myrrh. Drachm. duas, Mell. Rosar. Unc. duas.

COLLUTORIUM ODONTALGICUM seu antiodontalgicum Plenckii.
Rec. Rad. Pyrethri Drachm. duas, Sal. Ammon. Drachm. unam, Extr. Opii Gran. duo, Aceti Vini et Aq. Lavend. āā Unc. duas. Inc. cont. infunde per aliquot horas. Colatura servetur. — Mayr Rad. Pyrethri loco Rad. Ptarmic. et Extr. Opii loco Opium purum praescribit; ceterum cum hac formula congruit. (V. etiam Collutorium excitans et sialagogum.)

COLLUTORIUM OPIATUM seu opiaceum Formul. des hopit. milit. de France. — Miscella est Tinct. Opii Part. unius et Syr. Mell. Part. viginti.

COLLUTORIUM CONTRA PTYALISMUM INVETERATUM Kopp.
Rec. Vitrioli coerul. Drachm. unam. Solve in Inf. Hb. Salv. ex Unc. semis parat. Unc. sex, et adde Tinct. Myrrh., Catech., Kino āā Drachm. unam, Mell. crudi Drachm. sex.

COLLUTORIUM ROBORANS P. Frank v. Collutorium aluminosum.

COLLUTORIUM ROBORANS Montmahou. — Est Decoctum Chinae ex Unc. una ad colat. Unc. duodecim cum Alum. Drachm. una et Mellis rosat. Unc. una semis.

COLLUTORIUM RUTACEUM Plenckii.
Rec. Hb. Rutae Pug. unum, Salviae Pug. tres. Conc. coq. cum Aq. font. Unc. duodeviginti. Cola.

COLLUTORIUM SATURNINUM Formul. des hopit. milit. de France. — Miscella est Extr. Saturni Part. unius et Mell. desp. Part. viginti.

COLLUTORIUM SIALAGOGUM Swediaur.
Rec. Rad. Pyrethri Unc. semis, Torment. Drachm. tres, Aceti rubri Octar. unum. Coque et ab igne remotis adde Opii, Camph. āā Drachm. unam, Sem. Hyoscyam. Drachm. tres. Post horam infusionis filtra. (V. etiam Collutorium excitans.)

COLLUTORIUM seu VINUM SINAPEOS Augustin.
Rec. Pulv. Sem. Sinap. Unc. unam, Vini albi Libr. unam. Infund. frigide per 6 horas. Colaturae adde Tinct. Cinnam. Unc. duas.

COLLUTORIUM EX SINAPE seu excitans Ph. Batav. — Miscella est Pulv. Sem. Sinap. Drachm. unius semis, Aceti Vini Unc. unius et Aquae Unc. quatuor.

COLLUTORIUM SINAPEUM Reuss.
Rec. Aq. font. Unc. sex, Spir. Vini simpl., Aceti Vini āā Unc. octo, Pulv. Sinap. rec. Unc. semis, Sacch. albi Unc. unam. M.

COLLUTORIUM CONTRA ULCERA MERCURIALICA Sundelin.
Rec. Camph. Gran. decem, Gumm. Arab. q. s., Aq. Salv. Unc. sex, Tinct. Ratanh. Drachm. tres, Mell. rosat. Unc. unam semis. M.

COLLUTORIUM ZINCI seu Vitrioli albi Augustin.
Rec. Zinci sulph. Gran. quindecim. Solve in Infusi Salv. offic Unc. sex. — Ph. Batav. Vitrioli albi Drachm. unam, Aq. dest. Unc. sex et Mellis crudi Unc. unam misceri proponit. — Ph. castrens. Ruthen. Vitrioli alb. Scrup. unum in Aq. fervent. Unc. una semis solvi praescribit.

De Collutoriis v. etiam Aqua, Gargarisma, Linctus et Litus.

COLLYRIUM ACETATIS AMMONIAE v. Collyrium Neumanni.

COLLYRIUM ACIDI ACETICI Rennie. Augenwasser mit Essig. *Collyrium avec du Vinaigre.*
Rec. Aceti dest. Unc. unam, Spir. Vini simpl. Unc. semis, Aq. Rosar. Unc. octo. M.

COLLYRIUM ADSTRINGENS Brera.
Rec. Aq. dest. Unc. decem, Tinct. Thebaic. Gutt. triginta, Gummi Ammon., Vitello Ovi subacti, Drachm. duas. M.

COLLYRIUM ADSTRINGENS Formul. de medic. de Paris.
Rec. Aq. Rosar. rubr. et Plantag. āā Unc. sex, Tutiae ppt. Drachm. unam, Vitrioli albi Gran. decem, Alumin. Gran. sex. M.

COLLYRIUM ADSTRINGENS Ratier.
Rec. Aq. Rosar., Infusi Flor. Meliloti āā Unc. quatuor. M.

COLLYRIUM ADSTRINGENS seu e Zinco compositum Richard sec. Spielmann.
Rec. Trochisc. alb. Rhasis Drachm. unam, Vitrioli albi Drachm. semis, Sacch. Saturn. Scrup. semis, Aq. Rosar. Unc. quatuor. M. — Swediaur Vitrioli albi Gran. octo, Extr. Saturn. Gutt. octo et Aq. Rosar. Unc. quatuor misceri praescribit.

COLLYRIUM ADSTRINGENS Swediaur.
Rec. Flor. Zinci Drachm. unam, Mucil. Sem. Cydonior., cum Aq. Rosar. parat., Unc. decem. M.

COLLYRIUM ADSTRINGENS Ph. Gallicae edit. Ratier et Henry. — Solutio est Vitrioli coerul. Gran. trium in Aq. dest. Unc. sex et Mucil. Gummi Arab. Unc. semis.

COLLYRIUM ADSTRINGENS VALIDIUS Brera.
Rec. Aq. Rosar. rubr. Unc. tres, Vitrioli albi Gran. tria, Laud. liq. Sydenh. Scrup. unum. M. — Pierquin Vitrioli albi Gran. viginti, Tutiae Drachm. semis, Aq. Rosar. et Plantag. āā Unc. tres misceri proponit. — In alia formula Vitr. albi Drachm. unam semis,

Sacch. Saturn. Scrup. duos, Aq. Rosar. et Plantag. āā Unc. quatuor praescribit. — GRAY Vini opiati Drachm. duas, Vitr. alb. Scrup. semis, Aq. Rosar. et dest. āā Unc. sex praescribit. (V. etiam Aqua ophthalmica, Collyrium resolvens, saturninum, siccum et Zinci.

COLLYRIUM ALBUM GALENI.

Rec. Tutiae ppt. Unc. duas,Ceruss., Amyli, Gummi Arab. et Tragac. āā Unc. semis, Opii Drachm. duas. Excipiantur cum Aqua pluviali vel Rosarum et f. Collyrium siccum. — Paratur etiam sine Opio. (V. porro Sief.)

COLLYRIUM ALUMINOSUM AUGUSTIN.

Rec. Alumin. crudi Scrup. duos, Gummi Mimos. Drachm. unam. Solve in Aq. Rosar. Unc. quatuor. — Alia formula cum Albumine aluminoso (p. 32.) congruit. (V. etiam Aqua ophthalmica adstringens seu aluminosa, Cataplasma Aluminis [p. 152.] cet.)

COLLYRIUM ANODYNUM seu OPIATUM RICHARD Ph. Gallicae.

Rec. Aq. Rosar. Unc. duas, Gumm. Arab. Drachm. semis, Laudani de ROUSSEAU Gutt. sex.

COLLYRIUM ANODYNUM, leniens seu sedans, sive Opii cum Camphora Disp. Fuldens. et Ph. Francof.

Rec. Mucil. Cydonior. Unc. unam, Camph. Gran. duo, Extr. Opii Gran. unum, Aq. Rosar. Unc. duas. M. — Ph. Hamburg. p. p. edit. prior. Aquam Rosarum omittit. — GRAY et RENNIE Extr. Opii Gran. decem, Camph. Gran. sex et Aq. dest. fervid. Unc. duodecim praescribunt. — ELLIS Opii Gran. unum, Camph. Gran. quinque et Mucil. Gummi. Arab. Unc. unam, Ph. Gallic. edit. RATIER et HENRY Mucil. Gumm. Arab. Unc. unam, Aq. dest. Unc. quatuor, Opii et Camph. āā Gran. duo sumi proponit.

COLLYRIUM ANODYNUM, sedativum seu resolvens, crocatum Formul. des hopit. milit. de France.

Rec. Croci Part. unam, Aq. bullient. Part. ducentas. Inf. cola absque expressione et adde Tinct. Opii Part. unam.—RATIER Croci Drachm. unam, Aq. bullient. Unc. quatuor et Laudani liq. Drachm. unam praescribit. — ST. MARIE Croci pulv., Sacch. āā Drachm. semis, Aq. Plantag. et Rosar. āā Unc. duas misceri proponit. — MAYR Lactis vaccin. calid. Unc. quatuor et Croci pulv. Scrup. duos intime teri et colari praescribit.

COLLYRIUM ANTIPHLOGISTICUM v. Aqua ophthalmica, saturnina et Collyrium GOULARDI.

COLLYRIUM ANTIVENEREUM Ph. Lusit. edit. prior.

Rec. Aq. Rosar. Unc. octo, Calomel. Scrup. semis, Gumm. Arab. Drachm. unam. M. exactissime.

COLLYRIUM BORACICUM AUGUSTINI.

Rec. Borac. Drachm. semis, Sacch. albi Drachm. unam, Aq. Rosar. Unc. duas. M. — MAYR Aq. Sambuc. Unc. tres, Boracis Gran. quindecim et Sacch. Drachm. semis misceri praescribit.

COLLYRIUM BRUNI seu DE BRUN.

Rec. Aloës hepat. pulv. Drachm. unam, Aq. Rosar., Vini albi āā Unc. unam semis, Tinct. Croci Gutt. triginta. Aloae cum Vino coctae adde Aquam et Tincturam. — BAERENSPRUNG Vini albi, Aq. Rosar. āā Unc. tres et Extr. Aloës āā Drachm. unam praescribit.

COLLYRIUM D. CHARAS, LEMERY.

Rec. Sacch. Candi Unc. unam, Rad. Irid. flor. Drachm. tres, Tut. ppt. Drachm. duas, Sarcocoll., Vitrioli alb., Aloës āā Drachm. unam, Caryoph. Scrup. unum, Aq. Euphras., Foenic. et Rosar. āā Unc. octo, Vini Hisp. Libr. duas. M.

COLLYRIUM COERULEUM v. Aqua ophthalmica coerulea (p. 82.).

COLLYRIUM COMITIS DU BOURG v. Aqua ophthalmica DAGUIN.

COLLYRIUM CONTRA CORNEAE OBDUCTIONEM HIMLY. — Solutio est Cinerum clavellat. Gran. duorum ad sex in Aquae destillatae Unc. una. — RICHTER Boracis et Sacchar. alb. āā Drachm. unam, Extr. Aloës et Opii aq. āā Gran. duodecim in Aq. Rosar. Unc. quatuor solvi praescribit.

COLLYRIUM CROCATUM v. Collyrium anodynum.

COLLYRIUM CUPRI SULPHURICI WARE, RICHARD.

Rec. Vitrioli coerul. Gran. quatuor, Mixt. camph. Drachm. duas, Aq. Rosar. Unc. quatuor. M. — GRAY Vitriol. coerul. Gran. quatuor cum Mixturae camph. Unc. quinque misceri praescribit.

COLLYRIUM CUPRI SULPHURICI CUM BOLO ARMENA GUTHRIE.

Rec. Cupr. sulph., Boli Armen. āā Gran. octo, Camph. Gran. duo. M. et affunde Aq. bullient. Unc. octo. Mixto frigefacto effundatur liquor limpidus, cujus pauxillum saepissime (omni hora) injiciatur inter oculum et palpebras.

COLLYRIUM DETERGENS seu detersivum, resolvens seu tonico-adstringens, sive de Salibus fusis Ph. Gallic. Reinigendes und auflösendes Augenwasser. *Collyre détersif* ou *de Sel unies par fusion*. — Solutio est Lapidis divini in ducentis et quinquaginta Aquae communis Partibus. — VAN MONS ad unam Lapid. divini Partem, triginta duas Aquae Rosarum Part. praescribit. — Ph. Lusitan. antiq. Aq. Rosar. Unc. tres, Lap. divin. Gran. tria et Sacch. Candi Gran. sex, — Ph. Ferrar. et TADDEI Lapid. divin. Scrup. unum, Aquae et Laud. liq. SYDENH. āā Drachm. duas, — et RATIER Sacch. Cand., Pulv. Rad. Irid. flor., Lap. divini āā Drachm. unam, Spir. Vini Unc. unam et Aq. purae Unc. unam semis misceri praescribit. (V. etiam Aqua ophthalmica adstringens cet.)

COLLYRIUM DETERGENS LEMERY.

Rec. Vitri Antimon. alcoh., Tutiae ppt., Sacch. Saturn. āā Scrup. unum, Aquae Eu-

phras., Plantag., Rosar. et Chelid. major. āā Unc. unam. Misce.

COLLYRIUM DETERGENS Ph. Paris.
Rec. Pulv. Rad. Irid. flor. Drachm. tres, Vitriol. albi Drachm. unam semis, Aq. Rosar. et Plantag. āā Libr. unam semis. Digerantur per biduum, postea coletur liquor.

COLLYRIUM EMOLLIENS RATIER. — Est Decoctum Rad. Alth. ex Drachm. duabus cum Aquae Libra una factum.

COLLYRIUM EMOLLIENS RICHARD.
Rec. Aq. dest. Plantag. Unc. quatuor, infunde Sem. Lini Pugill. unum. Cola.

COLLYRIUM EXSICCANS RICHARD.
Rec. Aq. dest. Plantag. aut Cyani Unc. quatuor, Vitrioli albi puri Scrup. unum. (V. etiam Aqua ophthalmica adstringens p. 81.)

COLLYRIUM EX FERNANDEZ seu Injectio Muriatis Hydrargyri sive Mercurii camphorata Ph. Hispan.
Rec. Terebinth. Unc. semis, Vitell. Ovi duo, Merc. praec. albi Drachm. semis, Alumin., Liq. anod. HOFFM., Camph. āā Drachm. unam. Misceantur exactissime in mortario vitreo, tunc admisceantur sensim Aquae Libr. duae et colentur cum expressione. Inter utendum continuo agitari debet.

COLLYRIUM FERRUGINOSUM Ph. Batav. — Est Pulvis ex Vitrioli Mart. Gran. quatuor ad decem et Sacch. Drachm. duabus.

COLLYRIUM FORTIFICANS seu contra Ophthalmiam chronicam.
Rec. Sem. Acac. Drachm. semis, Aq. Rosar. Unc. sex. Infunde in mortario vitreo vel porcellaneo saepius triturans, tunc filtra.

COLLYRIUM GIMBERNATI seu ex Potassa fusa. — Solutio est Alcali vegetab. caust. sicci Gran. unius in Aq. Unc. una. — CADET et PIERQUIN duo Grana sumi proponunt.

COLLYRIUM GOULARDI. — Solutio est Extr. Saturn. Gutt. decem (ad triginta) in Aq. Rosar. (vel destill. simpl.) Unc. sex. — Variant medici in proportione, et addunt subinde Spir. Vini camph. Gutt. viginti. (V. etiam Aqua ophthalmica, saturnina cet.)

COLLYRIUM HELVETII sec. LEMERY cum Collyrio detergente Ph. Gallicae congruit.

COLLYRIUM HYDRARGYRI CORROSIVI v. Aqua ophthalmica CONRADI et mercurialis.

COLLYRIUM HYDRARGYRI OXYMURIATIS RENNIE.
Rec. Merc. subl. corros. Gran. duo, Sal. Ammon. Gran. quinque, Aq. dest. Unc. sex. M.

COLLYRIUM HYDRIODATIS ZINCI seu Zinci iodati PROULETI. — Solutio est Zinci hydriodici Gran. quindecim in Aq. dest. Unc. sex. MOUNOIR et RENNIE quatuor tantummodo Grana Zinci iodati praescribunt.

COLLYRIUM HYOSCYAMI HIMLY sec. AUGUSTIN.
Rec. Extr. Hyosc. Gran. decem. Solve in Aq. dest. Unc. semis. — Alia formula ex Extr. Hyosc. Scrup. uno et Aq. Unc. tribus constat.

COLLYRIUM CONTRA INFLAMMATIONEM CONJUNCTIVAE GRAEFE.
Rec. Lapid. divini Gran. duo, Aq. Rosar. Drachm. septem, Mucil. S. Cydon. Drachm. unam, Laud. liq. SYD. Drachm. semis. M.

COLLYRIUM DE ST. JERNEROH sec. VAN MONS.
Rec. Vitrioli albi Part. quatuor, Vitriol. coerul. Part. unam, Spir. Vini camph. Partis quadrantem. Solve in Infus. Hb. Rutae Part. sex cum Aq. Part. quatuordecim factas. (V. etiam Aqua d'ALIBOURT [p. 41.] et Aqua ad Oculos d'YVEL [p. 81.])

† COLLYRIUM seu AQUA LANFRANCI, Vinum compositum LANFRANCI, Mixtura seu Solutio cathaeretica, Solutio Cupro-arseniata.
Rec. Vini alb. gener. Part. quingentas, Aq. Plantag. et Rosar. āā Part. nonaginta sex, Auripigmenti Part. octo, Aerug. Part. quatuor, Myrrh. et Aloës āā Part. duas cum tribus quincuncibus. Tere diu in mortario vitreo et serva. — Ph. Bruxell. Vini albi, Aq. Rosar., Plantag. et Solani āā Unc. quatuor, Alum. Rochae, Sacch. Candi āā Unc. semis, Vitrioli albi, Aerug. āā Drachm. duas, Pulv. Aristol. rot. Drachm. tres leviter ebulliri, colari et addi praescribit Pulv. Praecipitati Drachm. duas.

COLLYRIUM LENIENS v. Collyrium anodynum.

COLLYRIUM MERCURIALE Ph. nosoc. civil. Argentor.
Rec. Merc. subl. corr. Gran. semis, Aq. dest. Unc. sex, Laud. liq. SYDENH. Drachm. semis. M.

COLLYRIUM MERCURIALE et ex Muriate Hydrargyri oxygenato v. Aqua ophthalmica mercurialis.

COLLYRIUM METALLICUM BATE.
Rec. Croci Metall. subt. pulv. Drachm. unam, Vitriol. albi Scrup. semis, Aq. Rosar. Unc. unam semis, Aq. Flor. Cichor. sylv. per deliq. Unc. duas semis. Macera tepide per sex horas, et filtra.

COLLYRIUM CONTRA MYDRIASIN SUNDELIN.
Rec. Hb. Nicot. virg. Drachm. unam semis, Liq. Ammon. acet. Drachm. tres, Aq. fervid. Unc. unam semis. Digere per ¼ horae et cola.

COLLYRIUM MOLLE v. Unguentum ophthalmicum.

COLLYRIUM NARCOTICUM CADETI.
Rec. Infusi Hyosc. Libr. semis, Extr. Bellad. Gran. octo, Extr. Opii Gran. quatuor. Solve et misce.

COLLYRIUM NARCOTICUM GRAEFE.
Rec. Succi Bellad. evaporatione inspiss. Scrup. semis, Succ. Hyosc. evap. insp. Scrup. unum, Aq. Lauroceras. q. s., ut f. Liquamen melliforme.

COLLYRIUM NIGRUM GRAEFE.
Rec. Extr. Hyosc. Gran. quindecim, Aq. Rosar. Unc. semis, Aq. Calcis Unc. tres, Merc. dulc.

Scrup. semis. Misce exactissime. — Alia formula ex Infusi Belladonnae Unc. septem, ex Drachmis duabus Herbae paratis, Aq. Calcis Unc. octo et Merc. dulcis Scrup. duobus constat.

COLLYRIUM IN OPHTHALMIA AEGYPTIACA Rust. — Miscella est Ol. Vitrioli rect. Gutt. trium et Aquae destill. Unc. unius.

COLLYRIUM OPIACEUM Hospit. infant.
Rec. Decocti Sem. Lini Unc. quatuor, Croci et Laud. liquid. Sydenh. āā Drachm. unam. M. — Ratier Extr. Opii Gran. duo in Aq. dest. Unc. quatuor solvi proponit. Variat tamen ingredientium ratione.

COLLYRIUM OPII Gray.
Rec. Opii Gran. decem., Camph. Gran. sex, Aq. fervent. Unc. duodecim. (De Collyrio opiato seu Opii et cum et sine Camphora v. etiam Collyrium anodynum.)

COLLYRIUM CONTRA PALPEBRARUM PRAECLUSIONEM SPASTICAM Hufelandi. — Miscella est Tinct. Stramonii Drachm. duarum et Aq. dest. Drachm. sex. — Sundelin Extr. Opii aq. et Ciner. clavell. dep. āā Gran. quatuor in Aq. Sambuci Unc. sex solvi proponit.

COLLYRIUM PLUMBATUM seu Plumbi Acetatis v. Aqua ophthalmica saturnina et Collyrium Goulardi.

COLLYRIUM RESOLVENS Formul. de medic. de Paris.
Rec. Decocti vel Aq. dest. ophthalm. Unc. sex, Pulv. Rad. Irid. flor. Scrup. unum, Camph., Croci āā Gran. octo, Spir. Vini Drachm. unam, Sacch. Candi Scrup. unum. M.

COLLYRIUM RESOLVENS Richard.
Rec. Aq. Rosar., Plantag. āā Unc. duas, Sacch. Candi Drachm. unam. — Alia formula: Rec. Infus. Fl. Sambuc. Unc. quatuor, Sacch. Saturn. Gran. duodecim, Tinct. vulnerar. Drachm. duas.

COLLYRIUM RESOLVENS Richard sec. Spielmannum.
Rec. Sacch. Saturni, Sal. Ammon. dep. āā Gran. tria, Aq. font. Unc. duodecim. (V. etiam Aqua ophthalmica saturnina, Collyrium anodynum, detergens, saturninum cet.)

COLLYRIUM RESOLVENS Cadet et St. Marie.
Rec. Aerug., in aliquot Gutt. Aceti dissoluti, Gran. sex, Aq. Rosar. Unc. octo, Laud. liq. Sydenh. Drachm. duas. M. — Alia formula: Rec. Pulv. Rad. Irid. flor., Vitrioli albi āā Drachm. unam semis, Sacch. Cand. Scrup. duos, Aq. Rosar. Libr. unam. Digere per 3 dies et cola. (V. etiam Liquor ophthalmicus detergens.) — Alia formula St. Marie: Rec. Vitell. Ovor. rec. duo, Aq. Rosar. Libr. unam. Tritura semel et adde Vitrioli albi Gran. duodecim ad viginti quatuor.

COLLYRIUM RESOLVENS Hospit. infant. — Miscella est Flor. Zinci Gran. unius et Aq. Plantag. Unc. unius. — Pierquin Tutiae ppt. Drachm. semis, Aloës Drachm. unam, Aq. Rosar., Foenic. et Euphras. āā Unc. unam misceri proponit. (V. etiam Aqua ophthalmica Daguin p. 82.)

COLLYRIUM seu AQUA OPHTHALMICA ROBORANS Graefe. — Miscella est Vitrioli albi Gran. trium, Aq. Rosar. Unc. trium, Mucil. Sem. Cydon. Drachm. unius et Laud. liq. Syd. Drachm. semis.

COLLYRIUM ROBORANS Mayr. — Miscella est Aq. ophthalm. coerul. Unc. trium, Aq. styptic. vuln. Drachm. duarum et Aq. destill. Unc. duarum.

COLLYRIUM ROBORANS Ph. Paris.
Rec. Vini Hispan. opt. Libr. duas, Aq. Rosar., Chelid., Foenic., Euphras., Rutae āā Unc. duas, Pulv. Caryoph. Unc. unam, Sacch. Cand. Unc. semis, Tut. ppt. Unc. unam semis, Aloës, Myrrh., Macid. āā Drachm. duas, Camph., Croci āā Scrup. duos. Mixta insolentur per 15 dies saepius agitando, tunc serventur.

COLLYRIUM ROBORANS Richard sec. Spielmann.
Rec. Aq. Rosar. Unc. quatuor, Vini emet. Unc. semis, Bals. Fioravant. Drachm. duas. M.

COLLYRIUM ROSARUM, *Hydrolé de Sulphate de Zinc composé* Henry et Guibourt, cum Collyrii resolventis Cadet et St. Marie secunda formula ex Rad. Ireos, Vitriolo albo, Sacch. cet. constante congruit.

COLLYRIUM RUBRUM Bories, Pierquin cet.
Rec. Ciner. clavell. dep. Gran. viginti quatuor, Camph. Gran. decem, Aq. Chelidon. maj. Unc. duas. Digere per 24 horas, filtra et adde Tinct. Aloës Gutt. viginti quatuor ad triginta.

COLLYRIUM SACCHARI SATURNI Gray cet. — Solutio est Sacch. Saturni Gran. sex in Aquae Rosar. Unc. sex. — Alia formula quindecim Sacch. Saturni Grana praescribit. — Taddei Sacch. Saturni Drachm. sex, Vitrioli albi Scrup. semis et Aq. Rosar. Unc. sex praescribit. (V. etiam Aqua ophthalmica, saturnina, Collyrium Goulardi, resolvens cet.)

COLLYRIUM DE SALIBUS IGNE FUSIS v. Collyrium detergens et Lapis divinus.

COLLYRIUM SAPPHIREUM v. Aqua ophthalmica coerulea.

COLLYRIUM SATURNINUM Ph. nosoc. civ. Argentor. — Solutio est Sacch. Saturni Gran. quatuor in Aq. Rosar. Unc. quatuor.

COLLYRIUM SATURNINUM Augustin.
Rec. Alumin. crudi Drachm. unam, Plumbi acet. Gran. decem. Solve in Aq. Rosar. Unc. quatuor. — Alia formula: Rec. Infusi Sambuci Unc. sex, Extr. Saturni Drachm. duas, Spir. Vini camph. Drachm. unam. — Selle Aceti Saturni et Spirit. Vini camph. āā Drachm. duas, Aquae Chamom. Unc. octo et Vitrioli albi Drachm. unam, — Schmidt Vitrioli albi Scrup. unum, Acet. Saturni Drachm. semis, Aq. dest. Unc. decem et Spir. Vini camph. Drachm. duas praescribit. In alia formula praeterea Alumin. crudi Scrup. unum addi

proponit. (V. etiam Aqua ophthalmica saturnina, Collyrium resolvens, Sacchari Saturni, Zinci cet.)

COLLYRIUM SATURNINUM Mayr. — Miscella est Extr. Saturni Gran. decem cum Aquae Sambuci Unc. tribus.

COLLYRIUM SATURNINUM Scarpa. — Miscella est Sacch. Saturn. Gran. trium, Aq. dest. Unc. sex, Mucil. Tragac. Unc. semis et Spir. Vin. camph. Gutt. sex.

COLLYRIUM SATURNINUM Vogt. — Miscella est Acet. Saturn. Drachm. unius, Spirit. Vini Drachm. duarum et Aquae Rosar. Unc. sex.

COLLYRIUM SATURNINUM CUM OPIO Augustin.

Rec. Plumbi acet. Gran. tria, Opii puriss. Gran. quatuor, Sem. Cydon. Gran. sex. Fiat cum s. q. Aq. Rosar. Emulsio Unc. duarum vel trium. — Vel: Rec. Aq. saturn. Goulard., Rosar. āā Unc. duas, Opii Gran. octo. Solve. — Vel: Rec. Sem. Cydon. Gran. sex, Plumbi acet. Gran. tria, Aq. Rosar., Foenic. āā Unc. duas. M., adde Tinct. Opii crocat. Drachm. unam semis.

COLLYRIUM Scarpae v. Collyrium saturninum.

COLLYRIUM SEDANS et SEDATIVUM v. Collyrium anodynum.

COLLYRIUM SEDATIVUM Ph. nosoc. civ. Argentor.

Rec. Sem. Cydon. Gran. decem. Infunde Aq. Rosar. Unc. quatuor. Colat. adde Extr. Opii aq. Gran. duo.

COLLYRIUM SICCUM Baldinger.

Rec. Sacch. alb., Tart. dep., Boli alb. āā Drachm. unam. M.; f. pulv. subtiliss.

COLLYRIUM SICCUM seu Pulvis ophthalmicus Beer.

Rec. Alumin. usti, Zinci sulph. dep., Boracis āā Scrup. unum, Sacch. alb. Scrup. duos. M.; f. pulv. subtilissimus. — Sundelin Aluminis usti et Sacchari albissimi āā Part. aequales in pulverem subtilissimum redigi proponit.

COLLYRIUM SICCUM Cadet.

Rec. Tutiae ppt., Pulv. Rad. Irid. flor., Sacch. cryst. āā Part. aequales. M.; f. pulv. subtilissimus. — Ph. Lusit. edit. prior. Rad. Irid. omittit.

COLLYRIUM SICCUM Graefe.

Rec. Pulv. Extr. Bellad. ad aërem sicc. Scrup. semis, Pulv. Extr. Hyosc., Pulv. Opii puri āā Scrup. unum. M.

COLLYRIUM SICCUM Kranz.

Rec. Salis communis, Conch. praep. āā Drachm. unam. M.; f. pulv. subtiliss.

COLLYRIUM SICCUM Ratier cet.

Rec. Calomel., Sacch. albi āā Scrup. unum, Opii Gran. quatuor. M.; f. pulv. subt.

COLLYRIUM SICCUM Dupuytrenii sec. Richard ex Merc. praec. rubri Gran. decem, Tutiae Gran. undeviginti et Sacch. Drachm. una constat.

COLLYRIUM SICCUM Lagneau.

Rec. Sacch. Candi, Zinc. oxyd. aut Kali nitr. āā Drachm. unam. M.; f. pulv. subt.

COLLYRIUM SICCUM Van Mons.

Rec. Merc. subl. corros., Cupri muriat. oxyd. āā Gran. quatuor, Rad. Irid. flor. Drachm. semis et Sacch. albiss. Drachm. duas. M.

COLLYRIUM SICCUM AMMONIACALE, Leysons odorous Powder.

Rec. Pulv. Sal. Ammon. Unc. unam semis, Calcis extinct. pulv. Unc. duas, Cinnam. Scrup. unum. Misceantur leviter in vitro alto bene claudendo, et tegatur miscella strato Calcis extinctae. — Alii Olei cujusdam aetherei, e. g. Caryophyllorum, insuper addunt. — Plerumque etiam strata Carbonum et Boli Armenae alternatim adjiciuntur, quod vaniloquentiae est.

COLLYRIUM SIMPLEX seu Calcitrapae Bories, Pierquin.

Rec. Succi Calcitrapae Unc. tres, Spir. Vini simpl. Unc. unam. M.

COLLYRIUM Stierncronense v. Aqua ophthalmica Odheli (p. 83.).

COLLYRIUM SUPERSULPHATIS ALUMINAE ET POTASSAE v. Aqua ophthalmica aluminosa.

COLLYRIUM DE SULPHATE ZINCI Ph. Gallicae. — Mixtio est Vitrioli albi Drachm. unius, Aq. Rosar. Libr. unius et Spir. Vini Unc. unius.

COLLYRIUM TEMPERANS Formul. de medic. de Paris.

Rec. Aquae Sperniol. et Solani āā Unc. tres, Troch. albi Rhasis Drachm. unam, Sacch. Saturn. Gran. decem. M.

COLLYRIUM TENGUIANUM Pierquin.

Rec. Sacch. Saturni Gran. quindecim, Sal. Ammon. Gran. tria, Aq. Rosar. Unc. sex. M. (V. etiam Collyrium resolvens.)

COLLYRIUM TONICO-ADSTRINGENS v. Collyrium detergens.

COLLYRIUM TONICUM Bories.

Rec. Hb. Rutae rec., Flor. Arnic. āā Man. semis, Bacc. Junip. Drachm. duas, Rad. Ipecac. Gran. triginta, Vini albi Unc. duodecim. Digere per 24 horas, colat. adde Vitrioli albi Gran. viginti, Sal. Ammon. Gran. triginta.

COLLYRIUM IN VARIOLIS Formul. de medic. de Paris.

Rec. Aq. Rosar. et Plantag. āā Unc. tres, Pulv. Croci Gran. quindecim. M.

COLLYRIUM VITRIOLI ALBI seu vitriolicum Mayr. — Solutio est Vitrioli albi Gran. trium in Aq. Rosar. Unc. tribus. — Richter Aq. dest. simpl. sumi jubet. (V. etiam Aqua ophthalmica adstringens p. 81.)

COLLYRIUM VITRIOLI COERULEI Gray v. Collyrium Cupri sulphurici.

COLLYRIUM ZINCI Ph. nosoc. Argent. — Solutio est Vitrioli albi Gran. decem in Aq. Sambuci Unc. quatuor.

COLLYRIUM ZINCI seu Zinci Sulphatis v. Aqua ophthalmica adstringens (p. 81.).

COLLYRIUM ZINCI seu Acetatis Zinci Ware, Richard et Rennie.

Rec. Zinci acet. Drachm. semis, Aq. dest. Libr. unam. M. — Ph. Americana Vitrioli albi Gran. duodecim, Sacch. Saturni Gran. sedecim, et Aquae Octar. semis praescribit. (V. etiam Collyrium adstringens.)

COLLYRIUM ZINCI IODATIS v. Collyrium Hydriodatis Zinci.

COLLYRIUM ZINCI SULPHATIS CAMPHORATUM Rennie.

Rec. Vitrioli albi Gran. quindecim, Camph. Gran. decem, Aq. bullient. Unc. sex. M. — Gray Vitrioli albi et Spir. Vini camph. āā Drachm. semis, et Aquae Libr. duas praescribit. In alia formula etiam Aq. Rosarum addi praescribit. — Bories Vitrioli albi Gran. viginti, Camphorae Gran. quatuor, Aq. Rosar., Euphras. et Plantag. āā Unc. unam misceri proponit. — Swediaur Vitrioli albi Gran. sex, Aq. dest. Unc. sex, Muc. Cydon. Unc. unam et Spirit. Vini camph. Gutt. duodecim praescribit.

COLLYRIUM E ZINCO SULPHURICO Augustin.

Rec. Zinci sulph. Gran. tria, Albumen Ovi unum, Aq. Rosar. Unc. unam semis. M. — Vel: Rec. Zinci sulph. Gran. unum. Solve in Aq. Rosar. Unc. una, adde Mucil. Sem. Cydon. Drachm. unam. — Ph. Sardoa Vitellum Ovi coctione concretum eximi, Vitriolum album ingeri et liquorem post aliquod tempus profluentem cum Aquae Rosarum et Plantaginis āā Unc. sex commisceri proponit.

COLLYRIUM ZINCI SATURNINO-CAMPHORATUM Augustin.

Rec. Aq. dest. Unc. decem, Zinc. sulph. Scrup. unum, Aceti Saturn. Drachm. semis, Spir. camphorat. Drachm. duas. M.

COLOCYNTHIS PRAEPARATA v. Trochisci Albandal.

COLUMBIUM seu COLUMBINUM.

Kolumbin. *Columbine.* — Paratur ex Radice Columbo extrahendo Spiritus Vini rectificatissimi ope, et abstrahendo ex solutione clara spiritum ad tertiae partis remanentiam. Post aliquot dies Columbium impurum secernitur, quod iterate solvendo in Spiritu Vini rectificatissimo, tractando solutionem cum Carbone animali et crystallisando depurandum. — Prismata exhibet decolora, oblique rhombica cet., vel tenerrima acicularia, aëre immutabilia, sapore peramaro, ad reagentia neutralia sese habentia. Columbium leni calore liquefit et calore auctiore destruitur; aegre solvitur in aqua frigida, spiritu vini et aethere frigido, facilius in spiritu vini fervido; solvitur etiam in oleis aethereis et in liquoribus alcalinis, acida solutiones alcalinas praecipitant; in aceto radicali praecipue solubile; solutio aquosa neque salium metallicorum, neque tincturae gallarum ope praecipitatur. — *Part. const.:* Carbonei 7, Hydrogenii 7 et Oxygenii 2 Pond. Mixt. — *Vis:* Radicis, et quidem in statu concentratissimo; in majori dosi facile nociva. — Principium hoc peculiare organicum medicorum attentione omnino dignum.

CONCHAE seu TESTAE OSTREARUM CALCINATAE sive ustae, Calx Concharum seu Testarum.

Gebrannte Austerschalen. *Coquilles calcinées* ou *brulées.* — Parantur ex Conchis marinis bene mundatis (v. Conchae praeparatae) ustione inter prunas, uti Calcaria pura caustica (p. 146.), quacum etiam, quoad proprietates, congruit et pari modo, praecipue ad Aquam Calcis ex Conchis (p. 50.) et ad Calcem Antimonii cum Sulphure (p. 147.), adhibetur.

CONCHAE CITRATAE, Calx seu Calcaria citrica impura, Citras Calcariae seu calcicus. Citronensaure Austerschalen, citronensaurer Kalk. *Coquilles citrées.*

Rec. Conch. praeparatar. quantum vis. Superaffunde sensim, semper ebullire faciens, Succum Citri depuratum, donec effervescentia desierit, et evapora miscellam semper agitando ad siccum. — Pulvis albus, cinerascens, fere insipidus et insolubilis, facilior autem solutu in aqua frigida quam in calida (v. etiam Acidum Citri p. 18.). — Puriorem obtinebis, si liquor clarus supernatans a sedimento objiciatur et pulvis aqua bulliente eluatur (v. Acidum Citri l. c.). — Ph. Wirtemb. (et aliae pristinae Pharmacopoeae) dimidium tantummodo Pondus Succi Citri ad totum Concharum praescribunt, quod nimis parum. Residuum tunc miscella est Calcariae citricae et carbonicae. Permittit etiam Succo Citri Acetum substitui, quo Conchae saturandae, quo facto Calcaria acetica obtinetur.

CONCHAE PRAEPARATAE. Präparirte Muscheln. *Coquilles préparées.*

Synon.: Conchae marinae seu Testae Ostrearum praeparatae. Präparirte Austerschalen. *Ecailles d'Huitres préparées.*

Rec. Concharum quantum vis. Abluantur primum multum diluto Lixivio kalino, decoquantur deinde Aqua pura et scopae ope mundentur a quisquiliis, abluantur iterum et siccentur; terantur in pulverem subtilissimum, laevigentur Aqua, et siccetur pulvis. — Pulvis albissimus impalpabilis, insipidus,

insolubilis in aqua, facilis solutu in pluribus acidis inter effervescendum. Ceterum cum Creta (I. 54.), Lapide calcario puro (I. 167.) cet. congruit. Est Calcaria carbonica cum pauxillo Calcariae phosphoricae et Texturae membranosae animalis mixta.

Puritas investigatur uti Cretae (I.54.); acida solummodo vestigia membranularum gelatinosarum relinquant.

Usus: Uti Cretae, praecipue tanquam absorbens adhibetur et ad alia praeparata inservit.

Pristinae Pharmacopoeae, v. c. Wirtembergica, Testas Concharum oblongarum cum Aceto forti macerari praescribunt, ut sordes atque mucor abradi queant, tunc uti memoratum tractari. — Aliae pulpam ex laevigatione cum Aqua ortum per infundibilem pennae ope premendum praescribunt, ut efformentur pyramidulae, quae siccantur. — Ph. Argentoratensis praescribit Conchas antea calcinari et postremo in pulverem vel pastillos redactos servari.

CONCHAE SULPHURATAE. Austerschalen mit Schwefel. *Coquilles avec du Soufre.* — Miscella est Concharum pptar. et Flor. Sulphur. lot. āā Part. aequalium.

CONCHAE USTAE v. Conchae calcinatae.

CONCINNUM v. Tanninum.

CONDITA. Mit Zucker eingemachte Sachen. *Confitures.* — In summa rei uti Caules Angelicae ex Ingredientibus recentibus cum Saccharo (p. 161.) parantur.

CONDITUM ALLII, Allium conditum Bate. Eingemachter Knoblauch. *Ail confit.*

Rec. Rad. Allii mundat. Libr. unam. Coque paullum in Aq. font., quae abjiciatur. Tum coque in Aq. Hyssopi ad mollitiem perfectam. Liquor cum Libra una Sacch. opt. coquatur in Syrupum, circa finem addendo Allium cum Ambrae griseae Gran. viginti quatuor, Moschi Gran. quatuor, in nodulum ligatis, Spir. Hormini Unc. duabus.

CONDITUM ANTHELMINTICUM v. Electuarium.

CONDITUM ANTIEPILEPTICUM v. Opiatum.

CONDITUM seu CONFECTIO AURANTIORUM — ex Corticibus recentibus pari modo atque Caules Angelicae (p. 161.) parari potest. Ph. Wirtemb. Cortices primum cum Lixivio Cinerum infundi et semel ebullire curari praescribit, ut mollescant, tunc Aqua calida ablui, humore superfluo orbatos, Saccharo clarificato et fere ad consistentiam tabulati cocto affundi ad supereminentiam unius digiti et sic servari. — Ph. Suecica Cortices in Aqua fluviatili, quotidie mutanda, macerari praescribit, donec mollescant, tunc mutata iterum Aqua coqui usque dum culmo secalino perforari queant, porro Cortices, ab albedine mundatos, cribro subverso imponi, ut ab humore superfluo liberentur; postea in vas vitreum inditis affundi Syrupum simplicem, qui eos tegat. Post diem unum alterumve Cortices eximuntur, qui Syrupo, modico calore spissato atque refrigerato, iterum immerguntur et post aliquot dierum macerationem denuo eximuntur; Syrupus residuus, cum Saccharo, iterum ad justam spissitudinem redactus, postea Corticibus adjicitur, ut superemineat. — Si Conditum e Corticibus recentibus paratur, maceratione non opus est. — Plerumque autem emitur (I. 40.).

CONDITUM BACCARUM ALKEKENGI seu Alkekengi Conditum Bate. Eingemachte Schlutten oder Judenkirschen. *Coquerets confits.*

Rec. Bacc. Alkekengi rec. Unc. sex. Cont. affunde Aq. Lactis Libr. unam semis, exprime succum et clarifica Albumine Ovor. Adde Bacc. rec. Alkekengi integras et leniter coque cum N. M. Drachm. tribus, Troch. Gord. Drachm. duabus, Rad. Eryng candefact. Unc. duabus ad teneritudinem. Baccis coctis et exemtis liquorem cum pari pondere Sacchari coque in Syrupi consistentiam, in quo Baccae condiantur.

CONDITUM BACCARUM BERBERIS. Eingemachte Sauerachbeeren. *Baies d'Epine vinette confites.* — Sine praevia coctione Saccharo ad consistentiam tabulati cocto immerguntur.

CONDITUM BACCARUM OXYCOCCOS. Eingemachte Moosbeeren. *Canneberges confites.* — Pari modo paratur. — Uti et

CONDITUM BACCARUM RIBIUM. Eingemachte Johannesbeeren. *Grosseille confites,* — et

CONDITUM BACCARUM RUBI IDAEI. Eingemachte Himbeeren. *Framboises confites.*

CONDITUM BACCARUM VITIS IDAEAE. Eingemachte Preißelbeeren. *Canneberges ponctuées confites.* — Pari modo paratur.

CONDITUM seu CONFECTIO CALAMI AROMATICI. Ueberzuckerter Kalmus. *Calamus aromatique confit.* — Ex Radice recenti cortice mundata, uti Caules Angelicae (p. 161.) paratur. — Ph. Suecica uti Conditum Aurantiorum (v. supra) parari praescribit.

CONDITUM CARYOPHYLLORUM uti Conditum Aurantiorum paratur. Plerumque autem ex India advehitur.

CONDITUM CATECHICINUM v. Electuarium Diascordii cet.

CONDITUM CERASORUM ACIDORUM. Eingemachte Weichselkirschen. *Cerises confites* — uti Conditum Baccarum Berberis cet. paratur.

CONDITUM (Radicis) CICHORII uti Caules Angelicae conditi paratur.

CONDITUM seu CONFECTIO CITRI. — Uti Conditum Aurantiorum paratur. Pariter autem plerumque emitur (I. 40.).

CONDITUM CORNORUM. Eingemachte Dürrlitzen oder Kornelkirschen. *Cornouilles confites.* — Uti Conditum Baccarum Berberis paratur.

CONDITUM CORROBORANS seu Marmelada adstringens SWEDIAUR.

Rec. Terebinth. coctae Unc. unam. Tere in mortario cum Bals. Copaiv. Unc. semis, adde Mucil. Gumm. Arab. Unc. unam, Conserv. Rosar. Unc. quatuor. M. exacte.

CONDITUM CYCLAMINIS. — Uti Conditum Calami paratur.

CONDITUM seu Myva CYDONIORUM. Eingemachte Quitten, Quittenbrod. *Coings confits.* — Ex totis Fructibus maturis cortice et seminibus liberatis uti Conditum Aurantiorum paratur, omissa tamen tractatione cum Lixivio Cineris.

CONDITUM CYNOSBATOS. Eingemachte Hainbutten. *Grattes-Cu confits.* — Uti Conditum Berberis paratur.

CONDITUM (Radicis) ENULAE. Eingemachte Alantwurzeln. *Racine d'Aunée confite.* — Uti Conditum Calami paratur.

CONDITUM EPILEPTICUM v. Electuarium.

CONDITUM (Radicis) ERYNGII. Eingemachte Mannstreuwurzel. *Racine de Chardon ROLAND confite.* — Uti Caules Angelicae paratur.

CONDITUM FRAGORUM. Eingemachte Erdbeeren. *Fraises confites.* — Uti Conditum Berberis paratur.

CONDITUM HYDRARGYRO-UNGUINOSUM v. Linimentum mercuriale.

CONDITUM IRIDIS SACCHARATUM v. Marmelada.

CONDITUM MUSCARIUM SWEDIAUR. Eingemachte Fliegenschwämme. *Agarique tue-Mouche confits.*

Rec. Agarici muscarii sicci Drachm. duas, Amygd. dulc. excort. Unc. unam semis, Sacch. alb. Unc. tres. Saccharo et Agarico contusis commisce pulverem cum Amygdalis et adde suff. Syr. Amygdalarum quantitatem.

CONDITUM NEPHRITICUM seu Marmelada nephritica SWEDIAUR.

Rec. Terebinth. Scrup. duos, Ol. Amygd. dulc. Unc. duas, Contere et adde Roob Junip. absque Saccharo Unc. quatuor, Ocul. Cancror. ppt. Unc. semis.

CONDITUM NUCUM JUGLANDIUM. Eingemachte welsche Nüsse. *Noix confites.*

Rec. Nucum Jugland. immatur., ad finem mensis Junii collectorum, quantum vis. Perforentur undique festuca atque per sex vel octo dies in aqua macerentur, quotidie aquam recentem superaffundendo, postea ad mollitiem coquantur, Caryophyllis aromatic. et Cinnamomo hinc inde stipentur et Saccharo clarificato, ad consistentiam tabulati cocto, immergantur.

CONDITUM PECTORALE v. Electuarium.

CONDITUM seu CONFECTIO PROSCARABAEORUM v. Meloës majales Melle conditi.

CONDITUM PRUNORUM. Eingemachte Zwetschen. *Pruneaux doux confits.* — Uti Conditum Berberis paratur.

CONDITUM PURGATIVUM SAUNDERS.

Rec. Arcani duplic. Drachm. unam, Crem. Tartari Unc. semis, Rad. Rhabarb. Drachm. unam semis, Pulp. Tamarind. Unc. duas. — ST. MARIE Rhabarb., Crem. Tartari āā Drachm. duas, Pulp. Prunor. Unc. octo et Syr. Cydon. q. s. misceri proponit. (V. etiam Pulticula saponacea.)

CONDITUM (Radicis) SATYRII. Eingemachte Stendelwurzel. *Racines de Satyrion confites.* — Uti Caules Angelicae conditi paratur.

CONDITUM (Radicis) SCORZONERAE. Eingemachte Scorzoneren oder Schwarzwurzel. *Scorzonères confites.* — Pari modo paratur.

CONDITUM TAMARINDINACEUM SWEDIAUR.

Rec. Pulv. Fol. Senn. Drachm. tres, Crem. Tartar. Drachm. unam semis, Mannae, Pulp. Tamarind. āā Unc. unam semis, Syr. simpl. q. s.

CONDITUM UVARUM. Eingemachte Trauben. *Raisins confits.* — Uti Conditum Berberis paratur.

CONDITUM VERMIFUGUM seu Marmelada vermifuga SWEDIAUR.

Rec. Ol. Terebinth. Drachm. duas, Tereb. purae Unc. unam semis. Misce triturando cum Vitello Ovi unius et adde Mellis Unc. duas. (V. etiam Electuarium.)

Alia Condita ex Vegetabilibus recentibus facile analogice methodis indicatis parari possunt, si requiruntur.

CONEINA seu CONEINUM v. Coniinum.

CONFECTIO ALKERMES Londin. sec. Ph. Wirtemberg. cet. Alkermes. *Confection d'Alkermes.*

Rec. Succi Gran. Alkermes tepefacti et colati Libr. tres, Aq. Rosar. Unc. sex, Ol. Cinnam. Scrup. semis, Sacch. puriss. Libr. unam. Saccharum cum Aqua Rosar. balnei calore liquefac in Syrupum, deinde Succum Kermes immisce et postquam refrixit Ol. Cinnam. adde vel (id quod magis commodum) Oleum Cinnam. frustulo Sacchari instilla, in Elaeosaccharum tere et tunc demum, ut eo facilius et aequabilius distribuatur, forma pulveris admisce. — Disp. Fuldense Succi Pomor. Borsdorfian. et Sacchari, Succi Chermes spissioris āā Unc. quatuor et Cinnam. alcoholisati Unc. unam l. a. misceri proponit. — Aliae formulae ad Alkermes passim magis compositae sunt. E. g. Ph. Hispan. ad Confectionem Margaritarum kermesinam seu Alkermes, Margaritar. laevigat., Lap. Lazuli laevig. āā Drachm. duas, Pulv. Cinnam. Manilensis et Lign. Aloës āā Drachm. sex cum Syr. Kermes rec., ad Mellis liquid. consistentiam inspissati, Libr. una semis misceri praescribit. — VAN MONS Alumin. Scrup. quatuor, Coccionell. Unc. semis, Cass. lign. et Lign. Rhodii āā Drachm.

sex, Lign. Aloës Unc. unam, Flor. Rosar. rubr. Unc. unam semis, Corall. rubr. Unc. quatuor, Gran. Kermes rec. Unc. duas, Cinnam. Unc. sex cum Syr. Kermes clari q. s. misceri proponit. — Ad Confection Alkermes modifiée Ambr. gris., Sacch. albi āā Gran. duodecim, Cinnam. Unc. unam, Syr. Kermes Unc. quatuor et Gelat. Pomor. Unc. sex misceri suadet. — Sec. MESUE: Rec. Succi Pomor. rec. Unc. sedecim, Sacch. alb. Unc. triginta Dissolutis et clarificatis addantur Succi Gran. Kermes Monspeliens. Unc. sedecim, Pulv. Cinnam. Unc. semis, Pulv. Coccionell. Drachm. tres, Fol. Auri Nro. quinquaginta. Agitentur spatula lignea in vase lapideo ad Auri foliati comminutionem. Habebis Confectionem Alkermes incompletam. — Si Confectio Alkermes completa desideratur, addantur Ambr. gris., Saccharo tritae, Gran. viginti, et Moschi, Saccharo triti, Gran. decem. — Ph. Helvetica sec. antiquiorem praescriptionem Lign. Aloës et Cinnam. āā Drachm. sex, Margarit. Oriental. Drachm. unam semis et Coccionellae, cum aliquot Gutt. Ol. Tart. per deliq. tritae, Drachm. semis cum Succi Pomor. Borsdorf., Sacchari et Succi Gran. Kermes āā Libr. una semis commisceri et Folia Auri triginta addi praescribit. — Aliae, uti Ph. Palatina, admiscebant porro Lap. Lazuli Drachm. unam semis. — Codex medic. Paris. Pulv. Gran. Kermes, vulgo Pastel de Kermes, Unc. unam, Lign. Santal. citr. Unc. unam semis, Lign. Aloës Unc. semis et Rhodii Drachm. unam semis, Flor. Rosar. rubr. Drachm. sex, Cinnam. acuti Unc. tres, Cass. lign. Drachm. tres, Coccionell. Drachm. tres, Margarit. Orient., Corall. rubr. āā Unc. unam et Fol. Auri Scrup. unum in pulverem redigi praescribit, et hujus pulveris Unc. semis cum Syr. kermesin. Unc. quatuor, qui balneo Mariae calefactus, per setaceum trajectus et ad Syrupi consistentiam inspissatus fuit, commisceri praescribit.

CONFECTIO AMYGDALARUM Ph. Londin. Mandelconfect. *Confection d'Amandes.*

Rec. Amygdal. dulc. Unc. unam, Gummi Arab. pulv. Drachm. unam, Sacch. purif. Unc. semis. Amygdalis prius in Aqua maceratis, demtisque pelliculis, omnia simul contunde, donec corpus unum sit. — VAN MONS Gummi Arab. Part. unam, Sacch. albi Part. duas et Amygdal. dulc. Part. quatuor l. a. optime misceri praescribit.

CONFECTIO AMYGDALARUM SICCA seu Amygdalae tostae et saccharatae. Geröstete Mandeln. *Amandes confites.* — Parantur incrustando Amygdalas dulces excorticatas et paulisper torrefactas Saccharo clarificato et ad consistentiam tabulati cocto, dum in illud immersae, vase de igne demto, tamdiu moventur, donec Saccharum refrixerit et induruerit, plerumque colorantur paullo Pulv. Lign. Santal. rubri vel Croci et Pulv. Cinnam. aromatisantur.

CONFECTIO ANACARDINA Disp. Viennens.

Rec. Myrobalan. Chebul., Emblic., Bellirie., Indar., Pip. nigr. et longi, Castor. āā Drachm. duas, Anacard. ppt., Sem. Nigell., Bacc. Lauri āā Drachm. sex, Rad. Cyperi rot. Unc. semis. Omnibus pulveratis et mixtis additur Mellis Triplum, ut f. electuarium.

CONFECTIO (Seminis) ANISI. Ueberzuckerter Anis. *Anis confit.* — Uti Confectio Seminis Cinae paratur.

CONFECTIO ANISI LAXATIVA Ph. Wirtemberg. Ueberzuckerter Laxiranis. *Confection d'Anis laxativ.*

Rec. Sem. Anisi electi Unc. unam semis, Sacch. alb. Libr. unam, Diacryd. sulphurati Drachm. unam, Rad. Mechoac. alb. et Jalapp. resinos. āā Unc. semis, Cinnam. acuti Drachm. unam. Immittatur Sem. Anisi integrum aheno confectorio, super ignem collocato, atque affundantur aliquot cochlearia Sacchari clarific., moxque inspergatur purgantium pulveris subtilissimi non nihil; exsiccato leni calore Aniso denuo affundatur Saccharum et inspergatur pulveris portio, atque labor, Saccharum affundendo, pulverem inspergendo et Anisum rursus exsiccando, continuetur, dum omnis pulvis inspersus et Anisum Saccharo probe incrustatum sit. — SPIELMANNUS sec. JUNGHEN Sem. Anisi purgati Unc. tres cum Sacch. Libr. duabus, Resin. Jalapp., Pineis tritae, Drachm. tribus cum dimidia et Pulv. Cinnam. Drachm. duabus l. a. incrustari praescribit.

CONFECTIO ARCHIGENIS Ph. Augustan.

Rec. Castor., Piper. longi et nigri, Styracis, Spic. Nard., Rad. Costi, Galbani, Opii āā Unc. semis, Croci Drachm. duas. F. cum s. q. Mell. desp. electuarium. (V. etiam Confectio PAULINA.)

CONFECTIO AROMATICA Ph. Londin. Gewürzlatwerge. *Confection aromatique.*

Rec. Cinnam., Nuc. Moschat. āā Unc. duas, Caryoph. Unc. unam, Cardam. Unc. semis, Croci Unc duas, Conch. ppt. Unc. sedecim, Sacch. albiss. triti Libr. duas, Aquae Octar. unam. Arida simul in pulverem subtilissimum tere; tum aquam paullatim adjice et misce donec corpus unum sit.

CONFECTIO AROMATICA VAN MONS.

Rec. Nuc. Moschat. Part. unam, Condit. Aurant. Part. quatuor, Condit. Zingib. Part. sex. Triturentur omnia exactissime, et fiat cum s. q. Syr. Flor. Tunicae Confectio. (V. etiam Confectio cordialis et Electuarium.)

CONFECTIO seu CONSERVA AURANTIORUM Ph. Londin. Pomeranzenschalen-Confect oder Conserve. *Confection d'Oranges.*

Rec. Cort. Aurant. exterioris rec., radula separati, Libr. unam, Sacch. albissimi Libr. tres. Corticem in mortario lapideo, pistillo ligneo contunde, tum, adjecto Saccharo, iterum contunde, donec corpus unum sit. — VAN MONS ad duas Cort. Part., unam tantummodo Sacchari Partem sumi proponit, cortices Aqua tepida emolliri, tunc rejecta aqua et parum siccata in mortario teri et Saccharum admisceri. (V. etiam Conditum et Conserva.)

CONFECTIO CALAMI AROMATICI sec. VAN MONS.

Rec. Rad. Calam. arom. sicc. et mund. Part. duas. Macera Aqua tepida in vase clauso ad mollitiem, tunc pinsantur in mortario marmoreo, et parum calefactae trajiciantur per cribrum et addantur Sacch. Part. tres, quae cum pulpa Calami in justam consistentiam evaporentur. (V. etiam Conditum.)

CONFECTIO CARDIACA v. Confectio cordialis.

CONFECTIO CASSIAE seu Fistulae Ph. Londin. cet. Cassienlatwerge. *Confection de Cassia.*

Rec. Pulp. Cassiae rec. Libr. semis, Mann. Unc. duas, Pulp. Tamarind. Unc. unam, Syr. Rosar. Octar. semis. Mannam contunde, tum, balneo Mariae, in Syrupo liqua; deinde admisce Pulpas, et humorem consume, donec idonea fiat crassitudo. — Ph. Ferrariens. formula cum hac congruit. — FERRARINI insuper Pulv. Cinnam. Drachm. duas addi proponit. (V. etiam Conserva et Electuarium.)

CONFECTIO CHINAE, KINAE seu QUINAE ADSTRINGENS, ANTILEPTICA ET ANTIMONIALIS v. Electuarium.

CONFECTIO (Radicis) CICHORII uti Confectio Calami paratur.

CONFECTIO (Seminis) CINAE seu Cynae sive Santonici. Ueberzuckerter Wurmsamen. *Confection de Sementine.*

Rec. Seminis Cinae, a stipitibus aliisque quisquiliis optime mundati, Unc. quatuor. Immittantur cacabo aheneo amplo, super lenissimum ignem suspenso, quibus paullatim adfundatur Sacchari albiss., ad consistentiam tabulati cocti, Libra una, vel quantum sufficit. Agitetur cacabus assiduo et spatula lignea probe intermisceantur, tum semirefrigeratis manu leviter terantur, ut globuli minuti formentur, donec omnia sicca adpareant; tunc vero partes pulverulentae et semina non satis incrustata cribri ope ab incrustatis separentur, et mundato cacabo denuo incrustentur, quod toties repetendum, donec omnia Saccharo rite obducta sint.

CONFECTIO CINNAMOMI REGIA MYNSICHTI.

Rec. Chocoladae Unc. quatuor, Nuc. Indic. condit. Nro. tres. Probe contusis addantur Confect. Alkermes Unc. una, Ol. Cinnam. Drachm. semis, Syr. Cinnam. Unc. sex. Probe omnia misceantur.

CONFECTIO COMMUNIS Ph. Genevens.

Rec. Terrae sigill., Ocul. Cancror. āā Unc. tres, Cinnam. Unc. unam, Fol. Dictamn. Cretic., Lign. Santali citr. āā Unc. semis, Myrrh. Drachm. duas, Croci Unc. semis, Syr. Citri Unc. duas, Mell. Unc. duas semis. M. (V. etiam Confectio de Hyacintho.)

CONFECTIO CORDIALIS seu Electuarium aromaticum Ph. Lusitanicae.

Rec. Pulv. aromat. (Lusit.) Unc. quatuor, Conserv. Cort. Aurant. Unc. sex, Syr. Cort. Aurant. q. s., ut f. electuarium. (V. etiam Confectio aromatica, Santali cordialis et Electuarium.)

CONFECTIO CROCI COMPOSITA, Electuaire absorbant-aromatique HENRY et GUIBOURT. — In summa rei cum Confectione communi Ph. Genev. congruit.

CONFECTIO CUBEBARUM. Ueberzuckerte Cubeben. *Cubebes sucrées.* — Uti Confectio Seminis Cinae paratur.

CONFECTIO CYDONIORUM VAN MONS.

Rec. Cydonior. quantum vis. Discinde in segmenta et demtis capsulis cum seminibus, digere in aqua calida, ut mollescant, tunc trajice pulpam per setaceum, pulpae admisce Sacchari triplum Pondus adhibitorum Cydoniorum et evapora ad justam spissitudinem.

CONFECTIO CYNOSBATI VAN MONS. Hainbuttenconfect. *Confection de Cynorrhodon.* — Ex Cynosbatis, seminibus setisque purgatis pari modo paratur, ad unam autem Fructus, duas tantummodo Sacchari Partes sumendo. (V. etiam Confectio Rosae caninae, Conserva et Roob.)

CONFECTIO DIAPRUNUM seu Prunorum v. Pruna laxativa.

CONFECTIO DIASCORDII v. Electuarium.

CONFECTIO ENULAE VAN MONS. Alant-Confect. *Confection d'Aunée.* — Ex Radice Enulae siccata cum Triplo Sacchari uti Confectio Calami paratur.

CONFECTIO FISTULAE v. Confectio Cassiae.

CONFECTIO (Seminum) FOENICULI uti Confectio Seminum Cinae paratur. — PIDERIT Saccharo etiam pauxillum Amyli addi proponit.

CONFECTIO HAMECH RHAZES CORRECTA.

Rec. Rad. Polypod. Drachm. duodeviginti, Prunor. dulc., Passul. āā Unc. octo, Mirobalan. citr. Unc. sex, Hb. Absinth. vulg. Unc. semis, Hb. Thymi Unc. unam, Cuscutae Unc. duas, Rad. Rhabarb. Unc. duas semis, Fol. Senn. Unc. unam, Colocynth. a Seminibus liberat., Agaric. albi āā Drachm. duodeviginti, Flor. Rosar. rubr., Sem. Anisi et Foenic. āā Drachm. sex, Sem. Viol. Unc. duas. Inc. cont. macerentur per 24 horas cum Seri Lactis Unc. ducentis octoginta octo. Deinde bulliant per horam, fiat colatura cum forti expressione, residuum bulliat cum Aquae Unc. ducentis et sexaginta per semihoram; decoctum fortiter exprimatur et priori adjiciatur; omnis liquor post 24 horas decanthetur a faecibus et blando calore vaporet ad consumtionem tertiae Partis; addantur Sacchari Unc. duodeviginti; coquantur ad consistentiam Syrupi tenuioris, in quo dissolvantur Mannae Unc. duae, Pulp. Cassiae Unc. quatuor, Pulp. Tamarind. Unc. quinque. His refrigeratis addatur et probe misceatur Pulvis constans ex Diacrydii Unc. una semis, Mirobalanor. Drachm. duodeviginti,

Rhabarb. Drachm. tribus, Sem. Anisi, Spicae Nardi āā Drachm. duabus. — Ph. Argentoratensis et Palatinae cet. praecepta magis etiam composita, in summa rei autem cum hac congruunt. — Compositio quam maxime complicata, inconcinna, hodie vix merito adhibetur.

CONFECTIO HYACINTHORUM COMPOSITA seu cum Acido, hyacinthina sive de Hyacintho Ph. Wirtemb.

Rec. Spec. de Hyacintho Unc. unam, Syr. Acetositat. Citri Unc. tres. Mixta reponantur in vase porcellaneo satis magno, ne ob effervescentiam vas rumpatur. — Spielmannus et Ph. Parisiens. Pulv. Croci Unc. semis, Syr. Citri e toto Unc. duas et triginta optime misceri et Lap. Hyacinth. ppt. Unc. semis, Ocul.. Cancri ppt., Terrae sigillat. āā Unc. tres, Pulv. Cinnam. Unc. unam, Hb. Dictamni Cretici, Ligni Santal. citr. āā Drachm. tres et Myrrh. el. Drachm. duas, omnibus subtilissime pulveratis et bene mixtis, addi praescribit. — Ph. Gallicae compositio in summa rei cum hac congruit, praescribit autem Croci tantum Drachm. tres et insuper Pulv. Santali rubri tantundem, porro Ol. Citri, cum Saccharo triti, Gutt. sex et Syr. Citri loco Mell. Narbonnens., Syr. Capill. Vener. et Sacchari āā Libr. semis et Aquae q. s. sumi. — Ph. Hispanica Lap. Hyacinth. ppt. Unc. unam, Corall. rubr. ppt., Terrae sigill., Lign. Santal. citr., Cornu Cervi āā Unc. semis, Rad. Tormentill., Dictamni albi, Gran. Kermes, Myrrh., Flor. Rosar. rubr., Sem. Citri excort., Acetosae et Portulacae āā Drachm. duas, Margarit. laevig., Croci āā Drachm. unam, Flav. Cort. Citri et Aurant. āā Scrup. duos cum Syr. Limon. rec. Libr. duabus semis l. a. misceri praescribit. — Ph. Sardoae formula in summa rei cum hac congruit, addi autem insuper praescribit Fol. Auri et Argenti āā Drachm. semis. — Alias formulas pristinas, parum passim discedentes, praetereamus.

CONFECTIO HYDRARGYRI seu mercurialis Davies. — Fit terendo Mercurii vivi et Mannae elect. āā Part. aequales, donec Mercurius plane extinctus sit.

CONFECTIO JAPONICA Ph. Paris.

Rec. Catechu Unc. quatuor, Kino Unc. tres, Cinnam., Nuc. Moschat. āā Unc. unam, Opii, in Vino Hispanico soluti, Drachm. unam semis, Syr. rosat. Libr. duas cum quarta. (V. etiam Electuarium Diascordii Fracastorii, lenitivum, sedativum et adstringens.)

CONFECTIO JALAPPAE COMPOSITA Ph. nosoc. St. Barptholom.

Rec. Pulv. Rad. Jalappae Drachm. tres, Crem. Tartari Unc. duas semis, Rad. Zingib. Drachm. unam, Confect. Rosae caninae Unc. semis, Syr. Zingib. q. s., ut f. Conserva.

CONFECTIO IRIDIS. Schwertlilienconfect. *Confection d'Iris Van Mons.* — Uti Confectio Calami ex Radice siccata et Saccharo paratur.

CONFECTIO KINAE cet. v. Confectio Chinae cet.

CONFECTIO LIMATURAE MARTIS Disp. Fuldens. — Uti Confectio (Seminis) Cinae paratur.

CONFECTIO ADVERSUS LUMBRICOS Zwelferi cum Confectione (Seminis) Cinae congruit.

CONFECTIO MARGARITARUM KERMESINA v. Confectio Alkermes.

CONFECTIO MITHRIDATICA Damocratis v. Electuarium.

CONFECTIO OPII Ph. Londin.

Rec. Opii duri triti Drachm. sex, Piper. longi Unc. unam, Rad. Zingib. Unc. duas, Sem. Carvi Unc. tres, Gummi Tragac. trit. Drachm. duas, Syrupi Octarium unum. Misce exactissime. — Gray Opii puri Drachm. sex, Piper. longi, Rad. Zingib., Sem. Carvi āā Unc. duas, Syr. Papav. albi, ad Mell. consistentiam evaporati, Unc. viginti et Drachm. duas misceri proponit. (V. etiam Electuarium Opii et theriacale.)

CONFECTIO PASSULATA Ph. Sardoae.

Rec. Fol. Senn. Unc. quatuor, Aq. comm. Libr. quatuor, Sacch. albi, Passul. min. āā Libr. unam, Ol. Citri Gutt. viginti. Digere Sennam in Aqua bulliente et in colatura coque Passulas; pulpam per cribrum setaceum trajice, cum Saccharo ad plumam cocto blando eam igne ad electuarii consistentiam inspissa et refrigeratae adde Oleum cum Sacchari pauxillo contritum. — Addendo hujus electuarii Unciae semis Pulv. Jalapp. Drachm. unam Confectio passulata cathartica obtinetur. (V. etiam Passulae laxativae.)

CONFECTIO POST PARTUM IN MORSELLIS Ph. Augustanae.

Rec. Sem. Anisi, Foenic., Carvi, Coriandri, Rad. Zingib. albi āā Drachm. unam semis, Calami arom., Nuc. Moschat. āā Drachm. unam, Cinnam. el. Drachm. duas, Sacch. albi Libr. unam semis. Semina maneant integra, reliqua vero diligenter incidantur et cum s. q. Aq. Rosar. f. Morselli, qui aromatisentur Moschi Orient. Gran. duobus.

CONFECTIO Paulina seu Archigenis Gray.

Rec. Rad. Costi vel Zedoar., Cinnam., Piper. longi, nigri, Styracis, Galbani, Opii, Castorei Russici āā Unc. duas, Syr. simpl., ad Mell. consistentiam cocti, Unc. quadraginta octo. (V. Confectio Archigenis.)

CONFECTIO PECTORALIS Ph. Augustan.

Rec. Pulv. Rad. Ireos flor. Drachm. tres, Rad. Liquir. Drachm. unam, Cinnam. acuti Drachm. duas, Nuc. Moschat. Drachm. unam, Caryoph. Scrup. duos, Macid. Scrup. unum, Spec. Diaireos simpl. et Tragac. frig. āā Drachm. duas, Pulv. Zingib. alb. Drachm. tres, Croci Scrup. semis, Sacch. albi, in Aq. Farfarae dissoluti, Unc. viginti. F. l. a. Tabulae aut Morselli.

CONFECTIO PIPERIS NIGRI Ph. Londinens. Schwarzen Pfeffer-Confect oder Latwerge. *Confection de Poivre noir.*

Rec. Piper. nigr., Rad. Enul. āā Libr. unam, Sem. Foenic. Libr. tres, Mell., Sacch. albi āā Libr. duas. Arida simul in pulverem subtilissi-

mum tere, deinde adjecto Melle contunde, donec corpus unum sit.

CONFECTIO POTASSAE NITRATIS Ph. nosoc. St Bartholom. — Fit miscendo Nitri dep. Drachm. unam cum Conf. Rosar. rubr. Unc. una.

CONFECTIO DE PRUNIS v. Pruna laxativa.

CONFECTIO DE REBECHA v. Trochisci bechici albi.

CONFECTIO ROSAE seu Rosarum v. Conserva et Saccharum.

CONFECTIO ROSAE CANINAE Ph. Londin. Hundsrosenconfect. *Confection de Roses sauvages.*

Rec. Pulp. Rosae canin. (Cynosbati) Libr. unam, Sacch. albi Unc. viginti. Pulpam in balneo Mariae leni calori expone, tum Saccharum paullatim adjice et tere simul, donec corpus unum sit. (V. etiam Conditum, Confectio Cynosbati et Conserva.)

CONFECTIO ROSAE GALLICAE Ph. Londin. Rothe Rosen-Confect- oder Conserve. *Confection de Roses rouges.*

Rec. Petalor. Rosae Gallic. nondum explicator., abjectis unguibus, Libr. unam, Sacch. albi Libr. tres. Petala in mortario lapideo contunde; tum adjecto Sacchare iterum contunde, donec corpus unum sit. (V. etiam Conserva et Electuarium.)

CONFECTIO ROSARUM RUBRARUM ADSTRINGENS v. Electuarium adstringens.

CONFECTIO RUTAE Ph. Londin. Rauten-Confect. *Confection de Rue.*

Rec. Hb. Rutae sicc., Sem. Carvi, Bacc. Lauri āā Unc. unam semis, Sagapeni Unc. semis, Piper. nigri Drachm. duas, Mell. desp. Unc. sedecim. Arida simul in pulverem subtilissimum tere; tum adjecto Melle omnia misce.

CONFECTIO SANTALORUM CORDIALIS v. Confectio cordialis et Electuarium cordiale.

CONFECTIO SCAMMONIAE Ph. Londin. Scammoniumconfect- oder Latwerge. *Confection de Scammonée.*

Rec. Scammon. triti Unc. unam semis, Caryoph. cont., Rad. Zingib. cont. āā Drachm. sex, Ol. Carvi Fluidrachm. semis, Syr. Rosar. q. s. F. l. a. electuarium, uti in Confectione Rutae cet. (V. etiam Electuarium purgans et Scammonii.)

CONFECTIO SENNAE Ph. Londin. Sennesblätterconfect- oder Latwerge. *Confection de Séné.*

Rec. Fol. Senn. Unc. octo, Caric. Libr. unam, Pulp. Tamarind., Cassiae et Prunor. āā Libr. semis, Sem. Coriandr. Unc. quatuor, Rad. Liquir. Unc. tres, Sacch. alb. Libr. duas semis. Fol. Sennae cum Sem. Coriandri tere et cribro separa pulveris misti Unc. decem. Residuum cum Caricis et Liquiritia ex Aq. Octariis quatuor ad Dimidium decoque, deinde exprime et cola. Liquorem colatum balneo Mariae consume, donec Octarius unus cum semisse ex toto restet; tum, adjecto Sacchare, fiat Syrupus. Denique cum Syrupo Pulpas paullatim contere, et, injecto pulvere cribrato, omnia misce.

CONFECTIO SENNAE COMPOSITA Ph. nosoc. St. Bartholom. — Fit admiscendo Confect. Sennae Unc. duabus Rad. Jalappae Drachm. unam, Crem. Tartari Drachm. duas, Rad. Zingib. Drachm. semis et Syr. q. s. (V. etiam Electuarium antihaemorrhoidale, aperiens, lenitivum, e Senna et Tamarindorum cet.)

CONFECTIO SPONGIAE USTAE Ph. nosoc. St. Bartholom. — Fit miscendo Spong. combust. Unc. unam cum Syr. Aurant. q. s.

CONFECTIO STANNI Ph. nosoc. St. Bartholom. — Fit miscendo Stanni limati Unc. unam cum Confect. Rosae caninae Unc. duabus.

CONFECTIO SULPHURIS COMPOSITA Ph. nosoc. St. Bartholom. — Miscella est Lact. Sulphuris Unc. semis, et Crem. Tartari Drachm. unius cum Mellis desp. Unc. una.

CONFECTIO (Florum) TANACETI SICCA Disp. Fuldens. Ueberzuckerte Rainfarnblumen. *Fleurs de Tanaisie confits.* — Pari modo atque Confectio Seminis Cinae (p. 197.) paratur. (V. etiam Conserva.)

CONFECTIO VERMIFUGA = Confectio Seminis Cinae.

CONFECTUM PRO OCULIS seu opticum Disp. Brandenburg.

Rec. Semin. select. Anisi, Apii, Cardamomi, Carvi, Cubebar., Erucae, Rutae āā Unc. semis, Coriandri Drachm. decem, Cumini, Seseleos āā Unc. unam, Sacch. Canariens. albiss., in Aq. Euphras. et Foenic. āā soluti, Libr. tres aut q. s. Fiat incrustando l. a. Confectum.

Alias compositiones vetustiores ad parandas Confectiones compositas praetereamus.

† CONIINUM seu CICUTINUM. Coniin oder Cicutin, Schierlingsstoff. *Coniine ou Cicutine.*

Rec. Seminum (Fructuum) Cicutae (Conii) Libras quatuor. Contunde optime, immitte in vesicam destillatoriam et superaffunde Aquae Libras viginti quatuor et Lixivii caustici Libram unam, vel Calcis extinctae Libras duas et Cineris clavellati Libram semis. Omnibus bene mixtis, fiat destillatio, quamdiu Aqua alcalina odore Coniini transit, quae Spiritu Vitrioli saturata, lenissimo calore, adhibito balneo Mariae, evaporet ad syrupi spissitudinem. Residuum hoc tractetur iterate cum Spiritu aethereo ex una Naphthae Vitrioli Parte et duabus Spiritus Vini alcoholisati, p. sp. 0,82, Partibus constante, miscellam saepius vehementer et per longius tempus conquassando, donec nova quantitate nihil amplius extrahatur. Ex liquore claro Aether et Spiritus abstrahitur, et residuum in patina aperta leni calore balneo Mariae exponitur, saepius paullulum Aquae adjiciendo, donec

omnis spiritus in auras abierit. Tunc liquor in retortam immittitur, dimidium circiter Pondus Lixivii caustici kalini admiscetur, et, adaptato recipiente, in balneo Calcis salitae, igne vivace, destillatur ad siccum. Residuo in retorta admiscetur iterum Lixivium cum Aqua et destillatur denuo, quod repetendum, quamdiu Aqua Coniino onusta transit. Coniinum ab aqua infundibili separatorii ope secernitur et per se igne vivace rectificatur. (Si purissimum desiderabis, cum Calcio chlorato [p. 148.] tractari oportet, donec Calx a Coniino non amplius humorem attrahit, et denuo rectificari, quod autem ad usum medicum superfluum.) — Liquor est decolor, oleosus, aqua levior (p. sp. 0,89), odore penetrante nauseoso, murino et Conii subsimili, sapore nauseoso-acri, tabacino, alcalium modo reagit; volatile est et calore 150° R. ebullit et destillatur, cum aqua mixtum facilius destillatur; facile flammam concipit et olei instar comburitur. — *Part. const.:* Carbonei 12, Hydrogenii 28, Oxygenii 1 et Azoti 1 Pond. Mixt. — Facillime Coniinum alteratur, aëre mox colorem fuscum assumit, (quam ob causam in vasis hermetice clausis, e. g. in tubulis vitreis flando clausis, asservandum). Acidum nitri colore sanguineo imbuit, acidum salis et sulphuricum, admisso aëre pariter colorem rubrum vel viridem aut coeruleum pro ratione concentricitatis provocant. Non admodum solubile in aqua et quidem solubilius in frigore quam in calore! Temperatura ordinaria 100 circiter aquae partes requirit. Coniinum ipsum aquam recipit et pariter plus in frigore quam in calore, qua de causa Coniinum hydratum, methodo descripta paratum, ipso calore manus turbatur; facillimum solutu in spiritu vini et aethere. — Acida Coniinum neutralisat et salia format passim crystallisabilia, sapore fortissimo Coniini, facillima solutu in aqua et spiritu vini, in aethere puro non; aëris aditu pariter alterantur et passim colorem rubrum, viridem et coeruleum, postremo, praecipue calore adjuvante, fuscum assumunt; solutiones aquosas (uti et Coniini ipsius) tincturae iodi ope turbantur colore croceo, mox evanescente, tincturae gallarum ope in floccis subgriseis praecipitantur; alcalia anorganica Coniinum oleiforme immutatum nudant. — *Vis:* maxime narcotica et toxica, in exigua jam dosi tetanum provocans et facile lethalis; vapores jam capitis dolores, vertiginem cet. efficiunt et lacrymas eliciunt. (V. Herba et Semen Cicutae I. 108. et 314.) — *Usus:* In solutione aquosa, spirituosa vel aetherea, aut cum acidis junctum. — Principium hoc peculiare alcalinum est substantia Cicutae medicatrix et medicorum attentione summopere dignum; summa autem cum circumspectione in exigua dosi administrandum!

CONSERVAE. Conserven, Kräuterzucker. *Conserves.* — Plerumque ex vegetabilibus recentibus succulentis cum Saccharo conficiuntur. Folia, Flores, Radices cet. minutim conscinduntur, tunc conquassantur in mortario lapideo pistilli lignei ope in pulpam tenerrimam et commiscentur intime cum Saccharo albissimo, ut corpus unum fiat. Pro natura partium vegetabilium plus minus succulenta duas ad quatuor, imo quinque Sacchari Partes ad unam vegetabilium requiruntur. Melius plus quam minus sumitur, ut bene conserventur. — Ph. Parisiensis Vegetabilia recentia cum pari pondere Sacchari contundi, tunc cum duodenaria Sacchari portione, in electuarii solidi consistentiam cocti, commisceri praescribit, quod minus apte et nimium Sacchari. — De aliis methodis, e. g. Ph. Gallicae, v. Conserva Rosarum et aliae. — Conservae in vasis parvis siccis, bene clausis, loco sicco umbroso asservandae. Sic paratur:

CONSERVA ABSINTHII. Wermuthconserve. *Conserve d'Absinthe*, ex una Herbae rec. Parte cum Summitatibus et tribus Sacchari Partibus. Plures Pharmacopoeae (e. g. Wirtembergica) duas tantummodo Sacchari Partes sumi praescribunt; aliae (ut Ph. Sardoa) unam tantum sumi proponit, quod parum. — Ph. d'Anvers minus apte Pulv. Hb. siccatae Absinth. Part. unam cum Aq. Part. duabus et Sacch. Partibus quinque misceri proponit; quod praeparatum improprie Conservae nomen gerit.

CONSERVA ABSINTHII MARITIMI ET PONTICI. — Pari modo parantur.

CONSERVA ACETOSAE. Sauerampher-Conserve. *Conserve d'Oseille.* — Ex una Herbae rec. et quatuor Sacchari Partibus paratur. — Pari modo

CONSERVA ACETOSELLAE seu Oxalidis. Sauerkleeconserve. *Conserve d'Alleluja.* — paratur.

† CONSERVA ACONITI. Eisenhütleinconserve. *Conserve d'Aconit.* — Pari modo, sed ex una Herbae rec. Aconiti Napelli Parte acerrimae, ante florum evolutionem collectae, cum quinque Sacchari Partibus paratur.

CONSERVA seu CONDITUM (Herbae) ADIANTHI ALBI uti Conserva Absinthii paratur.

CONSERVA ADSTRINGENS v. Electuarium.

CONSERVA AGARICI IN PHTHISI TUBERCULOSA Duparsnoy.

Rec. Agarici piperati seu deliciosi L., Sperm. Ceti, Lapid. Cancror., Flor. Sulph. ana Drachm. duas, Conserv. Rosar. Unc. semis, Syr. Millefolii q. s., ut f. Conserva.

CONSERVA AGRIMONIAE uti Conserva Absinthii paratur.

CONSERVA AMYGDALARUM v. Confectio et Emulsio.

CONSERVA ANGELICAE. Angelikaconserve. *Conserve d'Angelique* — ex Herba recenti cum Stipitibus tenellis uti Conserva Ab-

sinthii paratur. — Ph. Gallica ex Radice parari praescribit, uti Confectionem Galami sec. Van Mons, ad unam Pulpae, evaporatione in massam molliorem redactae Partem, quinque Sacchari Partes sumendo.

CONSERVA ANTHOS seu Rorismarini. Rosmarinconserve. *Conserve de Romarin.* — Ex Floribus recentibus uti Conserva Absinthii paratur.

CONSERVA ANTHELMINTICA seu Rosarum mercuriata Ferrarini.

Rec. Conserv. Rosar. rubr. rec. Unc. unam semis, Mercur. vivi Unc. semis. Agita simul ad extinctionem Mercurii. (V. etiam Boli coerulei p. 133.)

CONSERVA ANTISCORBUTICA sec. Cadet.

Rec. Hb. rec. Cochlear., Nasturt. aq., Trifolii, Succi Raphani, Aurantiorum (Bigarade) aa Part. aequales, Sacch. albi q. s. F. l. a. Conserva. — Saunders Conservae Nasturtii Unc. quinque cum Sal. polychresti Seignette Drachm. una misceri proponit. — Va Succi Armoraciae, Cochlear. et Trifol. aa Unc. duas cum s. q. Sacchari misceri suadet.

CONSERVA APII Ph. Gallicae. Sellerie-Conserve. *Conserve d'Ache.* — Ex una Pulpae Radicum et quatuor Sacchari Partibus uti Conserva Angelicae paratur.

CONSERVA ARI Aronconserve. *Conserve de Gouet.* — Ex Radice recenti mundata et bene contusa cum Sacchаro uti Conserva Acetosae paratur. — Pari modo paratur

CONSERVA ARMORACIAE. Meerrettigconserve. *Conserve de Raifort sauvage.*

CONSERVA ARTEMISIAE RADICIS. Beyfusswurzelconserve. *Conserve d'Armoise.* — Pariter ex Radice recenti bene mundata et optime contrita cum quatuor Sacchari Partibus paratur.

CONSERVA ATRIPLICIS OLIDAE seu Vulvariae. Stinkende Meldenconserve. *Conserve de Pied d'Oie puante,* — ex Herba recenti pari modo paratur.

CONSERVA AURANTIORUM CORTICUM cum Confectione sec. Ph. Londin. congruit. — Ph. Lusitan. ad unam Corticum Partem duas solummodo Sacchari Partes praescribit. — Ph. Sardoa Pulpae ex Cort. Aurant. Libr. duas cum Sacchari Libr. tribus praescribit. Ex Corticibus autem antea balnei Mariae ope Unc. duas Aquae abstrahi, tunc Cortices in pulpam redactos cum Saccharo clarificato evaporatione ad justam consistentiam redigi et postremo Aquam primum destillatione obtentam adjici. — Conserva (Florum) Aurantiorum v. Conserva (Florum) Naphae.

CONSERVA AURANTIORUM E PULPA. — Paratur conquassando Pulpam Aurantiorum, abjectis Seminibus, Cortice et Tunicis cellulosis cum Duplo Sacchari, donec in corpus unum coeant.

CONSERVA (Florum) BALAUSTIORUM seu Granatorum. — Uti Conserva Absinthii paratur.

CONSERVA BECCABUNGAE. Bachbungen-Conserve. *Conserve de Beccabunga.* — Uti Conserva Acetosae paratur.

† CONSERVA BELLADONNAE EX HERBA, nec non ex RADICE RECENTI. Tollkrautconserve. *Conserve de Belladonne.* — Uti Conserva Cicutae paratur.

CONSERVA BELLIDIS MINORIS. Maßliebenconserve. *Conserve de petite Marguerite.* — Ex Floribus recentibus uti Conserva Absinthii paratur. — Pari modo ex Floribus recentibus a caliculis liberatis paratur

CONSERVA BETONICAE. Betonienconserve. *Conserve de Betoine,* — et

CONSERVA BORRAGINIS. Boretschconserve. *Conserve de Bourrache,* — uti ex Herba recenti cum Summitatibus

CONSERVA BOTRYOS AMBROSIOIDIS seu Mexicanae. Mexikanisch Traubenkraut-Conserve. *Conserve de Thé d'Espagne* ou *de Mexique,* — porro

CONSERVA BUGLOSSI. Ochsenzungenconserve. *Conserve de Buglosse,* — ex Floribus recentibus; — non minus ex Flor. totis recentibus

CONSERVA CALENDULAE. Ringelblumen-Conserve. *Conserve de Souci.* — Pari modo ex Herba recenti

CONSERVA CAPILLORUM VENERIS. Frauenhaarconserve. *Conserve de Capillaire.* Ph. Hispanica Herbae Aquae paullulum addi praescribit, ut fiat pinsendo massa mollis et tenuissima, tunc addi Sacchari Duplum.

CONSERVA CARDUI BENEDICTI. Cardobenedictenconserve. *Conserve de Chardon bénit.* — Pariter atque Conserva Absinthii paratur.

CONSERVA (Florum) CARYOPHYLLORUM v. Conserva Tunicae.

CONSERVA CASSIAE seu Fistulae Ph. Lusitan. — Miscella est ex Pulpae Cassiae Parte una et Sacchari albi pulv. Partib. duabus. — Ph. Gallica ad Conservam Cassiae seu Cassiam coctam Pulpae Cassiae Part. sedecim, Syr. Violar. Part. duodecim, Sacch. Part. tres praescribit ad extracti mollis consistentiam evaporando redigi, tunc addi Ol. Naph. Part. centesimam.

CONSERVA CENTAURII MINORIS ex Summitatibus recentibus uti Conserva Absinthii paratur. — Uti et

CONSERVA CHAMAEDRYOS, — et

CONSERVA CHAMAEPYTHYOS.

CONSERVA CHEIRI seu Keiri ex Floribus pari modo paratur.

CONSERVA CHELIDONII uti Conserva Cicutae paratur.

CONSERVA CICHORII. Wegwartconserve. *Conserve de Cichorée.* — Ex Floribus recentibus

uti Conserva Absinthii paratur. — Ex Radice autem uti Conserva Angelicae paratur.

† CONSERVA CICUTAE seu Conii. Schierlingsconserve. *Conserve de Ciguë* — Simili modo atque Conserva Aconiti ex Herba recenti, e planta caulescente, paullo ante florescentiam una cum petiolis collecta et minutissime concisa et contusa, cum Quintuplo Sacchari albissimi paranda. — Ph. Herbipolitana et aliae inepte Duplum solummodo Sacchari sumi praescribunt.

† CONSERVA CICUTAE AQUATICAE. Wasserschierlingconserve. *Conserve de Ciguë aquatique.* — Pari modo paratur. — Efficacior fiat Conserva ex Radice, quae autem cautissime adhibenda.

CONSERVA CITRI CORTICUM Ph. Ferrariens. — Fit emolliendo Cortices in Aqua et triturando Cortices emollitos cum Triplo Sacchari.

CONSERVA CITRI E PULPA—uti Conserva Aurantiorum paratur. (V. etiam Conditum et Confectio.)

CONSERVA COCHLEARIAE. Löffelkrautconserve. *Conserve de Cochlearia.* — Uti Conserva Acetosae paratur. — Pharmacopoeae plerumque tres vel adeo duas tantummodo Sacchari Partes ad unam Herbae recentis praescribunt, quod nimis paullum. Melius ad unam Herbae recentis quinque Sacchari Partes sumantur.

CONSERVA CONSOLIDAE MAJORIS seu Symphyti Ph. Sardoae. Beinwell- oder Schwarzwurzelconserve. *Conserve de grande Consoude.* — Ex Radice recenti uti Confectio Calami Van Mons paratur, ad unam Pulpae inspissatae Partem, duas Sacchari Partes sumendo. Melius Radix recens cum Quadruplo Sacchari, uti ad Conservam Acetosae praescriptum, tractetur.

CONSERVA CORNORUM Saunders, — ex una Fructuum Corni in Pulpam redact. et tribus Sacchari Partibus l. a. paratur. — Ph. Parmensis Duplum Sacchari praescribit et Libr. tribus Conservae Spiritus Vitrioli Drachm. unam addi jubet. (V. etiam Conditum.)

CONSERVA COSTAE ex Herba recenti uti Conserva Absinthii paratur.

CONSERVA CYDONIORUM. Quittenconserve. *Conserve de Coings.* — Uti Conserva Cornorum paratur. (Conf. etiam Conditum; Confectio seu Miva et Panis.)

CONSERVA CYNORRHODI seu Cynosbati cum Confectione Rosae caninae Ph. Londinens. cet. congruit. — Ph. Genevens. Pulpae et Sacchari āā Part. aequales, — Ph. Gallica et aliae ad duas Pulpae tres Sacchari Partes praescribunt. — Vogt Fruct. Cynosbat., excisis calycibus et pedunculis, et exemtis deinde seminibus et pilis interioribus, Unc. quatuor, Vini albi generosi s. q. infundi, et per aliquot dies macerari praescribit, usque dum penitus mollescant; tunc contundi et teri in mortario marmoreo in pulpam, quae per setaceum densum trajecta, cum Sacch. albi q. s. miscenda, ut f. Conserva. (Conf. etiam Roob.)

CONSERVA DACTYLORUM Ferrarini. — Ex septem Dactylorum, in pulpam redactorum, et tribus Sacchari Partibus l. a. conficitur.

CONSERVA DEPECTORANS Saunders.
Rec. Antimon. diaphoret. non abluti Drachm. unam semis, Kermet. mineral. Gran. quindecim Fiat pulvis, cui adde Conservae Fumariae, Nasturtii aquatici et Beccabungae āā Unc. duas. M.

† CONSERVA DIGITALIS. Fingerhutconserve. *Conserve de Digitale.* — Uti Conserva Absinthii paratur. — Van Mons Duplum tantammodo Sacchari proponit.

CONSERVA ENULAE, Helenii seu Inulae Ph. Gallicae — uti Conserva Angelicae paratur.

CONSERVA ERUCAE Ph. Sardoae. — Fit miscendo Herbam rec. Erucae mundat. et contus. cum pari Pondere Sacchari, fortissime cocti. — Melius paretur uti Conserva Acetosae.

CONSERVA ERYNCII cum Condito (p. 195.) congruit.

CONSERVA ERYSIMI. Wegsenfconserve- oder Zucker. *Conserve de Vélar des Boutiques.* — Uti Conserva Acetosae paratur. — Disp. Fuldense ad unam Herbae rec., duas tantummodo Sacchari Partes praescribit.

CONSERVA (CONDITUM) FARFARAE. Huflattigconserve. *Conserve de Pas d'Ane.* — Ex Floribus recentibus, uti et ex Herba recenti, uti Conserva Absinthii paratur.

CONSERVA FUMARIAE. Erdrauchconserve. *Conserve de Fumeterre.* — Ex Herba recenti florente pari modo paratur. — Uti et

CONSERVA GALEGAE, — porro

CONSERVA GENISTAE Ginsterblumen-Conserve. *Conserve de Genêt.* — Ex Floribus recentibus. — Van Mons duplum tantummodo Florum Sacchari pondus praescribit.

CONSERVA HEDERAE TERRESTRIS. Gundelrebenconserve. *Conserve de Lierre terrestre.* — Ex Herba recenti florente pari modo paratur.

CONSERVA HEDERAE TERRESTRIS COMPOSITA Zwelferi.
Rec. Herb. rec. Heder. terrestr., Rutae āā Unc. unam semis, Rad. Raphan. Unc. unam, Rad. Angelic. et Levistic. āā Drachm. sex, Sacch. albi Unc. sedecim cum dimidia. Ex incisis et contusis f. l. a. Conserva.

CONSERVA HISPIDULAE seu Pedis Cati Ph. Parisiens. uti Conserva Absinthii paratur.

† CONSERVA HYOSCYAMI. Bilsenkrautconserve. *Conserve de Jusquiaume.* — Uti Conserva Cicutae paratur.

CONSERVA HYSSOPI. Isopconserve. *Con-*

serve d'Hysope — uti Conserva Absinthii paratur.

CONSERVA JUNIPERI SWEDIAUR. Wachholderconserve. *Conserve de Genèvre.* — Ex Baccis recentibus contusis cum Dimidio Sacchari leni calore conficitur. (V. etiam Roob.)

CONSERVA (Syrupus) LACTIS BRACONNOT. Milchconserve. *Conserve de Lait.*

Rec. Lactis vaccini rec. Libr. quinque. Calefiat ad 36° R. usque, tunc admisce semper agitando sensim Acidum Salis dilut., donec coagulata sint; Coagulum a Sero separa et commisce cum Salis Sodae Scrup. quatuor leni calore, ut solvatur, tunc solve in liquore Sacchari albi par pondus.

†CONSERVA LACTUCAE VIROSAE. Giftlattigconserve. *Conserve de Laitue vireuse.* — Uti Conserva Cicutae paratur.

† CONSERVA LAURO-CERASI SWEDIAUR. Kirschlorbeerconserve. *Conserve de Laurier-Cerise.* — Ex Foliis recentibus contusis cum Duplo Sacchari conficitur. — Melius Triplum Sacchari admisceatur.

CONSERVA LEPIDII. Kressenconserve. *Conserve de Passerage.* — Uti Conserva Acetosae paratur. — Ph. Hispanica duas tantummodo Partes ad unam Herbae sumi praescribit, quod parum. — Pari modo, sed ex Floribus recentibus paratur

CONSERVA LILIORUM ALBORUM. Weiße Lilienconserve. *Conserve de Lis blanc* — et

CONSERVA LILIORUM CONVALLIUM. Maiblumenconserve. *Conserve de Muguets de Mai.*

CONSERVA LINGUAE CERVINAE seu Scolopendrii. Hirschzungenconserve. *Conserve de Scolopendre.* — Ex Herba recenti uti Conserva Absinthii paratur.

CONSERVA MAJORANAE pariter atque Conserva Absinthii paratur, — uti et

CONSERVA MALVAE. Pappelblumenconserve. *Conserve de Mauve,* — ex Floribus recentibus. — Non minus

CONSERVA MARI VERI. Amberkraut-Conserve oder Zucker. *Conserve de Marum* — ex Summitatibus recentibus.

CONSERVA MARRUBII ALBI. Weißen Andornconserve. *Conserve de Marrube blanc.* — Ex Herba recenti florente pari modo paratur, — uti et

CONSERVA MELISSAE.

CONSERVA MELONUM sec. FERRARINI — ex Seminibus contusis cum Triplo Sacchari et s. q. Aquae aromaticae de Cedro paratur.

CONSERVA MENTHAE CRISPAE et PIPERITAE. Krausmünze- und Pfeffermünze-Conserve. *Conserve de Menthe crêpue et poivrée.* — Pari modo atque Conserva Absinthii paratur.

CONSERVA MESEMBRYANTHEMI CRYSTALLINI. Eiskrautconserve. *Conserve de Glaciale.* — Uti Conserva Acetosae paratur. — Disp Fuldens. Duplum tantummodo Sacchari praescribit, quod parum.

CONSERVA MILLEPEDUM Ph. Wirtemb. Mauerasselconserve. *Conserve de Cloportes.*

Rec. Milleped. vivor. Libr. unam, Sacch. albiss. Libr. duas semis. Contundantur in mortario et in vase vitreo vel porcellaneo serventur. — Melius Quadruplum Millepedum, Sacchari sumatur, ut certius sine alteratione conserventur.

CONSERVA (Florum) NAPHAE uti Conserva Acetosae paratur.

CONSERVA NASTURTII AQUATICI. Brunnenkressenconserve. *Conserve de Cresson de fontaine* — uti Conserva Cochleariae paratur.

CONSERVA NYMPHAEAE. Seerosenconserve. *Conserve de Nenuphar.* — Uti Conserva Absinthii paratur. — Ph. Sardoa Flores cum pauxillo Sacchari tritos cum Triplo Sacchari clarificati coqui praescribit.

CONSERVA ORCHIDIS v. Conditum et Confectio Satyrii.

CONSERVA PAEONIAE. Gichtrosenconserve. *Conserve de Pivoine.* — Ex Floribus recentibus uti Conserva Absinthii paratur.

CONSERVA PAPAVERIS ERRATICI seu Rhoeados. Klatschrosenconserve. *Conserve de Coquelicot,* — pari modo paratur. — CADET et TADDEI inepte Flores antea siccari et pulverem cum Saccharo et Aqua commisceri proponunt.

CONSERVA PECTORALIS MARCUS.

Rec. Hb. Millefol., Farfar., Heder. terrestr., Veronic., Arnic., Rutae, Bellid., Hepat. nobil., Chenop. ambros., Trifol. fibr., Absinth., Lichen. Island., Fungi Melitensis, Rad. Polygal. amar. aa Unc. unam. F. cum s. q. Sacchari l. a. Conserva.

CONSERVA PEDIS CATI v. Conserva Hispidulae.

CONSERVA PERSICARIAE URENTIS uti Conserva Cochleariae paratur.

CONSERVA (Florum) PERSICORUM. Pfirsichblüthenconserve. *Conserve de Fleurs de Pêcher.* — Pari modo atque Conserva Papaveris erratici paratur. — Ph. Sardoa Flores rec. contusos cum Duplo Sacchari ad globulos cocti commisceri proponit.

CONSERVA (Foliorum) PERSICORUM. — Uti Conserva Laurocerasi paratur. — VAN MONS duas tantummodo Sacchari Partes praescribit.

CONSERVA PETROSELINI uti Conserva Absinthii paratur.

CONSERVA PLANTAGINIS. Wegerigconserve. *Conserve de Plantain.* — Ex Herba recenti uti Conserva Absinthii paratur.

CONSERVA PLANTAGINIS AQUATICAE seu Alismatis — ex Herba uti et ex Radice recenti uti Conserva Cochleariae paratur.

CONSERVA PORTULACAE. Portulacconserve. *Conserve de Pourprier.* — Pari modo paratur. — Uti et

CONSERVA PRIMULAE VERIS seu Paralyseos. Schlüsselblumenconserve. *Conserve de Prime-Vère*, — ex Floribus recentibus.

CONSERVA PRUNORUM. Zwetschenconserve. *Conserve de Prunes* sec. Ph. Hispan. et Lusitan. — Miscella est ex Pulpae Prunorum Parte una cum Sacchari Part. duabus. — Ph. Sardoa tres Sacchari Partes ad unam Prunorum, antea in Pulpam redactorum, sumi jubet. (V. etiam Pulpa.)

CONSERVA PRUNORUM LENIENS Ferrarini et Taddei. — Obtinetur in Decocto, ad Conservam simplicem adhibito, Sennae Drachm. sex digerendo et huic Infusum Pulpae addendo Prunorum Libr. septem, infusi Sennae, Sacchari āā Libr. tres.

CONSERVA PRUNORUM AGRESTIUM seu SILVESTRIUM. Schlehenconserve. *Conserve de Prunelles sauvages.* — Miscella est Prunorum silvestrium in pulpam redactorum Part. unius et Sacchari Partium trium.

CONSERVA PULSATILLAE uti Conserva Cochleariae paratur.

CONSERVA REFRIGERANS, STYPTICA IN PHTHISI PULMONALI Boerhaave.

Rec. Hb. rec. tener. Plantag. Unc. tres, Flor. Papav. Rhoead. Unc. unam semis, Sem. Plantag. rec. Unc. unam. M. l. a., et fiat cum s. q. Sacchari Conserva.

CONSERVA RESOLVENS ET APERIENS Boerh.

Rec. Terr. fol. Tartari Unc. semis, Sal. mirab. Glauberi Drachm. unam, Succi Nasturt., Fumar., Mercurial. et Taraxaci āā Unc. duas, Sacchari q. s. ad Conservam.

CONSERVA RHODODENDRI CHRYSANTHI. Schneerosenconserve. *Conserve de Rosage à fleurs jaunes*, — sec. Swediaur ex una Fol. rec. et duabus Sacchari Partibus paratur.

CONSERVA (Foliorum) RIBIS NIGRI. Schwarze Johannisbeerblätter-Conserve. *Conserve de Cassis.* — Uti Conserva Absinthii paratur. — Van Mons duas tantummodo Sacchari Partes praescribit.

CONSERVA RORISMARINI v. Conserva Anthos.

CONSERVA ROSAE CANINAE FRUCTUS v. Conserva Cynorrhodi.

CONSERVA ROSARUM PALLIDARUM et RUBRARUM. Centifolien- und rothe Rosen-Conserve. *Conserve de Roses a cente feuilles* et *rouges.* — Ex Petalis recentibus uti Conserva Absinthii paratur. (V. etiam Confectio Ph. Londin.) — Ph. Gallica Petala Rosarum rubrarum, unguibus abscissis, cum duplo Pulveris Sacch. albissimi optime contundi, tunc pulpam per incerniculum setaceum trajici et cum Sacch. albi ad electuarii consistentiam cocti Octuplo Petalorum adhibitorum commisceri praescribit. (Hac methodo omnes reliquas Conservas Herbarum et Florum recentium parari jubet.) — Eadem Pharmacopoea ad parandam Conservam Rosarum omni tempore parandam Pulv. Rosar. rubr. cum s. q. Aquae Rosarum irrorari praescribit, ut coëant in pulpam, tunc in vase faventino per 6 horas macerari, saepius agitando, tunc admisceri Sacch. albi, Aqua Rosar. soluti et ad consistentiam tabulati cocti, Part. undecim. Praeparatum hoc improprie Conservae nomen gerit. (Alias similes praescriptiones praetereamus. V. etiam Saccharum rosatum et Tabellae.)

CONSERVA ROSARUM ADSTRINGENS v. Electuarium adstringens.

CONSERVA ROSARUM MERCURIATA v. Conserva anthelmintica.

CONSERVA ROSARUM VITRIOLATA Ph. Wirtemb., Disp. Brunsvic. — Fit admiscendo cuique Librae Conservae Rosarum Spiritus Vitrioli Drachm. duas. — Ph. Sardoa unam tantummodo Drachm. admisceri praescribit.

CONSERVA RUTAE. Rautenconserve. *Conserve de Rue.* — Uti Conserva Absinthii paratur. — Ph. Sardoa Herbae rec. et Sacchari Part. aequales praescribit.

CONSERVA SABINAE. Sadebaumconserve. *Conserve de Sabine.* — Pari modo paratur. — Kopp ad unam Hb. rec. Partem, cum paullo Aquae in pultem tenerrimam redactam, duas tantummodo Sacchari Partes sumi praescribit.

CONSERVA SALVIAE. Salbeiconserve. *Conserve de Sauge*, pari modo paratur. — Porro

CONSERVA SCORDII. Lachenknoblauchconserve. *Conserve de Germandrée d'Eau.*

CONSERVA SCOLOPENDRII v. Conserva Linguae cervinae.

CONSERVA (Fructuum) SORBI ET SORBI DOMESTICAE. Vogelbeer- und Spierling-Conserve. *Conserve de Sorbes et de Cormes.* — Uti Conserva Prunorum paratur. — Ferrarini Fructuum non maturor. et Sacchari āā Part. aequales praescribit.

CONSERVA SPAGYRICA Ph. Wirtemberg. Chemische Conserve.

Rec. Salis Absinth. Unc. duas, Salis Melissae et Urticae āā Unc. unam, Tart. vitriolat. Unc. semis, Arcani duplic. (quod idem ac praecedens) Unc. duas. Misceantur et fiat pulvis, cui affundantur Spirit. Sulphuris per campanam Drachm. duae. Postquam deferbuit, addantur Conserv. Flor. Rosar. rubr. et Tunicae āā Libr. una, Ol. Cinnamomi, Citri, Anisi āā Drachm. una, Ol. Foenic., Menth. āā Drachm. semis. Misceantur et, si completa haec Conserva desideretur, addantur Ambr. gris. Gran. quindecim, in Spiritu Rosar. solutae. — Per incompletam intelligunt nonnulli, quae non Ambra modo, sed et Oleis destillatis caret. — Compositio inepta Argentoratensium correcta ex Sal. Absinth. Drachm. triginta, Cinnam. Drachm. duabus, Macid., Caryoph., Zinzib. āā Drachm. una, Tart. vitriolat. Drachm. quatuordecim, Sacch. albi Unc. octo, Conserv. Rosar. Unc. sedecim, Cons. Tunic. Unc. octo, Spir. Vitrioli Drachm. dua-

bus, Ol. Anisi, Citri āā Drachm. una, Ol. Foenic. Drachm. semis, Ol. Cinnam. Scrup. uno et Ol. Menth. Gutt. quatuor constat. — Hodie non amplius adhibetur.

CONSERVA SQUILLAE Sundelin. Meerzwiebelconserve. *Conserve de Squille.*

Rec. Bulb. Squill. rec. Unc. duas, Sacch. albi Unc. tres. F. l. a. Conserva; detur in vitro, probe exsiccato; superinfundatur pauxillum Spir. Vini rectificatiss.; servetur loco frigido usui. — Melius erit ad minimum Quadruplum Sacchari sumi.

CONSERVA SYMPHYTI v. Conserva Consolidae majoris.

CONSERVA TAMARINDORUM. — Uti Conserva Prunorum paratur.

CONSERVA TANACETI. Rainfarrnconserve. *Conserve de Tanaisie.* — Ex Floribus vero, uti et Herba recenti, uti Conserva Absinthii, paratur. — Uti et

CONSERVA (Florum) TILIAE. Lindenblütheconserve. *Conserve de Fleurs de Tilleul.*

CONSERVA TRIFOLII FIBRINI. Bitterklee-Conserve. *Conserve de Trèfle d'Eau.* — Uti Conserva Absinthii paratur. — Disp. Fuldense duas tantummodo Sacchari Partes praescribit.

CONSERVA (Florum) TUNICAE seu Caryophyllorum rubrorum. Gartennelken-Conserve. *Conserve d'Oeillets.* — Pari modo paratur.

CONSERVA VERMIUM MAJALIUM v. Meloae majales Melle conditae.

CONSERVA VERONICAE. Ehrenpreisconserve. *Conserve de Véronique* — ex Herba recenti florente — et

CONSERVA VIOLARUM. Violenconserve. *Conserve de Violettes* — ex Floribus rec. odoratissimis a calycibus liberatis uti Conserva Absinthii paratur.

CONSERVA VISCERALIS = Conserva spagyrica.

CONSERVA VULVARIAE v. Conserva Atriplicis olidae.

Temporibus novissimis paucae tantum Conservae (sensu strictiori, ex plantis recentibus), eaeque raro, praescribuntur, quanquam maximam illae partem aptissimae sunt compositiones. Constat enim, multa Vegetabilia jam in siccando, omni adhibita circumspectione, saepe omnino mutari et efficacitate sua privari. Pariter multa extracta modo adhuc consueto parata, partim parum efficacia sunt. Quare ejusmodi corpora organica non nisi recentia, idque per valde arctum temporis spatium, adhiberi possunt. Saccharum vero partes organicas recentes succosas optime conservat (multo quidem melius quam Sal), et nisi nimium illud parce adhibueris, ita ut succi non amplius fermentari possint, in longius tempus efficacissima medicamenta accipies. Hanc ob causam complures praescriptiones ineptas, quas, si sequeris, substantiae magis destruuntur quam conservantur, praeterivimus. Est autem illa, quam commendamus, forma ideo quoque aptissima, quod medicamenta, ea parata, quantum ejus fieri potest, grata, libenter ab aegroto sumuntur. Uberior sacchari quantitas non facile est impedimento, si dosin respicias, cum sine ullo additamento per se vel bolorum forma cet. sumi possint. Saccharum indifferens nunquam etiam vires earum medicatrices alterat, sed partim etiam eas augere consentaneum est. Quam ob rem conservarum forma multis in casibus summopere commendanda. — Si medicus desideraverit conservas hic non indicatas, facile illae ex analogia praescriptionum a nobis datarum parari poterunt, qua tamen in re natura plus minusve succosa neque minus varia partium mutabilitas consideranda et potius nimium quam parum sacchari sumendum. (V. etiam Condita, Confectiones, Sacchara et Saccharures.)

CORALLIA ALBA ET RUBRA PRAEPARATA. Weiße und rothe präparirte Corallen. *Coraïles blancs* et *rouges préparés.* — Uti Conchae praeparatae parantur, — quibuscum etiam, quoad proprietates, congruunt, eodemque modo adhibentur.

CORDIALE EQUORUM (Horse Cordial). — Miscella est Balsami traumatici Octarii unius, Spir. Ammoniae comp. et Nitri dulcis āā Unc. octo.

CORDIALE NERVINUM DE BRODUM v. Elixir Stoughtoni.

CORDIALE Warneri v. Guttae.

CORIANDER CORDIAL uti Cinnamom cordial paratur.

CORIANDRI PRAEPARATIO. Präparirter Coriander. *Coriandre préparé.* — Fit irrigendo Semina Coriandri modico Aceto per 3 dies et siccando.

CORIUM DIVINUM. Göttliches Leder. *Cuire divin.* — Hoc nomine in Anglia et Gallia Sparadrapi species, passim cuculliformis, venditur, quod nihil aliud esse videtur, nisi compositio Cerae arboreae (p. 162.) similis, supra corium ovillum tenuissime expansum.

CORNIUM seu CORNINUM. Cornin. *Cornine.*

Rec. Corticis Radicis Corni floridae quantum vis. Fiat pulvis subtilissimus, qui Spiritu Vini rectificatissimo (0,82) tamdiu tractandus, donec exhaustus sit. Admisceatur liquori Plumbi oxydati hydrati recenter parati, adhuc humidi, decima circiter Pars adhibiti Corticis et conquassetur miscella in lagena per plures dies, donec liquor penitus fere decolor appareat et addito liquore Ferri muriatici oxydati non amplius colorem nigrum assumat, tunc filtretur et abstrahatur spiritus ad quartae Partis remanentiam; post refrigerationem filtretur iterum, ut substantia peculiaris resinosa separetur, quae Aqua lavanda; liquores commixti evaporent ad syrupi tenuioris fere consistentiam; si flocci secernuntur iterum addita sufficiente quantitate Aquae liquor filtrandus, Acido hydrothionico et Carbone Lixivii Sanguinis depurato tractandus, et denuo filtrandus. Liquor decolor lenissimo calore ad syrupi tenuioris spissitudinem evaporet et seponatur, ut in crystallos

coalescat. — Crystallos exhibet minutissimas, aciculares, mammellatim aggregatas, aëre immutabiles, sapore peramaro; facillimum est solutu in Aqua uti et in Spiritu Vini, minus in aethere, solutiones neutrae sunt; solutio aquosa solutione argenti nitrici valde praecipitatur, aliis reagentibus non turbatur aut alteratur. Corninum cum acidis minime combinationes intimas format, contra plus affinitatis ad bases habere videtur; calore destruitur. — *Vis:* tonica? febrifuga? — Principium hoc peculiare vires medicatas Corticis Corni floridae (I. 46.) praecipue in se conjungit, et medicorum attentione dignum videtur.

CORNU ALCIS PRAEPARATUM. Präparirtes Elen-Horn oder Geweihe. *Corne d'Elene préparée.*—Lima, in scobum redactum, super lapidem cum Aqua in pollinem subtilissimum teritur.

CORNU CERVI AURATUM NORICORUM sec. Spielmannum. — Miscella est Croci Solis Scrup. quatuor et Cornu Cervi philosophice ppti Unc. unius.

CORNU CERVI PHILOSOPHICE, spagyrice seu sine igne PRAEPARATUM. Philosophisch präparirtes Hirschhorn. *Corne de Cerf préparée philosophiquement.*

Rec. Cornu Cervi, in majora frusta sectum. Coquitur cum suff. Aquae quantitate aut exponitur vaporibus Aquae bullientis, dum mollescat; postea medulla et pars exterior corticosa, nigra, cultro separatur et Cornu albicans exsiccatum in pollinem subtilissimam teritur, aut in pastillos formatur. — Ph. Austriaca prov. Cornu Cervi raspatum simpliciter in pulverem redigi suadet.

CORNU CERVI USTUM ALBUM PRAEPARATUM. Präparirtes weißgebranntes Hirschhorn. *Corne de Cerf calcinée préparée.*

Synon.: Terra seu Cinis Ossium, Calcaria subphosphorica seu Subphosphas Calcariae sive calcicus cum Calcaria carbonica sive Carbonate Calcariae seu calcico. Knochenerde oder Knochenasche, basisch phosphorsaurer Kalk mit kohlensaurem Kalk. *Subphosphate de Chaux avec du Carbonate de Chaux.*

Paratur pulverisando Cornu Cervi ustum album et laevigando supra porphyritem cum Aqua, donec pulverem impalpabilem exhibeat, qui exsiccatur. (Olim etiam in parvas pyramidulas sive pastellos formari praescribebatur, uti ad Conchas praeparatas (p. 193.) edoctum est.) — Pulvis niveus, subtilissimus, insipidus. (De ceteris proprietatibus, *Vi* et *Usu* conf. I. 42.)

Pulvis grossiusculus, vel sordide griseus, in acido salis vel nitri sub mediocri effervescentia non plane dissolubilis, aut nisi solutio acida spiritus salis ammoniaci caustici ope maxima ex parte praecipitatur, rejiciatur.

CORNU RHINOCEROTIS PRAEPARATUM. Präparirtes Einhorn. *Corne de Rhinceros préparée.* — Uti Cornu Alcis praeparatum paratur.

CORPUS seu MATER PRO BALSAMO est Oleum Nucistae expressum. — Sec. nonnullas Pharmacopoeas Spiritu Vini tractatur, donec inodorum restat. (V. Balsamum Angelicae (p. 108.)

CORPUS PRO BALSAMO SAPONIS v. Balsamum Saponis (p. 120.).

CORPUS PRO BALSAMO SULPHURIS v. Balsamum Sulphuris simplex (p. 122.).

CORPUS PRO EMPLASTRO MATRIS v. Emplastrum.

CORRECTOR OPII seu vegetabilis v. Sapo Starkeyi.

CORTEX AURANTIORUM cet. CONDITUS v. Conditum.

CORTEX CHINAE seu Peruvianus REDUCTUS sec. Gray.

Rec. Cort. Peruv., Ligni Mahagoni rasp. et Cort. Querc. āā Part. aequales. M.

CORTEX CHINAE seu Peruvianus TARTARISATUS Vogleri.

Rec. Alcohol. Cort. Peruv. el. Drachm. sex, Cremor. Tart. Drachm. duas. M.

CORVUS EPILEPTICUS Batz. — Remedium absurdum, constat ex Corvo deplumato, rostro pedibusque abjectis, cum corde, jecore, pulmonibus, vesica fellis, uti et Galangae, Sem. Anisi āā Unc. quatuor in vase terreo cum pane lutato in clibano bis terve ita cocto, donec in pulverem redigi potest, cavendo tamen, ne aduratur.

COSMETICA. Schönheitsmittel. *Cosmetiques* sec. Augustin.

Optimum remedium ad dealbandam et molliendam cutem palmarum manuum est Puls ex Pulvere, iisdem infricando, subtilissimo Rad. Aronis et Aqua. — Ad dealbandam et emolliendam totam cutem optime prodest Puls ex Oryza, per octiduum in Aqua detenta, cum unius Fructus Citri Medulla, Sacch. albi Unc. semis, Camph. Gran. duodecim, et Aq. Rosarum s. q. — In cutis impuritate, desquamatione et oedemate conducit lotio per Solutionem Saponis boracini in Aqua Rosarum cum additamento Tinct. Benzoës vel Solutionis Sapon. medicati in Spiritu Vini. (V. etiam Aqua [p. 62.], Ceratum [p. 164.] et Pasta.) — Alia

praecepta, plerumque absurda, imo haud raro nociva, praetereamus. Farraginem ejusmodi formularum invenies in Mangeti Bibliotheca.

COTIGNAC PURGATIV v. Electuarium Diacydonium cet.

COUMARINUM, MELILOTINUM. Coumarin, Tonkokampher, Steinkleekampher. *Coumarine, Melilotine.*—Obtinetur tractando Fabas de Tonco Naphtha Vitrioli, abstrahendo ex solutione Naphtham, tractando residuum Spiritu Vini et liquorem filtratum alcoholicum Carbone animali, et evaporando liquorem filtratum lenissimo calore. Simili modo ex Herba cum Floribus Meliloti siccati, vel etiam tractando primum Spiritu Vini rectificatissimo, parari potest.—Prismata exhibet brevia, oblique rhombica vel tenuissima sericea, odore grate aromatico melilotino et sapore primum pungente, post grate aromatico; leni calore liquefit et calore auctiore sublimatur, aëre facile flammam concipit et cum flamma splendente comburitur; difficile solutu in aqua frigida, facile autem in Aqua fervida, spiritu vini et aethere; solutiones neutrales sunt, et solutio aquosa aceto saturnino valde praecipitatur. — Constat ex Carbonei 5, Hydrogenii 3, et Oxygenii 2 P. Mixt. — In acidis fortioribus etiam solvitur, salia autem non format. — Principium hoc peculiare camphorinum vires medicatrices Fabarum de Tonco et Meliloti praecipue continens, medicorum attentione dignum.

CREMOR seu CREMOR LACTIS. Rahm. *Crême.* — Secernitur sponte, seponendo Lac, in superficiem. — Magma album, subpultiforme, sapore grate acidulo et butyraceo. — Miscella est Butyri cum Casei particulis et Aqua cet. (V. Lac.). — Externe subinde adhibetur; praecipue autem ad conficiendum Butyrum inservit.

CREMOR AURANTIORUM. Pomeranzen-Rahm. *Crême d'Orange Gray.* — Fit digerendo Aurantia Nro. triginta sex, Spir. Vini rect. Cong. duos, Sacchari Libr. duodeviginti, Tinct. Croci Unc. unam semis et Aq. Naphae Octar. quatuor, per 14 dies, et exprimendo.

CREMOR CINNABARIS v. Cinnabaris per decoctionem (p. 183.).

CREMOR COSMETICUS. Schönheitsrahm. *Crême* ou *Catai cosmetique de Jean Marie.*
Rec. Bals. de Mecca Gran. triginta, Ol. Amygd. dulc. Unc. quatuor, Sperm. Ceti, Cerae alb. ãã Drachm. duas, Flor. Zinci Drachm. unam, Aq. Rosar. Unc. sex. Misce leni calore et admisce Ol. cujusdam grate aromatici q. v. Agita vehementer ad refrigerationem usque, ut in unum coëant. (V. etiam Ceratum p. 164.)

CREMOR HORDEI Bate.
Rec. Hordei perlati mund. Unc. quatuor. Coque (prima Aqua abjecta) in Aq. font. q. s. ad mollitiem. Contunde optime Hordeum cum Amygdalis dulc. decort. Nro. viginti, addens Aq. hordeatae Libr. duas semis. F. expressio fortis et addantur Sacch. opt. Unc. duae, Aq. Rosar. Damasc. Unc. una semis, ut f. Cremor.

CREMOR HORDEI Fennatum.
Rec. Hord. mundat. q. v. Coque cum Aqua, evaporatam restituens, donec Hordeum sit mollefactum; cola et in mortario marmoreo contundendo in pultem redige, quae per crinium trajecta, lentissimo calore ad pulpae consistentiam redigatur et Saccharo pulverato dulcis reddatur. (V. etiam Gelatina.)

CREMOR HORDEI Ph. Bruxell. — Fit coquendo Hordeum mundatum cum s. q. Aquae ad crepaturam, et trajiciendo per setaceum, tunc. addendo Sacch. albi et Aq. Rosar. q. s. ad saporis gratiam. (V. etiam Decoctum.)

CREMOR MENTHAE v. Spiritus saccharatus.

CREMOR ORYZAE Reisrahm. *Crême de Ris.*
Rec. Oryzae Cochlearia tria majora. Coque cum Aquae Mensura semis ad Dimidium, adde Amygd. dulc. Nro. decem, Amygd. amar. Nro. quinque. F. cum Saccharo et pauxillo Aquae Cinnam. vel Naphae l. a. Emulsio. (V. etiam Pulvis Content.)

CREMOR PECTORALIS Cadet et Pierquin. Brustrahm. *Crême pectorale.* — Mixtura est ex Butyri Cacao, Syr. Papav. erratic., Ol. Amygd. dulc. et Aq. Naph. ãã Part. aequalibus. — Tronchin Butyr. Cacao Unc. duas, Syr. Bals. Tolut. et Capill. Ven. ãã Unc. unam et Sacch. albi Unc. semis misceri praescribit. — Pierquin Sacch. albi, Syr. Bals. Tolut. et Capill. Ven. Canadens. ãã Part. aequales cum s. q. Aquae misceri proponit. — In alia formula Syr. de Brassica rubra, Althaeae ãã Unc. duas, Syr. Violar., Capill. Ven., Bals. Tolut. ãã Unc. unam, Syr. Diacodii, Cinnam. ãã Drachm. duas, Acid. Boruss. medic. Drachm. semis, Sacch. cryst. Unc. unam semis misceri praescribit.

CREMOR PTISANAE Zwelferi. — Est Decoctum Hordei mundati concentratum.

CREMOR SULPHURIS. — Est Sulphur supra porphyritem cum aqua in pollinem impalpabilem laevigatione redactum. — Hoc praeparatum medium quasi tenet inter Flores et Lac Sulphuris.

CREMOR TARTARI. Weinstein-Rahm. *Crême de Tartre.* — Est pulvis subtilissimus Crystallorum Tartari seu Tartari depurati (I. 346.).

CREMOR TARTARI PRAECIPITATUS. — Fit praecipitando Solutionem Tartari tartarisati Olei Vitrioli ope et abluendo praecipitatum Aqua frigida. — Omnino cum Tartaro depurato subtilissime pulverato congruit.

CREMOR TARTARI PURGANS Veterum cum Tartaro emetico in summa rei congruit. Impurum autem et anceps est medicamentum.

CREMOR TARTARI REDUCTUS. — Hoc nomine Gray miscellam intelligit ex una Arcani duplicati et tribus Cremoris Tartari Partibus.

CREMOR TARTARI SOLUBILIS. Auflöslicher

Weinsteinrahm. ***Crême de Tartre soluble.***

Synon.: Cremor Tartari boraxatus seu cum Borace, Borax tartarisata seu vegetabilis, Tartarus cum Borace, Tartarus boraxatus, Kali tartaricum boraxatum, seu cum Natro boracico acido, Kali et Natrum boraxato-tartaricum, Tartras acidulus Potassae solubilis, Tartras seu Tartris Potassae boraxatus sive Potassae et Sodae boraxatae, Tartras Deutoxydi Potassii, Tartrate et Borate Deutoxydii Sodii, Supertartras Potassae boraxatus seu cum Borate Sodae, Boracinum potassinatum. Boraxweinstein, tartarisirter oder weinsteinigter Borax, weinstein- und boraxsaures Natronkali, Weinsteinborax, Boraxhaltiges weinsteinsaures Kali, Gewächs- oder vegetabilischer Borax. *Borax tartarisé* ou *de Potasse, Borax végétal* ou *à base d'Alcali végétal cet.*

Rec. Cremoris Tartari Libram unam,
Boracis raffinatae Uncias quatuor.
Solvantur in
Aquae fervidae Libris viginti.

Stent in vase lapideo, loco frigido, ut seponatur Calcaria tartarica, decanthetur liquor limpidus a sedimento, evaporetur in vase vitreo, porcellaneo vel lapideo leni calore, donec in frigore indurescat; teratur tunc in pulverem et exponatur pulvis per aliquod temporis spatium leni calori semper triturando, ut omni humore privetur, tunc servetur statim in vasis bene clausis. — Pulvis albus, ponderosus; sal integrum autem massam exhibet subdiaphanam gummi instar, crystallisandi non capax; sapore acido et salso; aëre humorem attrahit et deliquescit, facilis solutu in aqua, in spiritu vini non item. — Constat ex Acidi tartarici 6, Kali 3, Acidi boracici 1, Natri 1 et Aquae 3 Pond. Mixt. — Acidis fortioribus (excepto acido tartarico) vix decomponitur. — *Vis:* leniter laxans, diuretica, emmenagoga.

Sit albus, facilis et penitus solutu in aqua, solutio acido hydrothionico minime coloretur.

Usus: In solutione; in pulvere vel pilulis, propter deliquescentiam minus apte.

Pharm. Polonica Boracem cum Triplo Tartari depurati pulverati tantummodo intime misceri praescribit. — Nonnullae pharmacopoeae plus Tartari praescribunt. Sic Disp. Fuldense unam Boracis ad quatuor Tartari Partes praescribit, — Ph. Parmensis, Ferrarini et Taddei sex.

CREMOR TARTARI SOLUBILIS seu Tartras acidulus Potassae solubilis admixto Acido boracico, *Tartrate boro-potassique*, Ph. Gallicae. — Fit miscendo Tartari depurati Part. ducentas decem, Salis sedativi Hombergi (Acidi boracici) Part. triginta et Aquae destillatae Part. viginti, et evaparando miscellam balneo Mariae ad siccitatem. — Pulvis albus praecedenti similis, pariter facillime solubilis in Aqua, uti praecedens, aëre autem non deliquescens; hinc facilius forma pulveris dispensari licet. — Soubeiran rectius ad unam Salis sedativi Partem quatuor Tartari Partes sumi praescribit.

CREMOR TARTARI VOLATILIS, Ammoniacum tartaricum, Tartras seu Tartris Ammonii. *Crême de Tartre volatil, Tartrate d'Ammoniaque.* — Fit saturando Sal volatile vel Spiritum Salis Ammoniaci causticum cum Sale essentiali Tartari et evaporando liquorem clarum neutrum, ut in crystallos coalescat. — Prismata exhibet oblique rhombica, subpellucida, sapore pungente salso, aëre fatiscentia et ammoniacum exhalantia, facile solubilia in aqua. (De ceteris proprietatibus universalibus v. Sal essentiale Tartari.) — Constat ex Acidi Tartari 1, Ammonii 1, et Aquae 2 Pond. Mixt.

CRETA ALBA PRAEPARATA. Weiße präparirte Kreide. *Craie préparée.*
Rec. Cretae albae quantum vis. Tere in pulverem subtilem et misce cum Aqua, ut lac praebeat; subsideat Creta, decanthetur aqua et repetatur operatio nova Aqua bis terve; denique elutrietur Creta Aqua, ut separetur a particulis arenosis et exsiccetur. — Pulvis niveus, impalpabilis, insipidus. (De ceteris proprietatibus et *Usu* v. I. 54.)

CRETA PRAECIPITATA seu medicinalis, Calcaria carbonica seu Carbonas calcicus praecipitatus. Gefällte, reine oder medici-

nische Kreide, gefällter kohlensaurer Kalk. *Craie précipitée* ou *medicinale*, *Carbonate de Chaux précipité.* — Obtinetur praecipitando Calcem salitam vel aliud Sal calcarium purum, in aqua solutum, Cineris clavellati seu Salis Sodae depuratae ope, edulcorando bene praecipitatum et siccando. (Potest etiam infundibili ope in conulos redigi.) — Est Calcaria carbonica purissima, et praecipue ad usum internum adhiberi mereatur. – Ceterum cum praecedente congruit. (V. etiam Magisterium Coralliorum, Oculorum Cancri et Margaritae.)

CROCOMAGMA DAMOCRATIS ex GALENO Ph. August. cet.

Rec. Croci Drachm. viginti quinque, Myrrhae, Flor. Rosar. āā Drachm. duodecim cum dimidia, Amyli, Gummi Arab. āā Drachm. septem semis, Vini Chii q. s. Fiant s. a. Trochisci.

CROCUS ANTIMONII v. Crocus Metallorum.

CROCUS AURI v. Crocus Solis.

CROCUS JOVIS BATE. — Fit amalgamando Stanni Unc. semis cum Mercur. vivi Unc. duabus semis et evaporando Mercurium igne aperto.

CROCUS MARTIS seu Ferri ADSTRINGENS sive vitriolatus, Ferrum oxydatum rubrum, Oxydum Ferri seu ferricum, Tritoxydum Ferri seu ferricum rubrum. Rother adstringirender Eisensafran, rothes Eisenoxyd. *Safran de Mars adstringent*, *Oxyde de Fer rouge.* — Obtinetur Crocum Martis aperitivum in crucibulo per horam et diutius, aëre admisso, ad incandescentiam usque calcinando, et triturando in pulverem impalpabilem. — Pulvis subtilissimus, saturate fusco-ruber, insipidus, insolubilis in aqua, lente solubilis in acidis fortioribus, solutiones flavo-fuscas vel aurantiacas, peradstringentes, praebens. — Est Ferrum oxydatum purum, ex 2 Ferri et 3 Oxygenii Pond. Mixt. constans. (De ceteris proprietatibus v. Ferrum I. 60.) — *Vis:* tonica, nervina, adstringens, exsiccans. — *Usus:* In pulvere, electuario, pilulis; et externe adhibetur. — Sit pulvis supra ut bonae notae descriptus, insipidus, magnetis vi non obediens, penitus et sine effervescentia solubilis in acido salis, solutio neque solutione terrae ponderosae salitae turbetur, neque aqua hepatica coloretur, solutio neutra solutione natri succinici penitus cum colore rubro-fusco praecipitetur. — — Disp. Fuldense Limaturam Martis in Acido Nitri dissolvi, solutionem ad siccum evadorari, residuum calcinari et bene lavari praescribit. — Aliae Pharmacop. Limaturam Martis cum Duplo Nitri detonari et residuum bene edulcorari proponunt. Hoc praeparatum cum Croco Martis cachectico ZWELFERI congruit. — Ph. Borussica et Slesvico-Holsat. Vitriolum Martis facticium cum duodecima Nitri dep. Parte misceri et in crucibulo calore gradatim aucto uri praescribit, donec vapores ascendere desierint et massa colorem rubrum induerit; post refrigerationem haec cum Aqua dest. coqui, bene ablui et pulverem bene lotum siccari. — Disp. Brunsvic., Ph. Wirtemb. et aliae Ferrum in Spiritu Vitrioli diluto solvi et solutionem filtratam ad siccum evaporari et residuum igne forti calcinari praescribunt. (Hoc praeparatum cum Colcothar [p. 186.] convenit.) — Aliae pristinae Pharmacopoeae, e. g. Argentoratensis, Limaturam Martis puram in patella terrea non vitreata vehementissimo igne reverberarii eo usque calcinari praescribunt, donec spongiosa in superficie appareat, atque in florem rubrum abeat. Partes subtiliores Aqua eluendae sunt et cum residuo labor repetendus.

CROCUS MARTIS ANTIMONIALIS v. subsequens.

CROCUS MARTIS APERITIVUS. Eröffnender Eisensafran. *Safran de Mars aperitif.*

Synon.: Crocus Martis aperiens seu aperitivus STAHLII, Ferrum carbonicum seu subcarbonicum, Carbonas seu Subcarbonas Ferri sive ferricus (improprie), Ferrum oxydatum fuscum seu hydratum. Stahl's eröffnender Eisensafran, kohlensaures Eisenoxyd oder Eisencarbonat (uneigentlich), braunes Eisenoxydhydrat. *Carbonate* ou *Souscarbonate de Fer, Oxyde de Fer brun* ou *hydraté*, *Craie martiale.*

Rec. Vitrioli Martis facticii quantum vis.
Solve in
Aquae purae quantitate sufficiente.

Solutionem filtratam dilue Aqua, et admisce ei sensim, sub perpetua agitatione, Sal Sodae depuratae, in Octuplo Aquae solutum, quamdiu praecipitatum inde efficitur, quod primum seponendo, et iterata Aquae purae affusione denique in filtro sedulo edulcorandum et lenissimo calore siccandum. — Pulvis fuscus, impalpabilis, inquinans, insipidús, insolubilis in aqua, facilis solutu inter levem effervescentiam in acidis fortioribus, solutiones fus-

co–aurantiacas praebens, sapore peradstringente. (Conf. etiam I. 60.) — Est Ferrum oxydatum hydratum cum pauxillo Ferri carbonici oxydulati mixtum. — Calore aquam et acidum amittit. — *Vis:* tonica, adstringens, nervina, deobstruens, arsenici vim sedans.

Sit pulvis supra ut bonae notae descriptus, obscure fuscus et insipidus, facilis solutu in acido salis sub levi effervescentia, solutio neque solutione terrae ponderosae salitae turbetur, neque aqua hepatica coloretur.

Usus: In pulvere, electuario, pilulis. Pro antidoto quoque in arsenicum album inservit; quem in finem non exsiccandus, sed bene lotus, adhuc humidus, in vase clauso, aqua tectus, asservandus.

Plures Pharmacopoeae Salis Sodae loco Cineres clavell. dep. vel Oleum Tartari per deliq. sumi praescribunt. — Pristinae Pharmacopoeae etiam Limaturam Martis Aqua vel Aceto iterate irrorari praescribunt, donec in rubiginem abierit, vel Spiritu Vitrioli ita tractari et postremo pulverem restantem igne fortiori calcinari. (V. etiam Chalybs praeparatus, Rubigo Ferri et Colcothar.)

CROCUS MARTIS APERITIVUS ANTIMONIATUS STAHLII. — Fit exponendo aëri humido Scorias in parando Regulo Antimonii martiali, (ex Antim. crudi viginti quatuor, Clavellor. ferreor. duodecim et Cinerum clavellat. quinque Partibus obtentas) donec in pulverem humidum dilabuntur; diluendo hunc pulverem multa Aqua tepida et bene agitando miscellam fluidam, seponendo per breve tempus, ut subsidant particulae crassiores, decanthando liquorem turbidum et reponendo, ut pulvis subtilissimus fundum petat, qui elotus ac siccatus cum Triplo Nitri detonandus, tunc edulcorandus; atque pulvis restans dilute rubens nomine Croci Martis aperitivi tenuioris servatur. — Subsidens vero illa altera portio similiter tractanda, edulcoranda, siccanda et cum Triplo Nitri detonanda, quae rursus edulcorata et siccata, exhibet Crocum Martis aperitivum, obscurioris coloris, quam praecedens tenuior.

CROCUS MARTIS APERITIVUS CUM SALIBUS. — Nihil aliud est nisi Rubigo Ferri cum octava circiter Parte Kali carbonici impuri mixta.

CROCUS MARTIS SACCHARINUS in summa rei cum Calcantho calcinato congruit.

CROCUS MARTIS SULPHURATUS seu Chalybs Sulphure praeparatus Ph. Sardoae cet. — Fit calcinando miscellam ex Limat. Martis et Sulphur. āā Part. aequalibus in cacabo fictili saepius agitando, donec metallum in pulverem rubrum abierit, qui, bene lotus, siccandus.

CROCUS METALLORUM seu Antimonii, Crocus seu Terra aurea, rubra, sancta RULANDI et QUERCETANI, Hepar Antimonii lotum, Stibium seu Antimonium oxydulatum sive oxydatum fuscum, Stibium sulphuratum fuscum, Oxydum Stibii seu Antimonii fuscum sive sulphuratum semivitreum, Oxydum Antimonii cum Sulphure per Nitratem Potassae, Oxydum stibicum cum Sulphureto Stibii. Metall- oder Spießglanz-Safran, braunes Spießglanzoxyd. *Safran d'Antimoine* ou *metallique, Oxyde d'Antimoine brune* ou *sulphuré demi-vitreux.*

Rec. Antimonii crudi subtilissime pulverati et Nitri depurati āā Part. aequales. Intime mixta in olla ferrea munda et sicca pruna admota accendantur. Post detonationem massa refrigerata fusca, Hepar Antimonii exhibens, terendo in pulverem subtilissimum redigatur, Aqua pura fervida sedulo edulcoretur et siccetur. — Pulvis obscure viridescenti- et flavescenti-fuscus vel rubiginosus, insipidus, insolubilis in aqua, aegre penitus solubilis in acido salis, inter acidi hydrothionici evolutionem; igne obscure rubro-candente funditur, massam obscuram vitream exhibens. — Constat ex Antimonio oxydato cum Antimonio sulphurato et Antimonio oxydato kalino. — *Vis:* Antimonii oxydati puri (p. 36.), sed minus certe, et pari modo, praecipue ad paranda varia praeparata antimonialia inservit.— Pharmacopoeae subinde, quoad rationem Partium, inter se discedunt, sic REUSS etiam duas Antimonii crudi et unam Nitri Partem sumi praescribit. — SPIELMANNUS sec. BAS. VALENTINUM Hepar Antimonii fundendo miscellam ex Antimonii crudi Unc. decem et Salis Tartari Unc. triginta in crucibulo parari praescribit, quod Aqua edulcorandum. — Pristinae Pharmacopoeae passim Hepar Antimonii methodo prima obtentum a particulis salinis albidis et scoriis nigris separari praescribunt et massam rubro-fuscam nomine Croci Metallorum asservari proponunt, et, si pluries Aqua fervida edulcoratur, Crocus Antimonii lotus appellatur.

CROCUS METALLORUM ABSINTHIACUS MYNSICHTI in summa rei cum Croco sec. BAS. VALENT. congruit.

CROCUS SOLIS seu AURI Ph. Wirtemb. Goldsafran. *Safran d'Or.*

Rec. Auri per Antimonium depurati Part. unam, Mercur. dep. Part. sex. Fiat amalgama,

cui probe commisceatur Duplum Sulphuris triti, et sub tegula fulminatoria rudicula ferrea continuo movendo, donec omne Sulphur et omnis Mercurius avolarit, igne sufficienter calcinetur; sic Aurum in pulverem abibit rufum, subtilissime super marmore terendum. — Obtinebis Aurum divisum forsitan Antimonii particulis et quisquiliis sulphuris inhaerentibus, uti et ferri vestigiis a rudicula, serviente agitando, inquinatum. — Bezoardicae et cordiales Vires olim illi, sed male, tribuebantur. (V. etiam Aurum divisum p. 103.) — Crocus Solis Norimbergensium sec. SPIELMANNUM fit miscendo Nitri dep. Unc. decem, Alumin. Unc. octo, Sal. comm. Unc quinque et Fol. Auri Unc. semis ad Auri disparitionem usque, solvendo Aqua fervida et adjiciendo solutioni Oleum Tartari per deliquium, edulcorando Aurum inde dejectum et calcinando in crucibulo, dum colorem violaceum induerit. — Hoc modo Aurum cum Alumina mixtum obtinetur. — Ph. Augustanae formula in summa rei cum hac congruit. — (Alia praecepta antiqua sine necessitate copiosa praeteremus.)

CROCUS VENERIS Ph. Wirtemb. Kupfer-Safran. *Safran de Cuivre.* — Ex Vitriolo coeruleo vel Crystallis Veneris per calcinationem paratur et affusa Aqua calida edulcoratur. (V. etiam Cuprum oxydatum.)

CRYSTALLI LUNAE seu LUNARES v. Argentum nitricum (p. 100.).

CRYSTALLI VENERIS = Aerugo destillata (I. 2.).

CRYSTALLUM MINERALE seu Crystallus mineralis. BATE Nitrum tabulatum in Aqua solvi et iterum crystallisari proponit. Si ante crystallisandum par Pondus Sacchari additur, Crystallum minerale saccharatum vocatur. (V. Nitrum tabulatum.)

CRYSTALLUS MONTANA PRAEPARATA. — Sicut de Corallis supra edoctum est, paratur.

CUBEBAE LAXATIVAE Ph. Augustanae. — Uti Passulae laxativae parantur.

CUCUPHA AUGUSTINI Hauptkräuter- oder Kräutermützlein. *Cucuphes.*

Rec. Flor Chamom. Rom., Hb. Menth. crisp. et Rutae, Rad. Calami arom. āā Unc. tres, Camph. Drachm sex. M. - Hujus pulveris aliquot Manipuli calefacti Spiritu Frumenti calido inspergantur, deinde capiti imponantur.

CUCUPHA CONFORTANS SCHMIDT.

Rec. Rad. Angelic., Hb. Major., Salv., Flor. Anthos āā Unc. semis, Caryoph. arom. Drachm. unam ad tres, Mastich. el., Styrac. Calam. āā Drachm. duas ad Unc. semis. C. c., m. f. Spec.

CUCUPHA FULLERI.

Rec. Rad. Paeon. Drachm. duas, Angelic. Drachm. unam, Irid. flor., Flor. Lavend. āā Drachm. semis, Flor. Stoechad. Drachm. unam, Caryoph., Nuc. Moschat., Macid. āā Scrup. unum, Styrac. Calam., Ladani, Succini, Bals. de Tolu āā Drachm. unam, Ol. Anthos Gutt. quinque. Cont. et mixta excipiantur in bombycinum, et f. Cucupha. — (Alias formulas similes praetereamus. V. etiam Pulvis et Species.)

CUMINI PRAEPARATIO. — Uti Coriandri Praeparatio conficitur.

CUPEROSAE PRAEPARATIO Ph. August. — Nihil aliud est nisi Vitriolum album iterate in Aqua Rosarum solutum et ad solem exsiccatum.

CUPRIDUM AMMONIACAE LIQUIDUM v. Aqua ophthalmica coerulea (p. 82.).

CUPRUM ACETICUM seu Aceto corrosum et subaceticum v. Aerugo (I. 1. et 2.).

CUPRUM ALUMINATUM v. Lapis divinus.

† CUPRUM AMMONIACALE. Kupfersalmiak. *Cuivre ammoniacale.*

Synon.: Cuprum ammoniacale vitriolicum, Cuprum ammoniatum seu ammoniacum, Cuprum armenicum, Sal Armoniacum Cupri, Specificum seu Sal antiepilepticum WEISMANNI, Cuprum sulphurico-ammoniatum, Sulphas biammonico-cupricus seu superammonico-cupreus, Subsulphas ammonico-cupricus, seu Cupri ammoniati, Deutosulphas Cupri et Ammoniae. Ammoniak- oder Ammoniakal-Kupfer, schwefelsaures Kupferoxydammoniak mit Ueberschuß an Ammoniak, Kupfervitriolsalmiak, schwefelsaures Kupferammonium. *Sulphate de Cuivre ammoniacal, Cuivre sulphurique ammoniacal* cet.

Rec. Vitrioli coerulei quantum vis.
Tere in pulverem et superaffunde semper agitans
Spiritus Salis Ammoniaci caustici quantum ad solutionem requiritur; filtra in vitrum altum et instilla lente ita, ut in parietes diffluat et solutioni innatet
Spiritus Vini rectificatissimi Duplum solutionis.

Seponatur vas clausum in quiete per aliquot dies, cavendo ne moveatur, donec solutionis Aqua cum Spiritu commixta sit et Sal omne in crystallos coaluerit, quae inter chartam bibulam convolutam celeriter, calore non adhibito, siccandae et in vase clauso loco frigido asservandae. — Crystallos exhibet saturate azureas, fere impellucidas, oblique tetragonas, inaequaliter hexagonales, planis duobus exacutas, seu aci-

culares, sapore nauseoso sub-styptico-ammoniacali et metallico; alcalium modo reagit, facile solutu in aqua, in spiritu vini non ita; aëre facile fatiscit, ammoniacum partim emittit et colorem laete coeruleum, denique viridem, assumit. — *Part. const.:* Cupri oxydati 2, Ammoniaci 4, Acidi sulphurici 2 et Aquae 2 Pond. Mixt. — *Vis:* antispastica, adstringens, emetica, externe mundificans.

Sit sal supra ut bonae notae descriptum, crystallos insignes exhibeat colore obscure azureo; facile et penitus solubile in aqua. Sal dilapsum removeatur.

Usus: In pulvere, pilulis et solutione interne parva dosi caute. Cave ne commisceas cum acido quocunque, vel salibus illud decomponentibus. — Ad parandam Aquam quoque ophthalmicam coeruleam adhiberi potest; inservit etiam tanquam reagens in arsenicum.

Pharm. Borussica et Slesvico-Holsatica Solutioni Cupri sulphurico-ammoniacalis par Pondus Spiritus Vini rectificatissimi affundi praescribit et post triduum liquori a crystallis, interea ortis, decanthato iterum par Pondus admisceri praescribit, ut denuo crystallos demittat. — Ph. Bavarica ad unam Vitrioli coerulei Partem quatuor Spiritus Sal. Ammon. et decem Spir. Vini rectificatissimi Partes praescribit. Spiritus cum solutione Cupri ammoniacalis statim agitando commiscendus et pulvis aciculari-crystallinus, laete azureus, cito siccatus in vase optime obturato servandus. — Ph. Suecicae formula in summa rei cum hac congruit. — Ph. Batava, Spielmannus sec. Weismann et Ph. Wirtembergica Spiritus Salis Ammon. caustici loco Spiritum Salis Ammon. aquosum sumi praescribunt, ceterum agi uti supra memoratum. — Pharm. Dublinens., Edinburg., Londin. et Lusitan. duas Vitrioli coerulei Partes cum tribus Salis volatilis sicci simul in mortario vitreo triturari praescribunt, donec cessaverit ebullitio; deinde Cuprum ammoniatum charta bibula involutum leni calore exsiccari. — Ph. Bremens. unam solummodo Salis volatilis Partem cum duabus Vitrioli coerul. Partibus pari modo tractari proponit. — Disp. Fuldens. et Ph. Rossica inepte Vitriolum coeruleum in Aqua solvi, liquori Spiritum Salis Ammon. aquosum admisceri proponit, donec praecipitatum primo ortum penitus iterum solvatur, et liquorem lenissimo calore ad siccum evaporari. — Reliquas praescriptiones, a nostra parum discedentes, in summa rei congruentes, et idem productum praebentes, praeteremus.

CUPRUM AMMONIACALE LIQUIDUM v. Liquor et Solutio.

CUPRUM AMMONIATO-MURIATICUM seu muriatico-ammoniatum v. Liquor Cupri ammoniato-muriatici.

† CUPRUM CARBONICUM, Carbonas seu Subcarbonas Cupri seu cupricus, Cuprum calcinatum, Calx Cupri viridis. Kohlensaures Kupferoxyd, grüner Kupferkalk. *Carbonate de Cuivre.* — Obtinetur praecipitando Solutionem Vitrioli coerulei (vel Cupri nitrici), valde dilutam, Solutione Ciner. clavell. vel Salis Sodae dep., et siccando praecipitatum sedulo edulcoratum aëre. — Pulvis laete coeruleo-viridis, fere insipidus et insolubilis in aqua, facile autem et inter effervescendum in acidis. — Constat ex Cupri 3, Acidi carbonici 2 et Aquae 1 Pond. Mixt. (De ceteris proprietatibus conf. Salia Cupri in universum I. 56.) — *Vis:* excitans, emetica, antifebrilis (?); praecipue contra scrophulos laudatur.

† CUPRUM MURIATICUM OXYDATUM seu Cuprum salitum, Murias seu Hydrochloras Oxydi Cupri sive cupricus, Cuprum chloratum, Chloretum Cupri seu cupricum. Salzsaures Kupferoxyd, einfach (doppelt) Chlorkupfer, Kupferchlorid. *Oxyde de Cuivre muriatique, Chloride de Cuivre.* — Obtinetur solvendo Cuprum in Acido Salis, addito pauxillo Acidi Nitri, vel solvendo Cuprum carbonicum aut oxydatum in Acido Salis. — Liquor saturatus evaporet ad syrupi fere spissitudinem, ut in frigore in crystallos abeat. — Crystallos exhibet pulchre smaragdinas, aciculares vel tetragonas, sapore ingrato, styptico-metallico; aëre deliquescit et facillimum solutu est in aqua, uti et in spiritu vini. (De ceteris proprietatibus conf. Salia cuprica in universum I. 56.) — *Vis:* valde irritans, emetica, externe mundificans. — *Usus:* Per se non tanquam medicamentum adhibetur, quanquam mereatur; ad paranda alia Cupri praeparata inservire potest.

† CUPRUM NITRICUM, Nitras Cupri seu cupricus, Nitrum Cupri seu Veneris. Salpetersaures Kupferoxyd, Kupfersalpeter. *Nitrate de Cuivre.* — Paratur dissolvendo Cuprum in Acido Nitri diluto et evaporando solutionem claram saturatam, ut in crystallos coalescat. Obtinetur etiam tanquam parergon in purgando Argento, Acidi Nitri et Cupri ope. — Prismata exhibet longa, tetragona, pulchre coerulea, subpellucida, aëre deliquescentia et facilia solutu in aqua, solubilia etiam in spiritu vini. (De ceteris proprietatibus v. Salia cuprica et nitrica in universum I. 56. et II. 21.) — Ad parandum Cuprum carbonicum oxydatum cet. inservit.

† CUPRUM OXYDATUM, Oxydum Cupri seu cupricum, Calx Cupri. Kupferoxyd. *Oxyde de Cuivre.* — Obtinetur decomponendo Cuprum nitricum calore. Calefit Sal in patera ampla vel crucibulo, denique ad incandescentiam usque, sub perpetua agitatione et saepius residuum triturando, donec vapores rutilantes evolvi cessaverint. — Pulvis fusco-nigrescens, insipidus, ponderosus, insolubilis in aqua, solubilis in acidis, solutionem coeruleam vel viridem exhibens, solubilis etiam in spiritu salis ammoniaci, solutionem azuream praebens. (De ceteris proprietatibus v. Cuprum I. 56.) — Constat ex Cupri et Oxygenii aequalibus Pond. Mixt. — *Vis:* emetica, exsiccans, mundificans. — Ad paranda alia Cupri praeparata, uti et in analysi principiorum organicorum, inservit; Aeris usti loco (p. 28.) adhiberi mereatur, quia purius.

† CUPRUM PHOSPHORICUM, Phosphas Cupri seu cupricus. Phosphorsaures Kupferoxyd. *Phosphate de Cuivre.* — Simili modo atque Cuprum carbonicum, praecipitando Solutionem Vitrioli coerulei Sodae phosphoratae ope et lavando praecipitatum, obtinetur. — Pulvis pallide coerulescens, insipidus et insolubilis in aqua, facilis solutu, et quidem sine effervescentia, in acidis fortioribus. — Constat ex Cupri oxydati 3, Acidi Phosphori 1 et Aquae 3 Pond. Mixt. (De ceteris proprietatibus v. in Cupro carbonico.) — *Vis:* Cupri carbonici similis; sal hoc praecipue mite habetur. — Pari modo adhibetur.

CUPRUM SULPHURICO-AMMONIATUM v. Cuprum ammoniacale.

CUPRUM SULPHURICUM seu vitriolatum v. Vitriolum coeruleum (I. 353.).

CUPRUM USTUM v. Aes (p. 28.).

CUSCO-CINCHONIUM, Aricium seu Aricinum. Cusco-Cinchonin, Aricin. *Cusco-Cinchonine* ou *Aricine.* — Paratur ex China Cusco seu Cortice Aricensi (I. 35.) pari modo, ac Cinchonium, quocum etiam, quoad proprietates, congruit. Distinguitur autem sapore amariore, simul calefaciente, subadstringente. Pariter fere insolubile in aqua, facilius autem solutu in spiritu vini, solvitur etiam in naphtha vitrioli. — Constat ex Carbonei 20, Hydrogenii 24, Oxygenii 3 et Azoti 2 Pond. Mixt. — Calore destruitur, acidi nitri ope colore obscure viridi imbuitur. Cum acidis salia format Cinchonii salibus passim similia, sapore peramaro. Solutio concentrata aquosa Cusco-Cinchonii sulphurici autem refrigescens gelatinae instar coalescat. — *Vis:* tonica? febrifuga? — Principium hoc peculiare organicum medicorum attentione dignum videtur.

CUSPARINUM, ANGUSTURINUM, GALIPEINUM. Kusparin, Angusturin. *Cusparine, Angusturine.* — Ex Cortice Angusturae vera (I. 43.) tractando Spiritu Vini alcoholisato temperatura ordinaria, abstrahendo spiritum ex tinctura clara et exponendo residuum aëri frigido, donec in crystallos coalescat; exprimendo magma crystallinum inter chartam bibulam, solvendo Cusparinum impurum iterate in Alcohole Vini, tractando solutionem Plumbo oxydato et Cusparinum evaporatione remanens Naphtha Vitrioli obtinetur. — Crystallos exhibet tenuissimas, aciculares, concentrice aggregatas, sapore peramaro, simul acri-aromatico; non facile est solutu in aqua, facile in spiritu vini, in aethere non ita; solutiones neutrae sunt et solutio aquosa ad reagentia sese indifferens habet, excepta tinctura gallarum, quae solutionem valde praecipitat et hydrargyro nitrico oxydato acido, unde colore rubro imbuitur. Acida Cusparinum quidem plerumque facile solvunt, salia autem cum illo non formant. Calore destruitur. — *Part. const.:* (?) — *Vis:* tonica, febrifuga. — Principium hoc magis investigandum pariter medicorum attentione dignum.

CYANETUM seu CYANURETUM v. quaeque nomina Basium vel nomina usitatiora.

† CYANOGENIUM IODATUM. Jodcyan. *Iodure de Cyanogène.* — Obtinetur sublimando miscellam ex Mercurii cyanati Part. duabus et Iodi Parte una cum pauxillo Aquae in vase clauso lenissimo calore. — Aciculas exhibet tenuissimas, levissimas, albas, odore penetrantissimo, lacrymas eliciente, et sapore perpungente, irritante; colores organicos destruit. — Constat ex Iodi et Cyani aequalibus Pond. Mixt. — *Vis:* maxime irritans, incitans, toxica, in exigua dosi facile lethalis. — Pro medicamento proponitur, sed non nisi summa cum circumspectione adhiberi licet.

CYCLAMINUM seu ARTHANITINUM. — Obtinetur tractando Radicem Cyclaminis recentem Spiritu Vini rectificatissimo, temperatura ordinaria, abstrahendo Spiritum lenissimo calore, lavando residuum aqua et aethere, solvendo in Alcohole Vini et tractando solutionem Carbone animali depurato; ex solutione filtrata Cyclaminum evaporatione spontanea in crystallos coalescit tenuissimas, aciculares, albas, inodoras, sapore acerrimo-urente, caustico; difficile solutu in aqua, facile in spiritu vini, in aethere non ita; solutiones neutrae sunt. Calore facile destruitur, temperatura 80° R. jam alteratur. — *Vis:* vomitiva, purgans, facile nociva. — Cyclaminum medicorum attentione non minus dignum esse videtur.

CYTISINUM. Cytisin. *Cytisine.* — Principium medicatum vomitivum et purgans Cytisi Laburni L. (I. 77.), quod praecipue ex Leguminibus et Seminibus obtinetur, hucusque nondum in statu puro recognitum. Ceterum quod magis examinetur pariter dignum.

DAHLINUM v. Inulinum.

DALBY's CARMINATIVE v. Mixtura.

DAMAJAVAY v. Extractum Castaneae.

† DATURIUM seu **DATURINUM**, Stramoniinum. Daturin, Stramoniin. *Daturine, Stramoniine.* — Ex Seminibus Stramonii (I. 332.) simili modo atque Atropium ex Radice (p. 102.) (vel Colchicium ex Seminibus) paratur. Daturium impurum praecipitatione Cinerum clavellatorum obtentum, pressione inter chartam

bibulam, iterate quoties opus renovandum est, ab oleo pingui liberandum, in Spiritu Vini absoluto solvendum, Spiritus ex solutione filtrata abstrahendus, Daturium in Spiritu Vitrioli, Aqua diluto, dissolvendum, solutio, addita aequali portione Spiritus Vini rectificatissimi, Carbone Lixivii Sanguinis tractanda ad plenam decolorationem usque, Spiritus evaporando lenissimo calore dissipandus, Daturium denuo ex solutione aquosa Cinerum clavellatorum ope praecipitandum, pressione, ut supra, depurandum, denuo in Spiritu Vini absoluto solvendum, solutioni filtratae humidae sensim Aqua admiscenda, dum lactescat, et in patera aperta lenissimo calore evaporanda. — Prismata exhibet insignia, acicularia, alba, sericea, fasciculatim aggregata, inodora (impurum autem Daturium nidores nauseoso-narcoticos spargit); sapore primum amariusculo, deinde peracri tabacino, alcalium modo reagit; aëre temperatura ordinaria immutabile, leni calore liquefit, calore auctiore partim avolat, partim destruitur, alcalium fixorum ope pariter facillime uti Atropium (p. 103.) decomponitur et Ammoniacum evolvitur. Alcali organicum (Kaliodes) sui generis. — *Part. const.:* Atropii similes, nondum exacte definitae sunt. — Non facile solutu in aqua, temperatura ordinaria circiter ducentas octoginta, in puncto ebullitionis septuaginta duas partes requirit, facillimum autem solutu in spiritu vini; solvitur etiam in aethere. In comburendo et ad acida uti Atropium sese habet. Salia Daturii sapore baseos, pariter plerumque crystallisabilia et facilia solutu in aqua et spiritu vini, solutiones aquosae (uti et Daturii solutiones) ad reagentia uti Atropii sese habent. — *Vis:* Daturii (et salium Daturii) summe narcotica, facile lethalis; Atropii similis, pariter et externe vel vestigia, oculo applicata, pupillae dilatationem, diu durantem, efficiunt. — *Usus:* Uti Atropii. Non minus medicorum attentione dignum, sed pariter cautissime adhibendum.

DECOCTA (Apozemata). Abkochungen, Absude, Decocte. *Decoctions.* — Novissimis temporibus aptissime in balneo Mariae parantur, immergendo vas (pyxidem infusoriam) in ahenum, Aquam semper ebullientem continens, operculo, foraminibus aptis praedito, clausum (Apparatus Beindorfianus praecipue commendandus). Superaffunditur substantia praescripta rei convenienter comminuta Aquae quantitate purae ad colaturam praescripta et tanto plus, quantum absorbetur et, vase operculo clauso, calida redditur in Aqua bulliente, saepius agitando per semihoram usque ad horam, secundum naturam ingredientium, tunc exprimitur calide, quem in finem, prelum pro Decoctis Beindorfianum summopere commendandum. — Aquae quantitas optime semper a medico praescribenda. Substantiae vegetabilium fibrosae in universum ad minimum sex Aquae Partes, et si valde intumescunt, octo, decem et plus ad plenam extractionem requirunt. Decocta non nisi desiderante medico recenter paranda, quia plerumque mox corrumpuntur.

DECOCTO-INFUSA. Absud-Aufgüsse. *Decocto-Infusions.* — Pari modo parantur, atque Decocta, primum substantias difficiles extractu cum Quantitate praescripta Aquae in balneo Mariae per semihoram usque ad horam integram calefaciendo, postremo alias faciliores extractu addendo, et quinque ad decem sexagesimas calori balnei Mariae in vase clauso exponendo. — Hucusque materiae difficiles extractu coquuntur per tempus plus minus longum pro re nata, postremo adduntur materiae faciliores extractu et partibus volatilibus praeditae et digeruntur simul vase clauso brevi tempore. — Sic parantur e. g.

DECOCTO-INFUSUM ALTHAEAE CUM SENEGA Marci — coquendo R. Althaeae Unc. semis cum Aquae Unc. duodecim ad Unc. octo, sub finem addendo R. Senegae Drachm. unam, digerendo per 1/4 horae et addendo colaturae Syr. Althaeae Unc. unam.

DECOCTO-INFUSUM CHINAE CUM ANGELICA et CAMPHORA Brückneri — coquendo Chinae opt. Unc. semis cum Aq. Unc. sedecim ad colat. Unc. octo, infundendo in haec Rad. Angelicae Drachm. duas et admiscendo colaturae Camphorae Scrup. semis, Mucilag. Gumm. Arab. Unc. semis subactae, et Syr. emulsivi Unc. unam.

DECOCTO-INFUSUM CHINAE CUM ARNICA Brückneri — fit coquendo Chinae opt. Unc. semis cum Aquae Unc. viginti quatuor ad Unc. octo, digerendo in colat. Flor. Arnicae Drachm. tres per 1/2 horam et addendo colaturae Laud. liq. Sydenh. Drachm. semis, Tinct. Valer. Lentini Drachm. unam et Syr. Cort. Aurant. Unc. unam.

DECOCTO-INFUSUM CHINAE CUM CINNAMOMO Brückneri — fit coquendo Chinae opt. Drachm. sex cum Aq. Unc. viginti quatuor ad Unc. novem colat. in qua digerendae Cinnamomi Drachm. duae; colat. admisceantur Syr. Cinnamomi Drachm. sex.

DECOCTO-INFUSUM CHINAE CUM SERPENTARIA Ebermaier.

Rec. Cort. Peruv. Unc. unam. Coque cum Aq. font. Unc. sedecim ad remanent. Unc. octo, tunc recipiatur Rad. Serpent. Virg. Unc. semis et infundatur cum colatura adhuc fervente, post refrigerationem cola et adde Liq. anod. Hoffm. Drachm. duas, Syr. Chamom. Unc. unam. — Brücknerus Chinae Unc. semis cum Aq. Unc. sedecim ad sex coqui, in colat. Rad. Serpent. Drachm. duas digeri et colat. refrig. admisceri praescribit, Tinct. Serp. Virg. aeth. Drachm. unam et Syr. Cort. Aur. Unc. semis. — Melius fiat uti subsequens.

DECOCTO-INFUSUM CHINAE CUM SERPENTARIA ET VALERIANA Ebermaier.

Rec. Cort. Chin. Unc. unam. Coque cum

Aq. font. Unc. sedecim; sub finem coctionis adde Rad. Serpent. Virg., Valerian. āā Drachm. duas; colaturae Unc. octo adde Spir. sulphurico-aeth. Drachm. duas, Syr. Cort. Aurant. Unc. unam.

DECOCTO-INFUSUM CHINAE CUM VALERIANA. — Fit exponendo Chinae gris. Unc. unam cum Aquae Unc. decem calori balnei Mariae per horam unam, addendo postea Rad. Valerian. Unc. semis, digerendo insuper per decem sexagesimas vase clauso et colando.

DECOCTO-INFUSUM GENTIANAE CUM VALERIANA Brückneri.

Rec. Rad. Gentian. Unc. unam. Conc. coquatur cum Aq. fluviat. Unc. sedecim leni igne in vase clauso ad remanent. Unc. octo. Sub finem coctionis addantur Rad. Valer. min. Drachm. duae. Digerantur in vase bene tecto per horae quadrantem; colaturae expr. admisceantur Liq. anod. min. Hoffm. Drachm. una, Elix. Cort. Aurant. comp. Unc. semis.

DECOCTO-INFUSUM LIGNI CAMPECHIANI ET CORTICIS SALICIS Brückneri.

Rec. Rasur. Ligni Campech. Unc. unam. Coq. cum Aq. fluv. Unc. quadraginta leni igne ad remanentiam Unc. decem. Cum colatura expr. adhuc fervente infundantur Cort. Cass. cinnamom. Drachm. duae. Digerantur leni calore in vase bene clauso per horam semis. Colat. expr. admisceantur Tinct. Opii Eccardi Drachm. una, Essent. Cinnam., Syr. Cinnam. āā Drachm. sex. — Alia formula: Rec. Cort. Salic. Laureae, Rad. Gentian. āā Unc. semis. Conc. coq. cum Aq. fluv. Unc. viginti leni igne ad remanentiam Unc. octo. Cum colatura expr. adhuc fervente infundantur Rad. Calam. aromat. Drachm. tres. Digerantur leni calore in vase clauso per horam semis. Colaturae expr. adde Essent. Calam. arom. Unc. semis, Mell. dep. Drachm. sex.

DECOCTO-INFUSUM QUASSIAE Brückneri.

Rec. Cort. Quass. Unc. semis. Cont. coquatur cum Aq. fluviat. Unc. duodecim leni igne in vase tecto ad remanent. Unc. sex. Cum colatura expressa adhuc fervente infundantur Cort. Cinnam. cont. Drachm. una. Digerantur leni calore in vase bene clauso per horam semis. Colaturae expressae admisceatur Syr. Cort. Aurant. Unc. una. — Alia formula: Rec. Rasur. Ligni Quassiae Unc. unam. Coquatur cum Aquae fluviat. Unc. viginti leni igne in vase tecto ad remanentiam Unc. sex. Cum colatura expressa adhuc fervente infundantur Cort. Aurant. Curass. conc. Drachm. duae; digerantur leni calore in vase bene clauso per horam dimidiam. Colaturae expressae admisceantur Essent. Cort. Aurant. comp. Drachm. duae. M.

DECOCTO-INFUSUM TRIFOLII FIBRINI CUM RHEO Brückneri.

Rec. Hb. Trifol. fibr. Unc. semis. Conc. coquatur cum Aq. fluviat. q. s. leni igne per horam semis. Cum colatura expr. et fervente Unc. quatuor infundantur Rad. Rhei opt. conc. Drachm. una, Flav. Cort. Aurant. conc. Drachm. semis. Digerantur leni calore in vase bene tecto per horam semis. Colaturae expressae admisceatur Liq. anod. min. Hoffm. Drachm. semis.

Alia DECOCTO-INFUSA convenienter rei simili modo ac Decocto-Infusum Chinae cum Valeriana parantur. (V. etiam Decoctum, Infuso-Decoctum, Mixtura, Potio, Ptisana cet.)

DECOCTUM ACIDUM. Saurer Absud oder Abkochung. *Decoction acide* Formul. de Paris.

Rec. Hb. rec. Acetosellae et Acetosae āā Man. tres, Bacc. Berber. Man. unum. Coq. in Aq. Libr. decem ad octo, cola cum forti expressione, et clarifica colaturam.

DECOCTUM ADSTRINGENS. Adstringirendes Decoct oder Absud. *Decoction adstringente.*

Rec. Cort. Granat. et Rad. Torment. āā Drachm. unam, Aq. Libr. unam semis. Coque ad remanent. Libr. unius; sub finem adde Cortic. Simarub. Drachm. unam. Colaturae adde Syr. Opii Unc. unam. — Lewis Rad. Torment. Unc. unam, Cort. Granat. et Hb. Plantag. āā Unc. semis cum Aquae Octar. tribus ad duos coqui et sub finem addi praescribit Cinnam. Drachm. duas, et colaturae Syr. Rosar. sicc. Unc. semis. — Van Mons Cort. Quercus, Granat. et Rad. Torment. āā Part. unam cum Aquae Part. nonaginta octo in balneo Mariae calidas reddi et sub finem Cinnam. Part. unam addi praescribit, et post refrigerationem colari. — Ferrarini et Swediaur inepte simul dimidiam Lactis Partem sumi proponunt. — Ph. Sardoa Rad. Torment., Cort. Chinae, Granat. et Flor. Balaust. āā Unc. semis cum s. q. Aquae ad colat. Libr. duarum coqui praescribit.

DECOCTUM ADSTRINGENS Mynsichti.

Rec. Rad. Torment., Serpentar. āā Unc. unam, Cydon. exsicc. Drachm. sex, Sem. Lapath. acuti, Antherar. Rosar. āā Drachm. duas, Hb. Urtic. mort. cum Florib. rubr. Drachm. unam semis, Nuc. Moschat., Cinnam. acuti, Rad. Galang. min., Caryoph. arom. āā Drachm. unam, Sebest. Nro. sex. Coque l. a. cum Aq. Plantag. Libr. tribus ad tertias, in colat. solve Camph. Drachm. unam et ad libitum cum Myva Cydoniorum edulcora.

DECOCTUM ADSTRINGENS Richard.

Rec. Succi Catech., Rad. Consolid. maj. conc. āā Drachm. duas. Coque Aq. font. Unc. duodecim ad remanent. Unc. trium. Colatis adde Syr. Cydon. Unc. duas.

DECOCTUM ALBUM Sydenhami, **Decoctum Cornu Cervi gummosum seu Micae Panis, Ptisana alba** sec. Spielmannum. Sydenham's weißes Decoct. *Decoction blanche de Sydenham* ou *de Mie de Pain, Ptisane blanche.*

Rec. Rasurae Cornu Cervi, Micae Panis Tritici albissimi āā Unc. semis. Coquantur ex Aq. fontan. Unc. triginta sex ad residuas Unc. quatuor et viginti. Colatura dissolvuntur Gummi Arab. Drachm. una semis, Sacch. Drachm. duae. — Disp. Brunsvic.

formula cum hac congruit, — Ph. Hassiae El. pariter, nisi quod Unc. semis Sacchari praescribit. — Ph. Slesvico-Holsatica Sacchari Unc. semis et Gummi Arabici Drachm. duas praescribit, ceterum ut supra. — Ph. Hannoverana et Saxonica Saccharum omittunt et Gummi Arab. Drachm. duas praescribunt, ceterum etiam cum data formula congruunt. — Disp. Fuldense Cornu Cervi rasp. Drachm. sex et Gummi Arab. Drachm. duas cum Aquae Libr. tribus ad duas coqui et colaturam pro lubitu edulcorari praescribit. — Ph. Ferrariensis Corn. Cervi rasp. Unc. unam, Gumm. Arab. Unc. unam semis, Micae Panis Unc. semis et Sacchari Drachm. duas in Aquae Libr. tribus ad duas coqui, tunc colari praescribit. — TADDEI praeterea Aq. Naphae addit. — Ph. Sardoa Cornu Cervi rasp. Unc. duas, Micae Panis albi Unc. quatuor in Aquae Libr. sex ad remanent. Libr. quatuor coqui et absque expressione colari praescribit, Saccharum autem et Gummi Arabic. omittit. — Formul. pharmaceutique Micae Panis Unc. duas, Corn. Cervi rasp. Drachm. duas, Aquae Libr. quatuor ad Libr. duarum remanent. coqui et Syr. Alth. Unc. unam addi praescribit. — Pharm. d'Anvers et Belgica Rasur. Cornu Cervi, Micae Panis tritic. albiss. āā Unc. duas, in Aq. font. Libr. tribus coqui, tunc addi praescribit Sacch. albi Unc. unam semis. — MARCUS Sacch. albi Drachm. sex et Syr. Rubi idaei Unc. duas addi proponit, ceterum cum hac formula congruit. — RATIER cet. Rasur. Cornu Cervi Unc. semis, Micae Panis Unc. unam cum Aquae Libr. tribus, ad colat. Libr. duas coqui, tunc addi praescribit Syr. Cydonior. Unc. duas. — KLEIN Corn. Cervi rasp., Micae Panis alb. āā Unc. tres ex Aq. Libr. quinque ad Libr. tres coqui et Syr. Succi Citri q. s. addi praescribit. — SWEDIAUR Cornu Cervi rasp. Unc. unam, Gumm. Arab. Drachm. duas cum Aquae Libr. tribus ad tertiae Partis consumt. coqui, et, si necesse, Spir. Cinnamomi Unc. unam vel Nitri Drachm. unam ad duas addi praescribit. — TROMMSDORFF Cornu Cervi Drachm. sex in Aq. Unc. triginta sex ad Unc. viginti quatuor coqui et in colat. solvi praescribit Gummi Arabici Drachm. duas.

SYDENHAM ad hoc Decoctum primum Cornu Cervi ustum sumi, et quidem Cornu Cervi calcinati et Micae Panis albiss. āā Unc. duas cum Aquae Libr. quatuor ad colat. Libr. duarum coqui et cum s. q. Sacch. albi edulcorari praescribit. — Pharm. Batav. Cornu Cervi et Micae Panis āā Drachm. duas praescribit, ceterum cum hac formula congruit. — BATE Corn. Cervi ppti Unc. duas cum Aq. Libr. quatuor ad duas coqui, cito per linteum rarum cum levi expressione colari et liquori lactescenti addi praescribit Syr. de Succo Aurant. Unc. tres vel q. s. — Ph. Londin. antiq. et Ph. Suecica ad EMULSIONEM seu MIXTURAM CORNU CERVI USTI Corn. Cervi usti albi ppt. Unc. semis et Gummi Arab. Unc. unam cum Aq. fluviatil. Unc. triginta sex paullatim ebullire curari et refrigeratis triturando addi praescribunt Pastae amygdalin. Unc. unam. — Ph. Londin. nova Corn. Cervi usti ppt. Unc. duas, Gummi Arab. pulv. Unc. unam cum Aquae Octariis tribus ad duas coqui praescribit. — Ph. Dublinensis Corn. Cervi usti ppt. Unc. duas et Gummi Arab. Drachm tres cum Aquae Libr. tribus ad remanent. Libr. duar. coqui praescribit. — Ph. Gallica Corn. Cerv. usti ppt. Drachm. duas, Medull. Panis tritic. Drachm. tres et Sacch. alb. Unc. unam simul contundi, deinde in Aq. comm. Libr. duabus per semiquadrantem horae coqui, et adhuc fervidum per cilicinum rarius cum levi expressione colari et Aq. Naphae Unc. semis vel, si lubeat, Aq. Cinnam. Drachm. duas addi praescribit. — RICHARD Unc. duas Micae Panis praescribit Aquam Cinnam. non memorans, ceterum cum hac formula congruit. — Ph. Hispanica Cornu Cervi ppt. Unc. semis et Micae Panis Unc. duas cum Aquae Libr. sex leviter coqui, colari et cum Syr. simpl. Unc. quatuor edulcorari, tunc, si lubeat, addi praescribit Aq. Naphae vel Cinnam. lacticin. Drachm. duas. — Ad DECOCTUM ALBUM TENUIUS Cornu Cervi usti albi ppt. Unc. semis, Gumm. Arab. Unc. unam et Sacch. Unc. duas cum Aquae Libr. quatuor leviter coqui praescribit. — LEWIS ad DECOCTUM ALBUM COMPOSITUM Rad. Symphyti et Torment. āā Unc. semis cum Aquae Octar. tribus ad duos coqui et sub finem addi praescribit Cinnam. Drachm. unam; denique colaturae admisceri Sacchari albi, Cornu Cervi usti, Cretae albae āā Unc. semis. — VAN MONS Micae Panis Part. unam cum s. q. Aquae per semihoram coqui praescribit, ut fiat colatura Part. sexaginta quatuor, cui postremo additur Gummi Arabici Pars dimidia, Cornu Cervi usti ppt. Pars quarta et Sacchari Pars semis; tunc colatur per pannum et post refrigerationem additur Aquae Cinnam. Pars semis. — Alias praescriptiones parum discedentes praetereamus. — Decoctum his methodis paratum propter Cornu Cervi ustum in suspensione adspectum lacteum habet et in usu semper agitandum est. (V. etiam Potus Cornu Cervi et Panis.)

DECOCTUM ALBUM SYDENHAMI ANTICHOLERICUM Ph. anticholeric.

Rec. Corn. Cerv. rasp., Mic. Panis albiss. āā Unc. tres ad quatuor. Coque in Aq. font. Libr. tribus ad duas; sub finem coction. adde Cort. Cinnam. Drachm. unam. Post refrigerat. adde Succi Citri rec. expr., Sacch. albi āā s. q. ad gratum saporem.

DECOCTUM ALBUM VOGLERI — fit infundendo Amyli Unc. semis primum aliquot Unc. Aquae frigidae, deinde sensim Unc. quinquaginta Aquae ferventis, et post unam alteramve ebullitionem colando et addendo colaturae Spiritus Vitrioli Guttas quadraginta vel q. s.

DECOCTUM (Corticis) ALCORNOQUE sec. Ph. Batav. — Fit coquendo Cort. Alcornoque Unc. semis cum Aquae Unc. sedecim ad colaturae Unc. octo.

DECOCTUM ALOËS COMPOSITUM Ph. Londin. cet. v. Balsamum Vitae (p. 124.).

DECOCTUM (APOZEMA) ALTERANS COMMUNE sec. Formul. de Paris — fit leviter co-

quando Herb. Borrag, Buglossi, Scolopendrii, Cichor. silv. āā Man. duos cum Aq. Libr. octo, et admiscendo singulis Libris colaturae clarificatae Syr. Violar., vel Nymphaeae, vel Hordeac. Unc. unam et Nitri depur. vel Sal. Glauberi vel Arcani duplicati, vel Salis amari aut Seignette Drachm. semis.

DECOCTUM ALTHAEAE. Eibisch-Absud. *Decoction de Guimauve.*

Rec. Rad. Alth conc. Unciam semis, Aquae Uncias quatuordecim. Calefiant in balneo Mariae saepius agitando per semihoram, tunc colentur, ut f. colat. Libra una.

Augustin et Ph. castr. Borussica Unc. semis Rad. Alth. cum Aquae Unc. quindecim ad remanentem colaturae Libr. unam coqui praescribunt. — Ph. Hamburg. p. paup. Rad. Alth. Unc. unam cum Aq. Libra una ad remanent. Unc. octo coqui jubet. (V. etiam Mucilago.)

DECOCTUM ALTHAEAE OFFICINALIS Ph. Edinburg.

Rec. Rad. Alth. conc. Unc. quatuor, Passul. major. enucl. Unc. duas, Aq. Libr. septem. Decoque ad Libr. quinque, liquorem colatum sepone, donec faeces subsederint, et effunde.

DECOCTUM ALTHAEAE Lewis, Pideriti et Decoctum Althaeae compositum Disp. Fuldens. cum praecedente formula congruit, nisi quod Rad. Alth. Unc. sex, Passul. enucl. Unc. duas cum Aquae Libr. sex ad remanent. Libr. quatuor coqui praescribunt. — Pharm. Ferrariens. octo Aquae Libr. praescribit, ceterum cum hac formula congruit. — Ph. Herbipolit. Rad. Alth. Unc. sex, Passul. maj. enucl. Unc. duas cum Aquae Libr. sex ad reman. Libr. quatuor coqui et sub finem Rad. Liquir. Drachm. sex addi praescribit. — Ph. castrens. Ruthena Rad. Alth. Unc. quatuor, Passul. maj. vel Caric. Unc. duas, vel Rad. Liquir. Unc. unam et Aquae Libr. septem praescribit.

DECOCTUM ALTHAEAE Ph. Lusitan.

Rec. Rad. Alth. conc. Unc. sex, Aquae Libr. octo. Coque ad reman. Libr. quatuor, sub finem adde Rad. Liquir. rasae Unc. duas, tum cola. — Formul. des hopit. milit. de France in summa rei cum hac congruit. (Alias praescriptiones parum discedentes praetereamus.)

DECOCTUM ALTHAEAE Marcus. — Fit coquendo Rad. Alth. off. Unc. semis cum Aq. fluv. Unc. sedecim ad reman. Unc. decem, colaturae addendo Kali nitrici Unc. semis, Oxym. simpl. seu Syr. Alth. Unc. duas. — Aliud ex Decocti Alth. off. Unc. octo, Liq. Ammon. acet. Unc. duabus, Syr. Alth. Unc. una constat.

DECOCTUM ALTHAEAE CUM AMMONIO MURIATICO (Sale Ammoniaco) Augustin.

Rec. Rad. Alth. conc. Unc. unam. Coque cum Aquae font. q. s. ad colat. Unc. duodecim, in quibus solve Sal. Ammon. Drachm. duas, Succi Liquir. dep. Drachm. duas.

DECOCTUM (Radicis) ALTHAEAE EMOLLIENS Ph. Hispanic.

Rec. Rad. Alth. conc. et Herb. rec. Malv. āā Unc. unam. Coque in Aquae Libr. duabus ad Libr. unam. Cola calide.

DECOCTUM AMARO-AROMATICUM Fulleri. — Fit Rad. Calami, Zedoariae, Gentianae, Galang. āā Drachm. duas, Hb Cent. min., Absinth., Flor. Chamom., Stoechad. citrin. āā Drachm. unam cum Aq Libr. tribus ad duas coquendo, sub finem addendo Sem. Carvi Unc. semis, et colando.

DECOCTUM AMARO-AROMATICUM LAXATIVUM Brera.

Rec. Decocti amari Br. Libr. unam, Tinct. Rhabarb. aquos. Unc. quatuor, Aq. Menth. pip. Unc. unam. M. (V. etiam Infusum Rhei amarum.)

DECOCTUM AMARUM Bate.

Rec. Summit. Centaur. min., Flor. Chamom., Hb. Agrimon. āā Man. semis, Sem. Card. bened., Citri āā Drachm. unam semis, Flor. Calend. Pug. duos, Rad. Gentian. Drachm. duas, Fol. Senn. Drachm. sex, Rad. Rhabarb. Drachm. unam, Vini albi et Aq. font. āā Libr. unam. Coque ad Dimidias et cola.

DECOCTUM AMARUM seu Gentianae compositum, Apozema amarum Ph. Gallic., Richard, Cadet cet.

Rec. Rad. Gentian. conc. Drachm. unam. Coque per ¼ horae cum Aq. comm. Libr. duabus semis, adde Spec. amar. Unc. duas. Stet in digestione per 2 horas, coletur sine expressione. — Formul. des hopit. milit. de France Rad. Gentian. Part. unam cum Aquae s. q. ad colat. Part. sedecim coqui, tunc addi Spec. amar. Part. unam et post infusionem colari praescribit. — Ph. Paris. et Spielmannus Rad. Gentian. Drachm. duas cum Aq. comm. Libr. quatuor per semihoram coqui, tunc addi praescribit Summit. Centaur. min., Card. bened., Scordii et Flav. Cort. Citri rec. āā Drachm. duas et infundi, donec refrigescant, postea decanthari.

DECOCTUM AMARUM Brera.

Rec. Rad. Gentian. Unc. semis, Summit. Absinth. Manip. unum, Aq. font. Libr. tres; coque ad consumtionem dimidiaePartis, et cola.

DECOCTUM AMARUM Ph. Ferrariens.

Rec. Rad. Gentian., Gramin. āā Unc. unam semis, Cort. Fraxini et Salicis alb. āā Unc. semis, Salis Ammon. Gran. viginti, Aquae Libr. tres. Coque per horam unam, et cola. — Ferrarini et Taddei formulae in summa rei cum hac congruunt.

DECOCTUM (Apozema) AMARUM Formul. de Paris. — Fit leviter coquendo Rad. Lapathi sylv., Hb. Cichor. sylv., Borrag., Buglossi āā Man. duos cum Aq. Pintis tribus, colando cum expressione et addendo unicuique Pintae Syr. Violar. Unc. unam.

DECOCTUM AMARUM Ph. Helvet.

Rec. Rad. Gentian., Cichor. āā Unc. unam, Hb. Card. bened., Centaur. min., Chamaedr., Scordii āā Man. unum. Inc. et mixta ebulliant cum Aq. font. q. s. ad colat. Libr. sex.

DECOCTUM AMARUM seu Quassiae compositum Ph. Herbipolitanae.

Rec. Rasur. Ligni Quass. Unc. unam, Flor. Chamom. Unc. unam semis, Sal. Tartar. Drachm. duas. Coque cum Aq. font. Libr. quatuor ad reman. Libr. trium. Cola. — *Va* Sal Tartari omittit.

DECOCTUM AMARUM AETHEREUM Brera. — Miscella est Decocti amari Br. Unc. quatuor, Aq. Menth. pip. Unc. duarum et Naphthae Vitrioli Drachm. semis.

DECOCTUM AMARUM ALCOHOLISATUM NERVINUM Brera. — Miscella est Decocti amari Libr. unius, Alcohol. Vini Unc. unius et Laud. liq. Sydenh. Drachm. semis.

DECOCTUM AMARUM ALTERANS Batz. Fit sec. praeceptum supra datum, omittendo purgantia.

DECOCTUM AMARUM ANTHELMINTICUM seu vermifugum Brera.

Rec. Summit. Absinth. Man. unum, Sem. Cinae, Rad. Gentian. lut. āā Drachm. duas, Aquae q. s. Coque per semihoram ad colat. Libr. unius.

DECOCTUM AMARUM ANTIFEBRILE Brera.

Rec. Decocti amar. Br. Libr. unam semis, Cort. Chin. opt. pulv. Unc. unam, Rad. Valer. silv. Unc. semis. Coque in vase clauso per horam, cola et detur.

DECOCTUM AMARUM PURGATIVUM Formules de Paris.

Rec. Rad. Lapathi silv. Unc. semis, Aq. comm. Libr. duas semis. Bulliant, removeantur a foco, deinde refundatur Fol. Sennae el., Sal. amari āā Unc. semis, Hb. Cichor. silv., Borrag., Buglossi āā Man. semis. Colaturam exprime.

DECOCTUM AMARUM RESOLVENS Brera — ex Decocti amari Libr. una et Nitri puri Drachm. duabus constat.

DECOCTUM AMBROSIANUM Batz. — Fit coquendo Sem. Milii panici cont. Unc. octo cum Aquae Libr. sex ad tertiae Part. consumtionem, et colando post refrigerationem iterate per manicam Hippocratis ad limpitudinem.

DECOCTUM (Gummi) AMMONIACI CUM HYDROMELLE Poerner. — Fit Gumm. Ammoniaci Partem unam cum Aquae Mellis Part. triginta coquendo per horae spatium, et liquorem adhuc calidum colando.

DECOCTUM ANALEPTICUM Batz. — Fit coquendo Cancros fluviat. cont. Nro. septem in Vini albi et Aquae āā Unc. duodecim ad Dimidias et addendo colaturae Sacchari cand. q. s.

DECOCTUM CONTRA ANASARCAM Beckii.

Rec. Ligni sancti Libr semis, Cort. ejusdem et Rad. Sassaparill. āā Unc. quatuor, Rad. Liquir. Unc. unam, Fol. Senn. s. stip. Unc. unam semis, Rad. Rhabarb. et Agarici trochisc. āā Drachm. unam semis, Aquae Libr. duodecim. Stent per noctem in infusione in vase tecto; postea coquantur ad Dimidias et colentur.

DECOCTUM ANGUSTURAE Ellis. — Fit coquendo Cort. Angustur. verae Unc. unam cum Aquae Sesquioctario per sexagesimas quindecim ad viginti, et colando.

DECOCTUM ANGUSTURAE Schmidtmann.

Rec. Cort. Angustur., Quercus, Salic. āā Unc. semis. Coque cum Aq. font. s. q. ad colat. Unc. sex, in quibus solve Extr. Cicut. Gran. duodeviginti, Digit. purp. Gran. quatuor, Calcar. muriat. Drachm. semis. — Vel: Rec. Cort. Angustur., Quercus, Stip. Dulcamar. āā Unc. semis. Conc. coque cum Aq. font. s. q. ad colat. Unc. sex, et adde Tinct. Ligni Guajaci Drachm. sex, Extr. Digit. purp. Gran. septem, Cicut. Gran. viginti quatuor, Calcar. mur. Scrup. duos.

DECOCTUM ANTHELMINTICUM PRO FOTU Disp. Brunsvic.

Rec. Rad. Aristol. rot. Unc. unam, Herb. Absinth., Abrotan., Tanaceti, Sabin. āā Unc. semis, Summit. Helleborastri Drachm. duas, Pulp. Colocynth., Aloës āā Drachm. unam. Conc. coq. cum Aq. font. Libr. tribus ad duas, tunc cola cum expressione. (V. et Decoctum Geoffraeae.)

DECOCTUM ANTHELMINTICUM Rosensteini seu Hydrargyri vivi Augustin.

Rec. Rad. Gramin. Unc. semis, Flav. Cort. Aurant. Drachm. semis Coque cum Aq. font. Libr. octo, donec remanserit quarta Pars, cola et adde Mercur. vivi Unc. duas. Iterum coque lenius in vase terreo tecto, agitans saepius Mercurium bacillo ligneo et denique decantha decoctum. (V. etiam Aqua mercurialis simplex p. 79.)

DECOCTUM ANTIARTHRITICUM Hoffmanni. — Fit coquendo Hb. Chamaedr., Chamaepyth. et Centaur. min. āā Man. duos in s. q. Aquae ad Dimidias, et colando.

DECOCTUM ANTIARTHRITICUM Quarin sec. Cadet.

Rec. Rad. Sassapar. Unc. quatuor, Antimon. crudi in nodulo Unc. sex, Aquae Libr. duas. Coque ad Dimidium, tunc infunde Rad. Liquir. Unc. unam et Sem. Anisi Drachm. duas, postea cola

DECOCTUM ANTIASTHMATICUM v. Decoctum Bignoniae Catalpae.

DECOCTUM ANTICACHECTICUM Swediaur.

Rec. Rad. et Hb. rec. Cichor., Acetosae, Fragar., Calcitrap., Violar., Flor. Nymph. alb. āā Unc. unam, Flor. Rosar. rubr. Unc. duas, Rad. Parietar. Unc. semis, Aquae Libr. duodecim. Coq. ad Libr. octo remanent. et infunde Fol. Senn. Unc. quatuor, Sem. Anisi, Nitri dep. āā Unc. semis. Post 24 horas cola.

DECOCTUM ANTIDYSENTERICUM Cadet cet.

Rec. Sevi rec. vervecini Unc. duas, Lactis vacc. rec. Unc. sedecim. Coque super igne blando, semper agitans, tum adde Amyli Cochlear majus. Ebulliat et sub finem addatur Sacchari parva copia.

DECOCTUM ANTIFEBRILE seu Chinae compositum Ph. Lusitan., Decoctum Cinchonae cardiacum, excitans, roborans sive cum Serpentaria.

Rec. Chinae reg. pulv., Rad. Serpent. Virg. āā Unc. semis, Aquae Sesquilibram. Ebulliat, donec supersit Libr. una. Vas clausum quiescat, donec refrixerit; colato adde Spir. Cinnam.

Unc. duas. — Gray Aquae Libr. unam et ad Dimidium coqui praescribit, tunc addi Spir. Cinnam. Sesquiunciam et insuper Spir. Vitrioli Sesquidrachmam; ceterum cum data praescriptione congruit. — Swediaur Chinae pulv. Unc. duas cum Aquae Libr. duabus per ¼ horae coqui, tunc addi praescribit Rad. Serpent. Virg. Unc. unam et post horae unius digestionem colari. — Ellis Chinae Unc. unam cum Aquae Octario uno per decem sexagesimas coqui, tunc addi praescribit Rad. Serpent. Unc. semis et Cort. Aurant. Drachm. duas, post ½ horae digestionem colari. (Reliqua praecepta parum a primo discedentia praetereamus.)

DECOCTUM ANTIFEBRILE Lewis. — Fit Rad. Serpent. Virg. et C. Chinae āā Drachm. tres in Aquae Octario uno ad Dimidium coquendo et addendo colaturae Aq. Cinnam. spir. Unc. unam semis, Syr. Flor. Tunicae Drachm. duas. (V. etiam Decocto-Infusum et Decoctum Chinae, Decoctum febrifugum cet.)

DECOCTUM ANTIFEBRILE Ph. Helvet.
Rec. Rad. Cichor., Gramin., Scorzoner., Tarax. āā Unc. unam, Passul. min. Drachm. sex, Nitri dep. Drachm. unam. Inc. misce, ebulliant cum Aq. font. q. s. ad colat. Libr. quatuor.

DECOCTUM ANTIHAEMORRHOIDALE Van Mons.
Rec. Rad Rhabarb., Sem. Anisi, Crem. Tartari āā Drachm. unam, Fol. Senn. Unc. unam, Cassonadae, Passul. min. āā Unc. duas. Omnibus conc. et cont. macerentur Fol. Sennae cum Aquae Unc. duabus per horam, tunc addantur porro Aquae Unc. sedecim, ebulliant semel, colentur et adhuc calentibus admisceantur Passulae, Saccharum et Sem. Anisi; post refrigerationem denuo colentur et admisceantur Crem. Tartari et Pulv. Rhabarbari.

DECOCTUM ANTIHECTICUM Lewis.
Rec. Rad. Symphyti, Eryngii āā Unc semis, Conserv. Rosar. Unc. duas, Spir. Vitrioli dulc. Gutt. quadraginta, Aquae Pintas tres. Coque ad Pintar. duarum reman. et cola.

DECOCTUM (Tisana) ANTIHERPETICUM Ph. Lusit. edit. prior.
Rec. Stip. Dulcamar. Unc. semis, Aquae Libr. unam semis. Coque ad Libr. unam, sub finem adde Hb. Fumar. Man. semis; tunc cola et admisce Syr. commun. Unc. unam. (V. etiam Decoctum Caricis arenariae.)

DECOCTUM (Apozema) ANTIHERPETICUM et TONICUM Pierquin.
Rec. Rad. Fragar. et Acetosell. āā Unc. unam, Sem. Papav. nodulo inclus. Drachm. duas, Hb. Capill. Ven. Monsp., Rad. Pimpin., Cichor. āā Man. semis, Flor. Scabios. Man. duos, Aq. comm. q. s. Coque l. a. et cola. — Admisceatur primae portioni Syr. Flor. Persic. Unc. una et secundae Syr. Cichor.

DECOCTUM ANTIHYDROPICUM Ph. Lus. ed. Pinto. — Fit admiscendo Decocti Hordei Libris tribus Cremoris Tartari Drachmas sex, vel Infusum Bacc. Juniperi cum Oxymelle squillitico et Terra foliata Tartari.

DECOCTUM (Apozema) ANTIICTERICUM Pierquin.
Rec. Cort. Chin. Drachm. duas, Hb. Nasturt. aq., Rad. Cichor. et Gramin. āā Man. decem, Aquae q. s. Fiat decoctum, ut liquoris vitra duo obtineantur. — Primae Portioni admiscetur Syr. Cichor. comp. Unc. una, secundae Syr. rosat. solutiv.

DECOCTUM ANTILACTICUM Ferrarini.
Rec. Flor. Galii et Hyperici āā Drachm. duas, Flor. Sambuci Drachm. tres, Fol. Sennae Drachm. unam, Seri vaccini dep. Libr. unam semis. Coque ad Libr. unius remanentiam, et cola.

DECOCTUM ANTIMONIALE Bate.
Rec. Lign. Lentisci, Visci querni āā Drachm. sex, Hb. Beton. Man. unum, Lign. Sassafras Unc. unam, Antim. crud., crass. pulv. in petia ligati, Unc. duas. Coque cum Aquae font. q. s. ad Librarum duarum colaturam.

DECOCTUM ANTIPERIODICUM ET PECTORALE seu Chinae cum Lichene, Apozema febrifugum et pectorale Saunders.
Rec. Cort. Chin. pulv. Unc. unam, Aq. font. q. s. Infunde per horam et adde Lich. Island. Unc. unam. Fiat decoctum colatur. Libr. duarum pondere, tunc adde Syr. Capit. Papav. Unc. duas. — Boriks Chin. rubr. et Lich. Island. āā Drachm. duas, Herb. Heder. terrestr., Flor. Farfar. āā Pug. duos et Aquae q. s. praescribit, ut f. colaturae vitrum unum, cui admiscetur Syr. Bals. Tolut. Drachm. sex. — Pierquin praeterea Caput unum Papaveris addit et Syrupi Cochlear unum praescribit.

DECOCTUM ANTIPHLOGISTICUM. — Fit admiscendo Decocto pectorali Acetum seu Acidum Nitri.

DECOCTUM ANTIPHLOGISTICUM Ph. Ticinensis. — Miscella est Decocti Hordei Libr. duarum, Nitri Drachm. unius et Oxymellis simpl. Unc. unius.

DECOCTUM ANTIPHTHISICUM Wunters sec. Swediaur.
Rec. Lichen. Isl. Unc. unam semis, Aquae Libr. sex. Coque ad Dimidium, sub finem adde Hb. Botryos Man. unum, cola et adde Extr. Cicut. Scrup. unum, Syr. Papav. errat. et albi āā Unc. unam semis. Extracti Cicut. quantitas quoque biduo augetur, donec Drachm. duae ad tres per diem sumuntur.

DECOCTUM ANTIPHTHISICUM Bate.
Rec. Cancr. fluviat. Nro. duodecim, Rad. Enulae, Ireos flor., Consol. maj. āā Unc. unam, Liquir. Unc. unam semis, Hb. Alchemill., Heder. terrestr., Millefol., Plantag. min., Veronic., Pulmon. macul., Semperviv. maj. āā Man. duos, Conserv. Rosar. rubr. Unc. sex. Coque in Aq. font. q. s. ad Libr. sex colat., clarif. cum Albumine Ovor. et adde Spir. Sulphur. q. s.

DECOCTUM ANTIPHTHISICUM Timaei.
Rec. Rad. Consolid. utriusque āā Unc. semis, Alth., Liquir. āā Drachm. tres, Ireos flor.

Drachm. duas, Hb. Veron., Sanic., Pulmon., Heder. terr., Alchemill., Scabios., Farfar., Auric. mur. āā Man. semis, Flor. Salviae minoris, Borrag., Bugloss., Rosar. rubr., Hyperici, āā Pug. duos, Sem. Cydon. Drachm. duas, Hyperici Drachm. tres. Inc. cont. et conquass. coque ex s. q. Aquae ad colaturam Libr. duarum, quibus addantur Syr. de Symphyto, de Pilosella et Althaea āā Unc. duae. Mixta clarificentur. (Alias formulas similes praeteream.)

DECOCTUM ANTIPODAGRICUM Disp. Viennens.

Rec. Hermodactylor., Rad. Chinae, Sassapar., Polypod. quern. āā Unc. quatuor, Ligni Guajaci Libr. semis. Inc., infunde per 24 horas et coq. cum Aq. font. Libr. triginta duabus, in fine addendo Vini albi generosi Libr. sedecim. Ebulliant ad tertiae Partis consumtionem, decanthentur et super residuas species reaffundantur Aquae Librae sedecim et repetatur decoctio, in fine ejusdem rursus addendo Vini generosi Libr. octo. Iterum ebulliant ad tertiae Partis consumtionem, tunc misceantur decocta colata.

DECOCTUM ANTIPSORICUM SUECORUM sec. SPIELMANNUM, Decoctum (Tisana) antisyphiliticum sive Lignorum cum Antimonio et Mercurio YVAE GAUKES.

Rec. Rasur. Ligni Guajaci Unc. unam semis, Lign. Junip. Unc. unam, Rad. Chin. conc. Unc. semis. Immittantur in Aq. font. Unc. septuaginta duas; addantur Merc. vivi, Antim. crudi cont. āā Unc. sex. Sacculo linteo inclusa coquantur ad Dimidium, sub finem addatur Rad. Liquir. Unc. semis; cum semel praeterea ebullliverunt, colentur. — Disp. Brunsvic. Ligni Junip. loco Lign. Sassafr. et Rad. Liquir. Unc. unam praescribit, ceterum cum hac formula congruit.

DECOCTUM ANTISCORBUTICUM seu Apozema de Cochlearia Armoracia compositum Ph. Gallicae.

Rec. Rad. Bardan., Lapath. acuti āā Unc. unam. Coq. cum Aq. Libr. quatuor per quadrantem horae, macerentur per 12 horas, deinde bulliant, donec supersint Libr. tres; sub finem infunde per ½ horam Fol. Senn. el. Drachm. duas, Rad. Rhabarb. Drachm. unam, Ligni Sassafr. et Rad. Liquir. āā Drachm. duas, Sem. Coriandri Drachm. unam. Cola cum levi expressione et colatura refrigerata faece deposita decapuletur liquor.

DECOCTUM ANTISCORBUTICUM RICHARD.

Rec. Rad. Raphani rust. Unc. duas; coq. per horae quadrantem ex Aquae Unc. octoginta, tunc adde Hb. rec. Beccabung., Nasturt. aq., Cochlear., Acetos. āā Pug. duos. Paululum coquantur, colentur et addantur Aceti Unc. quatuor. — RICHARD (Formulaire) Rad. Bardan., Patientiae āā Unc. unam cum Aq. comm. Libr. quatuor per horam in vase figulino coqui et remotis ab igne addi praescribit Rad. Armorac. bene conc., Hb. Cochlear., Nasturt. aq., Trifol. fibr. āā Unc. unam; denique, refrigerata in vase clauso, colari.

DECOCTUM ANTISCORBUTICUM Ph. Petropol. in usum instit. piorum.

Rec. Sem. Hord. decort. seu Secalis seu Tritici sicci inquinati Unc. octo. Coque cum Aq. Libr. octo ad colat. Libr. sex, tunc adde Succi Baccar. Oxycocc. Unc. quatuor et Syrupi ad lubitum.

DECOCTUM (Apozema) ANTISCORBUTICUM PIERQUIN.

Rec. Rad. Chin. cont. Drachm. unam. Coque cum s. q. Aquae per 2 horas, ad duo Vitra, tunc adde Hb. Nasturt. aq. et Sii āā Man. unum, Hb. Cochlear. et Erucae āā Man. duos. Post semihoram bullitionis cola et liquidi duo Vitra exprime. Priori adde Syr. Cichor. Unc. unam et Pulv. Rhabarb. Gran. viginti, secundo Syrupum solum.

DECOCTUM (Apozema) ANTISCORBUTICUM BORIES.

Rec. Rad. Raphani, Hb. Trifol., Parell. āā Unc. semis, Hb. Cochlear., Beccabung. āā Pug. unum, Aquae q. s., ut Decocti Vitra tria obtineantur. Colaturae adde Syr. antiscorbutici PORTALI absque Sublimato Unc. unam. M.

DECOCTUM ANTISEPTICUM seu ARNICAE.

Rec. Hb. Arnicae Unc. quatuor. Coque cum s. q. Aquae per horae dodrantem in vase tecto ad Libr. duarum colaturam, cui adde Syr. Ribium Unc. quatuor.

DECOCTUM ANTISEPTICUM Ph. Hamburg. p. paup. edit. prim.

Rec. Cort. Chin. fusc. gross. modo cont. Unc. unam. Coque in Aq. font. Libr. una ad colat. Unc. octo, cui adde Oxym. simpl. Unc. unam. (V. etiam Decoctum Chinae.)

DECOCTUM ANTISEPTICUM CADET.

Rec. Hb. rec. Scordii, Alliariae, Marrub. albi āā Unc. duas, Aq. Unc. quatuor. Coque leviter et colaturae adde Oxym. squillit. Libr. semis, Aceti theriacal. Unc. unam, Nitri Drachm. tres.

DECOCTUM ANTISYPHILITICUM CAMBIERI. — Fit Rad. Sarsaparill. Unc. tres, Bardan. Unc. duas, Ligni Guajaci rasp. Unc. unam, Cort. Chinae fusc. cont., Putam. Nuc. Jugl. et Antim. crudi in petia ligati āā Unc. duas cum Aquae Libr. sex ad remanent. Libr. quatuor coquendo et colando.

DECOCTUM ANTISYPHILITICUM (Sarsaparillae compositum) RICHARD.

Rec. Decoct. Sassaparill. ferv. Libr. quinque et Unc. quatuor, Rad. Sassafr. conc., Rasur. Lign. Guajac., Rad. Liquir. āā Unc. unam, Cort. Rad. Mezer. Drachm. tres. Coctum per ¼ horae cola.

DECOCTUM ANTISYPHILITICUM de SAINTE MARIE. — Fit Rad. Sarsaparill. Unc. quatuor cum Aquae Libr. duodecim ad remanent. Libr. octo coquendo, sub finem addendo Rad. Liquir. Unc. semis et post suff. infusionem colando.

DECOCTUM ANTISYPHILITICUM STRUVE. — Fit Rad. Sarsaparill., Rad. Chinae mund. āā Libr. unam, Rad. Bardan. Unc. tres, Fol.

Sennae Unc. duas, Rad. Liquirit. Unc. unam cum Aquae Libr. duodecim ad Dimidias coquendo et colando.

DECOCTUM ANTISYPHILITICUM NUTRIENS BRERA.

Rec. Rad. Sassapar. Unc. unam, Lich. Island. lixiv. Unc. unam semis. Coque in s. q. Aquae font. et colat. Unc. quatuordecim adde Syr. simpl. Unc. unam. (V. etiam Decoctum antivenereum, POLLINI, YVAE GAUKES cet.)

DECOCTUM ANTIVENEREUM Ph. Helvet.

Rec. Rad. Sassapar., Ligni Guajaci et Cort. eiusd. āā Unc. duas, R. Chinae Unc. unam. Infunde per noctem in s. q. Aquae, postridie coquatur per horam vel donec remaneant Librae octo, sub finem addantur Lign. Sassafr. Unc. una, Rad. Liquir. Unc. semis, tunc colentur. — Residuae species a coctione, cum Aq. font. Libr. duodecim de novo ebulliant pro potu ordinario.

DECOCTUM ANTIVENEREUM PLENCKII sec. KRAUS.

Rec. Rasur. Lign. Guajac. Unc. unam ad duas, Stip. Dulcam. Unc. unam semis, Rad. Chinae nodos. Unc. semis, Aq. fervid. Libr. sex. Macera per noctem, coque ad colat. Libr. trium.

DECOCTUM ANTIVENEREUM MUSITANI.

Rec. Rad. Sassapar. Unc. unam, Ligni Visci, Cornu Cervi rasp., Antim. crudi, Lap. Pumic. āā Unc. semis, Aq. comm. Libr. tres. Coque ad Dimidias et cola.

DECOCTUM ANTIVENEREUM PASSERINI vel SALVADORI sec. FERRARINI.

Rec. Rad. Sassap. Unc. octo, Rad. Aristol. rot. Unc. duas, Rad. Scolymi Unc. unam, Aquae Libr. viginti. Coque ad duarum Part. reman., adde Fol. Senn. Unc. unam semis, Hb. Fumar. et Flor. Cyani āā Unc. unam, coque ad Libr. duodecim, tunc adde Merc. dulc., Alumin. usti āā Unc. semis; mixta per 2 horas igne blandissimo digere, cola fortiter exprimendo per pannum, ita ut Libr. decem remaneant. — Ph. Parmens. omnia cum Aquae Libr. triginta ad decem remanent. decoqui praescribit, ceterum cum hac formula congruit. — TADDEI quoque formula in summa rei eadem est. (V. etiam Decoctum ZITTMANNI.)

DECOCTUM ANTIVENEREUM LAXANS PARISIENSIUM.

Rec. Ras. Ligni Guajaci, Rad. Sarsapar., Rad. Chinae āā Drachm. duas, Antim. crudi Unc. unam. Inc. et cont. coquantur ex Aq. font. Unc. duabus et triginta ad reman. Unc. quatuor et viginti; tum addantur Rad. Polypod. Unc. semis, Rhabarb., Liquir., Fol. Senn. s. stip., Ligni Sassafr. āā Drachm. una, Sal. Tartari Gran. quatuor, Sem. Coriandri Drachm. semis. Inc. et cont. inf. per noctem, mane semel bulliant et deinde colentur. (V. etiam Decoctum de Guajaco compositum et purgans.)

DECOCTUM ANTIVENEREUM ULYSSIPONENSE v. Decoctum Lusitanicum et Sarsaparillae compositum seu cum Mezereo.

DECOCTUM APERIENS seu Graminis compositum Ph. Hispan.

Rec. Rad. Gramin. et Rub. tinct. āā Unc. semis. Cont. coq. cum Aq. Libr. tribus ad Libr. duas, sub finem addens Radicis Liquir. rasp. et cont. Drachm. unam. In colatura dissolve Nitri dep. Drachm. unam. — SAUNDERS Rad. Gramin. et Tarax. āā Unc. duas cum s. q. Aquae ad Sesquilibram colaturae addi praescribit Salis polychrest. Unc. semis, Syr. Fumar. Unc. duas et Spir. Nitri dulc. Drachm. unam.

DECOCTUM APERIENS BRUGNATELLI et LEWIS.

Rec. Rad. Rhabarb. et Rubiae tinct. āā Drachm. tres, Ciner. clav. dep. Drachm. duas, Aquae font. Libr. octo. Coque per horam unam, cola et adde Syr. Zinzib. Unc. tres.

DECOCTUM APERIENS LENITIVUM MINUS Ph. Augustanae.

Rec. Hb. Agrimon., Lupuli, Cichor., Cuscutae, Betonic., Ceterach, Endiv., Fumar. āā Unc. duas, Rad. Apii, Foenic., Petros., Calami, Liquir. āā Unc. quatuor, Rad. Asari Unc. semis, Sem. Anisi et Foenic. āā Unc. unam, Rad. Polypod. querni Unc. duodecim, Prun. Damasc., Caric. ping. āā Nro. triginta duas, Passul. Unc. quatuor, Fol. Sennae Alex. Unc. unam, Flor. Borrag., Buglossi, Violar., Rosar. rubr. āā Unc. unam. Inc. cont. serventur. — Desiderante medico harum specierum quantitas definita l. a. cum Aqua coquitur.

DECOCTUM (Apozema) APERIENS ET TONICUM BORIES.

Rec. Rad. Ononid. Unc. unam, Rad. Eryng. Unc. semis, Cort. Cascar., Hb. Cichor., Tarax. āā Man. semis, Aquae q. s., ut coquendo colat. Vitrum unum obtineatur, cui adde Sal. mirab. GLAUBERI Drachm. unam, Sal. Ammon. Gran. quindecim, Syr. Cichor. comp. Unc. unam, Tart. chalyb. Scrup. unum. M. — PIERQUIN Tartarum chalyb. et Sal Ammon. omittit. (V. etiam Decoctum resolvens.)

DECOCTUM APERITIVUM Formul des hop. milit. de France.

Rec. Spec. aperitiv. Part. tres, Aq. q. s. Coctis per horae quadrantem sub finem adde Rad. Liquir. rasp. Part. unam; post aliquot sexagesimas cola, ut sint Part. quadraginta octo.

DECOCTUM (Apozema) APERITIVUM BORIES.

Rec. Rad. Rusci, Asparag. āā Unc. semis, Asellos cont. Nro. quadraginta, Hb. Cichor., Scolopendr. āā Man. semis. Coq. cum s. q. Aquae ad colat. Unc. octo, in qua solve Sal. mirab. GLAUB. Drachm. semis, tunc adde Syr. Rosar. pallid. Unc. unam, Oxym. squill. Unc. semis. — In alia formula BORIES et PIERQUIN Rad. Rusci et Asparagi āā Unc. semis, Cort. Sambuci et Fraxin. āā Drachm. duas, Herb. Cichor., Pimpinell., Scolop. et Agrimon. āā Man. semis, Summit. Asparag. et Lupuli āā Pug. unum in s. q. Aquae ad colat. Unc. octo coqui, et colaturae addi praescribunt Syrup. 5 Rad. aperient. Drachm. sex, Ciner. clavell. Gran. duodecim, postea clarificato addi Cinnam. Scrup. unum.

DECOCTUM (Aposema) APERITIVUM PIRAQUIN.

Rec. Flor. Arnic. Gran. quindecim, Rad. Sapon., Rub. tinct., Asparag., Cichor., Hb. Fumar. ää Drachm. unam, Aquae q. s., ut f. Decocti Vitrum unum, in quo solvatur Terrae fol. Tartari Scrup. unus ad Drachm. duas.

DECOCTUM APERITIVUM seu aperiens majus Ph. Augustanae.

Rec. Hb. Endiv., Cichor., Fumar. ää Man. unum, Eupator., Borrag., Bugloss., Cuscut., Scolopendr. veri ää Man. tres, Rad. Liquir., Foenic., Apii, Petros., Passul. ää Unc. semis, Sem. Anisi, Foenic. ää Drachm. duas, Summit. Thymi, Epithymi ää Drachm. unam semis, Cort. Tamarisci, Capparid. ää Drachm. duas, Fol. Sennae Unc. duas, Rad. Polypod. querni Unc. unam, Agarici Unc. semis. Inc., cont. misceantur Species et usui serventur. — Desiderante medico harum specierum quantitas definita cum s. q. Aquae l. a. coquitur.— Disp. Brandenburg. Unc. tres cum s. q. Aquae ad Libr. trium colat. coqui praescribit.

DECOCTUM APERITIVUM seu aperiens majus cum Rhabarbaro Ph. Augustan. — Fit admiscendo Spec. Decoct. aperient. major. et minoris ää Unc. tres, Rad. Rhabarb. el. Unc. semis, Cinnam. Drachm. duas, Salis Gemm. Scrup. unum, Spic. Indic. Scrup. duos et Spec. Diarrhodon Abbatis Scrup. quatuor. (Alias formulas pristinas ad Decocta aperitiva praetereamus.)

DECOCTUM APERITIVUM NITRATUM.— Fit solvendo Nitri dep. Gran. decem in Dosi una Decocti aperitivi sec. Formul. des hopit. mil. de France.

DECOCTUM ARALIAE NUDICAULIS Ph. Americanae. — Fit digerendo Rad. Araliae nudicaul. Unc. sex in Aquae Octar. octo per 4 horas, tunc coquendo ad Dimidium.

DECOCTUM (Apozema) ARMORACIAE v. Decoctum antiscorbuticum RICHARD.

DECOCTUM D'ARNAUD v. Decoctum POLLINI.

DECOCTUM (Florum) ARNICAE SWEDIAUR. — Fit ebulliendo Flor. Arnic. Unc. unam ex Aquae Libr. tribus ad tertiae Partis consumtionem, et solvendo in colatura Syr. Zingib. Unc. duas.

DECOCTUM ARROW-ROOT.

Rec. Arrow-Root Drachm. tres. Misce cum Aqua frigid. Unc. semis, tunc adde sensim, semper agitans, Aquae bullientis Unc. novem, coque leviter ad colat. Unc. octo, quae Sacchario dulcificantur et pro lubitu aromatisantur. — HOOPER Cornu Cervi Unc. semis cum Aquae Octario uno coqui et in colat. solvi praescribit Arrow-Root Cochlearia duo.

DECOCTUM ASARI CANADENSIS seu contra Trismum FIRTH. — Fit coquendo Radic. Unc. unam cum s. q. Aquae ad colat. Unc. duodecim.

DECOCTUM ASPARAGI RATIER. — Fit Rad. Asparag. Unc. unam cum Aquae Libr. duabus sufficienter coquendo et colando.

DECOCTUM ASTACORUM BATE.

Rec. Astac. fluviat. Nro. viginti, Rad. Aristol. rot. Unc. semis, Consol. maj. Unc. unam, Hb. Sanic., Alchemill., Bugul., Agrimon., Heder. terrestr., Beton. ää Man. unum. Coque in Aquae font. Libr. sex et Vini albi Libr. duabus ad tertiae Partis consumt.; colat. adde Syr. Limon. et Spir. Sulphur. q. s. (V. etiam Decoctum antiphthisicum.)

DECOCTUM (RAD.) ASTRAGALI CRICHTON. — Fit coquendo Rad. Astragal. exscap. Unc. semis in Aq. font. Unc. duodeviginti ad colat. Unc. duodecim.

DECOCTUM (CORTICUM) AURANTIORUM seu ad Metrorrhagiam SWEDIAUR.

Rec. Cort. Aurant. Nro. trium, Aquae Libr. sex. Ebullitione ad Libr. duas redacta colentur. — WERLHOFF Cort. Aurant. Unc. unam cum Aquae Unc. duodeviginti ad colat. Unc. duodecim coqui praescribit. — WHYTTIUS Cortices septem Aurantiorum cum Libr. tribus Aquae ad duas coqui et colaturae addi praescribit Sacchari albi Unc. unam, Elix. Vitrioli MYNS. Guttas sexaginta.

DECOCTUM (FOLIORUM) AURANTIORUM Ph. Batav. — Fit coquendo Fol. Aurant. conc. Unc. semis cum Aquae Libr. una ad colat. Libr. semis — LEWIS formula cum hac congruit.—AUGUSTIN Fol. Aurant. Drachm. quatuordecim in Aquae pluv. Unc. viginti per 2 vel 3 horas in vase clauso in balneo Mariae coqui et colaturae Sacch. albi q. s. ad gratum saporem addi praescribit.

DECOCTUM (Tisana) AVENAE EXCORTICATAE HENRY et GUIBOURT. *Hydrolé de Gruau.*

Rec. Aven. excort. Unc. semis, Aquae Unc. triginta duas. Bulliant ad perfectam coctionem, colentur et edulcorentur cum Syrupo aliquo apto.

DECOCTUM AVENACEUM LOWERI sec. SPIELMANNUM, LEWIS, REUSS cet.

Rec. Aven. excort. Unc. tres, Ligni Santal. rubr. inc. Drachm. duas. Coque cum Aq. font. Unc. duabus et septuaginta ad Trientis consumtionem, colaturae adde Nitri dep. Drachm. duas, Sacch. alb. Unc. unam. — Dispens. Brunsvic., Viennens., Ph. Palat. et Wirtemb. insuper Rad. Cichor. silv. Drachm. duas et Nitri dep. loco Nitr. Antimon. praescribunt, ceterum in summa rei cum hac formula congruunt.

DECOCTUM AZEDARACH. — Fit Cort. Azedarach Unc. quatuor in Aquae Octario uno sufficienter coquendo et colando.

DECOCTUM BALLOTAE LANATAE. — Fit coquendo Hb. Ballot. lanat. Unc. duas cum Aquae Libr. duabus ad Dimidium. Colaturae admiscetur pro lubitu Tinct. Cinnam., Aurant. vel Naphth. Vitrioli paullulum. — BREBA Unc. semis Hb. Ballotae cum Aquae Libr. una ad Unc. octo coqui et colari praescribit.

DECOCTUM BALSAMICUM FULLERI. — Fit Rad. Sarsapar., Rad. Chinae, Liquir. ää Unc.

semis, Eboris et Cornu Cervi āā Drachm. duas, Summit. Hyperici Man. unum, Passul. Unc. duas cum Aq. hordeat Libr. tribus coquendo, admiscendo inter ebullitionem Bals. de Tolu, colando et solvendo in colat. Syrup. Rubi id. Unc. duas, Bals. Peruv. Guttas octo, Ol. Nucist. aeth. Guttas duas.

DECOCTUM (Radicis) BARDANAE. — Fit calefaciendo Rad. Bardan. Part. unam cum Aq. Part. duodecim in balneo Mariae per semihoram. — Variant praescriptiones in ratione partium. — Ph. Batav. Rad. Bard. Sesquiunciam ad Unc. duas cum Aquae Libr. una ad octo Unc. coqui et colaturae admisceri Mellis Unc. semis praescribit. — Formul. des hopit. mil. de France Rad. Bard. Unc. unam cum s. q. Aquae per ¼ horae coqui praescribit, ut f. colaturae Unc. triginta duae, sub finem addendo Rad. Liquir. rasp. Drachm. duas et post aliquot sexagesimas colari.

DECOCTUM BEZOARDICUM Cuavi COMPLETUM seu purgans, Decoctum Scorzonerae bezoardicum solutivum Ph. Hispan.

Rec. Decoct. bezoard. Cuavi incompleti Libr. quatuor, Fol. Senn. mundat. Unc. semis. Levi ebullitione coque, cola et adde Syr. Rosar. pallid. Unc. sex, Pulv. Chinae bezoardic. Unc. semis.

DECOCTUM BEZOARDICUM Cuavi INCOMPLETUM, Decoctum Scorzonerae bezoardicum Ph. Hispanic.

Rec. Rad. Viperinae in taleol. sectae Unc. unam, Sem. Citrei aut Limon. cont. Drachm. duas, Aq. Libr. sex. Coq. s. a. ad reman. Libr. quatuor, postea cola et adde Pulv. Chin. bezoard. Unc. semis, Mell. Sambuci Unc. tres.

DECOCTUM BIGNONIAE CATALPAE seu antiasthmaticum Brera.

Rec. Siliq. Bignon. Catalp. cum Seminibus cont. Unc. semis. Ebulliant in s. q. Aq. font., et colat. Unc. octo adde Oxym. scillit. Unc. semis. M.

DECOCTUM BIGNONIAE CATALPAE TONICUM Brera. — Fit addendo Siliq. Bignon. Catalp., Rad. Senegae Drachm. duas et Unc. semis loco Unc. unam Oxym. scillit. Ceterum ut praecedens.

DECOCTUM BISTORTAE sec. Ratier. — Fit Rad. Bistort. Unc. unam in Aquae Libr. duabus sufficienter coquendo et colando.

DECOCTUM BORRAGINIS Ratier. — Pari modo coquendo Flor. Borrag. Drachm. duas in Aq. Libr. duabus paratur.

DECOCTUM BRYONIAE seu Fotus ex Bryonia Swediaur. — Fit Rad. Bryoniae Unc. duas in Aquae Libr. quatuor per breve tempus coquendo.

DECOCTUM BRYONIAE PRO USU EXTERNO Trampel.

Rec. Rad. Bryon. Unc. unam. Coque cum Aq. Libr. quatuor, cola et adde aequale Pondus Aceti et Salis communis, quantum in eo dissolvi potest.

DECOCTUM CAÏNCAE seu antihydropicum Langsdorfii. — Fit Rad. Caïncae conc. Drachm. duas cum Aquae Libr. una semis ad colat. Unc. octo coquendo.

DECOCTUM CALCARIAE SULPHURATO-STIBIATAE v. Aqua Calcis Antimonii cum Sulphure (p. 50.).

DECOCTUM AD CALCULUM RENALEM Foresti sec. Zwelfer.

Rec. Rad. Liquir. Unc. unam semis, Petrosel., Foenic. āā Unc. duas, Ireos flor. Unc. unam semis, Flor. Malv. et Alth. āā Drachm. sex, Sem. quatuor frigid. major. excort. āā Drachm. quinque, Sem. Foenic., Saxifrag., Cicer. rubr. āā Drachm. sex, Sebest. et Caric. āā Nro. triginta, Hord. mund. et loti Unc. tres. Inc. et cont. m. Species ad usum asservandae. (Alias pristinas formulas praetereamus.)

DECOCTUM CALENDULAE. — Fit Hb. recent. cum Florib. conc. cum Duplo Aquae in balneo Mariae per semihoram calefaciendo et per pannum rarum colando cum expressione. — Deficiente Herba recente, siccatam, sed bene conservatam, cum Flor. sumi licet, et quidem ad unam Hb. cum Florib. duodecim Aquae.

DECOCTUM (LIGNI) CAMPECHIENSIS seu Haematoxyli Disp. Fuldens. — Fit coquendo Ligni rasi Unc. duas in Aquae Libr. quatuor ad colat. Libr. duarum. — Ph. Herbipolit. ad Libr. duas semis coqui et sub finem addi praescribit Spir. Vini rect. Unc. quatuor et Cinnam. Scrup. quatuor, post unicam ebullitionem colari. — Ph. Dublin. Ligni Campechiani Unc. unam semis cum Aquae Octar. duobus ad Dimidium coqui et sub finem addi praescribit Cinnamomi Drachm. unam, et colari.

DECOCTUM (SEMINIS) CANNABIS Wolfkopf, — fit Sem. Cannabis cont. Unc. unam cum Aquae vel Lactis Sesquilibra ad Libram unam coquendo et colando.

DECOCTUM CAPILLORUM VENERIS Mesue. — Constat ex Hb. Capill. Vener. Unc. una semis, Fumar., Lupuli, Violar. āā Unc. una, Prunis Damasc. Nro. quadraginta, Sebest. Nro. decem, Jujub. Nro. viginti, Cass. fistul. Drachm. tribus, Tamarind. Unc. duabus et Rhabarb. Drachm. tribus, quae species asservandae.

DECOCTUM CARBONATIS POTASSAE ABSINTHII v. Decoctum febrifugum salsum.

DECOCTUM CARICARUM seu Ficuum, Tisana de Fructibus pectoralibus Cadet, — fit Caric. sicc. Unc. unam cum Aq. Libr. una sufficienter coquendo et colando.

DECOCTUM CARICIS ARENARIAE seu antiherpeticum Heimii.

Rec. Rad. Caric. aren. Unc. semis, Rad. Liquir. Drachm. semis, Cort. Ulmi Scrup. duos, Coque cum Aquae font. q. s. ad colat. Mensur. unius et adde Salis Carol. Drachm. unam, Sal. Sodae Drachm. semis. M.

DECOCTUM CARMINATIVUM Ph. Augustanae. — Constat ex Sem. Anisi, Foenic., Dauci, Cumini, Carvi āā Drachm. duabus,

Rad. Liquir. Unc. semis, Flor. Chamom. Man. semis et Passul. Unc. una semis, quae Species l. a. inc. et cont. ad usum asservandae. — Disp. Viennens. formula cum hac congruit.

DECOCTUM CARMINATIVUM EMOLLIENS seu Malvarum carminativum Ph. Hispan., — fit leviter ebulliendo in Decocti Rad. Althaeae emoll. Libr. una, Sem. Anisi cont. Drachm. unam et Flor. Chamom. Drachm. duas, et colando.

DECOCTUM CARMINATIVUM PRO CLYSTERE Ferrarini.

Rec. Sem. Anisi, Dauci, Cumini, Foenic. āā Drachm. tres, Rad. Liquir., Hb. Absinth. āā Unc. semis, Passul. maj. Unc. unam semis, Flor. Chamom. Drachm. duas, Aq. commun. Libr. duas. Coque ad quartae Partis consumtionem, et cola.

DECOCTUM E CARNE GALLINACEA seu Jus adstringens Cadet cet.

Rec. Rad. Consolid. maj., Torment. et Bistort. āā Unc. semis, Juris Carnis Pulli gallinac. Sesquioctarium. Decoque ad Dimidii remanentiam. Dulcificatur pro lubitu Syrupo Cydoniorum aut Consolidae.

DECOCTUM CUM CARNE PECTORALI seu Jus pectorale Cadet.

Rec. Lich. Island. Unc. semis, Helices (pomatias) albas Nro. sex, Cordis vervecini Part. dimidiam, Pulmon. vitul. conc. Unc. quatuor, Aquae Sesquioctarium. Coquendo Partem tertiam consume.

DECOCTUM CARNIS seu Jusculum antispasmodicum Bories.

Rec. Carnis vitul. macrae Unc. sex, Rad. Valer. et Paeon. āā Drachm. unam, Hb. Cichor. et Lactuc. āā Man. semis, Aquae q. s. Coque et colat. refrigerat. adde Pulv. Fol. Aurant. Drachm. semis, Naphth. Vitrioli Gutt. decem.

DECOCTUM CARNIS APERIENS seu aperitivum Bories, Cadet cet.

Rec. Carnis Colli vervec. Unc. quatuor, Rad. Saponar. Drachm. semis, Rub. tinct. Drachm. duas, Hb. Cichor. amar. Man. unum, Aquae Sesquioctarium. Coquendo tertiam Partem consume. Sumatur ad tassam unam Terrae fol. Tartar. Scrup. unus, qui admisceatur et gradatim augeatur quantitate.

DECOCTUM CARNIS DEPURANS seu Brodium depurativum Pierquin.

Rec. Brodii gallinac. Octar. unum, Rad. Patient. Unc. duas. Coque per 8 sexagesimas et sub finem adde Hb. Nasturt., Meliss. et Primul. Veris āā Man. unum Cola et adde Sal. mirab. Glaub. Unc. duas.

DECOCTUM CARNIS seu purificans Pierquin.

Rec. Carn. vervec. (Collet) Unc. quatuor, Rad. Enulae Drachm. semis, Hydrolapathi Drachm. unam, Cancros cont. Nro. duos, Hb. Cichor., Fumar., Nasturt. āā Man. unum. Coque in s. q. Aquae, et cola.

DECOCTUM CARYOPHYLLATAE Brugnatelli. — Fit coquendo Rad. Caryophyllat. Unc. unam in Aquae Libr. una semis ad tertiae Partis consumtionem et addendo colaturae Syr. Cort. Aurant. Unc. semis. — Wollkopf Rad. Caryophyllat. Unc. unam cum Aquae Sesquilibra ad Dimidium coqui et colaturae addi praescribit Liq. anod. Hoffm. Drachm. duas et Syr. cujuslibet Unc. unam.

DECOCTUM (RADICIS) CARYOPHYLLATAE seu Gei urbani AETHEREUM Ph. Danic. milit. — Fit admiscendo Decocto Caryophyllat. ex Unc. una Radicis cum Aquae Libr. una ad colat. Unc. octo parato, Naphthae Vitrioli Drachm. duas.

DECOCTUM CARYOPHYLLATAE CUM CASCARILLA Ph. milit. Danic. — Paratur uti praecedens aethereum, admiscendo autem Rad. Caryophyllat. Cort. Cascarill. Drachm. duas; ceterum ut supra.

DECOCTUM CARYOPHYLLATAE CUM RHEO Ph. milit. Danic. — Fit addendo Decocto Caryophyllat. aether. descripto Tinct. Rhabarbarb. aquos. Unc. semis.

DECOCTUM CASSIAE seu Cassiae fistulae Ph. Gallic.

Rec. Medullae (Pulp. interior.) Cassiae Unc. duas. Bulliant per aliquot horae sexagesimas in Aquae Libr. duabus. Cola sine expressione et adde Syr. Violar. vel, si praestare visum fuerit, Mannae puriss. Unc. duas. — Richard Pulp. Cass. Unc. duas per 5 sexagesimas cum Aq. font. Libr. duabus coqui et colato sine erpressione addi praescribit Syr. Violar. et Flor. Aurant. āā Unc. unam. — Taddei formula cum hac congruit, admiscetur etiam, si necesse, Manna.

DECOCTUM CASSIAE CUM MANNA sive Cassia cum Manna Richard sec. Spielmannum. — Fit dissolvendo Medullae Cassiae Unc. semis, Salis vegetabil. Drachm. unam semis et Mannae Unc. duas in Aq. bullient. Unc. quinque, et colando. (V. etiam Decoctum refrigerans et leviter purgans.)

DECOCTUM CATECHU Ph. Herbipolit.

Rec. Catechu puriss. Unc. semis. Coque cum s. q. Aquae, sub finem adde Hb. Salv. Unc. semis. Colat. Libr. duabus admisce Aq. Cinnam. vin., Syr. Diacod. āā Unc. unam semis. — Ph. Genevens. Catechu Drachm. tres in Aquae Libr. duabus ad remanent. unius coqui et colaturae addi praescribit Syr. Cydonior. Unc. tres. — Ph. Lusit. Catechu Drachm. tres cum Aquae Unc. sedecim ad duodecim coqui et liquori refrigerato addi praescribit Spir. Cinnam. Unc. duas. — Ratier Catechu Drachm. duas cum Aquae Libr. duabus per ¼ horae coqui et quolibet Syrupo dulce reddi proponit.

DECOCTUM CATECHU COMPOSITUM Fulleri.

Rec. Rasur. Ligni Guajac. et Sassafr. āā Drachm. tres, Lign. Santal. citr. et rubr. āā Drachm. duas, Catechu Unc. semis, Rad. Liquir. Unc. unam, Hb. Salv. Man. unum. In Aquae hordeat. Libr. tribus sufficienter coque, cola et adde Syr. pectoral. Unc. duas, Ol. Anisi Gutt. unam.

DECOCTUM CATHOLICUM Ph. Sardoae.
Rec. Rad. Gramin. Unc. unam semis, Sassapar. Unc. unam. Coque cum Aquae font. Libr. quatuor ad Dimidium, sub finem adde Hb. Cichor., Agrimon., Beton., Capill. Vener. Monsp., Pimpin. alb. āā Man. semis. Cola et admisce colaturae Infusi ex Fol. Senn., Cus cut. āā Unc. semis, Rad. Liquir. Drachm. duabus, Sem. Anisi Drachm. una cum Aq. bullient. Unc. sex per aliquot horas maceratione facti.

DECOCTUM CENTAURII MINORIS Ratier. — Fit leviter coquendo Summit. Centaur. min. Drachm. duas cum Aq. Libr. duabus, et colando.

DECOCTUM CERASORUM ACIDORUM Ph. Batav. — Fit coquendo Ceras. acid. sicc. Unc. quatuor cum Aq. font. Libr. quatuor ad quartae Partis consumtionem. (V. etiam Potio.)

DECOCTUM CEPHALICUM Fuller.
Rec. Ligni Guajac., Sassafr. āā Drachm. duas, Rad. Paeon. Unc. unam, Hb. Salv., Majoran., Beton., Flor. Stoechad. Arab. āā Man. parvum. Coque sufficienter cum Aq. Libr. tribus, cola et adde Aq. et Syr. Paeon. āā Unc. duas, Tinct. Castor. Drachm. duas, Ol. Anthos et Nuc. Moschat. āā Gutt. duas, Sacch. alb. Unc. unam.

DECOCTUM CHAMAEDRYOS AMARUM Ph. Hispan.
Rec. Summit. Chamaedr. Unc. semis, Absinth. et Centaur. min. āā Drachm. duas, Aquae Libr. quatuor. Coque ad Dimidias addens sub finem Flor. Chamom. Drachm. duas, Fol. Sennae Hispan. Unc. unam semis. Cola ad usum.

DECOCTUM CHAMAEPITHYOS COMPOSITUM Fuller. — Fit Hb. Chamaepith. Man. duos, Flor. Stoechad. Unc. duas, Rad. Paeon. Unc. unam cum Aq. Libr. tribus ad duas coquendo et addendo colaturae Spir. Cochlear. et Lavend. āā Drachm. unam.

DECOCTUM CHAMAEMELI COMPOSITUM Ph. Dublin. — Fit Flor. Chamom. Rom. Unc. semis, Sem. Foenic. Drachm. duas cum Aquae Octario uno brevi tempore coquendo et colando. — Coxe Hb. Absinth. vulg. et Pontic., Flor. Chamom. āā Unc. unam, Fol. Lauri Unc. semis cum Aquae Octariis sex leviter coqui, tunc colari proponit.

DECOCTUM CHAMOMILLAE, Chamaemeli seu Anthemidis nobilis, sive Decoctum commune Ph. Edinburg.
Rec. Flor. Chamom. Rom. sicc. Unc. unam, Sem. Carvi cont. Unc. semis, Aquae Libr. quinque. Coque per quartam horae partem, et cola.

DECOCTUM CHINAE GRISEAE seu fuscae, Decoctum Cinchonae seu Corticis Peruviani. Chinaabkochung. *Decoction de Quinquina.*

— Fit Chinae Huanuco gross. pulv. Unc. unam cum Aquae Unc. decem in balneo Mariae per horam calefaciendo, uti supra in parandis Decoctis (p. 214.) edoctum est, et colando. — Pari modo paratur

DECOCTUM CHINAE REGIAE et CHINAE RUBRAE.
Praescriptiones ad parandum Decoctum Chinae ratione Partium discedunt. — Sic Ph. nosocom. civ. Argent. Cort. Chin. Unc. semis cum s. q. Aquae ad colat. Unc. quatuor coqui, — Ph. castr. Borussic. Unc. unam Chinae cum Aq. Libr. una ad octo Uncias colaturae coqui, — Ph. Hamburg. p. paup. et Hufeland sedecim Aquae Uncias praescribunt, ceterum cum hac formula congruunt. — Cerutti Unc. semis Chinae cum Aquae Unc. duodecim ad sex coqui et colari praescribit. — Ph. Suecica Unc. unam Chinae et sedecim Aquae praescribit, quacum per semihoram in vase clauso coqui, tunc adhuc calens colari. — Ph. Amer., Lond. et Dubl. sextam horae partem coqui praescribunt, ceterum cum hac formula congruunt, — uti et Ph. Edinb., nisi quod Libr. unam semis Aquae praescribit. — Disp. Fuldens. Cort. Chin. Unc. unam et Aquae Libr. unam praescribit, quacum ad quartae Partis consumtionem coqui. — Ph. Batava et Belgica ad Unc. duas Chinae fuscae Aquae Unc. viginti quatuor praescribunt, quibuscum per horae quadrantem coqui, ut fiant colaturae Unc. sedecim; — ad Decoctum Chinae rubrae duas Chinae, triginta duas Aquae et ad viginti Uncias colaturae coqui praescribunt. — Ph. Ticinens. Chinae Drachm. sex cum Aquae Libr. una ad Unc. novem coqui et colari praescribit. — Marcus Chinae fusc. Unc. unam cum Aquae fluv. Unc. sedecim ad octo coqui et colat. expr. addi praescribit Syr. Cort. Aurant. Unc. unam. — Alias praescriptiones ad Decoctum simplex praeteremus. — Plures formulae magis compositae sunt, v. g.

DECOCTUM CHINAE seu tonicum chinatum Ph. Genev.
Rec. Chinae Unc. duas, Aquae Libr. quatuor. Ebullitione ad Libr. duas redige, sub finem addens Rad. Liquir. rasp. Unc. unam. Cola.

DECOCTUM CHINAE sec. Richard.
Rec. Cort. Chin. cont. Unc. unam. Coque per 5 sexagesimas in vase clauso Aq. commun. Libr. duabus. Sub finem coctionis adde Sal. Ammon. Gran. viginti. Cola cum express. et adde (tempore apto) Syr. Cort. Peruv. Unc. semis.

DECOCTUM CHINAE sec. Vogt.
Rec. Cort. Chin. reg. Unc. unam, Cinnam. Drachm. tres. Grosse pulv. coque cum Aq. font. Unc. quindecim ad reman. Unc. decem. In colat. solve Sal. Ammon. dep., Succ. Liquir. dep., Liq. anod. Hoffm. āā Drachm. duas.

DECOCTUM CHINAE ACIDUM Ph. milit. Danicae.
Rec. Chinae cont. Unc. unam, Hb. Absinth. Unc. duas, Aquae Unc. triginta sex. Ebullitione ad Unc. viginti redacta, cola cum express. et adde Elix. Vitrioli Mynsichti Drachm. duas. M.

DECOCTUM CHINAE ACIDUM Vogt.
Rec. Cort. Peruv. fusc., Rad. Caryophyllat. āā Unc. semis. Ruditer contusa coque cum Aquae font. s. q. per dimidiam horam. Cola·

turae Unc. quinque adde Tinct. arom. acid. Unc. semis, Naphth. Vitrioli Drachm. unam, Syr. Rubi idaei Unc. unam semis.

DECOCTUM CHINAE seu Kinae alcalinum Disp. des bureaux de Charité de Paris. — Fit coquendo Chin. Unc. unam in Aquae Pintis duabus additis Ciner. clavellat. depurat. Gran. triginta sex et Succi Liquir. Drachm. duabus aut Syr. Chin. Unc. duabus. (V. etiam Decoctum Chinae cum Potassa, et simplex.)

DECOCTUM CHINAE CUM ALUMINE Augustin.

Rec. Chinae cont. Unc. unam semis. Coq. cum Aquae Unc. viginti ad reman. Unc. decem. In colat. solve Alumin. Drachm. unam et adde Syr. Ribium Unc. unam.

DECOCTUM CHINAE seu QUINAE ANTISEPTICUM Ph. Hispanicae.

Rec. Rad. Viperin. conc. Unc. unam, Sem. Citri cont. Drachm. duas. Coque in Aq. Libr. sex ad Libr. quatuor. In colatura calente infunde per quadrihorium in vase clauso Chinae gross. pulv. Unc. duas, Rad. Contrajerv. tritae Unc. unam. Iterum cola et adde Mell. Sambuci Unc. tres.

DECOCTUM (Apozema) CHINAE seu Quinae ANTISEPTICUM sive febrifugum PURGANS Ph. Hispan. — Fit infundendo Fol. Senn. Unc. unam per quadrihorium in Decocti supra memorati et calentis absque Melle Sambuci Libr. quatuor et addendo colat. Mell. Sambuci et Syr. Rosar. pallidar. āā Unc. duas. — Bories et Pierquin Chinae, Follic. Sennae, Crem. Tart. āā Unc. semis et Flor. Chamom. Pug. duos cum Aq. Vitris duobus ad unum coqui praescribunt. — St. Marie Chinae, Crem. Tart. āā Unc. semis, Hb. Taraxaci Pug. unum cum Aq. bull. Vitr. tribus ad duos coqui suadet. (V. etiam Decoct. Chinae compositum et febrifugum laxans.)

DECOCTUM CHINAE CUM ARNICA Augustin.

Rec. Pulv. Chin. Unc. unam, Summit. Arnic. Unc. semis. Coq. cum Aq. font. Unc. viginti quatuor ad reman. Unc. duodecim, sub finem addens Pulv. Rad. Serpent. Drachm. tres. Colaturae adde Syr. Cort. Aurant. Unc. unam.

DECOCTUM CHINAE CUM RADICE CARYOPHYLLATAE ET OPIO Pharm. milit. Danic.

Rec. Chinae cont. Unc. unam. Coque cum Aquae Unc. sedecim ad Unc. decem, tunc adde Rad. Caryophyll. Unc. semis. In vase tecto ad Unc. octo colaturae redige, cui refrigeratae adde Mucil. Gumm. Arab. Unc. unam, Tinct. Opii spirit. Drachm. duas.

DECOCTUM CHINAE CUM CASCARILLA Ph. milit. Danic.

Rec. Chin. rubr. Unc. unam, Cort. Cascarill. Drachm. duas, Aquae Unc. duodecim. Coque ad Unc. octo, colatur. express. et refrig. adde Naphth. Vitrioli Drachm. duas.

DECOCTUM CHINAE seu Cinchonae CARDIACUM sive compositum v. Decoctum antifebrile.

DECOCTUM CHINAE CUM CHINA PULVERATA Ph. milit. Danic. — Fit admiscendo Decocto Chin., ex Unc. una cum Aq. Unc. sedecim ad colat. Unc. octo redacto, Pulv. Chin. alcoh. Drachm. duas, et post refrigerat. Naphth. Vitrioli Drachm. duas.

DECOCTUM CHINAE seu Kinae Kinae COMPOSITUM sive febrifugum laxans Ph. Gallicae.

Rec. Chinae elect cont. Unc. unam. Bulliant per ¼ horae in Aq. comm. Libr. duabus, ab igne remotis infundantur per semihoram Follicul. Senn., Sal. mirab. Glauberi āā Drachm. duae et Sal. Ammon. Gran. viginti. Cola cum expressione et adde colaturae Syr. de Pomis comp. Unc. unam. — Bories et Pierquin Chinae Unc. unam cum Aq. Libr. duabus suff. coqui et sub finem addi praescribunt Follicul. Sennae Drachm. unam, Hb. Borrag. et Bugloss. āā Man. semis, Salis Epsomens. Unc. semis, tunc colari et addi Syr. Violar. Unc. duas. (V. etiam Decoctum febrifugum laxans.)

DECOCTUM CHINAE FACTICIUM Hufelandi.

Rec. Cort. Salicis, Hippocast. āā Unc. semis, Rad. Calam. arom., Caryophyllat. āā Drachm. duas, Aquae Unc. sedecim. Coque ad Unc. octo remanentiam.

DECOCTUM CHINAE CUM LICHENE Marcus. — Fit Chin. fusc. Unc. semis in Aq. Unc. sedecim ad octo coquendo, sub finem addendo Lich. Island. Unc. semis, colando et admiscendo Syr. opiati Unc. unam. (V. etiam Decoctum antiperiodicum et pectorale.)

DECOCTUM CHINAE NITRATUM v. Decoctum febrifugum.

DECOCTUM CHINAE CHINAE OPIATUM Brera. — Fit admiscendo Decocti Chin. saturat. Unciis sex Laudan. liq. Sydenh. Gutt. viginti.

DECOCTUM CHINAE CUM POTASSA Ferrarini. — Fit coquendo Chinae cont. Unc. unam et Sal. Tartar. Drachm. unam cum Aquae Unc. octo ad Unc. sex reman. et post tres horas infusionis calidae colando. (V. etiam Decoctum Chinae alcalinum.)

DECOCTUM CHINAE CUM RHEO Ph. milit. Danic.

Rec. Chinae cont. Unc. unam, Rad. Rhabarb. Drachm. unam, Aquae Unc. sedecim. Coque ad Dimidias et colaturae refrig. admisce Naphth. Vitrioli Drachm. duas.

DECOCTUM CHINAE SATURATUM. — Pari modo ac Decoctum Chinae griseae cet. paratur, Unc. unius loco Sesquiunciam Chinae sumendo.

DECOCTUM CHINAE SATURATUM Augustin. — Fit solvendo in Decocti Chinae Unc. octo, Extr. Chin. frig. parati Unc. semis.

DECOCTUM CHINAE CUM SENEGA Ph. milit. Danic. — Pari modo ac Decoctum Chinae cum Rheo paratur, Rad. Rhabarb. loco Rad. Senegae Drachm. duas sumendo.

DECOCTUM CHINAE CUM SERPENTARIA Augustin.

Rec. Pulv. Chinae opt. Unc. unam. Coq. cum Aq. Unc. sedecim ad reman. Unc. octo, sub finem addens Pulv. Rad. Serpentar. et Valer. āā Drachm. duas; post digestionem cola et refriger. adde Liq. anod. Hoffm. Drachm. semis (ad integram). V. etiam Decocto-Infusum et Decoctum antifebrile.

DECOCTUM CHINAE seu Kinae Kinae SIMPLEX sive alcalinum Ph. Gallic.

Rec. Chinae fusc. el. et cont. Unc. unam. Bulliant per horae sexagesimas in vase cooperto in Aq. comm. Libr. duabus, sub finem adde Sal. Ammon. Gran. viginti vel Ciner. clavell. dep. Drachm. semis. Cola cum expressione et adde, si libuerit, Syr. Chinae Unc. semis. — Rennie Sal. Ammon. Gran. quindecim, vel Ciner. clavell. Drachm. semis praescribit et Syr. Unc. unam; cetera ut antea. (V. etiam Decoctum Chinae alcalinum.)

DECOCTUM CHINAE CUM VALERIANA Ph. milit. Danic. — Uti Decoctum Chinae cum Senega paratur, Senegae loco Rad Valerianae sumendo. — In alia formula Decocti Chinae Unc. octo, Pulv. Rad. Valer. Drachm. duas admisceri praescribit. — Ellis Chinae Unc. unam in Octario uno Aquae per 10 sexagesimas coqui et Rad. Valer. tantundem in Octario uno infundi praescribit, postea colaturas ambas commisceri. — Swediaur Chinae Unc. tres in Aquae Libr. duabus per horae quadrantem coqui et sub finem addi praescribit Rad. Valerian. Unc. unam; post digestionem per horam colari et addi Tinct. Lavend. comp. Unc. unam. (V. etiam Decocto-Infusum.)

DECOCTUM CHINAE RADICIS Ratier. — Fit Rad. Chinae Unc. unam in Aq. Libr. duabus sufficienter coquendo. — Swediaur Rad. Chinae et Passul. min. āā Unc. unam cum Aq. Libr. sex ad quartae Part. consumtionem coqui, tunc colari praescribit.

DECOCTUM CICHORII Formul. des hopit. milit. de France.

Rec. Rad. Cichor. sicc. Unc. unam, Aquae q. s. Coque per ½ horae ad Unc. viginti quatuor colaturae, sub finem addens Rad. Liquir. Drachm. duas. (V. etiam Ptisana.)

DECOCTUM CINAE v. Decoctum Santonicum.

DECOCTUM CINCHONAE = Decoctum Chinae.

DECOCTUM CITRI Mynsichti.

Rec. Citrea cum Corticibus Nro. tria ad quinque. In taleolas tenues et rotundas secta coquantur Aq. font. Unc. duabus et sexaginta ad consumtionem Trientis. Colatura dissolvantur Sacchar. albiss. Unc. quatuor. — Disp. Viennens. ex quatuor Citreis defricando Elaeosaccharum Unc. quatuor parari praescribit, quae Aquae bull. Libr. sex per aliquot horas infundendae et post refrigerationem cum Succo ex Citris expresso commiscendae.

DECOCTUM PRO CLYSTERE Lewis. — Fit Flor. Papav. errat. Unc. unam, Chamom., Sem. Foenic. āā Unc. semis cum Aquae Octario l. a. coquendo et colando.

DECOCTUM (Apozema) COCHLEARIAE ARMORACIAE COMPOSITUM v. Decoctum antiscorbuticum.

DECOCTUM COLLAE PISCIUM seu Ichthyocollae Ph. Bavaric. — Fit Collae Piscium minutim conc. Part. unam cum Aq. dest. Part. centum et viginti coquendo et colando. — Ph. Hassiae. El. Drachm. unam cum Aquae Unc. sedecim ad Unc. octo coqui et colatur. addi praescribit Spir. Vini rectificatiss. Unc. unam. — Ut reagens inservit praecipue in Tanninum.

DECOCTUM COLUMBO Ph. Batav. — Fit Rad. Columbo Unc. semis in Aquae font. Unc. decem ad colat. Unc. sex coquendo et colando.

DECOCTUM COLUMBO COMPOSITUM.

Rec. Rad. Columb., Ligni Quass. rasp. āā Drachm. duas, Cort. Aurant. Drachm. unam, Rad. Rhabarb. Scrup. unum, Ciner. clavell. dep. Drachm. semis, Aquae Unc. viginti. Coque ad Octarii unius remanentiam.

DECOCTUM COLOCYNTHIDIS Augustin.

Rec. Colocynth. Drachm. duas. Ebulliant per 6 sexagesimas cum Aq. q. s.; colat. Libr. unius adde Liq. anod. Hoffm. Drachm. duas, Syr. Cort. Aurant. Unc. duas.

DECOCTUM COMMUNE sive Ptisana communis Parisiensium, Decoctum Hordei Suecorum sec. Spielmannum et Reuss.

Rec. Hordei dep. Unc. duas, Rad. Gramin. inc. Unc. unam. Coque ex Aq. font. Unc. centum octo et viginti ad nonaginta sex remanent., sub finem addens Rad. Liquir. inc. Unc. semis; coletur. — Ph. nosocom. civ. Argentor. Rad. Gramin. Libr. quatuor, Polypod. Libr. semis, Hordei crudi Libr. unam cum Aquae Libr. quingentis ad remanent. quadringentas coqui, sub finem addi praescribit Rad. Liquir. Libr. unam semis et Sem. Anisi Unc. tres, tunc colari. — Ph. Ticinensis sub hoc nomine Decoctum Hordei excorticati simplex intelligit.

DECOCTUM COMMUNE Lewis. — Fit Flor. Chamom. Unc. unam, Sambuci et Foenic. āā Unc. semis cum Aquae Octar. quatuor paulisper coquendo et colando. (V. etiam Decoctum Chamomillae.)

DECOCTUM COMMUNE Valerii Cordi cet.

Rec. Hordei mund. integri Unc. quatuor, Prun. sicc. Nro. duodecim, Rad. Liquir. mund., Tamarind. enucl., Passul. āā Unc. semis, Sem. Anisi et Foenic. āā Drachm. tres, Aquae font. Libr. quatuor. Coque l. a.; addi potest post decoctionem tantillum Tartari.

DECOCTUM COMMUNE RESOLVENS — est Decoctum Graminis.

DECOCTUM COMMUNE CUM FOLIIS SENNAE. — Fit addendo Speciebus supra sec. Valer. Cord. designatis Fol. Sennae Unc. duas; ceterum uti supra.

DECOCTUM CONFORTANS ET ROBORANS Hoffmanni, in Peste et Febribus malignis.

Rec. Rad. Angelic., Valer., Tormentill., Petasitid. āā Unc. unam, Hb. Caleg., Card.

bened. āā Man. unum, Sem. Angelic., Meliss. āā Drachm. duas, Sem. Citri Drachm. unam. Coque in s. q. Aquae ad colat. Unc. decem, in qua infunde Conservae Acetosae, Citri, Galegae, Scordii āā Drachm. sex. Stent per noctem, mane ebulliant et colat. adde Elix. pestilent. Crollii Drachm. unam. (Alias pristinas formulas praeteream us.)

DECOCTUM CONII Delpech sec. Richard.
Rec. Herb. rec. Conii macul. Unc. unam. Conc., cont. coq. cum Aq. font. Libr. quatuor ad remanent. Libr. duarum et Unciar. octo. Cola.

DECOCTUM RADICIS CONSOLIDAE Pharmac. Batav. — Fit coquendo Rad. Consolid. maj. Unc. semis cum Aq. Unc. sedecim ad Dimidium. — Ratier Radicis Unc. unam et Aquae Libr. duas praescribit. — Formul. des hopit. milit. de France Rad. Consol. Unc. semis cum s. q. Aquae ad Libr. duarum remanentiam coqui, et sub finem addi praescribit Rad. Liquir. rasp. Drachm. duas, tunc colari.

DECOCTUM (Apozema) CONTRASTIMULANS Laennec. — Mixtura est ex Tartari emetici Gran. sex, Infusi Fol. Aurant. Libr. una et Syr. simpl. Unc. duabus.

DECOCTUM CORALLINAE CORSICANAE v. Decoctum Helminthochorti.

DECOCTUM (CORTICIS) CORNI FLORIDAE Ph. American. — Fit Cort. Rad. Unc. unam cum Aquae Octario uno per sextam horae partem leviter in vase clauso coquendo et liquorem adhuc calentem colando. — Ellis formula cum hac congruit. — Ph. Batav. Cort. Rad. Corni Florid., Ligni Sassafr. āā Unc. sex, cum Aq. Libr. octo sufficienter coqui praescribit.

DECOCTUM CORNU CERVI Disp. Brandenb. — Fit coquendo Rasur. Cornu Cervi Unc. unam in s. q. Aquae ad colat. Libr. duarum. (V. etiam Decoctum album, Potus et Ptisana.)

DECOCTUM CORNU CERVI CITRATUM Mynsichti sec. Spielmannum. — Uti Decoctum Citri paratur; Aquae fontanae loco Decoctum Cornu Cervi sumendum. — Ph. Helvetic. Hordei opt. et Rasur. Cornu Cervi āā Unc. unam cum s. q. Aquae ad Libr. quatuor colaturae coqui praescribit, quae Pomo Citri uno in taleolas secto infundendae et cum Sacch. albi Unc. duabus edulcorandae. (V. etiam Aqua [p. 62.], Decoctum Hordei citratum et ex Myrtillis.)

DECOCTUM CORNU CERVI COMPOSITUM, GUMMOSUM, CUM MICA PANIS, Sydenhami cet. v. Decoctum album.

DECOCTUM CORNU CERVI CUM RADICE SCORZONERAE Disp. Brandenb. — Fit coquendo Rasur. Corn. Cervi Unc. semis et Rad. Scorzoner. Unc. unam in s. q. Aquae ad colaturam Libr. trium.

DECOCTUM CORTICIS ADSTRINGENTIS Merrem. — Fit Cortic. cont. Unc. unam in Aq. Unc. sedecim ad colat. Unc. octo coquendo et addendo Syr. cujuslibet Unc. unam.

DECOCTUM CORTICIS MEZEREI, PERUVIANI cet. v. quaeque nomina plantas indicantia.

DECOCTUM CRETACEUM EDINBURG. sec. Lewis.
Rec. Cretae ppt. Unc. unam, Nuc. Moschat. Drachm. unam, Gummi Arab. Drachm. duas, Sacch. albi Unc. semis, Aqua Octar. tres. Coque Cretam et Gummi cum Aquae ad Octarios duos, tunc adde Nuc. Mosch. et denique Saccharum.

DECOCTUM CRYSTALLORUM TARTARI v. Decoctum Tartari.

† DECOCTUM CUCUMERUM CUM EXTRACTO NUCIS VOMICAE Hendelii sec. Augustin, Lebrecht cet.
Rec. Extr. Nuc. Vomic. Drachm. semis, Decocti Cucumer. Unc. sex, Olei Lini, Vitello Ovi subacti, Unc. unam, Mellis puri Unc. semis. M.

DECOCTUM CYDONIAE Ph. Londin.
Rec. Sem. Cydonior. Drachm. duas, Aquae Octar. unum. Coque lento igne per sextam horae partem, deinde cola. (V. etiam Mucilago.)

DECOCTUM CYNAE v. Decoctum Seminis Santonici.

DECOCTUM DAPHNES MEZEREI v. Decoctum Mezerei.

DECOCTUM DATURAE v. Decoctum Stramonii.

DECOCTUM (Apozema) DEPURANS ET DIURETICUM Pierquin.
Rec. Rad. Asparag., Petrosel., Rusci, Bryoniae āā Unc. unam, Cort. Rad. Capparid., Cort. med. Tamarisci āā Unc. semis, Hb. Agrimon., Ceterach, Capillor. Vener., Artemis., Matricar. āā Man. unum. Fiat cum s. q. Aquae Decoctum colat. Libr. trium, quibus adde Troch. Agaric. Drachm. duas, Rad. Zingib., Caryophyll. arom. āā Scrup. duos, Syr. Cichor. cum Rheo Unc. tres.

DECOCTUM (Apozema) DEPURANS ET TONICUM Pierquin.
Rec. Rad. Patient. Unc. unam, Fragar. Unc. semis, Enulae Drachm. unam, Hb. Cichor., Chaerefol. et Nasturt. āā Man. unum. Coque cum s. q. Aquae ad Unc. octo colat. et adde Sal. mirab. Glauberi Drachm. unam, Syr. Cichor. comp. Unc. unam.

DECOCTUM DIAETETICUM Sydenhami Ph. Helvet.
Rec. Rad. Sassaparill. Unc. sex, Lign. Sassafras, Rad. Chinae āā Unc. duas, Rad. Liquirit. Unc. unam. Coque in Cong. duobus (Mensuris sex) Aq. font. per dimidiam horam, deinde stent clauso vase super cineres calidos per horas duodecim. Postea ebulliant ad tertiae Partis consumtionem. Cum primum ab igne removetur, infunde Sem. Anisi Unc. semis. Post duas horas colentur, et postea depurentur per residentiam. Liquor clarus reponatur in lagenis vitreis clausis ad usum.

DECOCTUM DIAPHORETICUM Gray. — Mixtura est Decocti Chin. Drachm. decem,

Spirit. Mindereri et Tinct. Chinae āā Drachm. duarum et Confect. aromat. Drachm. semis.

DECOCTUM DIAPHORETICUM Brera.
Rec. Cort. Ulmi inter. Unc. duas, Rad. Lapath. acuti Unc. unam. Coq. in s. q. Aquae font. ad colat. Libr. trium. — Alia formula: Rec. Rasur. Ligo. Guajaci, Rad. Bardan. inc. āā Unc. duas. Coque in s. q. Aquae et colat. Libr. duarum adde Syr. simpl. Unc. unam. — Aliud praeceptum: Rec. Rad. Chin. rasp. Drachm. tres, Lign. Guajaci rasp. et Stip. Dulcamar. āā Drachm. duas. M., et f. Decoctum ad Libr. unam. — Taddei Spec. diaphoretic. Unc. unam cum Aquae Sesquilibra ad tertiae Partis consumtionem coqui et sub finem addi praescribit Rad. Liquir. Drachm. unam et Cardamom. Drachm. semis, postea colari. (V. etiam Decoctum Dulcamarae, Guajaci compositum et Lignorum.)

DECOCTUM DIAPHORETICUM INCITANS seu Ptisana diaphoretica excitans Brera.
Rec. Rad. Sassapar., Lign. Guajac. āā Drachm. tres, Stip. Dulcamar., Sem. Foenic. āā Drachm. duas, Aquae q. s. ad Decocti Libr. unam.

DECOCTUM DIGITALIS Bate. — Fit coquendo Hb. Digit. rec. Unc. quatuor, Passul. min. cont. Unc. duas cum Cerevis. non lupulat. Libr. duabus ad Dimidias, et colando cum forti expressione.

DECOCTUM DIGITALIS Ph. Dublin. — Fit coquendo Hb. Digit. sicc. Drachm. unam cum s. q. Aquae per temporis momentum, deinde digerendo per ¼ horae, ut fiant colaturae Fluidunciae octo.

DECOCTUM DIGITALIS Harlessii. — Fit Hb. Digital. Drachm. unam ad Sesquidrachm. et Cort. Cascarill. vel Ligni Quass. Unc. semis cum Aquae Unc. decem ad duodecim ad reman. Unc. sex ad octo coquendo et colando. Secundum indicationes addi potest Spirit. Mindereri vel Extr. Squillae et edulcorari Syrupo.

DECOCTUM DIGITALIS Lentini sec. Augustin.
Rec. Hb. Digit. purp sicc. Unc. unam. Coque in Aq. font. Libr. una semis ad colat. Unc. octo, cui adde Spir. Vini Drachm. semis. — Hujus Decocti Unciae uni adde Aq. Menth. pip. et Petrosel. āā Unc. duas. — Alii ad Decoctum Digitalis Lentini seu Tincturam Digitalis aquosam ex Hb. Digital. purp. Unc. una cum s. q. Aquae Decocto-infusum parant colat. Unc. octo, quibus addunt Spir. Vini rect. Unc. semis. — Van Mons Hb. Digital. Part. unam cum Aquae Part. triginta ad viginti quatuor coqui praescribit et colaturae refrigeratae addi Spir. Vini simpl. Part. quatuor.

DECOCTUM DIGITALIS Schlegeli. — Fit Hb. Digital. Unc. duas cum Aquae Unc. sedecim ad Dimidias coquendo.

DECOCTUM DIGITALIS Warren sec. Augustin.
Rec. Hb. Digit. purp. rec. Unc. tres. Coque cum Aquae font. Libr. una semis ad colat. Unc. novem, quibus adde Aquae Juniper. et Syr. Cort. Aurant. āā Unc. unam semis. (V. etiam Potio diuretica.)

DECOCTUM DIOSMAE CRENATAE seu Foliorum Buccu sec. Clarus. — Fit coquendo Fol. Buccu Unc. unam in s. q. Aquae, ut colatura Unc. octo obtineatur.

DECOCTUM DIURETICUM Ph. nosoc. Argentor. — Fit Spec. diuretic. Unc. unam cum Aquae Libr. tribus ad duas coquendo et colando.

DECOCTUM DIURETICUM Augenii.
Rec. Rad. Apii, Petrosel. āā Man. unum, Rad. Rubiae tinct. Unc. semis, Spicae, Adianti, Cuscut., Agrimon., Cicer. rubr. āā Man. semis, Rad. Asari Unc. unam, Calam. arom. Unc. semis, Sem. Anisi, Apii, Petrosel., Foenugraec., Dauci, Carvi āā Drachm. duas, Sem. Melon. et Cucum. āā Drachm. tres. Coque in Aq. font. Libr. sex ad consumtionem Libr. duarum; colatur. adde Sacchari q. s.

DECOCTUM DIURETICUM Fouquier.
Rec. Rad. Enulae Drachm. tres. Coque ex Aquae Unc. octo ad colat. Unc. quatuor, adde Tinct. Digital. purp. Drachm. duas, Tinct. kalin. Gutt. duodeviginti, Syr. Cort. Aurant. Unc. unam.

DECOCTUM DIURETICUM Ph. Hamburg. p. paup.
Rec. Rad. Seneg. inc. Unc. semis, Squillae Scrup. unum. Coque cum Aq. font. Unc. duodecim ad reman. Unc. octo. Colat. adde Spir. Nitri dulc. Drachm. duas, Tinct. Thebaic. Scrup duos, Mell. Liquir. Unc. unam. — Va Rad. Seneg. et Bacc. Junip. cont. āā Unc. semis cum Aquae Sesquilibra per semihoram coqui et colaturae addi praescribit Syr. simpl. Unc. duas, Vini albi Unc. octo.

DECOCTUM DIURETICUM Harless.
Rec. Hb. Digit. Drachm. unam semis, Cort. Cascarill. Unc. semis. Coque ex Aq. Unc. decem ad colat. Unc. sex, adde Liq. Ammon. acet. Unc. semis, Syr. Alth. Unc. unam. (V. etiam Decoctum Digitalis.)

DECOCTUM DIURETICUM Hufelandi sec. Van Mons.
Rec. Rad. Squill. Drachm. semis, Aquae Unc. sex. Ebulliant semel et ab igne remotis infunde Rad. Valer. Drachm. duas, cola leviter exprimendo et post refrigerationem colaturam cum Pulv. Gummi Arab. et Resin. Guajac. nativ. āā Drachm. duabus sedulo contere, ut f. emulsio colore coerulescente, cui denuo colatae admisce Tinct. Antimon. acris et Spir. Nitri dulcis āā Drachm. duas. — Cadet Rad. Squillae Unc. semis in Aquae Unc. decem per 20 sexagesimas horae partes coqui et sub finem addi praescribit Rad. Valerian. Drachm. duas, colaturam commisceri cum Syr. Cort. Aurant. Unc. una, Mucil. Gumm. Arab. Drachm. tribus, Resin. Guajaci, Tinct. Antim. acris et Spir. Nitri dulc. āā Drachm. duabus et Laud. liq. Sydenh. Guttis viginti. — Sundelin Colocynthid. Drachm. duas ex Cerevisiae Unc. viginti quatuor ad colat. Unc. duodecim coqui praescribit.

DECOCTUM DIURETICUM Lewis.

Rec. Rad. Petrosel. vel Foenic. Unc. unam, Sem. Dauci silv. Drachm. tres, Hb. Parietar. Unc. semis, Passul. Unc. duas. Coque cum Aquae Octar. tribus ad colat. Octar. duorum, in qua solve Nitri dep. Drachm. unam.

DECOCTUM (Aposema) DIURETICUM Pierquin et St. Marie.

Rec. Rad. Armorac. Drachm. duas ad quatuor, Bacc. Junip. Pug. semis, Hb. Marrub. Pug. magnum, Aquae bullient. Vitra tria magna. Stent in infusione inter cineres calidos per horam et post refrigerationem colentur. Cuique dosi admiscetur Cochlear unum miscellae ex aequalibus partibus Syr. Squillae et Senegae cum Vino albo facti, constans.

DECOCTUM DIURETICUM Richard.

Rec. Rad. Armorac. conc. Unc. semis, Bacc. Junip. cont. Drachm. duas. Infunde vase clauso Aquae bullient. Unc. duodecim. Refrigerata cola et adde Vini albi Unc. quatuor, Oxym. Squill. Unc. duas. — Aliud praeceptum: Rec. Rad. Asparag., Rusci acul., Eryng. camp. āā Unc. semis. Coque per horas 4 Aquae comm. Libr. tribus. Sub finem coctionis adde Rad. Petrosel., Foenic. āā Unc. duas. Colaturae adde Nitri dep. Gran. viginti, Syr. 5 Radicum aper. Unc. duas.—Vel: Rec. Rad. Petrosel. Unc. unam, Sem. Dauci, Hb. Parietar. āā Unc. semis, Aq. font. Libr. quatuor. Coque ad reman. Libr. duarum. Colatis adde Nitri dep. Drachm. unam. — Richardi formula antiqua sec. Spielmannum: Rec. Rad. Petros., Foenic. āā Unc. unam, Sem. Dauci silv., Bacc. Alkekengi āā Unc. semis. Inc. cont. coquantur ex Aquae font. Unc. sexaginta ad residuas Unc. octo et quadraginta; sub finem adde Hb. Pariet. Man. unum, Passul. maj. inc. Unc. semis. Colatura dissolvantur Nitr. dep. Drachm. duae. — Ph. Lusit. antiq. Rad. Petros., Fragar., Asparag. āā Drachm. duas cum Aquae Libr. una per aliquot temporis momenta coqui et in colatura solvi praescribit Cremor. Tartar. Drachm. duas, Borac. Scrup. semis.

DECOCTUM DIURETICUM Saunders.

Rec. Rasur. Ligni Guajac., Lign. Sassafr. āā Unc. tres, Rad. Liquir. conc. Unc. duas, Sem. Coriandr. Unc. semis, Aquae q. s., ut colaturae Octarii octo obtineantur.

DECOCTUM DIURETICUM ALCALINUM Swediaur.

Rec. Decocti Gramin. et Tarax. saturati Libr. tres, Sal. Sodae dep. Drachm. tres, Nitri dep. Drachm. unam semis, Mell. albi Unc. unam semis. M.

DECOCTUM DIURETICUM TONICUM sec. Formul. des hopit. mil. de France.

Rec. Rad. Pareirae brav. (Batuae) Unc. semis. Coque in Aquae Libr. una semis ad remanent. Libr. unius, sub finem addens Bacc. Junip. cont. Drachm. duas. In colat. solve Terrae fol. Tartar. Unc. semis.

DECOCTUM DULCAMARAE Ph. Americ. et Lond. cet. — Fit coquendo Stip. Dulcamar. Unc. unam in Aq. Unc. viginti quatuor (Sesquioctario) ad colat. Unc. sedecim (Octar. unum). — Ph. castrens. Borussica colaturae addi praescribit Syr. simpl. Unc. unam. — Ph. Genev. Stip. Dulcam. Unc. unam cum Aquae Libr. quatuor ad Dimidium coqui, — Ph. nosoc. civ. Argentor. Stipit. Unc. unam cum Aq. Libr. tribus ad duas coqui et colari praescribit. — Augustin sec. Hallenberg Drachm. duas Stipit. cum Aquae Libr. duabus ad Dimidium coqui praescribit. — Saunders Stipit. Unc. duas cum s. q. Aquae ad Libr. duas colaturae coqui, tunc addi praescribit Syr. Papav. Rhoead. et Oxym. simpl. āā Unc. duas.

DECOCTUM DULCAMARAE CUM ALTHAEA Vogt.

Rec. Rad. Alth., Stip. Dulcamar. āā Drachm. sex. Conc. coque cum Aq. font. s. q. per horam, colat. Unc. sex adde Aq. Lauro-Ceras., Elix. e Succo Liquir. āā Unc. semis. M.

DECOCTUM DULCAMARAE COMPOSITUM Augustin, Lebrecht.

Rec. Stip. Dulcamar. Unc. semis, Rad. Liquir., Bardan., Ligni Sassafr., Guajaci āā Drachm. duas. Coque cum Aq. font. Libr. duabus ad colat. Unc. sedecim.

DECOCTUM DYSENTERICUM Bate. — Fit coquendo trium Panum Corticem infer. in Aquae Libr. sex ad Libr. unam et infundendo per 2 horas Caryophyll. Drachm. duas, colando et addendo colaturae Vini clareti Libr. unam et Sacch. albi q. s.

DECOCTUM DYSENTERICUM Ph. Viennens. — Constat ex Rad. Torment. et Bistort. āā Libr. semis, Rad. Liquir., Flor. Papav. errat., Mastich. el. āā Unc. una, Nuc. Moschat. Unc. semis et Rasur. Cornu Cervi Unc. tribus, quae species ad usum asservandae.

DECOCTUM EDULCORANS v. Decoctum Sarsaparillae.

DECOCTUM EMETICO-CATHARTICUM Richard.

Rec. Sal. mirab. Glauberi. Unc. semis, Tart. emet. Gran. duo, Juris, e Carne vitulina parat., Libr. duas.

DECOCTUM EMMENAGOGUM Ellis.

Rec. Rad. Seneg. Unc. unam. Coque cum Aquae Octar. uno ad tertiae part. consumt., tunc infunde Cort. Aurant. Drachm. duas, et post aliquod tempus cola.

DECOCTUM EMOLLIENS Ph. nosoc. civ. Argentor. — Fit coquendo Spec. emoll. Unc. duas cum Aquae Libr. tribus ad Libr. duas, et colando.

DECOCTUM EMOLLIENS Saunders.

Rec. Rad. Alth. Unc. unam semis, Hb. Alth. Pug. unum semis, Aquae q. s. Coque per ¼ horae, tunc adde Hb. Veronic. Pug. unum, Rad. Foenic. Unc. unam, post infusionem per ¼ horae cola, ut f. colat. Libr. duae, quibus adde Oxym. simpl. Unc. duas, Oxym. squill. Unc. unam et Antim. diaphoret. non abluti Drachm. unam semis.

DECOCTUM EMOLLIENS ET CARMINANS Ph. Amstelod.

Rec. Rad. Alth. Unc. unam. Coque cum Aquae Libr. duabus ad Dimidium, sub finem addens Flor. Meliloti et Chamom. vulg. ana Drachm. sex. Digere per 1/4 horae, tunc cola. — Ph. Sardoa Rad. Alth. Unc. unam, Hb. Malv. et Pariet. ana Pug. unum cum Aquae Libr. quatuor sufficienter coqui et sub finem addi praescribit Sem. Carvi Unc. semis, Flor. Chamom. Pug. semis et post refrigerationem colari.

DECOCTUM EMOLLIENS ET CARMINANS PRO CLYSTERIBUS Ph. Leidens. — Fit Hb. Alth., Malv., Parietar., Verbasci, Flor. Chamom. et Meliloti ana Pug. unum, Sem. Foenic. Drachm. duas cum s. q. Aquae ad Unc. octo colat. coquendo.

DECOCTUM PRO ENEMATE v. Decoctum Malvae compositum.

DECOCTUM ENULAE, Inulae seu Helenii Ph. Batav. — Fit coquendo (melius calefaciendo in balneo Mariae in vase tecto) Rad. Enulae Unc. semis cum s. q. Aquae, ut f. colat. Unc. sex.

DECOCTUM ENULAE seu Helenii COMPOSITUM sive Hydromel compositum, Tisana expectorans RICHARD cet.

Rec. Rad. Enulae Unc. unam, Summit. Hyssopi, Hb. Heder. terrestr. ana Drachm. duas, Aquae q. s. Coque sufficienter cum Aquae Libr. quatuor. Colaturae adde Syr. Mellis Unc. duas.

DECOCTUM EQUISETI FULLERI.

Rec. Hb. Equiset. min. Man. sex, Cydon. conc. Nro. tria, Sem. Samach., Bacc. Myrtill. ana Unc. unam semis, Flor. Rosar. rubr. Man. duos parvos, Sem. Granat. Drachm tres. Coq. cum Aquae Libr. novem, sub finem addens Gummi Tragac. Drachm. sex, cola et adde Mell. rosat., Syr. Rosar. sicc. ana Unc. tres, Syr. Myrtill. Unc. unam semis.

DECOCTUM EUPHRASIAE HOFFMANNI. — Fit coquendo Hb. cum Florib. Euphras. Man. tres, Cinnam. acuti Unc. semis, Sem. Lilior. mont., Foenic. ana Drachm. sex cum s. q. Aquae ad colatur. Libr. unius semis, et addendo s. q. Sacchari ad gratum saporem.

DECOCTUM EXCITANS v. Decoctum antifebrile.

DECOCTUM EXPELLENS IN PESTE v. Decoctum confortans.

DECOCTUM FEBRIFUGUM seu Chinae nitratum RICHARDI sec. SPIELMANNUM.

Rec. Chinae el. Unc. duas. Coq. cum Aquae Libr. octo per semihoram et in colatura solve Nitri dep. Drachm. unam.

DECOCTUM (Apozema) FEBRIFUGUM LAXANS RICHARDI sec. SPIELMANNUM.

Rec. Chinae el. cont. Unc. duas. Coq. cum Aquae Libr. octo ad reman. Unc. septuaginta quatuor, sub finem adde Hb. rec. Cichor. silv. et Endiv. ana Pug. duos, Fol. Senn. Unc. semis. Colaturae adde Sal. mirab. GLAUBERI Unc. semis, Syr. Cichor. cum Rhabarb. Unc. duas. (V. etiam Decoctum Chinae antisepticum, compositum et laxans)

DECOCTUM FEBRIFUGUM LEWIS. — Fit Flor. Chamom. Unc. duas in Aquae Octar. tribus ad duas coquendo et solvendo in colat. Salis Tartari Drachm. duas. (V. etiam Decoctum antifebrile.)

DECOCTUM FEBRIFUGUM MAGISTRALE VAN MONS.

Rec. Chinae el. Unc. unam. Coque cum s. q. Aquae per horam, ut f. colat. Unc. quatuordecim, sepone et interea contere Gummi Arab. et Bals. de Tolu ana Drachm. unam, tunc admisce sedulo agitans decocti refrigerati q. s., ut f. emulsio spissiuscula, postea admisce Ol. Macidis Gutt. sex, Syr. Flor. Tunic. Unc. duas, denique admisce decoct. quod superest.

DECOCTUM FEBRIFUGUM ET PECTORALE v. Decoctum Chinae cum Lichene.

DECOCTUM (Apozema) FEBRIFUGUM PURGANS v. Decoctum Chinae antisepticum purgans, febrifugum laxans cet.

DECOCTUM FEBRIFUGUM SALINUM SWEDIAUR.

Rec. Summit. Centaur. min., Flor. Chamom. ana Man. unum, Aquae bull. q. s., ut post infusionem Libr. tres colaturae obtineantur, quibus adde Arcani dupl., Mellis albi ana Unc. duas.

DECOCTUM FEBRIFUGUM SALSUM seu Carbonatis Potassae Absinthii Ph. Hispan.

Rec. Salis Absinth. Drachm. unam, Mell. opt. Unc. quatuor, Aquae Libr. duas. Coque ad despumationem in vase fictili vitreato; cola.

DECOCTUM (Apozema) FEBRIFUGUM ET TONICUM PIERQUIN.

Rec. Rad. Patient. Unc. unam, Enulae Drachm. duas, Hb. Cichor., Pimpin. ana Man. unum, Folia Scolopendrii Nro tria, Cancros viv. cont. Nro. decem ad duodecim, Flor. Chamom. et Persic. ana Pug. unum ad duos, Chinae, Rad. Rhabarb., Cort. Cascarill. ana Drachm. unam, Aquae Libr. unam; coque per horam, tunc exprime. In duabus portionibus sumendum; primae dosi admiscendae Syr. Flor. Persic. Unc. duae, sec. Syr. 5 Rad. aperientium.

DECOCTUM FEBRIFUGUM SIMPLEX v. Decoctum (Corticis) Hippocastani.

DECOCTUM (Tisana) FELTZII ANTIVENEREUM. *Hydrolé de Salsepareille et d'Ichthyocolle composé.*

Rec. Rad. Sarsaparill. Unc. duas, Rad. Chinae Unc. unam, Cort. Buxi, Heder. Helic., Collae Piscium ana Unc. unam semis, Antim. crudi pulv., in nodul. ligat., Unc. quatuor, Aquae Libr. sedecim. Macera per 12 horas, tunc coque ad Partem dimidiam, cola per pannum, sepone et adde Merc. subl. corros. Gran. tria. Solve l. a. — Haec formula, a BAUMÉ commendata, postea plus minus immutata est. Sic CASPER Antim. crudi Drachm. undecim, Rad. Sarsaparill. et Rad. Chinae ana Drachm. sex, Hb. Heder. terrestr., Collae Piscium ana Unc. semis cum Aquae Libr. sex ad colat. Libr. duarum coqui et colat. addi praescribit Mercur. subl. corros. Gran. unum. — RATIER, RICHARD et alii Antim. crudi pulv. in nodulo Unc. quatuor in ollam fictilem

vitreatam immitti praescribunt, ita ut fundum non attingat, tunc infundi Aquae Libr. sex et per 12 horas coqui ad Dimidias, postea addi Rad. Sarsaparill. Unc. tres et Collae Pisc. Unc. semis, ollam per horas 24 inter cineres calidos relinqui et denique decoctum per linteum tenerae texturae trajici. — Alii Rad. Sarsapar. Unc. tres, Coll. Pisc. Drachm. unam semis, Gummi Arab. Unc. duas, Antim. crudi, in nodulum ligati, Unc. quatuor ex Aquae font. Libr. sex ad Libr. tres coqui praescribunt. — Ph. Lusitanic. castr. Rad. Sarsapar. Unc. duas, Rasur. Ligni Guajaci Drachm. duas, Collae Drachm. tres et Antim. crudi Unc. duas cum Aquae Libr. quatuor ad Dimidium coqui praescribit. (V. etiam Decoctum Ichthyocollae compositum.)

DECOCTUM FICUUM Mynsicht. — Fit coquendo Ficus ping. Nro. quindecim, Passular. Unc. duas, Rasur. Cornu Cervi, Pulp. Tamarind. āā Unc. unam, Rad. Liquir., Myrrhid. āā Unc. semis, Bacc. Berber. Drachm. duas, Sem. Card. bened. et Foenic. āā Drachm. unam semis in Aq. Hordei s. q., clarificando colaturam et addendo Syr. Acetosae Libr. unam semis, Syr. Citri Unc. quatuor. (V. etiam Decoctum Caricarum.)

DECOCTUM FILICIS MARIS. *Hydrolé de Fougère male* Ratier. — Fit sufficienter coquendo Rad. Filic. Maris recenter sicc. Unc. unam in Aquae Libr. quatuor. — Henry et Guibourt Rad. Filic. Unc. duas cum Aquae Libr. duabus ad tria Vitra decoqui praescribunt.

DECOCTUM FLORUM ET FRUCTUUM Ph. Augustan. — Constat ex Caric. Nro. quinque, Prunis quindecim, Jujub. et Sebesten. āā viginti, Tamarind. Unc. una, Flor. Rosar., Violar., Borrag. et Buglossi āā Drachm. una, Hb. Capill. Ven., Lupul., Endiv., āā Man. semis, Rad. Liquir. Drachm. duabus. Species l. a. conc. et mixtae usui asservantur.

DECOCTUM (Petri) Foresti sec. Van Mons.
Rec. Sem. Cicer. rubr., Hordei perlat. āā Unc. unam, Aquae q. s. Coque sufficienter, ut fiant colaturae Unc. triginta duae; ab igne remotis adde Caric. conc. Unc. semis et Rad. Liquir. rasp. Drachm. duas; post refrigerationem cola et fiat cum Semin. Melon. Unc. una l. a. emulsio, quae colanda. — Ph. d'Anvers Semin. Melon. loco Amygdalas dulces praescribit. — Disp. Viennense sec. formulam primitivam Sebest. Libr. semis, Caric. ping. Libr. unam, Rad. Ononid. et Liquir. āā Unc. quatuor, Sem. Malv. et Alth. āā Unc. tres, Sem. 4 frigid. maj. āā Unc. duas, Cicer. rubr., Hord. mund. āā Libr. unam semis misceri et ad usum servari praescribit.

DECOCTUM FRUCTUUM JUNIPERI CARMINATIVUM v. Fotus carminativus.

DECOCTUM FRUCTUUM PECTORALIUM, *Hydrolé de Fruits pectoraux* Henry et Guibourt.
Rec. Fruct. pectoral. Unc. duas, Aq. Unc. triginta duas. Coque l. a. per horam semis et cola. (V. etiam Decoctum Caricarum.)

DECOCTUM AD FUNGOS ARTICULORUM seu ad Lupias synoviales Heister.
Rec. Litharg. Unc. sex, Boli Armen. Unc. unam, Mastich., Myrrh. āā Unc. semis, Aceti Unc. quatuor et viginti. Mixta coquantur leni igne per semihoram.

DECOCTUM FURFURIS TRITICEI Ph. Batav.
Rec. Furfur. tritic. Unc. quatuor. Coq. cum Aq. font. Libr. duodecim ad Libr. novem reman., postquam furfur subsedit colentur. — Addi possunt Libr. duobus Spir. Vitrioli Gutt. quadraginta et Syr. simpl. Unc. una vel Crem. Tartar. Scrup. quatuor et Syr. simpl. Unc. duae.

DECOCTUM GALLARUM Gray. — Fit coquendo Gallarum Unc. semis cum Aq. font. Libr. duabus ad colat. Libr. unius aut Sesquilibrae. — In alia formula Gallarum Unc. semis cum Aquae Octar. duobus et semis ad duos coqui et colaturae addi praescribit Tinct. Gallar. Unc. unam.

DECOCTUM GEI URBANI cet. v. Decoctum (Radicis) Caryophyllatae.

DECOCTUM (RADICIS) GENTIANAE Wollkopf. — Fit Radic. Unc. semis cum Aquae Unc. duodecim ad Unc. octo coquendo et colaturae addendo Syr. quemlibet uti et Aetherea.

DECOCTUM GENTIANAE COMPOSITUM v. Decoctum amarum.

DECOCTUM GEOFFRAEAE JAMAICENSIS seu inermis Ph. Edinb. cet., Decoctum anthelminticum. — Fit coquendo Cort. cont. Unc. semis cum Aquae Libr. duabus ad Libr. unius remanent., et colando. — Donald Monro Unc. unam Corticis cum Aquae Unc. triginta duabus ad octo coquendo redigi proponit.

DECOCTUM GEOFFRAEAE SURINAMENSIS Ph. Batav. — Fit coquendo Cortic. Unc. duas cum Spir. Vini Unc. quatuor et Aquae font. Unc. triginta duabus ad Dimidias. — Thuessink Cort. Unc. semis cum Aq. Unc. sex per semihoram coqui et colari, tunc admisceri praescribit Syr. Cort. Aurant. Unc. semis et Tinct. Cort. Geoffraeae Unc. unam.

DECOCTUM GLYCYRRHIZAE seu Liquiritiae Rennie. — Fit coquendo Rad. Liquir. conc. Unc. unam semis cum Aquae Libr. una per 10 sexagesimas, et colando.

DECOCTUM AD GONORRHOEAM Lebrecht.
Rec. Rad. Ononid. spin. Unc. duas. Coque cum Aq. font. Libr. una semis ad Libr. unam; colaturae adde Sacch. albi Unc. duas.

DECOCTUM GRAMINIS seu Tritici repentis Ph. castrens. Borussic. — Fit coquendo Rad. Gramin. conc. Unc. octo cum Aquae Libr. quatuor ad remanent. trium quadrantium, et colando. — Ph. d'Anvers Rad. Unc. duas cum Aquae Libr. duabus ad Dimidias coqui praescribit. — Taddei ad duas Radicis Uncias, quatuor Aquae Libras praescribit et coquendo ad duas redigi. — Marcus Rad. Gramin. Unc. unam cum Aquae fluviat. Unc. sedecim ad octo coqui et colat. addi praescribit Tartar. solub. ammon., Extr. Tarax.

āā Unc. semis, Syr. Alth. Unc. unam. (V. etiam Ptisana.)

DECOCTUM GRAMINIS COMPOSITUM v. Decoctum aperiens.

DECOCTUM (CORTICIS FRUCTUS) GRANATORUM Rezmanni. — Fit Malicorii Unc. duas et Gummi Arab. Drachm. duas cum Aquae Libr. duabus ad remanent. Libr. unius coquendo et addendo colaturae Aquae Cinnam., Syr. Cort. Aurant. et Zingib. āā Unc. unam. — Alia formula: Rec. Cortic. Fructus Granat. Unc. duas, Gummi Arab. Drachm. unam, Aquae Libr. duas. Coque ad Dimidium et Librae cuique Decocti adde Extr. Trifol. fibr. Drachm. semis, Liq. anod. Horrm. Drachm. unam.

DECOCTUM (CORTICIS RADICIS) GRANATI. Granatwurzelrinden-Abkochung. *Decoction d'Ecorce de Grenadier sauvage.* Ph. Batav. cet. — Fit coquendo Cortic. Radic. Unc. duas cum Unc. triginta duabus Aquae ad Unc. viginti quatuor remanentiam, et colando. — Taddei Cortic. Drachm. decem cum Aquae Unc. viginti macerari per horas 24, deinde ad Dimidium coqui et tunc insuper per horas circiter 14 in infusione relinqui et supremo decanthari proponit, quod supervacaneum, immo inconveniens. (V. etiam Ptisana adstringens.)

DECOCTUM GRATIOLAE Ph. Batav.

Rec. Hb. Gratiol. Drachm. duas, Aq. font. q. s. Coque leviter ad colat. Unc. quatuor, quibus refrigeratis adde Naphth. Vitrioli Scrup. unum, Syr. Rhabarb. Unc. unam. Interdum, si opus est, addi debent Sal. amari Drachm. duae ad Unc. semis.

DECOCTUM GUAJACI Ebermaier.

Rec. Rasur. Ligni Guajaci Unc. unam ad duas, Aq. font. Libr. tres. Coque ad colat. Libr. unius.

DECOCTUM GUAJACI Hufelandi. — Fit macerando Ras. Ligni Guajaci Libr. unam cum Aquae Libr. octo per noctem et coquendo deinde ad Dimidium. — Ex residuo cum Aquae Libr. octo pari modo Decoctum Guajaci dilutius paratur. — Lieudant Ligni Guajaci Unc. tres cum Aq. Libr. duodecim per 24 horas infundi, deinde coqui praescribit, donec restant Libr. quatuor. — Brugnatelli Ligni Unc. unam et Aquae Libr. duas coquendo pro quarta parte consumi praescribit. — Ph. in usum nosoc. milit. Würceburg. Ligni Unc. unam semis cum Aquae Unc. viginti ad sedecim redigi jubet. — Ph. Herbipolit. Ras. Ligni Guajaci Libr. semis et Sal. Tartari Scrup. quatuor cum Aquae Libr. sex per noctem digeri, tunc per 2 horas coqui, sub finem addi praescribit Spir. Vini rect. Unc. tres, denuo parumper ebulliri et colari. — Ph. Genevens. Rasur. Ligni Guajaci Unc. tres in Aquae Libr. quatuor ad duarum consumtionem coqui et sub finem addi praescribit Rad. Liquir. Unc. semis, tunc colari. — Ratier Ligni Unc. unam cum Aquae Libr. tribus ad tertiae Partis consumtionem coqui et sub finem addi praescribit Rad. Liquir. Drachm. unam, tunc colari. (V. etiam Decoctum Lignorum.)

DECOCTUM (LIGNI) GUAJACI COMPOSITUM Ph. Gallicae.

Rec. Lign. Guajac., Rad. Sarsap. āā Unc. unam semis. Infunde per horas 12 in Aq. tepid. Libr. quatuor. Deinde bulliant, donec supersint Libr. tres; sub finem adde Rasur. Ligni Sassafr. Drachm. duas, Glycyrrhiz. Unc. semis. Infunde per horam semis et cola. (V. etiam Decoctum diaphoreticum et Lignorum.)

DECOCTUM DE GUAJACO COMPOSITUM ET PURGANS Ph. Gallicae.

Rec. Rasur. Ligni Guajaci, Rad. Sarsapar. āā Unc. unam, Ciner. clavell. dep. Gran. viginti quinque. Macerentur per 12 horas cum Aquae Libr. quatuor, deinde bulliant, donec supersint Libr. tres; sub finem adde Fol. Senn. mund. Drachm. duas, Rad. Rhabarb. Drachm. unam, Ligni Sassafr. et Rad. Liquir. āā Drachm. duas, Sem. Coriandr. Drachm. unam. Cola cum expressione et colatura refrigerata, faece deposita, decopula liquorem. (V. etiam Decoctum antivenereum laxans.)

DECOCTUM (LIGNI) GUAJACI CUM SALE AMMONIACO Pozanza. — Fit Ras. Ligni Guajaci Part. unam in Solutione Sal. Ammoniaci loco tepido per 24 horas digerendo, postea, additis Aquae Partib. viginti, per horam et ultra coquendo, et liquorem adhuc calidum colando.

DECOCTUM GUMMI ARABICI v. Decoctum incrassans.

DECOCTUM GUMMI GUTTAE Ph. Herbipolit.

Rec. Gummi Guttae Drachm. duas. Affunde Aq. bull. Libr. unam, instilla sensim Ol. Tartar. per deliq. Drachm. duas. Ebulliant per aliquot momenta, remove deinde ab igne et postquam refrixerit decoctum ex flavo-rubens decantha et serva.

DECOCTUM HAEMATOXYLI v. Decoctum (Ligni) Campechiani.

DECOCTUM Heisteri v. Decoctum ad Fungos Articulorum.

DECOCTUM HELENII SIMPLEX ET COMPOSITUM v. Decoctum Enulae.

DECOCTUM HELICUM POMATIARUM COMPOSITUM v. Lac asininum artificiale.

DECOCTUM (RADICIS) HELLEBORI ALBI seu Veratri Ph. Londin. cet. — Fit coquendo Rad. Hellebori albi cont. Unc. unam cum Aquae Octar. duobus ad reman. unius; colando et addendo Spir. Vini rectif. Fluidunc. duas. — Ferrarini ad tertiae partis consumtionem coqui praescribit, ceterum ut antea. — Nonnulli medici Spiritus Vini loco Sal. Ammoniaci Drachm. tres addunt.

DECOCTUM (HERBAE) HELLEBORI FOETIDI Ph. Batav. — Fit Herb. sicc. Drachm. duas cum Aq. Unc. octo sufficienter coquendo et colando.

DECOCTUM HELLEBORI NIGRI Reil sec. Augustin.

Rec. Fibrillar. Rad. Hellebor. nigr. Drachm. duas ad Unc. semis. Coque cum Aq. font. q. s.

ad colat. Unc. octo, cui adde Tartari tartaris Unc. unam, Mell. desp. Unc. duas.

DECOCTUM HELLEBORI NIGRI CUM FOLIIS SENNAE WINTRINGHAM sec. RICHARD.

Rec. Rad. Helleb. nigri Drachm. duas, Fol. Senn. Unc. semis, Tartari tartaris. Drachm. duas, Aq. pur. Libr. unam et Unc. quatuor. Coque ad remanent. Unc. decem et adde Syr. Rhamni cathart. Drachm. sex.

DECOCTUM HELMINTHOCHORTI seu Corallinae Corsicanae, Tisana vermifuga. Wurmmoos-Abkochung. *Hydrolé de Mousse de Corse* HENRY et GUIBOURT. — Fit coquendo Musci Helminthoch. Drachm. unam vel duas in Aq. Unc. sex ad dimidiam partem, et colando cum expressione. — RATIER Unc. duas Helminthoch. cum Aq. Libr. duabus sufficienter coqui praescribit. — Ph. Batav. Helminthoch. Drachm. duas cum s. q. Aquae ad colat. Unc. quatuor coqui et colaturae addi praescribit Mell. desp. Unc. semis. — Formul. des hopit. mil. de France Helminthoch. Drachm. duas cum s. q. Aquae coqui et colat. Libr. semis addi praescribit Syr. simpl. Drachm. duas. — Disp. de bureau de Charité Helminthoch. Unc. unam cum Aq. Octar. duabus semis coquendo ad duos redigi et sub finem Rad. Liquir. Unc. semis addi, tunc colari praescribit.

DECOCTUM HELMINTHOCHORTI seu vermifugum WENDT sec. AUGUSTIN.

Rec. Helminthoch. Unc. semis, Hb. Gratiol. Drachm. unam, Aquae Unc. sex. Coque leviter et colat. Unc. quinque adde Vitrioli Mart. Drachm. semis et Mellis desp. Unc. semis.

DECOCTUM (CORTICIS) HIPPOCASTANI seu febrifugum simplex Ph. Batav. — Fit coquendo Cort. Hippocast. Unc. unam semis cum Aquae Unc. triginta ad colat. Unc. decem, sub finem addendo Rad. Liquir. Drachm. unam, et colando. — Ph. Francof. p. p. Cortic. Unc. unam cum Aquae Unc. sedecim ad colat. Unc. sex coqui et addi praescribit Syr. Cort. Aurant. Unc. semis. — SWEDIAUR Cort. Hippocast. Unc. quatuor cum Aquae Libr. duabus bis coqui, colaturas ad Libr. unam evaporatione coqui et Sacchari albi Unc. unam addi praescribit. Addi potest pro necessitate Naphth. Vitrioli Drachm. una ad duas.

DECOCTUM HORDEATUM AMYGDALINUM v. Emulsio.

DECOCTUM HORDEI, Hordei distichi, MUNDATI seu perlati SIMPLEX Ph. Americ., d'Anvers, Batav., Belgic., Dublin., Edinb., Londin., Herbipol., castrens. Ruthenae cet. Gerstengraupen-Abkochung. *Decoction de l'Horge mondé.*

Rec. Hordei mund. seu perlati Unc. duas. Ablue Aqua frigida, deinde coque paullisper cum Aquae Libr. una et, hac Aqua abjecta, superaffunde Aquae Libr. quinque (Octarios quatuor cum semisse L.) et coque ad dimidias, cola absque expressione. — Disp. Lippiacum, PIDERIT, Ph. Ferrar. et FERRARINI quatuor tantummodo Aquae Libras et ad Dimidias coqui praescribunt, ceterum ut antea. — Ph. Amstel. Unc. duas Hord. perl. et sex Aquae Libr. ad Dimidias coqui praescribit.

DECOCTUM HORDEI, Ptisana communis Ph. Gallic.

Rec. Hord. mund., leviter linteo asperiore confricti et Aqua eloti, Unc. semis. Coq. cum Aquae Unc. quadraginta ad Unc. triginta duarum remanent. Cola et adde Syr. Alth. vel Capill. Ven. Unc. unam. — Formul. des hopit. milit. de France sub finem coctionis Rad. Liquir. Drachm. unam addi praescribit et Syrupum omittit, ceterum ut supra. Ph. nosoc. milit. Würceburg. Hordei mund. et grossiusc. laevigati Unc. quatuor cum Aquae Libr. triginta duabus per $\frac{1}{4}$ horae coqui, tunc addi praescribit Rad. Liquir. conc. Unc. duas et lente ad duorum Trientium colaturae reman. coqui.

DECOCTUM HORDEI CRUDI seu Hordei integri SIMPLEX, Aqua Hordei seu hordeata. Rohe Gerstentrank, Gerstenwasser. *Decoction d'Horge* Ph. Batav.

Rec. Hord. integri bene maturi Unc. duas. Coque paullisper cum Sextuplo fere Aquae, qua rejecta iterum ferventem, sed majori quantitate, adde, ita ut, leni coctione instituta, post Hordei crepitum supersit colatura circiter Libr. duarum. — Ph. Lusit. Hordei aristis privati Unc. tres cum Aquae Libr. quatuor ad Dimidias coqui praescribit. — Ph. Rossica Hordei integri Unc. sex cum Aquae Libr. decem ad Libr. octo coqui praescribit.

DECOCTUM HORDEI Ph. Suec. et SPIELMANNI.

Rec. Hordei integri aliquoties Aqua calida loti Unc. tres, Rad. Gramin. inc. Unc. unam, Aq. fluviat. Libr. decem. Coquuntur, donec Librae octo remanent, Decoctum refrigeratum colatur. (V. etiam Decoctum commune et Ptisana communis.)

DECOCTUM HORDEI CUM ACACIA v. Decoctum Hordei gummosum.

DECOCTUM HORDEI ACIDULUM seu acidulatum Ph. Suecic. — Fit admiscendo Decocto supra memorato Oxym. simpl. Unc. quatuor. — Ph. Rossica pariter Decocto illi supra descripto Oxym. simpl. Unc. quatuor ad acidulatum addi praescribit. — Ph. castr. Ruthena, ST. MARIE et SWEDIAUR Decocto sec. Ph. Batav. cet. duas Oxym. simpl. Unc. addi praescribunt. (V. etiam Ptisana communis emolliens.)

DECOCTUM HORDEI CUM CERA ET OLEO FERRARINI.

Rec. Cerae citr., Ol. Amygd. dulc. āā Drachm. duas, Vitell. Ovor. duo, Decoct. Hordei simpl. Libr. duas. Ceram et Oleum liquefacta cum Vitellis subige et Decoctum sensim admisce.

DECOCTUM HORDEI CITRATUM sec.

Spielmann. — uti Decoctum Citri paratur, Aquae loco Decoctum Hordei sumendo.

DECOCTUM HORDEI COMPOSITUM, Decoctum pectorale seu Ptisana communis Ph. Londinens. Zusammengesetztes Gerstengraupen-Decoct- oder Wasser. *Decoction d'Horge composé.* — Fit coquendo Caricar. conc. et Passul. maj., demtis acinis, āā Unc. duas, Rad. Liquir. cont. Unc. semis cum Decocti Hordei Libr. duabus et Aquae Libr. una ad Octar. duos, et colando. — Ph. Dublin. quatuor Decocti Hordei Libras praescribit et primum addi Passulas, deinde Caricas, deinde paullo ante finitam coctionem Liquirit., ut f. colat. Octar. duorum, ceterum ut supra. — Ferrarini Hordei mund. Libr. unam, Caric., Passul. maj. et Rad. Liquir. āā Unc. duas et Jujub. Unc. unam semis cum Aquae Libr. duodecim ad tertiae partis consumtionem coqui, tunc colari praescribit.

DECOCTUM HORDEI COMPOSITUM Ph. Herbipolit.

Rec. Hordei decort. et Aq. frig. loti Unc. unam, Rad. Seneg. Unc. semis, Nitri dep. Drachm. duas. Coque cum Aq. q. s. ad colat. Libr. duas, quibus adde Roob Ribium et Sambuci liq. āā Drachm. sex, Oxym. simpl. Unc. duas. (V. etiam Decoctum commune, pectorale et pro Potu.)

DECOCTUM HORDEI CUM RASURA CORNU CERVI Disp. Brandenb., Hamburg. cet. — Fit coquendo Hordei mund. Unc. unam semis et Rasur. Corn. Cervi Unc. unam cum Aquae Libr. octo ad tertiae Partis consumtionem, et colando.

DECOCTUM HORDEI GUMMOSUM seu cum Acacia, Aqua hordeata cum Gummi Ph. Genevens.

Rec. Hordei integri Unc. tres. Coq. paullisper cum Aqua, quae rejicienda, tunc infunde Aquae bullient. Libr. quatuor et coque ad Dimidias, sub finem addens Rad. Liquir. rasp. Unc. semis. In colat. dissolve Gummi Arab. Unc. semis. — Ph. nosoc. St. Bartholom. in Decocti Hordei Fluidunc. duodeviginti Gummi Arab. Unc. semis solvi praescribit. (V. etiam Potus Hordei.)

DECOCTUM HORDEI INTEGRI et MUNDATI seu perlati v. supra.

DECOCTUM HORDEI NITRATUM seu cum Nitro Augustin. — Paratur admiscendo Decocti Hordei Libr. duabus Nitri Drachm. unam et Oxym. simpl. Unc. unam. — Ph. castrens. Ruthen. solvi praescribit Nitri Drachm. duas in Decocti Hordei Libr. duabus semis.

DECOCTUM HORDEI CUM RADICIBUS SCORZONERAE Disp. Brandenb. et Hamburg. — Fit pari modo ac Decoctum Hordei cum Cornu Cervi, ejus loco Rad. Scorzonerae sumendo.

DECOCTUM HORDEI SIMPLEX v. supra.

DECOCTUM (Apozema) HYDRAGOGUM Bories.

Rec. Bulb. Allii rec. Unc. unam semis, Summit. Absinth. et Centaur. min., Sem. Dauci, Bacc. Junip., Ligni Sassafr., Rad. Enulae āā Unc. unam, Rad. Aristol. long. et rot et Rad. Zedoar. āā Drachm. sex, Cort. Winteran. Unc. semis, Aquae bull. q. s. Digere per horas 6 in balneo Mariae, et filtra.

DECOCTUM HYDRAGOGUM Saunders. — Fit coquendo Rad. Tarax. integr. Unc. duas, Rad. Alth. Drachm. decem cum s. q. Aquae per $1/4$ horae, et addendo Rad. Squill. Unc. semis, Flor. Chamom. Unc. duas, colando post horam unam digestionis in vase tecto, denique addendo colaturae Unc. quatuordecim Syr. Liquir. Unc. duas.

DECOCTUM HYDRARGYRI v. Aqua mercurialis et Decoctum anthelminticum.

DECOCTUM HYDROPICUM Wendt.

Rec. Rad. Polygal. amar. Drachm. duas. Coque cum s. q. Aquae per $1/2$ horam, sub finem addens Hb. Digit. purp. Scrup. unum, post aliquot sexagesimas colat. Unc. quinque refrig. adde Liq. Terrae foliat. Tartari Unc. unam, Elaeosacch. Menth. pip. Drachm. unam. (V. etiam Decoctum antihydropicum.)

DECOCTUM HYSTERICUM Hoffmanni. — Fit coquendo Hb. Pulegii, Artemis., Abrot., Matricar., Meliss., Verben., Serpyll. āā Man. unam, Rad. Pimpin., Bacc. Lauri āā Drachm. duas, Castor. Drachm. unam, Herb. Sabin. Drachm. duas cum s. q. Aquae l. a., et colando.

DECOCTUM HYPECACUANHAE seu Ipecacuanhae Pisonis sec. Spielmann.

Rec. Rad. Ipecac. crass. cont. Drachm. duas. Coq. cum Aq. font. Unc. quatuor ad Trientis consumtionem, et cola. Residuum iterum coque ex Aq. Unc. quatuor et cola; denuo residuum ratione modo memorata coquitur. Decocta tria separatim sumuntur. — In dysentesia laudatur.

DECOCTUM JACEAE seu Violae tricoloris CUM AQUA Ph. Batav. — Fit coquendo Hb. Drachm. sex cum Aquae s. q. ad colat. Unc. sex. — Ferrarini Hb. rec. Drachm. unam ad duas cum s. q. Aquae ad colat. Libr. unius coqui proponit.

DECOCTUM JACEAE CUM LACTE Augustin. et Ph. Batav. — Fit Hb. Unc. semis cum Lact. Libr. una per breve tempus coquendo et colando. — Ferrarini ut Decoctum aquosum parari jubet, Aquae loco Lac sumendo.

DECOCTUM JAPONICUM Lewis.

Rec. Confect. Japonic. Unc. unam. Coq. cum Aquae Octar. uno semis ad unum, tunc adde Decocto adhuc turbido Aq. Cinnam. spirit. et Syr. Diacod. āā Unc. unam.

DECOCTUM ICHTHYOCOLLAE v. Decoctum Collae Piscium.

DECOCTUM ICHTHYOCOLLAE COMPOSITUM Eimbkei.

Rec. Rad. Sarsapar. Unc. tres, Cort. et Ligni Sassafr. āā Unc. unam. Concisa macera cum Aq. commun. fervid. Libr. novem per 12 horas; tum coque et decocto immitte Collae Piscium Unc. tres, antea in s. q. Aquae solutas, ad colat. Libr. octo.

DECOCTUM INCITANS Berends.
Rec. Fol. Rhododendri chrys. Drachm. duas ad sex. Coque ex Aquae Unc. decem ad colat. Unc. sex, adde Syr. balsam. Unc. unam.

DECOCTUM INCITANS Sundelin.
Rec. Rad. Seneg. Drachm. duas, Cort. Cascarill. Drachm. tres. Coque ex Aquae Unc. decem ad colat. Unc. sex, adde Gummi Arab. Drachm. duas, Spir. Sal. Ammon. anis. Drachm. unam semis, Syr. balsam. Unc. unam.

DECOCTUM INCITANS AROMATICUM Bezra.
Rec. Hb. Salv. Unc. semis. Infunde cum s. q. Aquae et colat. Libr. duarum adde Elix. acid. Halleri Drachm. unam.

DECOCTUM INCITANS, nutriens, diaphoreticum, antisyphiliticum, Bezra.
Rec. Rasur. Ligni Guajaci Unc. unam, Lichen. Island. elixiv. Unc. duas, Stip. Dulcam. Drachm. duas, Rad. Rub. tinct., Caric. aren., Alth., Bardan. aa Unc. semis, Sem. Foenic. Unc. unam. Coque Aq. font. Libr. quinque ad reman. Libr. trium et colat. adde Syr. simpl. Unc. duas.

DECOCTUM INCRASSANS Fulleri seu Decoctum Gummi Arabici. — Fit Gummi Arab. Unc. tres cum Decocti Hordei integri Libr. duabus paullisper coquendo et addendo Syr. Alth. Unc. quatuor. — Aliae Pharm. Decocti Hordei loco Aquam praescribunt.

DECOCTUM (CORTICIS RADICIS) JUGLANDIS Fulleri.
Rec. Cortic. inter. Rad. Juglandis cont. Unc. unam semis. Macera cum Aceto Juniperi per 8 horas et rejecto Aceto iterum sicca et adde Cort. Capparid. Unc. semis, Summit. Tamarisci et Agrimon. aa Man. duos. Coque cum Aquae et Vini aa Libr. duabus semis ad duas, et cola. (V. etiam Decoctum Nucum Juglandium.)

DECOCTUM JUJUBARUM PECTORALE Ph. Hispan.
Rec. Hord. mund. Unc. unam, Jujubas Nro. duodecim, Caric. Nro. sex, Passul. mund., Rad. Liquir. rasp. et Hb. Capill. Vener. aa Unc. semis, Aquae Libr. tres. Coque s. a. àd Libr. duas, et cola.

DECOCTUM JUJUBARUM PECTORALE SOLUTIVUM Ph. Hisp. ed. prior. — Fit, si Decocti praecedentis Unc. octo addis Fol. Sennae Drachm. tres, Rad. Rhei cont. Drachm. unam et Tartari solub. Scrup. unum et post suff. digestionem colas.

DECOCTUM (LIGNI) JUNIPERI Ph. Batav. — Fit coquendo Ligni Junip. rasp. Unc. semis cum Aquae Unc. sedecim ad Dimidias et colando.

DECOCTUM JUNIPERI Plenckii sec. Sundelin.
Rec. Summit. Junip. inc. Unc. tres, Aq. font. q. s. Coque ad Libr. duas, addens sub finem coctionis Bacc. Junip. cont. Unc. unam et cola. — Ferrarini, St. Marie et Swediaur formulae cum hac congruunt.

DECOCTUM (Fructuum) JUNIPERI CARMINATIVUM v. Fotus carminativus.

DECOCTUM JUNIPERI COMPOSITUM Ph. nosoc. St. Barthol. — Fit Bacc. Junip. cont. Unc. duas et Cremor. Tartari Drachm. tres cum Aquae Octar. quatuor ad duos coquendo, et colat. Spir. Junip. comp. Fluidunc. duas admiscendo.

DECOCTUM KALMIAE LATIFOLIAE Ph. Batav. — Fit coquendo Fol. Kalmiae Unc. unam cum Aquae Unc. octo ad Dimidium et colando.

DECOCTUM KINAE KINAE cet. v. Decoctum Chinae cet.

DECOCTUM LAPATHI ACUTI Ph. Batav. — Fit coquendo Radic. Unc. unam ad duas cum s. q. Aquae ad colat. Libr. unius cum dimidio. — Melius in balneo Mariae in vase tecto conficitur.

DECOCTUM LAPATHI Richard sec. Spielmann.
Rec. Rad. Lapathi acuti Unc. duas, Rad. Enulae camp., Bacc. Junip. aa Unc. semis. Inc. et cont. coquuntur ex Aquae Unc. duabus et septuaginta ad dodrantis evaporationem, sub finem additur Hb. Fumar. Man. unus et colantur. (V. etiam Ptisana.)

DECOCTUM (Apozema) LAXANS Cadet, Ph. Gallic., Richard.
Rec. Hb. rec. Borrag., Buglossi, Cichor. aa Unc. unam. Coque per 1/4 horae in Aq. font. Libr. duabus. Colat. adde Sal. mirab. Glauberi Drachm. duas, Syr. Viol. Unc. unam. (V. etiam Decoctum et Potus purgans.)

DECOCTUM LAXATIVUM Vogleri. — Fit Flor. Acac., Fol. Sennae, Sal. mirab. Glaub. aa Drachm. duas, Passul. min. Drachm. sex cum s. q. Aquae ad colat. Unc. trium ad quatuor coquendo. — Pro lubito Flor. Acaciar. loco Flor. Persic. vel Verbasci recipi possunt. — Aliud fit Mannae calabr., Sal. amari aa Drachm. sex vel Sal. Glaub. et Tamarind. aa Unc. semis, Fol. Sennae mund. Drachm. duas semis cum s. q. Aquae per aliquot sexagesimas ad colat. Unc. trium coquendo. (V. etiam Aqua Angelica laxativa, Viennensis, Manna liquida, Potio et Ptisana cet.)

DECOCTUM LEONTODONTIS v. Decoctum Taraxaci.

DECOCTUM LICHENIS seu Lichenis Islandici (amarum). Isländisch Moosabkochung. *Decoction de Lichen d'Island.*

— Paratur calefaciendo Lichenis Islandici electi Unc. semis cum Aquae Unc. decem in balneo Mariae per horam, saepius agitando, ut f. colatura Unc. octo.

Pharmacopoeae in parando hoc Decocto discedunt. — Ph. Batav. ad Lichen. Unc. unam sedecim Aquae praescribit et ad octo Uncias colaturae coqui. — Ad Decoctum Lichenis Islandici mere mucilaginosum (non amarum) Lichen. Island. Unc. duas cum Ciner. clav. dep. Drachm. una, in Unc. viginti Aquae soluta, per 12 horas frigide macerari, solutionem decanthari, Lichen Aqua pura

ablui, donec nulla in ea amarities percipiatur, tunc cum Aquae Unc. quadraginta octo ad tertiae Partis consumtionem coqui et cum expressione colari praescribit. — Ph. Suecica pariter Lichen Lixivio alcalino valde diluto per nychthemerum macerari et Aqua purà bene ablui praescribit, tunc viginti quatuor Aquae Partibus ad sedecim coqui et exprimendo colari praescribit. — Van Mons formula cum hac congruit, praescribit tamen insuper DECOCTUM LICHENIS DULCE *(Decoction douce de Lichen d'Island)* cum Saccharo dulce reddi et Aq. Cinnam. aut Naphae aromatisari. — Ph. nosoc. civ. Argentor. Lichen. Unc. unam cum Aq. bull. Libr. tribus ablui et denuo cum tantodem Aquae ad Libr. unam semis coqui et colari jubet. — Ph. Saxonica praescribit Lichen. conc. Part. unam cum Aquae frig. Part. octo macerari, liquorem effundi et Lichen lotum cum triginta duabus Aquae Partibus ad Dimidias coqui et cum expressione colari. — Ratier Lichen. Unc. semis Aqua bulliente ablui, deinde Aquae Libr. tribus ad Libr. duarum colatur. remanent. coqui praescribit. — Paris huic Decocto addi praescribit Syr. simpl. Unc. duas. — Henry et Guibourt ad TISANA LICHENIS *(Hydrolé de Lichen)* Lichen. Island. bene abluti Unc. semis cum Aquae Unc. triginta duabus ad perfectam emollitionem coqui et cum Sacchari Unc. una vel duabus edulcorari praescribunt. — Richard Lich. Island. Unc. unam in Aq. bull. ablui, tum Aq. font. Libr. tribus ad reman. Libr. unius coqui et colaturae addi praescribit Syr. Alth. Unc. unam. — Hopit. Paris. duas Syr. Alth. Uncias praescribit, ceterum idem. — Ph. Londin., American. cet. ad DECOCTUM LICHENIS (amarum) Lichen. Unc. unam cum Aquae Sesquioctario ad Octar. unum coqui et colari praescribunt. — Ph. Edinb. formula cum hac congruit. — Ph. Dublin. Lichen. Unc. semis cum Aq. bull. Octar. uno per 2 horas in vase clauso digeri tunc per 1/4 horae coqui et adhuc fervens colari praescribit. — Formul. des hopit. mil. de France Lichen. Unc. semis ad unam cum Aq. Libr. duabus ad unam coqui et colaturae addi praescribit Mell. albi Unc. unam. — Ph. castrens. Ruthen. Lichen. Unc. semis cum Sesquilibra Aquae ad unam coqui, sub finem Rad. Liquir. Drachm. unam addi, vel colatur. Mellis Unc. semis cum s. q. Aquae per 1/4 horae coqui et colat. Sesquilibram addi praescribit Syr. Alth. et Papav. alb. āā Unc. unam.

DECOCTUM LICHENIS ISLANDICI Vogel sec. Augustin.

Rec. Lichen. Island. Drachm. duas, Rad. Salep. pulv. Gran. decem, Cinnam. Gran. octo. Coque cum Aq. font. Unc. duodecim, colat. Unc. sex adde Sacchari vel Mellis vel Syrupi cujusdam quantum vis.

DECOCTUM LICHENIS ISLANDICI Wendt. — Fit Lichen. Unc. semis in Aquae Libr. una ad reman. Unc. octo coquendo et colat. refrig. addendo Spir. Sal. Ammon. anis. Scrup. duos, Syr. Alth. Unc. unam.

DECOCTUM LICHENIS ISLANDICI COMPOSITUM Augustin.

Rec. Ligni Quass. Drachm. duas, Lichen. Island. Drachm. sex. Coq. cum Aq. font. Unc. tredecim ad reman. Unc. decem, colat. adde Extr. Myrrh. Drachm. unam, Tartari emet. Gran. duo, Oxym. squill. Unc. unam. — Alia formula Wendtii: Rec. Lichen. Island. Unc. duas, Boleti suaveol., Summit. Millefol., Flor. Lysimach. purp., Passul. min. āā Unc. semis. Coquatur Uncia dimidia harum specierum cum Aquae Mensur. semis et post moram aliquam clarum superstans aegroto sensim sorbillandum praebeatur.

DECOCTUM LICHENIS ISLANDICI COMPOSITUM Ph. Herbipolit.

Rec. Lichen. Island. Drachm. sex, Fungi Melitens., Rad. Consolid. maj., Polygal. amar. āā Unc. semis, Conserv. Rosar. rubr. Unc. duas, Sem. Hyosc. Drachm. tres, Alumin. Drachm. unam semis, Aq. font. Libr. quinque. Coque ad reman. Libr. trium cum dimidia, colat. adde Mell. Rosar. Unc. unam semis. (V. etiam Decoctum pectorale.)

DECOCTUM LICHENIS ISLANDICI LACTEUM Augustin. — Fit coquendo Lichen. Isl. Unc. unam cum Seri Lactis Unc. viginti ad Unc. duodecim remanentiam, et addendo colaturae Sacch. Lactis Drachm. sex.

DECOCTUM LIGNI CAMPECHIANI, Guajaci, Quassiae cet. V. quaeque nomina primaria.

DECOCTUM LIGNORUM Augustin et Lebrecht.

Rec. Rasur. Ligni Guajaci Unc. unam, Ligni Sassafr. Unc. semis, Rad. Liquir. Drachm. unam. Coq. cum Aq. font. Libr. quinque per 3 horas, addens sub finem coctionis Spir. Vini rect. Unc. unam vel Aq. Cinnam. simpl. Unc. tres; f. colat. Libr. trium.

DECOCTUM LIGNORUM seu Guajaci compositum Ph. Americ., Edinb. cet.

Rec. Ligni Guajac, rasp. Unc. tres, Passul. major. Unc. duas, Rad. Liquir. et Sassafras āā Unc. unam, Aquae Libr. decem. Coque leni igne Lign. Guajaci et Passul. cum Aqua ad Libr. quinque, sub finem adjiciens Radices; deinde cola sine expressione.

DECOCTUM LIGNORUM seu Guajaci compositum Ph. Hispan.

Rec. Ligni Guajaci rasp. et Rad. Sarsapar. conc. āā Unc. duas, Aquae Libr. octo. Digere per 12 horas in vase clauso et coque leni igne ad Libr. quatuor, addens sub finem Ligni Sassafr. Unc. unam et Rad. Liquir. Drachm. unam. Cola et per subsidentiam defaeca.

DECOCTUM LIGNORUM seu Guajaci compositum Ph. Lusitan.

Rec. Ligni Guajaci rasp. Unc. tres, Aquae font. Libr. sex. Ebulliant, donec Librae quatuor supersint. Ad finem addantur Ligni Sassafr. Unc. una, Rad. Liquir. Unc. duae, digerantur per 2 horas et colentur. — Formul. des hopit. mil. de France in summa rei cum hac congruit.

DECOCTUM LIGNORUM Disp. Brunsvic.

Rec. Rasur. Ligni Guajaci Unc. tres, Ligni Junip. Unc. unam, Rad. Bardan. Unc. unam semis, Rad. Scrophul., Hb. Saponar. cum toto āā Unc. semis. Coq. cum Aquae Libr. duodecim ad Dimidium, sub finem addens Rasur. Ligni Sassafr. Unc. semis, Liquir. et Sem. Anisi āā Drachm. duas, cola. — SPIELMANNUS Ligni Guajaci et Junip. āā Unc. unam semis praescribit et Rad. Bardan. omittit, ceterum cum hac formula congruit. — Ph. Palatina Spec. Lignor. Unc. viginti cum Aquae Libr. sedecim per 24 horas infundi, tunc ad Dimidias coqui et colari praescribit. — Residuum iterum cum Aquae Hordei Libr. duodecim ad tertiae Partis consumtionem coquitur, cui addi possunt pro libitu Passul. majores et aromatisari pauco Cinnamomo. — Prius Decoctum in scabie, syphili cet. usurpatur, alterum pro potu ordinario inservit. — Disp. Viennens. Ligni sancti Libr. tres, Sassafr. Libr. unam, Santal. rubr. Libr. semis, Rad. Bardan. Libr. unam semis, Sarsaparill., Chinae āā Libr. unam, Liquir. Libr. semis, Sem. Anisi et Foenic. āā Unc. tres l. a. misceri et ad usum asservari praescribit.

DECOCTUM LIGNORUM seu Guajaci Ph. Suecicae.

Rec. Ligni Guajaci rasp. Unc. tres, L. Juniperi Unc. duas, Rad. Saponar. Unc. unam. Coq. c. Aq. fluviat. Libr. duodecim ad Dimidium, sub finem addens Rad. Liquir. Unc. semis; cola. — Ph. Fennica Rad. Saponariae loco Rad. Chinae praescribit, ceterum cum hac formula congruit.

DECOCTUM LIGNORUM VOGT.

Rec. Ligni Guajaci rasp., Sassafr. āā Unc. semis. Inf. Aq. fervid. s. q. et macera loco tepido per noctem; deinde adde Rad. Sarsaparill. Unc. unam, Rad. Chin. nod. Unc. semis et coque per horam. Sub finem coctionis adde Rad. Liquir. Unc. unam. Post ebullitionem per sextantem horae cola ad colat. Libr. quatuor. (V. etiam Decoctum diaphoreticum et Guajaci compositum.)

DECOCTUM LIGNORUM CUM ANTIMONIO ET MERCURIO GAUBEII Disp. Brunsvic.

Rec. Rasur. Ligni Guajaci Unc. tres, Ligni Sassafr. Unc. duas, Rad. Chin. Unc. unam, Mercurii vivi in sacculum linteum ligati, Antimon. crudi in sacculum ligati āā Libr. unam. Infunde cum s. q. Aquae et coque per longum tempus ad Libr. sex remanentiam, sub finem addens Rad. Liquir. Unc. duas. Cola.

DECOCTUM LIMACUM Ph. Batav. sec. ESSEN.

Rec. Limaces rufas Nro. triginta, contusis in mortario admisce segmenta Pomorum, quae cognomine Rainette distinguuntur, Nro. sex, Prun. sicc. succul. Nro. novem. Coque per horam cum Aquae Mensur. una, cola et clarifica colaturam. — Ph. Helvetica Limaces rufas sex incidi et in s. q. Aquae per horam ad colat. Libr. unius coqui praescribit; cui tantundem admiscetur Lactis vaccini vel caprini et Sacch. albi ad gratam dulcedinem.

DECOCTUM LINI AUGUSTIN. Leinsamen-Decoct. *Decoction de Lin.* — Fit Sem. Lini integri Unc. duas cum Aquae Libr. quatuor sufficienter coquendo et addendo colaturae Succi Liquir. dep. Unc. unam. — WOLLROFF etiam Succum Liquirit. omittit.

DECOCTUM LOBELIAE SYPHILITICAE Ph. Batav. sec. BERTRAM. — Fit Radic. Man. unum cum Aquae Mensur. tribus sufficienter coquendo. — ST. MARIE Rad. siccat. Unc. semis cum Aquae Libr. duodecim ad tertiae Partis consumtionem coqui praescribit, tunc colari.

DECOCTUM AD LUPIAS SYNOVIALES v. Decoctum ad Fungos Articulorum.

DECOCTUM LUSITANICUM seu antivenereum Ulyssiponense, Aqua KAUFELI. Portugiesisches Decoct. *Decoction de Portugais.*

Rec. Rad. Sarsapar. et Rad. Chinae conc. āā Unc. unam, Nuc. Jugland. Cort. siccat. Nro. viginti, Antimonii crudi, cum Lapide Pumicis Unc. una optime triti, et separatim in sindone involuti, Unc. duas. Coque cum Aq. destill. Libr. decem ad colat. Libr. quinque. — GRANT sec. LEWIS Nuc. Jugland. cum Putamin. Nro. duas minores vel unam majorem cont., Antim. crudi in nodulum lig., Rad. Sarsaparill. āā Unc. unam, Rad. Chinae, Liquirit., Ligni Guajaci rasp. āā Drachm. tres cum Aq. Libr. decem ad reman. Libr. quinque semis coqui et post subsidentiam decanthari praescribit. — SPIELMANNUS Ligni Santali albi et rubri āā Unc. tres, Ligni Rhodii, Guajaci et Sassafr. āā Unc. unam, Rad. Sarsapar. Unc. tres, Antim. crudi Unc. duas et Cort. Mezer. Unc. semis per nychthemerum cum Aq. font. bull. Unc. centum et viginti infundi, deinde ad Dimidium coqui, et sub finem adjici praescribit Rad. Liquir. Unc. semis, tunc colari. — MURRHAY formula cum hac congruit. — SWEDIAUR Rad Sarsap. Unc. sex, Ligni Sassafr. et Guajaci āā Unc. unam cum Aquae Libr. decem per 6 horas blando calore macerari, tunc ad Dimidium coqui et sub finem addi praescribit Rad. Liquir. Unc. unam, Cort. Mezer. Drachm. tres. — LEBRECHT Rad. Mezer. Drachm. duas, Rad. Sarsapar. et Gramin. āā Unc. duas praescribit, Aquae quantitatem autem non indicat. — REUSS Antim. crudi in nodulum ligati Unc. duas, Rad. Sassapar. Unc. tres, Rad. Chinae Unc. unam semis, cum Aquae Unc. centum ad Unc. sexaginta coqui praescribit. — LEWIS formula cum hac congruit. — Sec. WITTWER etiam inter coctionem addi proponit Cinerum clavell. dep. Drachm. aliquas ad leviorem Antimonii solutionem. — (V. etiam Decoctum antivenereum, POLLINI et Sarsaparillae compositum.)

DECOCTUM LUSITANICUM FULLER.

Rec. Aquae Libr. duas, Succi Limon. et Sacch. albi āā Unc. duas ad quatuor, Coccion. Scrup. unum. Coque in vase fictili vitreato, despuma, denique adde Aq. Rosar. Unc. quatuor; liquorem clarum post aliquod tempus decantha. (V. etiam Decoctum Citri.)

DECOCTUM MAJALE SCHROEDERI.

Rec. Hb. Fumar. Man. unum, Summit. Lu-

puli, Cichor., Agrimon., Asplen., Absinth. Pont. āā Man. semis, Rad. Polypod., Liquir. āā Unc. semis, Fol. Sennae Unc. tres, Sem. Anisi Drachm. duas. Omnia, quae haberi possunt, recentia misce cum reliquis et coque cum Seri Lactis Libr. quatuor ad tertias. Golaturae calidae infunde per noctem Rad. Rhabarb. el. Drachm. duas, Spic. Indic. Gran. octo, Schoenanthi Scrup. semis; ebulliant semel et iterum colentur.

DECOCTUM (Apozema) MALTI, Mustum Hordei. Malzdecoct. *Decoction de Malt.* Sec. AUGUSTIN et Ph. castr. Boruss. — Fit coquendo Malti Hordei molendina fracti vel contusi Unc. quatuor cum Aquae Libr. quatuor ad colaturam Libr. trium. — Ph. Batav. Malti Unc. sex cum Aquae Libr. sex ad quatuor colaturae coqui praescribit. — Sec. COLLIN sub finem adjici possunt Sem. Foenic. cont. Scrup. quatuor et Rad. Liquir. Drachm. tres. — Disp. Lippiac. Malti cont. Unc. tres in Aq. font. Libr. sex ad Dimidias coqui et colari praescribit. — Formul. des hopit. mil. de France Malti moliti Unc. quatuor cum s. q. Aquae ad colat. Unc. triginta duarum coqui et sub finem addi praescribit Rad. Liquir. Drachm. unam, tunc decanthari. — SAUNDERS Malti Hordei Unc. sex cum Aquae Libr. quatuor per ¼ horae coqui, tunc addi praescribit Sem. Foenic. Drachm. semis et post digestionem leni calore in vase tecto colari.

DECOCTUM MALTI ACIDULUM seu compositum Ph. castr. Ruthen. — Fit admiscendo Decocti Malti simpl. Libris quatuor Sal. essent Tartari Drachm. duas, vel Spir. Vitrioli Unc. semis vel Roob Bacc. Oxycoccos vel Melasses et Oxym. simpl., vel Succi Citri Unc. tres. — In alia formula Malti Unc. quatuor, Spec. Turion. Pini comp. Unc. duas cum Aquae Libr. quatuor ad Libr. trium colaturae remanent. coqui, vel Decocti Malti per se et Decocti antiscorbut. aciduli āā Part. aequales misceri proponit. — Ph. milit. Wurceburg. Malti Unc. quatuor cum Aquae Libr. quatuor suff. coqui et colaturae, si necesse est, addi praescribit Oxym. simpl. Unc. tres ad quatuor. Coqui etiam possunt cum Malto Passul. majores.

DECOCTUM MALVAE TADDEI. — Fit coquendo Hb. Malvae sicc. Unc. tres (vel recent. Unc. sex) cum Aquae Libr. quatuor ad Dimidium, et colando.

DECOCTUM MALVAE COMPOSITUM seu pro enemate Ph. Londin. cet. — Fit Hb. Malv. Unc. unam et Flor. Chamom. Rom. Unc. semis cum Aquae Octar. una per ¼ horae coquendo et colando.

DECOCTUM MALVARUM CARMINATIVUM v. Decoctum carminativo-emolliens.

DECOCTUM MANNAE PURGANS v. Aqua laxativa, Decoctum Cassiae cum Manna, Manna liquida cet.

DECOCTUM (Cataplasma) MANDRAGORAE LEBRECHT.

Rec. Rad. Mandragor. rec. pulv. Unc. semis. Coque cum Lactis s. q.; admisce Micae Panis albi q. s. ad consistentiam Cataplasmatis.

DECOCTUM MASTICHINUM Disp. Brunsvic.

Rec. Mastich. el. Unc. unam, Crustae Panis albiss. Libr. semis, Macid. Drachm. unam, Aq. puriss. Libr. quatuor. Coquantur ad reman. Libr. duarum; clarificentur cum Rasur. Cornu Cervi et colentur, admisceantur Conserv. Rosar. Unc. quatuor, Aquae Cinnam. s. V. Unc. duas. M.

DECOCTUM IN MENSIUM SUPPRESSIONE MYNSICHTI.

Rec. Rad. Artemis. rubr., Apii, Asparag., Foenic. āā Unc. semis, Borac. Venet., Bacc. Lauri excort. et Junip. āā Drachm. tres, Hb. Centaur. min., Sabin. āā Drachm. duas, Matricar., Capill. Ven., Nepetae, Puleg., Calaminth., Serpylli āā Drachm. unam semis, Flor. Chamom. et Buglossi āā Drachm. unam. Conc. coq. cum s. q. Vini albi generosi ad tertiae Partis consumtionem, sub finem addens Cinnam. acuti Unc. unam semis, Croci et Macid. āā Drachm. unam; colentur et Decoctum clarum edulcoretur Syr. Succi Artemis. et Capill. Veneris.

DECOCTUM MERCURIALE seu Mercurii Ph. Herbipolit. — Fit coquendo Mercur. vivi dep. Unc. duas cum Aquae Tanaceti Libr. una in vase terreo tecto, Mercurium bacillo ligneo saepius agitando, et admiscendo Aquae decanth. Syr. Fl. Persicor. Unc. unam. — Ph. Hamburg. p. paup. edit. prim. Mercur. vivi Unc. unam cum Aq. font. s. q. ad colat. Mensur. unius coqui et Aquae decanth. addi praescribit Oxym. alliati Unc. duas. (V. etiam Aqua mercurialis simplex [p. 79.] et Decoctum anthelminticum ROSENSTEINII.)

DECOCTUM MERCURIALIS. Bingelkraut-Abkochung. *Decoction de Mercurial* SAUNDERS.

Rec. Fol. Senn. Drachm. sex, Hb. Mercurial. Man. unum semis, Aquae q. s. Coque per semihoram in vase tecto, ut f. colat. Libr. una semis, cui adde Mell. pectoral. Unc. duas.

DECOCTUM AD METRORRHAGIAM seu Corticum Aurantiorum SWEDIAUR. — Fit coquendo Cort. Aurant. Nro. tres cum Aquae Libr. sex ad reman. Libr. duarum, et colando. — Dosi Unc. trium semper admiscendae Naphthae Vitrioli Guttae octo.

DECOCTUM MEZEREI seu Daphnes Mezerei Ph. Suecic.

Rec. Cort. Mezer. Drachm. duas. Coque leni igne in Aquae fluv. Libr. tribus ad reman. Libr. unius semis, sub finem addens Rad. Liquir. Unc. semis, cola. — Ph. Genevens. Aquae Libr. duas semis praescribit, ceterum cum hac formula congruit. — LEBRECHT Cort. Rad. Mezerei et ad duarum. Librarum remanent coqui praescribit, ceterum uti Ph. Suecica. — In alia formula Radicem Liquirit. omittit. — Ph. Americ., Edinb. cet. Cort. Rad. Mezer. Drachm. duas et Rad. Liquir. Unc. semis cum Aquae Libr. tribus ad duas coqui et colari praescribunt. — Ph. castr. Boruss. duas Aquae Libras praescribit et ad Sesquilibram coqui, ceterum ut praecedens. — SAUNDERS

Cort. Mezerei et Rad. Liquir. āā Drachm. duas cum Aquae Libr. tribus ad duas coqui praescribit. — Thomson sec. Richard Cort. Mezerei Drachm. duas et Rad. Liquir. Unc. semis cum Aq. Libr. duabus et Unc. octo ad remanent. Libr. duarum leni igne coqui, tunc colari praescribit. — St. Marie Cort. Mezerei Drachm. sex cum Aquae Libr. sex ad quatuor coqui et sub finem adde praescribit Rad. Liquir. Unc. unam, tunc colari.

DECOCTUM MEZEREI (compositum) Girtanneri sec. Augustin et Lebrecht.

Rec. Ligni Sassafr. et Guajaci āā Unc. tres, Rad. Mezer. et Liquir. āā Unc. unam, Sem. Coriandri Drachm. unam. Coq. in Aq. font. Libr. viginti ad colat. Libr. decem.

DECOCTUM MEZEREI COMPOSITUM Swediaur et Van Mons. — Fit infundendo Cort. Mezer. et Rad. Liquir. āā Drachm. duas, Stip. Dulcamar. Unc. semis, Rad. Bardan. Unc. duas cum Aquae Unc. quadraginta in vase clauso in balneo Mariae per horam unam, colando et post refrigerationem a sedimento decanthando.

DECOCTUM MEZEREI FORTIUS Ph. Suecicae. — Fit, si Drachmarum duarum loco Unc. semis Cortic. Mezerei sumitur; ceterum ut supra.

DECOCTUM MILLEFOLII Disp. Viennens.

Rec. Millefol. cum Flor. purp. Unc. novem, Hb. Tormentill. cum Rad., Pimpinell. cum toto, Plantag., Consolid. sarac., Flor. Rosar. rubr. āā Unc. unam semis. Conc., cont. misceantur species pro usu.

DECOCTUM MUCILAGINEUM v. Decoctum album.

DECOCTUM EX MYRTILLIS Vogel.

Rec. Rasur. Cornu Cervi, Gummi Arab. vel Rad. Alth., Hordei mund. āā Unc. unam, Bacc. Myrtill. Unc. unam semis. Cum Aq. font. Mensur. quatuor sufficienter coque et cola.

DECOCTUM NARCOTICUM Ratier.

† Rec. Hb. Solani nigri sicc. Unc. duas, Capita Papav. albi Nro. quatuor, Aquae Libr. duas. Coque sufficienter et cola.

DECOCTUM NEPHRITICUM Fulleri.

Rec. Ligni Guajaci Unc. unam, Rad. Paeon. Unc. semis, Calami et Angelic. āā Drachm. duas. Coque cum Aquae Libr. tribus ad remanent. Libr. duarum semis, cola et adde Ol. Anthos Gutt. triginta et Bals. Peruv. nigri Gutt. sedecim cum Vitello Ovi subact., Sacch. albi, Aquae Paeon. āā Unc. duas, Spir. Lavend. et Sal. Ammon. āā Gutt. octoginta.

DECOCTUM NERVINUM Saunders.

Rec. Fol. Aurant. Drachm. sex, Aq. font. Libr. quatuor. Bullitione ad Sesquilibrae remanent. redacti adde Syr. Menth. crisp. et Rutae āā Drachm. sex.

DECOCTUM NICOTIANAE v. Decoctum Tabaci.

DECOCTUM NIGRUM Alleyni Ph. Batav.

Rec. Cort. Peruv. Unc. duas, Chalyb. cum Tartaro parat. Unc. unam. In Aq. font. Libr. tribus lento igne coque ad Libr. duas semis, addens sub finem Cinnam. acuti Drachm. duas. Colat. adde Aquae Absinth. comp. Libr. semis.

DECOCTUM NIGRUM Mynsichti.

Rec. Alumin. crudi Libr. unam, Vitrioli virid. Libr. semis, Gall. Turcic. Unc. quatuor, Aerug., Tartari albi āā Unc. duas. M. et coque in Aceti Vini Libr. octo ad Dimidias, tunc adde Spir. Vini rect. Libr. unam, et cola.

DECOCTUM NITROSUM Lewis. — Fit Nitri dep. Unc. semis, Sacch. albi Unc. duas, Coccionell. Scrup. unum cum Aquae Octar. duabus et semis ad duas coquendo et post aliquam moram colando.

DECOCTUM NUCUM JUGLANDIUM (simplex) Augustin. — Fit infundendo Nuc. Jugland. immat. Unc. unam cum Aquae Libr. una per 3 horas, deinde ebulliendo per semihoram et filtrando post refrigerationem. — Ph. Genevens. Nuc. Jugl. immat sicc. Unc. tres cum Aq. Libr. quatuor ad Dimidias coqui et colaturae addi praescribit Mellis albi Unc. duas.

DECOCTUM NUCUM JUGLANDIUM COMPOSITUM v. Decoctum Pollini.

DECOCTUM ODONTALGICUM Timaei.

Rec. Rad. Pyrethri et Bistort. āā Drachm. duas, Flor. Rosar. rubr. Man. semis, Hb. Salv. Pug. unum, Cort. Granat., Hb. Tabaci Virg. āā Drachm. unam semis, Nuc. Cupress. Scrup. quatuor, Gallas Nro. tres, Alumin. Drachm. tres. Mixta coquantur cum s. q. Aquae et Aceti et colentur. (Alias formulas pristinas similes praetereamus.)

DECOCTUM OPHTHALMICUM MUCILAGINOSUM = Decoctum Althaeae emolliens.

DECOCTUM ORCHIDIS v. Decoctum Salep.

DECOCTUM ORYZAE Ph. Batavae. — Fit coquendo Oryzae Unc. duas cum Aquae Libr. duabus ad Unc. sedecim, et colando. — Gray Oryzae Unc. duas cum Aquae Octar. duobus ad unum coqui, vel Oryzae Unc. semis cum s. q. Aquae ad Octar. tres coqui praescribit. — Ratier Oryzae Unc. semis cum Aquae Libr. tribus ad duas coqui, — Taddei Oryzae Unc. duas cum Aquae Libr. quatuor ad Dimidium coqui praescribit. — Ph. nosoc. civ. Argent. Oryzae Unc. unam cum Aquae Libr. tribus ad duas coqui et colari praescribit.

DECOCTUM (Ptisana seu Tisana) ORYZAE Ph. Gallicae. — Ex Oryza uti Decoctum Hordei mundati Ph. Gallic. paratur.

DECOCTUM, (Ptisana seu Aqua) ORYZAE Formul. des hopit. mil. de France.

Rec. Oryzae mund. et lot. Unc. unam. Coque, usque dum disrupta sit, in Aquae q. s., ut colat. Unc. triginta duae obtineantur, quibus sub finem adde Cort. Aurant. amar. mund. Drachm. duas. Stent in infusione per $1/4$ horae et colentur. — Richardi formula cum hac congruit. — Disp. de bureau de Charité de Paris Oryzae Unc. unam cum Aquae Libr. septem ad Libr. quinque semis coqui, et sub finem addi praescribit Rad. Liquir. Unc. semis, tunc colari. — St. Marie

Oryzae lotae Unc. duas cum Aquae Libr. octo ad tertiae Partis consumtionem coqui et sub finem addi praescribit Butyr. rec. Unc. unam, Sacchari vel Salis pro arbitrio quantum requiritur.

DECOCTUM ORYZAE ACIDULATUM seu citratum v. Potus.

DECOCTUM PAPAVERIS seu Capitum Papaveris Ph. Londin. cet. — Fit Capit. Papav. cont. Unc. quatuor cum Aquae Octar. quatuor per 1/4 horae coquendo et colando.

DECOCTUM (CAPITUM) PAPAVERIS CUM ALTHAEA Vogt.

Rec. Capit. Papav., Rad. Alth. āā Unc. semis. Conc. coque cum Aquae font. s. q. per 1/4 horae. Colat. Unc. quinque adde Liq. Ammon. succin., Spir. Sulph. aeth. āā Drachm. unam semis, Syr. Alth. Unc. semis.

DECOCTUM PAREIRAE Saunders et Swediaur. — Fit coquendo Rad. Pareirae bravae Unc. unam cum Aquae Libr. duabus ad Dimidias, et colando.

DECOCTUM PARIETARIAE Ratier cet. — Fit Hb. Parietar. Unc. unam cum Aquae Libr. duabus sufficienter coquendo et colando.

DECOCTUM PASSULARUM MAJORUM Ph. Batav. — Fit enucleando et coquendo Unc. quatuor cum Aquae Libr. tribus ad colat. Libr. duarum. (V. etiam Potus.)

DECOCTUM PASSULATUM Ph. Helvet. — Fit Passul. min. Unc. duas, Cremor. Tartar. Drachm. duas cum s. q. Aquae per 15 sexagesimas ad colat. Libr. quatuor coquendo et solvendo in colat. Sacchari albi Unc. duas.

DECOCTUM PASSULATUM Mynsichti. — Fit coquendo Passul. min. Unc. quinque, Hord. excort. Unc. tres, Rad. Chin., Liquir. et Scorzoner. āā Unc. semis, Cinnam. Drachm. duas et Flor. Viol. sicc. Scrup. unum, cum Aq. font. Libr. sex ad tertias, et clarificando colaturam Album. Ovor. duorum.

DECOCTUM PECTORALE Ph. Augustan., Norimberg. et Disp. Viennens. — Ex Speciebus pectoralibus Augustanorum constat.

DECOCTUM PECTORALE seu Hordei compositum Ph. Hispan.

Rec. Hordei mund. Unc. semis, Aquae Libr. tres. Coque ad Libr. duas, sub finem coctionis adde Hb. Heder. terrestr. Drachm. duas, Rad. Liquir. et Flor. Papav. errat. āā Drachm. unam semis; cola. — Van Mons Passul. enucl., Hord. mund. āā Unc. duas, Caric. Nro. sex cum Aquae Libr. sex sufficienter coqui, tunc brevi tempore infundi praescribit Hb. Capill. Ven. et Flor. Farfar. āā Man. semis, postea colari et in colatura dilui Passul. enucl. Unc. duas et Caric. Nro. sex, denique post refrigerationem sine expressione colari. (V. etiam Decoctum Hordei compositum et Jujubarum pectorale.)

DECOCTUM PECTORALE Cadet. — Fit coquendo Fruct. pectoral. Unc. duas in Aquae Libr. duabus cum dimidia ad duas, et colando. — Ph. Sardoa Jujub., Caric. et Passul. maj. mund. āā Unc. semis cum Aquae Libr. sex ad tertiae Partis consumtionem coqui, sub finem Rad. Liquir. Unc. semis addi et post refrigerationem colari praescribit. — Taddei Hb. Farfar. Unc. sex, Caric., Passul. maj. et Jujub. āā Unc. duas cum Aquae Libr. duodecim ad tertiae Partis consumtionem coqui, tunc addi praescribit Rad. Liquir. Unc. duas, et post suff. infusionem colari. — Swediaur Rad. Liquir., Hb. Farfar., Heder. terr. āā Unc. duas et Rad. Enulae Unc. unam cum Aquae Libr. novem sufficienter coqui proponit.

DECOCTUM PECTORALE PARISIENSIUM sec. Spielmann.

Rec. Oryzae mund. Unc. unam. Coque cum Aq. font. Unc. centum viginti octo ad crepaturam, tunc infunde per 1/4 horae Hb. Capill. Ven. Canad., Flor. Farfar. āā Drachm. duas, Rad. Liquir. et Alth. āā Unc. semis, Flor. Papav. errat. Drachm. unam; post refrigerationem decantha. (V. etiam Ptisana.)

DECOCTUM PECTORALE Ph. Hamburg. p. paup. edit. 2.

Rec. Lichen. Island. et Rad. Seneg. inc. āā Unc. semis. Coque leni igne cum Aq. font. Unc. sedecim ad colat. Unc. decem, cui adde Mell. Liquir. Unc. unam.

DECOCTUM PECTORALE Ratier. — Fit coquendo Polygal. amar. Unc. tres, Hb. Farfar. et Veron. āā Unc. unam cum Aquae Libr. tribus ad tertiae Partis consumtionem, et colando. — Swediaur Lichen. Island. Unc. semis, Polygal. amar. Unc. unam cum s. q. Aquae ad Libr. duarum colaturam coqui praescribit. — Ph. Lusit. edit. prior. Lichen. Island. Drachm. duas, Polygal. Drachm. unam cum Aquae Libr. una semis ad Libr. unam coqui et colaturae addi praescribit Syr. commun. Unc. unam.

DECOCTUM PECTORALE Richard.

Rec. Dactyl., Jujubar., Passul. min. āā Unc. unam. Coque per 1/2 horam Aquae font. Libr. duabus. Colaturae adde Syr. Gummi aut Alth. Unc. unam.

DECOCTUM PECTORALE Ph. Ticinens. — Miscella ex Decocti Hordei Libr. duarum et Mellis opt. Unc. unius est.

DECOCTUM PECTORALE COMMUNE Brera. — Fit coquendo Hord. mund. Unc. duas cum s. q. Aquae ad crepaturam, ut f. colatur. Libr. duarum, et colando. (V. etiam Decoctum Hordei.)

DECOCTUM PECTORALE CORROBORANS Brera. — Fit coquendo Rad. Seneg. Drachm. duas cum s. q. Aquae per semihoram ad colat. Unc. sex et addendo Oxym. squillit. Unc. unam. (V. etiam Decoctum Senegae et Haustus pectoralis.)

DECOCTUM (APOZEMA) PECTORALE INCISIVUM Bories.

Rec. Rad. et Flor. Tarax. āā Unc. duas, Rad. Alth. Unc. unam, Flor. Chamom. Drachm.

tres, Rad. Squill. Drachm. unam semis, Succi Liquir. Unc. unam. Coq. cum s. q. Aquae ad colat. Libr. trium, quibus adde Oxym. squill. et Syr. Alth. āā Drachm. sex.

DECOCTUM PECTORALE IN PHTHISI BREHA. Rec. Stip. Dulcam. Drachm. duas, Sem. Phellandrii aquat. pulv. Drachm. unam. Coque in Aq. font. s. q. ad colat. Unc. octo, adde Emuls. Gummi Arab. Unc. duas, Oxym. simpl. Unc. unam. M.

DECOCTUM PECTORALE NUTRIENS BRERA. Rec. Lichen. Island. Unc. duas, Summit. Pini Abiet. Unc. semis. Coque ad Libr. unius colaturam.

DECOCTUM PECTORALE NUTRIENS ET INCITANS BRERA. Rec. Lichen. Island. lixiviat. Unc. unam, Cort. Peruv. cont. Unc. semis, Rad. Serpent. Virg. Drachm. unam. Coque in s. q. Aq. font. et colaturae Unc. quatuor adde Emuls. Gummi Arab. Unc. quatuor.

DECOCTUM PECTORALE NUTRIENS ET INCITANS CUM LACTE BRERA. Rec. Lichen. Island., Hb. Heder. terr. āā Unc. semis, Chinae Chinae cont. Drachm. duas. Coque in s. q. Aquae font. et colat. Libr. unius adde Lact. vaccini Unc. decem. — Aliud: Rec. Rad. Polygal. Virg. cont. Drachm. duas, Lich. Island. Unc. semis, Stip. Dulcamar. Drachm. unam. Coque in Aq. font. s. q., et colaturae Unc. quatuor adde Lactis vaccini rec. Unc. sex. (V. etiam Decoctum Lichenis Islandici compositum.)

DECOCTUM PECTORALE SOLUTIVUM VAN MONS. Rec. Sem. Anisi Drachm. semis, Rad. Liquir., Hb. Hyssopi āā Drachm. unam, Fol. Sennae Drachm. tres. Infunde Aquae tepidae Unc. sex, post refrigerationem cola et adde Syr. Alth. Unc. unam.

DECOCTUM (FOLIORUM) PERSICAE AUGUSTIN. — Fit coquendo Fol. siccat. Persic. Unc. unam cum Aquae Mensur. una ad colat. Mens. trium quadrantium.

DECOCTUM PHTHISICUM FULLERI. — Fit Flor. Bellid. maj. Man. unum, Limac. Nro. tres, Rad. Eryngii cond. Unc. semis, Hordei mund. Drachm. tres cum Aquae Sesquilibra ad Libr. unam coquendo et colando.

DECOCTUM (STROBILORUM seu Turionum) PINI sec. Formul. des hopit. mil. de France. — Fit infundendo per $1/2$ horam Turion. Pini Unc. duas cum s. q. Aquae ad colat. Unc. triginta duarum. Si admiscentur Spir. Cochlear. Unc. duae semis, supplet mixtura Cerevisiam Pini. — Ph. Helvetica Turion. Pini resinos. Unc. quatuor per noctem in s. q. Aquae infundi et postridie mane per $1/4$ horae coqui praescribit, ut f. colat. Libr. quatuor. — RATIER Unc. duas Turion. Pini cum Aquae Libr. duabus l. a. coqui praescribit.

DECOCTUM (TURIONUM) PINI Ph. castrens. Ruthen. Rec. Spec. Turion. Pini comp. Unc. semis, Aquae Libr. unam semis. Coque ad colat. Libr. unius, cui, si libet, addas Sal. essent. Tartari Drachm. semis, vel Spir. Vitrioli Drachm. unam, vel Roob Oxycocc., vel Syr. Melass., vel Oxym. simpl., vel Succi Citri Unc. unam.

DECOCTUM PINI (VINOSUM) HOFFMANNI. — Fit coquendo Turion. Pini Man. tres cum Aquae Sesquilibra per $1/4$ horae in vase tecto, addendo post refrigerationem Vini albi tantundem et colando post diem unum macerationis. — Disp. Fuldense Turion. Pini Unc. tres cum Aquae Libr. duabus ad quartae Partis consumtionem coqui, post refrigerationem Vini albi Libr. unam semis addi et post 24 horarum quietem cum expressione colari praescribit. — Disp. Brunsvic. Turion. Pini Unc. unam, Aquae Libr. unam et Vini albi tantundem praescribit, ceterum ut antea. — SWEDIAUR Turion. Pini Unc. duas cum Aquae Libr. duabus ad tertiae Partis remanent. coqui, tunc addi praescribit Vini albi Libr. unam, ceterum ut antea.

DECOCTUM PINI SAPONATUM SWEDIAUR. — Fit coquendo Turion. Pini Unc. duas et Sapon. albi Unc. unam cum Aquae Sesquilibra ad duarum Partium remanentiam.

DECOCTUM POLLINI seu Nucum Juglandium compositum, Decoctum syphiliticum roborans AUGUSTIN et Ph. Batavae. Pollinisches Decoct. *Tisane de Pollin.* Rec. Rad. Sassaparill., Chinae nodos., Lap. Pumic., Antim. crudi, in petia ligati, āā Unc. semis, Cort. lignei (Putamin.) Nucum Unc. decem. Conc. coquantur vase clauso in Mensuris duabus Aquae ad dimidiam consumtionem — RUSTII formula in summa rei cum hac congruit, praescribit autem Cort. ligneos grosse contusos cum Aq. bull. Libr. decem per noctem macerari, tunc reliqua addi et Rad. Sassaparill. et Chinae āā Unc. unam sumi, ceterum ut in praecedente, tunc in olla clausa per aliquot horas, deinde abjecta petia, ad Libr. duarum remanentiam coqui; denique sine filtratione decanthari. — SWEDIAUR Cort. Jugland. Unc. duodeviginti, Rad. Sassaparill., Rad. Chinae, Antim. crudi et Lap. Pumic., in nodulum ligat., āā Unc. semis in Aquae Libr. octo per 12 horas macerari, tunc in vase clauso, rejectis nodulis, ad Libr. quatuor remanentiam coqui et absque filtratione colari praescribit. — Formul. des hopit. de Veneriens et RATIER Putamin. Nuc. Jugl. Libr. unam, Cort. Chin. gris. et Rad. Sassapar. āā Unc. tres, Lap. Pumic. et Antim. crudi āā Unc. unam semis cum Aquae Libr. octo ad dimidium coqui et filtrari praescribit. Colatura in Partes duas aequales dividenda et cuique Parti addendae Sal. Tartari Drachm. duae. — ARMAND sec. VOGT Putamin. Nuc. Jugland. Libr. unam, Rad. Sassapar., Chin. nodos. āā Unc. duas, Antim. crudi pulv. et in nodulum lig. Unc. quatuor cum Aq. font. Libr. viginti ad remanentiam Libr. decem coqui, tunc cum expressione forti colari et liquorem decanthari praescribit. — FERRARINI Cort. rec. Unc. decem, Aquae Libr. quatuordecim praescribit et ad Dimidium co-

qui, ceterum uti in praecedente. — TADDEI formula cum hac congruit, nisi quod Cort. Jugland. Unc. quinque praescribit.

DECOCTUM POLLINI EMENDATUM RICHTER sec. AUGUSTIN.

Rec. Rad. Sassapar. Unc. unam, Ligni Guajaci Drachm. sex, Cort. virid. Nuc. Jugl. Drachm. duas, Antim. crudi alcohol. Scrup. duos. Coque cum Aquae Libr. tribus ad colat. Libr. duarum. Colat. adde Aq. Cinnam. simpl., Syr. Aurant. aa Unc. unam. — SAUNDERS Rad. Sassapar. Unc. tres, Rad. Chinae Unc. unam semis, Antim. crudi, in nodulum ligat., Unc. duas et Nuc. Jugl. integros Nro. triginta cum Aquae Libr. viginti ad Dimidium coqui, — SWEDIAUR ad DECOCTUM SYPHILITICUM ROBORANS Antimon. crudi Unc. quatuor, Lap. Pumic., Rad. Sassapar. et Rad. Chinae aa Unc. duas, Nuc. Jugl. immat. sicc. Nro. quadraginta cum Aquae Libr. viginti ad decem coqui et colari praescribit. — In alia formula sec. Ph. Batav. et Gallic. edit. FEE Cort. sicc. Nuc. Jugl. virid. Libr. unam, Rad. Sassapar. et Chinae aa Unc. duas, Antim. crudi in nodulo Unc. quatuor, Lap. Pumic. in nodulo Unc. duas cum Aquae Libr. viginti ad decem coquendo redigi et colari praescribunt.

DECOCTUM POLYCHRESTUM seu Decoctio polychresta BATE.

Rec. Rad. Polypod. querni Unc. tres, Cichor. Unc. duas, Sem. Foenic. et Rad. Liquir. aa Unc. unam, Passul. maj. enucl. Unc. quatuor. Coq. et inf. s. a. in Aq. font. per horas 4, colat. Libr. duabus semis adde Succi Cochlear. marin. dep. Unc. octo, Sacch. rubri et Mannae aa Unc. tres; clarifica cum Albumin. Ovorum.

DECOCTUM POLYGALAE Ph. Hispanic. — Fit coquendo Hb. Polygal. amar. Unc. unam cum s. q. Aquae ad Libr. duarum colaturam.

DECOCTUM POLYGALAE AMARAE Ph. Batav. — Paratur coquendo Rad. (?) (Plantae totius) Polygal. amar. Unc. duas cum Aquae Libr. tribus ad Dimidium, et colando. — FERRARINI Polygal. amar. vel vulgaris Drachm. duas ad Unc. unam in Aquae Sesquilibra ad tertiae Partis remanentiam coqui praescribit.

DECOCTUM POLYGALAE AMARAE Disp. Fuldens. et Ph. Hamburg. p. paup. edit. 1. — Fit Rad. Polygal. amar. rasae (?, ut veri est simile, Hungaricae) Unc. unam semis in Aquae Unc. duodeviginti ad Unc. duodecim colaturam coquendo et addendo Oxym. simpl. Unc. duas. — Ph. castr. Ruthen. Polygalae Unc. semis cum Aquae Libr. una semis ad Libr. unam coqui et colaturae, si placet, addi praescribit Rad. Squill. ppt. Scrup. unum, Mell. Unc. semis.

DECOCTUM POLYTRICHII seu Adianti aurei sive emmenagogum BONAFON. — Fit Polytrich. aurei Drachm. unam cum Aquae Libr. una ad remanentiam Unc. novem coquendo et colando. — Sumitur cum aequali portione Lactis mixtum.

DECOCTUM DEL POMPONACCIO, FERRARINI.

Rec. Rad. Sassapar., Ligni Visci aa Unc. duas, Antim. crudi et Lap. Pumic. aa Unc. unam semis, Aquae Libr. viginti quatuor. Simul in nodulo coque ad Dimidias et cola.

DECOCTUM PRO POTU ORDINARIO Ph. Hamburg. p. paup. edit. secund.

Rec. Hordei mund. Unc. duas, Rasur. Cornu Cervi Unc. unam. Coque leni igne cum Aquae Unc. triginta ad remanent. Unc. viginti, colat. adde Mell. desp. et Aceti Vini aa Unc. duas.

DECOCTUM PRUNI PADI BREMERI, AUGUSTIN. — Fit digerendo Cort. Pruni Padi Unc. unam cum Spir. Vini rect. Unc. duabus et Aquae Unc. quinque in vase clauso, exprimendo post refrigerationem et coquendo Corticem remanent. cum Aquae Unc. octo ad Dimidium, et miscendo decoctum cum infuso.

DECOCTUM PRUNORUM CUM SENNA LIEUTAUD. — Fit Fol. Sennae Unc. unam et Prunor. Libr. semis cum Aquae Libr. duabus per noctem inter cineres digerendo et colando.

DECOCTUM (Apozema) PURGANS Ph. Gallic.

Rec. Hb. rec. Borrag., Buglossi, Cichor. aa Unc. unam, Fol. Senn. Drachm. duas, Salis mirab. GLAUB. Unc. semis. Infunde per semihoram in Aq. bull. Libr. duabus. Colaturae adde Syr. de Pomis comp. Unc. unam. — CADET Hb. rec. Cichor., Tarax., Parietar. aa Unc. unam, Fol. Senn. Drachm. tres, Sal. mirab. GLAUB. Unc. semis, Hb. Pimpin., Cerefol., Coriandri aa Pug. unum cum Aquae Libr. duabus per ¼ horae coqui, colari et addi praescribit Syr. Cichor. Unc. duas. (V. etiam Decoctum laxans, Potio et Ptisana.)

DECOCTUM PURGANS ANTIPHLOGISTICUM BRERA. — Fit coquendo Prunor., in mortario marmoreo ad perfectam Amygdalarum triturat. contusor., Unc. duas in Aquae Libr. tribus ad reman. Libr. duarum, colando et addendo Syr. simpl. Unc. unam.

DECOCTUM PYROLAE UMBELLATAE Ph. Dublin. — Fit macerando Pyrolae totius sicc. Unc. unam in Aquae Octar. duobus per 6 horas, contundendo deinde Herbam, coquendo ad Dimidium et exprimendo.

DECOCTUM QUASSIAE Ph. Hamburg. p. paup. — Fit coquendo Rasur. Ligni Quassiae Unc. unam cum Aquae purae Libr. duabus ad remanent. Libr. unius semis. — WOLLKOPF Ligni Quassiae Unc. unam cum Aquae Unc. sedecim ad duos Trientes coqui et colari praescribit.

DECOCTUM QUASSIAE EBERMAIER.

Rec. Ligni Quass. conc. Unc. unam. Coque cum Aq. font. Unc. sedecim, ut remaneant Unc. octo. Colat. adde Syr. Cort. Aurant. Unc. unam.

DECOCTUM QUASSIAE VOGT.

Rec. Ligni Quass. rasp. Unc. semis. Infunde Aq. fervid. s. q. et macera loco tepido per noctem, deinde coque per sextantem horae et colaturae Unc. quinque adde Spir. sulph. aeth. Drachm. unam semis, Syr. Cort. Aurant. Unc. semis.

DECOCTUM QUASSIAE COMPOSITUM v. Decoctum amarum.

DECOCTUM (CORTICIS) QUERCUS seu **Quercus Roboris, Tisana adstringens febrifuga.** Eichenrinden-Abkochung. *Decoction d'Ecorce de Chêne.* — Fit infundendo Cort. Quercus cont. Unc. unam in Aquae purae Unc. decem in balneo Mariae per semihoram in vase tecto, saepius agitando, ut fiant colaturae Unc. octo.

Ph. castrens. Boruss. Cort. Quercus tenerioris minut. conc. Unc. duas cum Aquae Unc. sedecim ad remanent. Unc. duodecim coqui, tunc colari praescribit. — Ph. Londin. Cort. Quercus Unc. unam cum Aquae Octariis duobus ad unum coqui et colari praescribit. — Ph. Edinburg. et aliar. Anglicar. formulae cum hac congruunt — Taddei Cortic. Unc. tres cum Aquae Libr. quatuor ad Dimidias coqui proponit. — Alias formulas praetereamus.

DECOCTUM QUERCUS CUM ACETO v. Fomentatio antiseptica.

DECOCTUM QUERCUS CUM ALUMINE v. Fotus seu Fomentatio adstringens.

DECOCTUM QUINAE SIMPLEX, COMPOSITUM, RADICIS cet. v. Decoctum Chinae cet.

DECOCTUM (Apozema) quod dicitur **DE QUINQUE RADICIBUS** Ph. Gallic.

Rec. Rad. Asparagi, Rusci, Eryngii āā Unc. semis. Coq. cum Aq. Libr. duabus per 1/4 horae, sub finem addens Rad. Petrosel. et Foenic. āā Drachm. duas. Post aliquot sexagesimas cola et adde colaturae Syr. 5 Rad. aperient. Unc. unam et Nitri dep. Gran. viginti. — Cadet Nitri loco Oxym. squill. Unc. semis sumi proponit.

† **DECOCTUM** Rasorii a Sorresina Ph. Parm.

Rec. Cort. Rad. Bardan. Unc. octo, Hb. Fumar. sicc. Unc. unam, Fol. Sennae Orient. Unc. unam semis, Alumin. usti Unc. semis, Merc. subl. corros. Gran. quadraginta, Aq. font. Libr. viginti. Decoque diligenter in vase terreo vitreato ad Libr. decem remanentiam, et cola cum expressione.

DECOCTUM (CORTICIS RADICIS) RATANHIAE. Ratanhienrinden-Abkochung. *Decoction d'Ecorce de Ratanhia.* — Fit infundendo in balneo Mariae Cort. Ratanhiae conc. Unc. unam in Aquae fervidae Unc. decem per semihoram in vase tecto, saepius agitando, tunc colando.

Niemannus in Ph. Batav. ad DECOCTUM RATANHIAE Radicis cum Cort. Unc. semis cum Aquae Libr. duabus ad Libr. semis remanentiam coqui praescribit, quod nimis longi temporis. — Ferrarini huic Decocto Sacchari albi Drachm. duas ad quatuor addi proponit. (V. etiam Ptisana.)

DECOCTUM REFRIGERANS seu **temperans** Gray. — Fit admiscendo Decocti Hordei Librae uni Acidi Salis Drachm. unam et Syr. simpl. Drachm. duas. (V. etiam Decoctum temperans.)

DECOCTUM REFRIGERANS et LEVITER PURGANS Brera.

Rec. Mannae el. Unc. duas. Coq. in s. q. Aquae ad colat. Libr. unius, cui adde Aq. Flor. Cassiae Unc. unam. — Alia formula: Rec. Pulpae Tamarind., Mannae el. āā Unc. unam semis. Coq. in s. q. Seri Lactis vacc. ad colat. Libr. duarum.

DECOCTUM REGALE v. Ptisana.

DECOCTUM Reichenbachii.

Rec. Antim. crudi, in petia ligati, Unc. semis, Rad. Sarsapar. Unc. tres, Collae Piscium Unc. unam. Coque cum Aquae Libr. septem usque ad octo ad remanentiam Libr. duarum.

DECOCTUM RESOLVENS, aperiens, Ph. Hamburg. p. paup.

Rec. Rad. Tarax. inc. Unc. quatuor. Coq. cum Aq. font. Libr. duabus ad Libr. unius colaturam, tunc adde Cremor. Tartari Unc. unam, Boracis Venet. Drachm. tres et Mell. Liquir. Unc. duas. — Disp. Fuldens. Rad. Tarax. Unc. quatuor cum Aquae Libr. tribus ad Dimidium coqui et in colatura solvi praescribit Boracis et Cremor. Tartari āā Unc. semis, Mell. desp. Unc. duas. — Ph. Hamb. p. p. edit. prim. formula cum hac congruit. (V. etiam Decoctum Taraxaci compositum.)

DECOCTUM RESOLVENS Burdach.

Rec. Rad. Helleb. nigri Drachm. duas. Coque ex Aquae Libr. una ad colat. Unc. octo, adde Kali tartar. Unc. semis, Mell. dep. Unc. duas. — Vel: Rec. Carb. Spong. marin. Unc. unam. Coque ex Aq. font. Libr. duabus ad colaturam Librae unius, adde Syr. Cinnam. Unc. unam. (V. etiam Decoctum strumale.)

DECOCTUM RESOLVENS Haenii Ph. Gandavens.

Rec. Rad. Gramin. et Tarax. āā Unc. duas. Inc. coq. ex Aq. pluvial. Pintis tribus ad Pintas duas; in colat. dissolve Salis polychresti Unc. semis et adde Oxym. simpl. Unc. quatuor.

DECOCTUM RESOLVENS Hausleutneri v. Decoctum Spongiae combustae.

DECOCTUM RESOLVENS Richardi sec. Sundelin.

Rec. Stip. Dulcamar. Unc. semis, Sem. Phellandr. aq. Drachm. duas. Coque ex Aquae Unc. sedecim ad colaturam Unc. octo.

DECOCTUM RESOLVENS Ph. Ticinensis. — Est Decoctum Graminis ex Unc. una Radicis cum s. q. Aquae ad colaturam Libr. duarum factum.

DECOCTUM RESOLVENS ANTIMONIALE Ph. Hamburg. p. paup.

Rec. Rad. Tarax. inc. Unc. duas. Coq. cum Aquae Libr. una ad colaturam Libr. semis, in qua solve Extr. Chelid. maj. Drachm. duas, Tartari emet. Gran. duo.

DECOCTUM RESOLVENS ET DIURETICUM (seu Tisana) Brera. — Paratur solvendo

in Decocti Gramin. Libr. una Extr. Trifol. fibr. et Nitri dep. āā Drachm. unam et Oxym. squillit. Unc. unam. — In alia formula Decocti Gramin. Libr. unam cum Liquor. Terrae fol. Tartari Unc. duabus misceri praescribit.

DECOCTUM (ANIMA) RHABARBARI Ph. Hispanic. — Fit Rad. Rhabarb. conc. Drachm. duas cum Aquae Unc. octo leviter coquendo et colando. (V. etiam Infusum et Tinctura.)

DECOCTUM RHEI AMARUM.
Rec. Rad. Rhabarb. Drachm. unam ad unam semis, Rad. Gentian. rubr. Drachm. unam. Coq. cum s. q. Aquae in vase clauso per semihoram. Colaturae expressae Unc. quatuor adde Tartari tartaris. Drachm. duas, Aq. Menth. pip. Unc. duas. — Aliud: Rec. Rad. Rhabarb. Drachm. duas, Ligni Quass. Unc. semis. Digere per 12 horas cum Aquae ferv. Unc. quinque. Colaturae adde Tinct. aromat. Drachm. unam, Syr. Cort. Aurant. Unc. semis.

DECOCTUM RHEI CUM SENNA Augustin.
Rec. Rad. Rhabarb. el. Drachm. unam, Fol. Sennae Drachm. duas, Sal. Seignette Unc. semis. Coq. cum Aquae font. s. q., colaturae Unc. sex adde Mann. el. Unc. duas.

DECOCTUM RHODODENDRI CHRYSANTHI Ph. castrens. Ruthen. — Fit Hb. sicc. Drachm. duas cum Aq. fervid. Libr. una leni calore per 12 horas digerendo et colando.

DECOCTUM ROBORANS Berends.
Rec. Rad. Tormentill. Unc. semis. Coq. ex Aq. Unc. decem ad colat. Unc. sex, adde Tinct. Cinnam. Drachm. duas, Syr. Cort. Aurant. Unc. unam. — Vel: Rec. Cort. Angustur. genuin. Drachm. sex. Coque ex Aq. Unc. duodecim ad remanentiam Unc. sex, adde Tinct. arom. Drachm. duas, Syr. Cort. Aurant. Unc. unam. — Vel: Rec. Rad. Polygal. am. Unc. unam. Coq. ex Aq. Unc. quatuordecim ad colat. Unc. octo, adde Spir. muriatico-aeth. Drachm. unam, Syr. Alth. Unc. unam. — Vel: Rec. Rad. Columbo Unc. semis. Coque ex Aq. Unc. decem ad colat. Unc. sex, sub finem coctionis adde Cort. Cascarill. Drachm. duas; colaturae admisce Tinct. Cort. Aurant. Drachm. duas, Syr. Cinnam. Unc. unam.

DECOCTUM ROBORANS Gray. — Ex Decocti Chinae Unc. duabus cum dimidia, Infusi Gentianae comp. Unc. una, Tinct. Cascarillae et Ol. Tartari per deliq. āā Drachm. duabus constat. — Aliud Mixtura est ex Decocti Chinae Unc. sex, Tinct. Chinae Unc. semis, Confect. aromat. Scrup. uno et Spirit. Ammonii aromat. Drachm. una.

DECOCTUM ROBORANS Consbruch.
Rec. Hb. Salv. Drachm. sex. Coq. ex Aq. Unc. decem ad colat. Unc. quatuor, adde Vini rubri opt. Unc. duas, Sacch. albi Unc. semis.

DECOCTUM ROBORANS Kretschmar.
Rec. Cort. Peruv. reg. Unc. semis. Coq. ex Aq. dest. Unc. novem, Acidi sulph. diluti Drachm. una ad remanent. Unc. sex, colaturae refrigeratae adde Spir. sulph. aeth. Drachm. unam.

DECOCTUM ROBORANS Pommer.
Rec. Rad. Alth. Drachm. duas. Coque ex Aq. Unc. tribus ad colat. Unc. duarum, adde Cummi Mimos. Drachm. unam, Ferri muriat. Scrup. semis, Syr. Alth. Drachm. sex.

DECOCTUM ROBORANS Sundelin.
Rec. Rad. Ratanh. Unc. unam. Coq. ex Aq. Unc. sedecim ad colat. Unc. octo, adde Syr. Cinnam. Unc. unam semis, Mixt. sulph. acid. Drachm. unam.

DECOCTUM ROBORANS Vogel.
Rec. Cort. Peruv. Unc. unam. Coq. ex Aquae Unc. duodecim ad colat. Unc. quatuor, adde Succi Citri rec. expr. Unc. tres, Vini Rhenani opt., Syr. Rubi Idaei āā Unc. unam. (V. etiam Decoctum antifebrile, Mixtura, Potio et Ptisana.)

DECOCTUM RUBI VILLOSI Ph. Americ. et Batav. — Fit coquendo Rad. Unc. unam cum s. q. Aquae ad colat. Unc. octo.

DECOCTUM RUBIAE TINCTORUM Batz. — Fit coquendo Rad. Rub. tinct. Unc. duas, Sem. Anisi, Rad. Liquir. āā Unc. semis in Aq. font. Libr. quatuor ad Dimidias, et colando.

DECOCTUM RUBIAE TINCTORUM Swediaur.
Rec. Rad. Rubiae tinct. Unc. unam, Macid. Drachm. duas, Aquae Libr. duas. Coque ad tertiae Partis consumtionem, cola et adde Tinct. aromat. Drachm. duas, Syr. Acetosit. Citri Unc. duas.

DECOCTUM RUBIAE TINCTORUM COMPOSITUM (ALCALINUM) Ph. Herbipolit.
Rec. Rad. Rhabarb., Rub. tinct. āā Drachm. tres, Sal. Tartari Drachm. duas, Aquae font. Libr. tres semis. M.; coque per horam unam, colaturae admisce Syr. Zinzib. Unc. duas semis. — Levret Rad. rec. Unc. unam vel sicc. Unc. semis et Tart. tartaris. Drachm. duas cum Aq. Libr. duabus per horam coqui et colat. addi praescribit Mell. dep. Unc. duas. — Sydenham Rad. Rubiae tinct. et Curcumae āā Unc. unam, Chelidonii cum toto, Hb. Centaur. min. āā Man. unum cum Aq. et Vini Rhenani āā Libr. duabus sufficienter coqui et colaturae addi praescribit Syr. 5 Rad. aper. Unc. duas.

DECOCTUM RUBICUNDUM Batz. — Fit coquendo Cornu Cervi rasp. Unc. unam, Coccionell. integr. Drachm. semis, in Aq. font. q. s. ad Libr. unam semis colat., et addendo Aq. Cinnam. hordeat. Unc. unam semis, Sacchari albiss. q. s.

DECOCTUM RUBRUM APERIENS Ph. Paris.
Rec. Rad. Fragar., Tarax., Eryngii, Oxalidis, Cichor. silv., Rub. tinct. āā Unc. semis. Bulliant in Aq. commun. Libr. decem ad Libr. octo; tunc adde Hb. Borrag., Buglossi, Scolop., Agrim., Artemis. alb. āā Unc. unam. Remove ab igne, infunde per horae quadrantem, decantha.

DECOCTUM RUTAE ZINCATUM v. Aqua ophthalmica Oberli (p. 88.).

† DECOCTUM SABINAE Ph. Batav. — Fit coquendo Hb. Sabin. Unc. unam cum Aquae Libr. una ad colat. Unc. sex. Admiscere potes Syrupi cujuslibet Unc. unam.

† DECOCTUM SABINAE Kopp.

Rec. Pulv. Hb. Sabin. Unc. unam. Infunde Aq. fervid. q. s. Colaturae refrig. Unc. octo adde Borac. Venet. Scrup. quatuor.

DECOCTUM SACRUM Fulleri. — Fit Rad. Serpent. Virg. Drachm. sex cum Aquae Libr. una ad Dimidium coquendo, colando; residuum iterum pari modo cum Libra una Aquae coquendo et inter ebulliendum addendo Coccionell. Scrup. semis, colando, miscendo Decocta et solvendo in illis leni calore in vase clauso Theriac. Venet. Unc. semis et Mell. Unc. unam.

DECOCTUM SAGO. — Fit coquendo Sago abluti Drachm. duas cum Aqua vel Jure Carni vel Vino ad Libr. unam semis, et addendo in fine Succi Citri paullulum.

DECOCTUM seu INFUSUM SALEP vel Orchidis Disp. Lippiaci.

Rec. Rad. Salep. pulv. Scrup. duos. Affunde sensim semper triturans Aquae Unc. semis, tritura donec pulvis quadruplum volumen obtinuerit, deinde adde successive Aq. bull. Libr. unam semis et coque per semihoram semper agitans et cola adhuc fervidum. — Ph. Wurzeburg. Salep Drachm. unam cum Aquae Unc. sedecim ad Libr. unius remanent. coqui praescribit. — Saunders Rad. Salep. Drachm. duas cum s. q. Aquae ad Libr. duarum colat. coqui et addi praescribit Syr. Papav. et Diacodii āā Unc. unam. (V. etiam Gelatina et Mucilago.)

DECOCTUM SALICARIAE seu Lysimachiae purpureae Ph. Batav. — Fit coquendo Herbae Unc. unam cum Aquae Libr. una ad colat. Unc. octo.

DECOCTUM SALICIS. Weidenabkochung. *Decoction d'Ecorce de Saule.* — Ex Cortice Salicis Helicis uti Decoctum Chinae (p. 225.) paratur. — Ph. castrens. Borussic. Cort. Salic. laureae Unc. unam semis cum Aquae Unc. quindecim ad colat. Unc. novem coqui praescribit. — Ph. Batav. Cort. Salic. laur. Unc. unam cum Aq. Unc. sedecim ad Unc. octo colaturae coqui jubet. — Ph. Francof. p. p. uti Decoctum Hippocastani parari suadet. (V. etiam Infuso-Decoctum.)

DECOCTUM (seu Decoctura) SALICIS COMPOSITUM Ph. castrens. Ruthenae. — Fit coquendo Cort. Salic. Drachm. novem et Rad. Gentian. lut. Drachm. unam cum Aquae Sesquilibra ad Librae unius remanentiam. — Interdum addi possunt Cortic. Quercus Drachm. duae.

DECOCTUM (CORTICIS) SAMBUCI Boerhaavii.

Rec. Cort. inter. Sambuci Man. tres. Coque cum Aq. font. et Lact. vacc. āā Libr. una ad colaturam Libr. unius, et cola.

DECOCTUM (LIGNI) SANTALI CITRINI Ph. Batav. — Fit coquendo Rasurae Unc. semis cum Aquae Libr. duabus ad colat. Libr. unius.

DECOCTUM (SEMINIS) SANTONICI seu Cinae Ratisb. — Fit Sem. Cinae Unc. semis cum Aquae Libr. duabus paullulum coquendo et colando. — Gray Sem. Cinae Unc. duas cum Aquae Unc. viginti ad colat. Unc. sedecim coqui praescribit. — Taddei Sem. Cinae Unc. quatuor cum Aquae Libr. sex per 4 ad 6 horas macerari, tunc ad Dimidias coqui et cum levi expressione colari praescribit.

DECOCTUM (HERBAE) SAPONARIAE Swediaur. — Fit coquendo Hb. Libr. semis cum Aquae Libr. octo ad Dimidias.

DECOCTUM (RADICIS) SAPONARIAE Ph. Batav. — Fit coquendo Rad. Unc. duas cum Aquae Libr. quatuor ad colat. Libr. duas.

DECOCTUM SARSAE seu SARSAPARILLAE, Tisana Sassaparillae. Sassaparill-Absud oder -Abkochung. *Decoction ou Tisane de Salsepareille.*

Rec. Rad. Sassaparill. minutim conc. Unc. duas. Macera in Aquae purae Unc. viginti per 12 horas; tunc calefac in balneo Mariae per 2 horas saepius agitans, et cola cum expressione.

Ph. Americ. Sassaparill. Unc. sex cum Aquae Octar. sex ad Octarios quatuor coqui, tunc colari praescribit. — Ph. Edinb. Unc. sex Sassapar. cum Aquae Libr. octo pariter tractari praescribit. — Ph. Dublin. et Londin. Sassaparill. Unc. quatuor cum Aquae Octar. quatuor per 4 horas in vase clauso digeri, deinde Radicem eximi, contundi et iterum cum liquore decanthato per 2 horas digeri, tunc ad Dimidias coqui et colari praescribunt. — Ph. Suecic. formula cum hac congruit. — Ph. Lusit. ad Unc. sex Sassapar. decem Aquae Libr. praescribit, ceterum tractari uti Ph. Edinb. ad Libr. quinque remanentiam. — Ph. Batav. Sassaparill. Unc. tres cum Aquae Libr. sex ad colaturam Libr. duarum coqui praescribit. — Codex Hamburg. cum quatuor Aquae Libris coqui praescribit, ceterum cum hac formula congruit. — Lebrecht Rad. Sassap. Unc. tres cum Aq. ferv. Libr. tribus per 12 horas infundi, deinde ad Libr. duas coqui et sub finem addi praescribit Rad. Liquir. Unc. unam, tunc colari. (Alias praescriptiones parum discedentes praetereamus.)

DECOCTUM SASSAPARILLAE ex Cailac v. Ptisana.

DECOCTUM SASSAPARILLAE COMPOSITUM seu cum Mezereo Ph. Londin., Batav. cet. — Fit coquendo Ligni Sassafr., Guajaci et Rad. Liquir. āā Unc. unam et Cort. Rad. Mezer. Drachm. tres cum Decocti Sassaparillae Octar. quatuor per 1/4 horae, et colando. — Gray formula cum hac congruit. — Ph. Dublin. Rad. Sassapar. Unc. unam semis, Ligni Guajaci et Cort. Sassafr. āā Drachm. duas cum Aquae Octar. tribus leni calore per 6 horas digeri, tunc ad Dimidias coqui, sub finem addi praescribit Cort. Rad. Mezer. Drachm. unam, Rad. Liquir. Drachm. duas, et colari. — Ph. Lusit. Decocti Sassapar. Lu-

sit. quantitati designatae sub finem addi praescribit Cort. Mezerei Unc. semis, Rad. Liquir. Unc. tres et post horae digestionem colari. — Girtaner Rad. Sassapar. Unc. tres et Cort. Mezer. Drachm. duas cum Aquae Libr. tribus coqui et sub finem addi praescribit Rad. Liquir. Unc. unam semis, ut f. colatura Libr. duarum. — Ph. Suecica Decocti Sassapar. Unc. sexaginta cum Ligni Sassafr., Guajaci et Rad. Liquir. āā Unc. una et Cort. Mezer. Drachm. tribus per ¼ horae coqui et colari praescribit. (V. etiam Decoctum antivenereum Ulyssiponense, Guajaci compositum, Lusitanicum, sudoriferum et Ptisana.)

DECOCTUM SASSAPARILLAE EDULCORANS. Ph. Hispan.

Rec. Rad. Sassapar. et Rad. Chin. conc. āā Unc. duas, Rasur. Ligni Santali rubri Drachm. sex et Cornu Cervi Unc. semis. Digere per 24 horas et coque in Aquae Libr. duodecim ad Libr. sex, sub finem addens Ras. Ligni Santali citr. Drachm. sex, Sacchari Unc. sex. Cola ad usum.

DECOCTUM SATURNINUM = Acetum.

DECOCTUM SCELOTYRBICUM Fulleri.

Rec. Turion. Pini Man. quatuor, Chinae opt. Unc. semis. Coque in Aq. Libr. duabus sub finem addens Succi rec. Tarax. Unc. quatuor, cola et adde Spir. Cochlear. Unc. semis, Aquae Raphani et Roob Sambuci āā Unc. quatuor.

DECOCTUM SCILLAE Ph. Americ., Batav. cet.

Rec. Rad. Scillae Drachm. tres, Juniperi Unc. quatuor, Rad. Seneg. Unc. tres, Aquae Octar. quatuor. Coque ad Dimidias, tunc cola et adde Spir. Nitri dulc. Unc. quatuor.

DECOCTUM SCORBUTICUM Bate.

Rec. Conos Abietis Nro. quatuor; incide conum quemque in Part. quatuor, adde Hb. Tritici viresc. Unc. duas, liquor. posset. cum Vino albo fact. Libr. tres. Coque ad Libr. duas, colaturae frigidae adde Spir. Cochlear. Unc. semis, Syr. Aurant. et de Pomis alter. āā Unc. unam semis. (V. etiam Decoctum antiscorbuticum.)

DECOCTUM SCORZONERAE BEZOARDICUM et SOLUTIVUM v. Decoctum bezoardicum Cuavi.

† DECOCTUM SECALIS CORNUTI Prescot sec. Augustin. Mutterkornabkochung. *Decoction d'Ergot.* — Fit coquendo Secalis cornuti Drachm. unam cum s. q. Aquae ad colat. Unc. quatuor.

† DECOCTUM SECALIS CORNUTI IN LEUCORRHOEA ET HAEMORRHAGIA UTERI sec. Bazony. — Fit Secalis cornuti Scrup. unum cum Aquae Unc. octo sufficienter coquendo et colando.

DECOCTUM SEMINUM CYDONIORUM v. Decoctum Cydoniorum.

DECOCTUM SENEGAE seu Polygalae Senegae sive Virginicae. Senega-Abkochung. *Decoction de Senega,* Ph. Edinb., Americ. cet. — Fit coquendo Rad. Seneg. cont. Unc. unam cum Aquae Libr. duabus ad colat. Unc. sedecim. — Ph. Londin. Aquae Octar. duos et coqui ad Dimidias praescribit, ceterum ut in praecedente. — Ph. Herbipolit. Rad. Seneg. Unc. unam cum Aquae Libr. duabus ad Dimidias coqui praescribit. — Disp. Fuldense et Ph. Genevens. Sesquilibram Aquae praescribunt, ceterum ut in praecedente. — Taddei Seneg. Drachm. unam cum Aquae Libr. una in vase tecto per aliquot sexagesimas coqui, — Ferrarini Drachm. semis Radic. cum Aq. Libr. una ad octo Unc. coqui praescribit. — Tennant sec. Ph. Batav. Rad. Seneg. Unc. tres cum Aq. Libr. duabus ad tertiae Part. consumtionem coqui praescribit. — Saunders et Swediaur Decocto sec. Ph. Herbipolit. Syr. simpl. Unc. unam addi proponunt. — Ellis Rad. Seneg. Unc. unam et Rad. Liquir. Unc. semis cum Aquae Sesquioctario ad Octar. unum coqui praescribit. — Wollkopf Rad. Seneg. Drachm. duas cum Aquae Unc. sex ad Dimidias coqui et colaturae addi praescribit Spir. Sal. Ammon. anis. Drachm. semis, Syr. Alth. et Oxym. squill. āā Unc. semis.

DECOCTUM SENEGAE CUM ALTHAEA Ebermaier.

Rec. Rad. Alth. Unc. unam, Seneg. Drachm. tres. Conc., cont. coquantur Aq. font. Unc. sedecim ad remanent. Unc. octo, colat. admisce Liq. Kali acet., Extr. Gramin. liq. āā Unc. unam, Spir. muriatico-aeth. Drachm. unam.

DECOCTUM SENEGAE (CUM ALTHAEA) Vogt.

Rec. Rad. Alth. Drachm. sex, Seneg. Drachm. tres. F. decoctum, colaturae Unc. decem adde Sulph. Antim. aurat. Gran. decem, Extr. Hyosc. Scrup. unum, Spir. Salis Ammon. anis. Drachm. duas, Syr. Alth. Drachm. sex.

DECOCTUM SENEGAE MITIUS Bouvart sec. Ph. Batav. — Fit coquendo Rad. Seneg. conc. Unc. unam cum Aquae Libr. duabus ad tertiae Part. consumtionem.

DECOCTUM SENNAE Mynsichti.

Rec. Fol. Sennae Drachm. tres, Acidi (Cremoris) Tartari Drachm. unam. Infunde per noctem Aq. Fumar. calid. Unc. quatuor, deinde coque parum ad solut. Tartari, et in colat. calida solve Mannae Calabr. Drachm. sex. Iterum cola et adde Aq. Cinnam. Drachm. unam, Elaeosacch. Citri Scrup. semis.

DECOCTUM SENNAE CUM RHABARBARO Mynsichti. — Fit pari modo, Fol. Sennae Drachm. duas sumendo et insuper Rad. Rhabarb. Drachm. unam addendo, ceterum ut in praecedente. (V. etiam Aqua laxativa.)

DECOCTUM SERPENTARIAE COMPOSITUM Lewis. — Fit Rad. Serpent. Virg. Drachm. sex cum Aquae Octar. duobus ad Dimidium coquendo, sub finem addendo Coccionell. Scrup. unum et Theriac. Edinb. Unc. semis, et colando.

DECOCTUM SERPENTARIAE VIRGINIANAE Ratier. — Fit Rad. Serpentar. conc. Unc.

unam cum Aquae Libr. duabus sufficienter coquendo et colando.

DECOCTUM (CORTICIS) SIMARUBAE Ph. Batav. — Fit coquendo Cort. Drachm. duas ad Unc. semis cum Aquae Libr. duabus ad colat. Unc sex. — Disp. Fuldens. Cort. Unc. semis cum Aquae Libr. una ad colat. Unc. octo coqui praescribit. — Ph. Genev. Simarub. Drachm. duas cum Aquae Sesquilibra ad Unc. duodecim coqui jubet.—SAUNDERS formula cum hac congruit, praescribit autem pro re nata Unc. semis Simarubae sumi. — Formul. des hopit. mil. de France Cort. Unc. semis cum s. q. Aquae per horae quadrantem ad colat. Libr. duarum coqui praescribit.

DECOCTUM SIMARUBAE COMPOSITUM HECKERI.

Rec. Cort. Simarub., Lichen. Island. el. āā Unc. semis. Coque cum Aq. q. s. ad colat. Unc. quatuor vel sex et adde Laud. liq. SYDENH. Scrup. unum ad Drachm. semis et Syr. Cinnam. Unc. semis.

DECOCTUM SMILACIS SASSAPARILLAE v. Decoctum Sassaparillae.

DECOCTUM SOLANI TUBEROSI. — Fit coquendo Tubera cum s. q. Aquae, donec emollita sint, et colando. Secundum necessitatem Decoctum plus minus forte aut debilius paratur.

DECOCTUM SPARTII CACUMINUM seu Summitatum Genistae GRAY. — Fit coquendo Spartii Cacumin. conc. Unc. unam cum Aq. dest. Octario uno ad Dimidium et colando.

DECOCTUM SPECIERUM EMOLLIENTIUM HENRY et GUIBOURT. *Hydrolé d'Espéses émollientes.* — Fit coquendo Spec. emoll. Unc. unam cum Aq. Unc. triginta duabus per 1/4 horae, et colando.

DECOCTUM SPECIERUM GUAJACI COMPOSITARUM seu Lignorum Ph. castrens. Ruthen. — Fit coquendo Specier. Unc. tres cum Aq. bull. Libr. tribus ad duas, sub finem addendo Rad. Liquir. Drachm. tres, et colando. (V. etiam Decoctum Guajaci compositum.)

DECOCTUM SPECIERUM GUAJACI CUM MEZEREO Ph. castrens. Ruthen. — Obtinetur addendo singulis Libris Decocti praecedentis Cort. Mezer. Drachm. unam. — Vel miscendo Decocti Spec. Guajaci et Decocti Mezer. āā Part. aequales.

DECOCTUM SPECIERUM LIGNORUM v. Decoctum Lignorum.

DECOCTUM SPIGELIAE ANTHELMIAE Disp. Fuldens.

Rec. Hb. Spigel. anthelm. Unc. unam semis, Aq. font. Libr. duas. Coque ad quartae Partis consumtionem, colaturae adde Succi Citri Drachm. sex, Syr. Rhabarb. Unc. duas. — Ph. Herbipolit. Hb. Spigel. anthelm. Man. duos et Syr. Flor. Persic. Unc. duas praescribit, ceterum uti in praecedente. — BROWNIUS Spigel. Man. duos cum Aquae Octar. quatuor ad duos coqui et colaturae pro lubitu Sacchar. et Succ. Citri addi praescribit.

DECOCTUM SPONGIAE USTAE seu strumale Ph. Batav. — Fit coquendo Spong. combust. Unc. semis cum Aquae Libr. una ad colat. Unc. sex.

DECOCTUM SPONGIAE USTAE HAUSLEUTNERI sec. AUGUSTIN cum Aqua strumali (p. 90.) congruit, omissis tamen Aqua Cinnamomi et Syrup. Aurant. — Ph. Sardoa Lap. Pumic., Spong. marin., Oss. Sepiae, Pilar. marin. āā Unc. tres et Salis Gemmae Unc. duas in Olla comburi, tunc contundi et cum Aquae Libr. quindecim per 24 horas digeri, deinde filtrari praescribit.

† DECOCTUM (SEMINIS) STAPHIDIS AGRIAE RANQUEI sec. Ph. Batav.—Fit coquendo Sem. Staph. agr. cont. Unc. unam cum Aquae Libr. una semis ad colat. Libr. unius, cui admiscentur Tinct. Opii simpl. Guttae quatuor et viginti. — Externe in scabie adhibetur.

DECOCTUM STOMACHICUM RESOLVENS BRERA. — Fit solvendo in Decocti amari BR. Libr. una Extr. Taraxaci Drachm. unam et Nitri puriss. Drachm. unam semis. — Aliud ex Decocti amari Libr. una, Tinct. Rhabarb. aquos. Unc. quatuor et Terr. fol. Tartari Drachm. duabus constat.

DECOCTUM STRAMONII seu Daturae ELLIS. — Fit coquendo Hb. Stramon. Drachm. duas cum Lactis Sesquioctario ad tertiae Partis consumtionem.

DECOCTUM STROBILORUM PINI v. Decoctum Pini.

DECOCTUM STRUMALE seu AD STRUMAS Ph. Hannov. ed. primae cum Aqua strumali (p. 90.) congruit.

DECOCTUM STRUMALE CORVINI. — Fit coquendo Lapid. Spong. et Spong. ustar. āā Unc. semis et Pilar. marin. ust. Drachm. unam cum Aquae Libr. duabus ad colat. Libr. unius, et addendo Syr. Cinnam. Unc. unam.

DECOCTUM (CORTICIS) SUBERIS PIERQUIN. — Fit coquendo Suberis rasp. Scrup. duos cum Aquae Octar. duobus ad Dimidias. — BORIES huic Decocto addi jubet Syr. Capill. Vener. Unc. duas.

DECOCTUM SUDORIFERUM RICHARD sec. SPIELMANN.

Rec. Ligni Guajaci Unc. duas, Rad. Sassapar., Rad. Chinae āā Unc. semis, Antim. crudi Unc. duas. Inc., cont. macerentur per nychthemerum in Aquae calidae Unc. sex et nonaginta. Bulliant in vase obturato per horae unius spatium, tunc adjiciantur Ras. Ligni Sassafr. Unc. una, Rad. Caryophyll. inc. Unc. semis, Bacc. Junip. cont. Drachm. duae. Bulliant adhuc per 1/4 horae, deinde colentur. — Ph. Parisiens. L. Guajaci Unc. unam semis, Rad. Chinae et Salsepar. āā Unc. duas, et Lign. Sassafr. Drachm. tres praescribit, Antim. crudum autem et Bacc. Juniperi omittit, Rad. Caryoph. loco Rad. Liquir. Unc. semis sumi jubet, ceterum cum hac formula congruit. — VAN MONS Ligni Guajaci, Rad. Sassapar. āā Unc. unam semis, Rad. Liquir. Unc. semis et Sassafr.

Drachm. duas praescribit. Coqui jubet Sassaparillam cum Aquae Libr. quinque per semihoram, tunc addi Lignum Guajaci et post ¼ horae Liquir. et Sassafr., denique refrigescere curari in vase clauso et colari, ut f. colat. Libr. tres. (V. etiam Decoctum diaphoreticum, Guajaci et Sassaparillae compositum, Decoctum Lignorum et Ptisana.)

DECOCTUM SUDORIFERUM LAXANS. — Fit addendo Speciebus praecedentibus, sec. Spielmannum, sub finem coctionis Fol. Sennae Unc. unam.

DECOCTUM SUDORIFICUM Ph. nosoc. civ. Argent. — Fit Spec. sudorif. Unc. semis cum Aquae Libr. tribus ad reman. Libr. duarum coquendo et colando. — DECOCTUM SUDORIFICUM CONCENTRATUM. — Pari modo paratur, nisi quod Unc. semis loco Unc. una Specier. sumitur. (V. etiam Decoctum Pollini.)

DECOCTUM SULPHURETI CALCIS Hoffmanni v. Aqua Calcis Antimonii cum Sulphure.

DECOCTUM Sydenhami v. Decoctum album, diaeteticum et Sassaparillae compositum.

DECOCTUM SYPHILITICUM Yvaz Gaukes cet. v. Decoctum antipsoricum, antisyphiliticum et antivenereum.

DECOCTUM SYPHILITICUM ROBORANS Swediaur v. Decoctum Pollini emendatum.

DECOCTUM TABACI seu Nicotianae. — Fit coquendo Hb. sicc. Nicotian. Drachm. duas ad quatuor cum Aquae Libra per aliquot temporis momenta, digerendo tunc per horam et colando. — Wollhopfius ad usum internum Hb. Nicot. Drachm. tres et Rad. Rhei Drachm. duas, cum s. q. Aq. ad Unc. octo colat. coqui praescribit.

DECOCTUM TAMARINDORUM Ph. Batav.

Rec. Tamarind. Unc. duas. Coque in Aquae Libr. quatuor ad colaturam Libr. trium, quibus admisce Syr. Rubi id. Unc. unam semis. — Ph. Gallic. Tamarind. Unc. duas cum Aquae Libr. duabus per semiquadrantem horae coqui, deinde sine expressione colari et colaturae addi praescribit Syr. Capill. Ven. Unc. unam. — Richardi formula eadem est, nisi quod insuper Unc. unam Tamarindor. sumi praescribit et per quadrantem horae coqui. — Disp. Fuldense praescribit Pulpae Tamarind. Unc. duas cum Aquae Libr. quatuor ad quartae Partis consumtionem coqui et in colatura solvi Nitri dep. Drachm. tres, Roob Ribium vel alius Unc. unam semis. — Taddei Unc. duas Pulp. Tamarind. in Aquae Libr. duabus coqui proponit. — Ratier Tamarind. Unc. duas cum Aq. Libr. tribus per ¼ horae coqui et colari praescribit. — Rennie Tamarind. Unc. duas vel tres cum Aquae Octario uno coqui proponit. — Ph. d'Anvers Tamarind. Unc. duas et Passul. min. Unc. quatuor cum Aquae Libr. duabus semis ad colaturam Libr. duarum coqui, — Ph. Helvet. Tamarind. et Passul. min. āā Unc. duas cum s. q. Aquae ad colat. Libr. duarum coqui, — Van Mons Tamarind. Unc. unam et Passul. min. Unc. duas cum s. q. Aquae aliquoties ebullire curari, tunc absque expressione colari praescribit.

DECOCTUM TAMARINDORUM COMPOSITUM Ph. Herbipolit.

Rec. Tamarind. Drachm. sex, Cremor. Tartar. Drachm. tres. M.; coque cum Aquae q. s.; colatur. calentis Librae uni adde Fol. Senn. el., Rad. Rhabarb. el. āā Drachm. unam semis. Stent per 4 horas, in colatura dissolve Mannae el. Drachm. decem; denuo coletur et addantur Elix. acidi Halleri Gutt. sex. — Swediaur Tamarind. et Passul. min. āā Unc. tres cum s. q. Aquae ebullire curari praescribit, ut f. colaturae Libr. tres, quibus addi jubet Tartari emet. Gran. semis, Syr. Moror. Unc. unam semis.

DECOCTUM TAMARINDORUM Heckeri. — Fit coquendo Tamarind. Unc. duas cum Aq. Unc. decem ad reman. Unc. sex, et solvendo in colat. Sal. mir. Glauberi Unc. semis et Mannae el. Unc. unam.

DECOCTUM TARAXACI seu Leontodontis Ph. d'Anvers. — Fit coquendo Rad. Unc. duas cum Aquae Libr. duabus ad Dimidii circiter remanentiam, et decanthando liquorem clarum. — Ph. Batav. Rad. Unc. unam semis cum Aquae Libr. tribus ad Libr. unius colat. coqui praescribit. — Ph. Dublin. Rad. recent. cum Herba Unc. quatuor cum Aquae Libr. duabus ad Dimidium coqui et colaturam expressam filtrari praescribit. — Rennie Rad. cum Hb. rec. Unc. quatuor cum Aquae Libr. quatuor ad Libr. unius remanentiam coqui et cum expressione colari praescribit.

DECOCTUM TARAXACI COMPOSITUM seu resolvens Ph. milit. Danicae.

Rec. Rad. Tarax. Unc. quatuor, Hb. Trifol. Unc. semis, Aquae Unc. quadraginta octo. Coque ad Dimidias et colaturae expressae adde Sal. Ammon. dep. Drachm. duas vel Sal. Sedlitz. Unc. unam, Naphth. Vitrioli Drachm. duas.

DECOCTUM TARAXACI COMPOSITUM Stollii sec. Ph. Batav. — Fit coquendo Rad. Tarax., Gramin. et Cichor. āā Unc. duas semis cum s. q. Aquae ad colaturam, cum expressione factam, Libr. unius et addendo Syr. quinque Rad. aperient. Unc. unam ad tres, Arcani dupl. Drachm. duas, Liq. anod. Hoffm. Gutt. viginti quinque. — Swediaur Hb. et Rad. Tarax. Libr. semis et Gramin. tantundem cum Aq. Libr. sex ad trium remanent. coqui et colat. addi praescribit Arcani dupl. Drachm. sex et Liq. anod. Hoffm. Gutt. viginti quinque.

DECOCTUM TARTARI CITRATUM Ph. Saxonic. — Fit coquendo Cremor. Tartari Part. unam cum Aquae comm. Part. viginti ad colat. clarae Part. quindecim, quibus admiscetur Succi Citri rec. expr. Pars dimidia.

DECOCTUM (Crystallorum seu Cremoris) TARTARI, Solutio Tartari depurati Ph. Hannov. — Fit solvendo Cremor. Tartari Drachm. tres in Aq. dest. fervid. Mensur. una et addendo Syr. Rubi idaei Unc. duas.

DECOCTUM TEMPERANS v. Decoctum refrigerans.

DECOCTUM (Apozema) TONICUM Bories.

Rec. Rad. Rub. tinct., Ononid. āā Unc. se-

mis, Hb. Marrub., Matricar., Artemis., Anthos āā Man. semis, Sem. Petrosel. Pug. unum, Croci, Cinnam. āā Scrup. unum, Aquae q. s., ut leviter coquendo Unc. octo colaturae obtineantur, quibus addantur Syr. Marrub. Unc. una, Tartari chalybeati Drachm. semis.

DECOCTUM TONICUM CICHORACEUM Ph. Lusit. edit. prist.

Rec. Rad. Cichor., Tarax. āā Drachm. tres. Coq. cum Aquae Sesquilibra ad Libr. unam, sub finem addens Hb. Centaur. min. Drachm. unam; in colatura refrigerata solve Arcani duplicati Unc. semis.

DECOCTUM TONICUM CHINATUM v. Decoctum Chinae.

DECOCTUM (Apozema) TONICUM ET LENIENS Pierquin.

Rec. Chinae opt. Unc. duas, Limatur. Ferri tenerrim. Unc. unam, Aq. font. Libr. tres. Coque lente ad Libr. duarum remanentiam, sub finem addens Cinnam. Drachm. duas; colaturae adde Aq. Absinth. comp. Libr. semis.

DECOCTUM TORMENTILLAE Ph. Batav. — Fit coquendo Rad. conc. Unc. semis cum Aquae Libr. una semis ad colat. Libr. unius. — Gray Rad. Unc. unam cum Aquae Sesquioctario ad Octar. unum coqui praescribit.

DECOCTUM TRAUMATICUM Ph. Helv.

Rec., Hb. Agrimon., Bellid., Beton., Linguae cervin., Plantag. et Veron. āā Man. unum. Inc. mixt. coq. cum s. q. Aquae ad colat. Libr. quatuor. (V. etiam Decoctum vulnerarium.)

DECOCTUM TRIFOLII FIBRINI. — Fit Hb. Unc. unam cum Aquae Libr. duabus sufficienter coquendo et colando.

DECOCTUM (RADICIS) TRITICI REPENTIS v. Decoctum Graminis.

DECOCTUM TURPETHI. — Fit coquendo Radic. Drachm. unam ad duas cum s. q. Aquae ad colat. Libr. duarum.

DECOCTUM AD TUSSIM Bate.

Rec. Hb. Cynoglossi Man. quatuor, Hyssopi, Capill. Vener., Farfar. āā Man. unum, Sem. Anisi, Rad. Liquir. āā Drachm. sex. Coq. in Aq. hordeat. Libr. sex ad Libr. quatuor. Colat. adde Sacchari Candi q. s. (V. etiam Decoctum pectorale.)

DECOCTUM (CORTICIS) ULMI Ph. Dubl. et Londin. — Fit coquendo Cort. recent. cont. Unc. quatuor cum Aquae Octar. quatuor ad Octar. duos, et colando. — Ph. Edinb. Aquae Libr. quatuor praescribit et ad Libr. duas semis coqui, ceterum ut in praecedente. — Taddei Unc. tres Corticis cum Aquae Libr. quatuor ad Dimidii remanent. coqui praescribit. — Bate Cort. Ulmi inter. rec. Unc. quatuor in Aquae Libr. tribus ad Dimidium coqui et colaturae addi praescribit Syr. Rubi idaei et Mor. āā Unc. unam semis.

DECOCTUM ULMI COMPOSITUM Ph. Lusit. edit. Pinto. — Fit coquendo Cort. Ulmi Unc. duas et Stip. Dulcamar. Unc. unam in Aquae Libr. tribus ad remanentiam Libr. duarum, sub finem addendo Rad. Liquir. Unc. semis et colando.

DECOCTUM (FOLIORUM) UVAE URSI Ph. Batav. — Fit coquendo Hb. Unc. semis cum Aquae Unc. decem ad colaturam Unc. octo. — Taddei uti Decoctum Ulmi parari praescribit.

DECOCTUM UVAE URSI Wendtii sec. Augustin.

Rec. Hb. Uvae Ursi Unc. semis, Hb. Theae Drachm. unam, Gummi Senegal. Unc. unam, Aquae comm. Unc. sex. M., coque et colaturae adde Mellis puri Drachm. sex vel Syr. Alth. tantundem.

DECOCTUM IN LUE VENEREA Zwelfer.

Rec. Ligni Guajaci Unc. sex, Cort. hujus Unc. quinque, Rad. Sassapar. Unc. duas, Mercur. vivi dep. et Antim. crudi, amborum separatim in petias ligator. āā Libr. unam, Aquae Mensur. duodecim. Coque in olla tecta ad Tertias, cola et repone in locum frigidum. Singulis horis matutinis dentur Unc. sex pro sudorifero. — Remanentia coquitur cum Aqua et Passulis, addito pauco Lign. Guajaci et in fine aliquid Coriandri. Sumatur pro potu ordinario.

DECOCTUM VERATRI v. Decoctum Hellebori albi.

DECOCTUM VERBASCI ANODYNUM seu compositum v. Fotus anodynus.

DECOCTUM VERMIFUGUM v. Decoctum amarum anthelminticum et Helminthochorti.

DECOCTUM (TISANA) de Vigaroux. Vigaroux's Abkochung gegen Syphilis. *Decoction* ou *Tisane de Vigaroux.*

Rec. Fol. Sennae Unc. unam semis, Rad. Sassaparill. Unc. tres (vel Caricis arenar. Unc. sex), Rasur. Ligni Guajaci in sacculum ligati, Ligni Sassafr., Rad. Chinae et Irid. flor., Antim. crudi in sacculum ligati, Sem. Anisi vulg., Crem. Tartari, Rad. Aristoloch. long. et rot., Rad. Jalappae et Polypod. vulg. āā Drachm. sex, Nuc. Jugl. una cum Putamin. cont. Nro. sex. Minutim conc. et cont. affunde Vini generosi albi Libr. duas, et digere per 24 horas, tunc adde Aq. font. Libr. sex et coque in vase bene tecto usque ad consumt. tertiae Partis; cola, serva in lagena et signa: Decoctum Vigaroux. — Deinde coque residuum iterum cum Vini albi Libr. duabus et Aquae Libr. sex ad tertiae Partis consumtionem. Cola et signa liquorem: Bogetum Vigaroux.

DECOCTUM seu TISANA DE Vinache. *Hydrolé de Salsepareille et de Séné composé* *Henry et Guibourt.*

Rec. Rad. Sassaparill., Chinae, Lign. Guajac. āā Unc. unam semis, Antimonii crudi in nodulum ligati Unc. duas, Aquae commun. Libr. octo. Macera per horas 12, tunc coque ad tertiae Partis remanent. et adde Lign. Sassafras, Fol. Senn. āā Unc. semis. Fiat Infusio per horam unam, cola et decantha.

DECOCTUM VIOLAE TRICOLORIS v. Decoctum Jaceae.

DECOCTUM VISCI ALBI sec. Ph. Batav. Fit coquendo Visci albi Unc. unam ad duas cum Aquae Octar. duobus ad remanent. Octar.

unius, et colando. — TISSOT commiscuit Decoctum cum Valeriana. — TADDEI Visci albi Unc. tres cum Aquae Libr. quatuor sufficienter coqui proponit.

DECOCTUM VOMITIVUM PIERQUIN. — Fit coquendo Rad. vel Sem. Asari Unc. quatuor cum s. q. Aquae. — Praeceptum anceps.

DECOCTUM VULNERARIUM LEWIS.

Rec. Hb. Hederae terrestr., Plantagin. āā Unc. semis, Aquae Octar. tres. Coque ad colat. Octar. duos, in quibus solve Sacchari Unc. semis.

DECOCTUM VULNERARIUM Dispens. Viennens.

Rec. Hb. Sanicul., Alchemillae, Pulmon. arb., Consol. major., Perfoliat., Plantag., Hyperici cum Flor., Agrimon., Pimpin., Bugul., Urticae, Virgae aureae āā Unc. unam, Rad. Tormentill., Consol. maj., Rhapontici āā Libr. unam. Conc. misceantur et serventur Species usui.

DECOCTUM YVAR GAUKES v. Decoctum antipsoricum.

DECOCTUM ZITTMANNI. Zittmann'sches Decoct. *Decoction de ZITTMANN*, sec. Taxam milit. Badens.

Rec. Radicum Sassaparillae minutim conc. Unc. duodecim. Coque cum Aquae fontanae Libr. viginti quatuor per quadrantem horae, tunc adde Alumin. saccharini (p. 33.) Unc. unam semis, Calomel. Unc. semis, Cinnabaris Antimonii Drachm. unam, in nodulum ligatis, et sub finem coctionis admisce Folior. Sennae Unc. tres, Rad. Liquir. Unc. unam semis, Sem. Anisi vulg. Unc. semis. Colatura Libr. sedecim signetur: Decoctum forte. — Rec. Residuum Decocti fortis et Rad. Sassaparill. Unc. sex. Coque cum Aquae fontanae Libr. viginti quatuor, sub finem coctionis adde Cort. Citri, Cinnamomi, Cardam. minor. āā Drachm. tres, Rad. Liquir. Drachm. sex, ad colaturam Librarum sedecim. Signetur: Decoctum tenue.

Variant praescriptiones in parando hoc Decocto. — Ph. Batav. formula eo praecipue a nostra discrepat, quod Librarum viginti quatuor loco Mensuras viginti quatuor Aquae praescribit et Sassaparillam primum ante coctionem per 24 horas digeri jubet; praeter memoratas substantias sub finem coctionis etiam Sem. Foenic. Unc. semis addi proponit, et ad Decoctum fortius Mensuras octo colaturae parari. — Ad Decoctum mitius pariter Mensuras viginti quatuor Aquae praescribit, sed Rad. Liquir. tantummodo Drachm. tres, ceterum ut nos. — Ph. Borussicae formula cum hac congruit. Praescribit autem magis definite Aquae Libr. septuaginta duas sumi et ad Librarum viginti quatuor in utroque decocto coqui; Cinnabaris Antimonii loco rectius Cinnabarem praeparatam sumi jubet.

Alias formulas, praecipue pristinas, obsoletas, saepius inconcinne complicatas ad paranda Decocta, quae nunquam hodie in usum revocantur, praetereamus. Invenies etiam permultas in operibus p. 99. in Aquis destillatis vetustioribus allegatis. — Melius semper est medicum formulas ad paranda Decocta et Decocto-Infusa ipsum praescribere. (V. etiam Aquae nonnullae, Colluterium, Enema, Fomentum, Gargarisma, Gelatina, Infuso-Decoctum, Injectio, Lotio, Mixtura, Mucilago, Potio seu Potus, Ptisana, Tinctura et Vinum.)

DECOCTURA idem quod Decoctum.

†DELPHININUM, Delphininium, Delphium seu Delphis. Delphinin. *Delphine* ou *Delphinine*. — Obtinetur tractando Semina Staphidis agriae Spiritu Vini rectificatissimo, donec exhausta sint, abstrahendo spiritum ex solutione, et extractum residuum siccum iterate coquendo cum Spiritu Vitrioli, multa Aqua diluto, quamdiu coloratur; praecipitando liquorem Spiritu Salis Ammoniaci caustico vel Liquore Cinerum clavell. depur., solvendo Delphininium impurum in Alcohole Vini ebulliente, tractando solutionem carbone animali depurato, filtrando et evaporando. — Si purissimum desiderabis, Delphininium ita obtentum denuo in Spiritu Vitrioli, Aqua diluto, solvendum et solutioni filtratae guttatim admiscendum Acidum Nitri, quamdiu materia fusca resinosa praecipitatur, vas tunc per 24 horas reponendum, liquor clarus decanthandus et Liquore Cinerum clavell. dep., valde diluto, praecipitandus, praecipitatum Aqua lavandum, in Alcohole Vini solvendum, ex solutione clara Spiritus abstrahendus, materia residua subflavescens, quasi resinosa, Aqua fervida lavanda; denique Naphtha Vitrioli tractanda, quae Delphininium purum solvit, quod ex solutione limpida evaporatione obtinetur. — Massam exhibet subflavescentem, triturando pulverem album praebentem, inodoram, sapore acerrimo urente gutturali; calore 96° R. liquefit, et calore auctiore destruitur; in aqua fere insolubile, facile autem solutu in spiritu vini uti et in aethere, solutiones alcalium modo reagunt; cum acidis salia format acerrima, facultate crystallisandi non praedita, aëre deliquescentia, ex solutione aquosa alcalia anorganica Delphininium praecipitant. — *Part. const.*: Carboneum, Hydrogenium, Oxygenium et Azotum, Pondera nondum satis definita. — *Vis*: Seminis (I. 331.) in statu concentratissimo! — Hucusque non pro medicamento adhibitum, nihilo tamen secius medicorum attentione dignum, summa autem cum circumspectione adhibendum.

DENTES APRI PRAEPARATI Ph. Wirtemb. Präparirte Schweinszähne. *Dents de Sanglier preparés*. — Parantur terendo Dentes in pollinem subtilissimum.

DENTIFRICIUM SICCUM seu Pulvis Sanguinis Draconis dentifricus Ph. Hispan. Zahnpulver mit Drachenblut. *Dentrifice sec.*

Rec. Cremor. Tartari, Sanguinis Draconis, Cornu Cervi usti albi ppt. āā Unc. semis, Caryophyllor. arom. Drachm. unam, Coccionellae

Scrup. unum. M., f. Pulvis subtilissimus. (V. etiam Pulvis.)

DEPILATORIUM de Colley. (Colley's Depilatory.) Sec. Rennie ex Hepate Sulphuris kalino et Calce constat. (V. etiam Rusma.)

DEUTO-ACETAS CUPRI, FERRI, MERCURII cet. v. nomina antiqua vel nomina Basium.

DEUTO-CARBONAS-, CHLORAS-, CHLORURETUM-, IODAS-, IODURETUM-, MURIAS-, NITRAS-, PHOSPHAS-, SULPHAS-, SULPHURETUM-, TARTRAS cet. v. pariter quaeque nomina antiqua vel Basium, vel Liquor, Solutio cet.

DEUTOXYCYANURETUM FERRI HYDRATUM = Coeruleum Berolinense.

DEUTOXYDUM ANTIMONII cet. v. quaeque nomina Basium vel nomina antiqua.

DEUTOXYSULPHURETUM POTASSII, SODII cet. v. Hepar Sulphuris.

DEXTRINUM. Dextrin. *Dextrine.* — Hoc nomine Amylum (I. 6.) quodammodo modificatum intelligitur, calefaciendo per breve tempus cum Aqua et pauxillo Acidi sulphurici ad 68° R. usque, praecipitando solutionem filtratam Spiritus Vini rectificatissimi ope et lavando praecipitatum Spiritu Vini, — vel tractando Amylum cum sedecima, usque ad decimam Partem Malti Hordei crassius moliti et in magna Aquae tepidae quantitate extenuati, calefaciendo miscellam per semihoram ad 56° R., denique ad 80° R. usque, decanthando, filtrando et evaporando liquorem clarum ad syrupi consistentiam, et siccando residuum lenissimo calore, obtentum. — Pulverem exhibet album impalpabilem, insipidum, vel massam magis cohaerentem; facilior est solutu in aqua tepida quam Amylum; solutio momento circularis polarisationis planitiem radiorum lucis summopere dextrorsum vertit, solutio concentrata inter refrigerationem gelatinam format, cum iodo colorem rubrum vel coeruleum assumit; ceterum, quoad proprietates, cum Amylo congruit. — Ad parandum Syrupum, Spiritum, cet. inservit. Gummi quoque loco tanquam medicamentum, ut pectorale cet., proponitur, et ad usum diaeteticum, parandos varios cibos, Amylo est praeferendum, quia purius.

DIACARION v. Roob Nucum.

DIACASSIA CUM MANNA v. Electuarium.

DIACELTATESSON Paracelsi v. Pulvis cornachinus.

DIACLYSMA ODONTALGICUM v. Tinctura.

DIACHYLON v. Emplastrum.

DIACODIUM v. Syrupus.

DIACODIUM seu DIACODION IN SOLIDO USITATUM Ph. August.

Rec. Sem. Papav. albi Unc. semis, Aq. Farfar. et Rosar. aa Unc. unam semis. Fiat Emuls., in qua solve Sacch. albiss. Unc. quatuor. Fiat Confectio in Rotulis. (Alia praecepta similia praeteream.)

DIACRYDIUM seu Diagrydium CYDONIATUM. Mit Quittensaft bereitetes Scammonium. *Diagrede cydonié.* — Uti Diacrydium glycyrrhizatum (v. sequens) paratur, Decocti Liquiritiae loco Succum Cydoniorum sumendo.

DIACRYDIUM GLYCYRRHIZATUM seu Liquiritia edulcoratum Ph. Wirtemb. Mit Süßholz bereitetes Scammonium. *Diagrede glycyrrhisé.* — Solvitur Libra dimidia Scammonii Aleppensis in mortario, sub perpetua agitatione, in Decocto Liquiritiae fervente, ex Unciis duabus Liquiritiae, in Aquae fontanae Libr. tribus, ad consumtionem Libr. dimidiae coctis, parato, solutio lactea a faecibus nigricantibus, per inclinationem mortarii, separatur atque lenissimo igne, vel in balneo, ad extracti consistentiam, evaporatur, residuum, leni calore exsiccatum, in pulverem teritur. — Si Decocti Liquiritiae loco Infusum Rosarum sumitur, DIACRYDIUM ROSATUM, mit Rosen bereitetes Scammonium, *Diagrede rosé,* quod vocant, paratur.

DIACRYDIUM (Diagrydion) seu SCAMMONIUM PRAEPARATUM.

Präparirtes Scammonium. *Scammonée preparée.* — Fit terendo Scammonii Haleppensis Frustula leni calore siccata, adjectis aliquot Amygdalis excorticatis, pulveris diffugium arcentibus, in pollinem subtilissimum.

DYACRYDIUM SULPHURATUM Ph. Wirtemb. Mit Schwefel bereitetes Scammonium. *Diagrede sulphuré.*

Rec. Scammonii electi Unc. tres. In pulverem teratur, et supra chartam albam, acu perforatam, tenuiter atque aequaliter expandatur, et supra cratem, cui carbo vivus sit subditus, in quem Sulphuris Uncia successive injiciatur, suffumigetur, et ne liquescat neque chartae adhaereat neque comburatur, spatula ferrea diligenter moveatur.

DYACYDONIUM AROMATICUM seu cum Speciebus Mesue, sec. Spielmannum.

Rec. Succi Cydonior. Unc. centum quadraginta quatuor, Sacchari albi Unc. duas et septuaginta. Coquantur ad consistentiam Syrupi tenuioris, cui clarificato et adhuc tepenti adjiciantur Pulverum Nuc. Moschat., Cinnamomi aa Unc. quatuor, Caryophyll., R. Zingiber., Calangae aa Unc. duae, Nardi Celtic., Pip. nigri, Macid., R. Zedoar., Cubebar., Cardamomi min. aa Unc. una. Probe misceantur.

DIACYDONIUM JALAPPINUM Spielmann.

Rec. Diacydonii simplicis Unc. duas et triginta, Resin. Jalappae, Nucleis Pineis tritae, Unc. duas. Diu inter se agitentur, ut aequaliter Resina per omne volumen Diacydonii dispergatur.

DIACYDONIUM LUCIDUM JALAPPINUM seu solutivum pellucidum Spielmann.

Rec. Diacydonii simplicis ad consistentiam cocti et adhuc tepentis Unc. quatuor et sexaginta. Commisceantur cum Resinae Jalappae in Spiritus Vini rectificati Unc. duodecim solutae

Unc. quatuor; effundantur in modulos et refrigeratum committatur scatulis. — Dispens. Brunsvic. Gelat. cydoniat. Libr. duas semis cum Resin. Jalappae Unc. quatuor in Spir. Vini rectificatissimi Unc. sedecim solutis misceri praescribit.

DIACYDONIUM SIMPLEX Galeni seu Gelatina Cydoniorum Spielm.

Rec. Cydoniorum, unde lintei ope omne tomentum ablatum fuit, Unc. centum viginti et octo. Scindantur in taleolas et omnia Semina inde auferantur; coquantur ex Aqua, dum emollita fuerint, committantur cum Aqua sacco et valde exprimantur; in liquore expresso dissolvantur Sacchari Unc. sex et nonaginta. Clarificentur aliquot Albuminibus Ovorum; liquor clarificatus leni calore evaporetur, dum aliquot ejus Guttae disco frigido instillatae in modum Gelatinae consistant, tunc committatur ollis, non nisi Gelatina refrigerata operiendis. (V. etiam Conserva, Miva et Panis.)

DIAGRYDIUM v. Diacrydium.

DIAMORON CUM MELLE v. Syrupus Rubi fruticosi.

DIANUCUM Ph. August. — Fit Succi Cort. Nuc. Jugl. virid. rec. cum dimidia Mellis Parte ad justam consistentiam coquendo.

DIAPHORETICUM JOVIALE est Antihecticum Poterii (p. 36.).

DIAPHORETICUM MARTIALE est Antimonium diaphoreticum et Bezoardicum martiale (p. 31 et 129.).

DIASATYRIUM v. Electuarium.
DIASCORDIUM v. Electuarium et Tinctura.
DIATESSARON v. Electuarium.

DIASTASIS. Diastase. *Diastase.* — Hoc nomine Substantia quaedam intelligitur novissimis temporibus prope germen Cerealium detecta; quae macerando Hordeum germinatum Aqua frigida, exprimendo et calefaciendo liquorem filtratum ad 56° R. usque, iterum filtrando et praecipitando Diastasin Alcoholis Vini ope obtinetur. — Pulvis albus et insipidus, Dextrino similis, praecipue facultate Amylum in Dextrinum immutandi insignis. — Qua de causa eo adhiberi potest. (V. Dextrinum.)

DIGESTIVUM ACRE Plenckii. — Miscella est Unguenti digestivi Unc. unius et Pulveris caustici Drachmae unius.

DIGESTIVUM LIQUEFACTUM Plenckii.

Rec. Terebinth. clarae Unc. duas, Vitelli Ovor. Unc. unam. Subactis admisce Mellis communis Unc. duas, Spirit. Vini Unc. sex, Aq. font. Unc. quatuor. Calefactum et probe mistum injiciatur. (V. etiam Balsamum Arcaei liquefactum p. 110.).

DIGESTIVUM SICCUM Plenckii = Colophonium pulveratum.

† DIGITALINUM. Fingerhutbitter. *Digitaline.* — Simili forsitan modo atque Cornium (p. 205.) tractando Herbam Digitalis obtinetur. — Principium medicatum Digitalis hucusque in statu purissimo nondum recognitum, quod magis investigetur meretur et medicorum attentione summopere dignum est.

DRACO MITIGATUS = Calomel (p. 146.).

DRACEAE Kyseri et VERMIFUGAE v. Pilulae et Trochisci. — De reliquis v. Tragea.

DRAUGHT COMMON BLACK v. Potio purgans.

DRINK, Young's PURGING v. Aqua laxans (p. 73.).

DROGUE AMÈRE Ph. anticholer.

Rec. Aloës Succotr. Libr. unam, Gumm. Myrrh., Mastich., Benzoës, Rad. Columb., Croci Anglic., Rad. Gentian. āā Unc. quatuor, Spir. Vini Libr. triginta sex, Spir. Juniper. Libr. duodecim. Macera per 40 dies et filtra. — Angli hoc nomine Tincturam intelligunt ex Justicia paniculata aliisque ingredientibus amaris cum Spiritu Vini paratam.

DROPS v. Guttae.

DROPAX ANTIPARALYTICUM v. Emplastrum piperitum.

DROPAX SIMPLEX. — Fit liquando Picis navalis cum quarta circiter Parte Olei cujusdam pingui leni calore et extendendo supra linteum. Applicatur adhuc calescens. (Alias pristinas formulas praetereamus.)

EAU D'ANGE DISTILLÉE Gray. — Fit destillando l. a. Benzoës Unc. duas, Storacis Unc. unam, Cinnamomi Drachm. unam, Caryophyllorum Drachm. duas, Rad. Calami Frustum et Sem. Coriandr. integri paullulum cum Aquae Octariis duobus. — EAU D'ANGE DISTILLÉE ET MUSQUÉE Gray similis est compositio, addita Moschi Folliculi Drachm. una. (V. etiam Aqua Angelica p. 43.)

EAU DE BOUQUET, DE HUSSON, JAVELLE, DE LUCE, DE MILLE FLEURS, SANS PAREILLE cet. v. quaeque Aquae.

EAU DE CREOLE. — Fit destillando Spiritum Vini supra Flores Mammeae Americanae.

EAU DE MARECHAL. — Miscella est ex Moschi Granis viginti, Ol. Bergamottae, Lavend., Caryophyllor. āā Unc. una, Essent. Ambrae gris. Unc. duabus, Ol. Sassafras Guttis quindecim, Ol. Origani Guttis viginti et Spiritus Vini rectif. Octariis quatuor. — Gray praeterea Ess. Violar. Unc. unam, Bergamottae, Caryophyll. āā Drachm. duas et Aquae Naphae Unc. octo, absque Moscho, addi praescribit. Praecepta inconcinna et dubia.

EBUR USTUM ALBUM seu Spodium et NIGRUM PRAEPARATUM. — Pari modo atque Cornu Cervi praeparatum parantur, quocum uti et cum Carbone Ossium omnino congruunt.

ECLEGMA v. Linctus et Looch.

ELAEOSACCHARA seu Oleosacchara. Oelzucker. *Oleo-Saccharums* ou *Sucres huilés.* — Parantur plerumque triturando Saccharum albissimum cum Quantitate definita Olei cujusdam aetherei, donec intime mixta sint, et pul-

verem subtilem aequabilem exhibeant. — Huiusmodi Elaeosacchara semper, si praescribuntur, ex tempore sunt paranda, quia tempore facile corrumpuntur. — Sic conficitur

ELAEOSACCHARUM ABSINTHII, Wermuth-Oelzucker, *Oleosaccharum d'Absinthe*, — terendo Sacchari Unc. unam cum Ol. Absinthii aetherei Guttis sedecim. — Eadem ratione paratur

ELAEOSACCHARUM ANISI. Anis-Oelzucker. *Oleosaccharum d'Anis.* — Ph. Argent., Disp. Brunsvic., Ph. Palat. et Wirtemb. formulae cum hac congruunt. — Ph. Borussic., Danica ed. prior., Hannov., Oldenb., Polonica et Slesvico-Holsat. ad Unc. unam Sacchari viginti quatuor Guttas Olei praescribunt. et rationem hanc in omnibus reliquis Elaeosaccharis observant. — Ph. Augustana, Austriaca, Helvet., Disp. Ratisb. cet. Grana viginti Olei sumi iubent et sic in ceteris. — Ph. Danica nova et Gallica octo tantummodo Guttas Olei ad Unc. unam Sacchari praescribunt, et sic in omnibus reliquis. — Ph. Bavarica ad unam Olei Partem undeviginti Sacchari Partes sumi jubet et sic in reliquis quoque Elaeosaccharis. — Ph. Suecica ad unam Sacchari Unc. quindecim Ol. aeth. Guttas praescribit; — SPIELMANNUS decem Guttas.

ELAEOSACCHARUM AURANTIORUM. Pomeranzen-Oelzucker. *Oleosaccharum d'Orange.* — Paratur etiam, desiderante medico, ut Elaeosaccharum Citri, deterendo epidermidem Aurantiorum cum Saccharo (v. infra.).

ELAEOSACCHARUM CAJEPUTI — pariter atque Elaeosaccharum Anisi paratur. — Uti et

ELAEOSACCHARUM CALAMI, Kalmus-Oelzucker, *Oleosaccharum de Calamus aromatique.*

ELAEOSACCHARUM CARDIACUM Ph. Helvet. — Fit miscendo Sacch. alb. Candi Unc. unam cum Ol. Cinnamomi Guttis viginti et Conf. Alkermes compl. Drachm. una.

ELAEOSACCHARUM CARVI, Kümmel-Oelzucker, *Oleosaccharum de Carvi.* — Uti Elaeosaccharum Anisi paratur.

ELAEOSACCHARUM CARYOPHYLLORUM. Nelken-Oelzucker. *Oleosaccharum de Girofles.* — Paratur terendo Olei Caryophyllorum Guttas octo cum Sacchari Unc. una. — Ph. Hass. El. duodecim Guttas Ol. ad Unc. unam Sacchari praescribit. — Ph. Austriaca, Borussica et reliquae uti Elaeosaccharum Anisi parari jubent.

ELAEOSACCHARUM CEPHALICUM Ph. Helvet. — Fit miscendo Sacchari Candi albi Unc. unam cum Ambrae gris Scrup. uno, Moschi opt. Scrup. semis, Ol. Caryophyll. et Cinnamomi āā Guttis decem.

ELAEOSACCHARUM CHAMOMILLAE. Kamillen-Oelzucker. *Oleosaccharum de Chamomilles.* — Uti Elaeosaccharum Anisi paratur.

ELAEOSACCHARUM CINNAMOMI. Zimmt-Oelzucker. *Oleosaccharum de Cannelle.* — Ex Oleo Cinnamomi Ceylanici et Saccharo uti Elaeosaccharum Caryophyllorum paratur. — Ph. Hass. El. pariter atque Elaeosaccharum Caryophyllorum sec. suam formulam et quidem et ELAEOSACCHAR. CINNAMOMI INDICI (Cassiae cinnamomeae) et CEYLANICI (acuti) parari praescribit. — Ph. Austr. Grana viginti quatuor Ol. Cinnamomi Indici, — Ph. Boruss., Oldenburg. et Slesvico-Holsat. totidem Guttas praescribunt. — Ph. Hannov. pariter, sed Ol. Cinnam. Ceylanici sumi jubet. — Ph. Argentorat. duas tantummodo Olei Guttas ad Unc. unam Sacchari praescribit. — Reliquae Pharmacopoeae, uti Elaeosaccharum Anisi parari suadent. (V. etiam Pulvis cordialis.)

ELAEOSACCHARUM CITRI. Citronen-Zucker. *Sucre d'Ecorce de Citron.*

Synon.: Elaeosaccharum Corticum seu Flavedinis Citri recentium. Citronenschalen-Zucker.

Rec. Citrea grandia, turgida, odoratissima, quantum vis.

Atterantur Sacchari frustis, cultri ope saepius partes Sacchari imbutas abradendo, donec tota epidermis cum particulis oleosis defricata sit, ita ut ex quolibet Citreo tres Elaeosacchari Unciae obtineantur; denique omnia in pulverem aequabilem terendo redigenda et Elaeosaccharum rite paratum in vasis bene clausis asservandum. — Pulvis flavescens, humidiusculus, odore gratissimo citreo, uti et sapore, simul dulci. — *Vis:* Corticis.

Elaeosaccharum parum aromaticum vel odore et sapore ingrato alieno rejiciatur.

Usus: In pulvere et solutione; ad parandam Limonadam cet. inservit.

Plures Pharmacop., ut Austriaca,

Gallica, Hannoverana, Palatina, Slesvico-Holsatica, Wirtemb. cet. praescribunt non nisi Citrea cum Sacchari frustis atteri, donec Saccharum satis impraegnatum sit, quod cultri opeabrasum in pulverem terendum. — **Ph. Bavaric.** et **Hass. El.** formula cum nostra congruit. — **Ph. Boruss. nova**, et **Danica** ex Oleo aethereo et Saccharo uti Elaeosaccharum Anisi parari jubent.

ELAEOSACCHARUM CROTONIS seu **Granorum Tiglii** Ph. Batav. — Fit triturando Olei Crotonis Guttam unam cum Elaeosacchari Cinnamomi Drachm. una. — HUFELANDIUS Ol. Crotonis Guttam unam cum Sacchari albi Drachmis duabus misceri praescribit.

ELAEOSACCHARUM ERRHINUM Ph. Helvet.

Rec. Sacchari albi Drachm. unam, Elaterii Grana quinque, Ol. dest. Majoranae et Ligni Rhodii āā Guttas duas. Misce exactissime. (V. etiam Pulvis sternutatorius albus.)

ELAEOSACCHARUM FOENICULI.

Fenchel-Oelzucker. *Oleosaccharum de Fenouil.* — Uti Elaeosaccharum Anisi paratur.

ELAEOSACCHARUM JUNIPERI. Wachholderbeeren-Oelzucker. *Oleosaccharum de Genièvre,* — pari modo paratur, — non minus

ELAEOSACCHARUM MACIDIS.

ELAEOSACCHARUM MENTHAE CRISPAE et MENTHAE PIPERITAE.

Krausemünze- und Pfeffermünze-Oelzucker. *Oleosaccharum de Menthe crépue et poivrée.* — Uti Elaeosaccharum Caryophyllorum parantur.—Pleraeque Pharmacopoeae uti Elaeosaccharum Anisi secundum ipsarum formulas parari jubent.

ELAEOSACCHARUM MYRRHAE v. Saccharum.

ELAEOSACCHARUM SALVIAE uti Elaeosaccharum Anisi paratur.

ELAEOSACCHARUM SASSAFRAS uti Elaeosaccharum Caryophyllorum paratur. — **Ph. Batav.** ad Sacchari Drachm. tres decem Olei Guttas sumi proponit. — GRAY Sacchari albi et Magnesiae albae āā Unc. unam cum Ol. Sassafras Guttis sedecim misceri praescribit.

ELAEOSACCHARUM SPERMATIS CETI Ph. Helvet.

Rec. Spermat. Ceti rec. Unc. semis, Rad. Irid. flor. Drachm. duas, Sacchari albi Unc. duas. M.; f. Pulv. subtilissimus.

ELAEOSACCHARUM SUCCINI. — Ex Oleo purissimo rectificato et Saccharo uti Elaeosaccharum Anisi paratur. — Pariter paratur

ELAEOSACCHARUM TEREBINTHINAE. (V. etiam Pulvis terebinthinatus.)

ELAEOSACCHARUM VALERIANAE.

Baldrian-Oelzucker. *Oleosaccharum de Valeriane.* — Pariter atque Elaeosaccharum Anisi paratur.

Reliqua **Elaeosacchara** ex Oleis aethereis, si desiderantur, simili modo parantur. Simul natura Olei aetherei consideranda, ita quidem Olei cujusdam peracris minus quam Olei mitioris sumatur. Melius autem semper erit, medicum ipsum Olei aetherei et Sacchari quantitatem definite praescribere.

ELAEOSACCHARUM VANIGLIAE

sec. Taxam milit. Badens. — Fit terendo Vaniglíae minutim concisae Drachm. semis cum Sacchari albi Unc. una, donec optime mixta sint.

†ELATERINUM. Elaterin, Eselskürbis-Bitter. *Elaterine.* — Obtinetur contundendo et exprimendo Cucumeres asininos fere maturos, evaporando succum expressum in balneo Mariae ad Extracti consistentiam, tractando hoc extractum Spiritu Vini rectificatissimo (0,825 p. sp.), abstrahendo Spiritum ex solutione clara et infundendo residuum, adhuc calens, in Aquam destillatam bullientem. Inter refrigerationem Elaterinum deponitur, quod primum Aqua, deinde Naphtha Vitrioli lavandum. — Prismata exhibet tenuissima, alba, sericea, vel pulverem crystallinum album; primum fere insipidum, post subacre, insolubile in aqua, facile solutu in spiritu vini; solutio neutralis sapore amarissimo gaudet, in aethere minus est solubile, solvitur etiam in oleis, praecipue adjuvante calore; in oleo vitrioli cum colore sanguineo solvitur; leni calore liquefit, calore auctiore partim sublimatur, partim destruitur. — *Part. const.* (?) — *Vis:* maxime drastica et emetica, in exiguis dosibus; Grani pars sedecima ad duodecimam partem jam sufficit; in majori dosi facile toxica, unde summa cum circumspectione administrandum!

†ELATERIUM seu **Extractum Cucumeris asinini** sive **Elaterii, Succus spissatus Momordicae Elaterii, Inspissamentum Cucumeris agrestis.** Eingedickter Eselskürbis-Saft oder Extract. *Extrait de Concombre sauvage.* — Est succus inspissatus seu Extractum methodo uti supra in parando Elaterio edoctum, obtentum. Hoc praeparatum etiam ELATERIUM NIGRUM appellatur. — Extractum exhibet virescente-fuscum, massae pilularis consistentia, sapore amarissimo. — ELATERIUM ALBUM autem est succus in decerptione Fructuum sponte ejaculatus, qui cribri ope a seminibus separatur et aëre libero, calore non adhibito, exsiccatur. — Massam exhibet subhyalinam albido-griseam, sapore plus acri et minus amaro, quam praecedentis. — Ambo *Vi* summopere drastica sunt praedita, quam Elaterino debent, et pariter in parva dosi caute sunt adhibenda!

ELECTRICITAS, MATERIA ELECTRICA. Electricität, electrische Materie. *Electricité.* — Vis nota, apparatu idoneo provocanda, ut medicamentum efficacissimum in casibus convenientibus permagni est momenti! — Machina ad provocandam Electricitatem communem cum requisitis necessariis in officinis plerumque non invenitur; medicum ipsum possidere, conducat, cui etiam applicandi modus plane relinquendus. (V. etiam Pila Galvanica.)

ELECTUARIUM ABSORBENS ET APERIENS Mitchill.

Rec. Salis Sodae dep., Carbon. vegetab. āā Drachm. unam, Elect. lenitiv. Unc. duas. M.

ELECTUARIUM ABSORBENS ET APERIENS Selle.

Rec. Electuar. e Senna, Pulp. Cass., Tamarind. āā Unc. unam, Tart. dep. Drachm. duas, Rad. Jalapp. Scrup. duos ad Drachm. unam, Syr. Cort. Aurant., Cinnam. āā Drachm. duas. M.; f. Elect.

ELECTUARIUM ABSORBENS ET APERIENS Sundelin.

Rec. Tart. natron. Unc. unam, Kali nitric. Drachm. unam ad duas, Pulp. Tamarind. Unc. unam semis, Oxym. simpl. q. s. Fiat Electuarium.

ELECTUARIUM ABSORBENS ET LAXANS Weikard.

Rec. Rad. Jalapp. Drachm. unam, Tart. dep. Drachm. tres, Succi Sambuci insp. Unc. duas. M.; f. Electuar.

ELECTUARIUM ACIDUM Fulleri. Fuller's saure Latwerge. *Electuaire acide de Fuller.*

Rec. Conservae Acetosellae Unc. unam semis, Rosar. rubrar., Cynosbati āā Unc. unam, Syr. Violar. Unc. semis, Ol. Vitrioli q. s. ad gratum saporem acidum. — Lewis Conservae Acetosellae Unc. unam, Pulp. Tamar. Unc. semis, Spir. Vitrioli q. s. ad gratum saporem acidum et s. q. Syr. Citri praescribit. — Ph. Hamb. p. p. ed. prim. Pulv. subtiliss. Chinae el. Unc. unam cum Spirit. Vitrioli Drachm. tribus irrorari et Mell. desp. Unc. quatuor addi praescribit.

ELECTUARIUM DE ACORO, DIACORI seu Pseudacori Ph. Wirtemb. cet. Acorus- oder Wasser-Schwertellatwerge, Magenlatwerge. *Electuaire Diacore.*

Rec. Rad. Pseudacori recentium, mediante instrumento culinari, quod scabinam (Reibeisen) vocant, in rasuram redactarum, Unc. sex. Coque in vase figulino, addita Vini rubri Libr. una, ad remanentiam Unc. decem, adde Sacchari albi Unc. triginta, Rad. Calami aromatici conditarum et minutim concisarum, Zinziberis, in India conditi et minutim incisi, āā Unc. quatuor, Cort. Aurantiorum condit., Cort. Citri condit. āā Unc. unam semis. Cardamomi min., Nuc. Moschat., Piper. longi āā Drachm. tres, Caryophyll. arom. Drachm. quinque, Cinnam. acuti Unc. unam, Conservae Rosar. Libr. unam. M.; f. Electuarium. (Alias pristinas formulas similes praetereamus.)

ELECTUARIUM ADSTRINGENS Bally.

Rec. El. Theriacae et Diascordii āā Unc. unam, Aq. Angelicae, Valerian. et Menthae āā Drachm. unam, Gummi Tragac. Drachm. semis, Syr. Chinii sulphurici q. s., ut f. Electuarium.

ELECTUARIUM ADSTRINGENS Barthez. sec. Richard.

Rec. Conserv. Rosar. rubr. Unc. quatuor, Syr. Bals. Tolutan. Unc. unam, Syr. Diacod. Drachm. duas. M.; f. Electuarium.

ELECTUARIUM ADSTRINGENS Bories. — Miscella est Bals. Locatell., Conserv. Rosar., Theriacae et Sem. 4 frigid. maj. āā Unc. unius.

ELECTUARIUM ADSTRINGENS Brera.

Rec. Chinae gris. pulv. Unc. unam, Bals. Tolut., Catechu āā Drachm. unam, Syr. e Rosis siccis q. s. M.; f. Elect. in 10 Partes aequal. dividendum, duabus vel tribus vel etiam quatuor vicibus quoque die sumendas.

ELECTUARIUM ADSTRINGENS Duhaume.

Rec. Aluminis Drachm. duas, Sang. Dracon., Extr. Chinae āā Drachm. unam, Cons. Rosar. rubr. Unc. semis, Syr. Corallini q. s., ut f. Elect. — St. Marie Alum. Drachm. unam, Catechu et Extr. Chinae āā Drachm. duas, Cons. Rosar. rubr. Drachm. sex et Syr. Corall., Granat., Cydon. aut Consolid. maj. q. s. sumi praescribit.

ELECTUARIUM ADSTRINGENS Fulleri, Confectio Rosarum rubrarum adstringens Ph. Hispan.

Rec. Conserv. Rosar. rubrar. Unc. duas, Electuar. Diascordii Unc. semis, Boli rubrae Drachm. duas, Sang. Dracon. Drachm. unam semis, Flor. Balaust. Drachm. semis, Ol. Nucist. dest. et Cinnamomi āā Guttas duas, Syr. e Rosis siccis Unc. unam. M. — Bories, Pierquin et St. Marie Conserv. Rosar. rubr. Unc. quatuor, Nitri Drachm. unam, Syr. Diacodii Unc. unam et Aq. Naphae Drachm. duas misceri proponunt.—In alia formula St. Marie Syr. Granati Drachm. duas Aquae Naphae loco et Nitri Scrup. duos praescribit, ceterum ut praecedens. — Ph. castrens. Lusit. Conserv. Rosar. rubr. Unc. duas et Nitri dep. Scrup. unum misceri jubet. (V. et Elect. Peruvianum adstringens.)

ELECTUARIUM seu OPIATUM ADSTRINGENS Richard.

Rec. Extr. Ratanh. Drachm. semis, Pulv. Catechu Scrup. unum, Syr. Diacod. Drachm. duas, Conserv. Rosar. rubr. Unc. quatuor. M.; f. Elect. (V. etiam Opiata.)

ELECTUARIUM ADSTRINGENS St. Marie.

Rec. Chinae pulv., Theriacae āā Unc. unam, Limat. Martis alcoh. Drachm. duas, Syr. Catechu vel Croci q. s. — Alia formula: Rec. Pulv. Rad. Lopez Drachm. duas, Conserv. Rosar. et Cynosbati āā Unc. duas, Syr. Gummi Arab. q. s., ut f. Elect. (V. etiam Opiata.)

ELECTUARIUM ADSTRINGENS Saunders.

Rec. Vitrioli coerulei Grana viginti, Opii puri Gran. unum, Boli Armenae et Catechu āā Drachm. unam semis. Syr. Myrtillor. q. s., ut f. Elect. — Aliud: Rec. Elect. Diascordii, Sang. Dracon. āā Drachm. sex, Alumin., Catechu, Cinnamomi āā Drachm. duas, Syr. simpl. q. s., ut f. Elect.

ELECTUARIUM ADSTRINGENS Swediaur.

Rec. Kino Drachm. sex, Aluminis, Cinnamomi āā Drachm. duas, Syr. simpl. q. s., ut f. Elect.

ELECTUARIUM ADSTRINGENS ET TONICUM Richard cum Elect. adstring. St. Marie prior. formul. congruit, nisi quod Syr. Catechu vel Croci loco Syr. Consol. maj. sumitur.

ELECTUARIUM ALBUM Bate.
Rec. Cerus. Antimon. Unc. quatuor, Sacchari albiss. Unc. duodecim, Syr. Rad. Eryngii Unc. quatuor vel q. s., ut f. Elect. albissimum.

ELECTUARIUM ALCALINO-FERRATUM Swediaur.
Rec. Aethiopis martialis Unc. semis, Salis Tartari Scrup. duos, Calcariae carbonic., Rad. Zinziber. āā Drachm. duas, Syr. Cort. Aurant. q. s., ut f. Elect.

ELECTUARIUM ALEXIPHARMACUM Petri de Sp. F. f.
Rec. Rad. Dictamni, Caryophyllat., Cyperi rot., Flor. Rosar., Hb. Rutae, Mastiches āā Unc. unam semis, Spic. Indic. Unc. unam, Rad. Asari, Bacc. Junip. et Lauri, Boli Armen., Pulv. liberant. āā Drachm. sex, Cinnamomi, Croci āā Unc. semis, Hb. Dictamni Cretici, Rad. Ireos flor. āā Drachm. tres, Agarici trochisc., Myrrhae āā Drachm. duas. Cont. omnia subtiliss., postea Rec. Caric. ping. Unc. novem, Nuc. Jugl. Unc. tres. Contundantur simul additoque modico Vini, trajiciantur per cribrum ad pultis consistentiam, deinde Rec. Sacchari opt. Libr. duas et Unc. novem, Mell. desp. Libr. tres. Coquantur simul in s. q. Aquae ad Elect. consist., tunc dilue Pulpam Ficuum et Nucum, Conserv. Rosar. rubr. liquid. Libr. unam semis, Theriacae Andromachi Unc. novem, Succi Absinthii insp. Unc. unam semis; deinde misceantur pulveres, in fine adde Ambrae gris. Drachm. unam, Moschi Scrup. unum. F. s. a. Elect.

ELECTUARIUM ALEXITERIUM Boerhaavii. — Miscella est Pulv. R. Contrajerv. et Serpentar. āā Drachm unius cum Confect. Zinzib. Drachm. sex, Alkermes Drachm. una et s. q. Syr. Cort. Aurant.

ELECTUARIUM ALEXITERIUM CAMPHORATUM Hoffmanni. — Similis est compositio atque Electuarium alexipharmacum; praeter talem ingredientium farraginem etiam Camphoram continet.

ELECTUARIUM ALKERMES Ph. August. cum Confectione Alkermes completa (p. 196.) congruit.

ELECTUARIUM DE ALOË, MURIATE HYDRARGYRI ET FERRI v. Electuarium mesentericum.

ELECTUARIUM DE ALLIO Manetti.
Rec. Digitos Allii rec. Nro. quatuor; frixis et cont. cum Melle et Mithridatii Drachm. duabus semis adde Sperm. Ceti, Bacc. Junip. āā Scrup. unum, Castorei Scrup. duos, Hb. Parietar. Scrup. unum, et Oxym. squillit. s. q.

ELECTUARIUM ALOËS COMPOSITUM v. Electuarium Hierae picrae.

ELECTUARIUM ALTERANS Saunders et Swediaur.
Rec. Aethiop. miner., Resin. Guajaci āā Unc semis, Pulp. Prunor. Unc. unam, Syr. simpl. q. s., ut f Elect. — Lewis Resin. Guajaci Drachm. duas, Antim. crudi ppt. Drachm. tres, Ol. Sassapar. Gutt. sex, Conserv. Rosar. rubr. Unc. unam semis et s. q. Syr. balsamici praescribit.

ELECTUARIUM AMARUM MAGISTRALE MAJUS Ph. Londin. prist.
Rec. Agarici albiss., Rad. Turpethi el., Spec. Hierae picrae simpl., Rad. Rhabarb. opt. āā Drachm. unam, Aloës el. Drachm. duas, Rad. Zinzib., Crem. Tartari āā Scrup. duos, Rad. Irid. flor., Farin. Sem. Foenic. dulc. āā Scrup. unum, Syr. rosat. solut. q. s., ut f. Elect. (Alias similes formulas praetereamus.)

ELECTUARIUM AMBROSIAE seu Ambrousia Ph. Persic.
Rec. Sem. Cumini nigri, Dauci, Xylobalsami, Cass. lign., Cardamomi, Flor. Schoenanthi, Sem. Apii āā Drachm. unam, Costi, Pip. albi et longi āā Drachm. semis, Myrrhae el. Drachm. tres, Bacc. Lauri Nro. decem, Rad. Acori et Croci āā Drachm. duas. F. cum s. q. Mellis Elect.

ELECTUARIUM AMMONII PYRO-OLEOSI Wollkopf. — Fit miscendo Sal. Corn. Cervi Drachm. duas et R. Valerian. Unc. unam cum Syr. simpl. Unc. tribus.

ELECTUARIUM ANACARDINUM Mesuez v. Confectio (p. 196.).

ELECTUARIUM ANALEPTICUM Fulleri. Fuller's stärkende Latwerge. *Electuaire analeptique de Fuller.*
Rec. Chocolad. pulv., Amygd. excort., Sacchari albi et Butyri rec. āā Unc. semis. Pinsendo omnia bene misceantur, tunc addantur Conservae Rosar. Unc. una semis, Succi Granorum Kermes Unc. semis, Opobalsami Scrup. duo, Syrupi balsamici Unc. duae. M. — Aliud ex Chocoladae Unc. duabus, Succi Gran. Kermes Unc. semis, Ambrae griseae, Saccharo tritae, Gran. octo, Ol. Cinnamomi Gutta una, Ol. Nucist. dest. Guttis duabus et Syr. balsamici Unc. duabus constat.

ELECTUARIUM ANODYNUM (vel potius AROMATICUM) Ph. Austr., Theriacae Andromachi (?) loco.
Rec. Pulv. Hb. Absinthii, Menthae pip., Salviae, Saturejae, Serpylli āā Unc. unam, Rad. Angelic., Serpent. Virg., Zinziber. āā Unc. semis, Cinnamomi, Caryophyllor., Nuc. Moschat. āā Drachm. duas, Mell. desp. q. s., ut f. Elect.

ELECTUARIUM ANODYNUM PRO INFANTIBUS seu antacidum Disp. Brunsvic.
Rec. Magnes. alb. Unc. unam, Pulv. Sem. Anisi Unc. semis, Syr. Cichorii cum Rheo Unc. tres. M., f. l. a. Electuarium. (V. etiam Electuarium pro Infantibus, mitigativum, Mithridaticum et Requies Nicolai.)

ELECTUARIUM ANT-ARTHRITICUM Ph. Hamb. p. p. ed. II. — Ex Pulv. Hb. Sabinae Drachm. una, Rad. Calami arom. Drachm. duabus et Mellis desp. Unc. duabus constat. (V. Electuarium antiarthriticum.)

ELECTUARIUM ANT-EPIDEMICUM Goddardi. — In capite rei cum Electuario opiato sive theriacali minus composito congruit.

ELECTUARIUM ANTHELMINTICUM Bloch.
Rec. Stanni limati Unc. unam, Pulv. R. Jalapp. Scrup. duos, Mellis dep. Unc. tres. M.; f. Elect.

ELECTUARIUM ANTHELMINTICUM Borims, Pierquin.

Rec. Vitrioli Martis fact., Helminthochorti ää Drachm. duas, Rad. Valer. silv. et Paeoniae ää Unc. semis, Fol. Aurant. Drachm. quinque, Aloës Drachm. unam, Syr. Paeoniae q. s., ut f. Elect.

ELECTUARIUM ANTHELMINTICUM Ph. Francof. p. p. — Miscella est ex Rad. Jalappae, Valer. opt. et Sem. Tanaceti ää Drachm. una et Oxym. squillit. Unc. tribus.

ELECTUARIUM ANTHELMINTICUM sec. P. Frank.

Rec. Sem. Santon. Drachm. unam, Rad. Jalapp. Drachm. semis, Vitrioli Martis fact. Gran. duodecim. M.; f. pulv. Divide in sex part. aequales cum Melle in Elect. redigendas.

ELECTUARIUM ANTHELMINTICUM Disp. Fuldens. et Ph. Rossicae.

Rec. Pulv. Rad. Jalapp., Valerian. silv. et Arcani dupl. ää Drachm. unam, Oxym. squillit. Unc. tres. M.; f. Elect. — Cadet, Ph. Gallic. ed. Fee, Ratier et Henry Arcani dupl. loco Cremor. Tartari praescribunt, ceterum cum hac formula congruunt.

ELECTUARIUM ANTHELMINTICUM Ferrarini. — Ex Sem. Cinae Drachm. duabus, Rad. Jalappae Drachm. una, Calomel. Gran. duodecim et s. q. Syr. Cinnamomi constat. — Taddei formula cum hac congruit. (V. etiam Electuarium anthelminticum Voglerи.)

ELECTUARIUM ANTHELMINTICUM Ph. Hamb. p. p. ed. II. — Ex Pulv. Rad. Valer., Sem. Cinae ää Drachm. duabus, Rad. Jalappae Scrup. duobus et Mellis Liquir. Unc. tribus constat.

ELECTUARIUM ANTHELMINTICUM Ph. Hannoveranae.

Rec. Pulv. Rad. Valer., Filicis Maris opt. virescentis, Sem. Cinae ää Drachm. tres, Mellis communis q. s., ut f. Elect.

ELECTUARIUM ANTHELMINTICUM Hensteri.

Rec. Mercurii vivi Unc. semis. Probe teratur cum Gummi Arabici Unc. una, affundendo paullatim Aquam fontanam, usque dum Mucilago surrexerit, in qua nulli ulterius Mercurii globuli appareant, tunc addantur Chinae tenuissime pulv. Unc. una, Syr. Menthae q. s. ad consist. Electuarii mollis.

ELECTUARIUM ANTHELMINTICUM Hufelandi Ph. p.

Rec. Pulv. Rad. Valer. Drachm. unam semis, Jalapp. Drachm. unam, Sem. Cinae Unc. semis, Tart. tartaris. Drachm. duas, Oxym. squillit. Drachm. sex; Syr. commun. q. s., ut f. Elect.

ELECTUARIUM ANTHELMINTICUM Jahn.

Rec. Aethiop. antim. Drachm. unam, Sem. Santon., Rad. Jalapp. ää Unc. semis, Oxym. squill. q. s., ut f. Electuarium.

ELECTUARIUM ANTHELMINTICUM seu vermifugum Disp. Lippiaci. — Ex Pulveris anthelmintici et Rad. Valer. ää Drachm. duabus, Oxym. squillit. Unc. una et Syr. Allii Unc. tribus constat. — Ph. Lusit. ed. Pinto Pulv. anthelmintici Drachm. semis et Syr. Cichor. comp. q. s. praescribit.

ELECTUARIUM ANTHELMINTICUM Marcus.

Rec. Pulv. Sem. Cinae, Rad. Jalapp., Valer., Kali sulphuric. ää Drachm. duas, Oxym. scillit. q. s., ut f. Electuarium. (V. etiam Electuarium Seminis Santonici.)

ELECTUARIUM ANTHELMINTICUM Mathieui. — Ex Limat. Stanni Angl. Unc. una, Pulv. Rad. Filicis Maris Drachm. sex, Sem. Cinae Unc. semis, Rad. Jalapp., Salis polychresti ää Drachm. una et Mell. commun. q. s. constat. — Aliud ex Pulv. Rad. Jalappae, Sal. polychresti ää Scrup. duobus, Scammon. Halepp. Scrup. uno, Guttae Granis decem et s. q. Mellis commun. constat. — Paris Limat. Stanni Unc. tres cum Conservae Rosar. rubr. Unc. semis et s. q. Syrupi misceri praescribit.

ELECTUARIUM ANTHELMINTICUM ROBORANS Ph. Hamb. p. p. ed. I.

Rec. Mercurii vivi Drachm. unam. Cum Gummi Arabici Scrup. duobus bene tritis, adde Pulv. Chinae fusc. opt. Unc. semis, Rad. Rhabarb. el. Drachm. semis, Mellis desp. Unc. tres.

ELECTUARIUM ANTHELMINTICUM Schubarth.

Rec. Pulv. Sem. Santonic. Unc. semis, Pulv. Rad. Valer. min. Drachm. duas, Pulv. Rad. Jalapp. Scrup. duos, Syr. Cort. Aur. q. s. M.; f. Electuarium molle.

ELECTUARIUM ANTHELMINTICUM Rosensteinii et Sellii seu Seminis Santonici Augustin.

Rec. Sem. Cinae Drachm. unam, Aethiopis miner. Drachm. duas, Syr. Rhei q. s., ut f. Elect. — Vel: Rec. Vitrioli Martis fact., Extr. Chinae ää Scrup. unum, Sem. Cinae Drachm. unam, Syr. Cinnam. q. s., ut f. Elect.

ELECTUARIUM ANTHELMINTICUM Störckii sec. Ph. Batav. ex Sal. polychrest., Rad. Jalappae et Valer. sylv. ää Drachm. una et Oxym. squillit. Unc. quatuor constat. (Conf. Electuar. anthelmint. Disp. Fuldens.) — Ph. Hamburg. p. p. ed. I. hoc nomine Pulv. Rad. Jalappae, Valerian. et Sal. Ammoniaci ää Drachm. unam cum Oxym. squillit. Unc. tribus misceri praescribit. — Ph. Hannov., Codex Hamburg. et Ph. Slesv.-Hols. Sem. Cinae pulv. Unc. unam, P. Rad. Valer. et Jalapp. ää Drachm. duas, Arcani dupl. Unc. semis et Oxym. squillit. Unc. quinque misceri jubent. — Augustin nomine ELECTUARII SEMINIS SANTONICI Sem. Cinae, Pulv. Rad. Jalapp., Valer. min., Natri sulphurici cryst. (vel Salis commun.) ää Drachm. unam cum Oxym. scillit. Unc. quatuor misceri praescribit.

ELECTUARIUM ANTHELMINTICUM Sundelin.

Rec. Sem. Santonic. Drachm. duas ad tres, Ferr. pulv. Scrup. unum, Rad. Rhei opt. Drachm. semis, Syr. simpl. q. s., ut f. Elect. molle.

ELECTUARIUM ANTHELMINTICUM seu contra Taeniam Thompson.
Rec. Ol. Terebinth. rect. Drachm. tres, Mell. crudi Unc. tres. M.; f. Electuarium.

ELECTUARIUM ANTHELMINTICUM Voglerі.
Rec. Pulv. Sem. Cinae el. Drachm. duas, Rad. Jalapp. Drachm. unam. Calomel. Gran. sex ad decem, Aq. Flor. Cassiae Drachm. semis, Syr. rosat. solut. seu Flor. Persic. q. s., ut f. Elect.

ELECTUARIUM ANTHELMINTICUM Van Mons. — Ex Calomel. Scrup. uno, Pulv. Rad. Rhabarb., Hb. Santolinae, Fell. Tauri insp. ãa Drachmis duabus, Conserv. Tanaceti et Absinthii ãa Unc. semis et Syr. simpl. q. s. constat. — Aliud ex Pulv. Rad. Jalappae et Rhabarb. ãa Part. una, Rad. Valer. Part. duabus, Arcani dupl. Part. quatuor, Hb. Santolin. Part. octo et s. q. Oxym. squillit. constat.

ELECTUARIUM ANTHELMINTICUM Ph. mil. Wurceb. — Ex Pulv. Rad. Valer. Drachm. una semis, Jalapp. Drachm. una, Sem. Cinae Unc. semis, Arcani dupl. Drachm. duabus, Oxym. squillit. Drachm. sex et Mell. desp. q. s. constat.

ELECTUARIUM ANTIARTHRITICUM Cadeti.
Rec. Cinnabaris Unc. unam semis, Conserv. Rosar. Unc. duas, Resin. Guajaci pulv. Unc. unam, Syr. Zinziber. q. s., ut f. Elect.

ELECTUARIUM ANTICACHECTICUM v. Electuarium antihaemorrhoidale.

ELECTUARIUM ANTICARDIALGICUM St. Mariе.
Rec. Pulv. Chinae Unc. unam, Camphorae, Myrrhae ãa Drachm. semis, Syr. Capit. Papav. et Menthae ãa Drachm. sex. M.

ELECTUARIUM ANTICHOLERICUM Wedekindii.
Rec. Gumm. Arab. pulv. Unc. duas. Solve in mortario lapideo in Aq. ebullient. s. q., adde Cerae flav., purae, rasae Unc. duas. Terantur inter se, usque ad perfectam mixtionem; deinde admisce Syr. Diacodii Unc. unam, Elix. acid. Dippelii vel Elix. Vitrioli Mynsichti q. s. ad gratam aciditatem. (V. etiam Electuarium Cerae.)

ELECTUARIUM ANTIDOTALE seu Antidotum Matthioli praeservativum.
Rec. Rad. Rhabarb. el., Rhapont. veri, Phu, Calami ar., Cyperi, Quinquefol., Torment., Aristol. rot., Paeon., Enul., Costi, Irid. Illyr., Chamaeleont. albi ãa Drachm. tres, Galang., Imperator., Dictamni albi, Angelic., Millefol., Filipend., Zedoar., Zingib. ãa Drachm. duas, Agarici Drachm. tres, Libanotidis Maris, Gentian., Succisae ãa Drachm. duas semis, Sem. Citri Mali, Vitic., Cocci infect., Fraxin., Oxalid., Pastinac. silv., Napi, Nigell., Paeon., Ocimi, Irion., Thlasp., Foenic., Ammii ãa Drachm. duas, Bacc. Lauri, Junip., Heder., Smilac. asper., Cubeb. ãa Drachm. unam semis, Hb. Scord., Chamaedr., Chamaepyth., Centaur. min., Stoechad., Nardi Celt., Calaminth., Rutae, Menth., Beton., Verben., Scabios., Card. bened., Melissophyll. ãa Drachm. unam semis, Dictamni Cret. Drachm. tres, Sampsuchi, Hyperici, Junci odor., Marrub., Galeg., Pimpin, Sabin. ãa Drachm. duas, Caric., Nuc. Jugland., Pistac. ãa Unc. tres, Mirobal. Embl. Unc. semis, Flor. Buglossi, Rosar., Lavend., Salviae, Anthos ãa Scrup. quatuor, Croci Drachm. tres, Cass. odor. vel Cinnam. opt. Drachm. decem, Caryoph., Nuc. Mosch., Macid. ãa Drachm. duas semis, Pip. nigri et longi, Santalor. omn., L. Aloës ãa Drachm. unam semis, Cornu Cervi crudi Unc. semis, Unicorn. Drachm. unam, Oss. Cord. cerv., Rament. Ebor., Virgae cervin., Castor. ãa Scrup. quatuor, Terr. Lemn. Drachm. tres, Opii, Margarit. Orient., Fragm. Smaragdi, Hyacinth. Corall. rubr. ãa Drachm. unam semis, Camph. Drachm. duas, Mastich., Styrac., Thuris, Myrrh., Gummi Arab., Tereb., Sagap., Opopan., Laserpitii ãa Drachm. duas semis, Moschi, Ambrae ãa Drachm. unam, Ol. Chalcanthini rite par. Unc. semis, Pulv. cordial. temperat., Diamargariti, Diamoschi, Diambrae, Elect. de Gemm., Pastill. Camph., Scill. ãa Drachm. duas semis, Pastill. Viperae Unc. duas, Succi Oxalid., Sonchi, Scord., Echii, Buglossi, Melissophylli ãa Libr. semis, Hypocist. Drachm. duas, Theriac. el., Mithridat. opt. ãa Unc. sex, Vini albi vet. odoratiss. Libr. tres, Sacch. Mader. vel Mell. opt. Libr. octo et Unc. sex. M.; f. l. a. Elect. — Si hujus Antidoti e. gr. Libr. semis cum Spirit. Vini Libr. duabus semis aliquamdiu digeratur et liquor filtratus cum Syrupi Cort. Citri Libr. semis misceantur, constituit AQUAM ANTIDOTALEM Matthioli. — ELECTUARIUM ANTIDOTALE seu Antidotum CURATIVUM Matthioli fit admiscendo Elect. antidotal. prior. Libr. uni, Camph. Unc. unam, Sulph. vivi ppt. Scrup. duos et Gran. quinque, Fol. Argenti sex et s. q. Syr. de Succo Citri. Alii addunt Boli Armen. Unc. semis. — Exemplum dare voluimus miscellae immensae ingredientium farraginis. — Alia autem praecepta similia, v. g. ad ANTIDOTUM Cortesii, Estrae, HAEMAGOGUM cet. praetereamus. (V. etiam Electuarium Mithridatium, Theriacae cet.).

ELECTUARIUM ANTIDYSENTERICUM seu ad Dysenteriam Cadet.
Rec. Cort. Angusturae ver. Unc. semis, Cinnamomi Drachm. semis, Mellis albi q. s. M. — Aliud ex Confect. Japonic. Unc. duabus, Bals. Locatelli Unc. una, Rad. Rhabarb. pulv. Unc. semis et s. q. Syr. Althaeae constat.

ELECTUATIUM ANTIDYSENTERICUM Heroldi sec. Reuss cum Electuario Cerae congruit, Syr. Rubi idaei loco Syr. simpl. sumendo et omisso Acido. — Lewis formula cum Electuario demulcente congruit.

ELECTUARIUM ANTIDYSENTERICUM seu stimulans Ph. Lusit. ed. Pinto.
Rec. Cort. Simarubae Drachm. sex, Catechu Drachm. duas, Rad. Hypecac. Gran. viginti, Opii, in Vino soluti, Grana viginti quatuor, Syr. Chinae q. s. ad Elect.

ELECTUARIUM ANTIEPILEPTICUM Disp. Fuldens.
Rec. Chinae rubr. alcoh. Unc. unam, Rad

Valer. Drachm. duas, Syr. Cort. Aurant. Unc. quinque. M., f. Elect. — Ph. Batav. sec. Meadium Chinam fuscam praescribit, ceterum cum hac formula congruit. — Ferrarini Chinae, Rad. Valer., Fol. Aurant. āā Unc. unam et Mell. desp. Unc. novem praescribit. — Bories et Pierquin Pulv. Chinae Drachm. unam, Rad. Valer. Gran. triginta, Visc. querni Gran. viginti, Cinnabar. Gran. decem et Syr. Cort. Aurant. q. s. sumi jubent. — Cadet Pulv. Chinae Unc. unam, Pulv. Stanni et Valer. āā Unc. semis cum s. q. Syr. simpl. in Elect. redigi suadet. — Ferrarini Chinae et Fol. Aurant. pulv. āā Unc. unam cum Mell. desp. Unc. novem misceri proponit. (V. etiam Electuarium Peruvianum antiepilepticum.)

ELECTUARIUM ANTIEPILEPTICUM seu antispasmodicum sive Conditum epilepticum Ph. Lusit. ed. Pinto.

Rec. Cort. Salicis Drachm. sex, Rad. Valer., Fol. Aurant. āā Drachm. duas, Cupri ammoniacal. Scrup. unum. M.; f. c. s. q. Syr. simpl. Elect. — Interdum Opium addi convenit. — Swediaur Rad. Valerian. et Fol. Aurant. āā Drachm. sex cum s. q. Syr. Absinthii misceri proponit. — St. Marie Rad. Valer. Unc. duas et Magnes. alb. Drachm. duas cum s. q. Syr. Paeoniae misceri suadet.

ELECTUARIUM ANTIFEBRILE Berra.

Rec. Pulv. Cort. Peruv. Unc. unam, Rad. Valer. silv. pulv. Unc. semis, Cort. Cinnam. Scrup. unum, Mell. opt. desp. q. s., ut f. Electuarium.

ELECTUARIUM ANTIFEBRILE VALIDIUS Berra.

Rec. Opii puri Gran. unum, Tartari emet. Gran. tria, Sal. Absinth. Scrup. duos. M. et tere simul, postea adde Chinae Chinae subt. pulv. Unc. unam semis, Syr. Absinth. q. s. M.; f. l. a. Electuarium. — Ferrarini Chinae Unc. unam, Sal. Tartar. et Ammoniaci simpl. āā Drachm. unam, Tart. emet. Gran. duodeviginti et Syr. Absinthii q. s. praescribit.

ELECTUARIUM ANTIFEBRILE Fr. Hoffmanni v. Electuarium Chinae.

ELECTUARIUM ANTIFEBRILE Herrmanni.

Rec. Pulv. Chin. fusc. Unc. unam, Rad. Calam. arom. Drachm. duas, Cort. Cinnam. Drachm. semis, Syr. Cort. Aurant. q. s. M.; f. Elect.

ELECTUARIUM ANTIFEBRILE, FEBRIFUGUM seu roborans Masdevalli sec. St. Marie.

Rec. Chinae pulv. Unc. unam semis, Mellis albi Unc. quatuor, Croci Martis aperitivi Unc. semis, Pulv. Valerianae Drachm. duas, Ocul. Cancri Drachm. unam, Syr. Absinthii q. s., ut f. Electuarium.

ELECTUARIUM ANTIFEBRILE Quarin.

Rec. Pulv. Chinae Unc. unam, Rad. Gentianae, Flor. Sal. Ammon. mart. āā Drachm. unam, Oxym. squillitici et Syr. 5 Rad. aper. āā q. s., ut f. Elect. — Aliud: Rec. Chinae pulv. Unc. unam, Sal. Ammon. Gran. viginti, Laud. liq. Syd. Guttas viginti et Mell. despum. q. s. — Ph. Lusit. ed. Pinto Chinae Unc. semis, Sal. Ammon. Gran. viginti et Mellis q. s. — Pierquin Chinae Drachm. duas, Salis Absinth. et Ammon., Sal. Martis Rivera. āā Gran. decem, Rad. Rhabarb. Gran. octo, et Syr. 5 Rad. aper. q. s. praescribit — Aliud ex Chinae Unc. una, Magnes ustae Drachm. sex, Caryophyllor. arom. Drachma una et Syr. commun. s. q. ad Elect. constat.

ELECTUARIUM ANTIFEBRILE Richard.

Rec. Cort. Chin. reg. Unc. duas semis, Sal. Ammon. Drachm. duas, Mell. puri, Syr. Cort. Aurant. āā Unc. duas. M.

ELECTUARIUM ANTIFEBRILE Sundelin.

Rec. Sal. Ammon. dep. Drachm. duas, Flor. Chamom., Rad. Calam. arom., Cort. Salic. pentandr. āā Drachm. tres. M.; f. cum Mell. dep. q. s. Elect.

ELECTUARIUM ANTIFEBRILE Ph. Ticinensis. — Miscella est ex Pulv. Chinae fusc. Unc. semis et Mellis desp. Drachm. decem.

ELECTUARIUM ANTIFEBRILE Tailleri.

Rec. Pulv. Chinae opt. Unc. unam, Flor. Chamom. vulg. Drachm. duas, Nitri depur., Diaphoretici (seu Bezoardici) martialis āā Drachm. unam, Syr. Cort. Aurant. q. s., ut f. Elect. (Alias similes pristini temporis formulas, sed magis complicatas, praetereamus.)

ELECTUARIUM ANTIHAEMORRHOIDALE Cadet.

Rec. Mannae in Lacrymis Unc. duas, Arcani duplicati, Nitri, Lact. Sulphuris āā Drachm. duas, Mellis albi q. s., ut f. Elect.

ELECTUARIUM (OPIATA) ANTIHAEMORRHOIDALE seu anticachecticum Cadet et Swediaur.

Rec. Pulv. Rad. Enulae et Foenic. āā Unc. tres, Piper. nigri Unc. unam, Sacchari albi et Mellis āā Unc. duas. Misce.

ELECTUARIUM ANTIHAEMORRHOIDALE Van Mons.

Rec. Fol. Sennae, Flor. Sulphuris, Cremor. Tartari āā Part. unam, Mannae el. Part. sex, Pulp. Tamarind. Part. octo, Syr. Sennae q. s., ut f. Elect. — Gray Flor. Sulph. et Crem. Tartar. āā Unc. unam, Rad. Zinziber. Drachm. unam semis, et Confect. Sennae Unc. quatuor misceri proponit. (V. etiam Confectio Sennae composita p. 199.)

ELECTUARIUM ANTIHERPETICUM seu ad Herpetem Bories.

Rec. Mercurii vivi Scrup. unum, Flor. Sulphuris, Reguli Antimonii āā Unc. semis, Extr. Dulcamarae et Pulsatillae nigric., Pulv. Hb. Jaceae āā Drachm. duas, Camphorae Drachm. unam, Syr. Fumar. q. s., ut f. Elect. — Aliud ejus et Pierquini sec. Fouquet. Rec. Merc. sublimati corros. Gran. tria, Antim. crud. pulv. Unc. semis, Extr. Fumar. Unc. unam, Resin. Guajaci Unc. semis, Syr. Cort. Aurant. q. s., ut f. Elect. — Aliud ex Tartari emetici Grano uno et Extr. Rhois Toxicodendri Granis quinque constat. — Aliud Pierquini sec. Fages ex Tartari emetici Gran. decem et Extr. Dulcamarae Drachm. semis constat.

ELECTUARIUM ANTIHYDROPHOBICUM seu antilyssicum Blüchuri sive Strackwitzii.
Rec. Nuc. Jugl. matur. Nro. triginta, Herb. Rutae Man. unum, Mellis Unc. octo (Mensur. semis sec. Blücher.) Misce terendo optime. (V. etiam Electuarium Meloës proscarabaei.)

ELECTUARIUM ANTIHYDROPICUM Sundelin.
Rec. Calcar. muriat. sicc. Drachm. unam, Pulv. Rad. Calam. arom. Drachm. tres, Rad. Seneg. Drachm. unam semis, Oxym. squillit. q. s. M.; f. Electuarium.

ELECTUARIUM ANTIPHTHISICUM Timaei.
Rec. Conserv. Rosar. rubr. Libr. semis, Cons. Hederae terrestr. et Rad. Symphyti āā Unc. tres, Pulv. Haly Abbat. Unc. unam, Fungi Salicis Drachm. duas, Extr. Liquir. Drachm. tres, Farfar. Drachm. duas. M.; f. c. s. q. Syr. pectoral. Timaei Elect. (Alias pristinas formulas praeteream us.)

ELECTUARIUM ANTIRHEUMATICUM = Chelsea Pensioner (p. 175.).

ELECTUARIUM ANTISCORBUTICUM Gutteni.
Rec. Tuberum Solani tuberosi Part. centum, Pulv. Chinae Part. sex, Aquae Part. centum. Terantur simul in pultem et trajiciantur per cribrum, tunc admisceantur Syr. Sacchari Part. viginti quinque.

ELECTUARIUM ANTISCORBUTICUM Van Mons.
Rec. Cinnamomi, Sem. Sinap. nigri āā Part. unam, Cort. Aurant. exter. rec. defricat., Extr. Trifol. fibrini āā Part. duas, Conservae Beccabungae, Cochleariae, Nasturt. aquat., Raphani āā Part. tres. Misce l. a. exactissime. (Alia praecepta similia praeteream us; v. etiam Electuarium Cochleariae cum Calamo aromatico.)

ELECTUARIUM ANTISCROPHULOSUM v. Electuarium ad Scrophulos.

ELECTUARIUM ANTISPASMODICUM v. Electuarium antiepilepticum et Peruvianum antiepilepticum.

ELECTUARIUM ANTISYPHILITICUM Lebrecht.
Rec. Mercurii vivi puri Unc. semis, Spermat. Ceti Unc. unam semis. Tere inter se in mortario calefacto et adde Pulv. Gummi Arabici, Syr. Alth. āā Unc. semis.

† ELECTUARIUM ANTISYPHILITICUM EXTERNUM Lebrecht.
Rec. Merc. subl. corros. Gran. sex, Extr. Cicutae, Chamomill. āā Drachm. duas, Tinct. Opii simpl. Drachm. unam, Mell. rosat. Unc. unam.

† ELECTUARIUM ANTISYPHILITICUM seu cum Hydrargyro muriatico Stollii.
Rec. Merc. subl. corros. Gran. tria. Solve in pauxillo Aq. dest., adde Extr. Gratiol. Drachm. tres, Roob Sambuci Unc. tres. M.; f. Elect.

ELECTUARIUM APERIENS Ph. Danicae. ed. secund. Miscella est ex Pulpae Tamarind. Drachm. sex, Pulv. Fol. Sennae Drachm. tribus, Tartari tartaris. Drachm. semis, et Syr. Mannae Unc. una semis. (V. etiam Electuarium lenitivum.)

ELECTUARIUM APERIENS ANTIHYDROPICUM v. Electuarium deobstruens.

ELECTUARIUM APHRODISIACUM St. Marie.
Rec. Confect. Alkermes Unc. unam semis, Elect. Theriacae Drachm. sex, Confect. Hyacinth. Drachm. tres, Trochisc. Viperar., Boracis āā Drachm. duas, Tinct. Ambrae liquid. Guttas triginta, Syr. Zingiber. q. s., ut f. Elect. (V. etiam Electuarium diasatyrium.)

† ELECTUARIUM ARISTOTELICUM Ph. Persicae.
Rec. Opii Unc. semis, Succ. Acaciae et Piper. āā Drachm. decem, Rad. Pyrethri Drachm. tres, Sem. Amomi Drachm. viginti, Cass. lign. Unc. semis, Croci Drachm. tres, Sulph. citrini Drachm. decem, Euphorbii Drachm. tres, Spic. Indic. Drachm. decem. M.; f. cum s. q. Mellis Electuarium.

ELECTUARIUM (FLORUM) ARNICAE Augustin.
Rec. Summit. Arnicae Drachm. tres, Pulv. Cort. Chinae Unc. semis, Rad. Serpent. Virg. Drachm. tres, Syr. Cort. Aurant. Unc. sex. F. Elect.

ELECTUARIUM AROMATICO-OPIATUM et AROMATICUM CUM OPIO v. Electuarium opiatum et Theriaca.

ELECTUARIUM AROMATICUM seu stomachicum Ph. Borussic. ed. secund.
Rec. Pulv. Hb. Menth. pip. Unc. duas, Rad. Calami et Cinnamomi Indici āā Unc. unam, Rad. Zedoar. et Caryophyllor. āā Unc. semis, Mellis desp. Unc. quindecim vel q. s. ad Elect. (V. etiam Electuarium anodynum et stomachicum.)

ELECTUARIUM AROMATICUM Ph. Edinburg. cet. — Miscella est Pulv. aromatici Edinb. Part. unius et Syr. Cort. Aurant. Part. duarum. — Ph. Dublin. Pulv. Cinnamomi, Nuc. Moschat. āā Unc. semis, Sacchari albi et Croci āā Unc. unam, Cardam. min., Caryophyllor. āā Drachm. duas, et Cretae praecip. Unc. duas, cum s. q. Syr. Cort. Aurant. misceri praescribit. — Van Mons formula in summa rei cum hac congruit. — Brugnatelli Conserv. Cort. Aurant. Unc. tres, Cinnamomi, Nuc. Moschat. āā Unc. semis, Croci et Rad. Zinziber. āā Drachm. duas, Sacchari albiss. Unc. unam cum s. q. Syr. Cort. Aurant. misceri proponit. — Swediaur sec. pristinam Ph. Edinb. Conserv. Cort. Aurant. Unc. tres, Conserv. Nuc. Moschat. Unc. unam semis, Cons. Zingiberis Drachm. sex, et Cinnam. pulv. Unc. semis cum Syr. Cort. Aurant. q. s. misceri suadet. (V. etiam Confectio aromatica et cordialis, et Electuarium cum Chamomilla.)

ELECTUARIUM ASTHMATICUM Bate.
Rec. Flor. Sulphur. Unc. tres, Cinnamomi Drachm. unam, Croci Drachm. duas, Moschi Gran. sex et Mell. desp. Unc. sex vel q. s. ad Elect.

† ELECTUARIUM ATHANASIAE seu ATHANASIA MAGNA Nicolai Ph. Augustan.
Rec. Cinnamomi, Cass. lign. āā Drachm.

tres et Gran. septem, Croci, Schoenanthi, Styrac. Calam., Opii, Rad. Phu, Betonic., Sem. Hyosc., Seseleos, Apii, Dauci, Anisi āā Gran. nonaginta tria, Spic. Ind., Rad. Symphyti, Enul., Acori, Asari, Mei, Cort. Rad. Mandragor., Folii, Hb. Polii, Bacc. Lauri, Piper. albi et longi, Castorei, Myrrhae, Mumiae, Sang. Dracon., Boli Armen., Carabe, Corall. rubr., Lapid. Haematit. āā Drachm. semis, Sem. Oxyacanthae (Berberis) Unc. duas, Plantag. min. Grana sexaginta quatuor, Sem. Petrosel. Drachm. semis, Bacc. Myrti, Flor. Rosar. āā Gran. sexaginta quatuor, Succi Plantag. Unc. tres, Succ. Hypocyst., Acaciae et Oxyacanthae āā Unc. duas, Mellis Triplum. F. l. a. Electuarium. (Alia praecepta vetusta ad parandas Athanasias praetereamus.)

ELECTUARIUM AUREUM seu AUREA ALEXANDRINA Nicolai.

Rec. Rad. Asari, Carpobalsami āā Drachm. duas semis, Caryophyllor., Opii, Myrrhae, Rad. Cyperi rot. āā Drachm. duas, Sem. Hyoscyami albi Drachm. duas semis, Seseleos, Sinapis, Saxifrag., Anethi, Anisi, Cardamomi min., Folii, Salviae, Opobalsami, Cinnamomi, Cass. lign. verae, Costi veri, Rad. Mei, Zedoar., Zinzib. Euphorb. ppt., G. Tragac., Thuris masculi, Styrac. Calam., Corall. āā Drachm. unam, Aliptae moschat., Rad. Rhabarb. aut Rhapont. veri, Galang., Spic. Indic., Rad. Paeon., Eryngii, Acori veri, Aristoloch. long., Gentian., Phu, Cort. Rad. Mandragor., Sem. Ligustici, Rutae, Sisoni seu Amomi vulgaris, Carvi, Amomi veri, Petros. Maced., Ammeos, Dauci Cret., Anacard. ppt., Bacc. Lauri, Pip. longi et albi, Fl. Rosar. rubrar., Hb. Thymi, Pulegii, Chamaedryos, Ligni Aloës, Xylobalsami vel Santal. citrini, Castorei, Opopanacis, Mastiches, Sulphuris vivi, Margarit. alb., Blattae Byzantin., Ossis de Corde Cervi āā Grana triginta tria, Folia Auri Nro. viginti quinque, Fol. Argenti Nro. duodecim, Limat. Eboris, Rad. Calami arom. et Pyrethri āā Gran. novem, Mellis Triplum. F. l. a. Elect. — Hoc et praecedens Electuarium exempla sunt cumuli ingentis ingredientium, passim quam maxime contrariorum! in capite rei cum Electuario antidotali, Theriaca et similibus compositionibus congruunt.

ELECTUARIUM E BACCIS LAURI RHAZIS v. infra (p. 270.).

ELECTUARIUM BALSAMICUM Ph. Hamb. p. p. ed. pior. — Miscella est Extr. Millefol. Drachm. trium, Bals. Peruv. Drachm. unius cum s. q. Vitell. Ovi subact., et Mell. desp. q. s. ad Elect.

ELECTUARIUM BALSAMICUM ADSTRINGENS Baera.

Rec. Conserv. Rosar. Unc. quatuor, Syr. Bals. Tolut. Unc. unam. M.; f. Elect.

ELECTUARIUM BECHICUM Ph. Gallic. ed. Fer.

Rec. Mannae el. Unc. unam, Aq. Naphae q. s., ut Manna triturando in mortario marmoreo mollis fiat; tere continue et adde Pulv. Gummi Arabici Unc. semis, Extr. Liquirit. mollis Drachm. unam, Syr. Capill. Vener. q. s. M.

ELECTUARIUM BENEDICTAE LAXATIVAE. V. Benedicta solutiva Nicolai (p. 129.).

ELECTUARIUM BEZOARDICUM DE SEPTEM RADICIBUS ET SEPTEM HERBIS Georgii Morali.

Rec. Rad. Angelic., Torment., Enul., Imperator., Anthorae, Zedoar. et Contrajervae āā Unc. unam, Hb. Rutae hort., Scord., Card. bened., Cent. min., Anthos, Dictamni Cretici, Absinthii āā Drachm. sex, Mellis albi puri, in quo tribus vicibus per totam noctem sint infusi Hb. Melissae rec. non conquass., Flor. Calendulae, Cort. exter. Citri rec. āā Man. unus, posteaque colati et ad consist. convenientem cocti Libr. duas semis. M.; f. l. a. Electuarium. (Alias formulas ad paranda Electuaria bezoardica praetereamus.)

ELECTUARIUM BOLETI SUAVEOLENTIS Augustin.

Rec. Boleti suaveol. (Fungi Salicis) Unc. semis, Syr. (vel Mellis) q. s. ad Electuarium.

ELECTUARIUM EX BOLO ARMENA Hoffmanni.

nor. Damasc. ãã Nro. viginti, Tamarind. Unc. duas, Hb. rec. Ling. cerv. Unc. unam semis et Mercurial. Unc. quatuor, Flor. Viol. rec. Unc. quinque (vel harum loco Sem. Viol. Unc. unam) et R. Liquir. Unc. unam in s. q. Aquae ad Libr. quinque reman. coqui, tunc addi praescribit Fol. Senn. Unc. duas, Sem. Foenic. dulc. Drachm. duas. Colat. Libr. tres cum Sacch. Libr. duabus semis coquantur in Syrupum, in quo diluantur Pulp. Prunor. cum Parte una decocti superstitis coctorum et trajectae Pulp. Tamar. cum reliquo decocto paratae, Cassiae ãã Unc. sex, Fol. Senn. pulv. Unc. quinque, Sem. Anisi pulv. Drachm. duas, ut f. Elect. — Ph. Gallic. formula cum hac congruit, nisi quod Sebestenar. loco Passul. min. et quidem uti et Prunor. et Jujub. ãã Unc. unam semis, et insuper Fruct. Tamarind. Unc. duas, porro Pulp. Cass. et Tamar. ãã Unc. novem praescribit, Pulp. Prunor. autem omittit et Sem. Foenic. pariter atque Anisi in pulvere addi praescribit. — Ph. Sardoa Rad. Polypod. querni cum Aq. Libr. sex ad Dimidium coqui, sub finem addi praescribit Hb. Mercurial. Man. tres et in colat. coqui Prunor. dulc. enucl. Unc. sex, quae in pulpam redigenda, porro Fol. Senn. el. Unc. duas cum Aq. bull. Libr. duabus per 6 horas macerari et in colatura solvi Sacch. albi Libr. duas, solutionem ad Syrupum evaporari, in quo diluendae Pulp. Prunor. modo memorato parat., Pulp. Tamarind. et Cass. ãã Unc. sex, tunc igne blando humidum superfluum evaporando consumi et denique admisceri Conserv. Violar. Unc. sex et Pulv. Fol. Senn. Unc. unam semis. — Van Mons Rad. Liquir. Unc. unam, Polypod. et Fol. Senn. ãã Unc. duas in Succi Mercurial. dep. Unc. octo et Aquae Unc. duodecim suffic. infundi et in colat. expressa Passul. min. cont. Unc. quatuor dilui, tunc Sacch. crudi (Cassonade) Unc. quadraginta solvi, adhuc calens colari, liquorem ad Roob spissitud. coqui, tunc Pulp. Prunor. Unc. quatuor, Cass. et Tamarind. ãã Unc. septem addi, iterum ad Elect. consist. evaporari et postremo admisceri praescribit Pulv. Sem. Anisi et Foenic. ãã Drachm. duas. (Reliquas, a prima parum discedentes, formulas praetereamus. Conf. etiam Confectio Sennae, Electuarium aperiens, Cassiae, catholicum et refrigerans.)

ELECTUARIUM LENITIVUM PRO PAUPERIBUS Ph. Batav. et Gray. — Miscella est Pulp. Prunor. Unc. unius cum dimidia, Fol. Senn. pulv. et Crem. Tart. ãã Drachm. unius cum dimidia et s. q. Syr. simpl.

ELECTUARIUM LENITIVUM Plenckii.
Rec. Fol. Sennae Unc. quatuor, R. Liquir. Unc. duas, Sem. Coriandri Unc. unam. Infund. per noctem s. q. Aq., ut fiat colat. Libr. quinque, quibis add. Pulp. Prunor. Libr. una, Cassiae et Tamarind. ãã Libr. semis, Sacchari albi Libr. sex. Coq. ad Elect. consist.

ELECTUARIUM LENITIVUM CUM SULPHURE ad MORBOS PSORICOS Richard sec. Spielmann. — Miscella est Elect. lenitiv. Florenzolae Unc. quatuor et Flor. Sulph. Unc. unius.

ELECTUARIUM LIMATURAE FERRI v. Electuarium chalybeatum.

ELECTUARIUM LITHONTRIPTICUM Bate.
Rec. Terebinth. Venet. Unc. duas, Vitell. Ovor. Nro. duo. Exactiss. mixtis adde Pulv. Sem. Bardan., Milii Solis ãã Unc. unam, Alkekeng. Drachm. tres, Lap. Judaici, Drachm. sex, Syr. de Althaea q. s.

ELECTUARIUM MAGNANIMITATIS Ph. Augustan.
Rec. Elect. Diasatyrii Unc. unam semis, Diacori Drachm. tres, Nuc. Indic. cond., Rad. Satyrii cond., Spec. Diatrion. pipereon, Confect. Anacard. ãã Drachm. duas, Pistach. mund., Pinear. ãã Unc. unam semis, Sem. Erucae, Urtic., Pastinac. ãã Drachm. unam semis, Carnis Scincor. Drachm. duas, Cardam. min., Boracis Venet. ãã Drachm. duas, Cantharid., ablatis alis et capitibus, Nro. duodecim, Moschi Gran. quinque, Priapi Tauri et Cervi, Testicul. Equi ãã Drachm. unam semis, Ambrae Gran. tria. M.; f. cum Brodio Nuc. Moschat. Indic. Elect. (Alias similes formulas pristinas, ridiculas atque damnosas, praetereamus.)

ELECTUARIUM seu Pulticula DE MANNA Ph. Palat., Wirtemb. cet.
Rec. Mann. el. et Sacch. albi ãã Unc. duas. Solve in Aq. Acac. Unc. duabus, per linteum colatis adde Rad. Irid. flor. subt. pulv. Drachm. unam, Ol. Amygd. dulc. Unc. unam. M. exactiss. — Spielmannus Aq. Acaciar. loco Aquam Rosar. praescribit, ceterum ut praecedens. — Ph. Fennic. et Suecic. Aquam Foenic. praescribit, ceterum pariter cum data formula congruunt. — Van Mons Mann. dep. Part. tres cum Ol. Amygd. dulc. et Syr. Mann. ãã Part. una misceri suadet.

ELECTUARIUM MARTIALE Mellin sec. Reuss. — Miscella est Alcoh. Limat. Martis Unc. unius, Pulv. Hb. Rutae et Sem. Anis ãã Unc. semis cum s. q. Mellis. (V. etiam Electuarium chalybeatum.)

ELECTUARIUM MELOËS MAJALIS vel proscarabaei seu contra Rabiem caninam Augustin.
Rec. Meloas maj. Nro. septem, Elect. Theriac. Unc. semis, Sal. Corn. Cervi Drachm. duas, Camph. Drachm. unam, Spir. Mindereri Unc. octo. M. l. a. — Ph. Wirtemb. Proscarabaeos, forcipe caute prehensos, ne succi flavi exsudantis jactura fiat, resectis capitibus, in vasculum melle repletum injectos Nro. viginti quatuor minutim conscindi, cum Theriac. Unc. duabus, Pulv. subt. Ligni Taxi Drachm. duabus, Rad. Serpent. Virg. Drachm. una et Spong. Fraxini Gran. viginti, una cum Melle, in quo Proscarabaei enecti sunt, l. a. misceri et in Elect. redigi praescribit. Praeter Meloën Proscarabaeum etiam Meloë majalis adhiberi potest. (V. supra.) — Ph. Batav. formula sec. Niemann. cum hac congruit, nisi quod Ligni Taxi loco Lignum Ebeni (false, ut verisimile) et Spong. Fraxini loco Fungum Sorbi sucup. sumi, et insuper addi praescribit Limat. Plumbi Drachm. unam; Theriacae loco etiam Roob Sambuci substitui permittit. — Dehne

Meloës majal. unam, minatim conc., cum s. q. Mellis Meloarum in pulpam redigi et addi praescribit Theriac. ANDROMACHI Gran. quadraginta, Ol. Meloarum infusi Gutt. sex, Ligni Ebeni pauxillum et Roob Sambuci q. s.

ELECTUARIUM (seu OPIATA) MESENTERICUM sive de Aloë, Muriate Hydrargyri et Ferro Ph. Gallic.

Rec. Pulv. G. Ammoniaci Unc. semis, Fol. Senn. Drachm. sex, Calomel., Rad. Ari, Aloës āā Drachm. duas, Pulv. de Tribus et Rhabarb. el. āā Drachm. tres, Lim. Mart. alcoh. Unc. semis; contritis adde Syr. de Pomis comp. q. s., ut f. Elect.

ELECTUARIUM MIMOSAE CATECHU v. Confectio Japonica, Electuarium Catechu, Diascordii et sedativum adstringens.

† ELECTUARIUM MITHRIDATIUM seu mithridaticum DAMOCRATIS Ph. Wirtemberg., Confectio seu Antidotus mithridatica. Mithridat. *Mithridate* ou *Antidote.*

Rec. Rad. Aristol. rot. ver., Phu Pont. āā Unc. quatuor semis, Calami ar. Unc. quinque et Drachm. tres, Gentian. Unc. septem semis, Mei athamant. Unc. tres et Drachm. sex, Zingib. albi Unc. quindecim, Hb. Dictamni Cret. Unc. septem semis, Polii mont., Scord. Cret. āā Unc. decem semis, Fol. Indor. Unc. duodecim, Flor. Hyper. Unc. tres semis, Stoechad. Arab. Unc. duodecim, Rosar. rubr., Spicae Celt. āā Unc. septem semis, Nardi Ind. Unc. quindecim, Schoenanthi Unc. tredecim, Sem. Thlasp. Unc. quindecim, Sesel. Unc. duodecim, Dauci Cret. Unc. decem semis, Petrosel. Maced., Foenic. āā Unc. septem semis, Anisi Unc. quatuor semis, Bacc. Junip. Unc. unam, Pip. longi Unc. duodecim, Pip. albi, Carpobals. āā Unc. decem semis, Cardam. min. Unc. septem semis, Croci opt. Unc. quindecim, Cinnam. Unc. quindecim semis, Costi veri Unc. duodecim, Cass. lign. Unc. decem semis, Agarici troch. Unc. quindecim, Castor. Unc. duodecim, Stinci mar. Unc. tres semis, Myrrh. el. Unc. sedecim, Olibani Unc. quindecim, Bdellii Unc. decem semis, G. Arab. Unc. septem semis. Radices, Herbae et Semina, leni calore siccata, cum Aromatibus reliquis mixta, in subtilissimum pulverem rediguntur, et per cribrum trajecta, seorsim servantur; quibus peractis: Rec. Gummi Galbani, Opopan. āā Unc. duodecim, Sagapeni Unc. quatuor semis, Succi Hypocistid. Unc. duodecim, Acaciae Unc. quatuor, Opii el. Unc. septem semis. Solvantur in Vini generosi Libr. octo. Soluta commisceantur cum Mell. desp. Libr. centum et sedecim, et successive, inter perpetuam agitationem, pulvis reliquorum inspergatur, tantundem Styracis in Gran. Unc. duodecim in Tereb. clar. Unc. quatuordecim liquatis, et Opobals. Unc. duodecim addantur, atque agitatio ad perfectam ingredientium mixtionem per aliquot horas continuetur. Denique in vase satis magno, ut fermentare et commode, singulis octiduis, spatula magna lignea agitari ac commoveri queant, reponantur. Unc. una hujus Electuarii tria circiter Opii Grana continet. — SPIELMANNI formula a GALENO desumta in summa rei cum hac congruit, nisi quod Rad. Aristol. rot. et Phu loco Rad. Asari et Valerian., Flor. Hyper. loco Semina et insuper Trochiscor. Cypheos Unc. quatuordecim addi praescribit, Bacc. vero Junip., Flor. Stoech. Arab., Hb. Dictamn. Cret., Spicam Celt., Stincum marin. et Cass. lign. omittit et subinde paullum in Ponderum rationibus discrepat. — Ph. Palat. formula pariter cum Wirtembergicae in summa rei congruit. (Reliquas formulas, parum discedentes praeteream.)

ELECTUARIUM MITHRIDATICUM Disp. Lippiac. — Ex Pulv. Hb. Menth. cr. Unc. una, Rhabarb. Drachm. duabus, Croci Drachm. una, Magnes. alb. Unc. una semis, Mell. desp. Unc. sex, et Pulv. Carbon. dep. q. s. ad colorem viridi-nigrescentem efficiendum, constat. (V. etiam Electuarium pro Infantibus.)

ELECTUARIUM MITIGATIVUM sive ANODYNUM ZWELFERI.

Rec. Sem. 4 frig. maj. excort. āā Drachm. sex, Papav. albi Unc. unam semis, Citri excort. Unc. semis. Contund. probe in mortario, addita per vices Aq. Papav. errat. sine addit. dest. particula ad formam pulpae, ut fere totaliter per cribrum setaceum cogi queant, quibus adde Essent. Citri saccharini Unc. quatuor, Cons. Rosar. rubr., Flor. Papav. errat. āā Unc. tres, Croci Austr., Opii āā Drachm. duas, Ol. Nuc. Mosch. expr. Drachm. duas semis prius cum Sacch. rosati vel citrati Unc. una permisti, Syr., Papav. errat. Unc. tres, vel q. s. ad consist. Elect.

ELECTUARIUM CONTRA MORBUM GALLICUM MANGETI.

Rec. Cort. et Ligni sancti, R. Sarsapar. āā Unc. unam semis, Turbith. el. Unc. duas, Fol. Senn. Unc. tres, Cinnam. Unc. semis, Diagryd. Drachm. tres. F. omnium pulvis, qui excipiatur Triplo Mellis. desp., ut f. Elect. (Alias formulas similes vetustas, magis complicatas, praeteream.)

ELECTUARIUM MUNDIFICANS HIMLY. Himly's blutreinigende Latwerge. *Electuaire dépuratif de HIMLY.*

Rec. Pulv. Rad. Enul. Unc. unam semis, L. Guajaci, Rad. Imperat., Fol. Senn. āā Unc. unam, Rad. Jalapp., Cort. L. Sassafr., Pulv. Bacc. Junip. āā Unc. semis, Sem. Anisi Drachm. duas, Mell. desp. q. s., ut f. Elect.

ELECTUARIUM MUNDIFICANS Disp. Lippiaci. — Miscella est Pulv. mundificant. Lipp. Part. unius cum Mell. desp. Part. quatuor semis.

ELECTUARIUM MUNDIFICANS PRO PAUPERIBUS Disp. Brunsvic.

Rec. Pulv. Rad. Bardan., R. Chinae āā Unc. unam semis, Rad. Althaeae, Liquir., Hermodact. āā Unc. semis, Jalapp. Drachm. tres, L. Guajaci Unc. unam semis, Cort. L. Sassafr. Drachm. tres, Fol. Senn. el. Unc. unam, Sem. Anisi et Foenic. āā Drachm. unam; optime mixtis adde Mell. desp. Unc. viginti et postremo Spir. Vini rectificatiss. Unc. semis.

ELECTUARIUM MUNDIFICANS, HAEMOCATHARTICUM WERLHOFII seu Sarsaparillae compositum (partim) sec. Disp. Brunsvic., Ph. Danic., SPIELMANN. cet.

Rec. Pulv. Rad. Sassapar. opt. Unc. tres, L. Guajaci Unc. unam, Fol. Senn. el. Unc. unam semis (Unc. unam SPIELM.) Rad. Rhabarb. opt. Drachm. duas, Cort. L. Sassafr., Sem. Anisi āā Drachm. unam, Mell. desp. Libr. unam. M. optime. — Ph. Hannov. duodeviginti Mellis Unc. praescribit, ceterum cum hac formula congruit. — Ph. Slesvico-Holsatica eo solummodo discrepat, quod Unc. semis tantummodo Fol. Sennae praescribit, ceterum ut supra. — PIDERIT Rad. Lapathi ac. Unc. sex, L. Guajaci Unc. duas, Cort. L. Sassafr. Unc. quatuor, Fol. Senn. Unc. unam semis et R. Rhabarb. el. Unc. unam misceri et in pulverem redigi, et, si Electuarium a medico praescribatur, hujus pulveris Part. unam cum Mell. desp. Part. quatuor ex tempore misceri praescribit. — Ph. Oldenb. L. Guajaci et Sassafr. āā Unc. duas, Fol. Senn. et Rad. Rhabarb. āā Unc. semis misceri et hujus pulveris Part. unam cum Mell. desp. Part. quatuor misceri suadet. — Ph. Bremens. Cort. L. Sassafr. Unc. unam praescribit ceterum uti praecedens. — VAN MONS Cort. Sassafr. et Sem. Anisi āā Part. unam, R. Rhabarb. Part. duas, L. Guajaci Part. octo, Fol. Senn. Part. duodecim et Rad. Sassapar. Part. viginti quatuor cum s. q. Mell. desp. in Elect. redigi proponit.

ELECTUARIUM MYRRHAE COMPOSITUM v. Electuarium gingivale.

ELECTUARIUM AD NEPHRITICOS LEWIS.

Rec. Elect. lenitivi Unc. unam semis, Therebinth. Venet. cum Vitello Ovi subacti Unc. unam, Test. Ovor. vel Conch. ppt. Unc. semis, R. Rhabarb. Drachm. unam. M., f. cum s q. Syr. Althaeae Elect.

ELECTUARIUM ODONTALGICUM seu contra Dolores Dentium MOSCOVITICUM.

Rec. Camph. Drachm. duas, Spec. Imperat. pulv., Opii puri, Styrac. in Gran. āā Drachm. semis. L. Santali rubri Drachm. unam, Ol. Caryoph. et Origani āā Scrup. unum, Moschi, Ambr. āā Gran. quatuor, Cerae alb. et Ol. Amygd. āā Unc. semis. Leni igne Cera cum Ol. Amygd. liquefactis admisceantur reliqua.

†ELECTUARIUM OPIATUM sive THERIACA

Pharmacopoeae Borussicae editionis secundae. **Opium-Latwerge.** ***Electuaire opiacé.***

Synon.: Electuarium thebaicum, theriacale (partim), aromatico-opiatum, aromaticum cum Opio seu Opii compositum, Confectio Opii.

Rec. Mellis despumati Libras sex.
Paululum calefacto admisce
Opii pulverati, in Vini Malacensis Quantitate sufficiente soluti, Unciam unam.
Tum adde
Radicis Angelicae pulveratae Uncias sex,
— Serpentariae Virginianae pulveratae Uncias quatuor,
— Valerianae minoris,
— Squillae,
Radicis Zedoariae singulorum pulveratorum Uncias duas,
Cinnamomi,
Cardamomi minoris,
Myrrhae,
Caryophyllorum,
Croci,
Vitrioli Martis factitii, singulorum in pulverem redactorum, Unciam unam.

Misceantur omnia, ut fiat Electuarium, quod post refrigerationem in vase sicco, loco sicco, subfrigido, asservandum. — *Vis:* excitans, diaphoretica, antispastica, carminativa, narcotica, sopiens, roborans. — Uncia una hujus Electuarii quinque circiter Opii Grana continet.

Sit fuscum, crassioris consistentiae, et odore aromatico, simul narcotico Opii, uti et sapore. Electuarium tenue, mucosum vel exsiccatum, corruptum, odore et sapore alieno, rejiciatur.

Usus: Per se interne raro et caute, plerumque externe adhibetur. Aliis quoque electuariis et mixturis admiscetur, uti et cataplasmatis, emplastris et unguentis. Praecipue etiam in arte veterinaria usurpatur.

Electuarium hoc Theriacam ANDROMACHI supplet, quae nimis multipliciter composita, novissimis temporibus plus simplificata est. — Pharmacopoeae tamen novae in hac quoque compositione discrepant. — Ph. Danica nova, Codex medic. Hamburg., Ph. Hannov., Hass. El., nosoc. civil. Argent., Oldenb. et Polon. cum data formula congruunt, uti et Ph. Slesvico-Holsat., nisi quod haec Unc.

quatuor Squill. praescribit, Caryophyllos autem omittit. — Ph. Austriaca nova ad Electuarium cum Opio seu Theriacam Viennensem cum Opio Unc. uni illius Elect. anodyni (aromatici) quatuor Opii Grana admisceri praescribit, – Ph. Batav., Edinb. et Lusit. Pulv. aromat. (Edinb. et Lusit.) Unc. sex, Rad. Serpent. Unc. tres et Opii, in Vini Hisp. q. s. triti, Unc. semis (Drachm. tres Ph. Lusit.) cum Syr. Zingib. (Mell. desp. Batav. et Lusit.) Libr. una (q. s. Ph. Lusit.) misceri praescribunt. — Ph. Amstel. Opii, in Vino Hisp. sol., Drachm. tres, Pulv. arom. (ex Cinnamomi, Nuc. Moschat., Cardam. min. et Zinzib. āā Part. aequal.) Unc. sex, R. Serpent. Virg. Unc. tres et Mellis Unc. viginti octo praescribit. — Ph. Bavaric. Unc. duas Cardam. et Rad. Serpentar. loco Rad. Gentian. Unc. sex praescribit, Squillam autem omittit, ceterum pariter cum prima formula congruit. — Ph. Borussica nova eo a priori sua formula discrepat, quod Crocum omittit. — Ph. Hispan. Pulv. R. Valer. silv., Contrajerv., Gentian., Hb. Scord., Flor. Chamom., Cinnam., Piper. Tabasci, Bacc. Junip., Flav. Aurant., Sem. Anisi, Myrrh. āā Libr. unam, Pulv. Chin. Loxae Libr. quatuor, Croci et Vitrioli Martis puriss., ad albedinem exsicc., āā Libr. unam, Opii, in s. q. Vini dissoluti, Libr. duas, Roob Sambuci Libr. sex et Mellis optimi, suff. quantit. Vini gener. despumati, Libr. quadraginta octo l. a. misceri praescribit. — Ph. Rossica Rad. Serpent. et Contrajerv. āā Unc. sex, Angelic., Valer., Calami ar., Gentian. rubr., Zedoar. āā Unc. quatuor, Cardam. decort., Myrrh., Macid. āā Unc. duas, Opii, in Vino Hisp. soluti, Unc. duas et Drachm. tres, Roob Sambuci Unc. octoginta, Roob Junip. Unc. quadraginta et Syr. simpl. Libr. duas l. a. misceri jubet. — Ph. Saxon. Pulv. R. Angel. Part. sex, Serpent. Virg. Part. quatuor, Squill., Zedoar., Cass. cinnam., Cardam. min., Myrrh., Croci, Caryoph. āā Part. unam cum Mell. desp. Part. duodecim misceri suadet, et quoties a medico praescribatur, quando quidem praecipua vis expectatur, cuique Unciae Tinct. Opii simpl. Drachm. semis admisceri proponit. — Ph. d'Anvers R. Squill. Unc. quatuor, Irid. flor. Unc. semis, Zinzib., Hb. Dictamni Cret., Nardi Ind., Fl. Stoech. Arab., Croci, Myrrh., R. Gentian., Calami, Mei, Valer., Nardi Celt., Cardam. min. āā Drachm. sex, Pip. longi Unc. tres, Hb. Scord. Unc. quatuor, Cinnam. Unc. unam, Schoenanthi Drachm. unam semis, Sem. Foenic. Unc. unam semis, Opii, in Vino soluti, Drachm. undecim, Castorei Drachm. tres, Storacis Unc. semis, Bals. de Mecca Unc. duas, Sagapeni Unc. semis, Galbani Drachm. duas et Mell. albi Libr. quatuor cum Vini Hisp. Libr. una diluti, l. a. misceri suadet. — Ph. Parmens. formula cum hac congruit, nisi quod a Zinzibere usque ad Cardamomum duas tantummodo Drachmas, Schoenanthi Sesquiunciam, Opii, Castor. et Galbani totidem Scrupulos quam antea Drachmas, Mellis vero Libras quinque praescribit. (V. etiam Confectio Opii, Electuarium anodynum, Diascordium, Diatessaron, Mithridatium, Philonium Londinense et Romanum, Thebaicum, Theriaca ANDROMACHI cet.)

ELECTUARIUM ORVIETANI v. Orvietanum.

ELECTUARIUM DE OVO Ph. August., Disp. Brandenb. cet. — Similis est compositio atque Electuarium camphoratum, pariter Camphoram et Nuces Vomicas continens, insuper autem Vitellum Ovi, in Ovo ipso, demto albumine et Croco cinctum leni igne assatum et penitus exsiccatum.

ELECTUARIUM DE PAEONIA FULLERI.
Rec. Conserv. Paeon. Unc. unam, Pulv. R. Paeon. Drachm. sex, Sem. Paeon. decort. Drachm. duas, Bals. Peruv. Scrup. quatuor, Syr. Paeon. Unc. tres. M.

ELECTUARIUM PANCHYMAGOGUM ZWELFERI. — Similis est compositio drastica atque Electuarium cholagogum. — Continet insuper Rad. Helleb., Asari, Turbith., Fol. Senn. et Resin. Jalapp. cet.

ELECTUARIUM PARALYTICUM BATE. — Miscella est Sem. Sinap. Unc. quinque, Sem. Nasturt. Unc. duarum et Syr. Succi Salviae Libr. unius vel q. s.

ELECTUARIUM PASSULATUM Ph. Lond. antiq.
Rec. Rad. recent. Polypodii querni Unc. duas, Fol. Sennae, R. Althaeae rec. āā Unc. duas semis, Sem. Anisi Drachm. duas. Infunde in Aq. s. q., deinde coque et colat. expressae adde Pulp. Passular. Libr. semis, Sacchari albi, Mannae āā Unc. quatuor. Coquantur rursus ad Cydoniati crassitudinem. (V. etiam Passulae laxativae.)

ELECTUARIUM PRO PECORIBUS v. Electuarium Diatessaron.

ELECTUARIUM PECTORALE BATE.
Rec. Pulp. Passul., Conserv. Rosar. rubr., Syr. Capill. Ven. āā Unc. quatuor, Sacch. Candi Unc. tres, Spec. Diatragac. frig. Unc. unam semis, Spir. Sulphur. Gutt. viginti quinque. M.

ELECTUARIUM PECTORALE Ph. Austriac. sec. REUSS.
Rec. Pulv. Succi Liquir., Sem. Anisi et Foenic. āā Unc. unam, Conserv. Heder. terrestr., Veronicae et Papav. errat. āā Unc. quatuor. M.; f. cum s. q. Syr. Hyssopi Elect.

ELECTUARIUM PECTORALE Ph. Helvet.
Rec. Pulv. Rad. Alth., Irid. flor., Liquir., G. Arab. āā Drachm. unam, Sperm. Ceti rec. Unc. semis, Ol. Amygd. dulc. rec. Unc. duas, Syr. Capill. Ven. q. s. M., f. Elect.

ELECTUARIUM PECTORALE MARCUS.
Rec. Extr. Liquir. sicc., Lich. Isl., Hb. Hyssop., Veronic., Heder. terr., Plantag. lanc., Capill. Ven., Digital., Pulmonar., Succis., Virgaur., Fl. Rosar. rubr., Rad. Polygal. am., Ireos flor., Enul., Symphyti off. āā Drachm. unam. M. et in pulverem subt. trita, f. cum Mell. desp. s. q. Elect. molle.

ELECTUARIUM PECTORALE Quincy.
Rec. Roob Sambuci Unc. duas, Sperm. Ceti in Vitell. Ovi soluti Unc. semis, Flor. Benzoës Drachm. unam. M., f. cum s. q. Syr. balsamici Elect.

ELECTUARIUM seu CONDITUM PECTORALE sive Marmelada pectoralis St. Marie. — Miscella est Flor. Sulphur., R. Enul., Extr. Liquir. et Aq. Rosar. āā Drachm. duarum cum Mell. Narb. Unc. octo. — Aliud ex Fl. Sulphur., Croci, Roob Sambuci, Extr. Liquir. āā Drachm. duabus et Mell. Narb. Unc. quatuor constat. — Aliud, quod etiam Marmelada stimulans nominatur, ex Rad. Zinzib. Cochleari minori et Mell. Narb. Unc. sex constat. — Swediaur Fl. Sulph., Sem. Foenic. āā Unc. semis, Succi Liquir. Unc. unam et s. q. Syr. Papav. errat. praescribit.

ELECTUARIUM PECTORALE Zanetti v. Marmelada.

ELECTUARIUM PECTORALE LAXATIVUM ARGENTORATENSIUM sec. Spielmannum. — Ex Looch sani et experti Unc. duabus, Syr. Papav. Rhoead. Drachm. sex, et Resin. Jalapp., Piceis trit., Drachm. una semis constat.

ELECTUARIUM DE PERSICIS Mesue.
Rec. Carnis Persicor. propemodum matur., mundati, Succi Persicor. alior. āā Libr. tres, Sacch. albi Libr. duas, Cinnam., Cubeb., Macid. āā Unc. semis, L. Aloës et Santal. citr. āā Drachm. duas, Moschi Scrup. semis. M.

ELECTUARIUM PERUVIANUM Fulleri.
Rec. Pulv. Chin. fusc. Unc. unam, Catechu Drachm. unam, Bals. Peruv. Drachm. semis, Ol. Nuc. Mosch. aeth. Gutt. duas, Syr. Rub. Id. Unc. tres. M.; f. Elect.

ELECTUARIUM PERUVIANUM ADSTRINGENS Fulleri, Confectio seu Opiata Quinae adstringens Ph. Hispan.
Rec. Pulv. Chinae fusc. (Loxae Ph. Hisp.) Unc. unam, Bals. de Tolu (albi Hisp.) Catechu āā Drachm. unam, Syr. Boyleani q. s. ad Elect., (Syr. Symphyti Unc. tres Ph. Hisp.) (V. etiam Opiata adstringens.)

ELECTUARIUM PERUVIANUM EPILEPTICUM seu antiepilepticum Fulleri, Confectio Quinae antiepileptica Ph. Hispan. — Ex Pulv. Chinae Drachm. sex, Rad. Serpent. Virg. Drachm. duabus et Syr. Paeon. q. s. (Unc. tribus Ph. Hisp.) constat.

ELECTUARIUM CONTRA PESTEM D. R. EX Hoffmanno.
Rec. Rad. Angelic. Drachm. duas, Gentian. Drachm. tres, Aristoloch. utriusque, Pimpin., Valer., Imperat., Torment., Dictamni albi āā Drachm. unam, Cort. Citri Drachm. duas, Ligni Aloës, Santal. citr., Sem. Acetos., Citri, Bacc. Lauri, āā Drachm. unam. Ex inc. et cont. cum Spirit. Juniperi extrahe Essentiam, postea Spiritum separa et residuum evapora ad Mellis crassitudinem, cui adde Rasur. Eboris, Lap. Sapphir. ppt. āā Drachm. tres, Hyacinth. ppt., Margarit. ppt. āā Drachm. unam semis. Oss. de Corde Cervi Scrup. quatuor, Unicornu Drachm. duas, Camphorae Drachm. unam semis, Theriacae Andromachi Unc. duas. M.; f. l. a. Elect. (Alias formulas similes omnino obsoletas praetereamus.)

† ELECTUARIUM seu PHILONIUM LONDINENSE sec. Lewis.
Rec. Piper. albi, R. Zingib., Sem. Carvi āā Unc. duas, Opii depur. Drachm. sex, Syr. Papav. albi ad Mellis consist. inspiss. Triplum omnium reliquorum ingredientium. Opium in s. q. Vini solutum misceatur cum Syrupo tepido, tunc addantur reliqua in pulverem redacta.

† ELECTUARIUM seu PHILONIUM ROMANUM, Electuarium Hyoscyami opiatum Ph. Wirtemb. cet.
Rec. Piper. albi, Sem. Hyosc. āā Drachm. decem, Sem. Apii Drachm. duas, Petrosel. Maced., Foenic., Dauci Cret. āā Scrup. quatuor, Cass. lign., Cinnam. āā Drachm. tres, Castor., Myrrh. āā Drachm. duas, Croci Or., Spicae Ind., R. Zedoar., Pyrethri āā Scrup. duos, Opii Drachm. quinque, Mell. desp. Unc. duodeviginti. Opium, in Vini albi Unc. una semis solutum, cum reliquis, optime tritis, Melli admisceatur, et sic prope mixta serventur. — Ph. Palatin. formula in summa rei cum hac congruit, nisi quod insuper addit Euphorbii Drachm. duas. — Spielmannus sec. Avicennam Rad. Pyrethri, Zedoar., Doronici, Fl. Balaust. āā Unc. unam, Pip. albi, Sem. Hyosc. albi āā Unc. viginti, Opii Unc. decem, Euphorb., Castor., Margaritar. āā Unc. unam, Croci Unc. quinque cum Mell. Unc. trecentis misceri praescribit — Ph. Hispan. Sem. Hyosc., Anisi et Foenic., Myrrh. et Castor. āā Drachm. sex, Opii Drachm. quinque, Cinnam. Unc. unam, Croci Drachm. duas et Flor. Chamom. Drachm. tres cum Mell. desp. Libr. duabus misceri praescribit. — Ferrarini Pip. albi et Sem. Hyosc. albi āā Drachm. viginti, Opii Drachm. decem, Croci Drachm. quinque, Castor., Spicae Nardi, R. Pyrethri āā Drachm. unam cum Mell. desp. Libr. duabus semis misceri proponit. (Alias formulas pristinas ad paranda varia Philonia praetereamus.)

ELECTUARIUM PIPERINUM Bate.
Rec. Piper. longi, minut. inc., Unc. unam semis, Pulv. Hb. Rutae Unc. semis, Sal. Gemm. Drachm. quinque, Theriac. Januens Unc. duodecim. M. (V. etiam Electuarium stomachicum.)

ELECTUARIUM PIPERIS COMPOSITUM cum Confectione Piperis (p. 198.) congruit.

ELECTUARIUM POLYGALAE AMARAE seu pectorale Augustin.
Rec. Pulv. Rad. (?) Polygal. amar. Unc. semis, Mell. q. s., ut f. Elect. mediae consistentiae.

ELECTUARIUM DE POMIS Mesue. — Similis est compositio atque Electuarium de Persicis, nisi quod Persicorum loco Poma sumuntur.

ELECTUARIUM Poterii. — Ex Pulv. de Haly Unc. una semis, Antihectici Poterii Unc. semis et s. q. Syrupi de Jujubis constat.

ELECTUARIUM DE PRUNIS v. Electuarium Diaprunum, cholagogum, lenitivum eet.

ELECTUARIUM PSEUDACORI STOMACHICUM v. Electuarium de Acore.

ELECTUARIUM PURGANS Ellis.

Rec. Flor. Sulphur. Unc. semis, Confect. Sennae Unc. unam semis, Syr. Sacchari q. s. M. (V. etiam Electuarium lenitivum cum Sulphure.)

ELECTUARIUM PURGANS Fuller.

Rec. Pulv. R. Jalapp. Drachm. duas, Rhabarb. Drachm. unam, Diagryd. sulphurati Scrup. unum, Crem. Tart Scrup. duos, Ol. Anisi et Caryoph. āā Gutt. duas, Elect. lenitivi Unc. unam, Syr. rosati Unc. semis. M.

ELECTUARIUM PURGANS Ratier.

Rec. Aethiop. min., Pulv. Jalapp. āā Drachm. duas, Scammon. Drachm. unam, Rad. Squill., Resin. Jalapp. āā Drachm. unam semis, Syr. domest. q. s., ut f. Elect.

ELECTUARIUM PURGANS Richardi sec. Spielmann.

Rec. Scammon. Unc. semis, Pulv. R. Jalapp. Unc. quatuor. Probe terantur cum Amygd. dulc. Nro. viginti, tunc addantur Pulv. Fol. Senn. Unc. duae, Sem. Anisi, Crem. Tart. āā Unc. una, Pulp. Prunor. Unc. sedecim et Tamarind. Unc. octo. M. (V. etiam Confectio Scammonii (p. 199.) et Electuarium hydragogum, laxans et Scammonii.)

ELECTUARIUM PURGANS Saunders.

Rec. Crem Tart. Drachm. duas, Sal. Seignette Unc. semis, Mann. el. Drachm. sex, Pulp. Tamarind. Unc. tres, Syr. rosat. solut. q. s., ut f. Elect. — St. Marie Pulv. R. Jalappae et Sal. Seignette āā Drachm. semis, Conserv. Nasturt. Unc. quatuor et Syr. Fumar. Unc. duas; — et in alia formula Pulv. Jalapp. Scrup. unum, Crem. Tart. Drachm. sex, Arcani dupl. Drachm. duas et Syr. Althaeae q. s. praescribit. — Ellis Crem. Tart., Pulv. Jalapp., Nitr. āā Drachm. semis, Confect. Sennae Unc. unam et Syr. simpl. q. s. praescribit. (V. etiam Electuarium hydragogum.)

ELECTUARIUM BLANDE PURGANS IN ALVI CONSTIPATIONE GRAVIDARUM Barbé.

Rec. Confect. Senn., Cassiae āā Unc. duas, Crem. Tart. Drachm. tres, Syr. Rosar. q. s. M., f. Elect.

ELECTUARIUM PURIFICANS St. Marie.

Rec. Mercur. vivi, Antimon. crudi āā Unc. semis, Res. Guajaci Unc. unam M., terantur ad Mercurii extinctionem, tunc addatur Roob Sambuci, cum tertia Parte Aq. Sambuci diluti, q. s. ad Elect.

ELECTUARIUM AD RABIEM v. Electuarium antilyssicum et Meloës Proscarabaei.

ELECTUARIUM RATANHIAE COMPOSITUM seu febrifugum et antiepilepticum Ruiz.

Rec. Pulv. R. Ratanhiae Unc. unam, Zingib. Drachm. unam, Syr. Cort. Aurant. Unc. unam et Syr. simpl. q. s. M., f. Elect.

ELECTUARIUM REFRIGERANS seu lenimitivum Herrenschwandi, St. Marie.

Rec. Crem. Tart. Unc. unam, Nitri Unc. semis, Sacch. albi Drachm. decem, Syr. Limon. q. s. ad Elect. (V. etiam Electuarium lenitivum.)

ELECTUARIUM REGIUM seu REGUM ex Schroedero.

Rec. Pinearum Unc. unam semis, Flor. Rosar. rubr. Drachm. duas, Amygd. dulc. Unc. semis, Lign. Santal. citr. Scrup. duos, Ambr. gris. Scrup. semis, Moschi Gran. tria, Sacch. albiss., in Aq. Rosar. opt. soluti, Libr. unam. M.

† ELECTUARIUM sive REQUIES Nicolai Ph. Wirtemb. Nicolai's Kinderruhe.

Rec. Flor. Rosar. rubr., Violar. āā Drachm. sex, Sem. Hyosc. albi, Papav. albi, Lactuc., Psyllii āā Unc. semis, Cort. Rad. Mandragor., Nuc. Moschat., Cinnam., Rad. Zinzib. albi, Opii dep. āā Drachm. tres, Ligni Santal. albi et rubri, G. Tragac., Spodii ex Ebore āā Drachm. duas, Sacch. albi Unc. viginti. Opium Vini alb. Unc. tribus diluatur, reliqua in pulverem terantur et Sacchar. in Aq. Rosar. Unc. decem solvatur, atque omnia optime permisceantur. — Ph. Palat. formula cum hac congruit, nisi quod insuper Sem. Portulac. et Scariol. āā Drachm. tres et Sacch. Candi Drachm. duas ingredientibus designatis admisceri praescribit. — Spielmannus sec. Myrepsum e duodecim primis substantiis una cum Sem. Endiv. et Portulac. āā Unc. unam semis, e quatuor sequentibus āā Drachm. sex et Sacch. Candi Unc. unam sumi praescribit, quae omnia cum Julepi Rosar. Unc. viginti quatuor miscenda. — Van Mons ad ELECTUARIUM REQUIEM REFORMATUM G. Arabici, Opii āā Drachm. duas, Rad. Zinzib., Nuc. Moschat. āā Drachm. tres, Cinnam. Drachm. sex, Flor. Rosar. rubr. Drachm. quatuordecim, Sem. Papav. albi Drachm. duodeviginti cum Mell. albi Unc. quatuordecim misceri proponit. — Sec. aliam formulam Mell. albi Part. triginta duas, Mell. despum. Part. sedecim, Sem. Anisi et Cretae āā Part. octo, Opii Part. unam, Cinnam. et Nuc. Moschat. āā Part. quartam l. a. misceri suadet. (Alias formulas a prima parum discedentes praetereamus.)

ELECTUARIUM RESOLVENS Berends.

Rec. Lact. Sulphur. Drachm. unam semis, Cort. Aurant. cond. Unc. semis, Pulp. Tamarind. Unc. duas, Sacch. albi Unc. unam. M., f. Elect.

ELECTUARIUM RESOLVENS Marcus.

Rec. Sal. Ammon. dep. Drachm. duas, Pulv. Rad. Ari Drachm. unam, Roob Sambuci et Ebuli āā Unc. duas, Oxym. simpl. s. q., ut f. Elect.

ELECTUARIUM RESOLVENS Sundelin.

Rec. Terr. fol. Tartari Drachm. duas, Mellag. Taraxaci Unc. duas, Elaeosacch. Foenic. Drachm. tres. M., f. Elect. — Aliud ex Crem. Tart. solub. Drachm. duabus, Pulp. Tamarind. Unc. duabus et Elaeosacch. Flav. Citri Unc. semis constat. — In alia formula Crem. Tart. Unc. semis, Pulp. Tamarind. Unc. duas et Elaeosacch. Citri Drachm. sex praescribit.

ELECTUARIUM RESOLVENS ET ANTIHERPETICUM Brera.
Rec. Aethiop. graphit. Drachm. duas, Pulv. Rhei el. Drachm. semis, Extr. Cichor. Unc. semis. M., et cum Mell. desp. q. s. f. Elect.

ELECTUARIUM RESOLVENS ET ALIQUANTULUM INCITANS Brera.
Rec. Extr. Tarax., Gramin. āā Drachm. duas, G. Ammoniaci, Vitell. Ovi sol., Scrup. unum, Flor. Sal. Ammon. mart. Drachm. unam, Mell. opt. q. s., ut f. Elect.

ELECTUARIUM RESOLVENS DIURETICUM PECTORALE Brera.
Rec. Extr. Junip., Sapon. Veneti rasi āā Drachm. unam, Extr. Scill. aq. Gran. viginti, Oxym. simpl. q. s., ut f. Elect.

ELECTUARIUM RESOLVENS MARTIALE DIURETICUM Brera.
Rec. Sapon. Venet. rasi Drachm. unam, Extr. Cicutae Grana duodecim, Extr. Scillae Scrup. unum, Aethiop. martial. Drachm. unam, Oxym. simpl. q. s. M.

ELECTUARIUM RESUMTIVUM Ph. Wirtemberg. Stärkende Latwerge gegen die Schwindsucht. *Electuaire resumtif* ou *contre l'Etisie*.
Rec. Rad. Liquir., Hb. Heder. terr., Veronic. āā Unc. semis. Infunde in Aq. font. ferv. Libr. quinque. Macerentur per noctem, mane colentur, in colatura coquantur Rad. Farfar. rec., minut. conc., Passul. min. āā Unc. sedecim, dum mollescant, contundantur in mortario marmoreo, atque per cribrum trajiciantur. Magmati vel pulpae addantur Sacch. albi Unc. triginta duae; coquantur leni igne ad justam consistentiam; refrigeratis admisceantur Amygd. dulc., minut. inc., Unc. septem, Flav. Citri, a tribus Pomis recent. derasa, Cinnam. acuti Unc. semis, Caryoph. ar. Drachm. tres. F. Elect.

ELECTUARIUM DE RHABARBARO Fuller.
Rec. Conserv. Rosar. rubr. Drachm. sex, Elect. Diascord. Unc. semis, Rad. Rhabarb. Drachm. duas, Ol. Nuc. Moschat. et Cinnam. āā Gutt. duas, Laud. liq. Gutt. octoginta, Syr. Cydon. Unc. semis. M.

ELECTUARIUM DE RHABARBARO Mesue.
Rec. Pulv. R. Rhabarb., Succi Absinth. et Eupator. insp. āā Drachm. decem, Myrrh., Croci, Spicae Nardi, Rad. Asari, Cass. lign., Schoenanthi, Sem. Anisi, Apii et Fumar., Amygd. amar. mund. āā Drachm. unam, Mell. desp. Unc. sedecim. M.; f. Elect.

ELECTUARIUM DE RHABARBARO seu Rhei compositum v. Electuarium catholicum.

ELECTUARIUM ROBORANS Heins.
Rec. Conserv. R. Consolid. maj. et R. Satyrii., Roob Berber. āā Unc. semis, Pulv. Chocolad. Drachm. duas, G. Arab. Scrup. duos. M.; f. cum s. q. Syr. Cinnam. Elect.

ELECTUARIUM ROBORANS Kaempf.
Rec. Extr. Chinae Drachm. tres, Extr. Cascar., Extr. L. Campech., Succi Liquir. insp. āā Drachm. duas, Mucil. Cydon. q. s. M.; f. Elect. — Vel: Rec. Cort. Chin., Simarub. āā Unc. semis, Syr. Rub. Id. q. s. M.

ELECTUARIUM ROBORANS seu Theriaca Viennensis sec. Mayr.
Rec. Pulv. R. Angelicae Unc. tres, Gentian. Unc. duas, Calami Unc. unam semis, Myrrhae Unc. unam, Bacc. Lauri Unc. duas, Roob Junip. Unc. quatuor et Syr. simpl. Unc. viginti quatuor. M., f. Elect.

ELECTUARIUM ROBORANS Saunders.
Rec. Pulv. Chin. Unc. semis, Conserv. Rosar. rubr. Drachm. sex, Extr. Myrrh. aq. Drachm. semis, Roob Sambuc. q. s., ut f. Elect.

ELECTUARIUM ROBORANS Sundelin.
Rec. Extr. Chin. frig. par. Drachm. duas, Pulp. Tamar. Unc. duas, Elaeosacch. Flav. Citri Drachm. sex, Aether. acet. Scrup. unum. M. — Aliud ex Rad. Sassapar. pulv. Unc. una semis, Cort. L. Quass., Sassafr. āā Drachm. tribus cum s. q. Syr. balsam. constat. — Aliud ex Cort. Chin. reg. Unc. una, Rad. Calam. ar. Drachm. duabus et s. q. Syr. Cort. Aurant. constat. — Aliud ex Rad. Valer. min., Cort. Chin. reg. āā Drachm. tribus, Limat. Mart. alcoh. Drachm. una semis et Syr. Cort. Aurant. q. s. constat. — Aliud ex Pulv. Hb. Farfar. Unc. una semis, Extr. Polygal. am., Extr. Arnic. āā Drachm. duabus et Mell. dep. q. s., constat. (V. etiam Electuarium anodynum.)

ELECTUARIUM ROBORANS ET ADSTRINGENS Richard.
Rec. Extr. Ratanh. Drachm. semis, Catech. Scrup. unum, Syr. Diacod. Drachm. duas, Conserv. Rosar. Unc. quatuor. M.; f. Elect.

ELECTUARIUM ROBORANS ET ADSTRINGENS Sundelin.
Rec. Cort. Chin. reg. Unc. unam, Bals. Tolut., Catechu āā Drachm. unam, Syr. Cort. Aurant. s. q. M.; f. Elect.

ELECTUARIUM seu OPIATA de Roccamore sec. Pizaquin.
Rec. Conserv. R. Eryng., Salep et Marrub. āā Unc. unam, Cort. Aurant. cond. Drachm. sex, Juglandem. condit. unam, Confect. Alkerm. Unc. semis, Ambr. gris. Scrup. unum, Moschi Scrup. semis et Syr. Cort. Citri q. s., ut f. Elect.

ELECTUARIUM ROSATUM Fuller.
Rec. Conserv. Rosar. rubr. Unc. duas, pallidar., Butyr. rec., Aqua Rosar. loti, āā Unc. semis, Ol. Nucist. expr., Sperm. Ceti āā Drachm. unam, Vitell. Ovi unum, Ol. Anisi Gutt. unam, Tinct. Benzoës Gutt. octoginta. M.

ELECTUARIUM ROSATUM seu de Succo Rosarum Nicolai.
Rec. Succi Rosar. rubr., Sacch. albiss. āā Unc. sedecim, Scammon. Unc. unam semis, L. Santal. rubr., albi et citr. āā Drachm. sex, Spodii ex Ebore Drachm. tres, Camph. Scrup. unum. Succ. Rosar. cum Saccharo ad just. consist. coquatur, deinde tritae Species adjiciantur. (Alias similes pristinas formulas praetereamus.)

ELECTUARIUM SANANS FULLERI Ph. Wirtemb. cet.

Rec. Sperm. Ceti rec. Drachm. unam, Cerae citr. odor. Drachm. tres, Ol. Amygd. dulc. Unc. unam. Liquentur leni igne, atque ab igne remotis et probe, dum refrixerint, agitatis, addantur Conserv. Rosar. rubr. Unc. duae, Mell. desp. Unc. una. (V. etiam Electuarium Cerae et demulcens.)

ELECTUARIUM (SEMINIS) SANTONICI AUGUSTIN v. Electuarium anthelminticum.

ELECTUARIUM DE SARSA seu Sarsaparillae FULLERI.

Rec. Pulv. R. Sarsapar. Unc. unam, Resin. Guajaci Unc. semis, Ol. Junip. Gutt. sedecim, Vitell. Ovi unum, Syr. balsam. Unc. tres. M.

ELECTUARIUM SASSAFRAS LEMERY REFORMATUM.

Rec. Pulv. L. Sassafr. Unc. duas, Cinnam. Drachm. tres, Ambr. gris. Drachm. semis, Macid. Scrup. unum, Moschi Gran. tria, Sacch. albi, in Aq. Foenic. sol. et cocti, Libr. unam semis. F. l. a. Elect.

ELECTUARIUM AD SCABIEM REUSS. — Miscella est ex Elect. mundific. Part. quatuor et Flor. Sulph. Parte una.

ELECTUARIUM SCAMMONII Ph. Dublin.

Rec. Pulv. Scammon. et R. Zinzib. āā Unc. unam, Ol. Caryoph. Scrup. unum et Syr. Cort. Aurant. q. s. M. (V. etiam Confectio, Electuarium Caryocostinum et purgans.)

ELECTUARIUM SCAMMONII ET TURPETHI COMPOSITUM v. Electuarium Diaphoenicum.

ELECTUARIUM SCORBUTICUM CALIDUM FULLERI.

Rec. Hb. Cochlear. rec. Unc. tres, Passul. min., Sacch. albi āā Unc. unam semis, R. Zedoar. Unc. semis, Cort. Chin. Drachm. duas, Sem. Foenic. dulc. Drachm. unam, Sem. Sinap. Scrup. unum, Pip. longi Scrup. semis, Ol. Sassafr. Gutt. quatuor, Roob Sambuci Unc. unam. M. l. a. (Alias formulas pristinas praetereamus. V. etiam Electuarium antiscorbuticum.)

ELECTUARIUM SCORDII cet. v. Electuarium Diascordium.

ELECTUARIUM AD SCROPHULOS seu antiscrophulosum BAUMÉ.

Rec. Terr. fol. Tart., Pulv. Spong. ust. āā Drachm. duas, Merc. dulc. Gran. duodecim, Antim. crudi Drachm. unam semis, R. Jalapp. Gran. sedecim, Flor. Sulphuris Drachm. unam, Syr. simpl. q. s. M.

ELECTUARIUM AD SCROPHULOS seu antiscrophulosum ST. MARIE.

Rec. Terr. fol. Tartari Drachm. sex, Conserv. Cochlear. Unc. duas, Extr. Gramin. et Taraxaci āā Unc. unam, Syr. Cichorii comp. q. s. M.

ELECTUARIUM SEDATIVUM ET ADSTRINGENS FERRARINI.

Rec. Catechu Libr. unam, Cinnamomi, Nuc. Moschat. āā Unc. quatuor, Opii Unc. semis et Syr. rosat. Libr. septem. M.; f. l. a. Elect.

ELECTUARIUM de SENNAC, FEBRIFUGUM, BORIES et PIERQUIN.

Rec. Pulv. Chin. Unc. semis, Pulv. cornachini Gran. viginti, Agarici Gran. quindecim, Sal. Ammon. Drachm. unam, Syr. Cichor. q. s., ut f. Elect.

ELECTUARIUM SENNAE, DE SENNA seu e Senna compositum cet. v. Electuarium lenitivum. (Alias pristinas formulas praetereamus.)

ELECTUARIUM E SENNA CUM CARBONE AUGUSTIN.

Rec. Elect. lenitivi Unc. quatuor, Sal. Sodae dep., Pulv. Carbon. āā Drachm. duas. M.

ELECTUARIUM SIMARUBAE Ph. Ticinens. — Miscella est Pulv. Cort. Simarubae et Chinae āā Part. aeq. cum s. q. Mellis vel Syrupi convenientis.

ELECTUARIUM SINAPIS FULLERI.

Rec. Pulv. S. Sinap. Unc. semis, Conserv. Rutae Unc. duas, Syr. Stoechad. Unc. unam semis, Ol. Anthos et Lavend. āā Gutt. quatuor. — VAN Hop. Angl. Sem. Sinap. pulv. Unc. unam, Fl. Sulph. lot. Drachm. duas et Syr. Cort. Aurant. Unc. unam misceri praescribit.

† ELECTUARIUM SOTIRELLAE seu Sotirella parva MINDERERI.

Rec. Ol. Nucist. expr. Drachm. duas, Opii Theb., Specier. Diambrae incompl. āā Drachm. unam, Camphorae, Extr. Croci āā Gran. duodecim, Ol. Caryophyllor. Guttas triginta. M. exactissime.

ELECTUARIUM IN SPUTO SANGUINIS MICHAELIS.

Rec. Conserv. Symphyti Unc. duas, Lap. Haemat. ppt. Drachm. duas, Sem. Papav. albi Unc. semis, Syr. de Symphyto FRANKII q. s. ad Elect.

ELECTUARIUM STIMULANS v. Electuarium antidysentericum et aperiens.

ELECTUARIUM AD STOMACACEN KLEINII sec. SPIELMANN. cet.

Rec. Pulv. R. Ireos flor., Sang. Drac. āā Drachm. tres, Alum. crudi Drachm. duas, Myrrh. el., Mastich. el. āā Drachm. unam, Syr. balsam. q. s. ad Elect. — Disp. Fuldens. Pulv. Rad. Ireos flor. Drachm. tres, Alumin. kinosati Drachm. duas, Myrrh. Drachm. unam et Mell. rosati Unc. tres misceri praescribit.

ELECTUARIUM STOMACHICUM ALIBERTI. — Miscella est Pulv. Chin. Drachm. duarum et Roob Sambuci Sesquiunciae.

ELECTUARIUM STOMACHICUM FULLERI.

Rec. Conserv. Rosar. rubr. et Absinth. Pont. āā Unc. unam semis, Cons. Menth. et Cort. Aurant., Zingib. cond., Theriac. Venet. āā Unc. semis, Ol. Cinnam. Gutt. duas, Syr. Cydon. q. s. M.

ELECTUARIUM STOMACHICUM VALERII CORDI.

Rec. Succi dep. Menth. Unc. undecim, Cydon. Unc. octo semis, Millefol. Unc. tres semis, Ol. Vitriol. rect. Unc. semis, Sacch. puriss. Libr. unam semis. M., coque ad mediocrem consist. et insperg. Pulv. Cinnam. Unc. unam.

ELECTUARIUM STOMACHICUM Ph. Hamburg. p. p. Edit. I. et Reuss.

Rec. Pulv. L. Quass. Unc. semis, Rad. Enul. Drachm. duas, Myrrhae Drachm. unam, Roob Junip. Unc. unam, Syr. Cort. Aurant. q. s. M.

ELECTUARIUM STOMACHICUM Saunders.

Rec. Pulv. Cort. Aurant., Rad. Galang., Calami et Zedoar. āā Unc. semis. M.; f. cum s. q. Syr. simpl. Elect.

ELECTUARIUM STOMACHICUM Swediaur.

Rec. Pulv. R. Rhabarb. Drachm. unam semis, Rad. Ar. et Pulv. aromat. āā Drachm. unam, Aethiop. martial. Scrup. unum, Conserv. Cort. Aurant. Unc. duas, et Syr. ejusdem q. s. ad Elect.

ELECTUARIUM STOMACHICUM Stromayeri. Ph. Augustan.

Rec. R. Zinzib. alb., crassiuscule inc., Unc. unam, Caryoph., minut. inc., Unc. semis, Rad. Calami cond. Unc. tres, Conserv. Menth. et Meliss. āā Unc. duas, Conserv. Rosar. rubr. Unc. quatuor, Sacch. albi Unc. sex, cum s. q. Aq. Rosar. sol. F. Elect.

ELECTUARIUM STOMACHICUM Wedekind. — Ex Pulv. R. Calami ar. Unc. semis, Conserv. Cochlear. Unc. duabus, Elix. acidi Haller. Gutt. aliquot et s. q. Syr. Cort. Aurant. constat. — St. Marie Elix. acidi loco Succum Citri sumit. (Alia praecepta pristina, passim similia, ad Electuaria stomachica praetereamus. V. etiam Electuarium de Acoro et aromaticum.)

ELECTUARIUM STOMACHICUM ALTERANS seu piperinum Saunders.

Rec. Piper. nigri, Conserv. Aurant. āā Unc. unam, Syr. Cort. Aurant. q. s. M. — Swediaur Rad. Calami, Galang. et Pip. nigri āā Unc. unam et Syr. Cort. Aurant. q. s. sumi suadet. — Addi potest Aethiop. martial. Unc. semis.

ELECTUARIUM seu CONFECTIO DE STYRACE Mesue.

Rec. Styrac. Calam., Extr. Opii, Sem. Hyosc. albi, Castor., Croci, Myrrh., Olibani āā Unc. unam, Mell. desp. Unc. viginti unam. M. l. a.

ELECTUARIUM DE SULPHURE, Deva el. Kebrit Ph. Persic.

Rec. Sulph. citr., Sem. Hyosc. albi, Styrac. liq., Myrrh. āā Unc. unam, Hb. Rutae, Costi amar. āā Drachm. decem, Opii, Croci āā Drachm. duas, Cass. lign. Unc. unam semis, Piper. albi Drachm. viginti. M. Pulverata misceantur et cum s. q. Mellis in Electuarium redigantur. (V. etiam Electuarium Diasulphuris.)

ELECTUARIUM SULPHURIS Gray. — Miscella est ex Flor. Sulphur. Unc. semis, Elect. lenit. Unc. duabus, Nitri dep. Drachm. tribus et s. q. Syr. Cort. Aurant. — ELECTUARIUM SULPHURIS CUM BORACE Gray. — Ex Flor. Sulph. Unc. una, Crem. Tart. Sesquiuncia, Boracis Unc. semis, Confect. Senn. Unc. duabus cum dimidia et Syr. C. Aurant. Unc. una vel q. s., constat. — ELECTUARIUM SULPHURIS COMPOSITUM Gray. — Ex Flor. Sulph. Unc. semis, Crem. Tart. Unc. una, Confect. Senn. Unc. duabus, Pip. nigri Unc. una semis et Syr. Zinzib. Unc. una constat.

ELECTUARIUM CONTRA TAENIAM seu Corticis Radicis Granati Deslandes. — Miscella est Extracti spirituosi Cort. Rad. Granati Drachm. sex, Succi Citri Unc. duarum, Aq. Fl. Tiliae Unc. trium et s. q. Gummi Tragacanthae.

ELECTUARIUM TAMARINDORUM seu laxativum Ph. Wirtemb. Tamarindenlatwerge. *Electuaire tamarindiné.*

Rec. Pulp. Tamarind. Unc. quatuor, Pulp. Passul. min. et Prunor. āā Unc. unam semis. M., postea adde Fol. Senn. el. pulv. Unc. unam semis, Crem. Tart. Drachm. sex, Cinnam. ac., Sem. Foenic. āā Drachm. duas, Ol. Nucist. dest. Gutt. decem. M.; f. addita s. q. Syr. rosat. solut. Elect. — Ph. Palat. Fol. Senn. Unc. sex et Sem. Foenic. Drachm. duas in Aq. font. et Vini albi āā Libr. duabus ad medietatis consumtionem coqui et colaturae expressae admisceri praescribit Pulp. Passul., Prunor. et Tamarind. āā Libr. semis, Crem. Tart. Unc. unam, Pulv. Fol. Senn. Unc. tres, Ol. dest. Anisi et Nuc. Moschat. āā Drachm. semis. — Disp. Pragens. formula in summa rei cum hac congruit, uti et Horstii formula antiqua. — Swediaur Pulp. Tamarind. Unc. tres, Pulv. Fol. Senn. Drachm. unam semis, Nitri et Sulphur. āā Drachm. tres cum s. q. Syr. Cort. Aurant. misceri proponit. — In alia formula Folia Sennae omittit. — Van Mons Crem. Tart. Drachm. unam, Fol. Senn. Drachm. tres, Pulp. Cass. et Tamarind. āā Unc. unam semis et Mann. dep. Unc. tres semis cum s. q. Syr. Violar. misceri suadet. (V. etiam Electuarium lenitivum.)

ELECTUARIUM TAMARINDORUM Marcus. — Fit Tart. dep. Unc. semis ad unam, Pulp. Tamarind. Unc. duas ad tres et Oxym. simpl. q. s. ad Elect., miscendo.

ELECTUARIUM TEMPERANS Ph. Hamb. p. paup.

Rec. Conserv. Rosar., Oxym. simpl. āā Unc. duas, Nitri dep. pulv. Drachm. duas. M. — Ph. Genev. Nitri Unc. semis cum Conserv. Rosar. Unc. quatuor misceri praescribit et Oxymel omittit.

ELECTUARIUM TEREBINTHINATUM Lemery.

Rec. Tereb. clar. Libr. unam, Pulv. R. Alth., Gramin., Ononid., Brusci, Liquir. āā Unc. unam, G. Arab. et Tragac., Ocul. Cancri ppt., Sal. Sulph., Milleped. ppt. āā Drachm. tres, Nitri dep., Sal. volat. Succini, Calomel. āā Drachm. duas. M. exactissime.

ELECTUARIUM (OPIATA) TEREBINTHINATUM Récamier.

Rec. Ol. Tereb. Drachm. duas, Pulv. Gummi Arab. Unc. unam semis, Sacch. albi Unc. semis, Syr. Flor. Aurant. Unc. unam. M. —

Ph. Genev. Ol. Tereb. Unc. semis cum Mell. Unc. una et s. q. Pulv. Liquir. misceri praescribit.

ELECTUARIUM TEREBINTHINAE Thompson sec. Richard.

Rec. Ol. Terebinth. rect. Unc. semis ad duas, Mellis q. s., ut f. Elect.

† ELECTUARIUM THEBAICUM EDINBURG. sec. Ph. Wirtemb.

Rec. Nuc. Mosch., Cardam. min., R. Zingib. āā Unc. duas, Serpent. Virg. Unc. tres, Opii, in Vini albi Hisp. q. s. sol., Drachm. tres, Mellis desp. triplum Pondus Pulverum. M.; f. Elect. — Scrupuli quinque unum Opii Granum continent. — Hoc Electuarium pariter Theriacae Andromachi (v. sequens) substituendum proponitur. (V. etiam Electuarium opiatum et Philonium Londinense.)

† ELECTUARIUM THERIACAE Andromachi Ph. Wirtemb., Helvet. cet., Theriaca Veneta, Electuarium Theriacae magnum, Electuarium opiatum polypharmacon. Theriak. *Thériaque.*

Rec. Rad. Dictamni albi sive Fraxinell., Scill. ppt. āā Libr. duas, Irid. flor. Libr. unam, Rad. Pentaphyll. Unc. sex, Calam. arom., Phu Pont. āā Unc. quinque, Rhabarb. veri, Zingib. albi āā Unc. sex, Angelic., Gentian. āā Unc. quatuor, Aristol. long. ver. Unc. duas, Asari Drachm. quinque et Scrup. unum, Hb. Scord. Cret. Libr. unam, Dictamni Cret. Unc. sex, Chamaedr. Unc. quatuor, Marrub. alb., Calaminth. mont. āā Unc. sex, Polii Cret., Chamaepith. āā Unc. quatuor, Centaur. min. Unc. duas, Majoran., Mari veri āā Unc. semis et Scrup. quatuor, Fol. Indor. Unc. quinque, Flor. Rosar. rubr. Libr. unam, Stoech. Arab. Unc. sex, Hyper. Unc. quatuor, Sem. Napi Libr. unam, Amomi racem. Unc. octo, Petros. Macedon. Unc. sex, Anisi, Foenic. Cret., Ammeos, Seseleos, Thlaspios āā Unc. quatuor, Dauci Cret. Unc. duas, Schoenanthi Unc. septem, Spicae vel Nardi Ind. Unc. octo, Spic. Celt. Unc. quatuor, Piper. longi Libr. duas, albi, nigri āā Unc. sex, Cardam. min., Carpobals. vel Cubeb. āā Unc. quatuor, Cinnam. ac. Unc. octo, Costi arom. Unc. septem, L. Aloës seu Xylobals. Unc. unam, L. Aspalathi Drachm. quinque et Scrup. unum, Agarici troch. Libr. unam, Myrrh. el. Unc. octo, Olibani el. Unc. sex, Mastich. Scrup. octo, G. Arab. Unc. quatuor, Bitum. Judaici sive Asphalti Unc. duas, Terr. Lemn. Unc. quatuor, Castor. Unc. duas, Viperar. Italic. Libr. duas. — Eligantur simplicia praescripta optimae notae, quae Herbis, Floribus, Radicibus et aliis siccationis indigis leni calore siccatis admisceantur, et simul in pulverem subtilissimum redacta seorsim serventur. — Squinanthum et Spica Indica, minutim incisa, cum Gummi Arabico, in Aqua soluto, probe pinsantur, et leni calore rursus exsiccata et in pulverem redacta, reliquis addantur. — Flores Rosarum seorsim terantur et cum Chalcitidis, sive Vitrioli Martis ad albedinem calcinati, Unc. quatuor, Croci Austr. opt. triti, Unc. octo, Vino diluantur. — Sequentia vero in Vini Malvat. s. q. solvantur: Opii Theb. Libr. duae, Succi Liquir. Libr. una, Succi Hypocistid. et Acaciae, Sagapeni āā Unc. quatuor, Galbani Unc. duae. Soluta et colata commisceantur cum Mell. opt. desp. Triplo, vel Libr. centum et sedecim, addantur Crocus, Chalcitis et Flor. Rosar. Vino diluta, agitentur diligenter, semper de pulvere priori inspergendo per cribrum. — Tandem Styrac. in Gran. Unc. quatuor, in Tereb. clar. Unc. sex solutae, et Opobals. veri, vel eo deficiente, Ol. Nucist. expr. Unc. tredecim adjiciantur, et per horae unius spatium, ut exactissime misceantur, agitentur, atque in vase capaciori, ut fermentare et aliquoties per mensem moveri queant, reponantur. — Uncia una hujus Theriacae circiter sex Grana Opii continet.

Haec formula a Zwelfero emendata eo solummodo a Galeni formula discrepat, quod Trochiscorum Scillinorum (Librar. duarum), de Vipera et Hedychroi (āā Libr. unius) loco, ingredientia, illos Trochiscos constituentia, ita in elementa divisa continet, ut Theriacae ipsi admisceantur, unde omnino cum formula antiqua congruit. — Ingredientium farraginem veteres etiam ratione ponderum vel naturae habita in classes, plerumque sex, distribuere solebant, quod supervacaneum, et permultas verbosasque cautelas cum ambagibus haud necessariis in paranda Theriaca observabant, quae tamen pariter plerumque supervacaneae. — Spielmanni formula, pariter, ut dictum est, a Galeno desumta, eo praecipue ab illa, in omnibus Pharmacopoeis antiquis contenta, discrepat, quod Librar. quatuordecim, Unciar. quinque et Drachm. duarum Mellis loco Libras decem tantummodo sumi suadet. — **Ph. Gallic.** formula cum hac congruit, nisi quod pariter rectius ingredientia Trochiscos supra memoratos constituentia in Theriacam ipsam distribuit, et species in tredecim classes secundum naturam et indolem consociat, — Uncia autem una hujus Theriacae octo Opii Grana circiter continet, non Drachmam unam, uti Spielmannus indicat. — **Ph. Sardoa** Pulv. Scill. ppt. Libr. unam semis, Tereb. Cypr., Ol. Nuc. Mosch., Succi Liquir., Opii, Viper. sicc. āā Unc. novem, Cinnam., Myrrh. āā Unc. octo, Balaustior., Benzoës el., Croci, Gummi Arab., Olibani āā Unc. sex, Angelic., Dictamni albi, Costi Arab., Contrajerv., Serpent. Virg., Irid. flor., Gentian., Valer., Calaminth. mont., Ivae, Polii mont., Scord. āā Unc. quinque, Bacc. Lauri, Cardam. min., Sem. Citri, Petros. Macedon., Seseleos āā Unc. quatuor, Vitrioli virid., ad albedin. calc., Drachm. decem, Nardi Ind., Castor. āā Unc. duas, cum Mellis albi Triplo totius et Vini Maderan. q. s. l. a. in Electuarium redigi praescribit. — Brugnatelli Rad. Zingib., Irid. flor., Nard. Ind. et Celt., Calami, Gentian. āā Drachm. sex, Valer. Unc. unam, Scill. Unc. tres, Hb. Dictamni Cret. Drachm. sex, Calaminth., Marrub., Scordii āā Unc. tres, Sem. Anisi, Foenic. āā Unc. unam, Cardam. min. Drachm. sex, Pip. longi, Succ. Liquir., Cinnam., Bitum. Ind., Opii āā Unc. duas, Storac. in Gran., Sagapeni, Gal-

bani āā Drachm. tres, Castor. Drachm. unam semis, Terebinth. Cypr. Unc. sex, Gummi Arab., Vitrioli virid., in Aqua sol., Rosar. rubr., Gallarum āā Unc. unam semis, Vini Hisp. Unc. sex et Mellis desp. q. s. ad Elect., praescribit. — (Alias formulas, passim paullisper discrepantes, praetereamus. (V. etiam Electuarium Diatessaron Mithridatium, opiatum, Requies Nicolai et sequentia.)

ELECTUARIUM THERIACAE seu Theriaca Andromachi correcta sine Opio. — Similis est compositio, Opio tamen omisso.

ELECTUARIUM THERIACAE seu Theriaca coelestis emendata ex Corpore pharmaceutico.
Rec. Extr. Angel., Imperator., Gentian., Aristol. rot., Torment., Calami arom., Zedoar., Card. ben., Rutae, Scord. āā Unc. semis, Croci, Myrrh. āā Unc. unam, Castor. Drachm. duas, Opii Unc. sex, Bezoar. Or., Corn. Cerv. phil. ppt., Cinnab. Antim. ppt. āā Drachm. sex, Succini ppt. Unc. semis, Ol. Macid., Ol. Nuc. Mosch. dest., Ol. Angelic. dest. āā Drachm. unam, Camphor. Drachm. tres. F. l. a. Elect. — (Alias formulas, immensam passim ingredientium seriem ad parandas Theriacas coelestes continentes, praetereamus.)

ELECTUARIUM THERIACAE seu Theriaca contractior Le Mort.
Rec. Rad. Angelic., Valer., Imperat., Bacc. Junip., Lauri āā Unc. semis, Nuc. Mosch., Croci, Rad. Gentian., Zedoar., Macid. āā Drachm. duas, Myrrh., Fol. Lauri, Hb. Card. bened., Caryophyllor. āā Drachm. tres, Opii Drachm. unam, Mellis Triplum, Vini generos. q. s., ad Elect. M.

ELECTUARIUM THERIACAE seu Theriaca Londinens p. paup. sec. Juncken.
Rec. Cornu Cervi lim. Unc. duas, Sem. Citri, Oxalid., Paeon., Scordii, Corallin. āā Drachm. sex, Rad. Angel., Torment., Paeon., Ocymi āā Unc. unam, Fol. Dictam., Bacc. Junip., Lauri āā Unc. semis, Flor. Calend., Tunic., Anth., Hyper., Nuc. Mosch., Croci āā Unc. tres, Zedoar., Zingib., Macid., Myrrh., Hb. Scabios., Succis., Card. bened. āā Drachm. duas, Caryoph., Opii āā Drachm. unam, Vini Malv. q. s., Mell. triplum. F. Elect.

ELECTUARIUM THERIACAE seu Theriaca officinalis Disp. Fuldens. — Constat ex Roob Junip. Unc. quatuor, Myrrh. el. in s. q. Hisp. solut., Pulv. R. Angelicae, Aristoloch. tenuis et Enulae āā Unc. duabus, Syr. Cort. Aurant. et Papav. albi āā Unc. octo. — Ph. Danica ad THERIACAM PAUPERUM R. Aristoloch. rot., Enulae, Myrrhae et Roob Junip. āā Part. aequales cum Syr. Cort. Aurant. s. q. misceri praescribit.

ELECTUARIUM THERIACA MULIERUM sec. Mynsichtium.
Rec. Theriac. Andromach. Unc. tres, Bezoard. Jovial. Unc. semis, Corn. Alcis et Cervi calcin. Dr. semis, Extracti Angelicae, Enulae āā Drachm. unam, Tinct. Castorei Drachm. semis, Magister. Matris perlarum, — Corall. rubr. āā Scrup. unam, Olei Succini alb. Gran. decem. Misce cum Roob Sambuci ut fiat Electuar. l. a.

ELECTUARIUM THERIACAE seu Theriaca Saxonica Mynsichti.
Rec. Roob Sambuci, Chamaeact. āā Unc. duas, Corn. Cerv. spagyr. calc. Unc. unam, Succi insp. Fumar., Syr. de Papav. simpl., Spir. Junip. āā Unc. semis, Bol. rubr. Drachm. duas, Ol. Sem. Angel., — Zedoar. āā Drachm. unam. F. l. a. Elect.

† ELECTUARIUM seu Theriaca Ph. Ticinensis.
Rec. Pulv. Summitat. Centaurii min. Unc. sedecim, R. Serpent. Virg. Unc. quatuordecim, Caryophyllor. Unc. tres, Myrrhae Unc. tres et semis, Opii, s. q. Vini albi soluti, Unc. duas, Mellis opt. Libr. decem et semis. M. exact.

ELECTUARIUM THERIACAE seu Theriaca simplex Zwelferi.
Rec. Rad. Angel., Imperat., Mors. Diab., Scorzon., āā Unc. quatuor, Enulae, Valer. āā Unc. duas, Hb. Scord. Unc. sex, Rutae Unc. tres, Bacc. Junip. Unc. quatuor. Coquantur in Aq. font. repetitis vicibus, colentur et colaturae clarificatae ad Mellis vel Extracti spissit. evaporent. Tunc adde Mell. pur. virgin. Libr. octo, Pulv. R. Zedoar. Unc. tres, Angelic., Succis. āā Unc. duas, Gentian., Dict. albi āā Unc. unam semis, Hb. Scord. Unc. tres, Sem. Citri excort., Rutae hort., Napi silv., Bacc. Junip., Lauri āā Unc. unam et semis, Croci opt. Unc. unam, cum Vino citrato triti, Myrrh. el. Unc. duas, Cinnam. ac., Nuc. Mosch. āā Unc. unam, Ol. aeth. Junip. Drachm. duas, Rutae Drachm. unam et semis. M.; f. l. a. Elect.

ELECTUARIUM THERIACAE seu Theriaca smaragdina Thiermairi sec. Ph. August.
Rec. Smaragd. ppt. Drachm. tres, Hyacinth. ppt., Rad. Paeon., Sem. ejusdem, Visci querni, Cinnam., Zedoar. āā Drachm. duas, Croci Drachm. semis, Dict. Cret., Sem. Citri āā Drachm. tres, Acetos., Corall. rubr. ppt. āā Drachm. unam et semis, Rasur. Unicornu, Eboris āā Drachm. duas, Syr. Succ. Limon., Mell. desp. āā q. s., ut f. Elect. molle. — (Alia praecepta vetustiora ad parandas varias Theriacas, quae hodie nunquam praescribuntur, praetereamus.)

ELECTUARIUM TONICO-APERITIVUM Brückneri.
Rec. Pulv. Rad. Rhei opt. Drachm. unam, Tart. dep. Drachm. duas, Pulp. Tamar. Unc. unam. M.; f. cum s. q. Syr. simpl. Elect.

ELECTUARIUM TONICO-RESOLVENS seu tonicum Brera.
Rec. Pulv. Chin. Unc. unam, Aethiop. mart. Drachm. duas, Flor. Sal. Ammon. Drachm. unam, Mell. opt. q. s., ut f. Elect.

ELECTUARIUM TONICUM Cadet.
Rec. Pulv. Chinae Drachm. sex, Limat. Mart. alcoh., Elect. Theriac. Diatessar. āā Drachm. duas, Syr. Cinnam. q. s. ad Elect. — Swediaur Chinae Unc. unam, Cinnam. Drachm.

unam, Aethiop. mart. Drachm. duas et Syr. Cort. Aurant. q. s. praescribit.

ELECTUARIUM (GUMMI) TRAGACANTHAE v. Electuarium Diatragacanthae.

ELECTUARIUM TRAUMATICUM Burggravii. Burggrafs Wundlatwerge. *Electuaire vulneraire de Bourggrave* Disp. Brunsvic.

Rec. Conserv. Rosar. rubr. Unc. duas, Bals. Locatelli Unc. unam, Syr. balsam. Unc. semis. M. — Disp. Fuldens. Conserv. Rosar. rubr. Unc. duas et Bals. traumat. Unc. unam cum s. q. Syr. balsam. misceri praescribit.

† ELECTUARIUM VERMIFUGUM Bate. — Miscella est Herbae Helleborastri Unc. duarum et Mellis despumati Unc. sex.

ELECTUARIUM VERMIFUGUM Fougier sec. Richard, Ratier cet.

Rec. Stanni limati Unc. unam, Extr. Artemis., Pulv. R. Jalapp. āā Drachm. unam, Syr. Cichor. comp. q. s., ut f. Boli Nro. duodecim. — Ellis solummodo Stanni limati Drachm. sex ad Unc. unam cum Mell. desp. Unc. quatuor misceri proponit. (V. etiam Electuarium joviale ad Taenias et Remedium contra Taeniam Matthieui.)

ELECTUARIUM VERMIFUGUM Swediaur.

Rec. Calomel. Gran. decem, Pulv. R. Rhabarb., Sem. Cinae, Rad. Jalapp. et Valer. āā Drachm. duas, Conserv. Absinth. Unc. unam semis, Oxym. squill. q. s., ad Elect. (V. etiam Electuarium anthelminticum.)

ELECTUARIUM VISCERALE Vogleri.

Rec. Pulv. Scill. comp. Stahlii, Gummi Ammon. puri, Tartari tartaris. āā Drachm. duas vel Sal. Friedericiani Unc. semis, Nitri dep. Scrup. duos, Magnes. albae opt. Drachm. semis, Sal. Ammon. dep. Scrup. unum, Sulph. Antim. aur. Gran. sex, Aq. Flor. Cass. Drachm. unam, Syr. Capill. Vener. q. s. M., f. Elect.

ELECTUARIUM VITAE Arnoldi de villa nova.

Rec. Uvar. pass. Libr. unam, Rad. Liquir. rasae Unc. semis, Myrobalan., Chebul. citrinar., Indar., Emblicar., Belliricar. āā Drachm. unam. Coq. cum Aq. font. s. q., postea colentur et exprimantur. In colat. solvatur Sacch. Libr. semis; add. Cinnam. el., Caryoph., Galang., Nuc. Mosch. āā Drachm. unam, Sem. Anisi, Foenic. āā Unc. semis. M. l. a., f. Elect.

ELECTUARIUM VOMITIVUM v. Electuarium Ipecacuanhae moschatum (p. 270).

ELECTUARIUM VULNERARIUM v. Electuarium traumaticum.

Alias formulas ad paranda Electuaria, praecipue pristinas, partim nimis et inconcinne compositas praetereamus. (Conf. etiam Confectiones, Conservae nonnullae et Marmelada cet.) — Praestat, medicum formulas ad Electuaria semper ipsum definite specialiter que praescribere, quia multa eorum tempore corrumpuntur.

ELIXIRIA, Elixir, *Elixir*, medicamina denominantur quaedam liquida, extractione corporum solidorum cum liquoribus spirituosis vel vinosis parata. Quorum solubilia hac ratione eliciuntur, sunt Cortices, Flores, Herbae, Radices, Semina, Aromata, Resinae balsamicae, purgativae, Gummi; adduntur interdum Extracta, Salia, Acida, Olea aetherea, cetera. Parari possunt Elixiria in Prelo Realiano, quamquam saepius non satis bene, et cum magna aut solventium aut solutorum jactura. Nam Spiritus Vini Aqua pura ex speciebus depelli non potest sine praecipitatione corporum solutorum in fibris vegetabilium. Resinae praeterea et Gummi liquoribus spirituosis humectata in massam lentam, glutinosam, liquoribus imperviam concrescunt. Quum denique Preli Realiani, non ubique pervulgati, tractatio varios casus adversos subeat, et pro parva parandorum copia minime aptum sit, in hoc medicaminum genere laudandum non est.

Parentur Elixiria in lagenis amplioris orificii, bene obturatis. Calide paranda in balneo Aquae tepidae vel calidae tractentur, vel, si animum bene adverteris, in balneo arenae et prope fornacem. Lagenas vesica bubula, passim perforata, obligare moris est. Cave ne incuria Spiritus aliqua pars avolet. Prodest, liquorem, cum quo extractio instituenda est, non totum speciebus infundere, sed post primam transfusionem vel expressionem partem addere reliquam, ita, ut quasi dilutione solubilia omnia evorcentur.

Sub digestione crebra mixtorum agitatio conducit. Bene digesta et frigefacta per pannum linteum vel gossypinum vel laneum trajiciuntur; residua, sacculo inclusa, in prelo torculari citissime exprimuntur, et liquores eliciti mixti sive per subsidentiam sive filtri chartacei ope depurgantur.

Elixiria a Tincturis et Essentiis mole paulum spissiore differunt; coloris sunt intense fusci vel rubri, ab extractis solutis interdum turbida, sedimentum in quiete demittentia, odoris fortis, plerumque grati, saporis ex diversa materiarum indole pendentis.

In vasis bene clausis in cella frigida serventur.

ELIXIR ABSINTHII seu amarum Ph. Boruss. castr. — Solutio est Extr. Absinthii Unc. unius in Aq. Menth. pip. Unc. octo, addendo Tinct. Cort. Aurant. Unc. semis.

ELIXIR ACIDO-AROMATICUM v. Elixir Vitrioli Mynsichti et Tinctura aromatica acida.

ELIXIR ACIDUM Ph. Danicae.

Rec. Spirit. Vini rectificatissimi Part. quatuor. Sensim et guttatim instillatur Olei Vitrioli rect. Pars una, add. Coccionell. q. s. ad Tincturam saturandam. Digesta per triduum filtrentur.

ELIXIR ACIDUM Halleri. Haller's Sauerelixir. *Elixir acide de Haller.*

Synon.: Liquor acidus Halleri, Guttae acidae tonicae, Elixir antipodagricum seu antinephriticum, Acidum Vitrioli seu sulphuricum vinosum sive alcoholisatum.

Rec. Spiritus Vini rectificatissimi, Olei Vitrioli rectificati āā Partes aequales.

Instilletur Oleum Vitrioli sensim et caute, in Spiritum, ne mixtura adeo calefiat, et servetur post refrigerationem in vase epistomio vitreo munito. — Liquor subflavescens, tempore fuscescens, odore spirituoso et subaethereo, sapore acidissimo, corrosivo, pond. spec. 1,197. — Miscella est Acidi sulphurici et sulphovinosi cum Spiritu Vini et Aetheris vestigiis. — *Vis:* in statu diluto, nervina, confortans, adstringens, temperans, per se autem corrodens.

Sit liquor pellucidus, grate odorus, minime odore sulphuroso, p. spec. supra designato; acido hydrothionico liquor dilutus minime coloretur.

Usus: Per se datur guttatim, aqua vel syrupo valde dilutum, et mixturis admiscetur.

Ph. autem Borussica et Slesvico-Holsat. hoc vel Mixturae sulphurico-acidae nomine Aquam Rabelli (p. 87.) intelligunt.

ELIXIR ACIDUM Dippelii sec. Ph. Wirtemb.

Rec. Spir. Vini rectificatiss. Unc. sex, Olei Vitrioli, successive instillandi, Unc. unam, Granor. Kermes, Croci āā Drachm. duas. Mixta digerantur leni calore, vitro bene clauso per aliquot dies, tandem clarum decanthetur et servetur. — *Vis* et *Usus:* praecedentis, minus autem acidum et corrodens est. (V. etiam Aqua Rabelli p. 87.)

ELIXIR ACIDUM Vogleri. — Miscella est Spirit. Vitrioli et Spir. Nitri dulc. āā Part. aequalium. — Westrumb Spiritus Nitri dulcis loco Spiritum Salis dulc. sumi suadet.

ELIXIR ACIDUM ALBUM Heroldi — ex Spir. Vini rectificatiss. Part. quatuor et Ol. Vitrioli Anglici Parte una constat.

ELIXIR ADSTRINGENS seu Extracti Campechiensis Ph. Hamb. p. paup.

Rec. Extr. L. Campech. Drachm. duas, Aq. dest. Unc. quatuor, Elix. acidi Halleri Drachm. unam. M. — Augustin Extr. L. Campech. Unc. semis in Vini rubri Gallici Unc. duabus solvi praescribit, Elixir acidum autem omittit.

ELIXIR ALEXIPHARMACUM Dolaei.

Rec. Spirit. Bacc. Junip. Libr. semis, Rad. Viperin. et Valer. āā Unc. duas, Croci, Myrrhae āā Unc. semis. Digere sufficienter et in colat. solve Ol. Succini et Camphorae āā Guttas sex. (Alia pristina praecepta ad Elixir alexipharmacum praetereamus.)

ELIXIR ALEXIPHARMACUM Huxhami.

Rec. Cort. Chin. Unc. duas, Flav. Aurant. Unc. unam semis, Rad. Serpent. Virg. Drachm. tres, Coccionell. Scrup. duos, Croci Scrup. quatuor, Spir. Vini Gall. Libr. duas, digere per aliquot dies, et filtra.

ELIXIR ALEXIPHARMACUM Hoffmanni.

Rec. Rad. Dictamni, Angelicae, Vincetoxici, Contrajervae āā Unc. semis, Hb. Scordii, Cardui bened. āā Drachm. sex, Croci, Myrrh. elect., Salis Tartar. depur. āā Drachm. duas, fiat extractio in Aquae Scordii cohobatae Libr. una et adde Liquoris anodyni mineralis Unc. tres.

ELIXIR ALKERMES, Alcohol Alkermes seu cum Coccionella compositus, Alkermes liquidum Ph. Ferrar.

Rec. Caryoph., Cinnam. āā Drachm. tres, Vanill. Drachm. duas, Alcohol. Vini Libr. tres. Digere per 24 horas, tunc adde Tincturam praeparatam cum Coccionellae Unc. semis, Alumin. Scrup. uno et Alcohol. Vini Unc. sex. Stent per 3 dies in digestione, denique admisce Aq. Cinnam. Libr. duas, Sacch. Libr. quinque. Filtra. — Ferrarini praeter Aq. Cinnam. (Libr. unam) etiam Aq. Naphae Libr. duas sumi proponit, ceterum in summa rei cum praecedente formula congruit. — Cadet Cinnam., Macid., Caryoph., Nuc. Mosch. āā Drachm. duas cum Alcoh. Vini Libris quinque per 7 ad 8 dies macerari, deinde addi praescribit Sacchari Libr. quatuor in Aquae Libris quinque solutas, denique mixturam cum Syrupi Alkermes aut Aluminis Sesquidrachma, et Coccionell. Drachm. una colorari. — Gray Fol. Lauri Libr. unam, Macid. Unc. sedecim, Nuc. Mosch. et Cinnam. āā Unc. duas, Caryoph. Drachm. sex cum Spir. Vini Gallici (Cognac) Libris triginta septem per 3 hebdomades digeri et colaturae admisceri praescribit Syr. Kermesini Libr. duodeviginti.

ELIXIR ALLIATUM Schroederi. — Paratur iterata cohobatione Spir. Vini rect. super Rad. Allii, donec odore gaudet penetrantissimo Allii et addito paullulo Camphorae.

ELIXIR ALOËS COMPOSITUM Richard.

Rec. Aloës Succotr. Drachm. novem, Rad. Gentian., Rhei, Croci, Agar. albi āā Drachm. unam. Macera per 14 dies in Alcoholis (22°) Libr. duabus, cui adde Sacch. albi Unc. unam,

Canell. alb. Drachm. unam. (V. etiam Elixir aperitivum, Proprietatis, sacrum et Tinctura.)

ELIXIR ALOËS SAPONACEUM v. Elixir Proprietatis Stahlii.

ELIXIR AMARO-AROMATICUM Ph. Batav. — Fit miscendo Tinct. Absinth. Unc. unam semis, Carvi Unc. semis et Vini Gallici Unc. sex.

ELIXIR AMARUM Ph. Boruss. Bitteres Elixir. *Elixir amèr.*

Rec. Extr. Trifol. fibr. et Cort. Aurant. ana Unc. semis. Solve in Aq. Menth. pip. et Spir. Vini rect. ana Unc. quatuor; filtra et adde Liq. anod. Hoffm. Drachm. duas.

ELIXIR AMARUM Taxae milit. Badens.

Rec. Aq. Menth. pip. Unc. quatuor, Extr. Gentian., Tinct. amar. ana Drachm. duas. M.

ELIXIR AMARUM Cadet.

Rec. Aloës Libr. tres, Myrrh. Libr. duas, Olibani Libr. unam, Croci Unc. quatuor, Mastich. Unc. duas, Spir. Vini Libr. tredecim. Macera saepius per mensem agitans; destillent duae Partes tertiae, tunc adde Sacch. albi q. s.

ELIXIR AMARUM seu aperiens Disp. Fuldens.

Rec. Extr. Gentian. rubr. Unc. unam, Tart. tartaris. Unc. semis, Aq. destill. Unc. sex et Menth. pip. Unc. duas. Solve et misce.

ELIXIR AMARUM STIMULANS seu roborans Ph. Lusit. ed. Pinto.

Rec. Aloës opt., R. Zedoar., Extr. Tarax., Gentian., Croci, Rhabarb., Electuar. Opii ana Unc. unam. M., digere cum Spir. Vini Libr. quinque per 12 dies, cola cum expressione et filtra.

ELIXIR AMARUM Hiaerne v. Elixir ad longam Vitam (p. 293) et Tinctura Aloës composita.

ELIXIR AMARUM AQUOSUM Augustin.

Rec. Extr. Absinth. Unc. unam, Aq. Menth. pip. Unc. octo, Tinct. Cort. Aurant. Unc. semis. M. — Vel: Rec. Aq. Cinnam., — fontan. ana Unc. tres, Extr. Cort. Aurant. Drachm. tres. Solve. — Vel: Rec. Aq. Menth. pip. Unc. quatuor, Extr. Card. bened. Drachm. duas. Solve.

ELIXIR AMARUM Stoughton v. Elixir de Stoughton.

ELIXIR AMARUM VINOSUM seu cum Vino Augustin.

Rec. Extr. Gentian. Drachm. duas, Vini Hisp. Unc. quatuor, Essent. Cort. Aurant. Drachm. duas. M. — Vel: Rec. Cort. Chin. Unc. unam, Rad. Gentian. rubr., Clavell. Cinnam. ana Drachm. tres, Spir. Vini Gallic. Unc. octo. M., digerantur per 24 horas. — Ph. Hamb. p. paup. Extr. Trifol. fibr. Unc. semis in Vini Gallic. alb. Unc. duabus solvi praescribit. (V. etiam Tinctura roborans et Vinum.)

ELIXIR AMBARI seu Ambrae Lemerti.

Rec. Succini albi, Sacchari Candi ana Unc. unam, Ambrae griseae Drachm. tres, Moschi Drachm. unam, Spir. Vini Gallici Libr. unam. Digere per 15 dies, filtra et adde Ol. dest. Juniperi et Bals. Peruv. ana Unc. duas; iterum digere, ut solvantur.

ELIXIR AMERICANUM, *Elixir americain ou antilaiteux de Courcelles, Alcoolat d'Aunée composé Henry et Guibourt.*

Rec. Rad. Enul. Libr. quatuor, Rad. Aristol., Rad. Sacchari officinar. ana Libr. tres, Rad. Arund. Donac., Fol. Laur. pers. ana Libr. duas, Flor. Hyper. Libr. unam, Sambuci Unc. octo, Cort. Siderodendr. triflori, Fol. et Flor. Aurant. ana Unc. sex, Fol. Croton. balsamif. Unc. quatuor, Bacc. Junip. Unc. tres, Flor. Tiliae, Hb. Anthos, Hb. Justic. pectoral. ana Unc. duas, Rad. Asari, Arec. olerac. ana Unc. unam, Opii Unc. duas semis, Cucurb. lagenar. Nro. duas, Spir. Vini rectif. Libr. decem, Aq. q. s., Cineris, ex plantis ad compositionem Elixirii servientibus obtentae, Libr. duas. — Cadeti formula emendata: Rec. Alcohol. Vini Libr. centum viginti, Rad. Enulae Libr. sedecim, Flor. Hyper. Libr. octo, Fol. Aurant. Libr. sex, Flor. Sambuci Libr. quatuor, Flor. Tiliae Libr. duas semis, Rad. Donac., Bacc. Junip., Flor. Anthos, Opii ana Libr. duas, Rad. Asari Libr. unam, Aquae q. s. ut Liquor 20° Baumé indicet. Macera l. a. et colora tincturam cum Flor. Papav. Rhoead.

† ELIXIR AMMONIATO-OPIATUM v. Elixir pectorale et e Succo Liquiritiae.

ELIXIR (stomachicum et antispasmodicum) AMSTELODAMENSE sec. Kraus. Amsterdamer Elixir. *Elixir d'Amsterdam.*

Rec. Bacc. Junip., Lauri, Cort. Aurant., Hb. Alth., Farfar., Rad. Calam. arom. Gent. rubr. ana Unc. semis, Hb. Absinth., Marrub. albi, Trifol. fibr., Menth. pip., Rad. Bryon., Polypod., Stip. Dulcamar. ana Drachm. duas, Hb. Menth. cr., Millefol., Potentill., Equiseti ana Drachm. unam, Ligni Santal. rubri Drachm. duas. Conc. et cont. affunde Spir. Vini Gall. Mensur. duas, digere per dies 6—8, saepius agitata.

ELIXIR ANTACIDUM seu cum Aqua Calcariae ustae Ph. Hamb. p. p. et Augustin.

Rec. Extr. Quass. Drachm. unam, solve in Aq. Calc. rec. Unc. octo. M.

ELIXIR ANTARTHRITICUM CARIBAEUM, Tinctura Guajaci Emericonis. *Liqueur ou Ratafia des Caraibes.* — Solutio est Resin. Guajaci nat. Unc. duarum in Taffiae (I. 345.) Unc. nonaginta sex. — Van Mons ad unam Resinae Partem triginta octo Spiritus Sacchari Partes praescribit. (V. etiam Liquor.)

ELIXIR ANTARTHRITICUM seu Remedium contra Fungos venenosos Cadet.

Rec. Aloës Succotr., Resin. Guajaci ana Drachm. decem, Myrrh. Unc. unam. Solve singula separatim in Alcoholis Vini Unciis sedecim et misce deinde trium harum tincturarum Partes aequales.

ELIXIR ANTARTHRITICUM Ph. Hamb. p. p.

Rec. Extr. Aconiti Drachm. unam, Vini Antimon. Huxhami, Liq. antarthrit. Elleri ana Unc. semis. M.

ELIXIR ANTHELMINTHICUM seu Jalappae compositum Suecorum, Essentia catholica purgans Rothii, Tinctura Jalappae composita sec. Spielmann.

Rec. Rad. Jalapp. Unc. quatuor, Sem. Cartham. Unc. duas, Scammon. Unc. semis, G. Guttae Drachm. duas. Inc., cont. et pulv. affund. Spir. Vini rectif. Unc. viginti quatuor. Digere per 4 dies, cola cum expressione et filtra. — Ph. Suecic. Semen Carthami omittit, ceterum cum hac formula congruit. — Ph. Herbipol. pariter cum formula superiori congruit, praescribit autem ingredientia cum Spir. Citri Libr. una semis per aliquot dies digeri, liquorem tinctum decanthari, residuo denuo Spir. Citri Libr. unam affundi, et post digestionem separari; denique ex Tinctura commixta tertiam Partem Spiritus abstrahi et residuum usui asservari. — Pierquini formula cum hac congruit, nisi quod ad secundam abstractionem Libr. semis tantummodo Spirit. Citri praescribit, Spiritus abstractionem omittit. (V. etiam Tinctura purgans.)

ELIXIR ANTIAPOPLECTICUM JACOBINORUM DE ROUEN. *Alcoolé de Canelle et de Santaux composé Henry et Guibourt.*

Rec. Cinnam., Santal. citr. āā Drachm. duodecim, Santal. rubr. Drachm. sex, Sem. Anisi, Bacc. Junip. āā Unc. unam, Sem. Angelic., Rad. Contrajerv. āā Drachm. quinque, Galang., Imperat., Liquir., Ligni Aloës, Caryoph., Macid. āā Drachm. duas, Coccionell. Drachm. unam, Spir. Vini (32°) Libr. octo. — Cadet Ligni Aloës loco Lign. Sant. album et insuper Viperar. pulv. Drachm. quinque praescribit, ceterum cum praecedente formula congruit, nisi quod ponderum ratione partim discrepat.

ELIXIR ANTIARTHRITICUM v. Elixir antarthriticum (p. 285).

ELIXIR ANTIASTHMATICUM Boerhaavii sec. Van Mons.

Rec. Camph. Part. unam, Rad. Asari Part. tres, Irid. flor., Sem. Anisi āā Part. quinque, R. Enul. et Calami āā Part. decem, R. Liquir. Part. quindecim, Spir. Vini Part. octoginta. Macerentur omnia, excepta Camphora, in Spiritu per aliquot dies; deinde solvatur Camphora in liquore expresso. — Baumei formula cum hac congruit.

ELIXIR ANTIASTHMATICUM Fürstii, sec. Tabul. Smaragd.

Rec. Sulphuris, Salis Tartari āā Unc. tres, liqua, et frigefacta in pulverem redige; adde Gummi Ammon., Aloës, Myrrh. āā Unc. unam, Croci Unc. semis, Spirit. Vin. Tartar. Unc. viginti octo, Tinct. Meliss. Unc. novem, Spiritus Salis Ammon. urinos Drachm. quatuordecim. Digere, filtra.

ELIXIR ANTIASTHMATICUM seu asthmaticum Le Mort.

Rec. Ol. Anisi Drachm. semis, Camphor. Scrup. duos, Acidi benzoici subl., Opii āā Drachm. unam, Croci Unc. semis, Mell. Narbonn., Rad. Liquir. āā Unc. quatuor, Spir. Vini Unc. triginta quatuor. M., digere l. a., exprime et filtra. — Gray Opii et Ol. Anisi āā Unc. unam, et Camphorae Drachm. quinque cum Spir. Vini simpl. Libr. decem digeri praescribit. (V. etiam Elixir asthmaticum et paregoricum.)

ELIXIR ANTICOLICUM CROCATUM v. Elixir de Garus (p. 292).

ELIXIR ANTIFEBRILE seu febrifugum Ph. Wirtemb., Disp. Brunsvic. cet.

Rec. Rad. Gent. rubr. Unc. unam, Serpent. Virg., Hb. Card. bened., Centaur. min., Trifol. fibr., Absinth. Pont. āā Drachm. tres, Cort. Peruv. Unc. unam et semis, Cascarill., Winterani āā Unc. semis, Flor. Sal. Ammon. mart. Drachm. sex. Inc. infunde cum Spir. Vini rectif. Libr. duabus. Post digestionem per 4 dies exprimantur et Elixir, per chartam filtratum, usui servetur. (V. etiam Elixir febrile.)

ELIXIR ANTIFEBRILE Mynsichti.

Rec. Rad. Aristol. rotund., Calami arom., Ostruthii, Tormentillae, Zedoariae āā Unc. semis, Hb. Absinth., Card. bened., Cent. min. āā Man. sex, Hb. Quinquefolii, Rutae āā Man. tres, Sem. Hyperici Drachm. duas, Sal. Absinthii, — Card. bened., — Cent. min. āā Unc. semis, Camphorae Drachm. unam, Arcani duplic. Drachm. duas. M. pulverisentur omnia, et extrahentur l. a. iterate Spiritu Vini, donec exhausta sint. Commisceantur tincturae et abstrahatur Spiritus ex baln. Mar. ad medietatem. Tincturam remanentem filtra et serva. (Alias similes formulas pristinas praetereamus.)

ELIXIR ANTIFEBRILE Wedelii Disp. Argent. et Ratisb.

Rec. Rad. Galangae, Zedoariae, Hb. Absinth. āā Unc. unam, Rad. Calam. arom. Drachm. sex, Cort. Chinae, Lign. Colubrin., Cassiae Caryoph., Florum Centaur. min. āā Drachm. tres, Cort. Citri, Aurant., Rad. Rhabarb. āā Drachm. duas, Macidis, Nucis Moschat., Caryophill. āā Drachm. unam semis, Costi veri, Hb. Schoenanth. āā Drachm. unam. Incisis et mixtis affunde Acidi Salis Unc. unam et extrahe tincturam cum Spir. Vini rectificatissimi Libr. quatuor.

ELIXIR ANTIHYPOCHONDRIACUM v. Elixir roborans Whyttii.

ELIXIR ANTIHYSTERICUM seu uterinum Duriethii.

Rec. Asae foet. Drachm. duas, Opii, Sal. C. Cervi āā Drachm. semis, Tinct. Castor. Unc. tres. M., digere et exprime. (V. etiam Elixir foetidum, uterinum, Essentia seu Tinctura hysterica et Castorei composita.) Alias pristinas formulas praetereamus.

ELIXIR ANTIHYSTERICUM OFFICINALE seu Alcohol cum Asa foetida et Opio Ferrarini. — Fit digerendo Castorei Unc. semis, Asae foetid. Drachm. duas, Opii Drachm. semis et Sal. Succini volat. Drachm. unam in Sp. Vini rect. Unc. quatuor per dies 4 et filtrando.

ELIXIR ANTIMONIALE Sachsii ex Junckerio. — Fit Scammonii Unc. duas et Antimon.

crudi ppt. Drachm. duas cum Spirit. Anisi Libra semis digerendo et filtrando.

ELIXIR ANTINEPHRITICUM v. Elixir acidum.

ELIXIR ANTIODONTALGICUM v. Elixir odontalgicum, Tinctura odontalgica et Pyrethri.

ELIXIR ANTIPESTILENTIALE de SPINA. *Elixir de SPINA*, Balsamum vitae Lelièvre sec. CADET.

Rec. Aloës Succotr. Unc. unam, Theriac., Rad. Rhei aa Drachm. duas, Agaric., Myrrh., Croci aa Drachm. unam, Rad. Gentian., Zedoar. aa Drachm. semis, Spir. Vini opt. Libr. duas, Sacch. Unc. tres. Cont. digere per dies 8 soli exponendo, tunc cola cum expressione et adde Aloën et Saccharum, digere denuo et filtra. (V. etiam Elixir longae Vitae.) Alia pristina praecepta praetereamus.

ELIXIR ANTIPODAGRICUM GULDENKLEE et TIMAEI.

Rec. Rad. Artemis. Unc. duas, Rhapont. Mosc., Aristol. rot. aa Unc. unam, Hb. Chamaedr., Flor. Centaur. min. et Hyper. aa Drachm. quinque, Sem. Petros. Macedon. Drachm. sex. Inc., cont. infunde Spir. Vini tartarisati Unc. viginti quatuor. Digerantur per aliquot dies, filtretur tinctura et inde abstrahatur Spir. Vini Libr. una. (V. etiam Elixir acidum.)

ELIXIR ANTIPODAGRICUM VILLETII seu Sassaparillae et Chinae compositum *Elixir antigoutteux de VILLETE sec. HENRY et GUIBOURT.*

Rec. Cort. Chin. gris. Unc. quatuor, Flor. Papav. Rhoead. Unc. duas, Lign. Sassafras Unc. unam, Spiritus Sacchari (Rhum) Unc. centum sexaginta. Digere per dies 15 cola cum expressione et adde Resin. Guajac. pulv. Unc. duas. Digere denuo per dies 15 et adde Syrupum ex Rad. Sassaparill. Unc. quatuor et Sacchar. Unciis quadraginta paratum. Filtra post dies 4.

ELIXIR ANTISCORBUTICUM BOERHAAVE.

Rec. Sem. Sinap., Armorac., Erucae, Erysimi, Nasturt. aa Unc. unam, Hb. rec. Cochlear., Lepid., Armorac. aa Manip. duos. Cont. in mortario adde Hb. Lupuli Unc. unam, Spir. Vini rectif. q. s. Macerentur l. a. et exprimatur Elixir.

ELIXIR ANTISCORBUTICUM BONTOKOE.

Rec. Cinnam. Unc. duas, Nuc. Moschat. Unc. semis, Macis Drachm. duas, Caryoph. Drachm. unam, Cort. Citri Unc. unam, Aurant. Unc. semis, Rad. Calami arom., Croci aa Drachm. tres.

ELIXIR ANTISCORBUTICUM Disp. Fuldens.

Rec. Extr. Trifol. fibr., Fumar., Gramin. aa Unc. semis; Aq. Chamom. Unc. decem, Aq. Raphani rust. comp. (ex Spir. Armorac. Part. una et Aq. Pimentae Part. duabus constantis) Unc. quatuor, Ol. Vitrioli albi Unc. semis. Solve et misce l. a. — Ph. Lusit. ed. PINTO Extr. Tarax. et Gentian. aa Drachm. unam semis, in Succ. Nasturt. expr. Unc. sedecim solvi et solutioni admisceri praescribit Ol. Vitrioli Drachm. unam, Spir. Vini Unc. tres, denique post 24 horarum sepositionem decanthari.

ELIXIR ANTISCORBUTICUM SELLII.

Rec. Extr. Trifol. fibr., Centaur. min., Fumar., Gramin. aa Unc. semis; solve in Aq. Cochlear. Libr. quatuor, admisce Spir. Cochlear. Unc. duas, Ol. Vitrioli albi Drachm. duas.

ELIXIR ANTISCORBUTICUM seu scorbuticum amarum Brandenburgensium correctum sec. SPIELMANN.

Rec. Rad. Enul. Drachm. duas, Filic. Unc. semis, Hb. Absinth. Drachm. tres, Cort. Aurant. immat. Drachm. duas, Tamarisci Drachm. sex. Inc. affunde Succi expr. Beccabung., Borrag., Buglossi, Cochlear., Fumar., Nasturt. aq. aa Drachm. duas, Spir. Cochlear. et Nasturt. aa Unc. quatuor. Digerantur per aliquot dies et exprimantur. — Ph. Palat. Succorum loco Herbar. designatar. aa Drachm. tres praescribit, ceterum cum praecedente formula congruit, Spir. Cochleariae quantitatem minus definite indicat et Spiritum Nasturtii omittit, cujus loco pariter Hb. rec. Drachm. tres sumi praescribit. (Alias pristinas similes sed magis compositas, formulas praetereamus.)

ELIXIR ANTISCROPHULOSUM seu amarum PEYRILHE, Tinctura Gentianae alcalina seu digestiva.

Rec. Rad. Gentian. rubr. et Ciner. clav. dep. aa Drachm. duas, Spir. Vini simpl. Unc. triginta. Digere per 24 horas et filtra. — ELIXIR FORTIUS ANTISCROPHULOSUM fit digerendo Rad. Gentian. Drachm. quinque et Ciner. clavell. dep. Drachm. sex in Spir. Vini simpl. Libr. duabus. — RICHARD Rad. Gentian. Unc. unam et Sal. Alcali vol. sicci Drachm. duas in Spir. Vini simpl. Libr. duabus digeri praescribit.

ELIXIR ANTISEPTICUM CHAUSSIER, Tinctura Chinae seu Kinae Kinae composita Ph. Gallic.

Rec. Chin. fusc. Unc. duas, Cort. Cascar. Unc. semis, Cinnam. Drachm. tres, Croci Drachm. semis, Sacch. albiss. Unc. quatuor Drachm. sex. Conc., cont. macerentur per biduum in Vini Hisp. albi vel Gallici moschati et Spir. Vini Gall. aa Libr. una, decanthetur liquor et admisceatur Naphth. Vitrioli Drachm. una semis. — VAN MONS Spir. Vini Unc. viginti, Sacchari Unc. quatuor et Naphthae Vitrioli loco Naphthae Nitri Sesquidrachmam praescribit, ceterum cum praecedente formula congruit. — RENNIE Spir. Vini omittit, ceterum pariter cum data formula congruit.

ELIXIR ANTISPASMODICUM Disp. Fuldens.

Rec. Camph. Drachm. unam. Solve in Liq. anod. min. HOFFM. Drachm. duabus, subigatur cum Extr. Valer. silv. Unc. una, sensim affundantur Aq. Chamom. Unc. sex. M. — RIEMER Camphor. Scrup. unum, Liq. anod. HOFFM. Drachm. duas, Extr. Valer. Drachm. sex, Aq. Menth. pip. Unc. sex et Laud. Liq. SYDENH. Drachm. unam l. a. misceri proponit. — SWEDIAUR Rad. Valer. et Serpent. Virg. aa Unc. unam in Spir. Vini rect. Unc. duodecim digeri, et tincturae filtratae admisceri praescribit Camph. Drachm. unam, in Naphth. Vitrioli Unc. duabus solutam. — VAN MONS Camphor.

Drachm. unam in Tinct. Valer. Unc. duabus et Liq. anod. min. Hoffm. Drachm. duabus solvi suadet.

ELIXIR ANTISPASMODICUM et APHRODISIACUM Farines. — Fit miscende Spiritus Corembycis Moschati, Aquae et Sacchari āā Part. aequales.

ELIXIR ANTISYPHILITICUM seu antivenereum Le Mort.

Rec. Bals. Copaiv. Unc. unam, Resin. Guajac. Drachm. duas, Ol. aeth. Sassafr. Drachm. semis, Spir. Vini rect. Unc. quinque et semis. Leni calore totum digere et filtra. — Praescribitur etiam simul addito pauco Sale Tartari servari. — Disp. Viennense et Spielmannus ad ELIXIR ANTIVENEREUM VIENNENSIUM insuper Bals. Peruv. Unc. semis et Sal. Tartari Drachm. duas addi et Spir. Vini rectificatiss. Unc. sex praescribunt, ceterum ut praecedens. (V. etiam Balsamum polychrestum p. 119.)

ELIXIR ANTISYPHILITICUM seu antivenereum Waightii usuale in Insula Jamaika.

Rec. Ligni Guajaci Drachm. duodeviginti, Rad. Serpent. Virg. Drachm. tres, Sem. Amomi Drachm. duas, Opii Drachm. unam, Merc. subl. corros. Drachm. semis, Spir. Vini simpl. Libr. duas. Mercur. spirit. antea solvatur, cetera digerantur per 8 dies et filtrentur.

ELIXIR APERITIVUM Clauderi Ph. Wirtemb. cet., Elixir aperiens seu Proprietatis aquosum, Elixir aloëticum, Tinctura Aloës cum Myrrha. Clauders eröffnendes Elixir, wässerige Aloëtinctur. *Elixir aperitif de Clauder.*

Rec. Sal. Tartari vel Ciner. clavell. dep. Unc. unam, solvantur in Aq. Sambuci, Cochlear., Nasturt. aquat. āā Unc. quinque. Solutio filtretur et affundatur Aloës Succotr., Myrrh. āā Unc. uni, Croci Unc. semis. Per triduum digerantur et filtrentur. — Codex Hamburg. ciner. clavell. dep. Unc. duas, Aq. et Sambuc. Unc. quindecim praescribit Aq. Cochl. et Nasturt. autem omittit, ceterum ut praecedens. — Disp. Fuldens. et Mayr Sal. Alcali veget. dep., Sal. Ammon. dep. āā Unc. unam in Aq. Chamom. Unc. duodecim solvi et in solutione Extr. Aloës et Myrrh. aquos āā Unc. semis, Croci Austr. Drachm. duas sufficienter digeri praescribunt. — Disp. Lippiac. Sal. volat. Sal. Ammon. Drachm. tres et Sal. digestivi Drachm. sex in Aq. Chamomill. Libr. una solvi et cum solutione filtrata commisceri praescribit, Extr. Aloës et Myrrhae aq. āā Unc. semis et Syr. Croci Unc. duas, deinde post 2 dies digest. denuo colari. — Hufeland. Sal. Tartari, Sal. Ammon. āā Unc. unam in Aq. Cochlear. Unc. viginti tribus solvi et in solutione Aloës lucid., Myrrh., Res. Guajaci, Rad. Rhabarb. āā Unc. semis et Croci Drachm. duas digeri praescribit. — Disp. Viennens. Myrrhae el. cum Liq. Nitri fixi irrorat., Aloës Succotr. āā Unc. semis, Ciner. clavell. Unc. unam, et Croci Austr. Drachm. duas cum Aq. Sambuci Unc. sedecim l. a. digeri praescribit.

ELIXIR APERITIVUM Ph. Hamb. p. paup.

Rec. Extr. Tarax., Tart. tartaris. āā Unc. semis, Infusi Rhei, Aq. Menth. pip. āā Unc. tres.

ELIXIR APERITIVUM Rosensteini v. Elixir Sennae.

ELIXIR CUM AQUA CALCARIAE USTAE v. Elixir antacidum p. 285.

ELIXIR AROMATICUM seu Tinctura aromatic. Disp. Lippiac.

Rec. Flor. Cass. Unc. duas, Rad. Calami, Cardam. min., Caryoph., Rad. Zinzib. alb. āā Unc. semis, Spir. Vini rect. Libr. duas. Digere per 14 dies tunc filtra. — Mayr Flor. Cassiae, R. Calam., et Galangae āā Unc. unam, Hb. Menth. pip., Flav. C. Citri rec. āā Unc. unam semis, Cardam. min. et R. Zingib. āā Drachm. duas in Vini Austriaci generos. Libr. tribus per 6 dies macerari tunc exprimi et filtrari praescribit. (V. etiam Claretum p. 183, Essentia seu Tinctura aromatica et Calami composita.)

ELIXIR AROMATICUM ACIDUM v. Elixir Vitrioli Mynsichti et Tinctura.

ELIXIR AROMATICUM ADSTRINGENS Boerh.

Rec. Flor. Urtic. mort. Libr. unam, Rosar. pallid. Unc. duas, Summit. Anthos Unc. unam, Sem. Urtic. Unc. octo, Hb. Plantag. Unc. duas, Gland. Querc. Nro. viginti quatuor, Rad. Bistort. Unc. duas, Vini albi Libr. octo. Post 24 horas infusionis adde Tereb. Venet. Unc. quatuor. Destillent in balneo Mariae ad siccum; producto adde Sal. Tartari Unc. unam, Roob Sambuci Unc. quatuor, Sacchari albi Libr. unam. M.

ELIXIR ARTHRITICUM Hoffmanni.

Rec. R. Paeon. Unc. semis, Pyrethri, Cyperi rot., Irid. Illyricae (Hermodactylor) āā Drachm. unam semis, Cardam. Cubebar. āā Drachm. unam, Caryophyll., Cinnamomi āā Drachm. duas, Nuc. Moschat. Unc. semis, Myrrhae el. Unc. unam semis, Hb. Puleg., Majoran. āā Drachm. unam, Hb. Salviae, Chamaedr. et Chamaepithyos āā Unc. duas, Flor. Chamom., Lavend. et Anthos āā Unc. tres. Infund Spir. Vini rect. Libr. quatuor, digere per 14 dies, tunc destilla e baln. Mariae. Destillato adde Extractum cum Sale. Alias pristinas formulas praetereamus. (V. etiam Elixir antarthriticum.)

ELIXIR ASTHMATICUM de Spina.

Rec. Gummi Ammoniaci in Aceto soluti et Myrrhae āā Unc. tres, Croci, Mastich. āā Unc. unam, Succi Liquir., Benzoës āā Unc. semis. Digere cum Spirit. Sulphuris (Vitrioli) q. s. ad suff. humect. per 14 dies, tunc adde Spirit. Anisi vel Foeniculi q. pl. et f. Elixir. (V. etiam Elixir antiasthmaticum, paregoricum et pectorale dulce.)

ELIXIR AURANTIORUM COMPOSITUM seu viscerale Ph. Boruss., Vinum amarum seu aromaticum alcalisatum Tinctura amara,

stomachica seu Corticum Aurantiorum alcalisata. Zusammengesetztes Pomeranzen-Elixir. *Elixir d'Oranges composé.*

Rec. Flaved. Cort. Aurant. Unc. quatuor, Fruct. Aurant. immat., Cinnam. Indici āā Unc. duas, Ciner. clavell. dep. Unc. unam. Conc., cont. affunde Vini Malacens. Libr. quatuor; post suffic. digestionem exprime. In colatura Unciar. quadraginta quatuor solve Extr. Absinth., Cascarill., Gentian., Trifol. fibr. āā Unc. unam. Post subsidentiam et decanthationem liquori limpido adde Olei Citri Drachmam, in Liq. anod. Hoffm. Unc. duabus solutam. — Liquor fuscus, subturbidus, non ingrate aromaticus et amarus. — Elixir balsamicum temperatum Hoffm. supplere destinatur; (v. infra.) — Ante dispensationem hoc Elixir semper agitandum est. — Codicis medic. Hamburg. formula cum hac congruit. — Ph. Palatina omittit Cinnamom. et Fructus aurantior. — Ph. Hannov. uti et Ph. Boruss. ed. prior., duas Ol. de Cedro Drachmas praescribunt, ceterum pariter cum hac formula congruunt. — Ph. Saxonica Extracti Trifolii loco, Extr. Centaur. min. praescribit; ceterum ut Ph. Hannover. — Ph. Oldenb. Extr. Cascarillae et Card. bened. loco Extr. Trifolii fibr. praescribit, ceterum pariter ut praecedens. (V. etiam Elixir balsamicum temperatum et viscerale Hoffmanni, Tinctura amara cet.) — Ph. Hispan. v. Elixir stomachicum Ph. Hisp. — Ph. d'Anvers. Rec. Cort. Aurant, Hb. Scordii āā Unc. unam, Florum Centaurii min., Myrrh. āā Drachm. duas, Rad. Zedoar., Succini āā Drachm. semis, Salis Tartari Unc. semis, Vini Hispan. Libr. unam, Spiritus Vini rect. Unc duas. Digere, cola. Residuo infunde Vini Hispan. Unc. sex; cola et junge liquores.

ELIXIR AURANTII COMPOSITUM Ph. Rossic.

Rec. Flav. Cort. Aurant. rec., in pultem redact., Unc. quatuor. Digere per 3 dies cum Vini Hisp. Libr. duabus, in colat. expressa solve Extr. Absinth., Card. bened. et Gentian. āā Unc. unam, Terrae foliat. Tartari Unc. semis.

ELIXIR AURANTIORUM MYRRHATUM v. Elixir viscerale Hoffmanni.

ELIXIR AUREUM de la Motte v. Tinctura tonico-nervina Bestuscheffii.

ELIXIR AURIFICUM Rotrou v. Tinctura Antimonii tartarisata.

ELIXIR BALSAMICUM seu Aurantiorum compositum sive viscerale Disp. Lippiaci.

Rec. Flav. Cort. Aurant. pulv. Unc. duas. Digere cum Vini Hisp. Libr. duabus per 2 dies, in colat. solve Extr. Gentian. et Chamom. āā Unc. unam, Extr. Myrrh. aq. Drachm. duas. Digere iterum leni calore per 24 horas et cola.

ELIXIR BALSAMICUM Pieffenbringii.

Rec. Myrrhae el. Unc. unam, Ligni Quass. rasp. Unc. quatuor, Vini Malvatici Libr. quatuor. Digere per 2 dies, cola cum expressione, et adde Ciner. clavell. dep., Catechu pulv. āā Unc. unam, Extr. Absinth., Trifol. fibr. et Sacchari Candi fusci āā Unc. quatuor; post suff. solutionem decantha liquorem clarum et admisce Tinct. Cinnamomi Unc. duas.

ELIXIR BALSAMICUM GUAJACI v. Elixir guajacinum p. 292.

ELIXIR BALSAMICUM PECTORALE TOLUTANUM, EDINBURGENSE, Ph. Wirtemb.

Rec. Bals. Tolut., Benzoës el., Styrac. Cal., Myrrh. el. āā Drachm. tres, Croci opt. Drachm. duas, Spir. Vini rect. Unc. viginti. Digerantur atque post suff. extractionem filtrentur. — Van Mons formula cum hac congruit. — Spielmannus Bals. Tolut. Unc. duas, Peruv. nigri Unc. unam, Flor. Benzoës, Croci āā Unc. semis cum Spir. Vini rect. Unc. viginti quatuor per triduum digeri, tunc filtrari praescribit.

ELIXIR BALSAMICUM IN POLLUTIONES, Medicor. Gallic. — Miscella est Bals. Copaivae, Ol. Terebinth. rect. et Succini rect. āā Drachm. duarum.

ELIXIR BALSAMICUM PURIFICANS v. Tinctura antivenerea Falkii.

ELIXIR BALSAMICUM (SPIRITUOSUM) Hoffmanni Ph. Wirtemb., Spielmanni cet.

Rec. Hb. Scord. Unc. unam, Centaur. min., Flav. Cort. Aurant., Myrrh. el. āā Unc. semis, Rad. Zedoar., Nuc. Mosch. āā Drachm. tres, Ligni Aloës Drachm. unam semis, Croci Austr. Drachm. unam, Succini Drachm. tres. Inc. et cont. superfund. Spir. Vini rect. Libr. una semis; digerantur, post suff. digestionem exprimantur et liquori per filtrum trajecto addantur Ol. Cardam. et Caryoph. āā Gutt. decem, in Spir. Sal. Ammon. vin. Unc. una solutae.

ELIXIR BALSAMICUM STOMACHICUM TEMPERATUM Hoffmanni. Hoffmann's temperirtes Magen-Elixir. *Elixir tempéré de Hoffmann.*

Synon.: Elixir stomachale temperatum, stomachicum seu viscerale vinosum Hoffmanni. Vinum Aurantiorum compositum seu de Extractis, Tinctura vinosa Extracti Absinthii composita.

Rec. Extracti Absinthii,
» Cardui benedicti,
» Centaurii minoris,
» Gentianae āā Unciam unam,

Flavedinis Corticum Aurantiorum amarorum Uncias quatuor.
Affunde
Vini Hispanici, genuini, optimi Libras duas,
Spiritus Corticum Aurantiorum rectificati Uncias duas.

Stent per triduum infusa in digestione, postea filtrata reponantur. — Liquor obscure fuscus, clarus, odore grate vinoso, aromatico aurantiaco uti et sapore, simul peramaro. — *Vis:* roborans, stomachica.

Sit liquor clarus, sed saturate coloratus, odore et sapore descripto, haud ingrato. Liquor turbidus vellaete tantum coloratus, parum vinosus vel adeo mucosus, odore et sapore ingrato alieno, rejiciatur.

Usus: Per se datur, et mixturis guttisque admiscetur.

Pharmacopoeae in perando hoc Elixir passim discrepant. — Disp. Brunsvic., Ph. Helvet., Hispan. et Wirtemb. cum nostra formula congruunt, nisi quod postrema Vini Hispanici loco Vinum Hungaricum praescribit. — Viennenses sec. Ph. Wirtemb. Extractis indicatis insuper addunt Salis Tartari Unc. unam. — Disp. Viennens. et Pragense autem ad ingredientium dictorum quantitatem descriptam quatuor Vini Hungarici Libras sumi jubent et Spiritum Cort. Aurant. omittunt. — Ph. Palat. pariter cum hac formula congruit, nisi quod Vinum Hispanicum praescribit. — Ph. Nosocom. civil. Argent. Libr. tres Vini albi generosi praescribit, ceterum pariter cum Disp. Viennens. congruit. — Ph. d'Anvers pariter Libr. tres et Vini Hispanici sumi jubet, ceterum uti Viennenses. — Ph. Hass. El. et Slesvico-Holsat. formulas eo solummodo a nostra discrepant, quod Spir. Aurantiorum loco Tincturam praescribunt. — Ph. d'Anvers Cort. Aurant. Unc. semis, Croci, Myrrh. Succini āā Drachm. semis in Vini Muscati quod dicitur Libr. una per 4 dies digeri et in colatura solvi praescribit Extr. Card. bened., Centaur. min., Millefol., Chamom. vulg., Gentian. āā Drachm. duas et post iteratam digestionem per 24 horas filtrari praescribit. — Ph. Bavar. Flav. Cort. Aurant. Unc. quatuor et Fruct. Aurant. immat. Unc. duas in Vini Hisp. Unc. triginta sex per 3 dies digeri et in colatura expressa solvi praescribit Extr. Cascar., Gentian. et Trifol. fibr. āā Unc. unam. Liquor seponendus, quod clarum decanthandum et residuum filtrandum. — Disp. Fuldens. Extr. Gentian. et Flav. Cort. Aurant. āā Unc. duas in Vini Franconici Libr. una et Spir. Melis. Unc. una per 3 dies digeri, tunc liquorem exprimi et filtrari praescribit. — Piderit Flav. Cort. Aurant., Chinae el. āā Unc. duas cum Vini albi generosi Libr. duabus per nycthemerum digeri et in colatura expressa solvi praescribit Extr. Trifol. fibr. et Gentian. āā Unc. unam, tunc filtrari. — Spielmannus Cort. Aurant. rec. Unc. unam, Sal. Tartari Drachm. duas cum Vini Tokaviens. vel Canariens. Unc. duodecim per biduum digeri et in tinctura decanthata dissolvi praescribit Extr. Gentian., Centaur. et Card. bened. āā Drachm. duas, denique filtrari. (Reliquas formulas a nostra prima et Viennensium parum tantummodo discedentes praetereamus. V. etiam sequens et Elixir Aurantiorum compositum, stomachicum et viscerale.)

ELIXIR BALSAMICUM Wedelii Disp. Brunsvic., Ph. Danic. cet.

Rec. Flav. Cort. Aurant. rec., Chinae opt. āā Unc. semis, Extr. Card. bened., Centaur. min., Myrrh. el., Rad. Costi dulc. āā Drachm. duas, Croci Or. Drachm. unam, Sal. Tartari Unc. semis. Inc., cont. infunde Vini Canariens. Libr. unam et post 3 dies digestionis decantha. — Ph. Danic. nova eandem formulam, sed omisso Costo et Croco, nomine ELIXIR BALSAMICI STOMACHICI Hoffmanni introducit.

ELIXIR BENZOËS Le Mortii.

Rec. Flor. Benzoës Drachm. duas, Ol. Benzoës cum Spir. Salis rect. Scrup. unum, Ol. L. Rhodii Guttas quinque, Moschi Gran. quatuor, Zibethi Gran. duo, Spir. Vini rect. Unc. tres, Sal. Tartari Scrup. duos. Digere per 4 dies et filtra.

ELIXIR CACHECTICUM Ettmülleri.

Rec. Aloës Unc. unam, G. Ammon. Drachm. sex, Myrrhae Unc. semis, Croci Drachm. duas, Tinct. Tartari q. s. Digere l. a. et extrahe Elixir.

ELIXIR CAMPECHIENSE Augustin v. Elixir adstringens p. 284.

ELIXIR CAMPHORATUM Bate. — Fit solvendo Camphorae Unc. semis in s. q Spir. Vini Croco tinct. l. a.

ELIXIR CAMPHORAE Le Mortii.

Rec. Camphor., Myrrh., Croci āā Unc semis, R. Contrajerv., Caryophyllor. āā Unc. unam, Opii Drachm. duas, Spirit. Vini super Ligno Sassafr. abstracti Unc. viginti. Digere in fimo equino per 7 dies, tunc decantha. (Alias formulas pristinas praetereamus.)

ELIXIR CARDUI BENEDICTI Augustin.

Rec. Extr. Card. bened. Drachm. semis. Solve in Aq. font. Unc. semis, adde Tinct. Cort. Aurant. Gutt. viginti.

ELIXIR CARMINATIVUM Daffes Anglorum v. Elixir Daffyi. — Reuss: Rad. Enul., Sem. Anisi, Carvi, Coriandri, Rasur. L. Guajaci āā Unc. sex, Crem. Tart. Unc. unam, Fol. Senn. Unc. tres, et Rad. Rhabarb. Unc. semis, cum Spir. Vini Gall. Unc. quadraginta sex per 3—4

dies digeri tunc filtrari praescribit. (Alias pristinas formulas praetereamus. — V. etiam Elixir Salutis et Tinctura Sennae composita.)

ELIXIR CARYOPHYLLACEUM Fulleri. — Fit Caryophyll. Gran. septuaginta duo et Granor. Paradisi Gran. quadraginta octo in Elixir Propriet. tartaris. et Spirit. Lavend. āā Unc. semis per 3 dies macerando, tunc filtrando.

ELIXIR CATHARTICUM Fulleri.

Rec. Fol. Sennae Drachm. sex, R. Rhabarb. Drachm. duas, R. Liquir. Drachm. unam semis, Sem. Anisi et Carvi āā Drachm. unam, Coccionell. Scrup. unum, Croci Scrup. semis, Spirit. Vini Unc. duodecim, Aq. mirabilis et Cinnamomi āā Unc. duas. Macera sufficienter et colaturae admisce Syr. rosati Unc. duas.

ELIXIR CEPHALICUM Wedelii.

Rec. Rad. Paeoniae Maris Unc. unam, Galang., Valer., Doronici, Hb. Anthos, Mari veri, Salviae āā Unc. semis, Fl. Anthos., Lavend., Lilior. conv., Paeon., Stoechad., Betonic. āā Drachm. duas, Cubebar., Succini āā Drachm. sex, Visci corylini, Ligni Aloës, Ladani āā Drachm. tres, Costi veri, Anacard. āā Drachm. unam. Extrahe cum Spiritu Vitrioli cephalico (Liq. anod. Hoffm.) et fiat s. a. Elixir. (Alias pristinas formulas praetereamus. V. etiam Elixir epilepticum.)

ELIXIR CHALYBEATUM Gockelii.

Rec. Rad. Levist. Unc. unam, Rhabarb. Unc. semis, Chalybis Aceto dest. tamarind. ppti Unc. unam semis, Salis Tartari Drachm. duas, Hb. Menth. Manip. semis, Flaved. C. Citri et Aurant. āā Drachm. duas, Rad. Galang. min. Drachm. unam, Vini Malvatici Libr. tres. Digere per biduum et cola.

ELIXIR CHINAE ET CROCI COMPOSITUM. *Liqueur doré Henry et Guibourt.*

Rec. Cort. Chin. rubr., Cinnam., Cort. Aurant. amar. āā Unc. semis, Croci Drachm. duas, Spir. Vini Gall. antiq. Libr. quatuordecim, Vini Malac. Libr. sex. Digere per dies 4, cola, solve Sacch. albi Libr. duas semis et filtra.

ELIXIR CHOLAGOGUM Ph. Hannover. edit. prior.

Rec. Aloës Succotr. Unc. unam, Rad. Gentian. rubr. Unc. semis, Myrrh. Drachm. duas, Spir. Vini rect. Unc. quindecim. Post suff. digestionem exprime; in colat. solve Extr. Absinth. Drachm. duas, Spir. Vitrioli Unc. unam. M. — Van Mons Spir. Vitrioli loco Aquam Rabelli praescribit, ceterum uti praecedens.

ELIXIR CINNAMOMI VETERUM in capite rei cum Tinctura Cinnamomi congruit. — Saepius etiam cum Elaeosaccharo Cinnamomi conficitur.

ELIXIR CINNAMOMI STOMACHICUM Fulleri. — Miscella est Elixir Propriet. tartaris. Drachm. trium, Spirit. Lavend. Drachm. unius et Ol. Cinnamomi Gutt. duodecim.

ELIXIR CITRI seu de Cedro Sennerti sec. Spielmann.

Rec. Flav. Cort. Citri rec. Unc. duodeviginti, Spir. Vini simpl. Unc. septuaginta duas. Macerentur per aliquot dies, tunc destillentur, dum phlegma apparuerit, tunc addantur Spiritui elicito Succi Citri rec. Unc. novem, Sacch. albiss., in Aq. Rosar. Unc. novem dissoluti, Unc. quinque. Filtrentur. (Alias pristinas formulas similes praetereamus.)

ELIXIR CITRI PURGANS Spielmann. cet.

Rec. Flav. Cort. Citri rec. Unc. unam semis, Spir. Vini rect. Unc. sex. Infunde per 24 horas, in Spir. decanthato dissolve Resin. Jalapp. Unc. unam. Filtra. — Reuss Rad. Jalapp. Unc. unam, Cort. Citri rec. Drachm. tres, Cinnamomi Drachm. unam, Scammonii Drachm. duas et Sem. Anisi Drachm. semis cum Spir. Vini rectificatissimi Unc. octo sufficienter digeri praescribit.

ELIXIR CORDIALE ET STOMACHICUM v. Elixir de Garus p. 292.

ELIXIR CROCI CUM CASTOREO v. Elixir uterinum.

ELIXIR seu TINCTURA Daffyi.

Rec. Fol. Senn. Unc. duas, Rad. Rhabarb. Unc. unam, Sem. Foenic., Bacc. Junip., Ras. L. Guajaci āā Unc. semis, Sacch. albi Unc. quatuor, Spir. Vini Libr. duas. Digere per 8 dies et filtra.

ELIXIR DIABOLI. The Devil's Elixir sec. Gray.

Rec. Piper. Hisp. cont. Unc. semis, Rad. Zinzib. Unc. unam semis, Cantharid. Drachm. duas semis, Croci Unc. unam semis, Caryoph. Unc. semis, Spir. Vini simpl. Libr. tres semis; post suff. digestionem filtra. (V. etiam Tinctura Capsici et Cantharidum.)

ELIXIR Duboisii. — Fit digerendo Rad. Gentian. Drachm. unam, et Ciner. clavell. dep. Unc. unam semis in Spir. Vini Unciis sedecim per 14 dies et filtrando. (V. et Elixir amarum Peyrilhe p. 187.)

ELIXIR DULCE RHEI v. Elixir et Tinctura Rhabarbari dulcis.

ELIXIR EMMENAGOGUM Helw. — Solutio est Extr. Fol. Sennae, Fumar., Centaur. min. āā Drachm. unius et G. Ammoniaci Aceto dep. Scrup. unius in Vini Malvat. q. s.

ELIXIR EPILEPTICUM Timaei.

Rec. R. Paeon. Unc. unam, Doronici, Dictamni, Dentariae āā Unc. semis, Fl. Paeon. Drachm. sex, Lilior. convall., Lavend., Stoechad. Arabic., Primul. Ver., Cheiri, Tunicae, Anthos, Tiliae āā Unc. semis, Sem. Paeon., Visci querni, Nuc. Moschat. āā Drachm. quinque. Affunde Spir. Cerasor. nigr. ad 4 digitorum eminent.; digere per 3 dies, cola cum expressione; abstrahe Spiritum ad dimidium, residuo adde Theriacae Andromachi Unc. unam semis, Mithridatii Unc. semis, Castorei Drachm. tres, Sal. Succini Scrup. quatuor. Digere per 3duum et filtra, tunc. admisce Tinct. Lunae Unc. semis. (Alia praecepta vetusta, pleramque inconcinna praetereamus.)

ELIXIR FEBRILE Disp. Viennens. — In capite rei cum Elixir antifebrile Ph. Wir-

temb. congruit, nisi quod designatis speciebus insuper Rad. Galangae Drachm. duas, Nuc. Moschat. Drachm. unam et Sal. Tartari Drachm. duas addi, R. Serpentar. loco autem, R. Zedoar. praescribit, et in ponderum ratione paullulum partim discrepat.

ELIXIR FEBRIFUGUM HUXHAMI sec. RICHARD cum Elixir alexipharmaco HUXHAMI congruit, nisi quod Scrup. quatuor Croci loco Grana decem et Alcoholis Libras duas praescribit, Coccionellam autem omittit. (V. etiam Elixir antifebrile p. 286 et Hippocastani.)

ELIXIR CONTRA FLUOREM ALBUM ET GONORRHOEAM DE TOUTAIN.

Rec. Secal. cornuti Unc. semis, Spirit. Vini rect., Sacch. albi āā Unc. quatuor, Essent. (Ol.) Menth. Anglic. Gutt. quatuor, Aquae purae q. s. Secale pulveratum macera in Alcohole per horas 18, filtra et tincturam obtentam sepone. Residuum in filtro relictum binis vicibus coque cum Aquae Unciis quinque ad sex et cola, colaturas in balneo Mariae vaporando ad Unciar. octo remanentiam radactas Saccharo solvendo adhibe et refrigeratione derelinque; adde tunc tincturam alcoholicam et Essentiam Menthae. M. et filtra.

ELIXIR FOETIDUM Disp. Fuldens., Tinctura Castorei Thebaica Ph. Suecic., *Alcoolé d'Opium fétide* HENRY *et* GUIBOURT.

Rec. Castor. Russic. Unc. semis, Asae foetid. Drachm. duas, Spir. Cornu Cervi Drachm. unam, Opii sicci Drachm. semis, Spir. Vini rect. Unc. quinque (quatuor Ph. Suecic. et HENRY et GUIBOURT). — Digere per dies 4 et filtra. — Disp. Lippiac. Castor. Moscov. Unc. unam, Asae foetid. Unc. semis, Opii Drachm. unam et Sal. vol. Sal. Ammon. Drachm. duas cum Vini Hispan. Unc. octo per 4 dies digeri tunc. colari praescribit. — Ph. Saxonicae formula cum hac congruit. (V. etiam Elixir antihystericum, uterinum et Tinctura Castorei composita et foetida.

ELIXIR FORTE v. Elixir antiscrophulosum PEYRILHE p. 287.

ELIXIR GAMBOGIAE ALCALINUM seu Solutio Gummi Guttae alcalina Ph. Suecic. — Solutio est Gutti Drachm. semis in Liq. Ciner. clav. dep. Unc. semis. — Ph. Batav. Gummi Guttae Gran. quatuor in Ol. Tart. per deliq. Drachm. duabus solvi praescribit. — Ph. Herbipol. Guttae et Ol. Tart. per deliq. āā Drachm. duas in Aquae Libr. una solvi suadet.

ELIXIR OF GARLICK sec. GRAY cum Elixir alliato (p. 284.) congruit.

ELIXIR DE GARUS, anticolicum crocatum seu cordiale et stomachicum, Alcoholatum de Croco compositum cum Syrupo, Ph. Wirtemb. cet.

Rec. Aloës Succotr. Unc. duas semis, Myrrh. Unc. semis, Croci Or. Drachm. duas, Cinnam., Caryoph., Nuc. Mosch. āā Scrup. unum. Pulverisatis affunde Spir. Vini rectif. Libr. duas. Digerantur per 24 horas, postea ex balneo Mariae ad siccitatem destillent. Tunc rec. Spiritus hujus prolecti, Syr. Capill. Vener. āā Libr. unam, Aquae Naphae Unc. unam. M. — Ph. Parisiens. et Sardoae formula cum hac congruit. — BAUMÉ ad unam Spiritus eliciti Partem duas Syr. Capillorum Vener. Partes sumi praescribit. — Ph. Gallic. ad ALCOHOLATUM DE CROCO COMPOSITUM Aloës Part. trecentas viginti, Myrrhae Part. sexaginta quatuor, Croci Part. triginta duas, Cinnam., Caryoph., Nuc. Mosch. āā P. sedecim cum Spir. Vini Gall. octies mille Part. et Aq. Naphae P. quingentis l. a. digeri et destillari praescribit. — Quatuor hujus Liquoris stillatitii Partes cum quinque Syr. Capill. Ven. Partib. commixtae constituunt ELIXIR DE GARUS, cui color aureus Saccharo conciliatur ita percocto, ut rufescat et in Aq. Naphae soluto. Sunt qui Crocum destillationi non committunt, sed in liquori destillato macerari curent (v. gr. VAN MONS), tunc autem sapor Croci ingratus contrahitur. — GRAY prima formula cum BAUMEI congruit. — In secunda Myrrhae Unc. semis, Aloës et Croci āā Drachm. duas, Cinnamomi, Caryophyllor., Nuc. Moschat. āā Scrup. unum cum Spir. Vini simpl. Libr. duabus semis digeri et Liquori colato admisceri praescribit Syr. Capill. Ven. Libr. duas, Aq. Naphae Unc. unam semis. — SPIELMANNUS Aloës Unc. unam, Spir. Vini Unc. quadraginta octo et Aq. fontan. Unc. duodecim praescribit, Crocum autem omittit et Uncias quadraginta octo abstrahit; ceterum cum prima formula congruit. (Alias formulas parum discrepantes praetereamus.)

ELIXIR GLYCYRRHIZAE v. Elixir pectorale Regis Daniae, RINGELMANNI et e Succo Liquiritiae.

ELIXIR seu BALSAMUM GUAJACINUM Ph. Edinb. ed. prist., Tinctura Guajaci composita. — Fit Resin. Guajaci Libr. unam, Bals Peruv. Drachm. tres et Spir. Vini rect. Libr. duas semis per 10 dies digerendo et filtrando. — Ph. Genev. Unc. semis Bals. Peruv. et VAN MONS Unc. duas tantummodo Res. Guajaci praescribunt, ceterum cum praecedente congruunt.

ELIXIR GUAJACI VOLATILIS EDINB. — Fit Res. Guajaci Unc. quatuor, Bals. Peruv. Drachm. duas, Ol. Sassafr. Drachm. semis et Spirit. Sal. Ammon. vinos. Libr. unam semis per 6 dies macerando et filtrando.

ELIXIR HELMONTII v. Elixir Proprietatis album.

ELIXIR (EXTRACTI) HIPPOCASTANI seu febrifugum AUGUSTIN.

Rec. Extr. Cort. Hippocast. Drachm. unam, Aq. Cinnam. Unc. unam. M.

ELIXIR HYPNOTICUM seu Silentium pectoris LEMERYI. — Miscella est Laud. liq. SYDENH., Salis vol. oleos. SYLVII āā Unc. trium, Tinct. Croci Drachm. duarum et Ol. Caryophyllor. Drachm. unius cum dimidio.

ELIXIR HYPOCHONDRIACUM QUINCY.
Rec. Rad. Valer., Cassumuniar. āā Unc. duas, Helleb. nigri Unc. quatuor, Spir. Vini rect. Libr. duas. Digere per 24 horas, cola cum expressione et adde Extr. Croci Unc. unam, Sal. Martis Unc. semis et Aceti dest. Unc. octo. Digere denuo per aliquot dies, tunc cola.

ELIXIR HYSTERICUM v. Elixir antihystericum p. 286.

ELIXIR JALAPPAE COMPOSITUM v. Elixir anthelminthicum Suecorum, Citri purgans, purgans et Tinctura.

ELIXIR JEANITZII v. Elixir ad longam Vitam.

ELIXIR JUNIPERINUM seu Malvatico-juniperinum Ph. Argentoratens. et SPIELMANN. — Solutio et Roob Junip. Unc. quatuor in Vini Malvatici Unc. duodecim, quae colanda.

ELIXIR JUNIPERINUM Ph. Norimb. — Fit destillando Bacc. Junip. matur. cum s. q. Spirit. Junip. et solvendo in destillato s. q. Roob Juniperi et Cynosbati āā, edulcorando Saccharo et filtrando.

ELIXIR LITHONTRIPTICUM sec. LEMERY.
Rec. Fruct. Fragar. Libr. unam, Sacchar. alb. Libr. semis, Sem. Milii Solis Unc. tres, Bacc. alkekengi, Hb. Virgaureae, Hederae terrestr., Saxifragae āā Man. semis.

ELIXIR AD LONGAM VITAM seu Vitae longae Ph. Boruss., Tinctura longae Vitae seu pro vita producenda, Elixir stomachicum officinale seu Suecicum sive JEANITZII, Elixir amarum HIAERNE, Tinctura Aloës composita. Lebens-Elixir. *Elixir de longue Vie.*
Rec. Aloës lucid. Drachm. decem, Agarici, Rad. Rhei, Zedoar., Gentian. rubr., Galang., Myrrh., Elect. Theriac. āā Scrup. octo, Croci Drachm. duas, Sacch. albi Unc. quatuor. Conc. et cont. affunde Spir. Vini Gall Libr. quatuor. Digere per aliquot dies, tunc exprime et filtra.— SPIELMANNUS ad ELIXIR AMARUM HIAERNE R. Zedoar. Drachm. unam, Rhabarb. Drachm. duas, Gentian. Unc. semis, Croci Drachm. semis, Aloës hepat. Unc. unam, Myrrhae Unc. semis, Agarici Drachm. unam et Theriacae ANDROMACHI Drachm. duas cum Spir. Vini Unc. triginta sex per aliquot dies in baln. Mariae digeri tunc filtrari praescribit. — Ph. Batav., SWEDIAUR et VAN MONS Agar. albi, Rad. Gentian., Zedoar., Rhei, Croci, Theriac. āā Drachm. unam, Aloës Drachm. novem cum Spir. Vini Unc. triginta duabus digeri praescribunt. In alia formula posterior Duplum Spirit. Vini et Theriacae, et R. Zedoariae loco Cinnamomum (Drachm. unam) sumi praescribit, ceterum uti in praecedente.—Ph. Gallic. Aloës Drachm. novem, R. Gentian., Croci, Rhabarb., Agarici āā Drachm. unam et Theriacae Drachm. duas cum Spir. Vini Gallici Libr. duabus per 15 dies digeri, decanthari, et residuo admisceri praescribit Cinnamomi Drachm. unam, et Sacchari Unc. unam semis, denuo cum Spir. Vini Libr. duabus ut antea digeri, tunc Tincturas claras commisceri praescribit. (Alias parum discedentes formulas praetereamus. — V. etiam Elixir Aloës, amarum, antipestilentiale, Proprietatis, purgans, DE SPINA et stomachicum.)

ELIXIR MASTICHIS seu mastichinum Disp. Brunsvic.
Rec. Spir. mastichini Libr. duas, Aq. font., in qua Sacchari Unc. decem solutae sunt, Libr. unam. M.

ELIXIR MELLIS seu asthmaticum WALDSCHMIDI.
Rec. Mellis Unc. quatuor, Spirit. Vini Unc. viginti. Digere per 7 dies, adde Spir. Sal. Ammon. Unc. duas; digere iterum per 2 dies et filtra.

ELIXIR MENSTRUALE Disp. Viennens.
Rec. Hb. Anthos silvestr., Artemis., Rutae, Pulegii, Sabinae, Matricar., Antherarum Lilior. alb., Fl. Chamom. Rom., Sem. Dauci et Levist., Cass. lign., Croci Austr. āā Unc. semis, Myrrh. rubr. Liq Nitri fixi irrorat., Bacc. Lauri, R. Levist. āā Unc. unam, Fl. Sal. Ammon. mart. Drachm. duas, Spirit. Melissae Libr. tres. E conc. et cont. per aliquot dies facta digestione extrahatur Elixir.

ELIXIR DE MITTIÉ sec. CADET.
Rec. Rad. Zinzib. Unc. semis, Cinnam., Piper. longi, Rad. Galang. min. āā Drachm. duas, Nuc. Moschat., Caryoph. āā Drachm. unam, Cardam. min. Scrup. unum, Spir. Vini rect. Unc. sex. Post suff. digestionem filtra.

ELIXIR MYRRHAE LONDINENSE seu MYRRHAE COMPOSITUM Ph. Wirtemb., Tinctura Sabinae composita.
Rec. Extr. Sabin. Unc. unam. Dissolvatur in Tinct. Myrrh. Unc. octo, Tinct. Castor. Unc. sedecim. Post suff. digestion. Elixir filtretur. — GRAY et RENNIE Tinct. Myrrh. Unc. sex et Tinct. Castor. Unc. tres cum Extr. Sabin. Unc. semis misceri suadent.

ELIXIR NEPHRITICUM ROLLFINCKII.
Rec. Bacc. Junip. Unc. tres, Hb. Hederae arbor. Unc. unam, Alkekengi Unc. unam semis, Sem. Cynosb. et Milii Solis, Rad. Saxifrag. alb., Pimpin., Ononid., Raphani rustic. āā Unc. unam, Hb. Heder. terrestr., Veron. et Virgaur. āā Man. duos, Fl. Meliloti et Chamom. āā Man. semis, Spir. Vini quant. satis et Spir. Salis Unc. duas. Digere per tres dies et filtra. (Alia praecepta vetusta praetereamus.)

ELIXIR ODONTALGICUM ET ANTISCORBUTICUM seu Tinctura Spilanthi BAHI.
Rec. Hb. rec. cum Flor. Spilanthi olerac. Unc. quatuor, Spir. Vini rectificatiss. Unc. duodecim. Digere per 14 dies et filtra. (V. etiam Tinctura Para-Lepidii.)

ELIXIR ODONTALGICUM DE LA FOUDIONIERE. *Alcoolé de Guajac et de Pyrethre composé HENRY et GUIBOURT.*
Rec. Ligni Guajaci rasp. Unc. unam, Rad. Pyrethri, Nuc. Mosch. āā Drachm. duas, Caryoph. Drachm. unam, Spir. Vini rect. Unc. sex, Ol. Anthos Gutt. viginti, Bergamott. Gutt.

octo. Cont. substant. solidae, macerentur per dies 8 in Spiritu Vini; tum cola, adde Olea aetherea et filtra.

ELIXIR PAEONIAE Mynsichti in capite rei cum Elixir epileptico Timaei congruit sed minus est accumulatum.

† ELIXIR seu ESSENTIA PAPAVERIS, Vinum Glycyrrhizae Thebaicum seu Opii crocatum Ph. Suecic.

Rec. Succi Liquir., Croci, Opii pulv. āā Scrup. quinque, Vini Hisp. Unc. decem Digere per quatuor dies et cola. — Ph. Suecic. pristina uti et Fennica Unc. semis Succi Liquir. praescribunt, ceterum cum praecedente formula congruunt. — Van Mons Opii et Croci āā Drachm. quinque, Succi Liquir. Unc. unam semis et Vini Mader. Unc. triginta praescribit.

ELIXIR PANCHYMAGOGUM PURGANS Zwelferi.

Rec. Cinnamomi opt. Unc. unam, Rad. Zinziber. Scrup. duos, Spic. Indic. Drachm. semis, L. Santalor. omn. āā Drachm. unam, Cort. Aurant. et Citri rec. āā Unc. unam, Macid. Drachm. duas, Fl. Violar., Borrag., Genistae āā Pug. unum. Inc. et cont. digere brevi tempore cum Spirit. Junip. rect. Unc. sex, Spirit. Foenic. rect. Unc. tribus et Sp. Anisi rect. Unc. quindecim, tunc destillent e baln. Mariae ad siccitatem. Serva Spiritum et residuum; tunc Rec. R. Rhabarb. el. Unc. unam semis, Agarici albi Unc. unam, R. Mechoac. alb. Unc. duas, nigrae (R. Jalapp.) Drachm. decem, Turbith. albi et gummosi Unc. unam semis, Hermodactylor. Unc. unam, R. Polypod. querni et Asari āā Drachm. tres, R. Helleb. nigri Drachm. septem, Cort. R. Enulae ppt. Drachm. sex, Fol. Sennae sine stip. Unc. unam semis, Sem. Ebuli Drachm. tres. Inc. et cont. affunde iterate Spirit. Vini rect., donec species penitus extractae sint, et abstrahe Spiritum ex tinctura in baln. Mariae ad extracti mellis liquidioris consistentiam, cui superior destillatus Spiritus superaffunditur, post debitam extractionem filtra. Si quid autem Extracti in intactum remanserit, denuo cum Spirit. Junip., Anisi et Foenic. āā Unc. duabus, vel Spir. Vini simpl. Unc. sex tractandum; colaturae commisceantur. — Adhibetur cum Syrupo conveniente refrigerante commixtum.

† ELIXIR PAREGORICUM (ANGLICUM), asthmaticum seu antiasthmaticum, Tinctura Opii benzoica seu Camphorae composita sive Opii camphorata cum Acido benzoico, Tinctura sedativa seu alcoholica Opii et Acidi benzoici camphorata Ph. Borussic.

Rec. Opii pulv., Flor. Benzoës, Camphor., Ol. Anisi āā Drachm. unam, Spir. Vini rect. Libr. duas. Misce, digere, tunc filtra. — Liquor laete flavo-fuscus, odore et sapore ingredientium. — Uncia una duo circiter Grana Opii cum dimidio continet. — *Vis:* anodyna, resolvens, expectorans. — *Usus:* Per se datur guttatim et mixturis admiscetur.

Discrepant Pharmacopoeae in parando hoc Elixirio. — Ph. Hannover., Saxonic. et Slesvico-Holsat. cum illa formula congruunt. — Ph. Londin. Opii, Flor. Benzoës āā Drachm. unam, Camphor. Scrup. duos et Spir. Vini rect. Libr. duas et semis praescribit. — Ph. Edinb. Libr. duas Spir. Vini praescribit, ceterum ut praecedentis. — Ph. Dublin. insuper Ol. Anisi Drachm. unam addit, ceterum pariter ac Ph. Londin. — Disp. Lippiaci et Ph. Suecic. formulae cum hac congruunt. — Ph. Americana praeterea Extr. Liquir. Unc. semis et Mell. desp. Unc. duas addit, ceterum uti Ph. Dublin. (V. etiam Elixir antiasthmaticum p. 286.)

ELIXIR PAREGORICUM EDINBURGENSIUM seu Scoticum, Tinctura Opii ammoniata seu Benzoatis Ammoniae composita, Alcohol cum Benzoate Ammoniae compositus seu ammoniacalis opiatus Ph. Edinb.

Rec. Flor. Benzoës, Croci āā Drachm. tres, Opii Drachm. duas, Ol. Anisi Drachm. semis, Spir. Sal. Ammon. vinosi (Ph. Ed.) Unc. sedecim. M., digere per 7 dies et filtra. — Uncia una hujus Elixirii octo fere Opii Grana continet. — Ph. Belgica Croci Drachm. quinque in Sal. volat. oleosi Sylvii Unc. quatuor per 2 dies digeri et in colat. solvi praescribit Flor. Benzoës Scrup. quinque et Opii dep. Drachm. duas, iterum per 2 dies digeri, filtrari, et residuo infundi Spir. Sal. Ammon. vin. Unc. duas, denuo per 24 horas digeri, colari, in colatura solvi, quod in filtro remanserit, et post aliquot horas filtrari, tunc colaturis commixtis admisceri Ol. Anisi Gutt. triginta duas. — Cadet et Pierquin Opii sicci Drachm. duas et Flor. Benzoës Unc. semis in Spir. Sal. Ammon. vin. Libr. una per 5 dies digeri et filtrari suadent. (V. etiam Tinctura.)

ELIXIR PAREGORICUM seu Tinctura Opii camphorata Ph. Lusit.

Rec. Opii dep. Drachm. unam, Camphor. Scrup. duos, Spir. volat. arom. Unc. quatuor, Spir. Vini rect. Libr. unam. Macerata per 4 dies in vase clauso filtrentur. (V. etiam Spiritus ammoniatus et Tinctura anodyna ammoniacalis.)

ELIXIR PECTORALE ANGLICUM v. Elixir pectorale Wedelii p. 296.

ELIXIR PECTORALE BALSAMICUM Ph. Hamb. p. p. — Solutio est Extr. Myrrhae aquosi in Elixir pector. simplicis Unc. quatuor. (V. etiam Elixir balsamicum pectorale p. 289.)

ELIXIR PECTORALE Baieri.

Rec. Rad. Liquir, Cort. Chinae āā Unc. unam, Rad. Ireos, Hb. Trifol. fibrin. āā Drachm. sex, Rad. Enulae Drachm. quinque, Hb. Hyssopi, Hederae terr. āā Manip. duos, Gummi Ammon., Styrac. Calam., Milleped. ppt., Sem. Anis. stell., Croci āā Unc. semis, Spiritus Vini rectif. v. Spirit. Anisi q. s. ut fiat l. a. Elixir.

ELIXIR PECTORALE DULCE seu asthmaticum Ph. Austriac. prov. — Fit digerendo Succi Liquir. Unc. tres in Spirit. aromat. Libra una et Spirit. Sal. Ammon. anisati Libra semis et colando. (V. etiam Elixir pectorale Regis Daniae et RINGELMANNI.)

ELIXIR PECTORALE ELSNERI.
Rec. Rad. Liquir., Croci, Sem. Anisi stell. āā Part. quatuor, Rad. Enul., Irid. flor. āā Part. octo, Spir. Hyssopi Part. nonaginta sex. Infunde in balneo Aquae, filtra et adde colaturae Bals. Peruv. Part. unam, Mell. Narbonn. Part sedecim. Sepone per aliquod tempus et filtra.

ELIXIR PECTORALE EDINB. sec. LEWIS.
Rec. Bals. de Tolu Unc. duas, Peruv. nigri Unc. unam, Fl. Benzoës, Croci āā Unc. semis, Spir. Vini rect. Libr. duas et semis. Digere per 3 dies et filtra.

ELIXIR PECTORALE Ph. Herbipolit.
Rec. Asae foet. Drachm. duas, Flor. Benz., Opii puri, Camph., Croci, Squill., Ol. Anisi āā Scrup. duos, Bals. Peruv. Unc. semis, Spir. Vini rect. Libr. duas semis. Digere et post suff. extractionem filtra.

ELIXIR PECTORALE REGIS DANIAE. Dänisches Brust-Elixir. *Elixir pectoral du Roi de Danemarc.*

Synon.: Elixir pectorale dulce seu volatile dulce. (De aliis Synonymis v. sequens.)

Rec. Radicis Angelicae Uncias tres,
» Levistici Unciam semis,
Florum Chamomillae Romanae Unciam unam et semis,
Seminis Anisi Uncias octo,
» Foeniculi Uncias quinque,
Macidis Drachmas tres,
Nucum Moschatarum,
Myrrhae electae āā Unciam unam,
Cinerum clavellatorum Uncias duodeviginti.
Incisis et contusis affundantur, in cucurbita vitrea,
Spiritus Vini rectificati Librae quatuor,
Aquae fontanae Librae duae; stent in digestione per triduum, tunc adde
Salis Ammoniaci pulverisati Libram unam,
destillent, juncturis vitri probe clausis, lento igne, ad residuum Librae unius, liquor prolectus volatilis superfundatur
Succi Liquiritiae Hispanicae Unciis quinque, in
Aquae Foeniculi Libra una soluti,
Croci Orientalis Drachmis duabus.

Digerantur per aliquot dies, postea Elixir, per chartam filtratum, servetur. — Liquor clarus fusco-nigrescens, subimpellucidus, odore aromatico et ammoniacali, uti et sapore, simul dulci glycyrrhizino. — *Vis:* resolvens, expectorans, incitans, carminativa et incidens.

Sit liquor clarus bonae notae ut supra descriptus. Liquor turbidus, odore et sapore narcotico Opii rejiciatur.

Usus: Per se datur guttatim, et mixturis admiscetur. (V. etiam sequens et Elixir e Succo Liquiritiae.)

Disp. Pragense ad ELIXIR PECTORALE VOLATILE DULCE GELLHAUSENII Sem. Anisi Unc. tres, Foeniculi Unc. quinque, R. Angelicae Unc. tres, Levist. Unc. semis, Fl. Chamom. Rom. et Hyperici, Myrrhae el., Benzoës āā Unc. unam, R. Ireos. Flor., Enul. āā Unc. sex, Nuc. Moschat. Unc. octo, Macid. Unc. semis, Croci Drachm. duas, Sal. Tartar. Unc. duodeviginti, et Sal. Ammon. Unc. unam semis, cum Spir. Vini opt. Libr. tribus, Vini generosi Libr. duabus et Aq. Foenic. Libr. una semis, per aliquot dies digeri et l. a. destillare, in destillato autem solvi praescribit Succi Liquir. Hispan. Unc. quatuor, tunc filtrari.

ELIXIR PECTORALE RINGELMANNI, vulgo Regis Daniae, Elixir pectorale dulce seu e Succo Glycyrrhizae sive Liquiritiae Pharmac. Borussicae.

Rec. Succi Liquiritiae depurati Uncias duas. Solve in Aquae Foeniculi Unciis sex, Spiritus Solutioni decanthatae et colatae adde. Salis Ammoniaci anisati Uncias duas. Mixta in vase bene clauso serva. — Liquor praecedenti similis, sed minus aromaticus, et ammoniacalis, dulcior. — *Vis:* praecedentis, sed mitior. — *Usus:* Idem; in majori dosi adhiberi licet.

Codicis medic. Hamburg., Ph. Hass. El., Saxon. et Slesvico-Holsaticae formula cum hac congruit. — Van Mons octo Aq. Foenic. Part. praescribit, cetera pariter ut in praecedente. — Ph. Boruss. castr. Succi Liquir. dep. Unc. unam, Aq. Foenic. Unc. octo et Sal. volat. Salis Ammon. sicc. Drachm. semis misceri praescribit. Disp. Fuldens. Succi Liquir. Unc. quatuor, Spir. Sal. Ammon. vinosi Libr. semis et Aq. Foenic. Libr. unam praescribit. — Disp. Lippiac. Succi Liquir. Unc. tres, Croci Drachm. duas, Aquae Foenic. Libr. unam et Spir. Sal. Ammon. vin. Unc. quatuor per 2 dies digeri et colari praescribit. — Ph. Danica prist. et Spielmannus Succi Liquir. Unc. sex cum Aq. Foenic. Libr. una, et Spir. Sal. Ammon. anisati Libr. tribus per 24 horas digeri, tunc colari praescribunt. — Disp. Brunsvic. Spiritum Sal. Ammon. anisatum omittit ceterum ut praecedens. — Ph. Danica nova Succi Liquir. Unc. sex, Aq. Foenic. Libr. unam, Sem. Anisi cont. Unc. unam et Spir. Sal. Ammon. vinosi Libr. tres l. a. digeri, tunc colari jubet. (V. etiam Elixir e Succo Liquiritiae.)

ELIXIR PECTORALE SIMPLEX Ph. Hamburg. p. paup. — Solutio est Succi Liquir. Drachm. trium in Aq. Foenic. Unc. quatuor.

ELIXIR PECTORALE VOLATILE DULCE v. Elixir pectorale Regis Daniae.

ELIXIR PECTORALE Wedelii Ph. Wirtemb. cet., Elixir pectorale Anglicum.

Rec. Rad. Enul., Irid. flor., Scill. praep. āā Unc. unam, Liquir. Unc. semis, Ligni Santali rubri Unc. unam, Hb. Rorellae Unc. unam et semis, Sem. Anisi Unc. semis, Benzoës Drachm. sex, Myrrh. Unc. semis, G. Ammon. Drachm. duas, Croci Drachm. tres. Extrahantur Spir. Vini rect. Libr. duabus. Exprimantur et filtrentur.

Ph. Batav. Hb. Rorellae omittit. — Disp. Pragense et Viennense Squillam omittunt et Spiritus quantitatem incerte indicant; ingredientibus enim comminutis ad 4 digitorum eminentiam superaffundi nostra; ceterum cum volunt formula congruunt. Spielmanni formula pariter cum Wirtembergica congruit, nisi quod insuper Rad. Alth. Unc. unam addi proponit. — Hufelandius Rad. Enul., Ireos Flor., Squill. āā Unc. unam, Benzoës, Myrrh., Sem. Anisi, Succi Liquor., G. Ammon. dep. āā Unc. semis et Croci Drachm. tres sumi praecipit et cum Spir. Vini rect. Libr. una l. a. Elixir parari. — Van Mons Croci Scrup. duos in Spir. Vini Gall. Unc. triginta duabus per 2 dies macerari, tunc addi praescribit Rad. Liquir., Sem. Anisi āā Unc. semis, Rad. Enul. et Ireos Flor. āā Unc. unam, G. Ammon. Drachm. duas, Myrrh. Unc. semis, iterum digeri per dies 2, tandem addi Rad. Squill Unc. unam, Benzoës Drachm. tres et per aliquod tempus digesta filtrari. Cadet ad ELIXIR PECTORALE ANGLICUM Rad. Squill., Enul., Ireos Flor. āā Unc. tres et Drachm. unam, Benz. Drachm. duas, Rad. Liquir., Myrrh., Sem. Anisi āā Drachm. unam et Gran. duodeviginti, G. Ammon. Scrup. duos et Croci Gran. septendecim cum Spir. Vini Unc. viginti duabus per dies 14 macerari, tunc filtrari praescribit. (Alias formulas, a primo praecepto parum discedentes, praeteream us.)

ELIXIR PECTORALE Wernhofii. — Miscella est Spir. Sal. dulc. Unc. duarum et Syr. Papav. Rhoead. Unc. sex.

ELIXIR PESTILENTIALE Crollii Disp. Viennens. cet.

Rec. Flor. Sulph. Unc. tres. Affund. Ol. Bacc. Junip. Libr. semis, Ol. Succini albi rect. Unc. unam semis. Stent in baln. Arenae saepius agitata, ut Flores lente sine adustione solvantur; deinde Rec. Theriacae Andromachi Libr. unam; extrahatur cum Spirit Vini opt. suff. quant. Tinctura, quae a Spiritu separata seorsim servanda; tum Rec. R. Enulae, Angelicae, Bacc. Junip. cont. āā Unc. tres. Cum nova Spir. Vini copia extrahatur Tinctura, quae misceatur cum Tinctura theriacali, demum affundatur Ol. Juniperi succinatum Floribus Sulphuris impraegnatum, et omnia per 14 dies calore digerantur et filtrentur. v. etiam Elixir antipestilentiale.

ELIXIR PESTILENTIALE de Spina v. Elixir antipestilentiale, quod cum Elixir longae Vitae congruit. (Alias similes formulas pristinas praetereamus.)

ELIXIR (STROBILORUM vel potius TURIONUM) PINI. — Solutio est Extr. Turion. Pini Unc. duarum in Spirit. Cochleariae Unc. decem.

ELIXIR Dr. Peyrilhe s. Elixir antiscrophulosum p. 287.

ELIXIR PNEUMONIACUM Meibomii vel Fischeri.

Rec. G. Ammoniaci, Aloës hepat., Myrrhae rubr. el. āā Unc. unam, Croci opt. Drachm. duas, Flor. Sulphur. Unc. quatuor, extrahantur cum Spirit. Vini rect. s. q. l. a., ut f. Elixir.

ELIXIR POLYCHRESTUM Ph. Wirtemb.

Rec. Extr. Panchymagogi Unc. unam, Spir. Vini rect. Unc. sex, Spir. Vitrioli Drachm. tres. M. digere et serva.

ELIXIR POLYCHRESTUM EDINBURGENSIUM v. Elixir Guajacinum p. 292.

ELIXIR POLYCHRESTUM Halense. — Constat ex Extr. Panchymagogi Unc. una et Mixtur. simpl. Unc. sex.

ELIXIR POLYCHRESTUM Lentilii.

Rec. Aloës Succotr., Myrrh. rubr. āā Unc. unam, Croci or. Unc. semis, Castor. opt. Drachm. duas, Opii Theb. Scrup. duos vel Drachm. semis. C. c. affunde Spir. Cochlear. ad eminent. trium digitorum. Digere per 8 dies leni calore: tunc affunde Spir. Vini rectificatiss. tartarisati tantundem, Sal. Ammon. Drachm. sex, Tartari Unc. semis, Camphorae in Spir. Vini solut. Scrup. semis; rursum per 8 dies digere tunc filtra.

ELIXIR POLYCHRESTUM PURGANS Disp. Brunsvic.

Rec. Fol. Senn. mund. Unc. unam, Rad. Rhabarb. opt. Unc. semis, Cort. Citri, Sal. Tartari āā Drachm. duas, Spir. Vini rect. Unc. decem. Digestis et expressis adde Resin. Jalapp. Drachm. decem, Spir. Cochlear. Unc. sex. M.

ELIXIR PRETIOSUM Kannegiessii. — Fit destillatione miscellae Oleorum aethereorum non minus quam viginti septem diversissimorum cum Aqua Rosarum, digerendo Oleum mixtum obtentum cum Alcohole Vini, et abstrahendo Spiritum. Productum hoc Elixir pretiosum album vocabatur, idque cum Moscho, Ambra et Zibetho, cum Spiritu Vitrioli irroratis, digeri et Succo Granôr. Chermes colorari solebat.

ELIXIR PROPHYLACTICUM AMARUM Ph. Helvet.

Rec. Rad. Angelicae, Calami arom., Cichorii, Gentian., Hb. Card. bened., Centaur. min., Salviae, Scordii, Rad. Rhabarb. el. āā Drachm. duas, Aloës dep. Unc. unam, Myrrhae el. Unc. semis, Croci opt., Cort. Aurant. āā Drachm. unam, Sal. Tartari Drachm. duas, Spir. Vini rectificati Libr. quatuor. Digere per dies 8, tunc cola. (Alias similes compositiones praetereamus. V. etiam Elixir pestilentiale.)

ELIXIR PROPHYLACTICUM CONTRA PESTEM.

Rec. Aloës Unc. unam, Rad. Rhabarb., Mithridat. āā Drachm. duas, Croci, Myrrh., Camphor., Agarici āā Drachm. unam, Rad. Zedoariae, Gentianae alb. āā Drachm. semis. Infunde Spirit. Vini rectificat. ad eminentiam trium vel quatuor digitorum. Digere, filtra.

ELIXIR PROPRIETATIS, Elixir Proprietatis sine Acido dulce simplex, Elixir Proprietatis Paracelsi emendatum, Elixir aloëticum aperitivum, Tinctura aloëtica seu Aloës composita crocata seu cum Myrrha, Tinctura alcoholica Aloës composita Ph. Amstel., Batav. *Alcoolé d'Aloës myrrhosafrané.*

Rec. Aloës, Myrrh. et Croci āā Unc. unam, Spir. Vini rect. Unc. triginta. Digere Crocum cum Spiritu per 24 horas et in colatura Myrrham et Aloën tritas per triduum, et filtra. — Bate octo tantummodo Alcoholis Vini Uncias praescribit, ceterum uti praecedens. — Ph. Americ., Dublin. et Londin. Croci et Aloës āā Unc. tres cum Tinct. Myrrh. Libr. duabus et semis per 14 dies macerari praescribunt. — Ph. Lusit. et Gray ad ELIXIR ALOËS PROPRIETATIS seu Tincturam Aloës compositam Libr. duas tantummodo Tinct. Myrrh. praescribunt, ceterum ut praecedens. — Ph. Genev. pariter Libr. duas Tinct. Myrrh. et Aloës Unc. tres, Croci autem duas tantummodo Uncias et per 8 dies digeri uti Ph. Lusit. — Ph. Edinb. et Gray ad Tincturam Aloës cum Myrrha Myrrh. pulv. Unc. duas cum Spir. Vini rectificatiss. Libr. una et semis et Aq. Libr. semis per dies 4 digeri, tunc addi praescribunt Aloës Unc. unam et semis Croci Unc. unam, rursus digeri per triduum, tunc colari. — In alia formula Gray Myrrhae Unc. duodecim, Croci Unc. unam et Aloës Unc. octo in Spirit. Vini rect. Libr. septem et Aquae Libr. quatuor s. a. digeri praescribit. — Ph. Hispan. Aloës et Myrrh. āā Unc. unam et Croci Unc. semis cum Spir. Vini rectificatiss. Libra una semis per 8 dies digeri, tunc filtrari praescribit. — Ph. Ferrar. et Suecic. Myrrh. et Croci āā Unc. unam in Spir. Vini rectif. Unc. triginta duabus per triduum digeri, deinde addi praescribit Aloës Unc. unam et semis, iterum per biduum digeri et filtrari. — Van Mons viginti quatuor, — Ph. Parm., Ferrarini et Taddei viginti tantummodo Uncias Spiritus praescribunt; ceterum cum praecedente formula congruunt. — Gray ad Elixir Proprietatis dulce Aloës Myrrhae et Croci āā Unc. tres, cum Spir. Vini rect. Libr. duabus l. a. digeri praescribit. — Ph. d'Anvers, Belgica et Van Mons etiam Tincturarum Aloës, Myrrh. et Croci āā Part. aequales ex tempore misceri suadent. — Ph. Austriaca provinc. Tinct. Aloës et Myrrhae P. duas, et Tinct. Croci P. unam. — Codex medic. Hamburg. Tinct. Aloës Part. tres, Tinct. Myrrhae Part. quatuor et Tinct. Croci P. duas praescribit. — Henry et Guibourt Tinct. Myrrh. Unc. quatuor, Tinct. Aloës et Croci āā Unc. tres misceri proponunt. (V. etiam Elixir Aloës compositum et sequentia.)

ELIXIR PROPRIETATIS ALBUM Helmontii. Ph. Wirtemb.

Rec. Aloës Succotr. luc., Myrrh. el., Croci opt. āā Unc. unam. In pulverem trita indantur cucurbitae vitreae, quae alembico coeco munita, ad digestionem in Mariae balneum reponantur; augeatur ignis per gradus, ut Aqua ebulliat, et materia in massam coalescat, atque guttulae flavae ad latera cucurbitae in conspectum veniant. Frigescat et massae affundatur Aq. Cinnam. spirit. Libr. una; post digestionem e balneo destillent et liquor prodiens nomine Elixirii albi servetur. — Spielmannus ingredientia statim cum Aq. Cinnam. digeri, deinde destillationi subjici praescribit.

ELIXIR PROPRIETATIS ANTISCORBUTICUM Disp. Brunsvic. — Obtinetur, si quantitati designatae Elixirii Propriet. Paracelsi cum Acido admiscentur Spir. Cochlear. Unc. quatuor et semis.

ELIXIR PROPRIETATIS AQUOSUM v. Elixir aperitivum Clauderi (p. 288).

ELIXIR PROPRIETATIS Boerhavii CUM ACIDO.

Rec. Myrrh., Aloës, Croci Austr. āā Unc. unam; tritis affunde Aceti Vini albi Libr. quatuor; immittantur cucurbitae vitreae, ebulliant lenissimo igne per aliquot horas. Frigefacta requiescant, ut faeces subsidant; liquorem limpidum per inclinationem a faecibus effunde, residuo adde denuo Aceti Libr. duas. Ebulliant iterum, uti prius, refrigescant, atque, ut spissum a claro separetur, quiescant. Effunde clarum, et cum liquoribus jam obtentis

per telam raram cola. Tincturas mixtas leni igne ex cucurbita vitrea destilla, ut Unciae decem restent, quibus adde Spiritus Vini rectificatiss. Unc. decem. Digerantur, filtrentur. — Dosis Drachm. semis ad duas. Hanc formulam receperunt Ph. Wirt. et Palat. — Ph. Saxon. 1837. Rec. Spir. Vini rect. Libr. unam, Spir. Vitrioli Unc. unam, digere per aliquot dies, tum adde Aloës, Myrrhae aa Unc. unam, Croci Unc. semis, digere per 4 dies, filtra.

ELIXIR PROPRIETATIS Boerhavii SINE ACIDO. Elixir Proprietatis tartarisatum. Ph. Wirt. et Palat.

Rec. Aloës, Croci, Myrrhae aa Unc. unam, trita immittantur cucurbitae vitreae, affundatur Liquor ex Tartari tartarisati Unc. tribus in Aquae font. Unc. sex solutis, paratus. Digere per triduum in balneo aquae, et, speciebus integre solutis, adde Spiritus Vini rectificatissimi Libr. duas. Denuo digere usque ad ebullitionem. Liquorem frigefactum limpidumque decantha, et residuo adde Spiritus Vini Libr. duas. Digere denuo donec omnia fere soluta sint, filtra et e retorta Spiritum Vini eo usque destillatione evoca, donec Unc. viginti supersint. — Ph. Hannov. Rec. Aloës, Croci, Myrrhae aa Unc. unam, Tartari tartarisati Unc. tres, Aquae destill. Unc. septem, Spir. Vini rect. Unc. quatuordecim. Digere per triduum et cola. — Ph. Hass. Tartari tartarisati Unc. duas, Aquae destill. Unc. octo, cetera ac Hannoverana sumit.

ELIXIR PROPRIETATIS SINE ACIDO s. Elixir Proprietatis dulce, Tinctura aloëtica alcalina.

Cave ne confundas cum praecedente; illud Tartaro tartarisato, hoc Sale Tartari medicatur. — Ph. Saxon. (1820.) Rec. Croci Unc. unam, Aloës Unc. unam et semis, Myrrh. Unc. duas, Salis Tartari Unc. quatuor, Aquae fontanae fervidae Libr. unam. Infunde. Post refrigerationem adde Spiritus Vini rectificatiss. tantundem, per triduum leni calore fove et cola. — Ph. Wirtemb. et Brunsv. Rec. Myrrhae, Aloës, Croci aa Unc. unam et semis. In pulverem redactis addantur Olei Tartari per deliquium Unc. duae; misce in pultis consistentiam; per horas 24 digestis adde Spirit. Vini rectificatiss. Libr. duas. In vase clauso per dies 4, interdum agitata, digerantur, donec liquor saturate rubeus factus sit. — Ph. Sard. Myrrhae Unc. unam, cum Liquore saturato Salis Tartari siccari et addita Aloës et Croci aa Unc. una et Spirit. Vini Libr. una et semis per octiduum digeri jubet. — Spielmannus Aloës, Croci et Myrrhae Unc. unam coquit cum Olei Tartari per deliquium q. s. (?) et liquorem refrigeratum Spirit. Vini Unciis sedecim suscipit. — Gray Tincturam Salis Tartari adhibet, ceterum non absimilis. — Swediaur Sal Sodae suadet.

ELIXIR PROPRIETATIS Paracelsi CUM ACIDO Ph. Wirt.

Rec. Aloës, Myrrhae aa Unc. duas, Croci Unc. unam; in pulverem tritis affunde Spirit. Vini rect., per octiduum cum Spiritus Vitrioli Unc. tribus digesti, Libr. unam et semis. Digerantur per aliquot dies; liquorem tinctum effunde, atque speciebus denuo Spiritus ejusdem Libr. semis superfunde. Liquores junge et filtra. — Disp. Brunsv. et Ph. Hannov. (1819) congruunt. — Ph. Boruss. extrahit eum Spirit. Vin. rect. Libr. duabus, et Spiritus Vitrioli Unc. duabus; cet. par. — Ph. Sard. Aloës, Myrrhae et Croci aa Unc. unam, Spirit. Vin. Libr. unam, Olei Vitrioli Unc. semis. — Spielmannus Spirit. Vini Unc. quatuordecim et Olei Vitrioli Unc. duas sumit.

ELIXIR PROPRIETATIS CUM RHABARBARO s. rhabarbarinum Ph. Wirt.

Rec. Aloës Drachm. sex, Myrrhae Drachm. duas, Rad. Rhabarb. Unc. semis, Croci Drachm. unam et semis, Vini Malvatici Unc. octo, acidi Salis Unc. unam. Digere per octo dies et filtra. — Ph. Hannov. consentit. — Disp. Brunsv. Rec. Aloës, Myrrhae aa Unc. semis, Rad. Rhabarb. Drachm. sex, Croci, Salis Tartari aa Drachm. unam, Vini Hispan. Libr. unam. — Disp. Fuld. Rec. Rad. Rhabarb. Unc. unam et semis, Aloës, Myrrhae aa Drachm. sex, Croci Drachm. duas, Salis Tartari Drachm. tres, Vini albi Unc. sedecim, Aq. Cinnamom. simpl. Unc. tres. — Spielmannus paullum discrepat. — Ph. Herbip. Rec. Myrrh. Unc. unam, digere cum Vini generosi Libra una et Spirit. Vini Unc. duabus; digestis per aliquot dies adde Rad. Rhabarb., Aloës aa Drachm. sex, Croci, Salis Tartari aa Drachm. duas. Digere, filtra.

ELIXIR PROPRIETATIS Stahlii s. Elixir Aloës saponaceum. Tinctura Aloës composita.

Ph. Suec. Rec. Aloës, Terrae fol. Tartar., Fell. Tauri inspiss., Myrrhae aa Unc. unam; Croci Unciam semis, Spirit. Vini rectificatiss. Libr. unam. Digere per tres dies, interdum agitando et filtra. — Gray et Van Mons congruunt. — Ph. Batav. Rec. Aloës, Myrrhae, Croci aa Unc. unam, Spirit. Vini Unc. triginta. — Spielmannus vult: Aloës, Myrrhae aa Unc. unam, Fellis Tauri recent. Unc. duas, Terrae foliatae Tartari Unc. unam, Croci Unc. semis, Spirit. Vin. rect. Libr. unam.

ELIXIR PROPRIETATIS TARTARISATUM v. Elixir Proprietatis Boerhavii sine Acido.

ELIXIR PURGANS Radcliffii.

Rec. Aloës Drachm. sex, Rad. Rhabarb., Cort. Aurant. aa Drachm. unam, Rad. Zedoariae, Coccionellae aa Drachm. semis, Syrupi domestici Unc. duas, Spir. Vini rect. Unc. sedecim. Digere, filtra. — Gray: Cinnamomi Drachm. semis, ceterum ut antea, praeterea Radicis Jalapp. Unc. sex, Aloës Unc. quinque, Rad. Gentian. Unc. duas, Canellae albae Unc. unam et semis, Spir. Vini Libr. viginti; macera per tres septimanas, exprime et adde Scammonii, Rad. Jalappae, Foliorum Sennae aa Drachm. quatuor. — Aliud: Rec. Pulv. Hie-

nae Picrae Libr. unam, Spir. Vini Libr. duodecim, Aquae Libr. duodeviginti, Syrup. domest. Libr. quatuor, Coccionell. Unc. unam. — Aliud denique ex Spir. Vini, Tinct. Aloës āā Unc. sexaginta quatuor, Tinct. Gentian, — Jalappae āā Unc. duabus et Pulv. Rad. Jalapp. Unc. sex paratur.

ELIXIR PURGANS sec. Richard.

Rec. Rad. Jalappae Unc. quatuor, Scammon. Unc. unam, macera per dies octo cum Spir. Vini rect. Libr. duabus. Cola, filtra.

ELIXIR PURGANS Disp. Brand.

Rec. Fol. Senn. Unc. duas, Aloës Unc. semis, Rad. Zingiberis Drachm. tres, Colocynth. Drachm. unam et semis, Liquoris Terr. foliat. Tartar. Unc. quatuor, Spirit. Vini rect. Libr. unam.

ELIXIR PURGANS DE CITRO Disp. Argent.

Rec. Resinae Jalappae Unc. unam, Cort. Citri Unc. unam et semis, Spirit. Vini rectificatiss. Unc. duas. Pro usu additur Syrupi Cort. Aurant. q. s. ad dulcedinem.

ELIXIR PURGANS Healini.

Rec. Gutti, Scammonii, Colocynth. āā Drachm. duas, Aloës Unc. semis, Salis Tartari Drachm. unam et semis, Spir. Vini Unc. quatuor; digere per aliquot dies et cola.

ELIXIR PYRETHRI COMPOSITUM s. Aqua pro ore, sec. Soubeiran.

Rec. Cinnamom. Drachm. unam et semis, Vanillar., Sem. Coriandri, Caryophyll. arom. āā Drachm. unam, Macidis, Coccionell, Croci, Salis Ammoniaci āā Gran. duodeviginti, Tinctur. Pyrethri Libr. duas; per septimanas duas maceratis adde Ol. aeth. Anis, — Citri āā Gran. duodeviginti, — Lavend., — Thymi, Tinct. Ambrae gris. āā Gran. novem, Aquae flor. Naphae Unc. semis.

ELIXIR Paulini sec. Cadet.

Rec. Folliculor. Senn., Hb. Absinth, — Chamaedr., Rad. Rhabarb., — Gentian, Cort. Aurant. āā Unc. duas, Cort. Cascarill., Aloës āā Drachm. unam, Spir. Vini simpl Libr. quatuor. Macera per 8 — 12 dies et filtra.

ELIXIR RESOLVENS Disp. Brunsv.

Rec. Extr. Trifol. fibr., — Centaurii min., — Cardui benedict. āā Unc unam, Liquoris Tartari tartarisati Libr. duas, Aquae Cinnamom. s. Unc. duas (cf. Elixir amarum et aperitivum.)

ELIXIR RESOLVENS Ph. Hamb. vet.

Rec. Tartari tartarisati, Extr. Taraxaci āā Unc. semis, solve in Infusi Rhabarb. Unc. tribus, adde Aquae Menth. pip. Unc. tres; vel: Tartari tartarisati Unc. semis, Extr. trifol. fibrin. Unc. unam, Aquae Menth. pip. Unc. octo. — Disp. Fuld. Tartari tartarisati Unc. semis, Extracti Gentian. Unc. unam, solve in Aquae dest. Unc. sex, adde Aquae Menth. pip. Unc. duas.

ELIXIR RESOLVENS sec. Cadet.

Rec. Salis Tartari depur. Unc. duas; Aceti scillit. q. s. ad saturationem. Adde Aq. Chamomill. Libr. quatuor, Tincturae Antimonii Jacobi, Tinct. Martis aperitiv. āā Unc. unam, Extr. Fumar., — Trifol. fibrin., — Millefol., — Cardui bened. āā Unc. unam et semis, filtra.

ELIXIR RHABARBARI seu Rhei amarum Ph. Fenn. et Suec.

Rec. Rad. Rhabarb. Unc. unam, — Gentianae Drachm. duas, Canellae alb. Drachm. unam. Contusa digerantur per triduum cum Vini Hispanici Libr. una. Exprime, cola. — Van Mons docet: Rad. Rhabarb. Unc. unam, — Gentianae Drachm. tres, Cort. Winterani Drachm. unam, Spir. Vini simpl. Unc. sedecim. Per aliquot dies macerata exprime, filtra. VINUM RHABARB. AMARUM Van Mons e Canellae alb., Rad. Gentian. āā Unc. una, Rad. Rhabarb. Unc. octo, Vini Maderani Libr. octo confici praescribit.

ELIXIR RHABARBARI seu Rhei compositum. Vinum Rhei aromaticum Ph. Succ.

Rec. Rad. Rhabarb. Unc. unam et semis, Cardamom. min. Unc. dimid., Passular. maj. enucleatarum Unc. tres, Vini hispanici Libr. unam et semis. Contusa et concisa macerentur per quatriduum loco calido. Colaturae, cum expressione factae, adde Sacch. alb. Unc. quatuor, Extr. Enulae Unc. semis, Nuc. moschat. pulv. Drachm. semis, Salis Tartari depur. Drachm. unam. Prope accedit Ph. Polon. in Tinct. Rhei vinosa. Rec. Rad. Rhabarbar., Cort. Aurant. āā Unc. semis, Cardamom. min. Drachm duas, Vini Malacens. Libr. duas, Extr. Enulae Unc. semis, Sacch. alb. Unc. tres. (vide etiam Tincturam Rhabarbar. vinosam Darelii.) Van Mons pro Vino Rhei composito sumit Cardamom. Unc. unam, Rad. Rhabarb. Unc. octo, Vini Maderani Libr. decem et semis; macera, exprime, filtra.

ELIXIR RHABARBARI s. Rhei dulce, Vinum Rhei dulce Ph. Fenn. et Suec.

Rec. Rad. Rhabarb. Unc. duas, Cardamom. min. Drachm. duas, Vini Hispan. Libr. unam; macera per quatriduum, exprime cola. Altera Van Monsii formula sumi docet: Rad. Rhabarb. Unc. unam, Spir. Vini simpl., Aq. Menth. āā Unc. sex. — Ph. Lusit. Rec. Rad. Rharbar. Unc. duas, Cort. Cinnamom. Drachm. unam, Vini alb. Libr. unam et semis. — Ph. Belg. Rad. Rhabarb. Unc. duas, Cardamom. min. Drachm. unam, Spirit. Vini rectificatiss. Unc. duas. — Ph. Batav., Edinb. et Amer. Septentr. volunt. Rad. Rhabarbar. Unc. duas, Canellae alb. Drachm. unam, Spir. Vini rect. Unc. duas, Vini alb. Hispan. Unc. quindecim. Digere per septimanam et filtra. — Gray: Rad. Rhabarb. Unc. duas, Cort. Aurant. Unc. semis, Cardamom. min. Drach. duas, Vini alb. Libr. duas, Spir. Vini Unc. duas.

ELIXIR RHEI Darelii Ph. Saxon. vid. Tinctura Rhabarbari vinosa Darelii.

ELIXIR Ringelmanni v. Elixir pectorale Regis Daniae (p. 295).

ELIXIR ROBORANS ACIDUM Ph. Hamb. Paup.

Rec. Extr. Cascarill. Drachm. duas, Aq. Menth. Unc. quatuor, Elix. acid. Halleri Drachm. duas. Bene misce. Attinet ad Elixir Vitrioli Mynsichti.

ELIXIR ROBORANS Whyttii. Whytt's stärkendes Elixir. *Elixir roborant de Whytt.*

Synon. Tinctura Chinae composita, Elixir stomachicum spirituosum, Elixir antihypochondriacum Whyttii, Essentia corticis peruviani composita, Tinctura corticis Chinae s. Peruviani composita, Tinctura alcoholica corticum Aurantiorum Whyttii, Tinctura Kinkinae, s. Cinchonae amara, Tinctura febrifuga s. tonica s. stomachica Whyttii, Elixir Robert Whytt, seu Robert Whytt. Essentia antiseptica Huxhami quorundam.

Rec. Corticis Chinae Huanuco Uncias quatuor,
Corticum Aurantiorum,
Radicis Gentianae rubrae āā Unciam unam et dimidiam
Spiritus Vini Gallici Libras quatuor.

In vase bene obturato, vel vesica bubula passim perforata obtecto, digere contusa et concisa cum Spiritu Vini per sex dies; tum exprime et filtra. Sit tinctura coloris rubro-fusci.

Viribus gaudet febrifugis corticis Chinae et tonicis ceterorum, quae insunt.

Usus: Additur formulis magistralibus, vel per se sumitur; dosis cochlear unum in quatuor cochlearibus Aquae.

Multae cum hac formula Pharmacopoeae consentiunt, utpote Bavarica, Hannov., Hassiae, Saxon., Slesvico-Holsat., Spielmannus, cet. Ph. Suecica Spiritum Vini dilutum vult. Van Mons Corticem Chinae primum macerari, tum, elapsis decem diebus, Radicem Gentianae et Corticem Aurantiorum addi suadet.

Ph. Boruss. docet: Rec. Cort. Chinae Unc. tres, Rad. Gentianae, Corticum Aurantiorum āā Unc. unam, Spirit. Vini Gallici Libr. unam et semis, Aquae Cinnamom. s. Unc. sex. — Ph. Boruss. ed. prior et cum hac Ph. Oldenburg, Swediaur Spir. Vini Unc. sedecim et Aq. Cinnamom. Unc. octo, ceteris immutatis, sumunt.—Ph. Polon. Aquam Cinnamomi omittit et Spir. Vini Libr. duas praecipit. — Ph. Danica: Rec. Cort. Chinae Unc. quatuor, Rad. Gentian. Unc. duas, Cort. Aurant. Unc. semis, Spir. Vini Gallic. Libr. quatuor. — Brugnatelli huic formula addit Seminis Coriandri Unc. unam. — Cadet: Cort. Chinae Unc. tres, Cort Aurant., Rad. Gentian. āā Unc. duas, Spir. Vini Unc. sedecim, Aq. Cinnamom. simpl Unc. octo. — Ph. Hispan. Cort. Aurant. Unc. quatuor, Cort. Chinae Unc. duas, Rad. Gentian. Unc. unam, Spir. Vini Libr. duas. Hae formulae nonnisi ponderum ratione discrepant. — Disp. Lipp. Rec. Cort. Chinae Unc. duas, Cort. Aurant., Rad. Gentian. āā Drachm. sex, Spir. Vini Libr. unam et semis.— Ph. castrens. Ruthena loco Rad. Gentian, Radicem Calami ponit, ita ut Cort. Chin. Unc. sex, Rad. Calam. et Fructuum Aurant. āā Unc. semis, Spir. Vini Libr. tribus extrahantur. Plures denique Pharmacopoeae in formulam vergunt, quae ESSENTIAE ANTISEPTICAE Huxhami nomine inclaruit, et addita Radice Serpentariae differt.—Ph. Lusit. praecipit: Cort. Chinae rubr. Unc. duas, Cort. Aurant. Unc. unam et semis, Rad Serpentar. Virgin. Drachm. duas, Spir. Vini Unc. viginti. — Ph. Londin. Cort. Chinae Unc. duas, Cort. Aurant. Unc. unam et semis. (Ph. Dubl. Unc. semis, ceteris paribus) Rad. Serpentar. Drachm. tres, Croci Drachm. unam, Coccionell. Scrup. duos (Ph. Amer. Septentr. loco Coccionellae Lignum Santali, ceteris paribus, sumit), Spir Vini simpl. Unc. viginti. — Ph. Batav. Rec. Rad. Gentian. Unc. semis, Cort. Chin. Unc. unam, Cort. Aurant. Drachm. duas, Canellae albae Drachmam unam, Spir. Vini Unc. quatuor, Vini albi Hispan. Libr. duas.

ELIXIR ROBORANS Whyttii vinosum. Ph. Hannov. et Suec. loco Spir. Vini Vinum Hispanic. album adhibere permittunt. Proclivius est ad decompositionem quam quod Spir. Vini paratum est.

ELIXIR ROCELLAE Ph. Norimb. — Fit digerendo Herbam Rocellae recent. cum suff. quant. (?) Spir. Cerevisiae et addendo Sacch. album usque ad dulcedinem.

ELIXIR SACRUM seu Tinctura Rhei et Aloës sec. Disp. Brunsv.

Rec. Aloës Drachm. sex, Rad. Rhabarb. Drachm. decem, Spir. Vin. simpl. Libr. duas; macera per dies sex et filtra. — Ph. Edinb. et Amer. Septentr. Spir. Vini Unc. triginta duas praecipiunt, et addunt Cardamom. min. Unc. semis. — Van Mons: Spec. Hierae Picrae Unc. unam, Spir. Vini Libr. duas. — Brennig: Rad. Rhabarb. Drachm. septem, Aloës

sex, Cardamomi Drachm. semis, Spir. Vini Libr. tres cum dimidia.

ELIXIR SALIS Healini sec. Triller.
Rec. Tartari depur. Unc. semis, Mastichis, Myrrh. āā Drachm. tres, pulveratis affunde Acidi Salis Unc. unam, Spir. Junip. Unc. semis.

ELIXIR SALUTIS, Tinctura cathartica, Tinctura Sennae s. Sennae composita, Daffy's Elixir. Gesundheits-Elixir.

Rec. Rad. Enulae, — Liquir., — Rhabarb. āā Unc. unam, Fol. Senn. Unc. duas, Sem. Anisi, Carvi, Coriandr. āā Unc. unam, Passular. Unc. quatuor, Salis Tartari Drachm. duas. Incisis et cont. affunde Aq. font. ferv. Libr. unam, refrigeratis adde Spir. Vini rect. Libr. duas. Digere, exprime, filtra. — Ph. Saxon. omittit Passulas et praecipit Fol. Senn. Unc. tres esse sumendas. — Ph. Hannov. Fol. Senn. Unc. quatuor, Sem. Carvi Drachm. tres, Cardamom. Drachm. unam, Passular. Unc. quatuor, Spir. Vini simpl. Libr. unam et semis. — Ph. Boruss. sumit Folior. Sennae Unc. tres, et Spir. Vini Libr. tres, cet. par. ac in Hannov. Van Mons praecipit Fol. Senn. Unc. tres, Cardamom. Unc. unam, Spir. Vin. Libr. quatuor. — Ph. Edinb. Fol. Senn. Unc. duas, Rad. Jalapp. Unc. unam, Sem. Coriandr. Unc. dimid., Spir. Vini Libr. tres et semis. — Ph. Londin. et Suec. Rec. Fol. Senn. Unc. tres, Sem. Carvi Drachm. tres, — Cardamomi min. Drachm. unam, Passular. Unc. quatuor, Spir. Vini Libr. duas cum dimid. — Ph. Dublin. huic formulae consimilis, nisi quod Passulas omittit. — Ph. Amer. Septentr. Rec. Fol. Senn. Unc. tres, Rad. Jalapp. Unc. unam, Sem. Coriandr., — Carvi āā Unc. dimid. Cardamom. Drachm. duas, Sacch. alb. Unc. quatuor, Spir. Vini rect. Libr. quatuor. — Ph. Lusit. Fol. Senn. Unc. duas, Rad. Jalapp. Unc. unam, Sem. Anisi stell. Drachm. duas, Spir. Vini Libr. tres cum dimid. — Ph. Danica Fol. Senn. Unc. duas, Rad. Jalapp. Unc. dimid., Spir. Vini Libr. tres; colaturae adde Sacch. alb. Unc. quatuor. — Ph. Palatin. Fol. Senn. Unc. quatuor, Rad. Enulae, — Rhabarb. āā Unc. duas, Salis Tartari Drachm. unam et semis, Aq. font. ferv. Libr. tres. Digere in vase tecto per tres horas; seorsum recipe Ligni Guajaci, Sem. Anisi, — Carvi, — Coriandri āā Unc. duas, Spir. Vini Unc. tres, infunde frigide per 3 dies, exprime, cola et colaturam jam obtentae admisce. (v. Elixir Daffyi p. 291.)

ELIXIR SARSEPARILLAE ET CHINAE COMPOSITUM sec. Henry et Guibourt.
Rec. Cort. Chin. Huanuco Unc. quatuor, Flor. Papav. Rhoead. Unc. duas, Lign. Sassafras Unc. unam, Spiritus Rhum Libr. decem; digere per 15 dies, colaturae adde Resinae Guajaci nativae Unc. duas, iterum digere per 15 dies et adde Syrupum. l. a. e Radic. Sarsaparill. Unc. quatuor et Sacch. alb. Unc. quadraginta paratum.

ELIXIR SCAMMONII Henry et Guibourt.
Rec. Scammon. Drachm. duas, Spirit. Vini rect. Unc. octo, Sacchar. alb. Unc. quatuor, Syrup. Violar. Unc. duas. Misce.

ELIXIR SCORBUTICUM v. Elixir antiscorbuticum (p. 287).

ELIXIR SCORBUTICUM de Spina.
Rec. Gummi Ammon. in Spir. Cochlear. soluti, Aloës, Myrrhae āā Unc. tres, Croci Unc. unam et semis, Flor. Sulph. Unc. quatuor. Affunde Spir. Cochlear. q. s. (?), digere, filtra.

ELIXIR SENNAE s. Vinum Sennae. Ph. Suec.
Rec. Folior. Senn. Unc. quatuor, Sem. Coriandri, — Foenic. āā Drachm. duas, Vini Hispan. Libr. duas et dimid. Digere per triduum, tum adde Passular. Unc. tres. Digere iterum per diem, exprime, cola.

ELIXIR de Spina v. Elixir antipestilentiale de Spina. (p. 287.)

ELIXIR AD SCROPHULAS v. Elixir antiscrophulosum. (p. 287.)

ELIXIR DE SQUIRE. Junker-Elixir. Squire's Elixir sec. Gray.
Rec. Opii Unc. quatuor, Camphor., Coccionell. āā Unc. unam, Sem. Foenic. Drachm. duas, Tinct. Serpentar. Unc. sedecim, Spiritus Anisi Libr. viginti, Aq. Unc. triginta duas, Auri musivi Unc. sex. — Aliud: Rec. Rad. Liquir. Libr. unam, Ciner. clavell. dep. Unc. quatuor, Coccionell. Unc. unam, Aq. Libr. sedecim, coque ad Libr. decem, adde Opii Libr. unam, Camphor. Unc. unam, Spir. Vin. rect. Libr. quinque, Auri musivi Libr. unam: Denique exstat formula: Opii Unc. duas et semis, Camphor. Unc. unam, Sal. Tartar., Coccionell. āā Drachm. unam, Sacch. adusti Unc. duas, Tinct. Serpentar. Unc. sedecim, Spirit. Anisi Libr. viginti, Auri musivi Unc. octo.

ELIXIR STIMULANS v. Elixir amarum (p. 285.)

ELIXIR STOMACHALE sec. Goldenklee.
Rec. Rad. Calam. arom. Unc. duas, — Galangae, — Zedoariae āā Unc. unam, Cassiae ligneae Unc. unam et semis, Rad. Zingiber. alb., Piper. long. āā Drachm. sex, Nuc. mosch., Macidis āā Drachm. duas et semis, Caryophyll. Drachm. unam et semis, Sem. Anisi, — Foenicul. āā Unc. semis. Species extrahantur Spiritu Vini quamdiu tingetur. In balneo liquoris partem dimidiatam destillatione elice et residuum per filtrum trajice.

ELIXIR STOMACHICUM. Magen-Elixir. Diversae indolis Elixiria stomachica Pharmacopoearum; partim in Elixir balsamicum temperatum, partim in Tincturam amaram et Tinct. Gentianae compositam vergunt.

ELIXIR STOMACHICUM AQUOSUM Ph. Hamb. p. paup. — Solutio est Extr. Cascarill. Drachm. unius, Extr. Gentian. Drachm. duarum in Aq. Menth. pip. Unc. quatuor. — Disp. Fuld. Extractorum ää Drachm. duas praescribit, ceterum ut antea.

ELIXIR STOMACHICUM AMARUM Van Mons.

Rec. Coccionell. Drachm. duas, Rad. Gentian. Unc. unam et semis, Cort. Aurant. Unc. tres, Spir. Vini Libr. decem. Macera per hebdomades tres et filtra.

ELIXIR STOMACHICUM. a) Codicum.

Ph. Ferrar. Rec. Cort. Chinae flav. Unc. tres, — Aurant. Unc. duas, — Cinnamom. Unc. unam, — Angusturae Unc. semis, Spir. Vini rect. Libr. quatuor. Digere per dies octo et exprime. — Ph. Hispan. Cort. Aurant., — Chinae ää Unc. unam et semis, Hb. Absinthi, Flor. Chamomill., Piper. Jamaic. ää Unc. unam, Coccionell. Drachm. semis, Aq. font. Libr. unam et semis, Spir. Vini rect. Unc. quatuor. Digere per triduum et filtra. — Ph. Batav. TINCTURA AMARA COMPOSITA. Rec. Rad. Gentian. Unc. duas, Cort. Aurant. Unc. unam, Canellae alb. Unc. semis, Spir. Vini, Libr. duas; macera per quatuor dies et cola. — Ph. Edinb. pro Tinctura Gentiana compos. huic formulae addit Coccionellae Drachm. semis; vid. Tinct. Gentian. compos. — Disp. Paris. Rec. Spir. carminativ. Unc. tres, Aq. Cinnamom., — Flor. Aurant. ää Unc. unam, Spir. Menth. Unc. quinque, Tinct. Absinth. Unc. quatuor. M. l. a. — Ph. Gandav. Rec. Extr. Chinae Unc. duas, — Centaur. min., Sal. Tart., Flaved. Cort. Aurant. ää Unc. unam, Vini albi Hispan. Libr. sex, Spir. Vini Gallic. Unc. quatuor. Digere per 6 dies et filtra.

b) Auctorum.

de Bonitz. Rec. Theriacae Drachm. duas, Balsam. Peruv. Drachm. unam, Tinct. Castor., — Angelicae ää Unc. semis, Elixir Propriet. Unc. duas. — Fulleri Rec. Elixir Propriet. Boerhavii sine Acido Drachm. tres, Ol. Caryophyll., — Nuc. Mosch. ää Gutt. sex, — Menth. Gutt. tres, — Absinth. Gutt. unam. — DE CARYOPHYLLIS Fulleri. Rec. Elixir Propriet. Boerhavii sine Acid., Spir. Lavend. compos. ää Unc. semis, Caryophyllor. contus. Drachm. unam et Grana duodecim, Gran. Paradis. Gran. duodequinquaginta. — DE CINNAMOMO Fulleri. Rec. Elix. Propr. Boerh. s. a. Drachm. tres, Spir. Lavend. Drachm. unam, Ol. Cinnamom. Gutt. duodecim. — Sec. Mayr cum Elix. balsam. temp. H. congruit, nisi quod Salis Tartari Unc. semis insuper addat. — Piderriti sec. Reuss. Rec. Rad. Gentian. Unc. quatuor, infunde Vini albi generosi Libr. unam, colaturae adde Ligni Quassiae Unc. unam, Liquoris Tartari tartarisati Unc. quatuor; Spir. Vini rect. Unc. duas. — Rosensteinii. Rec. Cort. Aurant. recent. Unc. unam et semis, contunde in mortario marmoreo in massam pultiformem; digere cum Vini Hispanic. Libr. duabus. In colatura solve Extr. Gentian. Unc. unam, Filtra. — Zwelferi. Rec. Spir. Vini rectificatiss. Libr. duas, Ol. Cinnamom. Drachm. unam, — Macid. Drachm. semis; mixtis adde Syr. Cinnamom. Unc. tres vel Sacch. alb. Unc. duas in Aq. Cinnam. Vinos. Unc. tribus solutas.

ELIXIR STOMACHICUM DULCIFICATUM. Fit mixtione partium aequalium Elixirii ad long. vit., Aquae et Sacch. alb.

ELIXIR STOMACHICUM LEODIENSIUM sec. Van Mons.

Rec. Cort. Aurant., Hb. Absinth., — Scordii, Flor. Centaur. min. ää Drachm. tres, Rad. Angelic., — Enulae, — Zedoariae ää Unc. semis, Spir. Vini rect. Libr. tres.

ELIXIR STOMACHICUM UNIVERSALE.

Rec. Aloës Unc. duas, Myrrh. Unc. unam, Croci Unc. dimid., Cinnamomi Drachm. sex, Nuc. Moschat., Rad. Gentian., — Galang., — Zingib., — Zedoar. ää Drachm. duas. Extrahe l. a. cum Spir. Vini rect. Libr. quatuor.

ELIXIR STOMACHICUM VIENNENSE v. Elixir balsam. temperat. Hoffm. (p. 289).

ELIXIR de Stoughton sive Elixir viscerale Stoughton. Stoughton's Elixir.

Ph. Gall. Rec. Aloës, Cort. Cascarill. ää Drachm. unam, Rad. Rhabarb. Unc. semis, Hb. Absinth., — Chamaedr., Cort. Aurant. immatur., Rad. Gentian. ää Drachm. sex, Spir. Vini rectificat. Libr. duas. Digere, filtra. — Taddei Spir. Vini vult Unc. triginta duas, Van Mons Unc. sexaginta quatuor. — Cadet praecipit Aloës, Cort. Cascarill. ää Drachm. unam; Hb. Absinth., — Chamaedr., Rad. Gentian., Cort. Aurant. ää Unc. unam, Rad. Rhabarb. Unc. semis, Spir. Vini Unc. duodecim. — Gray sumit Rad. Gentian. Unc. duodetriginta, Rad. Serpentar. Virgin. Unc. unam, Cort. Aurant. Unc. viginti, Rad. Calam. aromat. Unc. quatuor, Spir. Vini, Aquae ää Libr. sexaginta.

† ELIXIR E SUCCO LIQUIRITIAE OPIATUM. Elixir Ammoniato-opiatum. Brust-Elixir mit Opium. *Elixir thebaique ammoniacal.* Sec. Ph. Boruss. ed. 3., in editione quinta omissum.

Rec. Elixir pectoralis Ringelmanni (p. 295) dosim, admisce Laudani liquidi Sydenhami Drachm. duas.

Ph. Polon et Van Mons consentiunt. Ph. Oldenburg. recipit Succ. Liquir. dep. Unc. semis, soluto in Aq. Foenic. Libr. semis admiscet Spir. Salis Ammon. anis. Drachm. duas, Laudan. liq. Sydenhami Drachm. semis.

ELIXIR SUDORIFERUM Leursoni vel Tinctura Opii benzoica comp. Augustin.

Rec. Rad. Ipecacuanh., Bals. Tolutan. ää Unc. semis, Flor. Benzoës, Opii, Croci ää Drachm. duas, Camphor. Scrup. quatuor, Ol. Anisi

Drachm. unam, Spir. Vini Libr. duas. Solve, filtra.

ELIXIR SUDORIFERUM WILLISII sec. CADET a praecedente nonnisi Camphorae Scrup. duobus differt.

ELIXIR SUECICUM v. Elixir ad longam Vitam (p. 293).

ELIXIR SULPHURIS MYNSICHTI.

Rec. Croci, Myrrh. āā Unc. unam et semis, Mastich., Benzoes, Cardamom., Cinnamom. āā Unc. unam, Succ. Liquir., Confect. Alkermes, Rad. Enulae, Nuc. Mosch. āā Drachm. sex, Sacch. alb. Unc. duas. Spiritu Vini humectatis superfunde Spiritum Vitrioli ad eminentiam digitorum quatuor; digere per menses aliquot et liquorem decantha. Residuum Spiritu Vini extrahe et junge liquores.

ELIXIR SULPHURICO ACIDUM v. Elixir Acidum HALLERI (p. 284).

ELIXIR SULPHURICO-OPIATUM WOLLKOPF. — Miscela est Spir. Vitrioli Drachm. unius et Tinct. Opii Drachm. semis.

ELIXIR SWINTON v. Elixir salutis (p. 301).

ELIXIR TONICUM.

Rec. Aloës, Myrrh. āā Drachm. duas, Hb. Absinth., — Centaur. min., Cort. Chin. āā Unc. semis, Cort. Aurant. immatur. Drachm. tres, Croci Drachm. unam, Vini Hispan. Libr. duas.

ELIXIR TONICUM AD DENTES MAURY.

Rec. Rad. Ratanh. Unc. octo, Aquae Vulnerar. Spirituos. Libr. quinque. Digere, filtra et adde Olei Menth. Drachm. duas, — Cort. Aurant. Drachm. tres in Spir. Vini rectificat. Unc. quatuor antea solutas.

ELIXIR TRAUMATICUM v. Balsamum Commendatoris (p. 112).

ELIXIR TRIFOLII FIBRINI Ph. Bremens.

Rec. Hb. Trifolii fibrin. Unc. octo, Aquae Trifol. fibrin. per fermentationem paratae Libr. tres. Per triduum digestis et expressis adde Extr. Trifol. fibrin. Unc. duas. Solutis, filtratis adde Spir. Vini rect. Libr. unam.

ELIXIR UTERINUM seu Guttae uterinae.

Rec. Asae foetid. Drachm. duas, Opii, Salis Volat. Corn. Cerv. āā Drachm. semis, Tinct. Castorei Unc. tres.

ELIXIR UTERINUM CROLLII.

Ph. Wirt. Rec. Hb. Artemis. Unc. tres, incisis affunde Spir. Vini rect. Unc. quindecim; digere, cola. Colaturae adde Castorei Sibir. Unc. unam et semis, Croci Unc. semis, post digestionem adde Olei Anisi, — Angelicae, — Succini āā Gutt. quadraginta. — Disp. Pragense, Argentorat., Brunsv. et Ph. Sardoa congruunt. Ph. Palat. Castor. Libr. semis et Croci Unc. duas cum suff. quant. Spir. Vini extrahi, Spiritu ex liquore filtrato destillatione elici, residuum ad extracti spissitudinem evaporari et Extr. Artemis. Unc. quatuor, Salis Matris Perlarum (Calcaria acetica) Unc. unam, Ol. Anis., — Angelic. et Succini āā Drachm. duas, in suff. quant. Spiritus Vini destillatione supra obtenti solutas addi praescribit. Digerantur per septimanam et filtrentur. — SPIELMANNUS Castor. Unc. tres, Croci Unc. unam, Hb. Artemis. Unc. sex, Terr. foliat. Tartari Unc. semis per quadriduum cum Spir. Vini Unc. triginta digeri et filtratis addi praescribit Ol. dest. Angelic., — Anisi, — Succini āā Drachm. unam. — CADET Castor. Unc. duas, Extr. Artemis. Unc. unam, Croci Unc. semis, Ciner. clavell. dep. Drachm. unam cum Spir. Vini rect. Unc. sedecim per 8 dies macerari et colaturae addi praescribit Ol. Anisi, — Cumini, — Angelic. āā Drachm. semis. — BAERENSPRUNG Essent. Castor. Libr. semis, Essent. Croci Unc. duas, Extr. Artemis. Unc. unam, Sal. Tartari Drachm. unam, Ol. Angelic., — Anisi, — Succini āā Gutt. decem praescribit. — Disp. Vienn. Castor. Unc. sex, Croci Unc. duas, Salis Matris Perlar. solub. Unc. unam, Extr. Artemis Unc. quatuor, Ol. Anisi, — Angelic., — Succini āā Drachm. duas et Spir. Vini Libr. duas praescribit. — CROLLII et SCHROEDERI formulae in primis cum nostra congruunt. — ELIXIR UTERINUM SPASMODICUM Disp. Vienn. Rec. Rad. Paeon., Rasur. Succini citr., Myrrh., Castor. āā Unc. unam, Rad. Galangae min., — Zedoar., Hb. Dictamni Cret. āā Unc. semis, Bacc. Lauri, Anthophyllor. āā Drachm. duas, Croci, Camphor. āā Drachm. unam. Conc. contus. affunde Spir. Anthos. Libr. duas. Extrahe, exprime, filtra. Similes formulas, antiquatas praetereamus.

ELIXIR UTERINUM DUPPERI Ph. Batav.

Rec. Asae foetid. Drachm. duas, Opii, Sal. volat. Corn. Cerv. āā Drachm. semis, Tinct. Castor. Unc. tres. Probe digesta, filtra. — BAERENSPRUNG Asae foetid. Drachm. unam, Salis C. C. Drachm. semis, Tinct. Castor. Unc. tres vult, Opium autem omittit.

ELIXIR UTERINUM PIDERITI seu Elixir Croci cum Castoreo AUGUSTIN.

Rec. Croci Unc. semis, infunde Spir. Vini rect. Unc. quindecim, parum digere, filtra et adde Castor. Moscov. Unc. semis; iterum digere, filtra et adde Hb. Menth. pip., Rad. Valer. min. āā Unc. unam et semis. Denuo digestum leni calore exprime et filtrato adde Ol. Menth. pip. Drachm. unam. — AUGUSTIN Hb. Menth. pip., Rad. Valer. āā Unc. dimidiam sumi suadet, ceterum uti antea.

ELIXIR UTERINUM ZWELFERI s. hystericum.

Rec. Spir. Ceras. vel Junip. Libr. unam et semis, Croci Drachm. unam et semis, Castorei Drachm. quinque, Opii Drachm. unam, Elaeosacch. Succini Drachm. sex. Ad dulcedinem Syrupus quilibet admiscetur.

ELIXIR VALERIANAE CAMPHORATUM AUGUSTIN.

Rec. Camphor. Scrup. unum, solve in Liq. anod. min. HOFFM. Drachm. duabus, adde Extr. Valer. min. Drachm. sex, Aq. Menth. pip. Unc. sex, Laud. liq. SYDENHAM Drach. unam.

ELIXIR VERMIFUGUM Reichbeau sec. Boriis.

Rec. Aloës Unc. unam, Rad. Rhabarb., — Gentian. āā Unc. semis, — Filic. Mar., Hb. Absinth. pont., Sem. Cinae, Fellis Taur. inspiss. āā Drachm. duas, Flor. Centaur. min. Drachm. unam, Spir. Vini rectificatiss. Libr. duas.

ELIXIR VISCERALE Hoffmanni Pharmacopoeae quaedam singularem hujus Elixirii formulam praecipiunt ex Elixirio Balsam. temperat. Hoffm. seu Elixirio Aurantiorum composito, omissis quibusdam corporibus, natam. Plurimum simpliciori gaudet compositione et caret Sale Tartari.

Synon.: Vinum Aurant. compos. seu de extractis, Vinum amarum seu solutis extractis medicatum.

Sec. Ph. Amstel. et Batav.

Rec. Cortic. Aurant. rec. Unc. unam et semis, Extr. Card. ben., — Cascarill., — Centaurii minor., — Gentian., — Extr. Myrrh. aq. āā Drachm. duas, Vini Hispan. Libr. duas. — Ph. Hann. pro Cortice Aurant. sumit Tinct. Cort. Aurant. Unc. octo. — Ph. Saxon. sumit Vini Libr. unam et addit Tinct. Caryophyll. Drachm. duas, — Croci Scrup. unum. — Ph. Gallic. Cort. Aurant. Unc. quatuor, Extr. Absinth., — Card. ben., — Centaur. min., — Gentian. āā Unc. unam, Vini boni Libr. duas, Spir. Cort. Aurant. Unc. duas. — Spielmann Cort. Aurant. rec. Unc. unam et semis macerari vult cum Vini Hispan. Libr. duabus et in colatura dissolvi Extr. Gent. Unc. unam. — Van Mons extrahit Cort. Aurant. rec. Unc. semis, Rad. Gentian. Unc. unam et semis cum Vini Maderani Libr. duabus. — Piderit macerari suadet Cort. Aurant., — Chinae āā Unc. duas cum Vini albi Libr. duabus, in colatura dissolvi Extr. Trifol. fibrin., — Gentian. āā Unc. unam. Operae pretium non est, plures formulas, quae hinc illinc exstant, referre.

ELIXIR VISCERALE Hufelandi.

Rec. Extr. Absinth., — Gentian., — Centaur. min., — Trifol. fibr. āā Unc. unam, solve in Aq. aromat. (p. 47) Libr. una et semis et adde Tinct. aromat. Hufelandi Unc. unam.

ELIXIR VISCERALE Kleinii s. a Kleinio emendatum.

Rec. Elixir. Viscer. Hoffmanni Ph. Amst. dosim et adde Terrae foliat. Tartari Unc. dimidiam.

ELIXIR VISCERALE Roseen sec. Spielmann.

Rec. Cort. Aurant. Unc. unam, Rad. Rhabarb. Drachm. decem, Terrae foliat. Tart. Unc. duas; infunde Vini albi generosi Unc. sedecim et macera per 4 dies. In colatura solve Extr. Centaur. min. Unc. unam, — Cascarill. Unc. semis, Ol. dest. Chamomill., — Millefol. āā Scrup. unum. Soluta filtra.

ELIXIR VISCERALE Rosensteinii.

Rec. Rad. Rhabarb. Unc. octo, Terr. foliat. Tart. Unc. tres, Aq. Cinnamom. Libr. quatuor; stent per dies 14, tum adde Cort. Aurant. Unc. duas, Cardamom. min., Sem. Foenic. āā Unc. semis, digere per 7 dies et exprime; residuo infunde decocti Rad. Cichor. Unc. sex, agita, cola. In liquoribus junctis solve Sacch. alb. Libr. duas. — Bennie vult Cort. Aurant. Unc. semis, Rad. Rhabar. Drachm. quinque, Terr. foliat. Tart. Unc. unam, Vini Gallici alb. Unc. septem. Digere blando calore per dies 4. In colatura solve Extr. Gentian. Unc. semis, Ol. Chamom., — Millefol. āā Gutt. decem.

ELIXIR VISCERALE Saunders.

Rec. Extr. Cascarill. Drachm. unam, solve in Aq. Menth. pip. Unc. duabus, adde Elixir visceralis Hoffmanni Unc. unam.

ELIXIR VISCERALE Stoughtoni v. Elixir de Stoughton (p. 302).

ELIXIR VISCERALE Van Mons.

Rec. Croci Drachm. unam, Sal. Alcali volat. Drachm. duas, Nuc. Moschat., Rad. Zedoar. āā Drachm. tres, Flor. Centaur. min., Myrrh. āā Unc. semis, Cort. Aurant. Unc. unam, Hb. Scordii Unc. unam et semis, Spir. Vini s. Unc. quadraginta. Extrahe lege artis.

ELIXIR VITAE Bate.

Rec. Nuc. Mosch., Macid., Cinnamom. opt. āā Unc. unam, Flav. Cort. Aurant. et Citri āā Drachm. tres, Croci opt. Unc. duas, Pyroeni (Spir. Vini) Libr. tres. Dig. l. a. et filtra.

ELIXIR VITAE Kiesow v. Essentia Vitae Kiesow.

ELIXIR VITAE LONCAE seu ad Vitam longam v. Elixir ad longam Vitam (p. 293).

ELIXIR VITAE Mathioli s. Aqua Vitae Mathioli Disp. Vienn., Ph. Wirt. et Palat.

Rec. Rad. Galang. min., — Zingib., — Zedoar. āā Unc. unam, Rad. Calam., Hb. Major., — Menth., — Thymi, — Serpyll., Flor. Rosar. pallid., — Salviae, — Anthos. āā Unc. semis, Sem. Anisi, — Foenic. āā Drachm. duas, Cinnamom. acuti Unc. tres, Caryophyll., Nuc. Moschat., Macid. āā Unc. unam, Cubeb., Ligni Aloës, — Santali citr., Cardamom. min. āā Unc. semis, Cort. Citri rec. Unc. tres. Incisa et contusa per triduum macera in Spir. Vini rect. Libr. duodecim; postea adde Aq. font. Libr. quatuor et lento igne ex balneo destillatione evoca Libr. circiter tredecim, quas pro Elixirio habebis. — ELIXIR dicitur COMPLETUM si Ambrae et Moschi āā Scrup. duos addideris. — Cadet non multum abest a formula nostra.

ELIXIR VITAE MULIERUM v. Aqua Embryonum correctior (p. 64).

ELIXIR VITRIOLI ACIDUM EDINBURGENSIUM sec. Spielmann et Ph. Wirt., cet. Elixir acidum Vitrioli, Acidum Vitrioli aromaticum, cet.

Rec. Spir. Vini rectificatiss. Libr. duas, instillando adde Ol. Vitrioli Unc. sex; digere leni calore in vase clauso per triduum, deinde

adde Flor. Cassiae Unc. unam et semis, Rad. Zingib. Unc. unam, Hb. Menth. pip. Unc. semis. Digere rursus in vase clauso per 6 dies, deinde per chartam, infundibulo vitreo impositam, filtra. — Ph. Danic. ed. prior. Spiritu Vini solo Radices, Flores et Herbas extrahi, et liquori filtrato Oleum Vitrioli addi jubet. — Ph. Herbip. Florum Cassiae loco Cinnamomum et insuper Rad. Columbo Unc. unam, et Spiritus Vini rectificati loco rectificatissimi Uncias triginta duas praescribit, cet. par. — Disp Fuld. quatuor tantummodo Olei Vitrioli Uncias addit, Flor. Cassiae Unc. duas, Hb. Menth. pip. Unc. unam; Radicem Zingib. autem omittit, cet. cum Herbip. congruit. — Ph. Lusit. Florum Cassiae loco Cinnamom. Unc. unam et semis praescribit, Hb. Menth. autem omittit, ceteris non differt. (vid. Elixir Vitrioli Mynsichti.)

ELIXIR VITRIOLI DULCE EDINBURGENSIUM. Aether sulphuricus cum Alcohole aromaticus. Spiritus aetheris aromaticus. (Caret Oleo Vitrioli et continet Naphtham Vitrioli.)

Rec. Cinnamom. Drachm. sex, Cem. Cardamom. Unc. unam, Sem. Angelic. Drachm. tres (Rad. Angelic. Ph. Edinb. ed. pr.), Piper. long. Drachm. duas, Liq. anod. min. Hoffm. Unc. viginti quatuor. Contusa macerentur per octiduum, deinde filtrentur. — Ph. Lond. Cinnamomi Drachm. tres, Cardamom. min. Drachm. unam et semis, Rad. Zingib., Piper. long. āā Drachm. unam, Liq. Anod. min. Hoffm. Unc. sedecim. Macera per 14 dies. — Ph. Herbip. Rec. Ol. Cinnamom., Cort. Citri āā Drachm. semis, Ol. Menth. Drachm. unam, Liq. anod. min. Hoffm. Unc. octo. — Cadet Cinnamom. Drachm. tres, Cardamom. Drachm unam et semis, Piper. long., Rad. Zingib. āā Drachm. unam, Liq. anod. min. Hoffm. Libr. unam. — Ph. Hispan. Rec. Cinnamom., Cort. Aurant. āā Unc. unam, Rad. Gentian. Unc. duas, Liq. anod. min. Hoffm. Libr. unam. Jam plures exstant hujus formulae varietates, quas enumerare longum est.

ELIXIR VITRIOLI MYNSICHTI. Mynsicht's Sauerelixir. *Elixir vitriolique de Mynsicht.*

Syn. Elixir Acidum Vitrioli, E. Vitrioli acidum aromaticum Marabelli, Tinctura aromatica acida, T. aromatica cum acido sulphurico, Alcohol cum Aromatibus sulphuricatus, Alcohol aromaticum sulphuricum.

Rec. Rad. Calami aromatici Unciam unam,
— Galangae minoris Unciam unam et dimidiam,
Rad. Zingiberis albi Drachmas tres,
Herbae Menthae crispae,
— Salviae acutae āā Unciam semis,
Caryophyllorum,
Cinnamomi āā Drachmas tres,
Cubebarum,
Nucis Moschatae āā Drachmas duas,
Ligni Aloës,
Corticum Citri āā Drachmam unam.
Incisis et contusis superfunde
Spiritus Vini rectificati Libram unam et semis.
Macerentur per quatuordecim dies, deinde addantur
Spiritus Vitrioli Unciae duae.
Digerantur per sex dies, tum expressa per chartam emporeticam filtrentur. Residuo
Spiritus Vini Uncias quinque vel sex
affunde, digere, exprime, liquores junge, et in eis parva digestione solve
Sacchari albi leniter tosti Uncias quatuor.

Vis: excitans, stomachica.

Sit limpidum coloris intense rubrofusci, saporis grate aromatici, non adeo acidi.

Usus: Guttatim (ad guttas 50 vel 60) mixturis admiscetur, vel per se, vino aut aquae instillatum, adhibetur.

Hadrianus de Mynsicht, quam Elixirii formulam, a se denominati, in Armamentario suo deposuit, ab illa, quam praecepimus, non nisi ponderum ratione incertius definita differt. Nostra e Ph. Wirtemb. desumpta longe lateque usitata fuit. Interest Pharmacopoearum discrimina paucis indicare. Lemery et Disp. Pragensis auctores genuinam Mynsichti formulam amplexi sunt. Continet Sacchari Unc. tres. — Ph. Palat. et Disp. Hamburg. (1716) quoque Sacch. alb. Unc. tres, sed et Spiritus Vitrioli Unc. quatuor

praecipitant. — Disp. Viennense (1729) omittit Saccharum et vult Spiritus Vitrioli Unc. tres et pro Menstruo Vini Libr. duas loco Spiritus Vini. — Ph. Amer. Sept. Rad. Zingiberis Unc. unam, Cinnamomi Unc. unam et semis, Olei Vitrioli Unc. tres et semis, Spirit. Vini Libr. duas et semis, — Misce Oleum Vitrioli guttatim instillando cum Spiritu Vini et adde cetera. — Ph. Hassiae et Ph. Slesvico-Holsat. pro Ligno Aloës Lignum Quassiae receperunt. — Ph. Austr. (1834) docet: Rec. Rad. Calam. arom., — Galang., — Zingib., Cinnamomi, Caryophyll., Nuc. Moschat. āā Drachm. tres, Cort. Citri Unc. semis, Sacchar. alb., Spiritus Vitrioli āā Unc. tres, Spir. Vini rect. Libr. duas. Macera per octiduum. — Ph. Gallica (1818 et 1837), dum ceteris fere congruit, Olei Vitrioli adhibet Uncias quatuor et Spir. Vini rect. Unc. trigiuta duas. — Ph. Batav. Rec. Naphthae Vitrioli Unc. quatuor, Spir. Vini rectif. Unc. octo, Cinnamom., Rad. Zingiberis āā Unc. semis. Hoc autem Elixirium non nisi nomine acidum est, et huc omnino non est referendum. — Piderit habet: Hb. Menth. pip., — Salviae offic. āā Unc. semis, Rad. Calami, — Galangae min., Florum Cassiae āā Unc. unam, Cardamomi min. Drachm. tres, Cort. Citri Unc. duas; incisis infunde Spirit. Vini rectificatiss. Libr. tres; Liquori post digestionem filtrato adde Spiritus Vitrioli Unc. sex. — Mayr Elixirium suum Vitrioli aromaticum ex Elixirii aromatici Unc. octo et Elixirii Acidi Unc. una componit.

Expeditius, nec tamen inconsiderate agunt Pharmacopoeae recentiores, quae Elixirium quaesitum ex tempore e Tinctura aromatica et Oleo Vitrioli destillatione depurato, misceri suadent. In duas scinduntur partes Pharmacopoeae pro ponderum ratione. Maxima pars volunt Olei Vitrioli Unciam unam et Tincturae aromaticae Uncias viginti quatuor. Hinc stant Ph. Boruss., Bavar., Danica, Hannoveran. (addit praeterea Sacchar. tosti Unc. 4), Polon., Saxon.; illinc, quae cum Olei Vitrioli Unc. una nonnisi Uncias sex Tincturae aromaticae sumunt, Ph. Fennicam, Suecicam et Van Monsium habebis. Oleum Vitrioli caute instillabis Tincturae aromaticae, agitando interdum mixtioni favens. Post aliquot tempus sedimentum demittitur filtro separandum.

ELIXIR VITRIOLI SIMPLEX Ph. Austr. Provinc. cum Aqua Rabelli (p. 87) congruit.

ELIXIR VITRIOLI Vigani.

Rec. Succi ex Gramine Tritici vel Spinac. recent. expressi Unc. duas, Liq. anod. min. Hoffm. Unc. sedecim, Ol. Menth. Drachm. duas, Ol. Citri et Nuc. Mosch. dest. vel Amomi Drachm. unam. Misce et post aliquod tempus filtra.

ELIXIR Whyttii v. Elixir Roborans Whyttii (p. 300).

ELIXIR Wrightii v. Elixir antisyphiliticum Wrightii (p. 288).

ELIXIRIA vetusta, antiquata tenebris litterarum lumine fugatis, oblivioni tradamus.

EMBROCATIO, Tropfbad, *Embrocation, Embroche*, a voce graeca βρέχω, quod est pluere, irrigare, medicamentum est liquidum, quod corporis parti aegro tanquam pluvia e spongia suctu bene replèta leni pressione instillatur. Praeterea quoque lotiones et fomentationes partium dolentium corporis hoc nomine intelliguntur. Pro spongia facile est apparatum, ad modum Stillicidii Schneideri Berolinensis, indicare, mensurarum diminutarum, quo liquidi medicati guttularum quasi fasciculus, pressione hydrostatica per foramina minuta coactus, corpori irroratur. Rarius hodie adhibetur in partibus adeo dolentibus, quae pressionem minimam ferre nequeant.

EMBROCATIO ALCALINA Willan sec. Richard. Willan's alkalisches Tropfbad. *Embroche ou Douche alcaline de Willan.*

Rec. Liquor. Kali Unc. unam, Spirit. Mindereri Unc. duas, Spirit. Vini simpl. Unc. octo.

EMBROCATIO AMMONIAE ACETATIS v. Embrocatio discutiens.

EMBROCATIO AMMONII MURIATICI Scarpa.

Rec. Salis Ammon. Unc. unam, Solve in Aceti concentrati Unc. duabus, adde Spirit. camphorat. Unc. unam, Liquor. Plumb. acet. Drachm. duas. m. f. Embrocatio.

EMBROCATIO ANTIRHEUMATICA Questoni sec. Gray. — Miscella est Ol. Olivar. et Ol Terebinth. āā Unc. unius cum dimidia et Spirit. Vitrioli Drachm. trium.

EMBROCATIO AD CONTUSIONES vel Tumores seu Saponis cum Camphora Gray. — Miscella est Linimenti saponacei Unc. quinque et Spir. Sal. Ammon. caust. Unc. unius. Aliud ex Linimenti sapon. Unc. tribus, Ol. Tereb. Unc. duabus et Camph. Unc. unius constat. Aliud (Embrocatio rubefaciens) miscella est Tinct. Cantharid. Unc. unius, Spir. Vini camphor. Drachm. sex et Ol. Origani Drachm. duarum. Aliud ex Aceti destill Unc. octo, Spir. Vini Unc. sex et Sal. Ammon. Unc. unius constat. — Aliud solutio est Sacch. Saturni Unc. semis in Aceti Vini et Aquae āā Unc. octo.

EMBROCATIO seu STILLICIDIUM DISCUTIENS Plenckii.

Rec. Hb. Alth. manip. quatuor, Hb. Menth., — Matricar., Summit. Absinth., Fl. Centaurii min., — Lavend., — Chamom. āā manip. tres, Rasur. Lign. Sassafras Unc. duas, Bacc. Junip. et Lauri āā Unc. quatuor. Coque cum s. q. Aquae vase clauso per semihoram ad colaturam Libr. viginti quatuor, tunc admisce Sal. Ammon. Unc. quatuor, Spir. Junip. Libr. duas.

EMBROCATIO DISCUTIENS RESOLVENS seu Ammoniae Acetatis Saunders. — Constat e Spir. Mindereri Unc. sex, et Spir. Vini simpl. Unc. tribus. — Rennie Sal. Al-

cali volat. Unc. quatuor, Aceti concentr. Unc. sex et semis, vel q. s. ad saturandum Acetum misceri, tunc addi praescribit Spir. Vini Unc. tres.

EMBROCATIO PRO DOLORE CAPITIS CUM VIGILIIS ET DELIRIO DONZELLI.

Rec. Cort. Rad. Mandragor. Drachm. unam, Capit. Papaveris alb. nmo. quindecim, Hb. Lactucae,—Violar., — Anethi,—Serpylli, Flor. Rosar. rubr. āā Manip. unum et semis. Sem. Lactucae Drachm. unam, L. Santalor. omnium āā Unc. unam. F. l. a Embrocatio.

EMBROCATIO FRIGIDA Ph. milit. Bor.

Rec. Aquae commun. Libr. unam, Aceti Vini Unc. quatuor, Sal. Ammon. Unc. semis.

EMBROCATIO HYDRARGYRI OXYMURIATICI BATEMANNI sec. RICHARD.

Rec. Mercur. Sublimat. corros. Gran. duo, solve in Aqua destill. Unc. quatuor, adde Spir. Lavend. comp. Unc. unam.

EMBROCATIO OPII COMPOSITA RENNIE.

Miscella est Tinct. Opii., Liq. anod. HOFMANNI et Camphor. ana Unc. duarum.

EMBROCATIO REFRIGERANS PIERQUIN.

Constat ex Aquae font. Libr. duabus, Aceti Unc. sex, Naphth. Vitrioli Unc. duabus et Aquae Rosar. Unc. quatuor.

EMBROCATIO RESOLVENS SWEDIAUR.

Rec. Spec. aromat. Libr. sex. Coque cum s. q. Aquae per 1/4 horae vase clauso ad colat. Libr. viginti quatuor, quibus adde Spir. MINDERERI Unc. quatuor, Spir. Junip. Libr. duas (v. etiam Embrocatio discutiens et volatilis)

EMBROCATIO RUBEFACIENS v. Embrocatio ad contusiones (pag. anteced.).

EMBROCATIO SAPONIS RENNIE.

Rec. Sapon. albi Unc. tres, Camphor. Unc. semis, Sal. C. Cervi Unc. quatuor et Spir. Vini Unc. duodecim M. et solve (V. etiam ad contusiones).

EMBROCATIO SINAPINA PRO EQUIS RENNIE.

Rec. Farin. Sem. Sinap. Unc. quatuor, Spir. Sal. Ammon. caust. Unc. unam semis, Ol. Therebinth. Unc. unam. M. exact. cum s. q. Aquae, ut f. mixtura Cremoris consistentiae.

EMBROCATIO PRO STOMACHO DEBILI DONZELLI. — Fit miscendo Vini Malvat. Libr. unam, Ol. Nardin. et Mastich. āā Unc. tres, Nuc. Moschat. et Spic. Nardi āā Unc. duas.

EMBROCATIO AD TUSSIM CONVULSIVAM ROCHE sec. GRAY. — Miscella est Ol. Olivar. Unc. sedecim. Ol. Succini Unc. octo et Ol. Caryophyllor. ad odorem fortem (alias pristinas formulas praetereamus).

EMBROCATIO VOLATILIS seu ammoniacalis SAUNDERS. — Miscella est Spir. Sal. Ammon. caust. et Tinct. Opii simpl. āā Unc. unius cum Spir. Vini camphor. Unc. sex. — SWEDIAUR Sal. Alcali volat. sicci Unc. unam cum Spir. Vini rectificat. Unc. sex et aquae Libr. una ad duas misceri suadet. Spir. Vini, loco etiam Spir. Vini camphor. sumi praescribit.

EMETICUM SICCUM MARGATTE.

Rec. Tart. emetici, Vitrioli caerulei āā Gr. duo M. (alia Emetica pristina praetereamus).

† EMETIUM, EMETINUM, EMETINA, EMETIA, Brechstoff, *Emetine.*

Rec. Extr. Rad. Ipecacuanh. alcoholico-aquosi (Emetii impuri) quantum vis. Solve in Aquae destillatae paullulum Acido Salis acidulatae, quadruplo, filtra, si necesse, et admisce liquori claro solutionem Mercurii sublimati corrosivi, quamdiu enascitur praecipitatum voluminosum, quod in filtro Aqua *frigida* bene abluendum et siccandum est. Siccatum solve in s. q. Spiritus Vini rectificatissimi, liquori admisce solutionem Barytae hydrothionicae (p. 128), quamdiu turbabitur; filtrato admisce Spiritum Vitrioli ut parum praevaleat, iterum filtra et evapora liquorem limpidum lenissimo calore, donec omnis spiritus in auras abierit. Residuum solve in parva Aquae quantitate, et liquori filtrato adjice Spirit. Salis Ammon. causticum, quamdiu Emeticum secernitur, quod Aqua frigida lavandum, calore non adhibito siccandum et caute asservandum. — Pulvis albus, aëre immutabilis, inodorus, et fere insipidus, alcalium modo reagit, leni calore liquefit, calore autem auctiore destruitur difficile solutu in Aqua, facile autem in Spiritu Vini, in Aethere minime. — Part. const. Carboneum, Hydrogenium, Oxygenium et Acetum. Cum acidis salia format, facultate crystallisandi plerumque carentia, sapore peramaro, simul acri, facilia solutu in aqua et spiritu vini. Solutiones aquosae praecipue Tincturae Gallarum et Mercurii sublimati corrosivi ope praecipitantur. — *Vis.* Emetii uti et illius Salium: emetica in exigua jam dosi! in majori dosi facile nociva, toxica.

Usus. Per se datur in pulvere, vel solutione, vel cum acidis junctum in minima dosi, grani partem octavam vix excedente.

EMETIUM IMPURUM v. Extractum Ipecacuanhae.

EMPASMA, PASMA seu Adspersio IN GANGRAENAM SCHUBARTH. Streupulver gegen Brand. *Empasme contre la Gangraene.*

Rec. Pulv. Fl. Chamomill., Hb. Absinth., Cort. Quercus āā Unc. unam, Myrrh. Unc. semis, Camphor. Guttis aliquot Spir. Vini contritae Drachm. duas. M. — SUNDELIN Camph. tritae Drachm. unam et semis, Pulv. Chin. fusc. Unc. semis, et Pulv. Cort. Salicis pentandr. Drachm. tres misceri proponit.

EMPASMA CONTRA HAEMORRHAGIAM SCORBUTICAM SCHUBARTH.

Rec. Gumm. Arabic., Vitriol. Mart., Bovistae āā Unc. semis. M. f. pulv. subtil.

EMPASMA AD PAPILLAS MAMMILLARES SAUCIAS Sundelin.

Rec. Conchar. praep. Drachm. tres, Gumm. Arabic. Pulv. Drachm. duas, Mastich. pulv. Drachm. unam.

EMPASMA IN ULCERA SCORBUTICA PUTRIDA Kraus.

Rec. Carbon. vegetab. opt., Cort. Chin. flav. āā Unc. unam, Caryophyll. aromat. Scrup. unum ad duos, Alumin. crudi Drachm. unam ad tres. M. f. pulv. d. in vitro tecto.

EMPLASTRA, Pflaster, *Emplâtres*, medicamenta externa dicuntur solida, duriora, corporis calore emollienda, adhaerentia, quae in stratum tenue, linteo vel corio illitum, expansa partibus corporis aegris vel dolentibus imponuntur. Ab Unguentis nonnisi spissitudine vel duritie differunt. Emplastra vel sola liquefactione eorum, quae inseruntur, vel ex Oxydis Plumbi, Lithargyro et Minio, et Oleis pinguibus cauta coctione, addita aqua vel omissa, parantur. Ulteriorum, quae Empl. saturnina sive plumbea audiunt, parandi methodus suo loco praecepta est. Quae vero composita appellantur, e Resinis, Pice, Colophonio, Terebinthina, Cera, similibus, leni calore liquefactis, conflantur et agitando bene miscentur. Corporum solidorum pulveres, e. gr. Herbarum, Radicum, Terrarum, Oxydorum, Insectorum, cet., semirefrigeratis ope pistilli lignei immiscentur. Corpora volatilia, uti Camphora, Olea aetherea, paene frigefactis et adhuc inter manus tractabilibus adduntur et subiguntur. Camphora addenda vel ope guttularum Spiritus Vini in pulverem subtilissimum contrita, vel cum pauxillo Olei Olivarum bene mixta additur.

Gummi-resinae, e. gr. Ammoniacum, Asa, Galbanum cum Terebinthina, quae inseritur antea seorsum liquata adduntur; Vegetabilium pulveres siccissimi adhibeantur, ne mucorem contrahant emplastra.

Adhuc mollia in cylindros vel Magdaleones formantur; albidiora (Empl Diachylon, album coctum, saponatum, cet.) manibus bis terve cum sapone bene lotis, ne immunditiei vituperium incurras. Nimis ne manibus adhaereant, aquae tepidae immersa vel saltem manibus aqua humectatis emolliuntur. Emplastra herbacea hac ratione facilius mucorem generant, quare in his malaxandis manus Olei Olivarum guttulis illinuntur.

Emplastra medio calore sunt dura (Diachylon, album coctum, cet.) aut molliora, unguinosa (Empl. Cicutae, vesicatorium ord., Matris, cet.), corporis calore emollescant, nec tamen fluant.

Emplastra, aeris contactu bene siccata, charta involuta serventur, loco frigido, nec humido; quae vero principio gaudent volatili, vesica bubula inclusa vel in capsula e ferro laminato albo confecta. Non pro longiore temporis spatio praeparentur, ne vetustate nimis indurescant, nec coloris et virtutum detrimentum capiant.

EMPLASTRUM Abbatis de Grace sec. Lemery.

Rec. Hb. Absinth., — Menth., — Majoran. āā Drachm. tres, Flor. Rosar. rubr., Rad. Zingib., Nuc. Moschat., Caryophyll. aromat., Cinnamom., Thuris, Aloës, Benzoës āā Drachm. duas, Semin. 4 calidor. major. āā Drachm. unam, Ol. Absinth. Unc. quinque, Cerae flavae libram semis. F. Emplastrum l. a.

EMPLASTRUM ADHAESIVUM, adhaerens simplex seu agglutians, Emplastrum Lithargyri seu Oxydi Plumbi semivitrei cum Resina Pini, Emplastrum Resinae, resinosum seu commune, Emplastrum Oxydi Plumbi epuloticum, Emplastrum Picis solidae, Emplastrum Diapalmae Hisp., Emplastrum polychrestum, Ceratum resinosum. Gemeines einfaches Heftpflaster. *Emplâtre adhésif.*

Rec. Emplastri Diachyl. simplicis Libras duas, Resinae albae colatae et Colophonii nigri clari āā Libr. unam. Liquefiat Emplastrum Diachylon leni igne et simul et Resina cum Colophonio separatim, quae, si necesse, colanda et Emplastro admiscenda. Agitetur massa adhuc super lenem ignem, ut durior fiat, et semirefrigerata malaxetur optime et formentur baculi. Emplastrum sordide flavo-fuscescens, in frigore fere fragilis, calore medio tenax, et maxime glutinans, odore resinoso. *Vis* ex nomine patet. — *Usus.* Pro uniendis vulnerum labiis. — Emplastrum nimis durum, vel nimis molle, aut parum tantummodo glutinans, aut inaequale, impurum et male elaboratum removeatur.

Pharmacopoearum formulae ad parandum hoc Emplastrum satis discrepant. Taxa militaris. Baden's. Empl. Diachyl. simpl., Picis Burgund. et Colophon. āā Part. aequales l. a. misceri praescribit. — Ph. Americ., Amstelod., Batav., Belgic., Londin., et Lusit. Empl. Diachyl. simpl. Libr. tres, cum Resin. flav. (hoc nomine Ph. Americ., Londin. et Lusit. Thereb. coctam intelligunt) Libr. semis. — Ph. Bav. Axung. Porcin. Part. duodecim cum Litharg. subt. pulv. Part. octo, addito pauxillo Aquae, ad Empl. consistentiam coqui, tunc addi praescribit Resin. Pini Part. sex et Picis naval. Part. tres. — Ph. Boruss. ed. 3. Empl. Diachyl. simpl. Libr. duas et Resin. alb. Libr. unam misceri praescripsit. postea Therebinth. Unc. unam (uti et Ph. Polon.) addi jubebat, et Ph. Borussica ed. quint. Empl.

Diachyl. simpl. Libras duas cum Therebinth. coctae Libra una liquefieri et per ¼ horae super igne spatula agitari praescribit. — Ph. Edinburg. Empl. Diachyl. s. Part. septem, et Resin. flav. (Therebinth. coctae) Partem unam, Brugnatelli octo Empl. ad unam Resinae, Ph. Hannov. et Rossic. Empl. Diachyl. s. Libr. tres, Resin. Pini Libr. semis praescribit. — Ph. Gallicae et Genev. formulae cum hac congruunt, nomine Picis albae Resinam Abietis intelligunt. — Ph. Hass. El. Empl. Diachyl. s. Libr. duas, Resin. Pini Libr. duas et Thereb. Venet. Unc. semis. — Ph. Fennic. et Suecic. Ol. Olivar. Libr duas, Lithargyri triti Libr. unam, et Cerussae. Unc. quatuor, instillando subinde pauxillum Aquae ferventis, l. a. ad. Emplastr. spissitudinem coqui, tunc adjici praescribunt Cerae flavae Unc. octo et Thereb. communis Unc. duas. — Disp. Fuldense Resin. flav. Unc. sedecim, cum Thereb. Venet. Unc. quatuor et leni igne ad Empl. consistentiam inspissari jubet — Ph. Ferrar. Empl. Diachyl. s. Part. sex, Empl. albi cocti et Resin. Pini aa partem unam addi suadet. — Ph. Parmens. Empl. Diachyl. s Unc. quatuor et Picis Burgund. Unc. unam misceri jubet. — Piderit Resinae Libr. unam, Thereb. Venet. Unc. quatuor et Empl. Diachyl. s. Unc. sex praescribit. — Ph. Hispan. Ol. Olivar., Axung. Porci et Litharg. subtil. pulv. aa Libr. unam cum s. q. Aquae l. a. ad justam consistentiam coqui, tunc addi praescribit Cerae albae Unc. novem, Resin. commun. Unc. sex et iterum coqui ad Emplastri spissitudinem. — Ph. Wirtemb. et Spielmannus ad EMPLASTRUM ADHAESIVUM EDINBURGENSIUM Empl. Diachyl. s. Libr. semis cum Picis Burgund. Unc. tribus liquefieri praescribunt. — Chelsedonii formula eadem est. — Gray Ol. Olivar. Libr. septuaginta novem cum Lithargyro Libr. quadraginta sex et Unc. octo l. a. in Emplastr. redigi, tunc admisceri praescribit Resin. flav. Libr. sedecim. — Baytons adhesive Plaster ex Empl. Diachyl. s. Libr. una et Resin. Drachmis sex constat. EMPLASTRUM ADHAESIVUM AD SPARADRAPUM ex Empl. Diachyl. s. Libra una, Resin. Unc. quatuor et Therebinth. Unc. semis, vel pro aestate Drachm. duabus constat. Reliquae illius et Rennie formulae cum Ph. Londin. congruunt. — Walther Empl. Diachyl. s. cum Picis Burgund. aa Unc. sex calore liquefacere, tunc admisceri praescribit Colophon. Libr. unam. — Van Mons Empl. Diachyl. s. Part. triginta octo, Cerae flavae Part. sedecim, Therebinth. Part. tres et Axung. Porci Partem unam l. a. misceri suadet. Reliquae illius formulae cum Ph. Boruss. prist. et Edinburg. congruunt; alias ab illis, quas praecepimus, parum discedentes praetereamus. (Vide etiam Cera arborea, Empl. citrinum, Diachyl. compos. et sequentia.)

EMPLASTRUM ADHAESIVUM sec. Martius. — Miscella est Empl. albi cocti et Diachyl. compos. aa Unc. quindecim cum Picis albae Unc. decem. — Hieme vero Empl. albi cocti Unc. viginti, Diachyl. et Picis albi aa Unc. decem misceri praescribit.

EMPLASTRUM ADHAESIVUM Bath. — Miscella est Empl. Diachyli seu Diapalmae aa Libr. unius, Pic. burgund. et Sarcocoll. aa Unc. quatuor et Therebinth. Drachm. sex v. q. s.

EMPLASTRUM ADHAESIVUM s. Lithargyri resinos. martiale Ph. Saxon. sec. Juch.

Rec. Colophonii pulver. Partes sex, Terebinth. Part. quatuor. Leni igne intere Pulv. Mastich. Part. duas, Croci Martis (Colcoth. elot. Englisch Roth) Part. unam. Exacte mixta malaxando junge cum Empl. Diachyl. Part. duodecim. Aliud cum Ph. Boruss. prist. formula congruit, nisi quod duplum Therebinth. continet.

EMPLASTRUM ADHAESIVUM seu Piceum FORTIUS. — Miscella est Picis solid. Part. quatuordecim, Resin. Pini Part. novem, et Cerae flav. Part. decem. — Vogt. Empl. Diachyl. s., Picis. Burgund. et Colophon. aa Unc. semis liquando misceri. — Vel: Empl. Diachyl. c. Gumm. Picis Burgund. aa Drachm. sex misceri suadet. (V. etiam Empl. Picis.)

EMPLASTRUM ADHAESIVUM CUM OLEO LINI. Klebpflaster mit Leinöl. Ph. Slesv. Hols.

Rec. Cerussae tritae Unc. duas, Ol. Lini Unc. unam, fiat eadem encheiresi ac in Empl. albo cocto, Emplastrum flavescens, linteis tenacissime agglutinans.

EMPLASTRUM ADHAESIVUM Woodstockii v. Empl. anglicum (p. 312).

EMPLASTRUM ADSTRINGENS v. vid. Emplastrum defensivum rubrum et roborans.

EMPLASTRUM ALBUM COCTUM. Bleiweißpflaster. *Emplâtre de Blanc de Céruse.*

Synon. Emplastrum commune seu ordinarium seu consolidans saturninum, Emplastrum de Spermate Ranarum, Emplastrum Cerussae seu Plumbi subcarbonici seu Subcarbonatis Protoxydi Plumbi. Weißgekochtes Pflaster, Froschlaichpflaster, Kohlensäuerliches Bleipflaster. *Emplâtre de Frai de Grenouilles, de Céruse.*

Sec. Pharm. Boruss. ed. 5.

Rec. Lithargyri subtilissime pulverati Libram unam, Olei Olivarum Libras quatuor cum dimidia.

Calefiat oleum in aheno per-

capaci caute ad ebullitionis punctum usque, tunc adjiciatur sensim Lithargyrum inter perpetuam agitationem, inspergendo interdum pauxillum Aquae calidae, ne humidum deficiat. Coque donec Lithargyrum omnino solutum fuerit, quo facto sensim admisce

Cerussae genuinae in lamellis, subtilissime pulveratae, Libras septem, et coque, Aquam calidam interdum instillare pergens, donec emplastrum factum sit. Semirefrigeratum in baculos tenues contorquetur, qui in loco frigido asservantur.

Emplastrum album, aequabile, post tempus aliquot superne subflavescens, insipidum, in frigore fragile, calore medio tenax, ita ut digitis humectatis tractari possit. Calore aucto liquescens, colorem facile subfuscum attrahens. Oleis solvitur, non aqua. *Partes constituentes:* Plumbum oxydatum suboleinicum et margarinicum, immixto pauxillo Cerussae non solutae. — *Vis:* siccans, temperans, discutiens.

Emplastrum sordidum, adustum, aut temporis lapsu nimis durum et fragile, nec minus non satis coctum, digitos facile inquinans, aquam, qua lavatur, sedimento albido turbidam faciens, odore ingrato vel rancido praeditum removeatur.

Usus: Linteo illinitum tumoribus, ambustis partibus cet. imponitur.

Pharmacopoeae satis in parando hoc Emplastro discrepant. Praetulimus Ph. Boruss. formulam, prae ceteris et ponderum rationibus insignem, et eo quod emplastri formationem, Lithargyri adminiculo magnopere fautam, certiorem facilioremque reddit. Plures Pharmacopoeae Lithargyro carent, et sola Cerussa Olei saponificationem, quamquam lentius et facilius detrimento obnoxiae, efficiunt. Lithargyrum evitare studiosus prudenter agis, si Cerassae Libras sedecim cum Olei Olivarum Libris novem, cavens quae supra indicavimus, coquendo junges. Cum hac methodo Ph. Hass. El. congruit. — Ph. Bavaric. et Saxon. ad unam Olei Olivarum partem duas Cerussae praescribunt. — Celsus ad tres Olei Olivarum partes quatuor Cerussae sumi vult. (Spielmann.) — Ph. Boruss. prist., Oldenburg. et Slesvico-Holsat. formulae, cum illa, quam modo in adnotatione praecepimus, congruunt, nisi quod copiae illuc designatae Cerae albae Libras duas liquefactione admisceri jubent, Disp. Lippiac. autem Cerae Libram unam tantummodo. — Ph. Hannov. Litharg. Libr. duas, Ol. Olivar. Libr. sex cum dimidio, et Cerussae Libr. sex habet. — Ph. Parmens. Ceruss. et Ol. Olivarum āā Libr. duas, Lithargyri autem Libr. unam praescribit. — Ferrarini et Taddei Ceruss., Ol. Olivar. et Aceti alb. āā Libr. unam cum Empl. Diachylo simpl. et Ceruss. alb. āā Unc. sex in Empl. redigi proponunt. — Ph. Brunsvic., Ph. Palat. et Wirtemb.: Ceruss. Libr. unam et semis cum Ol. Olivar. Libr. duabus et s. q. Aq. ad justam consistentiam coqui, tunc addi praescribunt Cerae alb. Unc. quatuor. — Ph. Danic. et Herbipol. Ceruss. Libr. quatuor, Ol. Olivar. Libr. duas et Cerae Unc. sex praescribit. — Disp. Fuld. Ol. Olivar. Libr. duas et semis, ad aquae consumtionem in eo contentae (?) coqui, tunc solvi praescribit Cerae alb. Unc. tres, post Cerae solutionem ab igne removeri, et miscellae adhuc fervidae sub perpetua agitatione sensim admisceri Ceruss. puriss. alcohol. Libr. tres, bene cavendo ne Cerussa inspersa massa nimium sublevetur; mixtione bene peracta Emplastrum confectum est. — Ph. Polon. Ceruss. Libr. novem cum Axung. Porci Libr. sex et s. q. Aquae l. a. in Emplastrum redigi jubet. — Van Mons ad EMPLASTRUM ALBUM COCTUM Ceruss. et Cer. alb. āā Part. unam, Lithargyri Partes duas et Ol. Olivar. Part quatuor c. s. q. aquae l. a. ad consistentiam coqui, — ad EMPL. CERUSSAE autem solummodo Cerussae et Ol. Olivar. āā Part. aequal. praescribit. — Ph. Sardoa octavam Cerae albae partem insuper addi jubet. — Swediaur Ceruss. Part. unam, Ol. Olivar. Part. duodecim et Cerae alb. Part. tres l. a. misceri proponit. — Ph. Slesv.-Holsat. Empl. Cerussae etiam via humida parari concedit. Saponis Veneti, ex Oleo parati, Unciae sex in Aq. destill. Unc. triginta solvantur, et addatur solutio Plumbi acetici ex Unc. tribus et dimidia cum Aquae dest. Unc. novem parata. Sedimentum copiosum aliquoties aqua ablutum lege artis malaxetur et in magdaleones formetur. Hoc quidem emplastrum potius Emplastrum Diachyl. simpl. denominandum, colore candidiore insigne, quam pro Empl. alb. cocto habendum, quum Cerussam indecompositam non contineat. Facilius temporis lapsu indurescit et massam albam friabilem praebet. — Alias, a nostra pa-

rum discedentes formulas, praetereamus. — (V. etiam Emplastrum Diachylon simplex.)

EMPLASTRUM ALBUM CUM AXUNGIA sec. VAN MONS. — Fit coquendo Axung Porci Part. quindecim et Lithargyri ppt. Partes sex c. a. q. Aquae in Empl. consistentiam. (V. etiam Empl. Diachylon. simpl.)

EMPLASTRUM ALEXANDRI EX ALLIIS sec. LEMERY.

Rec. Cerae flavae Libr. unam, Axung. Porci et Anser. āā Uncias quinque, Spicarum Allii mund. et minut. concis. Unc. tres et semis. Digere liquando per 24 horas, tunc coque leni igne ad humidi fere consumtionem, cola cum expressione et admisce Terebinth. Unc. quatuor, Pulv. Storacis, Bdellii, Aloës āā Unc. tres, Euphorbii Unç. unam et semis, Croci Unc. semis, Mastiches et Olibani āā Drachm. unam et semis. F. Empl.

EMPLASTRUM seu Ceratum DE ALTHAEA Ph. Sardoae.

Rec. Ol. Chamomill. et Lilior. alb. coct., Cerae alb., Sevi hircini āā Unc. octo, Axung. gallin. et Medull. vitul. āā Unc. tres, Empl. Diachyl. simpl. Libr. unam et semis. Mixta liquentur leni igne, tunc addantur Pulv. R. Althaeae Unc. quatuor et agitentur donec frigefacta sint. — LEMERYI formula potissimum cum hac congruit.

EMPLASTRUM DE ALTHAEA v. Emplastrum citrinum.

EMPLASTRUM AMMONIACALE seu de Ammoniaco (simplex) Ph. Danic. edit. prior.

Rec. Cerae citrin., Resin. Pini, Terebinth. communis āā Unc. quatuor. Liquefactis, et colatis addantur Gummi Ammoniaci dep. Unc. octo. Misceantur exactissime. — *Vis:* emolliens, leniter irritans et discutiens, resolvens, maturans.

EMPLASTRUM AMMONIACI Ph. Boruss. Ammoniakpflaster. *Emplâtre d'Ammoniaque.*

Rec. Cerae flavae, Resin. Pin. burgund. āā Unc. quatuor. Liquatis et semirefrigeratis admisce Ammoniaci dep. Unc. sex, Galban. dep. Unc. duas in Terebinth. commun. Unciis quatuor blando calore solutas. Fiat l. a. emplastrum. — Codicis Hamburg., Ph. Hannover., Oldenburg., Polonic., et Slesvico-Holsat. formula cum hac congruit. — Ph. Londin. Fit solvendo Ammoniaci dep. Unc. quinque in Aceti destillat. Unciis octo et inspissando miscellam in vase ferreo balneo Mariae assidue movendo ad justam spissitutinem. — Ph. Americ., Batav., Danic., Dublin., Edinburg., cet. formulae cum hac congruunt. — AUGUSTIN Gummi Ammoniaci in s. q. Acet. Vin. solvi et ad consistentiam Empl. inspissari praescribit.

EMPLASTRUM AMMONIACI CUM ACETO SCILLITICO seu Gummi Ammoniaci squillitícum Ph. Suec. — Fit solvendo Gummi Ammoniaci pulv. Part. quatuor in Aceti scillitici Part. octo et inspissando uti praecedens. — Ph. Hamb. pp. ed. prior. et Vogti formulae cum hac congruunt. (V. etiam Empl. Diachylon compositum.)

EMPLASTRUM DE AMMONIACO Ph. Wirtemberg.

Rec. Ungt. Althaeae Unc. unam et semis, Cerae citrinae Unc. quatuor, Resin. Pini Unc. unam. Super ignem colliquatis et colatis adde, Pulv. Rad. Bryoniae, — Irid. florentin., Sem. Foenugraeci āā Drachm. sex, M. et in fine addantur Gummi Ammoniaci in Aceto soluti Unc. duae, Empl. Meliloti Unc. una. Fiat emplastrum. (Alias, pristinas, magis coacervatas formulas, praetereamus.)

EMPLASTRUM DE AMMONIACO FORESTI Disp. Prag. cet.

Rec. Gummi Ammoniac. Unc. semis, Ungt. Dialthaeae, Empl. Melilot. āā Drachm. duas, Furfur. frument. Unc. semis, Pulv. Rad. Bryon., — Ireos āā Drachm. duas, Pinguedin. Anatis, — Anseris, — Gallinae āā Drachm. unam et semis, Bdell., Galban. āā Scrup. duos, Olei Irini Drachm. sex, Mucilag. Sem. Foenugraec., — Lini āā Unc. unam, Cerae Unc. duas, Terebinth., Resinae Pini āā Drachm. sex. Mucilagines cum Oleis et pinguedinibus coquuntur ad humidi consumtionem, tum leni igne liquando immiscentur cetera.

EMPLASTRUM AMMONIACO-GALBANICUM v. Empl. Diachylon compositum.

EMPLASTRUM AMMONIACI seu de Ammoniaco CUM MERCURIO sive Hydrargyro Londinensium sec. SPIELMANN cet.

Rec. Mercurii vivi Unc. tres, Balsami Sulphuris RULANDI (simplicis) Drachm. unam. Terantur probe usque dum omnes globuli mercuriales disparuerint, deinde immisceantur sensim sub perpetua agitatione Gummi Ammoniaci Unc. duodecim, liquati cum Terebinth. Unc. tribus. — Ph. Lond. nova cum hac formula congruit. — SELLE duas Ammoniaci Libras praescribit, ceterum uti praecedens. — Ph. Dublin. Balsam. Sulphuris loco Terebinth. Drachm. duas praescribit, cet. ut supra. — VOGT Mercur. Drachm. duas cum Terebinth. commun. Drachm. una extingui tum admisceri praescribit Gummi Ammoniaci Unc. unam.

EMPLASTRUM AMMONII CUM CAMPHORA Ph. Batav.

Rec. Sal. Alcali volat Salis Ammon. Drachm. unam, Camphorae, cum Spirit. Vini trit. Drachm. semis, Empl. Cicutae et saponati āā Unc. semis M. malaxando. (V. etiam Empl. armoniacum et volatile.)

EMPLASTRUM CONTRA ANCHYLOSIN.

Rec. Empl. Diachyl. comp., — Cicutae āā Unc. duas, Extr. Hb. Sabinae, Asae foetid. āā Unc. semis, Salis Gemmae Drachm. sex, Kermet. mineral. Drachm. unam et semis, Camphorae Drachm. unam.

EMPLASTRUM ANDREAE A CRUCE seu Resinarum glutinans Ph. Hispanic.

Emplâtre d'Andrée de la Croix ou agglutinatif de Poix et de Resine.

Rec. Resin. commun. Unc. sedecim, Elemi Unc. quinque, Terebinth., Ol. Olivar. ãã Unc. duas, Cerae albae Unc. unam. Liqua, cola, f. emplastrum. — Ph. Gallic., Cadet, Rennie et Van Mons. Olei Laurini, Terebinth. ãã Part. unam, Elemi Part. duas et Picis albae Part. octo l. a. misceri praescribunt. — Lemerii formula capite rei cum hac congruit.

EMPLASTRUM ANGINOSUM Fulleri. — Miscell. est Empl. Diachyl. simpl. Drachm. trium et Ol. destill. Absinth. Gutt. duodeviginti.

EMPLASTRUM ANGLICUM seu anglicanum, Emplastrum adhaesivum Woodstockii, glutinosum seu glutinans, Emplastrum Ichthyocollae telae inductum, Sericum adhaesivum, anglicum seu glutinans, Tela Ichthyocollae glutinans. Englisch Pflaster, englischer Leimtaffet. *Taffetas d'Angleterre, Court plastre, Sticking Plaster.*

Rec. Collae piscium optimae, minutim concisae, Unc. unam. Solve digerendo in vase clauso balneo Mariae in Aquae et Spirit. Vini rectificat. ãã Unc. sex, solutionem adhuc calentem cola, et penicilli magni mollisque ope Holosericum nigrum et tenue sed densioris texturae (Taffet), supra regulam quadratam fortiter extensum, ita in uno latere caute, parcissime et aequabiliter obduc, ne in alterum latus transbibatur. Post perfectam exsiccationem denuo Holosericum cum solutione collae piscium, leni calore liquatae, obducitur; et haec operatio ter quaterve et plus repetenda, donec stratum glutinans satis crassum sit, splendoremque lucidum assumserit. Emplastrum bene siccatum regula eximitur et plerumque in frustula minora secatur. Pari modo Holosericum album et incarnatum obducitur. Panni sericei loco etiam membrana aurifabrorum tenuissima (Goldschlägerhäutchen) solutione collae piscium obducitur. — *Vis:* Glutinans. *Usus:* Ad unienda vulnera, tegendas excoriationes cutaneas cet. — Sit Emplastrum rigidum, sed tenax, valde sed in uno tantum latere glutinans, inodorum. Emplastrum fragile, minus glutinans vel odore alieno infectum removeatur.

Parari quoque potest cum Solutione aquosa collae animalis bonae notae. Saepius etiam substantiae balsamicae addi solent, quod autem ob earum vim irritantem minus laudandum est. — Sic Ph. Wirtemb. et Piderit Collae pisc. Unc. unam, Benzoës et Styrac. Calamit. ãã Drachm. unam in Spirit. Vini rectif. Libr. una solvi et cum hac solutione Empl. anglicum, ut supra edoctum est, parari praescribunt. — Spielmannus Drachm. dimid. tantummodo Benzoës et Styrac. calamit. praescribit, ceterum uti Ph. Wirt. — Ph. Danic. et Rossic. Collae piscium Unc. unam, Benzoës Drachm. unam et Spirit. Vini simpl. Libr. unam. — Ph. Herbipol. Drachm. semis tantummodo Benzoës praescribit et s. q. Spirit. Vini ceterum ut praecedens. — Ph. Bavar. Benzoës, Sacchari ãã Part. unam, Collae pisc. Part. sex et Spirit. Vini Partes septuaginta duas. — Ph. Saxon. Collae pisc. Part. unam, Benzoës et Sacchar. ãã Part. unius octavam et Spirit. Vini rectif. Partes duodecim praescribit. — Ph. Suecic. Collae pisc. in s. q. Aquae solvi et cum solutione calida, in frigore vix in gelatinam coalescente, sericum l. a. repetitis vicibus (duodecies vel sedecies) illiniri praescribit. — Ph. Austr. et Fennic. hoc modo paratum emplastrum denique in pagina serici aversa Tinctura Benzoës illini proponit. — Ph. Boruss. ad telam bombycinam (Taffent dictum) longitudine sex pedum et latitudine duorum ped. Unc. duas Coll. pisc. in s. q. Aquae ad Unc. duodeviginti colat. solvi, et primum Unciis duodecim, hujus solutionis telam obduci, deinde Unciis sex solutionis residuis suff. quant. Spirit. Vini rectificat. admisceri et iterum telam obduci, tandem in dorso Tinct. Benzoës s. q. illini praescribit. — Ph. Hispan. Emplastrum e solutione Coll pisc. aquosa rite paratum, denique Tinct. Balsam. Tolutani bis inungi jubet. — Ph. Parmens. cum hac formula congruit, praescribit autem post illinitionem cum Balsam. Tolutano emplastrum denuo solutione Coll. pisc. contegi. — Disp. Fuld. Coll. pisc. Unc. duas, Bals. peruv. nigr. et s. q. Spirit. Vini praescribit. — Ph. Gallic. formula a nostra non discedit, nisi quod telam, nobis absolutam, denuo Tinctura Balsam. Peruviani et insuper Gelatina Collae piscium illini jubeat. — Ph. Hass. El. Coll. Pisc. Aq. frigid. mollit. et minutim incisae Unc. duas in Spirit. Vini rectif. Unc. sex leni calore solvi et solutioni admisceri praescribit Benzoës Drachm. duas, Bals. Peruv. nigr. Scrup. quatuor et Ol. Caryophyll. Gutt. decem in Spirit. Vini rectif. Unc. quinque solut. Cum solutione colata tela sericea l. a. satis in altero latere illinitur. — Gray Coll. pisc. Unc. unam in Spirit. Vini Libr. una solvi et addi Tinct. Benzoës Unc. duas et hac Solutione sexies sericum obduci, tunc bis solutione Terebinth. Chiae Unc. quatuor in Tinct. Benz. Unc. sex, denique Tinct. Bals. Peruv. nigri illini. — In aliud Coll. Pisc. Unc. quatuor Tinct. Benz. comp. Unc. unam et s. q. Aquae. — In aliud Coll. pisc., Benz. et Styrac. ãã Unc. una, in Spirit. Vini rectif. Unc. octo soluta, et si massa admodum spissescit, paulul. Spir. Vini admisceri proponitur. — Denique Disp. Fuld. prist. Mucilag. Tragacanth. Unc. duas cum Bals. Peruv. Drachm. una misceri et in Sericum vel membranam aurifabrorum transferri suadet, quae quidem methodus nobis minime probatur.

EMPLASTRUM ANGLO-SAXONICUM Ph. Batav.
Rec. Olei Olivar. Libr. unam, calefiat donec colorem subfuscum induerit; sensim addita Minii Libr. una coque ad emplastri consistentiam; in hoc denique solve Cerae alb. Libr. unam, et paene refrigerato adde Succini, Camphorae, in suff. quant. Ol. Olivar. solutorum, Alumin. ust. āā Drachm. duas. (V. Emplastrum Noricum.)

EMPLASTRUM ANGLICANUM VESICATORIUM Augustin.
Rec. Tela sericea (Tafft) obducatur primum solutione Coll. pisc., deinde Tinct. Cantharid. concentr, et cum Euphorbio parat., denique iterum solutione Coll. Piscium, addito Succo Cacti Opuntiae.

EMPLASTRUM ANODYNUM IN CANCRO Dickeri sec. Spielmann.
Rec. Empl. Diapompholygos Unc. unam, Fulig. splendent. Scrup. quatuor, Opii pulverati Drachm. unam, Sal. Alcali volatil., Sal. Ammoniaci āā Scrup. duos. Mixta malaxentur cum s. q. Olei Solani.

EMPLASTRUM ANODYNUM Fulleri.
Rec. Empl. de Minio Unc. quatuor, Ol. Lilior. alb. Unc. semis, Terebinth. Venet. Drachm. duas, Opii, Camphorae, Sacchari Saturni āā Scrup. duos. M.

EMPLASTRUM ANODYNUM seu Sevi anodynum Ph. Hispan.— Miscell. est Empl. Diachyl. simpl. Libr. unius, Cerae alb. Unc. sex, Axung. Porci Unc. quatuor et Sevi hircini Unc. duarum.

EMPLASTRUM ANODYNUM RUBRUM Disp. Vienn.
Rec. Cerae flav., Elemi, Pic. Burgund. āā Unc. sex, Colophon. Unc. quatuor, Boli Armen., Minii āā Unc. semis, Mastich., Oliban., Petrol., Styrac. liq. āā Drachm. sex, Croci Drachm. duas, Terebinth. Venet. Unc. unam. M. f. E.

EMPLASTRUM ANODYNUM Schmidt.
Rec. Succi recent. Hb. Hyoscyami, — Papav. alb., — Phellandrii aquatic. āā Unc. duas. Inspissentur leni igne ad Extracti consistentiam, tunc adde Cerae liquefactae Unc. quatuor, Ol. Lavendul. Unc. semis. M. exactissime. — Ph. Argentor. hoc nomine miscellam nimis compositam e mucilagine Radicum et Resinarum multarum conflatam, tradit.

EMPLASTRUM ANODYNUM Wildegansii Disp. Brunsvic.
Rec. Empl. saponati, Cerae citrin. āā Unc. duas, Ol. Tartari foetid., Ol. express. Hyoscyam. āā Drachm. quinque, Opii Thebaici Unc. semis, Camph. Drachm. tres. M. l. a. ut f. empl. — Spielmannus Empl. saponat. et Cerae citrin. āā Unc. quatuor praescribit, ceterum cum formula praecedente congruit.

EMPLASTRUM ANTIARTHRITICUM v. Empl. Antipodagricum Ph. Wirt. (p. 314)

EMPLASTRUM ANTIASTHMATICUM Goelis.
Rec. Theriac., Pulv. Rad. Belladonn., Laudan. liq. Sydenh. āā Scrup. unum, Gummi Arab. Drachm. tres.

EMPLASTRUM ANTICANCROSUM de Bories.
Rec. Hepat. Sulph. Kalin., Pulv. Hb. Cicut. āā Drachm. duas, Camphor., Terebinth. āā Unc. semis, Saponis alb. Drachm. semis, Cerae flavae Unc. unam, Empl. Diachyl. simpl. Unc. quatuor.

EMPLASTRUM ANTICHOLERICUM Ph. antich. Wilhelm.
Rec. Empl. Bacc. Laur. Unc. unam, Camphor., Sal. volat. Corn. Cerv. āā Drachm. semis, Opii puri, Ol. Nuc. Moschat. āā Scrup. unum, Ol. Menth. pip., Ol. Caryophyll. āā Gutt. decem. M. Altera formula sec. Ammon: Rec. Empl. Galban. Croc. Unc. unam, Camphor. Drachm. unam, Sal. volat. Corn. Cerv., Opii pur. āā Drachm. semis, Ol. Menth. seu Caryophyll. Scrup. unum. M.

EMPLASTRUM ANTICOLICUM Pideriti.
Rec. Empl. Galban. Croc. Unc. quatuor; leni igne liquefacto adde miscellam ex Asae foetid., Terebinth. āā Unc. una, et Olei Corn. Cerv. foetid., — Menth. pip. āā Drachm. una factam. Simplicius proponitur ex Empl. Galban. croc. Unc. una, Asae foetid. Drachm. duabus, Ol. Menth. pip. Scrup. uno paratum.

EMPLASTRUM ANTIFEBRILE Schulzii.
Rec. Theriac. Drachm. duas, Terebinth. Drachm. unam, Flor. Sulphur., Alumin. crud., Piperis āā Scrup. unum, Olei Rutae Gutt. decem, Camphor. Grana decem. M. Aliud e Tabula Smaragdin. scatet quisquiliis.

EMPLASTRUM ANTIHAEMORRHOIDALE Pierquin.
Rec. Opii Gran. decem, Theriac. Drachm. duas. M. Swediaur Opii Grana quatuor ad sex cum Theriacae Drachm. sex misceri suadet.

EMPLASTRUM ANTIHYSTERICUM, Emplastrum Asae foetidae et Empl. matricale et resolvens (quae vide) quorumdam. Sec. Disp. Edinb. prist.
Rec. Galban. Unc. duodecim, Cerae flavae, Asae foetid. āā Unc. sex, Folior. Rutae, Florum Chamomill, Seminis Cumini āā Unc. duas, Terebinth. Unc. septem. Misce l. a. — Ph. Danica (1772) omittit Folia Rutae et Flores Chamomill.

EMPLASTRUM ANTIHYSTERICUM Sydenhami.
Rec. Galbani, in Tinct. Castor. soluti, Drachm. tres, Tacamahac. Drachm. duas. M. f. empl. Sec. Mayerne: Rec. Galbani Unc. duas, Tacamahac., Carannae (I, 25) āā Drachm. tres, Pulv. Sem. Cumin., — Nepetae āā Drachm. unam, Caryophyll., Nuc. Moschat. āā Drachm. semis, Bals. Peruv. parum, quantum satis.

EMPLASTRUM ANTIODONTALGICUM v. Empl. ad Dolores Dentium.

EMPLASTRUM ANTIPLEURITICUM SYLVII Disp. Hamburg. vet.

Rec. Empl. Diachyl. compos., — de Cumino, — de Meliloto āā Unc. duas, Folior. Tabaci, Hb. Hyperici, — Absinth. āā Unc. semis, Aloës, Myrrh. āā Drachm. duas, Calomel. Scrup. duos, Tacamah., Anime āā Drachm. tres, Lap. Magnetis, Camphor. āā Unc. semis, Fellis Tauri q. s., Ol. Hyperic. q. s. M. f. empl.

EMPLASTRUM ANTIPODAGRICUM Disp. Wirtemb.

Rec. Ol. Sem. Hyoscyam., — Papav., — Lilior. āā Unc. quatuor, Minii Libr. unam, Aq. Sambuc. Libr. semis. Coctione cauta bene solutis adde Saponis Venet. pulv. Unc. tres, Cerae flav. Unc. duas.

EMPLASTRUM ANTIPODAGRICUM ZWELFERI. — Mixtio quisquiliarum oblivione dignissima.

EMPLASTRUM ANTIRHEUMATICUM SUNDELIN.

Rec. Picis alb. Unc. semis, Camph. Drachm. unam, Opii puri Drachm. semis, Petrolei q. s. M. f. Empl.

EMPLASTRUM ANTISPASMODICUM. Sec. SAUNDERS.

Rec. Empl. Cumini, Cerae flav. āā Unc. unam, Opii, Camphor. āā Drachm. duas. — ELLIS: Opii, Camphor. āā Drachm. semis, Empl. Diachyl. s. Drachm. duas sumit, vel Opii, Camphor., Sapon. alb. āā Drachm. unam, Tincturae thebaic. q. s. (?) — AUGUSTIN praecipit Extract. Hyoscyam. Drachm. duas, — Cicutae Unc. semis vel: Opii, Sal. Alcal. volat. sicc., Camphor. Drachm. semis, Petrolei Drachm. duas, Empl. de Galban. croc. Unc. unam. M.

EMPLASTRUM ANTISTRUMALE.

Rec. Tartar. emet. Gran. decem, Calomel. Drachm. unam, Empl. Saponat. Unc. dimid. M.

EMPLASTRUM ANTISYPHILITICUM BOERHAVE.

Rec. Flor. Sulph. Unc. duas, tere cum Mercur. viv. Drachm. duabus, adde Sacchari Saturni Drachm. tres; misce exacte cum Empl. Melilot., — Galban., — Ammoniac. āā Unc. semis.

EMPLASTRUM ANTITOPHICUM Disp. Brandenb.

Rec. Gummi Carannae Unc. duas, Tacamah. Unc. unam et semis, Ammoniac., Bdell. āā Unc. unam, Benzoës Unc. semis, Succin. Drachm. sex, Sapon. Venet. Drachm. duas, Cerae Unc. octo, Terebinth. Ven. Unc. unam, Ol. Hyperic. q. s.

EMPLASTRUM CONTRA APOPLEXIAM Ph. Wirtemb.

Rec. Terebinth. Venet. Drachm. tres, Galban., Opopanac. āā Drachm. duas, Rad. Pyrethri, Piperis longi, Castor. āā Drachm. unam, Olei Succin. Scrup. unum. M. — SPIELMANNUS ejusdem nominis Emplastrum docet e triginta corporibus commixtum, jure omittendum.

EMPLASTRUM APOPLECTICUM sec. FULLER.

Rec. Galban., Opopanac., Pulv. Rad. Pyrethri, Sem. Sinap., Piper. long., Castor. āā Drachm. unam et semis, Terebinth. Ven. Drachm. tres, Ol. Succin. q. s. ut fiat Empl.

EMPLASTRUM APOSTOLICUM Disp. Hamburg. (1716) percompositum; resinarum, Oleorum mistio inepta.

EMPLASTRUM ARMONIACUM sec. FULLER.

Rec. Sal. Alcal. volat. sicc. in Aquae pauxillo soluti, Drachm. duas, Terebinth. Venet. Drachm. sex. Misce l. a.

EMPLASTRUM AROMATICUM. Gewürzpflaster.
Emplâtre aromatique.

Synon.: Emplastrum stomachicum s. de Labdano s. Ladani.

Rec. Cerae flavae Uncias octo,
Sevi ovilli Uncias sex,
Terebinthinae communis Uncias duas,
Liquefactis et semirefrigeratis immisce.
Olibani pulverati Uncias quatuor,
Benzoës pulveratae Uncias duas,
Olei Nucistae Unciam unam cum dimidia
— Menthae piperitae,
— Caryophyllorum singulorum Drachmas duas,

Emplastrum griseo-fuscum, tenax, odore aromatico, loco frigido, in vase clauso servandum.

Vis: carminativa, confortans.

Sit Emplastrum aequabile, tenax et valde aromaticum. Vetustum, Oleis per auras avolatis durius, fragilius, minus fragrans rejiciatur.

Usus: Stomacho, scrobiculo cordis, abdominique imponitur.

Pharmacopoeae satis in parando hoc emplastro discrepant. Formula nostra, e Ph. Boruss. desumta, et PFAFFIO in conscribenda Ph. Slesv.-Holsat. placuit. — Ph. Boruss. ed. prior., Batav., Belgic., Hannov., Oldenburg. et Saxonica

et Van Mons Terebinthinam et Benzoën omittunt, et pro Oleo Caryophyllorum Pulveris Uncias duas praescribunt. — Ph. Has-Elect. insuper loco Terebinth. Venet., Terebinth. communis Unciam tantummodo unam praecipit. — Ph. Bavar. Rec. Cerae flav., Sevi ovill. āā Unc. quatuor, liquatis et semirefrigeratis admisce Olibani pulv. Unc. duas, Pulv. Caryophyll. Unc. unam; denique diligenter immisce Ol. Menth. pip. Drachm. unam. — Ph. Dublin. recipit Resinae Pini Unc. tres, Cerae flav. Unc. semis, Pulv. Cort. Cinnamom. Drachm. sex, Ol. Semin. Amomi, — Menth. pip. āā Drachm. duas. — Ph. Lusitan. Rec. Ladani Unc. tres, Olibani Unc. unam, liquatis semirefrigeratis immisce Olei Nucist., Bals. Peruv., Pulv. Cort. Cinnamom. āā Unc. semis. — Henry et Guib. praecipiunt Cerae flav. Unc. tres, Terebinth., Tacamah. āā Unc. duas, Ladani, Mastich., Bals. Tolut. āā Unc. semis, Benzoës, Caryophyll., Nuc. Moschat. āā Drachm. duas, Opii Drachm. unam, Ol. Menth., — Juniper., — Absinth. āā Gutt. sex. M. — Van Mons docet: Cerae flav. Unc. octo, Tacamah. Unc. quatuor, Terebinth. Unc. unam; liquatis et semirefrigeratis admisce Ol. Caryophyll. Drachm. unam, Balsam. Peruv., Ol. Nucist. recenter express. āā Drachm. duas.

EMPLASTRUM AROMATICUM seu stomachicum R. Whytti sec. Augustin.

Rec. Cerae flav. Unc. semis, Tacamahac. Drachm. unam, Pulv. Caryophyll. Drachm. semis, Ol. Palmar. Gutt. quindecim, Ol. Flor. Myrist. express., — Menth. destill. āā Guttas quinque. — Vel: Rec. Lithargyri Libr. duas, Ol. Olivar. Libr. duas et semis, Terebinth., Ol. Laurin. āā Unc. quatuor, Opopanac., Bdellii, Ammoniac., Sarcocoll., Oliban., Myrrh. āā Unc. duas, Aloës Unc. unam, Rad. Aristoloch. Unc. duas, Camphor. Unc. tres. M.

EMPLASTRUM ARTHRITICUM sec. Fuller.

Rec. Elemi, Colophon., Pic. Burgund. āā Unc. duas, Cerae Unc. duas et semis, Minii, Mastich., Oliban., Boli āā Drachm. duas, Petrol., Ol. Spicae, — Anis. āā Drachm. unam et semis.

EMPLASTRUM ARTHRITICUM Mynsichti.

Rec. Ol. Olivar. Libr. unam, Minii Unc. duas, coque ad Empl. consistentiam, liquando admisce Cerae Libr. unam, Colophon., Terebinth., Pulv. Sem. Hyosc. āā Unc. quatuor.

EMPLASTRUM ASAE s. Assae foetidae vid. Emplastrum matricale.

EMPLASTRUM ASAE FOETIDAE COMPOSITUM vid. Emplastrum foetidum.

EMPLASTRUM ATTRAHENS LONDINENSIUM sec. Spielmann.

Rec. Resin. Pini, Cerae flav. āā Unc. sedecim, Sevi ovill. Unc. octo. Liquefacta colentur. Vid. Empl. citrinum.

EMPLASTRUM AXUNGIAE Van Mons.

Rec. Lithargyri Libr. tres, Axungiae Libr. septem et semis. Adspersa inter coctionem aqua in Emplastri spissitudinem coque ad modum Empl. Diachyli simpl., quod vide.

EMPLASTRUM BACCARUM LAURI.

Rec. Baccar. Lauri Unc. quatuor, Cyperi rotund., Costi amari vel Cort. Winteran., Oliban., Mastich., Myrrh. āā Unc. unam; fiat omnium pulvis, postea Rec. Cerae flav. Unc. octo, Resinae Unc. duas, super ignem liquatis adde Olei Laurini, Terebinth. āā Unc. duas, quibus Pulverem reliquorum immisce, ut fiat Empl. — Sec. Disp. Florent., Ph. Wirtemb., Brandenb. Contra Disp. Prag. Bacc. Lauri sumit Unc. duas, Terebinth., Ol. Laurin. et Cerae flav. āā Unc. semis, et Mellis despum. q. s.

EMPLASTRUM BALSAMICUM Fulleri.

Rec. Empl. Diapalm. Unc. duas, Terebinth., Cerae flav. āā Unc. unam et semis; bene liquatis adde Olei Nuc. Moschat. Gutt. sedecim, Balsam. Tolut. pulv. Unc. unam.

EMPLASTRUM BALSAMICUM Swediaur.

Rec. Emplastr. Diachyl. Libr. quinque, liquatis adde Saponis alb. Libr. unam, Camphor. Unc. tres, Castor. cum Spirit. Vini triti Unc. unam et semis. M.

EMPLASTRUM BALSAMICUM Schiffhausii. Schiffhausen's Balsampflaster.

Rec. Pulv. subtiliss. Ceruss., — Minii āā Libr. unam, Ol. Olivar. Libr. quatuor; coque lento igne, perpetuo agitata ad Emplastri consistentiam, cui admisce Sapon. Ven. Libr. unam, Castor. Sibir. Unc. unam et semis, Camphor. Unc. tres Imperatrix Rossica Catharina hoc Emplastrum ab inventore pretio 30000 Thaler. Rossicorum emit et publici juris fecit.

EMPLASTRUM DE BARBA CAPRINA Disp. Prag.

Rec. Terebinth. Ven. Unc. sex, Resin. alb., Pulv. Rad. Barbae Caprinae (Spiraea Ulmaria I, 219), — Consolidae major. (Symphyt. offic. I, 233) āā Unc. duas, Lap. Haematit. praep. Unc. unam et semis, Sang. Dracon. Unc. unam, Elemi Unc. sex. M.

EMPLASTRUM Becholzii vid. Emplastrum nigrum.

EMPLASTRUM BELLADONNAE s. e Herba Belladonnae. Tollkirschenkrautpflaster, Belladonnapflaster. Ph. Wirt., Disp. Brunsv.

Rec. Succi recentis Hb. Belladonnae, Olei Lini āā Unc. novem, coque ad humidi consumtionem et adde Cerae flav. Unc. sex, Terebinth. Ven. Drachm. sex. Liquatis adde Pulv. Fol. Belladonn. Unc. duas. — Ph. Londin. 1836. Rec. Extr. Belladonnae Drachm. unam, dilue aliquot guttulis aquae in Mellaginis consistentiam, tum affunde Empl. citrini leni calore liquati Drachm. duas et assidua contusione misce. — Rennie Extracti Belladonn. e Succ. Unc. unam et Emplastri Saponati Unc. duas miscet. — Van Mons: Rec. Olei Olivar. Partes undeviginti, Cerae flav. Part. duodecim, Resinae alb. Part. tres, liquatis

adde Faeculae Belladonnae (calore e succo secretae) et calefac ad humidi consumtionem; denique adde Terebinth. Part. unam et dimidiam. Minime probanda haec parandi methodus. — Sec. Vogt: Rec. Cerae flav. Unc. duas, Axung. Unc. unam, Terebinth. comm. Drachm. duas; leni igne liquatis admisce Extr. Belladonn. Unc. semis.

EMPLASTRUM BENEDICTUM Musitani.
Rec. Ol. Olivar. Libr. unam et semis, Rad. Arundinis (1, 218) Unc. unam, Rad. Lilior. seu Ireos nostratis Unc. unam et semis; coque ad humidi consumtionem, dum Radices in Oleo nigrescant, tum adde Cerae flav., Cerussae āā Unc. semis, Tutiae ppt. Drachm. sex; denuo coque ad Emplastri consistentiam, tandem adde Bals. Peruv. nigr. Drachm. unam et semis. Sec. Ph. Palatin. a qua Disp. Prag. paullulum discrepat. Emplastrum Carbonatis Plumbi ustum Ph. Hispan. huc. referendum. Rec. Rad. Althaeae, — Arundinis, — Ireos āā Unc. tres, coque ad humiditatis consumtionem cum Ol. Olivar. Libr. tribus, tum adde Cerussae Unc. sex, Tutiae Unc. tres et coque ad Empl. spissitatem, cui denique adde Cerae flav. Unc. quatuor et Bals. Peruv. Unc. semis.

EMPLASTRUM BETONICAE s. Ceratum Betonicae.
Ph. Wirt. Rec. Cerae flav., Resin. Pini, Terebinth. āā Unc. duas; liquefactis, colatis et semirefrigeratis admisce Pulveres subtilissimos Rad. Betonic. off., Mastich., Mumiae, Olibani āā Drachm. duas. — Disp. Brandenb., Ph. Palatin., Disp. Ratisbon., consentiunt. Ph. Sardoa recipit: Succ. Betonic., — Plantaginis, — Apii āā Libr. duas, Fol. Betonic., — Plantaginis, — Solani nigri, — Millefolii, — Verbenae āā Manip. duos, Terebinth. Libr. sex, Cerae flav. Libr. quatuor, Resinae Pini Libr. unam, Elemi Unc. octo. Coque Terebinth. cum Foliis et Succis ad humidi evaporationem, tum adde ceram, picem et Elemi. — Van Mons recipit Cerae flav., Resinae Pini, Terebinth. āā Part. quatuor, liquatis adde Faeculae Betonicae Part. quatuor, aqua evaporata addit Pulv. Mastich., Olibani āā Part. dimid.

EMPLASTRUM AD BUBONES VENEREOS Boerhave.
Rec. Flor. Sulphur. Unc. duas, Mercur. vivi Drachm. duas, Sacchari Saturni Drachm. tres. Mercurio trituratione extincto, mixta admisceantur Empl. Meliloti, — Galban., — Ammoniaci, — Cumini, — Sagapeni āā Unciae semis. — Gaubius praescribit e Florum Sulphuris Unc. semis, Sacchar. Saturni Drachm. una et Picis sutoriae Unc. duabus Emplastrum parari.

EMPLASTRUM CAERULEUM Rennie.
Rec. Ol. Olivar. Drachm. sex, Cerae flav., Ung. nutriti āā Unc. semis, Smalti Drachm. tres. M.

EMPLASTRUM CAESARIS Lemery mixtio quisquiliarum oblivione digna. Empl. defensivum rubrum vicarium haberi potest.

EMPLASTRUM CALEFACIENS Ph. Dubl. miscetur ex Emplastri vesicatorii ordinarii (Ph. Dubl.) Unc. una, et Picis Burgund. Unc. septem (vid. Empl. vesicator. perpetuum.)

EMPLASTRUM CAMPHORATUM Batt.
Rec. Camphor. Unc. unam et semis, Balsam. Tolut. Unc. unam, Galbani colat. Unc. sex.

EMPLASTRUM CAMPHORATUM Stahlii.
Rec. Ol. Olivar. Libr. unam, Minii Unc. octo, coque ad Emplastri consistentiam cui semirefrigerato admisce Camphorae in pauxillo Olei solutae Unc. duas (vid. Emplastrum Noricum.)

EMPLASTRUM de Canet vid. Emplastrum defensivum rubrum (p. 320).

EMPLASTRUM CANTHARIDUM Camphoratum, — compositum, — extemporaneum, — ordinarium, — perpetuum vid. Empl. vesicatorium camphoratum, etc.

EMPLASTRUM CAPUZINORUM Ph. Wirt.
Rec. Gummi Ammoniaci, Mastich., Olibani, Tutiae praep. āā Unc. unam, Euphorbii, Rad. Pyrethri, Salis communis āā Unc. duas, Picis navalis Unc. tres, Terebinth. Unc. unam, Cerae flav. Unc. tres.

EMPLASTRUM CARBONATIS PLUMBI USTUM vid. Emplastr. benedictum (p. eadem).

EMPLASTRUM CARMINATIVUM Sylvii.
Disp. Brand. Rec. Gummi Ammon., Bdellii, Galban. āā Unc. semis, Myrrh., Oliban. āā Drachm. duas, Opii Drachm. unam. Solve in Aceti scillit. s. q., et evaporatione inspissa; adde Bals. Peruv. Drachm. unam, Cerae flav., Coloph. āā Drachm. tres, Ol. Carvi Scrup. semis, — Philosoph Drachm. unam, — Terrae Drachm. semis, Tereb. Venet. q. s. — Sec. Fulleri Ph. extemp. Rec. Terebinth. Venet Drachm. unam, Sal. Alcal. vol. sicc. Scrup. duos, Camphor. Scrup. unum, Ol. Cumini Gutt. sedecim, mixta adjice massae liquefactae ex Empl. de Cumino Unc. una et semis, Resinae Drachm. una, Cerae Drachm. una et semis, paratae.

EMPLASTRUM CARVI vid. Emplastrum Cumini (p. 320).

EMPLASTRUM CATAGMATICUM vid. Emplastrum ad fracturas.

EMPLASTRUM CATARRHALE.
Disp. Brandenb. Rec. Gummi Carann. Drachm duas, Elemi, Tacamahac., Mastich. āā Unc. unam, Opii Drachm. duas, Tereb. Venet. q. s., Ol. Nucist. Drachm. unam, Balsam. Peruv. Scrup. duos. M. — Disp. Hamburg. vet. Rec. Tacamahac. Libr. unam, Cerae flav. Unc. octo, Ol. Amygd. dulc. Unc. quatuor et semis. M.

EMPLASTRUM CEPHALICUM.
Formulas, quibus Opium praescribitur, voce Emplastri Opiati reperies — Sec. Disp. Brand. Rec. Tacamah., Benzoës, Styrac.

Calam., Mastich., Hederae, Oliban., Ladan. āā Unc. duas, Cinnamom., Tereb. Ven. āā Unc. unam, Caryophyll., Nuc. Mosch. āā Unc. semis. — Disp. Edinb. vet. Rec. Tacamah. Unc. duas, Ladani, Styrac. Calam. āā Unc. semis, Cerae flav. Unc. tres, Resinae Unc. unam, Myrrh., Castor. āā Drachm. duas, Tereb. Venet. Unc. tres, Ol. Lavend., — Succini āā Drachm. unam. M. — Disp. Lugd. Rec. Resin. Pini Libr. unam, Tacamahac. Libr. semis, Ladani, Mastich., Myrrh., Succini āā Unc. unam et semis, Caryophyll., Gran. Kerm., Nuc. Mosch., Santali citr., Sem. Nigell. Rom. āā Drachm. sex, Flor. Anthos, — Chamomill., — Stoechad. āā Unc. semis. M. — Sec. Fuller Ph. extemp. Rec. Empl. Beton. Unc. semis, Carann., Tacamah. āā Drachm. tres, Bals. Tolut. Scrup. duos, Balsam Peruv. vel Copaiv. Scrup. unum. M. — Grimm Labor. Ceylon. Rec. Bacc. Cinnam., Fol. Cinnam. āā Libr. semis, Elemi Unc. duas, Ol. destill. Bacc. Cinnam. Drachm. unam, Ol. coct. Bacc. Cinnam. Libr. semis, Cerae flav. q. s. ad Empl.

EMPLASTRUM CERAE s. CEREUM v. Emplastrum citrinum (p. 318).

EMPLASTRUM CERONEUM. *Emplâtre céroëne.* Ph. Gall. 1818.

Rec. Resin. Pin. Libr. duas et semis, Picis naval. Unc. decem, Cerae flav. Unc. duodecim, Sevi ovill. Unc. quatuor, Boli Unc. decem, Myrrh., Olibani, Minii āā Unc. duas. M. — Cod. Gall. 1837 congruit.

EMPLASTRUM CERONEUM Nicolai sec. Henry et Guib. *Rétinole de Gommes-résines safrané.*

Rec. Cerae flav., Picis naval. pur. āā Unc. duas et Drachm. tres, Colophon., Terebinth., Styrac. liquid. āā Unc. unam et Drachm. tres, Mastich. Drachm sex. Liquefiant et colentur. Tunc adde Sagapen. Unc duas, Gumm. Ammoniac. Unc unam et Drachm. tres, Aloës, Myrrh., Oliban. āā Unc. unam, Galban., Opopanac. āā Drachm. sex, Bdellii Drachm. tres, in Spirit. Vini 22° solutos et ad consistentiam Empl. redact. Deinde admisce Croci pulv. Unc. unam et Drachm. tres, Farin. Foenugraeci., Alumin. āā Drachm. sex, Litharg. Drachm. unam semis. Fiat Emplastrum.

EMPLASTRUM CERUSSAE vid. Emplastr. album coctum (p. 309).

EMPLASTRUM CETACEI vid. Emplastrum de Spermate Ceti.

EMPLASTRUM CHELIDONII MAJORIS eodem modo paratur atque Emplastrum Cicutae adhibendo Herbam Chelidonii majoris loco herbae Cicutae.

EMPLASTRUM CICUTAE Schierlingspflaster. *Emplâtre de Ciguë.*

Synon.: Emplastrum Conii s. Conii maculati, Empl. de Cicuta.

Rec. Cerae flavae Libram unam, Colophonii,
Olei Olivarum āā Libram dimidiam,
liquatis et semirefrigeratis paulatim admisce
Herbae Conii maculati pulveratae Libram unam.

Emplastrum griseo-viride, molliusculum. — *Vis:* resolvens, anodyna.

Sit emplastrum non nimis vetustum, vel indoles narcotica tempore dissipata; aqua malaxatum, vel loco humido asservatum mucori et corruptelae obnoxium fit; paretur ergo copia brevi tempore in usum vocanda; pauxillo Olei humectatum in magdaleones formetur; digitis tractatum globulos vel nodos non praebeat.

Usus: Alutae illitum glandulis tumidis, scirrhosis, induratis, bubonibus, partibus morbosis aut dolore affectis imponitur.

Cicutae nomine hic semper Conium maculatum intelligitur.

Cum formula nostra quoque Ph. Bavar., Belg., Danic., Hannov., Polon., Slesvico-Holsat. et Suecica consentiunt, itemque Saxonica nisi quod Cerae Libram dimidiam sumit. — Ph. Austr. Rec. Axung. Libr. unam, Cerae flav. Libr. duas, Terebinth. Unc. tres, liquefactis et colatis admisce Pulv. Extr. Cicutae Unc. tres et Pulv. Hb. Cicut. Libr. semis. — Ph. Batav. Rec. Empl. Diachyl. simpl., Cerae flav. āā Libr. unam, Ol. Olivar. Unc. sex, Pulv. Hb. Conii macul. Libr. unam. M. — Ph. Hass. El. Rec. Ol. Olivar. Libr. dimid., Cerae flav. Unc. decem, Terebinth. Ven. Unc. quatuor; liquefactis agitando admisce Pulv. Hb. Cicutae Libr. dimid., Extr. Cicutae, in pauxillo Aquae soluti, Unc. unam et semis. — Van Mons Ol. Olivar., Resinae alb. Unc. unam, Cerae flav., Faeculae Conii āā Unc. duas. M. (Laude non satis dignum hoc emplastrum, utpote indolis narcoticae expers.) — Henry et Guib.: Rec. Extr. Spirit. Conii Drachm. novem, Elemi depur. Drachm. duas, Cerae flav. Drachm. unam. Caloris adminiculo miscentur. — Mayr Disp. Univ. et Ph. Wirt. (1798). Rec. Ol. Olivar. Libr. unam, Cerae flav. Libr. duas, Terebinth. comm., Extr. Conii Unc. tres, Pulv. Hb. Conii Libr. semis. M. — Ph. Amstel. Rec. Empl. Diachyl. simpl., Cerae flav.

Libr. semis, Ol. Olivar. Unc. tres, Extr. Cicutae Libr. unam. — Piderit: Rec. Succ. Hb. Cicutae Libr. unam, Pulv. Hb. Cicut. Libr. semis, inspissatis ad Pastae consistentiam admisce Cerae flav. Unc. decem, Tereb. Ven. Unc. quatuor, Ol. Olivar. Libr. semis. Cum hac formula Ph. Hass. prist. congruit. — Swediaur vult Succi Hb. Cicutae, Ol. Lini āā Unc. novem; coctis ad humidi consumtionem addi Cerae flav. Unc. sex, Terebinth. Ven. Drachm. sex, denique Pulv. Hb. Cicut. Unc. duas. — Ph. Oldenb. Rec. Cerae flav. Unc. quatuordecim, Ol. Oliv., Colophon. āā Libr. semis, Extr. Cicut. Unc. unam, Pulv. Hb. Cicut. Libr. unam.

EMPLASTRUM CICUTAE CUM AMMONIACO. Zusammengesetztes Schierlingspflaster. *Emplâtre de Ciguë composé.*

Synon.: Emplastrum Cicutae Ph. Hispan., Lusit. et Gall., Emplastrum Cicutae compositum; Empl. Spleneticum, Empl. de Cicuta Schroederi.

Rec. Ammoniaci Unc. octo, dissolve in Aceti scillitici Unc. octo, admisce Succ. Hb. Cicutae Unc. sedecim et inspissa ad pultis consistentiam; adde denique Pulv. Hb. Cicutae Unc. octo, Cerae flav. Unc. unam, Ol. Olivar. Unc. quatuor. M.

Vis: discutiens, resolvens, emolliens.

Haec formula Ph. Argent., Brunsv., Leodiens., Palat., Sard., et Wirt. placuit. — Disp. Brand., Hamb., Prag. et Ratisb. praecipiunt: Hb. Cicut. cum toto siccatae et contusae Unc. novem, Succ. ejusd. expressi Unc. quatuor, Ammoniaci in Succo solvendi Unc. unam et semis, Ol. Cappar. (vel Oliv.) Unc. duodeviginti, Ol. Irini Unc. sex. Succus et Herba cum Oleo, Ammoniaco ad humidi consumtionem coquuntur et in liquore cum forti expressione colato Cerae flav. Unc. quinque solvuntur. — Ph. Rossic. Rec. Cerae flav. Libr. duas, Ol. Olivar. Libr. unam, colliquatis, colatis admisce Extract. Cicutae Unc. sex, Ammoniaci, Pulv. Hb. Cicutae āā Unc. octo. M. — Disp. Fuldens. Rec. Ammoniaci Unc. octo, terendo solve in Aceti Vini Unc. sedecim, collaturae adde Massae Pilular. Cicutae (Extr. Cicut. part. 4, Pulv. Hb. Cicut. Pars 1) Unc. duodecim; leni igne evapora ad Empl. consistentiam. — Henry et Guib. Rec. Resin. Pini, Pic. alb. āā Libr. unam, Cerae flav. Libr. unam, Ammoniaci Unc. novem, Ol. Cicut. coct. Unc. tres, Pulv. Hb. Cicut. Libr. unam. M. — Van Mons Rec. Terebinth. Unc. unam, Ammoniaci Unc. quatuor, Cerae flav. Unc. octo, Resin. Unc. sedecim, Faeculae Cicutae viridis Libr. quatuor. Faecula cum Cera et resina calore exsiccatur, tum Ammoniacum Terebinthina solutum admiscetur. — Ph. Hispan. Rec. Resin. Libr. duas et Unc. duas, Cerae flav. Libr. unam, Ol. Oliv. Unc. tres, liquefactis leni igne adde Hb. Cicut. recentis cont. Libr. duas. Ad humidi exhalationem cocta cola cum expressione, adde Succ. Hb. Cicutae, recenter extracti et non defaecati Libr. quatuor, agita donec faecula resinis mixta sit et post brevem quietem Emplastrum decantha, et adde Ammoniaci in Aceto soluti et ad Emplastri spissitudinem redacti Unc. octo. — Ph. Lusitan. Rec. Ammoniaci Unc. octo, solve in Aceti Vini fortis Unc. sedecim; per pannum laxioris texturae colatis adde Extr. Cicutae e Succo Libr. unam. — Ph. Gall. 1837. Rec. Resin. Pin. Unc. quindecim, Pic. alb. Unc. septem, Cerae flav. Unc. decem, Olei cum Cicuta Unc. duas, liquefactis adde Hb. Conii macul. rec. Libr. duas et coque donec humidum in auras abierit. Massam adhuc calentem cum expressione cola. Seorsum recipe Ammoniaci Unc. octo, calore adjuvante in Spir. Vini solve, filtra et Spiritum destillatione elice, donec residuum mellis consistentiam induerit, quod miscelae jam paratae caute immisce. Methodus praeparandi non parum operosa; adhaesione resinarum in massa herbacea inter expressionem facile dimidiae partis jacturam facies. — Ph. Danic. (1792) Rec. Cerae flav. Libr. unam, Ol. Hyoscyami Unc. quatuor, liquatis, colatis semirefrigeratis adde Extr. Cicut. e succo Unc. sex; Ph. Herbipol. et Spielmann. congruunt. — Ph. Ferrar. et Brera Rec. Cerae Unc. sedecim, Ol. Olivar. Libr. duas, Ammoniaci Unc. tres, Pulv. Hb. Cicut. Libr. semis. — Ph. Parmens. Rec. Resin. Pini Unc. viginti, Cerae Libr. unam, Ol. Oliv., Therebinth. āā Unc. duas, colatis adde Pulv. Hb. Cicut. Unc. quatuor, Ammoniac. Unc. octo. — Ph. Genev. Rec. Succ. Hb. Cicut., Ol. Olivar. Libr. duas, coque ad humidi consumtionem et adde Cerae flav. Libr. unam, Pulv. Hb. Cicut. Libr. semis, Ammoniaci in Aceti soluti et inspissati Unc. tres. M. — Ad modum Lisnardi: Rec. Hb. Conii macul. rec. Libr. sex, exprime succum eumque lenissimo calore, ut coagulatio non fiat, ad Extracti spissitudinem redige. Cum Herba expressa praeparetur Oleum coctum, ad methodum bene notam; tum liquefiant Resinae alb. Libr. duae et semis, Cerae flav. Unc. viginti duae et semis, Picis alb. Unc. tredecim, Ammoniaci Unc. septendecim, Olei Cicut. cocti Unc. novem, quibus Succum inspissatum bene admisce.

EMPLASTRUM CICUTAE VIROSAE Ph. Danic. et Suec. Wasserschierlingspflaster. *Emplâtre de Ciguë vireuse.*

Rec. Cerae flavae Libr. unam, Resin. Pini, Ol. Olivar. Libr. dimid., liquatis et semirefrigeratis admisce Pulv. Hb. Cicutae virosae Libram unam. M. — Van Mons Faeculam Cicutae virosae Herbae substituit. (Cicuta virosa vehementius agit quam Conium maculatum, quare complures Pharmacopoeae eam deseruerunt.)

EMPLASTRUM CITRINUM. Gelbes Pflaster. *Emplâtre de Cire.*

Synon.: Emplastrum Cerae Ph. Lond.

et Gallic., Empl. simplex Ph. Edinb., Ceratum Resinae Pini Ph. Slesv.-Hols. s. Burgundicae Ph. Boruss. Ceratum citrinum s. Resinae, Emplastrum adhaesivum quorumdam, adhaerens et attrahens, Empl. picis, s. piceum, s. Cerae terebinthinatum.

Rec. Resinae Pini Unc. sex, Cerae flav. Unc. tres, Sevi ovilli Unc. duas, Terebinth. Comm. Unc. unam. Leni igne liquando misce.

Sit luteum, odoris resinosi, tenacissime agglutinans. — *Vis:* emolliens, digerens, maturans, suppurationem promovens. — *Usus:* ad vulnera et ulcera maturanda. Consistentia duriore minus aptum est ad hunc usum, quam Cerata et Unguenta, iisdem corporibus conflata, ponderum tamen diversa ratione discrepantia. Plures quoque formulae vergunt in Unguentum Althaeae, et Basilicum, quae vide.

Nostra formula Disp. Augustan., Fuldens., Hamb., Prag., Ratisb., et Ph. Palatin. arrisit. — Disp. Brunsv., Ph. Danic. (1772), Herbip., Norimb., Oldenburg., Ross. et Wirt. Cerae Uncias quatuor, et miscelam Rad. Curcumae Drachmis duabus tingi praecipiunt, cet. par.; Ph. Argent. Resinae Unc. octo, Cerae Unc. quatuor et Curcumae Drachm. unam vult, cet. par. — Magis ad Unguenti consistentiam accedunt formulae sequentes — Ph. Austriac., Boruss., Hannov., Hass., Saxon. et Slesv.-Hols. Rec. Resinae Uncias duas, Cerae Unc. quatuor, Sevi et Terebinth. āā Unc. unam. — Ph. Lond. et Suec. Rec. Resinae Unc. unam, Cerae et Sevi āā Unc. tres. (Van Mons Sevi Unc. duas.) — Ph. Edinb., Gray: Rec. Resinae et Sevi āā Unc. duas, Cerae Unc. tres. — Ph. Gallic. et Henry et Guib.: Rec. Resinae Unc. tres, Cerae Unc. unam. — Ph. Fenn. Rec. Colophon. Unc. tres, Cerae Unc. sex, Sevi Unc. duas, Ol. Oliv. et Terebinth. āā Unc. unam, Rad. Curcumae Drachm. unam. — Ph. Bremens. Rec. Resin. Unc. quatuor et semis, Cerae Unc. quinque, Sevi Unc. quatuor, Terebinth. Unc. unam. — Disp. Brand. Rec. Resinae Unc. unam et semis, Cerae Unc. tres, Sevi Drachm. novem, Terebinth. Unc. unam, Ol. Lilior. vel Hyperic. Drachm. dimid. — Ph. Amer. septentr. Rec. Terebinth. Unc. unam, Resin., Cerae, Sevi āā Unc. duas, Ol. Lini Drachm. decem.

EMPLASTRUM AD CLAVOS PEDUM seu ad Clavos et Verrucas Pedum. Leichdornpflaster.

Rec. Galbani Unc. unam, Picis naval. Unc. semis, Empl. Diachyl. simpl. Drachm. duas, Aeruginis, Salis Ammoniaci āā Scrup. unum. Galbano in Aceto soluto et ad spissitud. evaporato adde Picem et Empl. Diachyl., denique Aeruginem et Sal. Ammon. — Sec. Ph. Argent., Herbip., Palat., Wirt. Expeditius Swediaur et Pierquin sec. Richerum: Rec. Cerae flav., Gumm. Ammoniac. āā Unc. duas, liquatis adde Aeruginis Drachm. sex.

EMPLASTRUM AD CLAVOS Pajot-Laforestii.

Rec. Empl. Galban., — Diachyl. comp., — Ammoniac., Croci āā Unc. semis, Ammoniac. Unc. unam, Camphor. Unc. duas, Opii Grana quindecim.

EMPLASTRUM AD COLICAM s. ad tormina Ventris Swediaur.

Rec. Empl. Diachyl. s. Unc. duas, Galban. Unc. unam, Ol. Carvi Drachm. duas, liquatis adde Opii Drachm. unam.

EMPLASTRUM COLLAE AD HERNIAM Ph. Hispan.

Rec. Baccar. Myrti contus., Lumbric. Vino lotorum āā Unc. sex, Aquae Libr. octo, coque ad dimid. et cola. Hujus decocti Libr. tres, Ol. Olivar. Libr. duas, Lithargyri Libr. unam coque ad humidi consumtionem, tum adde miscelam liquatam et colatam e Cerae flav. Libr. una, Pic. nigr., Resin. Pini, Colophon. āā Unc. novem paratam; tum adde Galbani et Ammoniaci āā Unc. quatuor, in Aceto solutorum et ad mellis consistentiam evaporatorum; denique huic emplastro admisce Pulveris Myrrh., Oliban., Mastich., Sang. Hirci, Collae āā Unc. quatuor, Rad. Aristoloch. rotund. et long., — Consol. maj. et min., Gallar., Boli Armen., Gypsi, Mumiae āā Unc. tres. Mixtio ineptissima, quae prope accedit ad Emplastrum Opodeldoc Ph. Wirt. quod vide.

EMPLASTRUM COMMUNE. — Nomen non satis certum, ergo antiquandum, quo Empl. Diachyl. simpl., — adhaesiv., et — citrinum quibusdam intelligitur.

EMPLASTRUM CONFORTATIVUM VIGONIS v. Emplastrum defensivum rubrum (p. 320).

EMPLASTRUM CONII s. Conii maculati, s. de Conio vid. Empl. Cicutae (p. 318).

EMPLASTRUM CONSOLIDANS vid. Emplastrum griseum.

EMPLASTRUM CONSOLIDANS SATURNINUM v. Emplastrum album coctum.

EMPLASTRUM CONSOLIDANS VEGETABILE Disp. Fuld.

Rec. Catechu, in s. q. Vini albi soluti, Ol. Olivar. āā Libr. unam; evapora ad humidi consumtionem, tum admisce liquando Cerae flav. Libr. semis.

EMPLASTRUM AD CONTUSA Boerhave.

Rec. Rad. Bryon. pulv. Unc. duas, Flor. Sulph. Unc. unam, Mercurii nigr. Drachm. tres, Galbani l. a. soluti Unc. quatuor, Empl. Melilot. Unc. novem, Ol. Chamaemel. coct. q. s. ut fiat Empl.

EMPLASTRUM CORROSIVUM Ph. Genevens. (1780)

Rec. Mercur. sublim. corros. Drachm. semis, Axung. Unc. semis, Cerae Drachm. duas. M.

EMPLASTRUM CROCI COMPOSITUM v. Empl. de Galbano crocatum.

EMPLASTRUM DE CRUSTA PANIS Ph. Wirt. et Palat., vel Emplastrum stomachicum vel de Tacamahaca, vel Tacamahacinum.

Rec. Crustae panis tostae Unc. duas, Tacamahac. Unc. unam, Mastich., Caryophyll., Nuc. Mosch., Pulv. Hb. Menth. āā Unc. semis, Cerae flav. Unc. sex, Terebinth., Ol. Mastich., — Cydonior. āā Unc. unam. — Disp. Brand. et Ratisb. Rec. Crustae Panis tost. Unc. duas, Cerae flav. Unc. unam, Mastich. Unc. semis, Pulv Hb Menth. Drachm. duas, Ol. Cydonior., — Mastich., Terebinth. āā Unc. unam. — Disp. Hamburg. et Prag. Rec. Crustae panis tost Unc. duas, Mastich., Pulv. Hb. Menth. āā Drachm unam, Ol. Cydon., — Mastich., Terebinth., Cerae āā Unc. unam, Farin. hord. q s. ut fiat Empl. — Plures Pharmac., omissa Crusta Panis, vergunt in Emplastrum aromaticum et Tacamahacinum, quae vide.

EMPLASTRUM CUMINI s. de Cumino aut Cymino. Mutterkümmelpflaster. *Emplâtre de Cumin.*

Rec. Cerae flav., Empl. Diapalm., Ol. Olivar., Sem. Cumin. āā Unc. sex, Baccar. lauri Unc. duas, Ol. aeth. Cumini Drachm. unam massae semirefrigeratae tandem addendam. — Sec. Ph. Wirt. et Leid. a quibus Ph. Suec. discrepat, quod Empl. Diachyl. comp. loco Diapalm. praescribit. — Disp. Hamb. Rec. Cerae flav., Empl. Diapalm., Ol. Olivar āā Unc. unam, Pulv. Sem. Cumini Drachm. decem. M. — Ph. Lond. (Lond 1836 omisit) Rec Sem. Cumin., Sem. Carvi, Bacc. Laur. āā Unc. tres, Picis Abiet. Libr. tres, Cerae flav. Unc. tres — Ph. Batav. et Amstel. Rec. Empl. Diachyl. simpl., Cerae flav. āā Libr. unam, Ol. Olivar. Libr. semis, Pulv. Sem. Cumini Libr. unam (Van Mons: et dimidiam). — Ph. Hann. Rec Empl Diachyl. simpl. Libr. unam, Cerae flav. Unc. tres, Ol. coct. Chamomill. Unc sex, Ol. aeth. Cumin. Drachm. unam, Pulv. Sem. Cumini Unc. sex. M. (Vergit ad Empl. Stomachicum quorumdam.)

EMPLASTRUM CUMINI COMPOSITUM a quibusdam antecedens nominatur.

EMPLASTRUM CUMINI SAPONACEUM Saunders.

Rec. Saponis duri, Cerae flav. āā Unc. unam, Empl. Cumini Unc. tres. M.

EMPLASTRUM DECANI Cadet.

Rec. Minii, Ol. Hyper. āā Libr. unam, Resin. Pini Unc. quatuor, Oliban. Unc. duas, Sapon. alb. Unc. semis.

EMPLASTRUM DEFENSIVUM RUBRUM, Emplastrum confortativum Vigonis, Empl. detergens rubrum, s. Oxydi Plumbi rubrum, s. Oxydi Plumbi semivitrei cum Sulphate Ferri calcinato, s. Oxydi Ferri rubri, s. sticticum, s. stypticum, s. roborans, s. Paracelsi, s. Siliquarum (Ph. Hisp.), s. Thuris (Ph. Edinb.). Schützendes, stärkendes Pflaster, Eisenpflaster. *Emplâtre defensive rouge, Onguent de Canet.*

a) cum Minio

Rec. Cerae flav. Libr. duas, Resin. Unc. unam, Ol. Rosar. Unc. quatuor, Calcis vivae (in Aqua Rosar. lotae et iterum exsiccatae), Laterum, Boli Armen. āā Drachm. decem, Minii Unc. semis, Camph. Drachm. duas. Pulveres Cerae, Resinae et Oleo liquefactis admiscentur, denique Camphora Oleo soluta, sec. Ph. Wirt. Palat., et Vienn. prist. — Aliquid abest Disp. Prag. Rec. Cerae Libr. unam et semis, Ol. Hyper. Libr. semis, Terebinth. Unc. duas, Pulv. Santal. rubr., — Rad. Caryophyll., Minii, Boli Armen, āā Unc. unam, Thuris, Mastich. āā Drachm. sex; bene mixtis adde Ammoniac. Unc. unam, Camphor. Drachm. duas, cum Spir. Vini tritorum. Malaxetur cum Ol. Chamom. — Ph. Hispan. Rec. Rad. et Fol. Symph. off., Bacc. Myrt., Rosar. rubr., Hb. Hyper. āā Unc. quatuor, coque cum Aquae Libr. novem ad tertiae partis consumtionem; tunc sume Ol Olivar. Libr. quatuor, Sevi Libr. unam, Litharg. Libr. duas, et cum decocto modo dicto ad Emplastri mollioris spissitudinem coque, in quo liqua Cerae Libr. unam, Terebinth. Unc. tres; semirefrigerato insperge Pulv. Oliban., Myrrh., Mastich. āā Unc. duas, Sang. Dracon. Unc. tres, Boli Armen. Unc. quatuor, Minii Unc sex. M. — Ph. Hann. Rec. Cerae, Sevi āā Unc. sex, Cetac. Unc. dimid., liquatis et semirefrigeratis adde Minii Unc. tres, Ceruss. Unc. sex, Camphor. Drachm. sex in Ol. Olivar. Unc. tribus solutas. — Ph. Sard. Rec. Mucil. Rad. Althaeae, — Consolid. maj., Ol. Myrrh. āā Libr. duas, Sevi, Litharg. āā Libr. unam, Minii Unc. sex, Terebinth., Mastich., Boli Armen. Unc. quatuor M.

b) cum Oxydo Ferri.

Sec. Ph. Amer. septentr., Batav. et Edinburg. Rec. Empl. Diachyl. Libr. duas, Resinae Libr. semis, Cerae flav., Ol. Olivar. āā Unc. tres, Croci Mart. adstring. (p. 209) Unc. octo. Crocus cum Oleo tritus ceteris admiscetur. — Ph. Danic. (1772) Rec. Lithargyr. Libr. duas, Ol. Olivar. Libr. quatuor, fiat l. a. empl. cui adde Cerae flav. Unc. quatuor, Terebinth. Ven., Oliban. āā Unc. quatuor, Croci Mart. adstr. Unc. sex. — Ph. Gall. (1837) et Henry-Guib. (Unguentum de Canet.) Rec. Empl. Diachyl. simpl., — compos., Cerae flav., Ol. Olivar., Croc. Mart. adstr. āā partes aequales. — Ph. Dubl. Rec. Empl. Diachyl. simpl. Libr. duas, Resinae Libr. semis, Croc. Mart. adstr. Unc. tres. M. — Ph. Ferrar. Rec. Empl. Diachyl. s.

Libr. duas, Sevi Unc. sedecim, Croc. Mart. adstr. Unc duas. — Ph. Sard. Rec. Mucil. Rad. Consolid. M Libr. sex, Ol. Jugland. Libr. quatuor, Minii, Litharg. aa Libr. unam, Lap. Calamin. Unc quatuor, Sang. Dracon., Croc. Mart. adstr., Aluminis aa Unc. unam. — Van Mons: Rec. Empl. Diachyl. s Unc. sedecim, Cerae, Resin., Terebinth. aa Unc. unam, Croc. Mart. adstr. Unc. unam et semis. M.

c) cum Bolo Armen., cet.

Sec. Boerhave: Rec. Ol. Rosar. infus., Cerae alb. aa Unc. sex, Boli Armen., Sang. Dracon. aa Unc. unam et semis, Pulv. Rosar. rubr. Unc. semis. M. — Disp. Hamb. (1716) Rec. Ol. Rosar. infus., — Myrtill. aa Unc. tres, Cerae Unc. sedecim, Farin. Hordei, — Fabar. aa Unc. semis, Boli Armen., Terr. sigill. rubr. aa Unc. unam, Sang. Dracon., Lign. Santal. alb., — citr., — rubr., aa Unc. semis. M. — Disp. Brand. Rec. Cerus., Litharg. aa Unc. sedecim, Ol. Sambuc., — Spermat. Ranar. aa Libr. unam, Ung. Popul. Unc. sex, Acet. Rosae, — Sambuc. aa Unc. octo, Succ. Plantag. Unc. decem; coque ad humidi consumtionem, adde Cerae Unc. quatuor, Croci Unc. semis, Lap. Calamin., Mastich., Pulv. Ros rubr, Pulv. Rad. Ireos aa Unc unam et semis, Myrrh. Unc. unam. — Operae pretium non est scriptorum discrimina perlustrare.

Vis: Defendens ab inflammatione, temperans. Mammis ablactantium et vulneribus imponitur.

EMPLASTRUM DEFENSIVUM RUBRUM Wepferi. Sec. Ph. Wirt.

Rec. Butyr. rec., Ol Lini aa Unc sex, Cort. Samb. recent. Unc. quatuor, coq. ad humidi consumtionem adde Cerae et Minii aa Unc. sex.

EMPLASTRUM DEFENSIVUM VIRIDE Felicis Wurtzii. Sec. Disp. Hamb., Wirt., Argent., Ratisb., Vienn.

Rec. Cerae flav. Libr. unam, Resin. Unc. duas, Sevi Unc. sex, Terebinth. Unc. unam, Pulv. Hb. Alchemill. Unc. sex. M. Viridescat ope Scrup. unius Pigmenti Indici probe triti. — Disp. Brunsv. Rutam pro Alchemilla sumit.

EMPLASTRUM DETERGENS RUBRUM v. Emplastrum defensivum rubrum (p. 320).

EMPLASTRUM DIABOTANUM Blondelli s. Emplastrum Oxydi Plumbi Diabotanum Ph. Hisp., s. resolutivum Ph. Argent., Wirt., Vienn., Lemery.

Mixtio ineptissima, memoria vix digna.

Rec. Hb. recent. c. Rad. Bardan., Petasit., Calend., Cicut., Chamaepit., Levist., Valerian. maj., Angelic. hort., Enulae, Raphan. rust., Cucum. silv., Scrophular., Hlecebr., Chelidon. maj. et min., Gratiol. aa Unc. tres, coque in Aq. font. Libr. 20 ad dimid., colatis et expressis adde Succ. Citri, — Chelid. maj., — Hormin., — Illecebr. aa Libr. semis, evapor. ad Extr.; mollior. consistentiam; hujus Extract recipe Libr. semis et admisce Galban., Ammon., Opopan., Sagapen. (in Aceto Scill. solutorum et inspissator.) aa Unc. duas; dehinc recipe Lithurg. Libr. unam, Ol. Lumbric., — de Catell., — Melilot., — Mucilag. aa Unc. quatuor, coque ad Empl. consist., cui admisce Extr. cum Gummat. permixtum, insuper Sulphur. viv. Unc. septem et semis, Rad. Ireos, — Cyclam., — Ranunc. tub., — Coronae imperial, Serpent., Hellebor. alb., Sigill. Salomon., Ari, trium Aristoloch. aa Drachm. unam, Bacc. Lauri Drachm. duas, Sem. Angel., — Nasturt. aa Drachm. tres, — Cumin. Unc. unam et semis, Fimi Columbin., Asphalt., Oliban., Mastich. aa Unc. quatuor, Tacamah. Unc. sex, Bdell., Myrrh. aa Unc. unam et semis, denique Cerae, Picis, Styr. liq. dep. aa Unc. sex, Camph. Drachm. sex, Ol. Caryophyll. Unc. sem., Ol. Lateric. Drachm. decem. M. — Paullo brevius Ph. Hisp. Rec. Litharg. Libr. duas, Ol. Oliv. Libr. quatuor, Acet. Vin. q. s., coque ad Empl. consistentiam. Sub finem adde sequentia permixta, liquefacta, Succ. inspiss. Cicut., — Chelid. maj. aa Unc. duas, — Cucumer. agrest. Unc. unam, Extr. Rad. Enul. et Valer. aa Unc. semis, iterum coque, tum adde Cerae flav., Pic. Nigr., Terebinth. aa Libr. semis, Styrac. liquid. Unc. tres; semirefrigeratis insperge Ammoniac., Galban. aa Unc. tres, Oliban. Unc. duas, Mastich., Tacamah. aa Unc. unam, Bacc. Laur., Rad. Ireos, — Helleb. nigr., Sem. Cumin. aa Drachm. sex, Ol. Laterum Unc. tres, Camph. (in Ol. solut.) Unc. semis. M. — Ph. Sard. aliquid abest, quod perstringere non opus est. Si singulis Empl. Libris addideris Mercurii Vivi Unc. tres, cum Terebinth. Unc. una et semis extincti, habebis Empl. Diabotanum cum Mercurio.

EMPLASTRUM DIACHALCITEOS v. Empl. Diapalmae. (p. 323)

EMPLASTRUM DIACHYLON COMPOSITUM. Gummipflaster. *Emplâtre Diachylon gommé.*

Synon.: Emplastrum Lithargyri compositum Ph. Borus., Saxon., Slesv.-Hols., — Gummosum Ph. Belg., Dan., Edinb., Fuld., cum Gummi-Resinis v. Gummi resinosum Ph. Gall., Suec., — Oxyduli Plumbi semivitrei gummosum Ph. Batav. et Bavar., — Galbani Ph. Dubl., — Galbani composit. Ph. Lond. Americ., — Ammoniaco-Galbanicum Ph. Fenn. Zusammengesetztes Bleiglätt- oder Diachylonpflaster. *Emplâtre de litharge composé, — de Gommes-Resines etc.*

Rec. Emplastri Diachylon simplicis Libras quatuor,
Cerae flavae Libram dimidiam,

liquatis et aliquantulum refrigeratis admisce
Ammoniaci,
Galbani ana Uncias quatuor,
in Terebinthinae communis Unciis quatuor caloris adminiculo antea solutas. Fiat lege artis emplastrum, cum aqua in magdaleones formandum, loco frigido asservandum. — *Vis:* emolliens, digerens, maturans, sed et irritans, suppurationem promovens.

Usus: Tumoribus variis glandularum, abscessibus imponitur, nocturno tempore cataplasmatis vicarium, cutem gummatibus reddit agiliorem.

Sit Emplastrum flavo-fuscescens, ductile, linteis optime adhaerens; Galbanum redoleat. Gummatibus non bene solutis noduli insunt; temporis lapsu Olea aetherea Galbani, Ammoniaci et Terebinthinae in auras abeunt, quare indurescit et in deterius vergit.

Formula nostra, e Ph. Boruss. desumta, usu diuturno spectata atque probata, Pharmacopoeis quoque placuit Hannov., Oldenb., Polon., Slesv.-Holsat. et simplicitudine et recta ponderum ratione nobis arridet. — Ph. Hass. pro Cera addit insuper Empl. Diachyl. simpl. Libr. semis. — Ph. Danic. Cerae vult. Uncias octo, et addit Croci Unc. semis. — Ph. Ross., uti et Swediaur., omnino omittunt Ceram et Crocum, cet. par. ac Boruss.; Ph. Amstel. Terebinth. Unc. tres, Cerae Unc. quatuor, cetera uti Boruss. — Ph. Batav. et Belg.: Rec. Empl. Diachyl. s. Libr. quatuor, Cerae, Ammoniaci, Galbani ãã Unc. sex, Terebinth. Unc. quatuor. Van Mons: Terebinth. et Cerae ãã Unc. duas praecipit, Sagapeni addit Unc. duas, ceteris Ph. Bor. adnuit. — Ph. Lusit. Rec. Empl. Diachyl. s. Libr. tres, Ammoniaci colati Unc. sex, Cerae flav. Unc. tres. — Ph. Lond. et Amer. Rec. Empl. Diachyl. s. Libr. tres, Galbani Unc. octo, Terebinth. comm. Drachm. decem, Resin. Pin. Unc. tres. — Ph. Fenn. Rec. Empl. Diachyl. (Ph. Suec. Empl. Cerae, cet. par.) Unc. sex, Cerae flav. Unc. unam, Ammoniaci, Galbani ãã Unc. unam. — Ph. Saxon. Rec. Empl. Diachyl. s. Libr. quatuor, Ammoniaci, Galbani Terebinth. ãã Unc. sex, Cerae flav. Unc. novem. — Ph. Dubl. Rec. Empl. Diachyl. s. Libr. duas, Galban. Unc. sex, Cerae flav. Unc. quatuor. — Ph. Edinb. Rec. Empl. Diachyl s. Libr. duas, Ammoniaci, Galban., Cerae ãã Unc. tres. — Ph. Austr. Rec. Axung. Unc. sedecim, Litharg. Unc. octo, fiat l. a. empl. non adustum, ope Aquae guttulis inspersis evitandum, admisce Ammoniaci Unc. tres, in Terebinth. Unc. una solutas, denique Cerae Unc. quatuor et Resinae Unc. duas. — Ph. Bavar. Rec. Litharg. Unc. duodecim, Cerae Unc unam et semis, liquefactis mixtis adde Terebinth. Unc. unam, Ammoniaci, Galbani ãã Unc. dimid. — Ph. Brem. et Ferrar. Rec. Empl. Diachyl. s. Libr. quinque, Cerae Unc. novem, Ammoniaci Unc. quatuor, Galban Unc. duas, Terebinth. Unc. sex. — Disp. Fuld. Rec. Cerae flav. Libr unam, Sevi Libr. semis, Ol. Oliv. Unc. tres, Ammoniaci in Aceto scillit. soluti Unc octo, Terebinth. Ven. Unc. unam. — Ph. Wirt. et Brunsv. Rec. Empl Diachyl. s. Libr. unam, Ammoniaci, Galbani (in Aceto solut.) ãã Unc. unam, Croci Drachm. unam et semis. — Plures denique Codices Sagapenum, Bdellium, cet. addunt. Ph. Gall. Rec. Empl. Diachyl. s. Libr. tres (et Unc. tres 1818), Cerae flav., Picis alb., Terebinth. Ven. ãã Unc. tres, Ammoniaci, Bdellii, Galbani, Sagapeni ãã Unc. unam, cui formulae Henry et Guib. adsentiunt. — Ph. Argent. (1757) Rec. Empl. Diachyl. s. Unc. viginti, Ammoniaci, Galbani, Opopanac., Sagapeni ãã Unc. semis, Terebinth. Unc. duas; prope accedit ad Disp. Vienn. (1727). — Disp. Brand. et Hamb. Rec. Empl. Diachyl. s. Libr. semis, Ammoniaci, Galbani, Opopanac., Sagapen. ãã Drachm. duas, Cerae, Terebinth. Unc. unam, Croci Scrup. unum, Ol. Chamom., — Lilior. ãã Unc. semis. — Ph Danic. (1772) et Spielmann. Rec. Empl Diachyl. s. Libr. tres, Cerae flav. Unc. quatuor, Terebinth. Ven. Unc. duas, Ammoniaci, Galbani, Opopan., Sagapeni ãã Unc. unam, Croci (Spir. Vini macerati) Drachm. duas. — Ph. Sard. Rec. Empl. Diachyl. s. Libr. quatuor et semis, Cerae, Terebinth. ãã Unc. quatuor, Ammoniaci, Galbani, Bdell., Sagapen. ãã Unc. unam et semis, Croc. Drachm. duas. — Ph. Hispan. Rec. Empl. Diachyl. s. Libr. tres, Ammoniaci, Galbani, Bdell., Sagapen. ãã Unc. unam, Vini albi (pro solvendis Gummat.) Libr. unam. — Ph. Genev. Rec. Empl. Diachyl. s. Libr. quatuor et semis, Galbani Libr. unam, Terebinth., Oliban. ãã Unc. sex. — (Emplastrum e Mucilaginibus, a codicibus veteribus non bene distinctum, suo loco separandum putavimus.)

EMPLASTRUM DIACHYLON MINUS vid. sequens.

EMPLASTRUM DIACHYLON SIMPLEX. Einfaches Bleipflaster. *Emplâtre simple.*

Synon.: Emplastrum Lithargyri simplex Ph. Bor., Hann., Slesv.-Hols. — Oxydi Plumbi semivitrei Ph. Bat. et Belg., — de Oxydo Plumbi semivitreo Ph. Gall.,

— Plumbi Ph. Lond., Amer., — Oxydi Plumbici Ph. Fenn., Suec. — commune Ph. Danic., — simplex etc. Gemeines Bleipflaster. Einfaches Diachylon- oder Bleiglättepflaster.

Rec. Lithargyri subtilissime pulverati Libras quinque,
Olei Olivarum Libras novem.
Coque moderato igne, spathula semper agitando, et pauxillum Aquae communis calidae subinde instillando, ad justam emplastri spissitudinem.

Vis: resolvens, maturans, discutiens.

Usus: Rarius per se adhibetur; corpus est pro variis emplastris; extempore quoque admiscetur Emplastris herbaceis, narcoticis; linteo ejusdem tenuissimum stratum illinitum Sparadrapum praebet.

Sit recens albidum colore luteo non nisi levissime tinctum, tenax, non unguinosum vel rancidum, frigidum fragile, diffractum Lithargyri partes conspicuas non monstret.

Formulam nostram, a Ph. Bor. praeceptam, Pharmacopoeae plurimae, idque ceterum laude dignissimae, secutae sunt, uti Bavar., Hannov., Oldenb., Saxon., Suec., Slesv.-Hols.; Ph. Dubl. ab initio addit Aquae bullientis Libr. duas Discrepant ceterae et rerum indole, et ponderum ratione.

A. *Sine mucilaginibus. a) Cum Oleo Olivarum.* Ph. Brem., Danic., Edinb., Ferrar., Ross., quas et scriptores Gray, Taddei, Ferrarini secuti sunt, praecipiunt Ol. Olivar. Libr. decem, et preterea Ph. Amer. et Lond. ab initio addunt Aquae Libr. duas et semis. — Ph. Lond. (1836) Litharg. Libr. sex, Ol. Olivar. Libr. decem, Aquae Unc. triginta duas. — Ph. Lusit. Ol. Olivar. non nisi Libr. octo vult. — Ph. Fenn. recipit Ol. Olivar. Libr. sex, Litharg. Libr. octo — Swediaur praecipit Litharg. Part. unam, Ol. Olivar. Part. quatuor. — Ph. Hass. Litharg. Libr. quatuor, Ol. Olivar. Libr. septem. — Ph. Parm. Rec. Litharg. Libr. duas, coque cum Acet. dest. Unc. sex per $^1/_4$ hor., tum adde Ol. Olivar. Libr. quatuor, Aquae q. s.

β) Cum Axungia. Ph. Polon. et Van Mons: Rec. Litharg. Libr. sex, Axung. dep. Libr. quindecim. Ph. Austr. Litharg. Libr. quinque, Axung. Libr. decem. *γ) Cum Ol. Olivar. et Axungia.* Ph. Gall., Henry et Guib. Rec. Litharg., Axung., Ol. Olivar. āā Libr. quatuor, Aq. commun. Libr. octo. — Ph. Amstel. et Bat. Rec. Litharg., Ol. Olivar. āā Libr. tres, Axung., Aquae āā Libr. duas.

B. *Cum Mucilaginibus.* Jam pridem nomen Emplastri, a mucilagine, quae graece χυλός dicitur, desumtum, improprie Emplastro Lithargyri inhaesit. Formula pervulgata est: Rec. Mucilag. Foeni Graeci, — Lini, — Rad. Althaeae āā Libr. unam, Ol. Oliv. Libr. tres, Litharg. Libr. unam et semis. Mucilagines immiscentur Emplastro seorsum parato, et coctione ad Empl. spissitudinem evaporent; sec. Disp. Argent., Augustan., Brand., et Hamb., Palat., Prag. et Ratisb. — Lithargyri Unc. duas volunt Ph. Brunsv., Danic. (1772), Herbip., Sard., Wirt. — Ph. Hisp.: Rec. Rad. Althaeae, Sem. Lini āā Libr. semis, cum Aq. Libr. octo fiat coquendo et colando mucilago; hujus Mucilag. Libr. tres, Litharg. Libr. duae, Ol. Olivar. Libr. quatuor coquantur ad Empl. soliditatem — Disp. Lipp. Empl. alb. coct., — emollient. āā.

EMPLASTRUM DIAGALBANI Bate.

Rec. Galban. Acet. solut. Libr. unam, Cerae Unc. octo, Terebinth. Unc. quinque.

EMPLASTRUM DIAPALMAE v. Diachalciteos.

Rec. Axung., Ol. Olivar., Fol. Querc. rec. āā Libr. duas, coque ad humidi consumtionem. Colaturae adde Litharg. Libr. tres; inter coctionem adde solutionem Vitrioli alb. Unc. trium in Aq. font. Libr. duabus. — Disp. Hamb., Prag., Vienn. et Palat. Rec. Axung. veteris Libr. duas, Litharg., Ol. Olivar. Libr. tres, Vitriol. alb. (Aq. solut) Unc. quatuor, (Disp. Brand. addit Ol. Diapalm. Unc. sex, Ramorum Palmae tener. vel fol. Querc. Man. quatuor.). — Disp. Argent. Rec. Decoct. Fol. Querc., Ol. commun., Litharg., Axung. āā quantum vis, Vitriolum alb. autem omittit. — Soubeiran: Rec. Empl. Diachyl. s. Libr. octo, Cerae alb. Unc. octo, (Henry et Guib. āā Unc. novem) Vitriol. alb. Unc. quatuor. — Van Mons: Rec. Litharg., Ol. Olivar. āā Unc. novem, Axung. Unc. sex, Vitriol. alb. Unc. unam. — Piderit: Aluminis Drachm. unam addit Emplastro ex Litharg. Libr. duabus, Axung. Libr. tribus parato. — Taddei imo Vitrioli viridis Unc. duas admiscet miscellae Empl. Diachyl. s. Libr. duarum, Axung. Unc. sex. (Empl. Diachyl. s. falso Diapalmae a Ph. Hispan. nuncupatur.)

EMPLASTRUM DIAPHOENICON vid. Emplastrum Diapalmae; Empl. Diaphoenicon calidum et frigidum Disp. Florent. mixtiones satis ineptae, meritae oblivioni tradendae.

EMPLASTRUM DIAPHORETICUM Mynsichti.

Ex Armamentar. Hadr. de Mynsicht p. 509.

Rec. Cerae flav. Unc. undecim, Colophon., Bdellii āā Unc. quatuor, Succin. Unc. tres, Ammoniaci, Terebinth. Ven. āā Unc. duas, Galbani, Sandaraci āā Unc. unam, Mastiches, Oliban. āā Unc. semis. M. l. a. — Hanc formulam immutatam receperunt Ph.

Palat., Wirt., August., Ratisb., Prag. cet. — Ph. Saxon. Rec. Cerae flav. Libr. unam, Colophon., Terebinth. āā Unc. quatuor, Ammoniac. Unc. duas, Galban. Unc. unam, misce l. a.; adde Myrrh. Unc. quatuor, Succin. Unc. tres, Bacc. Junip. Unc. duas, Oliban., Mastich. āā Unc. semis. — Van Mons: Rec. Elemi, Sagapeni āā Unc. unam, Ammoniac. Unc. duas, Terebinth. Unc. tres, Bdell., Succin. āā Unc. quatuor, Cerae Libr. unam. — Ph. Sard. Resin. Pin. Libr. unam, Terebinth. Unc. sex, Sandarac. Unc. quatuor, Ammoniac., Galban. āā Unc. tres, Sulphur. Unc. duas. M. Brevius ab auctore Mynsichtio ipso commendatur: Cerae Unc. sedecim, Bdell. Unc. quinque, Coloph., Pic. naval. āā Unc. quatuor, Succin. Unc. tres, Ammoniac. Unc. duas.

EMPLASTRUM DIAPHORETICUM Plenckii vid. antecedens.

EMPLASTRUM DIAPOMPHOLYGOS s. Zincico-Plumbicum.

Ph. Fenn. et Suec.: Rec. Cerae flav. Libr. unam, Ol. Olivar. Libr. semis, colliquatis subige Plumb. ust. Libr. semis, Ceruss. Unc. quatuor, Flor. Zinci Unc. tres, Oliban. Unc. unam et semis. — Ph. Batav. sumit. Ol. Olivar. Unc. septem, cet. par. — Ph. Saxon. Rec. Empl. grisei Unc. sedecim, Plumb. usti Unc. unam. — Ph. Wirt. et Brunsv. Ol Solani (vel Olivar.), Cerae alb. āā Libr. duas et semis, Ceruss., (Plumb. ust.) āā Libr. semis, Flor. Zinci, Oliban. āā Unc. quatuor — Spielmann: Rec. Ol. Solan. (vel Oliv.) Unc. triginta quatuor, Plumb. ust. Unc. sex, Flor. Zinci, Oliban. āā Unc. quatuor. — Ph. Amstel. Rec. Ol. Olivar. Libr. duas et semis, Cerae Libr. tres, Plumbi ust. Libr. unam, Cerussae Unc. octo, Flor. Zinci Unc. sex, Olibani Unc. duas et semis. — Ph. Hann. (1819) in recentiore editione (1833) deest. Rec. Ol. Olivar. Unc. quindecim, Cerae flav. Unc. sedecim, Plumbi usti, Cerussae āā Unc. tres, Flor. Zinci, Oliban. āā Unc. duas. — Van Mons: Rec. Resin. Unc unam, Plumb. usti, Flor. Zinci, Tutiae praep. āā Unc. duas, Ol. Olivar. Unc. sex, Cerae alb. Unc. octo, Ceruss. Unc. decem.

EMPLASTRUM DIAPOMPHOLYGOS HAMBURGENSIUM.

Rec. Ol. Saniculae Libr. tres, Cerae flav. Libr. sex, Ceruss. Libr. duas, Plumb. ust. Libr. tres, Flor. Zinc., Oliban. āā Libr. unam, Terebinth. Drachm. sex vel q. s.

EMPLASTRUM DIASULPHURIS CAMPHORATUM Grindel.

Rec. Cerae ex Baccis Cinnamom. Unc. sex, Bals. Sulph. Camphorat. Unc. duas, Cerae flav. q. s.

EMPLASTRUM DIASULPHURIS Rulandi vel Sulphuratum Rulandi.

Rec. Balsam. Sulphur. Terebinth., Cerae flav., Colophon. āā Unc. sex, Myrrh. Libr. unam et semis. M. Sec. Ph. Palat., Wirt., Danic. (1772). Non multum absunt Disp. Prag. et Brand., Bate et Pidereit. Rec. Balsam. Sulphur. Terebinth. Unc. tres, Cerae Unc. semis, Colophon. Drachm. tres, Myrrh. ad pondus omnium. Myrrha ceteris liquefactis inspergitur et spathula subigitur — Disp. Hamb. vet. Colophon. Unc. semis, cet. par. — Ph. Argent. Rec. Cerae flav. Libr. duas, Bals. Sulphur. Tereb. Libr. unam, Colophon. Libr. unam et semis, Myrrh. Libr. unam. — Spielmannus: Balsam. Sulph. Tereb. Unc. sex, Cerae Unc. duas, Myrrh. Unc. novem.

EMPLASTRUM DIGITALIS.

Ph. Fenn. Rec. Cerae flav. Libr. unam, Colophon., Ol. Olivar. āā Libr. semis; liquatis, semirefrigeratis admisce Pulv. Fol. Digitalis Libr. unam. — Van Mons: Rec. Cerae flav., Faeculae rec Hb. Digitalis āā Unc. quatuor, Resinae Pini Unc. duas, Ol. Olivar. Unc. unam.

EMPLASTRUM DIVINUM.

Ph. Wirt. et Disp. Vienn. Rec. Litharg. Libr. unam et semis, Ol. Olivar. Libr. tres, coque ad Empl. consistentiam, adde Cerae flav. Unc. octo, Lap. Magnetis praep. Libr. semis, Ammoniaci, Galbani, Opopan., Bdellii āā Unc. tres, Myrrh., Olibani, Mastich., Aerug., Aristolochiae rotundae āā Unc. unam et semis, Terebinth. Unc. quatuor. — Henry et Guibourt: Rec. Empl. Diachyl. simpl. Libr. tres et semis, Cerae flav. Unc. octo, Terebinth. Unc quatuor, Galbani, Ammoniaci, Opopanac., Bdellii āā Unc. tres, Myrrh., Mastich., Olibani, Rad. Aristoloch, Aeruginis āā Unc. unam et semis, Lap. Magnet. pulv. Unc. sex. — Spielmannus: Rec. Litharg. Unc. sedecim, Ol. Oliv. Unc. triginta duas, Axung. Unc. unam; coctis l. a. adde Cerae Unc. octo, Galban., Myrrh., Bdellii āā Unc. duas, Ammoniaci Unc. tres, Olibani, Opopan., Mastich., Rad. Aristoloch. rot. āā Unc. unam, Magnetis Unc. unam et semis. — Van Mons: Rec. Axung. Unc. unam, Myrrh. Unc. unam et semis, Resin. Pini Unc. duas, Empl. Diachyl. simpl. Libr. tres, — compos. Unc. sex.

EMPLASTRUM AD DOLORES DENTIUM, siv. Emplastrum odontalgicum, s. antiodontalgicum, s. mastichinum. Pflaster gegen Zahnschmerzen. *Emplâtre Odontalgique.*

Ph. Argent., Palat., Ratisb. Rec. Carann., Mastich., Elemi, Tacamahac. āā Unc. unam, Storac. Calam. Unc. semis, Ol. Nucist. Scrup. octo, Terebinth. Unc. semis. — Disp. Brunsv. Rec. Mastich. Unc. unam et semis, Anime, Elemi, Tacamahac. āā Unc. semis, Cerae flav. Unc. tres, Ol. Mastich. Unc. semis, Terebinth. Drachm. duas. — Ph. Wirt. et Sard. Rec. Tacamahac., Elemi, Mastich. āā Unc. unam, Opii Drachm. duas, triturando misce cum Terebinth. Venet. Drachm. duabus. — Van Mons praecipit Picis nigr., Resin. Pini āā Unc. unam, Cantharid., Storac. liq. āā Unc. duas. — Henry et Guib. (*Emplâtre calmant*). Rec. Resin. Pin. Drachm. sex, Tacamahac., Elemi, Opii āā Drachm. duas,

Mastich., Olibani, Camphor. āā Drachm. unam. Hujus formulae non multum absimile Emplastrum Opiatum seu Cephalicum quorumdam. — Disp. Vienn. Rec. Tacamahac. Unc. duas, Ladan., Mastich. āā Unc. unam, Ol. Nucist., Balsam. Indic. nigr., Cerae flav. āā Unc. semis, Succin., Pulv. Cubeb. āā Drachm. unam, Castorei Drachm. semis.

EMPLASTRUM DOMESTICUM.
Rec. Colophon., Cerae āā Unc. quatuor, Terebinth. Ven. Unc. unam, Ung. Popul. Unc. duas, Pulv. Succin., Oliban., Mastich., Myrrh., Aloës āā Unc. unam, Rad. Dictamn., — Gentian., — Aristol. rot. āā Drachm. duas, Alumin. ust., Salis āā Drachm. sex, Camphor. Drachm. unam. M.

EMPLASTRUM DOMUS MISERICORDIAE.
Rec. Minii Libr. unam, Ol. Olivar. Libr. duas, Resin. Pini, Cerae flav., Sevi āā Unc. duas, Terebinth. Ven. Unc. unam et semis.

EMPLASTRUM EMOLLIENS vid. Empl. citrinum et de Mucilaginibus.

EMPLASTRUM EPILEPTICUM Disp. Brand.
Rec. Succin., Oliban., Mastich. āā Drachm. semis, Galban., Opopan. āā Scrup. unum, Visci quercin. Drachm. duas, Sem. Paeoniae Drachm. semis, Ladan. Drachm. unam et semis, Ol. Nucistae parum.

EMPLASTRUM EPISPASTICUM vid. Emplastrum Vesicatorium; praeterea formulae feruntur: Rec. Ammoniaci, Cerae flav. āā Unc. tres, Terebinth. Ven. Unc. duas et Drachm. duas, Ol. Cantharid. Unc. unam; liquatis, semifrigefactis agitando immisce Euphorbii, Pulv. Rad. Pyrethri āā Unc. duas et Drachm. duas. — Alia: Rec. Picis navalis, Terebinth. comm. āā Unc. unam, Cerae flav., Olibani āā Unc. semis, Ammoniaci, Galbani āā Drachm. duas, liquatis, ab igne remotis adde Flor. Sulphur. Unc. semis, Pulv. rad. Pyrethri, Euphorbii, Sal. Sodae āā Drachm. duas.

EMPLASTRUM EPULOTIVUM s. Oxydi Plumbi epulotivum Ph. Hisp.
Rec. Litharg., Ol. Olivar., Axung. āā Libr. tres, fiat Emplastrum, Aquae guttulas instillando, ad modum Empl. Diachyl. s., adde Cerae alb. Unc. novem, Resin. Pini Unc. sex, coque iterum ad Empl. spissitudinem. Paullulum abest ab Empl. Diachyl. simpl. (p. 322)

EMPLASTRUM EQUINUM Rennie.
Rec. Picis Burg. Unc. quatuor, Picis nigrae liquid. Barbad. Unc. duas, Cerae Unc. tres, Minii Unc. quatuor. Liquando misce. Nimis spissum Axungiae pauxillo addito emollescit.

EMPLASTRUM EUPHORBII Van Mons. — Picis naval. Unc. sedecim., Terebinth. Unc. tres, Euphorbii Drachm. sex. (Praeterea a quibusdam Emplastri Euphorbii nomine Empl. Vesicatorium perpetuum, vel Emplastrum ischiadicum s. rubefaciens, quae vide, intelliguntur.)

EMPLASTRUM DE EUPHORBIO Lemery.
Rec. Cerae flav. Unc. octo, Pic. naval., Terebinth. āā Unc. quatuor, Euphorb. Unc. unam.

EMPLASTRUM FARINACEUM Fuller.
Rec. Pulv. Oliban. Unc. unam, Vitell. Ovor. N°. octo, Farin. Hord. q. s.

EMPLASTRUM FEBRIFUGUM Bate.
Rec. Mastich. Unc. sex, Aloës Drachm. duas, Boli Armen. Unc. tres, Euphorb., Staphisagr., Bacc. Lauri āā Drachm. duas, Fuliginis, Sal. nigr. Drachm. unam et semis, Terebinth. Unc. tres v. q. s.

EMPLASTRUM FEBRIFUGUM Strobelberger Disp. Prag. et Vienn. mixtio ridicule conflata, araneas earumque telas continens.

EMPLASTRUM FERRI vid. Emplastrum defensivum rubrum (p. 320).

EMPLASTRUM FILII vid. Emplastrum de Spermate Ceti compositum.

EMPLASTRUM FILII Zachariae s. Unguentum Filii Zachariae vel Unguentum Medullae mucilagineum. Ph. Hisp., Disp. Hamb., Prag., Vienn. et Ph. Wirt. Rec. Cerae alb., Sevi cervin. āā Libr. unam, Axung. Anseris, — Gallinae āā Libr. semis. — Ph. Hispan. Rec. Cerae alb., Medull. bovin., Axung āā Unc. sex, Ol. Lini Unc. quinque, Mucilag. Sem. Lini spiss. Unc. sex. M. l. a.

EMPLASTRUM FLAVUM vid. Emplastrum citrinum (p. 318).

EMPLASTRUM, FLOS UNGUENTORUM DICTUM.
Rec. Resin. alb., Terebinth. comm., Cerae flav., Sevi āā Unc. sex, Oliban. Unc. quatuor, Terebinth. Chiae Unc. duas et semis, Myrrh., Mastich. āā Unc. unam, Camphor. Drachm. duas, Vini alb. Unc. sex. Disp. Lond. vet. et Gray.

EMPLASTRUM FOENI GRAECI s. e Foeno Graeco vid. Emplastrum e Mucilaginibus. (p. 335)

EMPLASTRUM FOENUGRAECI COMPOSITUM Eimbcke, s. malacticum.
Rec, Cerae flav. Libr. unam, Tereb. comm. Unc. quinque, Sevi taurin., Resin. Pini flav. āā Unc. quatuor, Galban. Unc. duas; liquatis adde Pulv. Foenugraeci, Sem. Lini āā Unc. tres, Gumm. Ammon., Rad. Curcum. āā Unc. duas; f. Emplastrum. Cod. Hamb. (1835) recepit.

EMPLASTRUM FOETIDUM. Stinkendes Pflaster. *Emplâtre fétide.*

Synon.: Emplastrum resolvens Schmucker, — Asae foetidae Ph. Batav., Belg., — Asae foetidae et Ammoniaci Ph. Bav., — antihystericum, — Galbani roborans, Scutum pro Umbilico. Ph. Hispan.

Rec. Ammoniaci depurati Libr. unam,
Asae foetidae depuratae Uncias quatuor,
super lenem ignem emollitis immisce
Saponis Hispanici pulverati Uncias duas,
Olei Olivarum Unciam unam,
ut fiat emplastrum.

Vis: resolvens, antispasmodica.

Usus: Ad dissipandos tumores lymphaticos et bursarum mucosarum adhibetur; umbilico Hystericorum imponitur.

Sit Emplastrum griseo-fuscum, frigore fragile, durum, caloris parvo incremento, ut aestate, emollescens, agglutinans. Servetur loco, quantum fieri potest, frigido, in vase e ferro laminato, ut adjunt, albo, bene clauso, ne Olei aetherei jactura in deterius vergat. Valde Asam redoleat.

Pharmacopoearum satis magna discrimina in parando Emplastro foetido, et rerum indole, et ponderum ratione, obveniunt. Emplastrum matricale Codicum veterum (quod vide infra) adjectis pluribus materiis et Resinis differt. Formulam nostram ex Ed. 3 Ph. Bor. sumtam et Ph. Hann., Oldenb., Saxon., Slesv.-Holsat. amplexae sunt. — Ph. Hass. Ol. Olivar. praecipit Unc. dimidiam, et Saponis Unc. quatuor. — Ph. Boruss. (Ed. 5) plane omisit. — Ph. Polon. pro Ol. Olivar. Axungiae tantundem sumit. — Schmucherus materias, Ol. Olivar. omisso, in Spiritus Vini s. q. solvi, et ad justam spissitudinem evaporari docuit; sed vaporum spirituosorum extricatione uti et temporis longiore spatio, per quod massa resinosa calori exponitur, indolis aethereae detrimentum majus efficitur. — Ph. Fenn. et Suec. Rec. Cerae flav. Unc. quatuor, Ol. Olivar. Unc. unam, Resin. alb. Unc. dimid., liquefactis per cribrum adjiciuntur Asae foetid., Galban. āā Unc. duae. — Ph. Bavar. Rec. Resin. alb. Unc. unam, Cerae flav. Unc. octo, Ol. Olivar. Unc. duas, Asae foetid., Ammoniaci āā Unc. quatuor. — Ph. Batav. et Edinb. et Americ. Rec. Empl. Diachyl. simpl., Asae foetid. āā Unc. duas, Galbani, Cerae flav. āā Unc. unam. — Ph. Hispan. (Empl. Galbani roborans). Rec. Asae foetid., Galbani āā, misce cum s. q. Tinctur. Castorei ad Empl. spissitudinem et extende supra alutam ut fiat Scutum orbiculare. — Ph. Hamb. p. p. Rec. Ammoniaci, Asae foetid. āā Unc. unam et semis, Sapon. Ven. Drachm. sex, Acet. Vin. q. s. ut fiat Empl. — Henry et Guibourt: Rec. Galban. Unc. duodecim, Asae foetid., Resin. alb., Cerae āā Unc. sex. — Van Mons: Cerae Unc. tres, Asae foetid., Galban., Oliban. āā Unc. unam.

EMPLASTRUM AD FONTICULOS ALBUM. Disp. Prag. et Vienn. Rec. Cerae alb. Unc. sex, Sevi cervin. Unc. quatuor, Terebinth. Ven. Unc. unam et semis, Ol. Rosar. (sc. coctum) q. s. — Van Mons: Rec. Ceruss., Terebinth. coct. āā Unc. unam, Sevi Unc. duas, Cerae alb. Unc. sex. Chartae obductum Sparadrapum album dicitur.

EMPLASTRUM AD FONTICULOS RUBRUM, Sparadrapum rubrum. Ph. Palat., Disp. Prag., Vienn. Rec. Cerae flav. Unc. sex, Sevi cervin. Unc. duas, Ol. Lilior. coct., Terebinth. Ven. āā Unc. unam et semis, Minii Unc. quatuor. — Van Mons: Rec. Minii, Terebinth. coct. āā Unc. unam, Sevi Unc. duas, Cerae alb. Unc. sex. — Gray: Cerae flav. Unc. sex, Minii, Terebinth. āā Unc. quatuor, Cinnab., Ireos Flor. āā Unc. unam, Moschi Gran. quatuor.

EMPLASTRUM AD FRACTURAS ET LUXATIONES s. catagmaticum. Ph. Wirt. Rec. Cerae Unc. sex, Picis Libr. unam, Terebinth. Unc. duas; liquefactis insperge Rad. Consolid. maj., — Ulmariae, Boli Armen. āā Unc. duas. — Ph. Palat. Rec. Resin. alb. Libr. tres, Cerae flav. Libr. unam, Terebinth. Libr. semis, Rad. Consolid. maj., — Ulmariae āā Unc. tres; Boli Armen. Unc. sex, Lap. Haematid. Unc. unam. — Disp. Brunsvic. Resinae alb. Unc. triginta duas, Terebinth. Unc. octo, Rad. Consolid. et Ulmar. āā Unc. quatuor. — Spielmann: Rec. Colophon. Libr. duas, Terebinth. Unc. sex, Rad. Bistortae, — Consolid., — Tormentill. āā Unc. tres. (Non absimile Empl. defensiv. rubr. (p. 320) quoad virtutem.

EMPLASTRUM PRO FRACTURIS DICTUM Ph. Parm.
Rec. Empl. Diachyl. simpl. Libr. duas et semis, Cerae flav., Terebinth. āā Unc. quinque, Pulv. Sarcocoll., — Sang. Dracon. āā Unc. duas, Oliban., Myrrh., Mastich. āā Unc. unam.

EMPLASTRUM FRIGIDUM Riedlini Ph. Argent. — Mixtio resinarum, Oleorum, Radicum inconsiderate accumulatorum.

EMPLASTRUM FULIGINIS Bernhardi. — Resinae alb. liquatae admisce Fuliginis quantum satis ad Empl. consistentiam. — Disp. Hamb. Rec. Theriac. Unc. duas, Fermenti, Terebinth. āā Unc. quatuor, Mellis Rosat. Unc. unam et semis, Butyr. recent. Unc. quatuor, Sal. commun. Unc. duas, Fuliginis Unc. tres, Sapon. Venet. Unc. octo, Croci Drachm. sex, Vitell. ovor. N°. octo.

EMPLASTRUM FUNDANS s. resolvens Sec. Cadet.
Rec. Ol. Olivar. Unc. viginti octo, Minii

Libr. unam, Cerae flav. Unc. quatuor, Terebinth. Ven.. Pulv. Lap. Magnet. āā Unc. unam et semis, Oliban., Mastich., Myrrh., Alumin. āā Drachm. tres, Camphor. Drachm. duas. — Bories: Rec. Empl. Diabotani Unc. duas, Succ. Solani nigr. Drachm. duas, Vitell. Ovi unum, Amalgamatis Mercur. et Plumbi, part. aeq., Drachm. duas, Cetacei Drachm. unam et semis.

EMPLASTRUM AD FUNGOS ARTICULORUM sec. Spielmann.

Rec. Picis naval. Unc. tres, Cerae, Terebinth. āā Unc. unam, Pulv. Pyrethri, Salis comm. decrepitat., Euphorb. āā Unc. duas, Ammoniaci, Galbani, Mastich., Olibani āā Unc. unam.

EMPLASTRUM FUSCUM vid. Emplastrum Matris. (p. 332)

EMPLASTRUM GALBANI s. Galbani compositum vid. Emplastrum Diachylon compositum (p. 321).

EMPLASTRUM GALBANI CAMPHORATUM sec. Augustin.

Rec. Empl. d. Galban. crocat. Unc. semis, Camphor., Petrol., Sal. alcal. volat. sicc. āā Drachm. semis.

EMPLASTRUM DE GALBANO CROCATUM.

Mynsichti. Safranhaltiges Mutterharzpflaster. ***Emplâtre de Galbanum safrané.***

Synon.: Emplastrum Galbani compositum s. Galbani (Lond. 1836), Emplastrum Croci sativi compositum. Non confundatur cum Emplastro Oxycroceo, quod vide infra, omissis Emplastris simplicibus, additis vero Resinis balsamicis Ammoniaco, Mastiche, Myrrha, Olibano cet., bene distincto.

Rec. Galbani in Aceto soluti et juste inspissati Uncias sex,
Emplastri Meliloti,
— Diachylon simplicis āā Uncias tres,
Cerae flavae Uncias duas,
Terebinthinae Venetae Unciam unam.
Liquando mixtis adde
Croci pulverati Drachmas sex.
Vis: resolvens, discutiens.

Usus: ad tumores duros dolentes, suppurationem quoque promovet.

Sit emplastrum coloris luteo-fusci, duriusculum, calore ductile, telae adhaerens, Galbanum redoleat, servetur in vase e ferro laminato, quod dicitur albo, loco frigido.

Formula Hadriani a Mynsicht, ex ejus Armamentario Chymico (p. 511) desumta, et usu diuturno, et Codicum spectatissimorum concentu sancita est. Arrisit enim Disp. Brand., Ph. Danic. (1772), codicibus Argent., Hamb., Prag., Vienn., itemque Ph. Boruss. ed. 5, nisi quod haec Galbanum Terebinthina, nec Acéto dissolvit. Discrepant dimidia dosi Galbani, Unc. tribus, Disp. Brunsv., Ph. Wirt., Palat., Sard., Henry et Guibourt. — Ph. Hass. et Slesv.-Hols. Rec. Empl. Diachyl. simpl., — Meliloti, Cerae flav., Galbani āā Unc. sex, Terebinth. Ven. Unc. unam et semis, Croci Unc. unam. — Ph. Hispan. Rec. Galbani (Aceto soluti et inspiss.) Unc. sex, Empl. Meliloti, — Diachyl. simpl. āā Unc. quatuor, Cerae Unc. duas, Terebinth Unc. unam, Croci Drachm. sex. — Ph. Saxon. Rec. Empl. Diachyl. simpl., — Meliloti, Galbani āā Unc. unam, Croci Drachm. semis. — Disp. Lipp. Rec. Cerae flav., Terebinth. āā Unc. unam, Empl. Meliloti, Galbani āā Unc. sex, Croci Unc. unam. — Ph. Amstel. Rec. Galbani Libr. unam, Terebinth. Unc. quatuor, Empl. Diachyl. simpl. Libr. unam, Cerae Unc. sex, Croci Unc. unam et semis. — Piderit: Rec. Galbani Unc. sex, Terebinth. Unc. unam, Empl. Meliloti Unc. sex, Cerae Unc. unam, Croci Drachm. sex. — Ph. Brem. Rec. Galbani Unc. quatuor, Terebinth. Unc. duas, Empl. Meliloti Unc. sex, Cerae flav. Unc. duas, Croci Drachm. sex.

EMPLASTRUM GALBANI ROBORANS Ph. Hispan. vid. Emplastrum foetidum (p. 325).

EMPLASTRUM GALBANI SATURNINUM Augustin.

Rec. Empl. de Galban. Croc., — Ammoniaci, — Diachyl. comp. āā Unc. semis, Camphor. Scrup. duos. (Eodem nomine quoque Emplastrum Diachylon compositum appellatur.)

EMPLASTRUM GALBANI SIMPLEX.

Ph. Hisp. Rec. Terebinth. Unc. quinque, Cerae flav. Unc. octo, Galbani, Aceto solut. et juste inspiss., Libr. unam. — Van Mons: Rec. Galbani Unc. unam, Cerae Unc. unam et semis, Empl. Diachyl. simpl. Unc. sex. — Mynsichtius: Rec. Galban. Unc. unam, Pic. naval. Unc. semis, Empl. Diachyl. simpl. Drachm. duas, Sal Ammoniac. Scrup. unum. Augustin: Rec. Galbani Unc. unam, Tinct. Castor. q. s. ut f. Empl.

EMPLASTRUM AD GANGLIA Disp. Brand.

Rec. Ammoniaci, Galbani, Opopanac., Sagapeni, Aceto solutorum, colatorum et inspissatorum, Myrrh. pulv. āā Unc. tres, Ol. Laurini, Spir. Vini āā Unc. unam, Sulphur., Vi-

trioli virid., Salis Ammoniaci āā Unc. semis, Euphorbii Drachm. duas.

EMPLASTRUM GLUTINANS s. glutinosum vid. Emplastrum adhaesivum. (p. 308)

EMPLASTRUM GRAPHITAE.

Rec. Graphitae depuratae Drachm. duas, Empl. saponat Barbette Unc. unam, m.

EMPLASTRUM GRATIA DEI.

Disp. Leid. et Leod. Rec. Cerae, Resinae, Sevi āā Unc. quatuor, Terebinth. Unc. duas, Mastich., Olibani āā Drachm. tres. — Van Mons: Rec. Cerae, Resinae āā Unc novem, Terebinth. Unc. quinque, Olibani Unc. tres. — Disp. Prag., Hamb. Rec. Terebinth. Unc. sex, Resinae Libr. unam, Cerae Unc. quatuor, Mastich. Unc. unam, Hb. Verbenae, — Betonic., — Pimpinell. āā Manip. unum.

EMPLASTRUM GRATIA DEI CUM AERUGINE Disp. Amstel., Roterod.

Rec. Cerae, Resinae, Sevi āā Unc. quatuor, Terebinth. Unc. duas, Aerug., Mastich., Olibani āā Drachm tres.

EMPLASTRUM GRAVIDARUM sec. Fuller.

Rec. Empl. ad Hernias Unc. unam, Cerat. Santalin., Ung. Comitiss. āā Drachm. tres, Ol. Myrt. Drachm. tres et semis, Cerae Unc. semis; liquefactis adde Pulv. Sang. Dracon., Mastich., Boli, Rad. Bistort., Gallar. āā Drachm. semis, Succini, Corall. rubr., Nuc. moschat. āā Scrup. duos, Terebinth. Ven. q. s.

EMPLASTRUM GRISEUM, s. Emplastrum de lapide Calaminari, s. Emplastrum Calaminare, s. Emplastrum Consolidans, Pamphilus Chirurgorum Galmeipflaster. *Emplâtre de Calaminaire.*

Sec. Ph. Wirt. et Disp. Brunsv. cet. Rec. Lapid. Calaminaris praep. Unc. unam, Lithargyri Unc. duas, Olibani, Mastich. āā Unc. semis, Myrrh. Drachm. duas, Tutiae praep. Unc. semis, Cerae flav. Unc. tres, Sevi cervini Unc. quatuor, Terebinth. Unc. unam et semis, Camphor. Drachm. unam et semis. — Disp. Ratisb. et Argent. omittunt Tutiam. — Disp. Brand. Rec. Cerae flav. Unc. sex, Camphor. Drachm. unam, Cerussae Unc. semis, Lap. Calamin., Litharg. āā Unc. duas, Mastich., Myrrh., Oliban., Pulv. Rad. Aristoloch. āā Drachm. duas, Resinae Unc. duas, Sevi Unc. quatuor, Terebinth. Unc. unam semis — Disp. Vienn. Rec. Lap. Calamin. Unc. quatuor, Litharg., Ceruss āā Unc. tres, Oliban., Mastich., Myrrh., Tutiae āā Unc. unam, Camphor. Unc. semis, Terebinth. Libr. semis, Cerae alb., Sevi āā Unc. octo. — Ph. Palat. Olibani, Mastich., Myrrh., Tutiae āā Unc. semis, cetera ac Disp. Vienn. — Disp. Prag. Rec. Lap. Calamin. Unc. unam, Litharg. Unc. duas, Caruss. Unc. semis, Tutiae Drachm. unam, Terebinth. Unc. unam semis, Cerae Unc. tres, Sevi Unc. quatuor, Olibani Drachm. quinque, Mastich. Drachm. tres, Myrrh. Drachm. duas, Camphor. Drachm. unam semis. — Ph. Danic. (1772). Rec. Cerae Unc. tres, Sevi Unc. quatuor, Terebinth., Lap. Calamin., Litharg. āā Unc. unam et semis, Tutiae, Mastich., Oliban. āā Unc. semis, Camphor. Drachm. unam. — Ph. Herbip. Rec. Lap. Calamin., Litharg., Ceruss. āā Unc. sex, Olibani Unc. semis, Mastich. Unc. unam, Ol. Olivar. q. s. — Disp. Fuld. Rec. Lap. Calamin. Libr. unam, Litharg. Unc. sex, Ol. Olivar. Libr. unam et semis. — Ph. Boruss. ed. 5. Rec. Empl. Diachyl. simpl., — albi cocti āā Libr. unam, Lap. Calamin., Olibani, Mastich. āā Unc. semis. — Ph. Suec. et Van Mons: Rec. Empl. Diachyl. simpl. Libr. duas, Cerae Unc. quinque, Sevi, Terebinth. āā Unc. unam et semis, Lap. Calamin. Libr. duas. — Disp. Lipp. Rec. Empl. Diachyl. simpl. Unc. decem, Ol. Olivar. Unc. octo, Lap. Calamin. Unc. sex, Mastich. Unc. unam, Olibani Unc. semis. — Ph. Dan. et Slesv.-Hols. Rec. Empl. Diachyl. simpl., Lap. Calamin. āā Libr. unam et semis, Cerae flav. Unc. sex, Sevi, Terebinth. āā Unc. unam et semis. — Ph. Saxon. Rec. Empl. Diachyl. simpl. Unc. sex, Lap. Calamin. Unc. duas, Mastich., Olibani āā Drachm. unam. — Ph. Hannov. Rec. Empl. Diachyl simpl. Libr. unam, Ol. Olivar. Unc. quinque, Lap. Calamin. Unc. quatuor, Mastich., Olibani āā Drachm. duas (affine Empl. Diapompholygos [p. 324] quod vide.)

EMPLASTRUM GRISEUM COCTUM vid. Emplastrum album coctum (p. 309).

EMPLASTRUM GUIELLERMI SERVITORIS Ph. Hisp.

Rec. Resinae alb., Colophon. āā Libr. duas, Cerae flav. Libr. unam, Terebinth. Unc. octo, liquefactis adde Pulv. Rad. Zingib. Unc. unam et semis, Bacc. Lauri, Sulphur., Sem. Anisi, Hb. Pulegii, Olibani, Croci, Mastich āā Unc. unam et semis, Sem. Amomi Unc. duas.

EMPLASTRUM GUMMOSUM s. gummatum, s. cum Gummi-Resinis, cet., vid. Empl. Diachyl. comp. (p. 321)

EMPLASTRUM HAEMORRHOIDALE Bate.

Rec. Pulv. Litharg. Libr. unam, Axung. Unc unam vel q. s., ut fiat contundendo massa satis dura.

EMPLASTRUM AD HERNIAS, s. pro Herniosis, s. ad rupturas, s. contra rupturam, s. Picis nigrae regium Ph. Hisp., s. Prioris contra rupturam, s. ad Hernias Baumer. Pflaster für Brüche.

Ph. Wirt. Rec. Terebinth. Ven. Unc. quatuor, Mastich. Unc. unam et semis, Cerae Unc. sex, Mastich. Unc. unam et semis, Corae Unc. sex, Myrrh., Oliban., Sang. Dracon. āā Drachm. sex, Rad. Consolid. maj., Sem. Perfoliatae (Bupleur. rotundif. Linn.) āā Unc. unam, Lap. Haematit. praep., Vitriol. virid. calcinat. āā Unc. semis, — Disp. Argent., Prag., Ratisb., Vienn. non multum abeunt ab hac formula. — Ph. Pa-

lat. Rec. Cerae flav. Unc. duas, Terebinth., Bals. Peruv. āā Unc. semis, Colophon. Unc. unam, Mastich., Sang. Dracon. āā Unc. semis, Oliban., Myrrh. āā Drachm. duas, Olei Ovor. q. s. — Spielmann: Rec. Cerae Unc. quatuor, Terebinth. Unc. sex, Pulv. Succ. Acac., — Hypocist., Mastich., Oliban., Rad. Consolid. maj. āā Unc. unam, Alumin., Sang. Dracon. āā Drachm. sex, Nuc. Cupress., Lap. Haematit., Sem. Perfoliat., Vitriol. coerul. āā Unc. semis. — Ph. Hisp. Rec. Picis naval. Libr. unam et semis, Cerae, Terebinth. āā Unc. octo, Ladani depur. Unc. duas, Succ. Hypocistid., in decocto Fructuum Cupressi soluti et inspissati, Unc. unam, Mastich., Rad. Consolid. maj. āā Drachm. duas et semis, Fruct. Cupress. Unc. unam, Boli, Lapid. Haematit. āā Unc. semis.

EMPLASTRUM Hjerneri s. Emplastrum saponaceo-plumbicum.

Ph. Suec. Rec. Sapon. Venet. Unc. decem, solve in Ol. Olivar. Unc. quadraginta quinque, coque cum Minii Libr. una et dimid., Ceruss. Unc. novem, donec colorem fuscum induerit, denique adde Terebinth. Unc. unam et semis. — Van Mons: Rec. Empl, Diachyl. simpl. Libr. quatuor, Sapon. Venet. Unc. quinque, Terebinth. Unc. unam.

EMPLASTRUM HYDRARGYRI cet., vid. Emplastrum mercuriale.

EMPLASTRUM AD HYDROPEM, s. hydropicum Disp. Brand.

Rec. Stercor. Columb., Aceto destill. macerati, Libr. unam, Sulphur. Unc. unam, Pulv. Rad. Enulae, — Ebuli, Bacc. Laur., Sem. Anethi, Flor. Chamomill. āā Drachm. sex, Flor. Sambuc., — Chamomill. āā Drachm. semis, Petrol. q. s. ad formand. Emplastrum.

EMPLASTRUM HYDROPICUM Fuller.

Rec. Empl. Saponat. Unc. duas, Ol. Anisi, Petrolei āā Drachm. semis.

EMPLASTRUM HYOSCYAMI. Bilsenkrautpflaster. *Emplâtre de Jusquiame.*

Synon.: Emplastrum de Hyoscyamo.

Rec. Cerae Libram unam,
Colophonii,
Olei Olivarum āā Uncias sex,
liquatis et semirefrigeratis paulatim immisce
Herbae Hyoscyami pulveratae Libram unam,
ut fiat emplastrum fusco-virens, molliusculum. — *Vis:* resolvens, discutiens, sedans, suppurationem leniter adjuvans, anodyna.

Sit Emplastrum molliusculum, aequabile, digitis tractatum nodulos non praebeat; aqua malaxatum et non satis, aeri exponendo, siccatum repositum mucescit, itemque loco humido asservatum.

Usus: ad tumores dolentes glandularum et viscerum, ad ulcerationes e Vesicatoriis, clavos pedum, haemorrhoidas, cet.

Formula praecepta, simplicitate insignis, et Codicum consensu spectata, mox ceteras oblivioni traditurus speramus. Est enim recepta Ph. Boruss., Dan., Hann., Slesv.-Hols., Suec. — Axungiam pro Oleo Olivarum suadet Ph. Polon. — Ph. Saxon. Cerae Unc. sex jubet, cetera uti supra. — Ph. Hass. Rec. Ol. Olivar. Unc. sex, Cerae flav. Unc. decem, Terebinth. Ven. Unc. quatuor, Pulv. Hb Hyoscyami Unc. sex, Extr. Hyoscyami, in paululo Aquae soluti Unc. unam et semis. — Ph. Batav. Rec. Empl. Diachyl. simpl., Cerae flav. āā Libr. unam, Ol. Olivar. Unc. sex, Pulv. Hb. Hyoscyami Libr. unam. — Ph. Danic. (1772) et Spielmann. Rec. Ol. Sem. Hyoscyami expressi Unc. sex, Succ. Hb. Hyoscyami Libr. unam, ad consumtionem humidi coctis adde Cerae flav. Unc. quatuordecim, Terebinth. Unc. duas, denique Pulv. Hb. Hyoscyami Unc. duas. — Ph. Wirt., Sard, Brunsv. cet. Rec. Ol. Sem. Hyoscyami expressi, Succ. Hyoscyami ex herba āā Libr. unam, ad humidi consumtionem coctis adde Cerae flav. Unc. quindecim, Terebinth. Unc. unam et semis, Pulv. Hb. Hyoscyami Unc. duas. — Disp. Argent, Brand. Rec. Ol. Sem. Hyoscyami express. Succ. Hyoscyami āā quantum placet, coque ad humidi evaporationem, adde Cerae flav., Terebinth. āā tantillum seu q. s — Ph. Oldenb. Rec. Cerae flav. Unc. quatuordecim, Colophon., Ol. Olivar. āā Unc. sex, Pulv. Hb. Hyoscyami Unc. unam. — Ph. Lusit. Rec. Acet. Vini fort. Unc. sedecim, Ammoniaci Unc. octo, solutis, colatis adde Succ. Hyoscyam. inspiss. Libr. unam; evaporet supra lenem ignem, continue agitatum, donec justam spissitudinem adeptum sit.

EMPLASTRUM ICHTHYOCOLLAE vid. Emplastrum Anglicum. (p. 312)

EMPLASTRUM ICTERICUM Fuller.

Rec. Croci puvl. Drachm. duas, Mellis q. s. ut fiat massa.

EMPLASTRUM IMPERIALE.

Disp. Brand. Rec. Bals. Sulphur. extern. Drachm. sex, Camph. Drachm. tres, Cerae flav. Unc. tres, Ceruss. Unc. semis, Empl. Triapharmaci Unc. sex, Ladani Drachm. tres, Litharg. Unc. unam, Myrrh. Drachm. duas, Styrac. Calamit. Drachm. tres. — Ph. Hisp. (Empl. Siliquarum imperiale). Rec. Empl. Picis nigr., — Minii, — Collae ad Herniam (p. 319) āā Unc. quatuor, — Guillerm. Servitor. (p. 328), — Siliquarum (vid. infra),

Croc. Mart. adstr. Unc. semis, Sacch. Saturn., Camphor. aa Drachm. duas. M. l. a. (Non multum differt ab Empl. defensiv. rubr. [p. 320] codicum quorumdam.)

EMPLASTRUM INCOGNITUM vid. Emplastrum Santalinum.

EMPLASTRUM IODATUM sec. Behrend.
Rec. Emplastrum Diachyl. simpl. Scrup. duos, Iodi Drachm semis, Kalii iodat. Scrup. duos, Extr. Opii Drachm. semis.

EMPLASTRUM IODINAE CUM MERCURIO sec. Neumann.
Rec. Kalii iodat. Drachm. unam, Empl. mercurialis Unc. unam. M.

EMPLASTRUM IREATUM Disp. Vienn. (1729)
Rec. Empl. Diachyl. comp. Unc. sex, Pulv. Rad. Ireos, Sem. Cumini aa Drachm. sex, Ol. Chamomill. q. s. ut f. Empl.

EMPLASTRUM IRRITANS Disp. Brunsv.
Rec. Elemi, Mastich., Tacamahac. aa Unc. semis, Styrac. liq. Drachm. tres, Pulv. Cantharid. Drachm. duas et semis.

EMPLASTRUM ISCHIADICUM, s. Empl. rubefaciens Ph. Herbip., s. Euphorbii, s. de Euphorbio Ph. Dan. Hüftwehpflaster.
A) *Sine Euphorbio.* Ph. Wirt. Rec. Picis naval. Unc. duas, Galbani Unc. unam, Sulphur., Succin. aa Drachm. duas, Sem. Cumini, Flor Chamomill. aa Drachm. unam et semis, Ol. Petr. rubr. q. s. Galbanum Aceto solutum misce cum Pice et adde reliqua, denique Oleum Petrae. — Ph. Palat. et Fuller: Succini Drachm. unam, Sem. Cumin., Flor. Chamomill. aa Drachm. semis, praeterea Hermodactyli, Rad. Ireos Flor. aa Drachm. semis, cetera ac. Wirt. praescribit. — Disp. Vienn. Rec. Ammoniaci Libr. unam, Picis naval., Cerae flav. aa Unc. quinque, Ol. Spermat. Ranar. Unc. sex, Terebinth. clar. Unc. tres, Pulv. Rad. Ireos Unc. unam et semis. — B) *Cum Euphorbio.* Disp. Lipp. Rec. Succin. alb. Unc. octo, Ol. Terebinth. Unc. quatuor, Euphorb. Drachm. tres. — Ph. Herbip., Danic. prist. et nov. Saunderi, Spielmann: Rec. Resin. alb. Unc. quatuor, Euphorbii Drachm. unam et semis, Terebinth. Ven. Drachm. sex. — Swediaur: Picis Unc. unam, Terebinth. q. s. Euphorb. Gran. quindecim. — Gray et Rennie: Empl. Picis comp. Unc. quatuor, Euphorb. Drachm. semis.

EMPLASTRUM ISCHIADICUM Bezar. Disp. Argent.
Rec. Ammoniaci Unc. semis, Galbani Unc. unam et semis, Mastich. Unc. unam, Tacamahac. Drachm. sex, Carann. Unc. semis, Resin. alb. Libr. unam.

EMPLASTRUM Janini vid. Emplastrum vesicatorium perpetuum.

EMPLASTRUM Juchii vid. Emplastrum mercuriale Juchii.

EMPLASTRUM LADANI s. de Labdano, s. Picis Burgundicae. Labdanumpflaster.
Ph. Leod. et Leid. Rec. Ol. Olivar., Litharg. aa Unc. quindecim, Cerae, Colophon., Resin. alb., Ammoniaci, Ladani aa Unc. semis, Hb. Sabinae Drachm. tres, — Thymi Drachm. unam et semis, Ol. Aneth., — Chamomill., — Lilior. alb., — Lauri aa Drachm. sex, Axung. Unc. tres, Sevi Unc. quatuor. — Ph. Amstel. Rec. Empl. Diachyl. simpl., — Cumini aa Libr. unam, Colophon. Unc. sex, Styracis Unc. semis, liquatis blando igne admisce Ladani Unc. duas. — Ph. Lusit. Rec. Ladani Unc. tres, Oliban. Unc. unam, Ol. Nucist., Bals. Indic. nigr., Cort. Cinnamom. aa Unc. semis. — Van Mons: Rec. Elemi, Ammoniaci aa Unc. unam, Bacc. Lauri, Hb. Melilot., Sem. Cumin. aa Unc. duas, Colophon., Ladani, Sevi aa Unc. quatuor, Cerae Unc. sex, Empl. Diachyl. simpl. Libr. tres — Scriptores Brugnatelli, Gray, Swediaur praecipiunt Olibani Unc unam, Ladani Unc. tres, Ol. Nucist, Cinnamom. aa Unc. semis, Ol. Menth. vir. Drachm. unam. (Plures denique formulae vergunt in Emplastrum stomachicum, aromaticum, imo etiam opiatum, quo referentur.)

EMPLASTRUM AD LANGUORES Fuller.
Rec. Galbani Drachm. tres, Asae foetid., Cerae flav. aa Drachm. duas, Camphor. (Ol. Succin. Gutt. octo subactae) Drachm. semis, Sal. alcal. volat. sicc., Castor. aa Gran. quindecim.

EMPLASTRUM DE LAPIDE CALAMINARI vid. Emplastrum griseum. (p. 328)

EMPLASTRUM LATERALE Bate.
Rec. Flor. Sulph. Unc. quinque, Rad. Ireos Unc. tres, Caryophyll. Unc. semis, Sem. Cumin. Unc. unam et semis.

EMPLASTRUM LATERALE Fuller.
Rec. Empl. Cumini Unc. unam, Camphor. Scrup. unum, Ol. Anisi Gutt. quindecim.

EMPLASTRUM LAURI BACCARUM vid. Emplastrum Baccarum Lauri. (p. 315)

EMPLASTRUM DE LINAMENTO. Charpiepflaster. Disp. vet. Leod. Lugdun. cet.
Rec. Linamentorum veterum, minutim incisorum (feingeschnittene Charpie) Libr. unam, Ol. Olivar. Libr. tres et semis, Plumbi usti Unc. sex, Litharg. Unc. decem, Cerae Libr. semis, Myrrh. Unc. duas, Oliban. Unc. tres, Aloës Unc. unam.

EMPLASTRUM LITHARGYRI COMPOSITUM s. cum Gummi vid. Emplastrum Diachylon compositum. (p. 321)

EMPLASTRUM LITHARGYRI CUM RESINA PINI s. glutinans vid. Emplastrum adhaesivum. (p. 308)

EMPLASTRUM LITHARGYRI SIMPLEX vid. Emplastrum Diachylon simplex. (p. 322)

EMPLASTRUM AD LUMBAGINEM Fuller.
Rec. Empl. de Minio Vigonis Unc. duas, —

Diapalmae (Ol. Rosar. coct. loco Axung. parati) Unc. unam et semis, Carannae Unc. semis, Boli, Terrae sigill., Mastich. āā Scrup. quatuor, Terebinth. Unc. unam.

EMPLASTRUM AD LUPIAM Disp. Vienn. Sec. Spielmann.

Rec. Gallar. Turcicar., Galbani (Aceto soluti), Aeruginis, Farinae Secalis āā Unc. unam, Resin. alb. Unc. quatuor, Terebinth. Unc. duas.

EMPLASTRUM LYTHARGYRI falsa scribendi ratio pro Lithargyro, a voce λίϑος, quae latine Lapis audit, derivandum.

EMPLASTRUM LYTTAE s. Lyttae vesicatorium vid. Emplastrum vesicatorium.

EMPLASTRUM MAGNETICUM siv. Magneticum Arsenicale Angeli Salae. Disp. Hamb., Prag., Vienn., Ph. Wirt. Rec. Sagapeni, Ammoniaci, Galbani āā Unc. tres, in Aceto solutis adde Cerae, Terebinth. āā Unc. quinque, Magnetis arsenicalis (quem vid. infra, subtiliss. triti) Unc. tres, Colcotharis, Ol. Succin rubr. āā Unc. unam. — Disp. Brand. et Spielmann: Terebinth. et Cerae āā Unc. quatuor et semis, Ol. Succin. Unc. duas praecipiunt.

EMPLASTRUM DE MAJORANA Fuller.

Rec. Pic. Burgund. Unc. semis, Pulv. Hb. Majoran. Drachm. semis, Euphorbii Scrup. unum.

EMPLASTRUM MALACTICUM CUM GUMMI Ph. Wirt., Disp. Ratisb., Vienn.

Rec. Cerae flav. Unc. tres, Terebinth. Drachm. decem, Sevi Cervin., Resin. alb. āā Unc. unam, Ammoniaci, Galbani, Rad. Curcumae, Sem. Foeni graeci, — Lini āā Unc. semis, Rad. Althaeae Drachm. duas, Farinae Fabar., — Tritici āā Drachm. tres. Conf. Empl. Foeni Graeci compos. (p 325)

EMPLASTRUM MALACTICUM SINE GUMMI Ph. Wirt.

Rec. Cerae flav Unc. octo, Terebinth., Colophon. āā Unc. tres, Olibani Unc. duas, Tartari alb. Drachm. duas, Myrrh., Sem. Foeni graci, — Lini āā Unc. unam, Rad. Althaeae, — Curcum., Farin. Fabar. āā Unc. duas, Ol. Lini Unc. unam et semis.

EMPLASTRUM MAMILLARE ALBUM.

Ph. Wirt. Rec. Sperm. Ceti Unc. duas, Empl. de Spermate Ranar. Unc. unam et semis, Ol. Chamomill. coct. Drachm. sex; blando igne liquatis admisce Pulv. Sem. Carv. Unc. unam, Ol. Carvi aeth. Drachm. duas, Camphor. Drachm. unam. — Bate: Rec. Sperm. Ceti Unc. unam, Cerae alb. Unc. duas, Galbani, Aceto solvendi, Unc. semis. — Augustin: Rec. Sem. Cydonior., — Psyllii āā Drachm. unam, Aquae q. s. ut fiat mucilago, cui adde Sperm. Ceti Drachm. semis, Vitelli Ovi Scrup. semis. (Non omnino absimile Emplastri de Spermate Ceti)

EMPLASTRUM MAMILLARE RUBRUM.

Disp. Vienn. Rec. Empl. de Mucilagin., — de Minio āā Libr. semis, Litharg., Minii āā Unc. unam et semis, Ol. Lilior. alborum, — Ovorum, — Momordicae, — Sesami, Butyri recent., Sperm. Ceti āā Unc. unam, Camphor. Unc. semis. — Ph. Palat. Empl. de Mucilagin., — Minii, Litharg., Minii āā Unc. semis, cet. par.

EMPLASTRUM MANUS DEI Disp. Prag.

Rec. Galban. Unc. unam, Ammoniaci Drachm. duas, Opopanac. Drachm. tres, Cerae flav. Unc. viginti, Ol. Olivar. Libr. duas, Litharg. Unc. septendecim, Oliban. Unc. duas, Myrrh., Resinae alb. āā Drachm. decem, Aerugin., Rad. Aristoloch. long., Mastich. āā Unc. unam, Bdellii, Lap. Magnetis āā Unc. duas.

EMPLASTRUM MASTICHINUM Disp. Hamb. vet.

Rec. Mastich. Unc. novem, Oliban. Unc. quatuor, Santalorum omnium āā Scrup. duos, Caryophyll., Nuc. Moschat. Hb. Absinth., — Menth., Rad. Galang. āā Drachm. duas, Resin., Cerae flav., Terebinth. Unc. novem, Ol. Mastichin. Unc. duas. (Vide quoque Empl. ad dolores dentium (p. 324).

EMPLASTRUM MATRICALE v. antihystericum, s. foetidum, s. Asae foetidae.

Ph. Wirt. et Palat. Rec. Galbani, Sagapeni, Asae foetid. āā Unc. unam et semis, solve in Aceti Rutae s. q. et evaporando redige ad pultis consistentiam, adde Terebinth. Ven. Unc. unam et semis, Cerae flav. liquatae Unc. quatuor, Myrrh. Unc. unam, Castorei Drachm. unam, Ol. aeth. Angelic., — Succini āā Scrupulum unum. — Ph. Sard. Rec. Galbani, Sagapeni āā Unc. unam, Asae foetid. Unc. semis, solve in Aceto Rutae et inspissa ad pultis consistentiam, cui adde Terebinth. Unc. unam, Cerae liquatae Unc. tres, Myrrh. Unc. semis, Castor. Drachm. unam, Ol. Succin. Drachm. semis. — Disp. Brand. et Ratisb. Rec. Galbani, Ammoniaci (in Acet. scill. solutorum) āā Drachm. sex, Castorei, Myrrh. āā Unc. semis, Asae foetid. Drachm. duas et semis, Ol. Rutae q. s., Cerae parum; denique adde Ol. aeth. Angelic., — Succin. āā Scrup. duos, Extr. Castor. Grana quatuordecim. — Ph. Danic. et Brunsv. Rec. Galban. Libr. unam, Tacamahac., Cerae flav. āā Unc. sex, Asae foetid., Sem. Cumini, Terebinth. Ven. āā Unc. quatuor. — Ph. Hispan. Rec. Terebinth. Unc. duas, Cerae Unc. octo, Galbani (in Aceto soluti et juste inspissati) Unc. tres; semirefrigeratis adde Oliban., Asae foetid. āā Unc. unam, Myrrh. Unc. semis, Anime Drachm. sex, Castor., Sem. Cumini āā Drachm. tres, denique Ol. Succin. Drachm. duas. — Mynsichtius praecipit: Galban. in Acet. solut., Tacamahac. āā Unc. unam, Terebinth. Ven., Cerae flav. āā Drachm. sex; Asae foetid., Myrrh., Castor. āā Drachm. tres, Ciner. Stanni, Ol. Succin. āā Drachm. unum semis. (Operae pretium non est Codicum veterum uti Hamb., Pragens., Vienn. cet., accuratius perstringere dissensum.

EMPLASTRUM MATRIS. Mutterpflaster. *Onguent de la Mère.*

Synon.: Emplastrum Matris Theclae, Empl. fuscum seu Unguentum fuscum, Ceratum fuscum Ph. Austr., Empl. Minii adustum Ph. Hann., Empl. Oxyduli Plumbi semivitrei adustum Ph. Bavar. Gebranntes Mennigpflaster. Braunes Pflaster. *Onguent de la mère Thècle.*

Rec. Olei Olivarum Libras duas; in aheno percapaci super ignem calefiant, donec fumos albos emittere et colorem subfuscum induere incipiant; tum sensim adde

Lithargyri subtilissime pulverati Libram unam,

cribri ope portiunculas minutas sensim inspergendo. Inter perpetuam agitationem coque donec massa colorem nigro-fuscum induerit; adhuc calenti adde

Sevi,
Butyri recentis insulsi,
Axungiae Porci,
Cerae flavae $\overline{aa}$ Libram unam,
Picis navalis colatae Uncias quatuor;

intime mixta et paulum ab igne remota effunde in modulos chartaceos.

Vis: defendens, leniens, mundificans.

Sit emplastrum molliusculum, consistentiae unguinosae, coloris fusci; inter digitos leniter pressum et contritum in stratum tenue, aequabile, pellucido-fuscum extendatur, nec particulae nigrae, carboneae aut rubellae, a Lithargyro non bene soluto, appareant. Tempore pallidum aut rancidum factum rejiciatur.

Usus: In decubitu, aliisque cutis inflammationibus, ulceribusque sanandis. Recentioris Chirurgiae lumine hujus Emplastri usus Aquae purae indole mirifica multum restrictus est.

Pharmacopoearum formulae de parando hoc Emplastro satis discrepant. Non interest Virtutis Emplastri Lithargyrum an Minium adhibeatur, quamquam, quod Minio paratur, a Codicibus praesertim Noricum dicitur; nos rectius Noricum (quod vide infra) Camphorae additione distinguimus. Ponderum rationem formulae nostrae e Codice Gallico (1837) recepimus, quamquam, experientia edocti, non nisi Oleum Olivarum cum Lithargyro coqui praecepimus; consistentia facilius fit unguinosa, et ad illitionem in linteum aptior. Pix nigra navalis et coloris conservationi et virtuti prodest. — Ph. Gall. (1818) Cerae Unc. novem, voluit. — Ph. Genev. et Hispan., Saxon., VAN MONS Picem navalem omittunt. — Ph. Herbip. Ol. Olivar. Libr. unam et semis, cet. par. — Ph. Austr. Rec. Axungiae Unc. quatuordecim, Sevi, Cerae, Litharg. $\overline{aa}$ Unc. quatuor. — Disp. Fuld. Rec. Axung., Ol. Olivar. $\overline{aa}$ Unc. sex, Cerae, Litharg. $\overline{aa}$ Unc. duas. — Disp. Lipp. Rec. Ol. Olivar., Axung., Butyr., Cerae, Sevi, Litharg. $\overline{aa}$ Pond. aeq. — Ph. Amstel. et Belg. Rec. Axung., Ol Olivar. $\overline{aa}$ Libr. duas, Butyr., Cerae $\overline{aa}$ Libr. unam, ad colorem fuscum coctis adde Litharg. Libr. unam. — Ph. Argentin. Nosoc. civil. Rec. Axung. Libr. sedecim, Sevi Libr. sex, Litharg. Libr. quatuor; ad colorem subnigrum coctis adde Cerae flav. Libr. quatuor. — Ph. Bavar. Rec. Empl. Diachylon. simpl. Unc. quatuordecim; ad colorem subnigrum cocto adde Pic. naval. Unc. semis, Sevi Unc. unam. — VAN MONS quoque Empl. Diachyl. simpl., Axung. $\overline{aa}$ Libr. tres ad fuscedinem coqui et Cerae Libr. unam addi suadet. Ad modum Drs. SCHWEINSBERG: Rec. Axungiae Unc. octo, calefiant donec Aquae guttulae inspersa crepitationem multam cieat; ab igne remotis adde Minii Unc. quinque, quo facto miscellae color per rubicundum in fuscum vergit. Quum massa, corporum connubio concitata et sublevata, subsederit, iterum igni imponatur et calefiat, donec vapores extricati flamma admota incendi queant. Aheno denuo ab igne deducto, flammas assurgere sine, donec sponte sua cessent, et massae portiuncula frigefacta, consistentiam satis duram et colorem subnigrum induerit. Corporis pro Empl. Matris, hoc modo parati, recipe Unc. octo, et caloris adminiculo misce cum Cerae Unc. una et semis. (Formulae Codicum Veterum Unguenti fusci prolixiores, et ab Empl. Matris satis discrepantes suo loco referentur.)

EMPLASTRUM MATURANS SWEDIAUR.

Rec. Resin. alb. Unc. sex, Empl. Diachyl. comp. Libr. unam.

EMPLASTRUM MELILOTI. Melilotenpflaster. *Emplâtre de Melilote.*

Synon.: Emplastrum de Meliloto simplex, s. Trifolii Meliloti officinalis. Steinkleepflaster.

Rec. Cerae flavae Libram unam,
Colophonii,
Olei Olivarum ana Libram dimidiam,
liquatis et semirefrigeratis paulatim immisce.
Pulvis Herbae Meliloti Libram unam.

Vis: resolvens, emolliens.

Sit Emplastrum obscuro-viride, molliusculum, odoris Meliloti proprii. Nonnisi bene siccatum, aeri exponendo, servetur.

Usus: ad inflammationem tonsillarum, et tumores glandularum maxillarium, parotidum, ad mammas in lactatione induratas, cet.

Multum sane inter se Codicum Formulae discrepant. Quam praetulimus Ph. Boruss., et simplicitate et concinnitate eminet. Idem sensisse videntur Scriptores Codicum Fenn., Hann., Hass., Polon., Slesv.-Hols., Suec., quibus haec quoque formula non displicuit, quod, ut assentiamur, satis magni fuit momenti. — Ph. Saxon. (1820) Cerae Unc. sex praecipit, cet. immutat. — Saxon. 1837: Cerae, Terebinth. āā Libr. unam, Hb. Melilot. Unc. novem. — Ph. Batav. Rec. Empl. Diachyl. simpl., Cerae flav. āā Libr. unam, Ol. Olivar. Unc. sex, Pulv. Hb. Meliloti Libr. unam (Unc. octo Ph. Belg.) — Cod. Paris (1760) (1837 omissum). Rec. Hb. Melilot. recent. Libr. tres, Sevi Libr. quatuor, ad humidi consumtionem coctis et colatis adde Resin. alb. Libr. tres, Cerae flav. Libr. sex. — Ph. Hisp. Hb. Meliloti recent. Libr. quatuor, Sevi Libr. quinque, Resin. alb. Libr. octo, Cerae flav. Libr. quatuor. (Parandi methodus eadem ac Cod. Paris.) — Disp. Fuld. Rec. Hb. Melilot. recent. Libr. tres, Sevi Libr. duas, Resin. alb. Libr. tres, Cerae flav. Libr. unam et semis. (Paretur uti Codicis Paris.) — Van Mons: Rec. Hb. Melilot. recent. Unc. quatuor, Cerae flav. Unc. octo, Resin. alb. Unc. quatuor, Terebinth. Unc. unam, bene liquatis sine ebullitione et colatis adde Styrac. liquid. Unc. semis. — Henry et Guib. Rec. Hb. Melilot. recent. Unc. tres, Sevi Unc. quatuor, Resin. alb. Unc. sex, Cerae Unc. octo. (Paretur uti Codicis Paris.) — Gray, Rennie: Rec. Hb. Meliloti recent. Unc. quinque, Sevi Unc. duas, Cerae Unc. quatuor, Resin. alb. Unc. octo. — Ph. Danic. (1772) Rec. Sevi Libr. quinque, Ol. Chamomill. coct. Libr. unam, Resin. alb. Libr. sex, Cerae flav. Libr. tres, Ammoniaci, Bdellii āā Unc. quatuor, Pulv. Hb. et Flor. Melilot. Libr. duas, — Absinth. Libr. unam. — Ph. Dan. nov. Rec. Sevi Libr. quatuor, Ol. Olivar. Libr. unam; Bdellium omissum, cet. ut in formula praecedente. — Ph. Ross. Pulv Hb. Meliloti, Ol. Olivar. āā Libr. unam, Sevi Unc. sedecim, Cerae Libr. unam, Resin. alb. Libr. duas. — Disp. Brem. Rec. Empl. Citrin. Libr. unam et semis, Pulv. Hb. Meliloti Unc. quinque, (sex, Disp. Lipp.) Ammoniaci Unc. unam, Terebinth. Unc. duas. — Ph. Parm. Rec. Pulv. Hb. Meliloti Unc. sex, Ammoniaci Unc. duas, Terebinth. Unc. tres, Cerae flav. Unc. sex, Sevi Unc. unam et semis, Ol. Olivar. Libr. unam. — Ph. Sard. Rec. Ol. Meliloti coct. Libr. duas, Sevi Libr. unam, Cerae flav. Unc. octo, Terebinth. Unc. sex, Ammoniaci, Sagapeni Unc. unam et semis, Pulv. Hb. Meliloti Unc. sex. — Ph. Austr. Rec. Cerae flav. Libr. unam, Ol. Olivar. Unc. tres, Resin. alb., Sevi, Terebinth. āā Unc. tres, Ammoniaci Drachm. decem, Pulv. Hb. Meliloti Unc. octo, — Absinth., — Flor Chamom., — Bacc. Laur. āā Unc. semis. — Disp. Brunsv., Ph. Wirt., Palat. Rec. Pulv. Hb. Meliloti Unc. quatuor, Flor. Absinth., Flor. Chamom., Baccar. Laur., Sem. Apii āā Drachm. sex, Styrac. Unc. semis, Ammoniaci Unc. unam, Cerae Unc. octo, Sevi Unc. quatuor, Terebinth., Resin. alb. āā Unc. unam et semis, Ol. Chamom. coct. Unc. duas.

Empl. de Meliloto Mesuae Disp. Argent., Augustan., Brand., Leid., Prag., Ratisb., Vienn. cet. Rec. Pulv. Hb. Melilot. Unc. sex, — Majoran., — Absinth., Flor. Chamom., Sem. Foeni Graeci, Bacc. Laur., Rad. Althaeae āā Drachm. tres, Sem. Apii, — Ammeos, Cardamom. minor., Ireos Flor., Cyperi rotund., Spic. Nard. Indic., Cass. lign. āā Drachm. unam et semis, Ammoniaci Drachm. decem, Styrac. Calam., Bdell. āā Drachm. quinque, Terebinth. Unc. tres, Caricarum numero duodecim, Sevi, Resinae alb. āā Unc. duas et semis, Cerae Libr. unam, Ol. Majoranae, — Nardini āā Unc. tres.

EMPLASTRUM MELILOTI CAMPHORATUM s. ad nodos mammarum Ph. Dan. milit.

Rec. Empl. Meliloti Unc. duas, Camphor. Drachm. unam.

EMPLASTRUM MELILOTI COMPOSITUM.

Ph. Hisp. Rec. Empl. Meliloti simpl. (Ph. Hisp.) Libr. tres, Terebinth. Unc. sex, liquatis admisce Pulv. Flor. Chamom., — Meliloti āā Unc. tres, Rad. Ireos, — Althaeae āā Unc. unam, Pulv. Croci Unc. semis, Ammoniaci, Bdellii āā Unc. duas, Sem. Foeni Graec. Unc. unam. — Disp. Paris (1760). Rec. Hb. Meliloti recent. Unc. sex, Fl. Chamom. Unc. tres, Rad. Althaeae Unc. unam, Croci Unc. semis, Sem. Foeni Graeci, Rad. Ireos āā Unc. unam et semis, Ammoniaci, Bdellii āā Unc.

duas, Terebinth. Unc. sex, Cerae flav. Libr. unam, Sevi Unc. duas et semis, Ol. Chamom. coct. — Meliloti āā q. s. (Huc quoque referendae sunt formulae quaedam Codicum veterum, voce Empl. Meliloti jam descriptae, quae nomine Empl. de Meliloto Mesuae designantur.)

EMPLASTRUM MELOËS VESICATORIUM vid. Emplastrum Vesicatorium.

EMPLASTRUM Mercantini sec. Ferranini, s. Minii gummoso-resinosum, s. Ceratum Mercantini, s. Ceratum Minii gummoso-resinosum.

Rec. Minii Libr. unam, Ol. commun. Libr. tres, coque ad modum Empl. Matris, ut leniter adurantur et colorem subfuscum induant. Adde Colophon. Unc. unam, Cerae Unc. sex, Myrrh., Olibani, Galbani, Mastichis, Aluminis usti āā Drachm. tres, denique Camphorae in Spir. Vini pauxillo solutae, Drachm. quinque.

EMPLASTRTM MERCURIALE. Quecksilberpflaster. *Emplâtre de Mercure.*

Synon.: Emplastrum Hydrargyri Cod. novor., fere omnium, Empl. Protoxydi Plumbi cum Mercurio, s. Lithargyri cum Hydrargyro, s. hydrargyricum, s. mercuriale resolvens. Mercurialpflaster. *Emplâtre mercuriel.*

Rec. Emplastri Diachylon simplicis Libr. duas,
Cerae flavae Uncias sex.
Liquentur leni calore, dein ab igne remotis adde
Mercurii vivi depurati Uncias octo,
Terebinthinae communis Unciis quatuor,
antea assidua trituratione bene extinctas. Probe misce ut fiat emplastrum.

Vis: valde resolvens, discutiens.

Sit Emplastrum cinereo-coerulescens, ponderosum, emollitum ductile, telae valde adhaerens, a globulis Mercurii vivi, ope Microscopii investigandis, quantum fieri potest, liberum. Continet Mercurii quintam partem sui ponderis.

Usus: ad Glandulas induratas, tumores serosos parotidum et tonsillarum, ad tumores induratos venereos, scirrhosos, bubones, tophos, cet. Usu longius protracto salivatio interdum excitatur, purgantibus praecavenda.

Formula nostra congruit cum Ph. Boruss., Hann., Hass., Oldenb., Polon., Slesvico-Holsat. Non multum absunt Ph. Suecic. et Fenn., quae Empl. Diachyl. simpl. Unc. sedecim, Cerae Unc. quatuor, et Terebinthinae, Fennica Unc. duas, Suecica Unc. tres praescribit, cet. immutatis. — Ph. Batav., Edinb., Americ. et Cadet. Rec. Empl. Diachyl. simpl. Libr. unam, Ol. Olivar., Resin. alb. āā Unc. duas, Mercurii vivi Unc. sex. — Ph. Dan. prist. et nova et Herbip. Rec. Empl. Diachyl. simpl. Libr. unam, Mercur. viv. (Terebinth. s. q. extincti) Unc. unam et semis. — Brera Unc. tres, Axungia subacti. — Ph. Amstel. Rec. Empl Diachyl. simpl. Libr. unam, Cerae flav., Mercur. viv. āā Unc. tres, Axung. Unc. unam et semis, Sevi Unc. semis. — Ph. Belg. Empl. Diachyl. simpl. Libr. unam, Cerae flav. Unc. unam, Mercur. viv. Unc. quatuor, Unguent. mercurial., Terebinth. Ven. āā Unc. unam. — Ph. Fenn. et Suec. Rec. Empl. Diachyl. simpl. Unc. sedecim, Cerae Unc. quatuor, Mercur. viv. Unc. octo, Terebinth. Unc. duas (Suec. Unc. tres). — Ph. Lond., Gray, Cadet cet. Rec. Mercur. viv. Unc. tres, Balsam. Sulphur. simpl. Drachm. unam, Empl. Diachyl. simpl. Libr. unam. — Ph. Ross. Rec. Empl. Diachyl. simpl. Libr. unam, Mercuri viv. Unc. tres, Terebinth. Unc. unam et semis. — Ph. Dan. milit. Rec. Empl. Diachyl. simpl. Libr. unam, Mercur. viv. Unc. quatuor, Terebinth. Ven. Unc. semis. — Ph. Parmens. Rec. Empl. Diachyl. simpl. Libr. quatuor, Mercur. viv. Unc. novem, Terebinth., Axung āā Unc. duas. — Ph. Nosoc. Argent. Rec. Empl. Diachyl. simpl. Libr. octo, Cerae, Mercur. viv. āā Libr. duas, Terebinth. Libr. unam. — Ph. Ferrar. et Taddei: Rec. Empl. Diachyl. simpl. Libr. unam, Unguent. mercurial. Unc. tres. Quaedam denique formulae carent Empl. Diachyl. simpl. — Ph. Bavar. Rec. Mercur. viv. Unc. tres, Terebinth. Unc. unam, Sevi Unc. duas et semis, Cerae flav. Unc. quinque et semis. — Ph. Saxon. Rec. Mercur. viv. Unc. sex, Terebinth. Unc. duas, Cerae flav. Unc. decem, Spermat. Ceti Unc. tres, Sevi Unc. duas. — Disp. Lipp. Rec. Empl. Citrin. Libr. unam, Mercur viv. Unc. tres, Terebinth. Unc. unam. — (Ph. Austr. Unc. semis cet. par.) Ph. Lusit. et Disp. Fuld. Rec. Mercur. Unc. unam, Terebinth. q. s. ad extinctionem (e. g. Unc. semis), Empl. Cicutae Unc. sedecim. — Fuller: Rec. Empl. Cicut. cum Ammon. Drachm. tres, — Diachyl. comp. Drachm. duas, Galban. colat., Terebinth. Ven., Mercur. viv. āā Drachm. unam, Bals. Sulph. Drachm. semis. (Disp. veterum Formulas pro Empl. Mercuriali et rerum copia inconsiderate conflatarum, et praeparandi methodo inconcinna discrepantes, non cum formulis rectius conscriptis confundendas putavimus,

quare Emplastrum, quod nomine VIGONIS cum Mercurio inclaruit, voce Emplastri de Ranis cum Mercurio separavimus. Non amplius in usum vocari videtur, utpote coruptelae facilius obnoxium et minus efficax.)

EMPLASTRUM MERCURIALE CUM CONIO Ph. milit. Dan.

Rec. Empl. mercurial. (ejusd. Pharm.) Empl. Cicutae āā par pond.

EMPLASTRUM MERCURIALE CUM CONIO ET OPIO Ph. milit. Dan.

Rec. Empl. mercurial. cum Conio (vid. praecedens) Unc. unam, Opii Drachm. semis.

EMPLASTRUM MERCURIALE GUMMOSUM vid. Emplastrum de Ammoniaco cum Mercurio (p. 311).

EMPLASTRUM MERCURIALE RESOLVENS Disp. Fuld. vid. Empl. mercuriale (p. 334).

EMPLASTRUM CONTRA MICTUM CRUENTUM Tabul. Smaragd.

Rec. Mastich. Unc. tres, Boli Unc. semis, Rosar. rubr. Drachm. sex, Scobi, Eboris, Corall. rubr. āā Unc. semis, Terebinth. Ven. Drachm. duas, Cerae Unc. sex, Ol. Myrtill., Unc. tres.

EMPLASTRUM MINII ADUSTUM s. fuscum vid. Emplastrum Matris (p. 332).

EMPLASTRUM MINII ADUSTUM CAMPHORATUM v. Emplastrum Noricum. (p. 336)

EMPLASTRUM SIVE CERATUM DE MINIO RUBRUM.

Ph. Wirt., Palat. Rec. Cerae flav., Sevi āā Libr. semis, liquefactis et semirefrigeratis adde Minii, cum Ol. Rosar. coct. Libr. semis triti, Libr. semis, Camphor. Drachm. unam et semis. — Disp. Vienn. Rec. Minii Libr. duas, Ol. Rosar. coct. Unc. viginti, Cerae flav. Unc. quatuor, Terebinth. Unc. duas.

EMPLASTRUM DE MINIO VIGONIS.

Rec. Cerussae, Minii āā Unc. quatuor, Litharg. Unc. octo, Ol. Myrtini, — Rosar. coct. āā Libr. unam et semis, Pingued. Gallin. Unc. duas, Axung. Unc. septem, Sevi Libr. unam, Terebinth., Unguent. Popul. āā Unc. quatuor, Cerae flav. q. s. Sec. Disp. Brandenb., Hamb., Ratisb.

EMPLASTRUM MIRACULOSUM s. mirabile, s. MAURITII, s. Comitis DIGBY cet.

Ph. Wirt. Rec. Ceruss. Libr. duas, Litharg., Minii āā Libr. semis, adde Ol. Olivar. Libr. tres, Sapon. Venet. rasi Unc. quatuor; denique Camphor. Unc. unam, Bacc. Laur. Unc. semis. — Disp. Brand. et Ratisb. Rec. Ceruss., Minii āā Libr. unam, Ol. Oliv. Libr. duas et semis, Sapon. Ven. rasi Unc. tres. — Disp. Prag. Rec. Ceruss. Libr. duas, Litharg, Minii āā Libr. semis, Ol. Sperm. Ranarum Libr quatuor, coque ad Empl. consist., adde Pulv. Aloës Unc. tres, Myrrh. Unc. unam et semis, Camphor. Unc. semis. — Disp. Hamb. Rec. Ceruss., Minii āā Libr. tres, Ol. Olivar. Libr. octo, Sapon. Ven. Unc. decem. (Valde affine cum Emplastro saponato BARBETTE.)

EMPLASTRUM MITIGATIVUM MYNSICHTI.

Ex Armament

Rec. Empl. Oxycroc. Unc duas, — Diachyl. simpl, et comp., — Meliloti āā Unc. unam.

EMPLASTRUM E MIXTIS QUATUOR FUNDANTIBUS Ph. Gall.

Rec. Empl. mercurial., — Diachyl. comp., — Cicutae, — Saponati āā part. aequal.

EMPLASTRUM MOSCHATUM AUGUSTIN.

Rec. Cerae alb., Sperm. Ceti āā Unc. semis, Camphor. Drachm. semis, Castor., Moschi āā Scrup. unum, Ol. Cajeput. Gutt. decem. Usus ad dolores dentium.

EMPLASTRUM MOSCOVITICUM.

Rec. Axung. porc. Unc. sedecim,Ceruss., Minii, Sapon. venet. āā Unc. quinque, coque ad consistent. Emplastri coloris fusci, cui adde Camphorae Unc. unam, Castorei Unc. dimid.

EMPLASTRUM DE MUCILAGINIBUS, s. mucilaginosum, s. mucaginum, s. e Foeno Graeco, Emplastrum Diachylon compositum quorumdam. Schleimpflaster. *Emplâtre de Mucilages.*

Disp. Prag. et Ph. Palat. Rec. Decocti Rad. Althaeae, — Sem. Lini, — Cort. Ulmi, — Foeni Graeci āā Unc. quatuor et semis, Ol. coct. Chamom., — Lilior., — Anethi āā Unc. unam et semis, Ammoniaci, Galbani, Opopanac., Sagapeni āā Unc. semis, Cerae Unc. viginti, Croci Drachm. duas, Terebinth. Unc. duas. — Disp. August. et Ratisb. Rec. Rad. Althaeae, Sem. Lini, — Foeni Graeci āā Unc. unam, Sem. Malv., — Althaeae, — Cydonior. āā Unc. semis, Sem. Psyllii Drachm. duas, Succ. liquir. Drachm. decem. Cum aqua coque ad mucilaginem, quam bene expressam cum Ol. Chamomill. coct., — Anethi, — Lilior., — Lini, — Irini āā Unc. tribus, Ol. Amygd. dulc., Litharg. āā Drachm. decem coque ad humidi consumtionem; denique adde Pinguedinis Gallinae, — Anatis, Anseris āā Unc. tres, Oesypi Drachm. decem, Sevi Unc. sex, Rad. Ireos Unc. duas, Flor. Violar. Unc. dimid., Bdell. Drachm. tres, Terebinth. Unc. unam et semis, Ammoniaci Drachm. quinque, Sagapeni, Opopanacis, Galbani āā Drachm. tres. — Ph. Leid. et Vienn. Rec. Ol. Mucaginum Unc. sex, Ammoniaci, Galbani, Opopan., Sagap. āā Unc. semis, Croci Drachm. duas, Cerae Unc viginti, Terebinth. Unc. duas. — Ph. Genev. Rec. Semin. Foeni Graeci Unc. duas, Ol. Lini ferventis Unc. sex, infunde et cola; adde Cerae flav. Libr. duas et semis, Ammoniaci Unc. sex, Terebinth. Unc. duas. — Disp. Lipp. Rec. Cerae flav. Libr. unam, Sevi Unc. sex, Ammoniaci, Mucilag. Sem. Lini Libr. unam et semis. — Ph. Gall. (1818) Mucagin. Unc. octo, Resin. alb. Unc. tres, Terebinth. Unc. unam; liquefactis, colatis adde Cerae flav. Libr. duas et semis, de

nique Ammoniaci, Opopanac. āā Unc. unam, Croci Drachm. duas et semis. — Van Mons: Rec. Drachm. semis, Ammoniaci, Galbani, Sagapeni āā Drachm. duas, Ol. infus. Foeni Graeci, — Lini, — Tanaceti āā Drachm. sex, Terebinth. coct. Unc. unam, Cerae Unc. quinque. — Ph. Suec. Rec. Cerae flav. Libr. unam, Resin. alb. Unc. sex, Sevi Unc. quatuor, Terebinth. Unc. tres; liquefactis admisce Pulv. Rad. Curcumae, Sem. Lini, — Sem. Foeni Graeci āā Unc. semis, Farinae tritici Drachm. sex.

EMPLASTRUM DE MYRRHA.
Rec. Colophonii Drachm. tres, Cerae flav. Unc. semis, Olei Nuc. Jugland. Unc. duas, Myrrh. Unc. duas et semis.

EMPLASTRUM NARCOTICUM D^rs. Graves.
Rec. Opii Scrup. duos, Camphor. Drachm. duas, Picis Burgund., Empl. Diachyl. simpl. āā q. s. (?)

EMPLASTRUM CONTRA NAUSEAM Sundelin.
Rec. Empl. de Galb. croc. Unc. semis, Camphor. Drachm. unam, Sal. Cornu Cerv., Opii āā Drachm. semis, Ol. Cajeput. Gutt. quadraginta.

EMPLASTRUM NEPHRITICUM Fuller.
Rec. Opii Drachm. duas, Sapon. mollis Unc. unam, Ol. Junip. Drachm. semis.

EMPLASTRUM NERVINUM Hoffmanni.
Ph. Wirt. Rec. Ammoniaci, Elemi āā Unc. semis, Tacamahac., Mastich., Olibani āā Drachm. tres, Carann. Drachm. sex, Succin. Citr. Drachm. duas, Terebinth. Ven. Unc. duas, Cerae Unc. sex. Brevior formula Trilleri: Axung. human. Unc. unam, Picis alb., Cerae āā Unc. duas, Ol. Junip., — Succin āā Drachm. duas.

EMPLASTRUM NERVINUM Placcii Disp. Hamb.
Rec. Folior. Lauri, — Anthos., — Betonicae, — Chamaepit., — Primulae veris āā Unc. duas, Flor. Lavend. Unc. unam, — Hyperic. Unc. duas, Lumbric. terrestr. Unc. tres, in vino coctis adde Ol. Chamomill. Unc. tres, — Irini Unc. unam et semis, Terebinth. Unc. tres. Sevi Unc. unam et semis, Elemi Unc. tres, Tacamah., Picis naval., Resin. alb. āā Unc. duas, Litharg. Unc. tres, Cerae Libr. duas; emplastro parato admisce Ol. Junip. destill. Unc. duas, — Salv., — Anthos āā Drachm. unam.

EMPLASTRUM NERVINUM Vigonis Disp. Prag., Brand.
Rec. Ol. coct. Chamom., — Rosar. āā Unc. duas, Ol. Mastich., — Terebinth., — Lini āā Unc. unam, Terebinth. Unc. quatuor, Sevi Unc. quinque, Hb. Anthos, — Betonic., — Equiseti, — Centaur. āā Manip. unum, Lumbr. Unc. tres, Rad. Rubiae tinct. Drachm. decem, Fol. et Sem. Hyperici āā Manip. unum, Mastich., Elemi āā Drachm. decem, Picis nav, Resin. alb. āā Unc. unam et semis, Sagapeni, Ammoniaci, Galbani āā Drachm. tres, Litharg. Unc. quinque, Minii Unc. duas, Cerae q. s.

EMPLASTRUM NERVINUM Zwelferi praecedenti simillimum.

EMPLASTRUM DE NICOTIANA Le Mort.
Ph. Wirt. Rec. Hb. Nicotianae Unc. quatuor, Ol. Olivar. Libr, unam, Vini rubr. Unc. quinque, coque ad humidi evaporationem, exprime, adde Cerae flav., Colophon. āā Libr. unam, Tacamah., Elemi, Myrrh., Aloës āā Unc. unam, Olei Tabaci per descensum destillati Unc. duas. — Disp. Prag. Rec. Succi Nicotian. Unc. sex, — Hb. Absinth. Unc. quatuor, Ol. Hyper., — Irini, — Sambuc. āā Unc. unam semis, Hb. Absinth. Pontic., — Prunell., — Scrophular. āā Manip. unum, Vini alb. Unc. unam et semis, coque ad humidi consumtionem, expressis adde Terebinth., Axung. āā Unc. duas, Cerae Unc. sex, Olibani, Mastich. Myrrh. āā Unc. unam.

EMPLASTRUM NIGRUM, s. nigrum Bechholzii, s. Bechholzii, Emplastrum sulphuratum Ph. Bor., Hann., s. sulphuratum nigrum. Schwarzes Pflaster, Schwefelpflaster. *Emplâtre sulphuré noir.*
Ph. Bor et Hann. (1819) Rec. Colophonii Unc. duodeviginti, liquatis et semirefrigeratis immisce Myrrh., Asphalti āā Unc. quatuor, tum Ammoniaci, Galbani, Sagapeni āā Unc. quatuor in Terebinth. comm. Unc. sex antea solutas; sub agitatione affunde Balsami Sulphuris simpl., Ol. Terebinth. āā Unc. octo, denique Camphorae, pauxillo Olei subactae, Unc. unam et semis. — Ph. Saxon. Camphoram omittit, cet. par. — Van Mons omittit Terebinth. communem, Balsami Sulphur. simpl. et terebinth. (pro Ol. Terebinth.) sumit āā Unc. sex. — Ph. Herbipol., Disp. Brunsv. Rec. Cinerum clavell Libr. unam, Salis Ammoniac. Unc. unam, Ol. Terebinth. Unc. octo, Flor. Sulph. Unc. duas, digere per mensem tum adde Ammoniaci, Galbani, Bdellii, Sagapeni āā Unc. duas et semis, Colophon. Libr. unam, Myrrh., Terebinth. āā Unc. duas; ad consistentiam emplastri coctis denique admisce Camphorae Unc. unam et semis. — Formula Disp. Prag. huc non referenda, Sulphure scilicet omisso. Nomen nigri habet a Lapide Magnete et Pice navali immixtis. Formula Cod. Paris. (1760), quam et Henry et Guib. sequuntur prope accedit ad Empl. benedictum; vult enim Cerussae Unc. sedecim, Ol. Olivar. Unc. triginta duas coqui ad Empl. nigrum adustum, tum addi Cerae flav. Unc. quatuor.

EMPLASTRUM AD NODOS MAMMARUM v. Emplastrum Meliloti camphoratum. (p.333)

EMPLASTRUM NORICUM, sive NORIMBERGENSE, s. Minii adustum Ph. Hann., Empl. Oxyduli Plumbi semivitrei adustum Ph. Bavar., Empl. fuscum quorumdam, Empl. Oxydi Plum-

bi Camphoratum, s. Minii Camphoratum. Nürnberger Pflaster. Camphorhaltiges Mennigpflaster. *Emplâtre de Nuremberg.*

Rec. Ol. Olivar. Libr. unam, Minii Unc. octo, Aceti Vini Unc. quatuor, coque sub perpetua agitatione ad Emplastri mollioris consistentiam et coloris atro-fusci; adde Cerae flav. Unc. unam et semis, denique Camphorae Drachm. duas, pauxillo Olei antea solutas; bene mixta effunde in scatulas seu modulos chartaceos. *Vis* et *Usus* uti Empl. Matris, eaedemque cautelae in parando et servando Emplastro.

Haec formula genuina, e Disp. Norimbergico desumta, et Ph. Wirt., Sard. placuit. Ph. Hann. et Slesv.-Holsat. Acetum, Disp. Argent. Acetum et Ceram omittunt, cet. par. — Ph. Boruss. ed. 5. Acetum omittit, Cerae Unc. quatuor, Ol. Olivar. Unc. sedecim suadet, cet. par. — Ph. Dan. vet. et nova: Rec. Minii Libr. unam, Ol. Olivar. Libr. duas, Aceti Vini Unc. sex, Cerae Unc. unam et semis, Camphor. Drachm. duas. — Ph. Hass. Acetum omittit, addit Picis solidae Unc. semis, cet. par. cum Norimb. — Ph. Saxon. omissis quoque Aceto, et Cera Camphorae Drachm. unam et Scrup. unum, cet. par., sumit. — Van Mons, Aceto omisso, Camphorae Drachm. unam et semis vult, cet. par. — Spielmannus: Minii Unc. sex, Camphor. Drachm. unam, Aceto omisso, sumit, cet. par. ac Disp. Norimb. — Disp. Brand. et Prag. Rec. Minii Libr. unam, Ol. Olivar. Libr. duas, Camphor. Unc. unam et semis. — Disp. Hamb. Rec. Ol. Olivar. Libr. quinque, Minii Libr. duas et semis, Camphor. Unc. tres. — Disp. Vienn. Rec. Ol. Olivar. Libr. tres, Minii Libr. unam et semis, Succ. Rapar. Libr. unam, Sapon. Venet. Unc. sex. Camphor. Unc unam et semis. — Ph. Gall. (1837) Rec. Empl. Diachyl. simpl. Libr. unam, Cerae flav. Unc. sex, Ol. Olivar. Unc. duas, Minii Unc. tres, ad fuscedinem coctis admisce Camphorae Drachm. duas, Spir. Vini solutas. Henr. et Guib., Soubeiran assentiunt. — Disp. Ratisb. Rec. Minii Unc. sex, Ol. Olivar. Libr. duas, Sapon. Venet., Camphor. āā Unc. unam.

EMPLASTRUM NUCHALE Bate.

Rec. Elemi, Terebinth. āā Unc. semis, Olibani, Mastich., Tragacanth. āā Drachm. tres, Boli Armen. Drachm., unam et semis, Sem. Psyll., Flor. Myrti, — Punicae Granat. āā Drachm. unam, Euphorb. Scrup. unum, Succin. Drachm. duas, Picis Burgund. Unc. octo, Carann. Drachm. decem, Ol. Caryophyll., Bals. Indic. nigr. āā Gran. sex. Sec. Fuller: Rec. Picis Burgund. Drachm. duas et semis, Galban., Terebinth. Ven. āā Drachm. semis, Sem. Sinap., Piper. nigr., Sal. Alcali volat. sicc. āā Scrup. semis.

EMPLASTRUM ODONTALGICUM vid. Emplastrum ad dolores dentium. (p. 324)

EMPLASTRUM OPIATUM, s. cephalicum. Opiumpflaster. *Emplâtre d'Opium.*

Ph. Batav., Belg., Hann., Oldenb., Saxon. Rec. Elemi, Mastiches, Olibani āā Unc. quatuor, Benzoës Unc. duas, Terebinth. Unc sex, liquatis in balneo aquae adde Balsami Indici nigri Unc. semis, Opii pulverat. Unc. unam. — Ph. Bor. ed. 3. Balsam. Indic. omittit; ed. 5: Rec. Terebinth. comm. Drachm. tres, Elemi, Ol. Olivar. āā Drachm. unam, in balneo aquae liquatis adde Mastiches, Olibani āā Drachm. duas, Benzoës Drachm. unam, Opii pulv. Drachm. semis. — Van Mons duas Emplastri Opiati praecipit formulas, eandem corporum ingredientium naturam sistentes, alteram, cephalicam inscriptam: Rec. Opii Drachm. unam, Balsam. Indic., Benzoës, Terebinth. āā Drachm. duas, Elemi, Olibani, Tacamah. āā Unc. semis; alteram: Rec. Opii Drachm. duas, Balsam. Indic. Drachm. unam, Benzoës Unc. semis, Elemi, Mastich., Olibani, Terebinth. āā Unc. unam. — Spielmann: Rec. Opii Scrup. quatuor, Balsam. Indic. Unc. semis, Tacamah., Carann., Storac. calam., Mastich. āā Unc. unam, Terebinth. Drachm. duas, Ol. Succin. Drachm. unam. (Voce Emplastri Cephalici [p. 316] formulae indolis persimiles, Opio tamen omisso discrepantes, enumerantur.)

EMPLASTRUM OPIATUM CUM AMMONIACO Augustin.

Rec. Empl. de Galban. croc. Unc. unam, Petrol. Drachm. duas, Camphor., Sal. Cornu Cervi, Pulv. Opii āā Drachm. semis. — Sec. Althof: Rec. Extr. Conii mac. Unc. semis, — Hyosc., Pulv. Opii āā Drachm. duas. — (Frigide misceantur.)

EMPLASTRUM OPII.

Ph. Lond. Rec. Opii pulv. Unc. semis, Resin. alb. Unc. tres, Empl. Diachyl. simpl. Libr. unam. — Gray et Rennie consentiunt. Disp. Lipp. Rec. Opii pulv. Drachm. unam, Empl. Meliloti Unc. duas. — Disp. Fuld. Opii Scrup. unum, Empl. Meliloti vel Hyoscyami Unc. unam. (A praecedente omissis Resinis balsamicis discrepat.)

EMPLASTRUM OPODELDOCH.

Ph. Wirt., Vienn. Rec. Litharg. Libr. unam et semis, Ol. Olivar. Libr. duas, coque cum Acet. Vini, Aquae font. āā Unc. quatuor ad colorem dilute fuscum, adde Cerae flav. Libr. semis, Terebinth. Unc. quatuor, Ammoniaci, Bdellii āā Unc. duas, Galbani, Opopanac. āā Unc. unam, in Aceto solutis et ad mellis consistentiam evaporatione redactis adde Pulv. Aristoloch. rot. et long., Lapid. Calamin., Oliban., Myrrh., Mastich. āā Unc. unam, Ol. Laurin. Unc. unam semis. — Disp. Brand. addit Croci Mart. adstring. Unc. duas. — Disp. Prag. mixtorum copia nimia memoratu indignum, ceterum Disp. Hamburg. prope accedit, quod praescribit: Rec. Cerae Libr. tres, Colophon. Unc. unam et semis, Terebinth. Libr. unam, Ol. Hyperic.

Unc. sex, Elemi, Ammoniaci, Galbani, Opopanac. āā Drachm. sex, Olibani, Sarcocoll., Myrrh., Mastich., Mumiae, Succini, Sang. Dracon. āā Drachm. tres, Aloës, Lap. Magnet. āā Unc. unam et semis, Croc. Mart. adstr., Tutiae Unc. duas, Lap. Calam. Unc. decem, Litharg. Unc. duas, Colcothar. Vitriol. Unc. quatuor, Ol. Olivar. Unc. sex. (Mixtio satis inepta, obsoleta; vergit ad compositionem Empl. defensivi rubri (p. 320), imo etiam Empl. contra rupturam (p. 328) non absimile. Scriptorum varias lectiones referre non attinet.

EMPLASTRUM OXYCROCEUM.

Harziges Safranpflaster. *Emplâtre Oxycroceum.*

Rec. Cerae flav., Colophon., Resin. alb. āā Unc. sex, Ammoniaci, Galbani, Terebinth. comm., Croci, Mastich., Myrrh. Olibani āā Unc. duas. Gummi resinae pulveratae cum Croco ceteris liquatis admiscentur. Congruunt Ph. Wirt, Palat., Disp. Brandenb., Brunsv., Prag., Vienn. — Ph. Boruss. ed. 5. omittit Resinam albam. — Ph. Hann. et Hass. Rec. Cerae flav., Resin. alb., Colophon. āā Unc. sex, Terebinth. comm. Unc. duas, Galbani, Ammoniaci, Myrrh., Olibani, Mastich. āā Unc. unam, Croci Unc. semis. — Ph. Sard. Rec. Cerae flav., Colophon., Pic. naval. āā Unc. sex, Terebinth., Galbani, Mastich. āā Unc. duas, Croci, Myrrh., Olibani āā Unc. unam. — Ph. Saxon. (1837) Rec. Cerae flav., Colophon. āā Unc. sex, Galbani, Ammoniaci āā Unc. duas, Terebinth. comm Unc. sex, Croci Mastich., Myrrh., Olibani āā Unc. duas. — Ph. Dan. (1772) Rec. Cerae, Colophon. āā Unc. sex, Galbani Unc. tres, Picis liquid. Unc. unam et semis, Croci Unc. unam. — Disp. Fuld. (falso Empl. de Galb. crocat. dictum.) Rec. Galbani, Aceto solut. et inspiss., Unc. octo, Ol. Olivar., Sevi āā Unc. duas, Cerae flav. Unc. quatuor, Croci Unc. unam. — Ph. Argent. Rec. Cerae flav, Resin. alb. āā Unc. quinque, Croci Drachm. unam et Scrup. unum, Colophon. Unc. quatuor, Ammoniaci, Galbani, Terebinth., Mastich., Myrrh., Olibani āā Unc. unam. — Ph. Genev. et prope accedens Gray: Rec. Cerae flav., Colophon., Resin. alb. āā Unc. quatuor, Ammoniaci, Galbani, Terebinth., Olibani, Mastich., Croci āā Drachm. undecim. — Spielmann: Rec. Cerae flav. Unc. sedecim, Resin. alb. Colophon. āā Unc. duodecim, Terebinth. Unc. quatuor, Galbani, Ammoniaci, Myrrh., Olibani, Mastich. āā Unc. quatuor, Croci Unc. unam. — Van Mons: Rec. Cerae Unc. sex, Colophon. Libr. unam, Ammoniaci, Galbani, Mastich., Myrrh., Olibani, Terebinth. āā Unc. duas, Croci Unc. unam et semis.

EMPLASTRUM OXYCROCEUM Nicolai. Henry et Guib.

Rec. Cerae flav., Colophon., Resin. alb. āā Unc. unam et semis, Terebinth., Galban., Ammoniaci, Mastich., Myrrh., Olibani, Croci āā Unc. semis.

EMPLASTRUM OXYDI FERRI s. cum Oxydo Ferri vid. Emplastrum defensivum rubrum (p 320)

EMPLASTRUM OXYDI PLUMBI s. Oxydi Plumbi semivitrei vid. Emplastrum Diachyl. simplex. (p. 322)

EMPLASTRUM OXYDI PLUMBI CUM RESINA vid. Emplastrum adhaesivum. (p. 308)

EMPLASTRUM OXYDI PLUMBI GUMMATUM, v. Oxydi Plumbi semivitrei gummatum, (s. gummosum, s. compositum) vid. Emplastrum Diachylon compositum. (p. 321)

EMPLASTRUM OXYDI PLUMBI RUBRI CAMPHORATUM vid. Emplastrum Noricum. (p. 336)

EMPLASTRUM OXYDI PLUMBI SEMIVITREI ADUSTUM vid. Emp. Matris. (p. 332)

EMPLASTRUM OXYDI PLUMBI SEMIVITREI CUM SULPHATE FERRI CALCINATO vid. Empl. defensiv. rubrum. (p. 320)

EMPLASTRUM OXYNITRATIS Hydrargyri ET AMMONIAE Ph. castr. Ruthen.

Rec. Empl. Diachyl. simpl. Libr. unam, Oxynitrat. Hydrargyr. et Ammoniae (Mercur. solub. Hahnem.) Drachm. duas ad tres.

EMPLASTRUM Pamphili cum Asa foetida Disp. Prag.

Rec. Ceruss., Minii āā Unc. sex, Ammoniaci, Galbani, Opopanac. āā Unc. duas, Terebinth. Ven. Unc. tres, Sapon. Ven. pulv. Unc quatuor, Asae foetidae Unc. unam, Ol. Olivar. Libr. unam.

EMPLASTRUM PARACELSI v. Emplastrum defens. rubrum. (p 320)

EMPLASTRUM PARALYTICUM Bate.

Rec. Pulv. Lumbricor. Unc. quatuor, Calam. arom. Unc. unam et semis, Rad. Galang. Drachm. sex, Mellis q. s.

EMPLASTRUM PECTORALE Fuller.

Rec. Tacamahac. Unc. semis, Cerae flav. Drachm. duas, Benzoës, Styrac. Calam. āā Drachm. unam, Croci Scrup. semis.

EMPLASTRUM DE PELLE ARIETINA Arnoldi de Villa nova, Montagnani s. ad Hernias.

Disp. Hamburg, Prag., Vienn. Rec. Decocti glutinosi pellis arietinae (vel Pergameni, aut Cornu cervi raspat.) Libr. unam, Litharg., Lap. Haematit., Sang. Dracon., Boli Armen., Opii, Mastich., Ammoniaci, Galbani, Mumiae, Olibani, Costi, Lumbric. āā Drachm. semis, Picis naval., Colophon., Cerae alb. āā Unc. duas, Rad. Consolid. maj. et min. āā Drachm. tres, Rosar. rubr., Myrrh., Aloës āā Gran. duodeviginti, Succi Hypocist., Gallarum, Balaust. Punic. Granat., Aristoloch. rot. āā Drachm. sex, Visci querni Drachm. duas, Terebinth. Unc. duas, Sanguin. human. sicc. Unc. novem.

EMPLASTRUM AD PERNIONES Rust.

Frostbeulenpflaster.

Rec. Empl. Diachyl. s. Unc. semis, Bals.

Indic. nigr. Drachm. unam, Opii Scrup. unum.

EMPLASTRUM AD PERNIONES INVETERATAS Vogt.
Rec. Empl. Diachyl. s. Unc. unam, Balsam. Indic. nigr., Camphor., Opii āā Drachm. unam.

EMPLASTRUM PERPETUUM vid. Empl. vesicatorium perpetuum.

EMPLASTRUM PERUVIANUM Augustin.
Rec. Balsam. Indic. nigr. Drachm. duas, Opii Scrup. unum, Empl. Diachyl. comp. q. s. — vel Empl. Opiat. Unc. unam et semis, Camphor. Scrup. unum, Balsam. Indic. q. s. (Formulae nimis incertae.)

EMPLASTRUM PICEUM s. PICIS vid. Emplastrum citrinum. (p. 318)

EMPLASTRUM PICEUM FORTIUS Vogt.
Rec. Picis Burgund. Drachm. sex, Euphorb. Drachm. duas, Terebinth. Ven. Drachm. unam, liquatis et semirefrig. adde Pulv. Sem. Sinap. Drachm. unam.

EMPLASTRUM PICIS BURGUNDICAE v. Empl. Ladani. (p. 330)

EMPLASTRUM PICIS COMPOSITUM.
Ph. Lond. Rec. Picis alb. Libr. duas, Resin. alb. Libr. unam, Resin. flav., Cerae flav. āā Unc. quatuor, Ol. Nucistae Unc. unam. — Van Mons: Rec. Ol. Nucist. Drachm. unam, Cerae flav., Resin. alb. āā Unc. semis, Resin. alb. Unc. unam et semis, Picis naval. Unc. tres. — Cadet: Rec. Axung., Picis alb. āā Libr. unam, Cerae flav. Unc. decem, Resin. alb., Picis naval. āā Unc. quinque, Olibani Drachm. decem.

EMPLASTRUM PICIS LIQUIDAE. Theerpflaster.
Ph. Hann. et Saxon. Rec. Picis liquid. Unc. quatuor, Cerae flav. Unc. duas, Resin. alb. Drachm. duas. — Van Mons: Rec. Cerae flav. Drachm. sex, Resin. alb., Picis liquid. āā Drachm. tres.

EMPLASTRUM PICIS NAVALIS, s. nigrum Van Mons.
Rec. Picis naval. Unc. quatuor et semis, Resin. alb. Unc. quinque, Cerae flav. Unc. sex; vel: Picis naval. Unc. quatuor, Colophon. Unc. sex, Cerae flav. Unc. duas, Terebinth. Unc. unam. (Vid. quoque Empl. sticticum Hamburgense et Ceratum nigrum [p. 167], quo loco Picis navalis Partes duae legendae sunt.)

EMPLASTRUM PIPERITUM Augustin.
Rec. Picis alb. Unc. duas, Galbani, Piperis nigr. pulv. Drachm. tres, Ol. Laurin. q. s.

EMPLASTRUM PLEURITICUM Fuller.
Rec. Empl. defensiv. rubr., — saponat. āā Unc. unam, Ung. Popul. Unc. unam et semis, Camph. Drachm. tres.

EMPLASTRUM PLUMBI s. Protoxydi Plumbi simplex vid. Empl. Diachyl. simpl. (p. 322)

EMPLASTRUM PLUMBI COMPOSITUM, s e Plumbo compositum vid. Empl. Diachyl. compos. (p. 321)

EMPLASTRUM PLUMBI FUSCUM v. Emplastrum Matris. (p. 332)

EMPLASTRUM PODAGRINUM Batr.
Rec. Opii, Sapon. Ven. āā Unc. semis, Emplastr. Diachalcit. Unc. duas.

EMPLASTRUM POLYCHRESTUM.
Rec. Axung. human. vel equin. Unc. unam, Minii,Ceruss. āā Unc. semis, Sapon. Venet. Drachm. sex Camphorae parum (?). (Empl. adhaesivum quoque polychrestum a quibusdam nominatur.)

EMPLASTRUM PORRI Bories.
Rec. Minii Libr. duas, Ol. Olivar Libr. quatuor, Succi Porri Libr. sex, coque ad consist. Empl. et adde Cerae Libr. unam, Sapon. alb. Libr. duas.

EMPLASTRUM PRIORIS AD HERNIAS vid. Empl. ad Hernias. (p. 328)

EMPLASTRUM PSORICUM van de Hagen,
Rec. Ol. Rapar., Acet. Vin. āā Unc. unam. Empl. Diapalm. Unc. duas.

EMPLASTRUM PUNICEUM Fuller.
Rec. Galbani Drachm. unam et semis, Mastich. Drachm. tres, Terebinth. Ven. Drachm. semis, Picis naval. Scrup. duos, Ol. Macid. Gutt. quindecim, Pulv. Balaust Punic. Granat. Gran. quatuordecim.

EMPLASTRUM PURGANS ADMIRABILE Cnoeffelii.
Rec. Sem. Cataput., Colocynth. āā Unc. duas, Rad. et Fol. Hellebori nigr., Rad. Enulae, Succ. Enulae, — Cucum. asinin., Rad. Sambuc. nigr. rec., Rad. Sambuc. Ebuli āā Drachm. sex, Aloës, Scammon. āā Drachm. unam et semis, Terebinth. Drachm. tres, Mellis despum. q. s.

EMPLASTRUM PYRETHRI s. de Pyrethro Fuller.
Rec. Galbani, Sagapeni, Ammoniaci (vino solvendor. et colandor.) āā Unc. unam, Pulv. Rad. Pyrethri, Sem. Sinap. āā Unc. semis, Cerae Unc. unam et semis, Terebinth. Ven. q. s. — Cadet: Rad. Pyrethri, Sem. Sinap. āā Unc. unam, Cerae Unc. tres, Terebinth. Unc. unam et semis, cet. par.

EMPLASTRUM CONTRA RHACHITIDEM.
Rec. Resin. alb Unc. unam, Cerae flav. Unc. semis, Ol. Empyr. Tartari Drachm. unam.

EMPLASTRUM DE RANIS CUM MERCURIO, Emplastrum Ranarum mercuriale, Emplastrum Vigonis, s. de Vigo cum Mercurio. Quecksilberhaltiges Froschpflaster. Vigo's Quecksilberpflaster. *Emplâtre de Vigo cum mercurio.*
Ph. Gall. (1837) Rec. Empl. Diachyl. simpl. Unc. quadraginta, Cerae flav., Resin. alb. āā Unc. duas, Ammoniaci, Bdell., Olibani, Myrrh. āā Drachm. quinque, Pulv.

Croci Drachm. tres, Mercur. viv. Libr. unam, Terebinth. Unc. duas, Styrac. liq. Unc. sex, Ol Lavend. Drachm. duas. Emplastro Diachylon cum Cera et Resina liquato primum Gummi pulverata, dein Mercurium cum Terebinth. et Styrace extinctum adde. — Soubeiran et Henry et Guib. assentiunt. — Ph. Hisp. Rec. Mercur. viv. Libr. unam, Terebinth. Unc. quatuor, Empl. Ranarum (Ph. Hisp.) Libr. sex et Unc. octo. Uncia Emplastri continet Drachmam Mercurii i. e. ⅛ — Ph. Argent., Wirt. Unc. uni Empl. de Ranis sine Mercurio (Ph. Wirt) addunt Mercurii viv. Drachm. unam; continet ergo Mercurii ⅑ — Disp. Vienn. Librae uni Empl. Ranarum sine Mercurio addit Mercur. viv. Unc. duas, continet ergo, Terebinth. ratione non habita, ⅐ Mercurii. — Disp. Brand. Hamb., Palat., Prag., Ratisb. dosi toti Emplastri Ranarum sine Mercurio addunt Mercurii vivi Unc. quatuor. Quum ex praeparandi methodo, per longas ambages perducto, et propter evaporationem Succi Ranarum et Lumbricorum Mercurii ponderis ratio non pateat, nec ejusdem semper indolis emplastrum obtineri possit, merito oblivioni traditas has formulas censemus.

EMPLASTRUM DE RANIS SINE MERCURIO, s. de Ranis simplex, s. Vigonis sine Mercurio. Einfaches Froschpflaster.

Ph. Augustan., Hamb., Leid., Palat., Prag., Ratisb. Rec. Ol. Chamom. coct., — Aneth., — Lilior. alb. āā Unc. duas, — de Croco Unc. unam, Sevi Unc. sex, Ranarum numero sex, Lumbricorum lotor. Unc. tres et semis, Decoct. Rad. Ebuli, — Enulae āā Unc. duas, coque ad humidi consumtionem, cola, et iterum coque cum Litharg. Libra una, denique adde Euphorbii Drachm. quinque, Olibani Drachm. decem, Hb. Schoenanth., — Stoechad., — Matricar. āā Unc. semis, Terebinth. Unc. duas, Styrac. liq. Unc. unam et semis, Axung. Viperin. Unc. duas et semis, Ol. Spicae Unc. duas, Ol. Laurin. Unc. unam et semis. — Ph. Argent., Brandenb., Vienn., Wirt. cet. Rec. Ranas viventes numero decem, Lumbricorum terrestr. Unc. quatuor, Hb. Schoenanth., — Stoechad. Arab., — Matricar., Croci āā Drachm. quatuor, Rad. Enulae, — Ebuli āā Unc. tres, Vini alb. Libr. duas, Aceti Vini opt. Libr. unam et semis; coque ad dimidium, cola. Seorsum Emplastrum coque ex Ol. Olivar. et Litharg. āā Libr. una, decocti modo parati subinde addendo ad consistentiam Emplastri durioris, cui, ab igne remoto, adde Ol. Laurin. express., Terebinth., Cerae flav. āā Unc. duas, Olibani Drachm. sex, Euphorb. Drachm. quinque, Styrac. liq. Unc. semis. — Ph. Hisp. Rec. Ranas viventes quadraginta, Rad. Ebuli, — Bardanae āā Libr. unam et semis, Aceti Libr. tres, Aquae Libr. novem; macerata per biduum coque ad dimidium, et cola. Hujus decocti Libr. quinque et Ol. Olivar. Libr. novem coque ad humiditatis consumtionem, adde Axung. Libr. tres, Litharg. Libr. sex, et Decocti ejusdem q. s. ut fiat denuo Empl. digitis non adhaerens, cui denique adde Cerae Libr. tres, Terebinth. Unc. duas, Euphorb. Unc. unam. (Hujuscemodi mixtiones aniles antiquari justum est.)

EMPLASTRUM RATANHIAE COMPOSITUM Righini.

Rec. Resin. alb. Unc. quatuor, Terebinth. Ven. Unc. unam, Cerae alb. Unc. semis, Extr. Ratanh. Unc. unam, Aluminis Unc. semis.

EMPLASTRUM REGIUM Burrhi s. regale.

Rec. Cerae flav. Libr. unam et semis, Resin. alb. Unc. sex, Terebinth. Ven. Libr. unam, Ammoniaci, Galbani, Opopan., Bdell., Asae foet., Hederae, Tacamah., Elemi, Olibani, Sang. Dracon. āā Unc. unam, Tragacanth. Unc. decem, Castor. Unc semis, Extr. Opii, — Croci āā Drachm. duas, Sal. Alcal. volat. sicc., Sal. Cornu Cervi āā Drachm. sex.

EMPLASTRUM RESINAE s. Resinae Pini, s. cum Resina sive Resinosum vid. Empl. Adhaesivum. (p. 308)

EMPLASTRUM RESINAE ELASTICAE Swediaur et Cadet.

Rec. Resinae elastic. Unc quatuor, Ol. Terebinth. Libr. unam, in vase clauso digere, denique lento calore coque, decantha et adde Ol. Olivar., Cerae alb. āā Unc. duas, coque lente ad evaporationem Ol. Terebinth. (Usus pro Empl. adhaesivi varietate quadam. Praestat Resinam elasticam antea cum aqua bene coctam et in lacinias tenues dissectam adhibere.)

EMPLASTRUM RESINARUM GLUTINANS vid. Empl. Andreae a Cruce. (p. 311)

EMPLASTRUM RESINOSUM SULPHURATUM vid. Empl. Guillermi servitoris. (p. 328)

EMPLASTRUM RESOLUTIVUM v. Empl. Diabotan. Blondelli. (p. 321)

EMPLASTRUM RESOLVENS.

Cognomen resolventis multifariae mixtionis Emplastris inhaeret, quare, si fieri posset, plane expungendum censemus. Ita enim dicuntur Empl. de Ammoniaco, — foetidum, — fundans, — e quatuor fundantibus, — ad Ganglia, — ad Lupiam, — Saponis Ammonici, cet. Formulae, quae Asam foetidam continent., voce Emplastri foetidi referuntur.

Ph. Paup. Hamb. Rec. Empl. saponat. Unc. unam, Extr. Cicutae Unc. semis, Pulv. Hb. Belladonn. Drachm. duas. — Sainte-Marie: Rec. Empl. de Ranis cum Mercur. Unc. unam, — Cicutae c. Ammon. Unc. semis, Mercur viv. Drachm. semis, Minii Drachm. duas, Styr. liquid. q. s. — Cadet, Pierquin: Rec. Empl. Diapalm. Unc. quatuor, Axung., Cerae alb. āā Unc. duas, Minii Unc. duas. — Bories: Rec. Aceti Saturni Drachm. unam, Flor. Sulph. Unc. semis, Picis alb. Unc. duas.

EMPLASTRUM RESOLVENS AMMONIACATUM Swediaur.

Rec. Sal. Alcal. volat. sicc. Drachm. duas, Empl. Diachyl. comp. Unc. unam, Ol. Petrae, Camphorae āā Scrup. duos.

EMPLASTRUM RESOLVENS ANTICANCROSUM BORIES.
Rec. Hepat. Sulphur. salin., Pulv. Hb. Cicut. āā Drachm. duas, Camphor., Terebinth. āā Unc. semis, Sapon. alb. Drachm. semis, Cerae flav. Unc. unam, Empl. Diachyl. simpl. Unc. quatuor.

EMPLASTRUM RESOLVENS OPIACEUM BRUGNATELLI.
Rec. Ol. Lini Libr. duas, Minii, Feruss., Cerae flav. āā Unc. octo, Terebinth. Unc. tres, Opii Unc. unam.

EMPLASTRUM RESOLVENS E QUATUOR FUNDANTIBUS s. ex Mixtis quatuor vid. Empl. ex mixtis quatuor. (p. 335)

EMPLASTRUM RESOLVENS RUBRUM ad Podagram Disp. Prag.
Rec. Ol. Sem. Hyoscyam. expr., — Papav., — Lini āā Unc. quatuor, Minii Unc. quindecim, Aceti flor. Sambuc. Libr. unam, coque ad Empl. consistentiam, adde Cerae flav., Terebinth. āā Unc. duas, Saponis Ven. Unc. duas et semis, Oliban. Unc. unam semis, Mastich., Tacamahac. āā Drachm. sex, Pulv. Rosar. rubr., Pulv. Sem. Hyoscyam. āā Unc. unam.

EMPLASTRUM RESOLVENS SCHMUCKERI vid. Emplastrum foetidum. (p. 325)

EMPLASTRUM ROBORANS.
Plurimum hoc nomine Emplastrum defensivum rubrum (p. 320) intelligitur, interdum Cera arborea et Emplastrum citrinum; praeterea formulae quaedam extant. FULLER: Rec. Empl. Stomach. Drachm. tres, — Oxycroc. Drachm. duas, Carann., Tacamah. āā Drachm. unam, Bals. Tolut. Scrup. duos, Bals. Indic. nigr. Scrup. unum, Ol. Cinnamom., — Caryophyll., — Nucis Moschat. āā Gutt. duas, — Absinth. Gutt. unam. — BARBETTE: Rec. Oliban., Mastich., Boli Armen., Sang. Dracon. āā Unc. semis, Farin. Tritic. Unc. unam, Pulv. Rad. Consolid. maj. Drachm. duas, Sevi Unc. tres, Cerae alb. q. s. — Aliud ejusdem: Rec. Litharg., Cerae, Resin. alb. āā Unc. tres, Pulv. Rad. Consolid. maj., Farin. Fabar., Boli Armen. āā Unc. tres, Tragacanth. Unc. duas. — GRAY: Empl. Diachyl. simpl. Unc. viginti octo, Olibani Unc. octo, Boli Armen. Unc. unam. — SAUNDER: Rec. Picis alb., Colcoth. Vitriol. āā Unc. semis, Ol. Olivar. q. s., denique: Empl. Diachyl. s. Libr. duas, Pulv. Sang. Dracon. Unc. tres, — Olibani Unc. sex.

EMPLASTRUM RUBEFACIENS vid. Emplastrum ischiadicum; Empl. vesicator. perpet. interdum quoque hoc nomine intelligitur; praeterea MELLINUS praecipit: Succ. Ceparum, Fermenti Panis acerrimi āā q. plac., in mortario fiat pasta supra alutam extendenda.

EMPLASTRUM RUBRUM TROMMSDORFFII.
Rec. Cerae, Colophon. āā Unc. sedecim, liquatis adde Orleanae (cum Spirit. Vini terendae) Unc. semis, Spiritu evaporato Galbani Unc. quatuor in Terebinth. Unc. quatuor solutas. (In locum Emplastri Oxycrocei substituere voluit;) vid. quoque Empl. defensivum rubrum WEPFERI. (p. 321)

EMPLASTRUM RUBRUM ANTIMONIATUM Disp. August. et Ratisb.
Rec. Emplastri Diapalmae Unc. quatuor, Boli Armen., Cretae āā Unc. semis, Antimonii diaphoretici Drachm. duas, Ol. Laurin. Unc. semis, — Tartari per deliq. Drachm. unam.

EMPLASTRUM AD RUPTURAM vid. Emplastrum ad Hernias. (p. 328)

EMPLASTRUM RUSSICUM Taxae militar. Bad.
Rec. Ol. Olivar. Libr. unam, Feruss., Sapon. Ven., Minii āā Unc. quatuor, coque l. a. ad Emplastri consist., sub finem semirefrigerato adde Camphor. Unc. unam, Castor. Moscov. Unc. semis.

EMPLASTRUM SALIS AMMONIACI GRAY.
Rec. Empl. Diachyl. simpl. Unc. duas, Saponis alb. Unc. unam, Salis Ammon. Unc. semis.

EMPLASTRUM SANTALINUM s. incognitum. Roth Sandelpflaster.
Disp. Argent., Augustan., Brand., Vienn., Wirt. cet. Rec. Cerae flav, Resin. alb. āā Unc. quatuor, Santali rubri Unc. unam et semis, Croci Drachm. duas, Oliban., Mastich., Myrrh., Alumin. āā Drachm. unam semis. — Ph. Saxon. (1820) (Empl. sant. rubrum) Rec. Pulv. Ligni Santal. rubr. Drachm. sex, Croci Drachm. unam, cum Spir. Vini humectatis admisce Olibani, Mastich., Myrrh., Alumin. crudi āā Gran. quinque; bene mixta ingere massae semirefrigeratae ex Resin. alb., Cerae flav. āā Unc. duabus paratae. — Aliud: Rec. Ol. Myrti Libr. tres, Cerae alb. Unc. novem, Flor. Rosar. rubr., Ligni Santal. rubr. āā Unc. quatuor, Camphor. Unc. semis. — Aliud denique: Rec. Santali alb., — citrin., — rubr. āā Drachm. sex, Flor. recent. Rhoeados Unc. unam et semis, — Rosarum Unc. duas et semis, Ol. rosati Libr. unam, Vini albi Unc. quatuor, maceratis et coctis ad humidi consumtion. usque adde Boli Armen., Cerae alb. āā Unc. tres, Camphor. Drachm. duas.

EMPLASTRUM SAPONACEO-PLUMBICUM Ph. Suec. vid. Emplastrum HJERNERI (p. 329)

EMPLASTRUM SAPONATUM, s. Saponis, s. de Sapone, s. saponaceum, s. mamillare, s. Protoxydi Plumbi saponatum, s. simplex, s. sine Camphora, Ceratum Saponis. Einfaches Seifenpflaster. *Emplâtre de Savon.*

Ph. Dubl., Lond. Rec. Empl. Diachylon. simpl. Libr. tres, Sapon. Ven. Unc. sex. — Ph. Suec. Rec. Empl. Diachyl. simpl. Libr. quatuor, Sapon. Venet. Unc. sex. — Ph. Lusit. Rec. Empl. Diachyl. simpl.

Libr. unam, Sapon. Ven. Unc. quatuor — Ph. Edinb. Rec. Empl. Diachyl. simpl. Unc. quatuor, — compos. āā Unc. duas, Sapon. Venet. Unc. unam. — Disp. Lipp. Rec. Empl. Diachyl. comp. Unc. duas, Sapon. Ven. Unc. unam. — Ph. Gall. (1837) Rec. Empl. Diachyl. simpl. Libr. quinque et Unc. quatuor, Cerae alb. Unc. tres, Sapon. Venet. Unc. quatuor. (Formula Codicis de 1818 voce Empl. saponati Barbette refertur). — Ph. Amer. (1820) Rec. Sapon. Ven. Unc. octo, Cerae flav. Unc. decem, Litharg. Libr. unam, Ol. Olivar. Unc. sedecim, Aceti Libr. decem. Lithargyro cum Oleo octo adde Saponem, tum Oleum et Ceram et coque ad Empl. consist. — Van Mons: Rec. Empl. adhaesiv. Unc. decem, Cerae Unc. unam, Sapon. Ven. Unc. quatuor. (Sapo antea rasus, leni calore exsiccatus et in pulverem redactus Emplastro liquato inspergitur et subigitur.)

EMPLASTRUM SAPONATUM Barbette, s. Oxydi Plumbi saponaceum Ph. Hisp., s. miraculosum. Barbette's Seifenpflaster.

α) *Cum Camphora*. Ph. Brunsvic., Palatin., Vienn., Wirt. Rec. Ol. Olivar. (vel Rosar. coct.) Libr. unam, Ceruss., Minii āā Unc. quatuor, fiat, addendo pauxillum Aquae et inter perpetuam agitationem, l. a. Emplastrum non adustum, mollioris consistentiae, cui adde Sapon. Ven. Unc. quatuor, denique, ab igne remoto, Camphorae, pauxillo Spiritus Vini subigendae, Unc. semis. - - Disp. Prag., Ratisb. Rec. Minii, Ceruss., Sapon. Ven. āā Unc. decem, Ol. Olivar. Libr. duas, Axung. porc. Unc. unam, denique Camphorae Unc. unam, in Spir. Vini solut. — Ph. Danic. (1772) Rec. Ol. Olivar. Libr. tres, Ceruss., Minii āā Libr. unam et semis, Sapon. Ven. Unc. sex, Camphor. Drachm. sex. — Ph. Hispan. Rec. Minii Libr. unam, Ceruss. Unc. sex, Ol. Olivar. Unc. triginta duas, Sapon. Ven. Unc. tres, coque cum Aqua addita ad Empl. consistentiam, cui adde Cerae flav. Unc. unam et semis et semirefrigerato Camphorae Unc. unam. — Spielmann: Rec. Minii, Ceruss. āā Unc. sex, Ol. Olivar. Libr. unam, Sapon. Ven. Unc quatuor, Camphor. Unc. semis.

β) *Sine Camphora*. Disp. Argent. Ol. Olivar. Unc. sedecim, Ceruss., Minii āā Unc. quatuor, coctis ad Empl. consist. adde Sapon. Ven. Unc. quatuor, Axung. Unc. semis. — Disp. Brand. Rec. Ol. Oliv. Unc. viginti, Minii, Ceruss. āā Libr. semis, Sapon. Ven. Unc. tres. — Ph. Sard. Rec. Ol. Olivar. Libr. tres, Minii, Ceruss. āā Libr. tres, Sapon. Ven. Unc. octo. — Disp. Paris. (1760) Rec. Minii Libr. unam, Ceruss. Libr. semis, Ol. Olivar. Libr. duas et semis, Sapon. Ven. Unc. quatuor, Aquae Unc. novem, Cerae flav. Unc. tres. — Ph. Gall. (1818) Rec. Minii Unc. sedecim, Ceruss. Unc. octo, Empl. Diachyl. simpl. Libr. quinque et Unc. quatuor, Cerae flav. Unc. tres, Aquae q. s., Empl. l. a. cocto adde Sapon. Ven. Unc. quatuor.

EMPLASTRUM SAPONATUM CAMPHORATUM. Kampforhaltiges Seifenpflaster. *Emplâtre de Savon camphré.*

Rec. Emplastri Diachylon simplicis Libr. tres,
Cerae flavae Libr. dimidiam.
Leni igne liquatis inter perpetuam agitationem adde
Saponis Veneti albi pulverati Uncias tres,
tum aliquantulum semirefrigeratis admisce
Camphorae, in Olei Olivarum pauxillo solutae, Unciam dimidiam.

Vis: resolvens, discutiens.

Sit Emplastrum albidum, molliusculum, nec tamen lubricum, aut vetustate durum et fragile; camphoram redoleat; servetur in capsula e ferro laminato, ut ajunt, albo confecta, ne camphoram per auras amittat.

Usus: ad tumores frigidos, hypochondriorum duritiem, mammarum tumores lacteos, dolores leniendos arthriticos, rheumaticos, cet.

Formulam modo praeceptam, et simplicitudine et concinnitate insignem, per magnam Germaniae partem divulgatam, ceteris praetulimus. Eam enim secuti sunt Codices Boruss., Batav., Belg., Danic., Hannov., Oldenb. — Paucis differunt Ph. Ross.; suadet Empl. Diachyl. simpl. Libr. tres, Sapon. (Wologdensis, an Veneti nil interest.) Libr. semis, Camphor. Unc. unam. — Ph. Hass. Rec. Empl. Diachyl. simpl. Libr. tres, Cerae et Saponis Ven. āā Unc. octo, Camphorae Unc. unam. — Ph. Slesvico-Hols. Rec. Empl. Diachyl. simpl. Uncias (an lapsu calami, quae Librae esse debeant, cum in ceteris congruat) tres. — Ph. Saxon. Camphor. Unc. unam et semis, cet. par. — Disp. Amstel. Rec. Empl. Diachyl. simpl. Libr. tres, Sapon. Ven. Unc. sex, Camphor. Drachm. sex. — Swediaur: Rec. Empl. Diachyl. simpl. Libr. tres, Sapon. Ven. Unc. tres, Camphor. Drachm. tres. — Brera: Empl. Dia-

chyl. s. Unc. sex, Sapon. Ven. Unc. quatuor, Camphor. Unc. semis. — Ferrarini: Rec. Empl. Diachyl. simpl. Libr. tres, Sapon. Venet. Unc. octo, Camphor., Litharg. āā Unc. unam et semis. — Henry et Guib.: Rec. Empl. Diachyl. simpl. Libr. quinque et Unc. quatuor, Cerae alb., Sapon. Ven. Unc. quatuor, Camphor. Unc. semis. — Ph. Bavar. Rec. Cerae flav., Resin. alb., Sapon. Ven. āā Unc. quatuor, Camphor. Gran. quinque. — Disp. Fuldens. Rec. Empl. alb. coct. Unc. duas, Sapon. Ven. (Oleo subigendi) Unc. unam, Camphor. (Spir. Vin. solvend.) Drachm. unam. Plures denique Codices ex tempore Camphoram admisceri Emplastro saponato simplici permittunt, imo suadent. — Ph. Gall. Unc. singulis Empl. Sapon. (Ph. Gall) Grana quatuor Camphorae, Van Mons Camphor. Gran. decem, Disp. Lipp. Scrup. unum; alii pro arbitrio. (Differt hoc Emplastrum ab illo quod Barbettii dicitur, eo, quod Emplastrum Diachylon simplex, antea per se bene praeparatum, adhibetur; citius et melius eo conficitur, nec a casibus pendet, quibus parva Emplastri Plumbi cocti copia paranda semper obnoxia est.)

EMPLASTRUM SAPONATUM Werlhofii.
Rec. Empl. Diachyl. simpl., Sapon. Ven. āā Unc. tres, Cerae flav. Unc. semis, Camphor. (in pauxillo Ol. Olivar. solvendae) Scrup. unum.

EMPLASTRUM SAPONIS AMMONICI Ph. Suec.
Rec. Salis Ammoniac., Sapon. Ven. duri āā par Pondus.

EMPLASTRUM SATURNINUM Batt.
Rec. Ceruss. Unc. quatuor, Cretae alb. Unc. semis, Myrrh. Drachm. duas, Amalgamatis (ex Mercur. viv. Unc. semis et Plumbi pur. Drachm. duabus) Drachm. sex, Axung. q. s.

EMPLASTRUM SATURNINUM Mynsichti.
Rec. Plumbi usti (Lithargyr.) Unc. duas, Sevi, Cerae alb. āā Unc. unam et semis, Terebinth. Drachm. sex, Lap. Calamin., Ceruss. āā Unc. semis, Flor. Zinci, Tutiae āā Drachm. duas, Myrrh., Mastich., Olibani āā Drachm. unam, Aloës, Camphor., Nitri depur. āā Drachm. semis. Hanc Mynsichti (Armament. p. 513) formulam secuta sunt Disp. Argent., Prag., Vienn. et Ph. Palat., Wirt.

EMPLASTRUM SATURNINUM Van Mons.
Rec. Plumbi acetici basici (residui ab Aceto saturnino), Ol. Olivar. par Pondus; addita aqua ad Emplastri consistentiam coquitur, uti Empl. Diachyl. simpl.

EMPLASTRUM DE SCROPHULARIA s. viride compositum Ph. Wirt.
Rec. Fol. Scrophular., — Digital. purp. āā Unc. octo, Axung. Libr. unam, coctis ad humidi exhalationem adde Cerae flav., Resin. alb. āā Unc. sex, Terebinth. Ven., Aerugin. āā Unc. unam.

EMPLASTRUM SILIQUARUM Ph. Hispan. vid. Emplastrum defensivum rubrum. (p. 320)

EMPLASTRUM SILIQUARUM IMPERIALE Ph. Hisp. vid. Empl. imperiale. (p. 329)

EMPLASTRUM SIMPLEX vid. Empl. Diachylons implex. (p. 322)

EMPLASTRUM SIMPLEX GLUTINANS s. agglutinans vid. Emplastrum adhaesivum. (p. 308)

EMPLASTRUM SMECTICUM Batt.
Rec. Minii Libr. unam et semis, Ol. Oliv. Libr. duas, Sapon. Ven. Unc. quatuor, Cerae Unc. duas.

EMPLASTRUM SOLEARE Batt.
Rec. Sevi ovill. Unc. quatuor, Pic. naval., Resin. alb. Unc. octo, Olibani Libr. unam, Croci Unc. semis, Caryophyll., Macid. āā Unc. sex, Sem. Cumin. Unc. unam et semis, Ladani Drachm.. sex.

EMPLASTRUM SPASMICUM Batt.
Rec. Picis naval. Unc. quatuor, Castor., Ol. Costi āā Unc. unam.

EMPLASTRUM DE SPERMATE CETI. Wallrathpflaster.
Mynsichtus vult: Cerae alb. Unc. quatuor, Spermat. Ceti Unc. duas, Galbani (Aceto solvendi) Unc. unam. Hanc formulam immutatam secuta sunt Disp. August., Brand., Hamb., Palat., Prag., Ratisb. Differt Disp. Vienn. addita Unc. dimidia Ol. Amygdal. dulc, Disp. Argent. addita Terebinth. Ven. Unc. semis. — Ph. Wirt. Rec. Cerae alb. Unc. quatuor, Spermat. Ceti Unc. duas, Ol. Amygdalar., Galbani āā Unc. semis, Terebinth. Ven. Unc. unam. — Ph. Saxon. (Ceratum album) Cerae alb., Sevi āā Unc. unam, Spermat. Ceti Unc. semis. — Spielmann: Cerae alb. Unc. quatuor, Spermat. Ceti Unc. duas, Terebinth. Ven., Galbani āā Unc. Unc. unam, Ol. Amygdal. Unc. semis. — Van Mons: Rec. Spermat. Ceti, Cerae alb., Ol. Amygdal. dulc. āā.

EMPLASTRUM DE SPERMATE RANARUM. Froschlaichpflaster.
Disp. Augustan., Palat., Prag., Ratisb. Rec. Spermat. Ranarum (Froschlaich) depur., Ol. Olivar. āā Libr. tres, Ceruss. Libr. quatuor et semis, Cerae Libr. unam, Alumin. crud. Unc. quatuor, Terebinth. Drachm. duas, Camphor. Unc. unam — Ph. Wirt. Rec. Ol. Spermat. Rosar. (coct. ex part. aequal. Sperm. Ranar. et Ol. Olivar. ad humidi consumtionem) Ceruss. āā Libr. quinque, coque Emplastrum non adustum, addendo Aceti destillati Guttulas, Alumin. crud. Unc. quinque, Camphor., Spir. Vini solvendae Unc. unam. — Disp. Argent. Rec. Ol. Spermat. Ranar. Libr. tres, Ceruss. Libr. quatuor et semis, Cerae Libr. unam, Alumin. Crud. Unc. quatuor, Camphor. Unc. unam. — Disp. Vienn. Ol. Spermat. Ranar., Ceruss. āā Libr. tres, Camphor. Unc. unam. — Spielmann: Rec. Ol. Spermat. Ranar. Libr. quinque, Ceruss. Libr. unam et semis, Alumin. crud. Unc. sex, Camphor. Unc. duas. (Cerussam cum Oleo

coque ad modum Emplastri Albi cocti, tum adde Ceram et Terebinthinam. denique semirefrigeratis Camphoram. Merito exolevit.)

EMPLASTRUM SPINALE Fuller.

Rec. Empl. Diapalm. Unc. semis, — Oxycroc. Drachm. duas, Ol. Succin. Gutt. duodecim.

EMPLASTRUM SPLENETICUM Fuller.

Rec. Empl. de Cumin., — Melilot., — Tacamah. āā Drachm. duas, — de Cicuta cum Ammon., Bals. Indic. Drachm. unam — vel: Empl. de Camino Drachm. tres, — Oxycroc., — de Tacamah. āā Drachm. unam et semis, Ol. Sassafr. Gutt. tres.

EMPLASTRUM SPLENETICUM.

Ph. Wirt. Rec. Hb. Cicutae, — Ebuli āā Unc. duas, Fol. Nicotian, Flor. Genist. āā Unc. unam, macera per biduum cum Aceti Vini Libr. una et exprime, in colatura solve Ammoniaci Libr. unam, cola, evapora ad mellis consist., et adde Cerae flav. Libr. semis, Resin. alb., Terebinth., Ol. Capparid. āā Unc. duas. — Disp. Hamb., Prag. Rec. Ammoniaci Unc. unam, Succ. Tabaci Unc. semis, Succ. Ebuli, Resin. alb., Terebinth. āā Drachm. duas, Ol. Capparid. Unc. semis, Cerae Drachm. unam semis.

EMPLASTRUM STIBIATUM. Sec. Augustin.

Rec. Empl. citrin. Unc. unam, Resin. alb. Unc. semis, Terebinth. Ven. Drachm. tres, Tartar. emetic. pulv. Drachm. unam. — Niemann: suadet Empl. citrini et Tartari emetic. āā q. s.

EMPLASTRUM STICTICUM s. stypticum Crollii.

Ph. Brunsv., Palat., Wirtemb. Rec. Litharg., Lap. Calamin., Minii āā Libr. semis, Ol. Lini, — Olivar. āā Libr. unam, Vitriol. alb. Unc. unam, cum pauxillo Aquae fiat Empl. non adustum, cui adjice Colophon., Cerae flav. āā Libr. unam, Terebinth. Ven., Ol. Laurin. āā Libr. semis; mixtis adde Ammoniaci, Galbani, Bdell., Myrrh., Aloës, Mumiae, Aristoloch. long., Sang. Dracon., Lap. Haematit. āā Unc. unam. — Codices quidam (Prag., Hamb., Ratisb. cet) Camphorae addunt Unc. unam. (Formula, merito obsoleta, accedit ad Empl. defensivum rubrum; discrepantiam formularum in codicibus veteribus temere consarcinatarum perstringere nil attinet.)

EMPLASTRUM STICTICUM s. stypticum HAMBURGENSIUM.

Rec. Picis naval., Resin. alb., Sevi āā Unc. sex, Cerae flav. Unc. novem, Terebinth. Unc. octo.

EMPLASTRUM STICTICUM s. stypticum Paracelsi.

Rec. Ammoniaci, Bdell. āā Unc. duas, Galban., Myrrh., Oliban., Opopanac., Rad. Aristol. long. et rot., — Dictamni alb., Magnetis āā Unc. unam, Ol. Hyper. Libr. duas, — Laurin. Unc. duas, Litharg. Libr. unam et semis, Terebinth. Unc. quatuor.

EMPLASTRUM STIMULANS v. Emplastrum piperitum. (p. 339)

EMPLASTRUM STIMULANS ET RUBEFACIENS.

Rec. Sapon. Unc. unam, Empl. Diachyl. s. Drachm. duas, Sal. Ammon. Drachm. semis.

EMPLASTRUM STOMACHICUM.

Hoc nomine variae Emplastorum formulae intelliguntur. Praesertim Emplastrum aromaticum (p. 314) ita denominatur, tum quoque Emplastrum de Ladano (p. 330), de Crusta Panis (p. 320), de Styrace, et de Tamahacaca, haec duo suo loco reperiunda: Praeterea formulae quaedam extant, nulli earum, quas innuimus, consociandae. — Swediaur: Rec. Theriacae Androm. Unc. unam ad duas, Ol. Nucist. Drachm. duas. — Hoffmanni: Rec. Empl. de Crusta Panis, — Oxycroc. āā Unc. semis, Ol. Menth., — Caryophyll. āā Gutt. quindecim, Balsam. Indic nigr., Ol. Nucist. āā Drachm. semis. — Henry et Guib.: Rec. Cerae flav. Unc. tres, Terebinth., Tacamahac. āā Unc. duas, Ladani, Mastich., Bals. Tolut. āā Unc. semis, Benzoës, Caryophyll., Nuc. Moschat. āā Drachm. duas, Opii Drachm. unam, Ol. Menth., — Juniperi, — Absinth. āā Gutt. sex. — Sundelin: Rec. Empl. Citrini Unc. semis, Electuar Theriac. Unc. unam, Ol. Menth. crisp. aeth. Gutt. quindecim. — Vogt: Rec. Cerae flav. Unc. unam et semis, Ol. Nuc. Moschat., Ol. Laurin. expr. āā Unc. semis, Pulv. coct. Cinnamom. Drachm. duas, Ol. Menth. crisp. aeth. Drachm. unam.

EMPLASTRUM STOMACHICUM Brückner.

Rec. Galbani, Elemi āā Unc. semis, Cerae flav., Terebinth. Ven. āā Drachm. duas, Castor. Sibir. Scrup. duos, Ol. Chamom. aeth. Gutt. viginti.

EMPLASTRUM STOMACHICUM Burrhi Ph. Augustan. et Ratisb.

Rec. Cerae flav. Unc. octo, Tacamahac. Unc. quatuor, Terebinth. Unc. unam, Balsam. Indic. nigr., Ol. Menth. āā Drachm. duas, — Caryophyll. Drachm. unam.

EMPLASTRUM STOMACHICUM COMPOSITUM Fuller.

Rec. Empl. stomach. magistr. Unc. semis, Tacamah. Drachm. duas, Bals. Tolut. pulv. Drach. unam, Sang. Dracon., Bals. Indic. nigr. Drachm semis, Ol. Nucist., — Caryophyll. āā Gutt. duas, Ol. Anisi Gutt. unam; vel expeditius: Tacamahac. Drachm. septem, Hb. Menth., Fruct. Granat. Drachm. semis, Ol. Caryophyll., — Nucist., — Anisi, — Succini āā Gutt. duas.

EMPLASTRUM STOMACHICUM HAMBURGENSIUM Disp. Hamb. vet.

Rec. Ladani, Mastich., Oliban. āā Unc. duas, Nuc. Moschat., Calam. arom., Caryophyll., Macidis, Piperis long., Hb. Menth. āā Unc. unam, Cerae Unc. triginta duas, Resinae alb. Unc. sedecim, Ol. Mastich. Unc. sex.

EMPLASTRUM STOMACHICUM Junckeri Disp. Brunsv.

Rec. Tacamah. Unc. unam, Mastich., Styrac. Calamit. āā Unc. semis, Macid., Nuc. Moschat., Caryophyll. āā Drachm. unam, Balsam. Indic. nigr. Drachm. duas, Ol. Carvi, — Menth. āā Gutt. viginti, Cerae flav. Unc. quatuor, Terebinth. comm. Unc. duas.

EMPLASTRUM STOMACHICUM MAGISTRALE.

Rec. Hb. Menth., — Absinth., — Stoechad. Arab., Fol. Lauri āā Drachm. unam, Hb. Majoran., Rosar. rubr., Lign. Santal. Citr. āā Drachm. duas, Calam. arom., Lign. Aloës, Flor. Lavend., Nuc. Moschat., Cubeb., Rad. Galangae, Piperis longi, Macidis āā Drachm. unam, Mastich. Drachm. tres, Caryophyll. Drachm. duas et semis, Ol. Menth. Unc. unam semis, — Nardini Unc. unam, — Spicae Drachm. unam, Resin. alb., Cerae āā Unc. quatuor, Ladani Unc. tres, Styrac. colat. Unc. semis. (Operae pretium non est Codicum veterum discrepantiam perlustrare)

EMPLASTRUM STRUMALE s. ad strumam, s. antistrumale. Kropfpflaster.

Batei: Rec. Empl. de Cicut. c. Ammon. Unc. quatuor, Elemi Unc. semis, Mercur. praecip. rubr. Drachm. decem; dictum Bezani: Galbani (Aceto solvendi) Unc. duas, Pic. naval. Unc. semis, Rad. Scrophular. Drachm. quinque, Salis Ammon. Drachm. unam et semis, Pulv. strumal. Drachm. duas, Empl. Diachyl. comp. Unc. unam. — Disp. Vienn. Flores Sal. Ammoniac. martiales sumit, et addit Magnet. Arsenicalis Unc. semis. Denique: Rec. Tartari emetic. Gran. decem, Calomel. Drachm. unam, Empl. Saponati Unc. semis.

EMPLASTRUM STYPTICUM vid. Emplastrum sticticum. (p. 344) Affinia sunt Empl. roborans et defensiv. rubrum.

EMPLASTRUM STYRACIS STOMACHICUM sive de Styrace. Storaxpflaster. Ph. Matrit. Hisp.

Rec. Cerae flav. Libr. duas et semis, Terebinth. Libr. tres, Tacamah. Libr. duas et semis, Styrac., Mastich. āā Unc. quatuor et semis, Ladani, Benzoës, Caryophyllor., Nuc. Moschat. āā Unc. duas et Drachm. duas, Ol. Menth., — Absinth. aeth. āā Drachm. duas (Olea aetherea massae semirefrigeratae sub finem addantur.)

EMPLASTRUM SUBCARBONATIS PLUMBI vid. Emplastrum album coctum. (p. 309)

EMPLASTRUM SULPHURATUM compluribus formulis inhaeret, scilicet Empl. nigro Boerhavii (p. 336), Empl. Diasulphuris Rulandi (p. 324), et Guillelmi Servitoris (p. 328). Emplastrum sulphuratum pro Vino Ph. Prag. mixtio est satis inepta atque incerta.

EMPLASTRUM SUPPEDALE Fullen.

Rec. Empl. Cephalic. Drachm. tres, Pic. naval. Drachm. duas, Euphorb. Scrup. duos, Camphor., Ol. Succin. āā Scrup. unum.

EMPLASTRUM SUPPEDALE MIXTUS Boerhavii.

Rec. Empl. Melilot., Galbani, Sagapeni āā Unc. unam.

EMPLASTRUM SUPPURANS Disp. Fuld.

Rec. Empl. de Ammoniaco Unc. tres, Pulv. Rad. Bryoniae Unc. unam, Ol. Olivar. rancid. Drachm. sex, coctis ad Empl. consistent. addantur Camphor. (Spir. Vin. solvendae) Drachm. duae.

EMPLASTRUM TABACI vid. Empl. de Nicotiana. (p. 336)

EMPLASTRUM DE TACAMAHACA s. tacamahacinum, s. stomachicum de Tacamahaca.

Disp. Vienn. Rec. Tacamah. Unc. sex, Mastich. Unc. duas, Styrac. Calam. Unc. unam, Ol Mastichin. Unc. unam et semis, Cerae flav. Unc. quatuor, Terebinth. Unc. unam. — Disp. Brand. Rec. Mastich., Anime, Sandarac., Succin. āā Drachm. tres, Tacamah. Unc. unam, Cerae Unc tres, Ol. Mastichin. Drachm. tres, Terebinth. Drachm. duas. — Ph. Wirt. Rec. Cerae flav. Unc. octo, Tacamah. Unc. quatuor, Terebinth. Unc. unam, Bals. Indic nigr., Ol. Menth. Drachm. duas, — Caryophyll. Drachm. unam. — Ph. Sard. Rec. Tacamah. Unc. tres, Gummi Carann. Drachm. sex, Balsam. Indic. nigr., Terebinth. āā Unc. unam et semis — Augustin: suadet Galbani, Tacamah., Cerae, Asae foetid., Cumini, Terebinth. singulor. par Pondus sumi. — Disp. Brunsv. Rec Tacamah. Unc. unam, Mastich., Styrac. Calam. āā Unc. unam et semis, Macid., Nuc. Moschat., Caryophyll. āā Drachm. unam, Balsam. Indic. nigr. Drachm. duas, Ol. Carvi, — Menth. āā Gutt. viginti, Cerae Unc. quatuor, Terebinth. Unc. duas. — Ph. Saxon. vid. Empl. aromaticum. (Accedunt haec formulae Empl. aromatico, stomachico, de Crusta Panis cet.)

EMPLASTRUM TARTARI EMETICI Dr. Lespinasse.

Rec. Empl. adhaesiv. (Ph. Bor. ed. 3) Unc. unam, Resin. alb. Unc. semis, Terebinth. Ven. Drachm. tres, liquefactis lene igne admisce Tartari emetici pulv. Drachm. unam et semis.

EMPLASTRUM AD TEMPORA.

Disp. Brunsv. Rec. Anime, Carann., Elemi, Mastich., Stor. Calam., Succin. āā Drachm. duas, Terebinth. Drachm. tres, Opii, Balsam. Indic. nigr. āā Drachm. unam, Ol. Caryophyll., — Succin. āā Gutt. tres. — Fuller: Rec. Carannae Drachm. unam, extende supra alutam, et adde in medio Opii Gran. duo, Ol. Succin. Gutt. quatuor.

EMPLASTRUM DE THEA Disp. Prag. mixtio quisquiliarum oblivioni tradenda.

EMPLASTRUM THURIS Ph. Dubl.

Rec. Empl. Diachyl. simpl. Libr. duas, Resin. alb. (Thuris) Unc. sex, Croc. Mart. adstring. Unc. tres.

EMPLASTRUM THURIS COMPOSITUM Fuller.

Rec. Oliban. Drachm. duas, Tacamahac.

Drachm. unam, Croci Scrup. semis, Terebinth. Ven. q. s. — Coxe: Rec. Picis Burgund. Unc. sex, Sang. Dracon. Unc. tres, Empl. Litharg. simpl. Libr. tres.

EMPLASTRUM TONSORIS sec. Trillerum.
Rec. Picis Libr. duas, Cerae Libr. unam, Resin. alb. Libr. semis, Farin. Foenugraeci, Pulv. Rad. Bryoniae āā Unc. quatuor, Sem. Cumini Unc. tres.

EMPLASTRUM AD TORMINA VENTRIS v. Emplastrum ad Colicam. (p. 319)

EMPLASTRUM AD TOPHOS Disp. Prag.
Rec. Pic. naval., Colophon. āā Unc. tres, Mucilag. Rad. Althaeae Unc. duas et semis, Galbani, Ammon., Mastich., Myrrh., Oliban. āā Unc. unam et semis, Cerae virgin., Visci querni, Rad. Aristol. rotund., Aerug., Cerae flav., Terebinth. āā Unc. tres.

EMPLASTRUM TRIAPHARMACUM
α) cum Camphora, accedit ad Empl. Noricum. — Disp. Vienn., Wirt. Rec. Minii, Aceti Vini āā Libr. unam, Ol. Rosar. coct. (vel Olivar.) Libr. duas, fiat l. a. Emplastrum adustum coloris intense fusci, cui semirefrigerato adde Camphor. Unc. unam et semis. — β) Sine Camphora, accedit ad Empl. Matris. Disp. Argent., Brandenb., Hamb., Prag. Rec. Litharg., Acet. Vini, Ol. Oliv. singul. par Pondus, fiat l. a. Empl. adustum. (Nomen habet a tribus ingredientibus; auctiore calore Acetum avolat et Empl. Matris eo fit, quare supervacaneum.)

EMPLASTRUM TRIFOLII MELILOTI vid. Empl. Meliloti. (p. 333)

EMPLASTRUM TROCHISCATUM.
Rec. Lapid. Calamin. Unc. unam, Litharg. Unc. duas, Resin. alb., Mastich. āā Unc. semis, Myrrh. Drachm. sex, Tutiae ppt. Unc. semis, Cerae flav. Unc. tres, Sevi Unc. quatuor, Terebinth. Ven. Unc. unam et semis, Camphor. Drachm. unam et semis.

EMPLASTRUM CONTRA TUSSIM FERINAM Goelis. Pflaster gegen Keuchhusten.
Rec. Theriacae, Pulv. Rad. Belladonn., Laudan. liquid. Sydenham. āā Scrup. unum, Gumm. Arabic. Drachm. tres.

EMPLASTRUM AD ULCERA ANTIQUA Disp. Vienn.
Rec. Ol. Lini Libr. quinque, — Olivar. Libr. unam, Minii Libr. tres, coctis ad Empl. consistentiam adde Cerae flav. Libr. duas, Pulv. Rad. Ireos Unc. sex, Olibani, Mastich. āā Unc. tres, Camphor. Unc. unam et semis.

EMPLASTRUM UNIVERSALE Waltheri sec. Dulk.
Rec. Empl. Matris Libr. unam, Alumin. ust., Succin. āā Drachm. tres.

EMPLASTRUM CONTRA VERMES Ph. Wirt.
Rec. Aloës, Trochisc. Alhandal, Rad. Asari, Hb. Tanacet., — Sabin., — Absinth, Myrrh. āā Drachm. tres, Fell. Tauri recent. Unc. tres, coque ad pultis consist., et adde Cerae flav. Unc. tres, Ol. Absinth. coct., Terebinth. Ven. āā Drachm. sex, Ol. aeth. Sabin., — Petrae āā Drachm. unam.

EMPLASTRUM VERMIFUGUM Bate.
Rec. Aloës Unc. unam, Colophon, Myrrh. āā Unc. tres, Hb. Sabin., — Rutae, — Absinth., — Tanacet., Fol. Jugland., Rad. Bryon. āā Drachm. duas, Cerae, Resin. āā Unc. quatuor, Ol. Rutae Unc. duas.

EMPLASTRUM AD VERRUCAS v. Empl. ad Clavos Pedum. (p. 319)

EMPLASTRUM VESICATORIUM CAMPHORATUM v. voce Empl. vesicatorium ordinarium formulas quae Camphoram praecipiunt, e. gr. Ph. Wirt., Palat., Brand., Fuld.

EMPLASTRUM VESICATORIUM COMPOSITUM s. Empl. Cantharidum compositum, Unguentum ad fonticulos Bergii, s. epispasticum viride, s. Meloes vesicatorii compositum Ph. Dubl., s. Adeps cantharidibus medicatus Ph. Gall. 1818. Zusammengesetztes Spanischfliegenpflaster.

Mixtiones quaedam, merito obsoletae, denominantur a Cantharidibus aliisve corporibus irritantibus conflatae; e. g. — Van Mons (Empl. vesic. comp. Edinburgensium) Rec. Piper. nigr., Sem. Sinap. āā Unc. unam, Aerugin. Unc. duas, Cerae flav. Unc. quatuor, Cantharid., Pic. Burgund. āā Libr. unam, Terebinth. Unc. duodeviginti. — Ph. Gall. 1818. Rec. Pulv. Cantharid. Unc. duas, Ung. populei Libr. quatuor et semis, Cerae alb. Unc. octo, Aerugin., Extr. Opii āā Drachm. sex. Ratio Cantharidum 1:32 (vid. Unguent. Cantharid.) — Disp. Brand. Rec. Fermenti Panis acerrimi Unc. duas, Aceti scillitici Drachm. duas, Pulp. Scillae Unc. semis, Cantharid, Spir. Vin. humectandarum, Drachm. semis, Mastich., Myrrh. āā Drachm. unam et semis antea solutas Terebinth. et Cerae āā Unc. una et semis.

EMPLASTRUM VESICATORIUM EXTEMPORANEUM.

Ph. Ferrar. Rec. Cerae flav. Unc. quatuor, Colophon., Terebinth. āā Unc. duas, Sevi Unc. unam; ante applicationem pulvere Cantharidum consternitur. — Parmentier farinam frumenti aceto humectatam supra linteum vel alutam extendi et pulvere Cantharidum adspergi suadet. Exsiccatione in cute molestum fit; non firmiter cuti adhaeret, sed fascia, vel laciniis Empl. adhaesivo illitis, affigendum est.

EMPLASTRUM VESICATORIUM FLAVUM vid. Empl. vesicat. ordinarium, ad modum Bernhardi.

EMPLASTRUM VESICATORIUM FORTIUS.
Ph. anticholer. Rec. Empl. vesicator. ordinar. Unc. unam, Pulv. Cantharid. Drachm. unam ad duas, Ol. Lini q. s. — Dr. Ammon: Rec. Ung. Basilic nigr. Drachm. duas,

Pulv. Cantharid., Butyr. Antimon. āā Drachm. semis.

EMPLASTRUM VESICATORIUM MONSPELIACUM s. de Meibar. Sec. Bonius, Pimaquin. Rec. Sem. Sinap., Euphorb., Piper. long. āā Drachm. sex, Sem. Staphisagriae, Rad. Pyrethri āā Unc. unam, Ammoniaci, Galbani, Bdellii, Sagapeni āā Unc. semis, Cantharid. Unc. duas cum dimidia, Picis Burgund., Resinae Pini, Cerae flav. āā Unc. tres, Terebinth. q. s.

EMPLASTRUM VESICATORIUM ORDINARIUM. Spanisch Fliegenpflaster. *Emplâtre de Cantharides.*

Synon: Emplastrum Cantharidum, s. Cantharidum ordinarium, s. Cantharidum cereum Ph. Austr., s. Lyttae Ph. Lond., Meloes vesicatorii Ph. Edinb., s. e Cantharidibus vesicans, s. epispasticum cum duplici dosi Cantharidum, Ceratum Cantharides Ph. Amer. Zugpflaster. Blasenpflaster. *Emplâtre epispastique.*

Rec. Cerae flavae,
Colophonii,
Sevi ovilli āā Unciam unam,
leni calore liquefactis et adhuc calidis probe immisce
Pulveris Cantharidum grossiusculi Unciam unam,
et per aliquot tempus leni calore fove.

Intime mixta in magdaleones formentur.

Vis: irritans, rubefaciens, vesicans, excorians, derivans; stranguriam facile excitat, cui Camphora subvenitur.

Sit Emplastrum molliusculum virescenti-cinereum, particulis Cantharidum conspicuis, aequabiliter immixtis punctatum; striae coloris pallidioris incuriam laborantis arguentes non conspiciantur; non nimis cuti adhaereat.

Usus: ad derivandam irritationem partium internarum, ad resolvendos tumores frigidos, ad fonticulos formandos. Fonticulorum cessantium effluvium globulis hujus emplastri in fosSiculas immissis cito excitatur; prodest in febribus nervosis, rheumaticis, affectionibus arthriticis, in doloribus rheumaticis oculorum, aurium, cet.

In eligenda sive concinnanda hujus Emplastri formula multorum ratio habenda fuit, ne nimis etenim a Codicum formulis dissentiamus, neve aliorum auctoritati temere nimium tribuendo, rei ipsius, quod interesset, negligamus.

Respuendae erant formulae quae Oxydum Plumbi, sive Emplastrum Diachylon continerent, experientia enim docente, Cantharidum indolem vesicantem Plumbi reactione summopere infringi. Inter ceteras non paucae formulae nimia Resinae, Terebinthinae, et Axungiae copia scatentes consistentiam efficiunt unguinosam, adhaesivam, ita ut Emplastrum sine summo dolore et vesicae eductae ruptura abstrahi nequeat. Terebinthinam hac ratione omisimus. Cum Oleo Olivarum paratum mucedinem facile attrahit. Cantharidum rationem, ut totius quartam partem efficiant, intactam recepimus. Numeris ubique indicavimus, quantam totius partem Cantharides impleant. Virtutem formulae praeceptae attingit formula Ph. Bavar., Bor., Hamb., Hass., Slesv.-Hols. Rec. Cerae Libr. unam, Terebinth., Ol. Olivar. āā Unc. tres, Pulv. Cantharid. Unc. sex. Ph. Polon. Axungiam pro Oleo Olivar. recipit, cet. par (1:4). Ph. Dan., Fenn., Suec. Cerae Unc. decem, cet. par. cum Bor. (1:3⅔); Disp. Lipp. praeterea Cantharid. Unc. octo, cet. par. cum Bor. (1:3). Ph. Ross. Rec. Cerae Libr. unam, Terebinth., Cantharid. āā Unc. quatuor, Camphorae Drachm. tres (1:5). — Ph. Ferrar. Cerae, Terebinth. āā Unc. sex, Colophon. Unc. quatuor, Cantharid Libr. unam (1:2½). Ph. Parm. Rec. Cerae, Colophon., Terebinth. āā Unc. quatuor, Ol. Olivar. Unc. unam, Cantharid. Unc. octo (1:2½). — Ph. Sard. Rec. Cerae, Colophon., Terebinth. āā Unc. unam et semis, Cantharid. Unc. duas (1:3¼). — Ph. Dan. (1772) Rec. Cerae Unc. octo, Euphorbii Unc. unam, Terebinth. Unc. unam et semis, Ol. Olivar. Unc. tres et semis, Cantharid. Unc. sex (1:3⅙). — Ph. Austr. Rec. Cerae Unc. octo, Axung., Terebinth. āā Unc. duas, Cantharid. Unc. sex (1:3). — Ph. Amer. Rec. Resin. alb., Cerae flav., Ol. Olivar. āā Unc. octo, Cantharid. Libr. unam (1:3). — Ph. Batav., Belg., Amstel. Rec. Cerae flav. Unc. octo, Colophon., Resin. alb. āā Unc. quatuor, Axung. Unc. tres, Cantharid. Unc. octo (1:3½). — Ph. Edinb. duas praecipit formulas, ejusdem propemodum indolis: alteram partes aequales Cerae, Sevi, Resinae et Cantharidum sistentem, nostrae persimilem; alteram, dictam Empl. vesicator. compositum, quae vult Tere-

binth. Venet. Libr. unam et semis, Resin. alb., Cantharid. āā Libr. unam, Cerae Unc. quatuor (1 ; $3\frac{1}{2}$). — Ph. Gall. (1837) Rec. Resinae, Axung., Cerae, Cantharid. āā par Pondus (1 : 4); Ph. Gall. (1818) duas habet formulas; Empl. solidius, tenacius: Resin. alb. Unc. octo, Terebinth. Unc. duas et semis, Cerae flav. Unc. sex, Cantharid. Unc. quatuor (1 : 5); Empl. mollius, (vesicans anglicum dictum) Rec. Empl. Citrin., Axung., Cantharid. āā Partes aequales (1 : 3). — Ph. Lond. Rec. Empl. Citrin. Libr. unam et semis, Axung., Cantharid āā Libr. unam (1 : $3\frac{1}{2}$). — Ph. Saxon. Rec. Empl. Citrin. Unc. tres, Cantharid. Unc. unam (1 : 4). — Ph. Dublin. Rec. Cerae. Axung. āā Libr. unam, Resin. alb. Unc. quatuor, Cantharid. Libr. unam (1 : $3\frac{1}{3}$). Ph. Hispan. Rec. Cerae, Colophon., Terebinth. āā Unc. duas, Euphorbii Unc. unam, Cantharid. Unc. tres (1 : $3\frac{1}{3}$). — Ph. Lusit. Rec. Cerae flav. Libr. duas, Axung. Libr. unam, Ol. Olivar. Unc. octo, Cantharid. Libr. unam et semis (1 : 4). — SOUBEIRAN: Rec. Resin. alb. Libr. unam, Terebinth. Unc. quatuor, Cerae flav. Unc. novem, Cantharid. Unc. sex (1 : 5); ejusdem dictam Anglicam: Rec. Cerae Unc. tres, Sevi Unc. decem, Resin. alb. Unc. unam, Cantharid. Unc. septem (1 : $4\frac{1}{2}$). Disp. Fuld. Rec. Empl. Meliloti Unc. duas, Cantharid. Drachm. sex, Camphor. Drachm. semis (1 : $2\frac{2}{3}$). — Ph. Wirt., Palat. Rec. Cerae Unc decem, Terebinth. Ven., Ol. Olivar. āā Unc. duas et semis, Cantharid. Unc. quatuor, Camphor. Drachm. tres (1 : 5). — Disp. Brand. Rec. Cerae, Resin. alb., Terebinth āā Unc. unam, Cantharid. Unc. duas (1 : $2\frac{1}{2}$). — Ph. Genev. Rec. Cerae flav., Pic. Burgund. āā Unc. duas, Terebinth. Unc. unam, Mastich. Drachm. duas, Cantharid. Unc. duas (1 : $3\frac{1}{2}$). — Disp. Brunsv. Rec. Elemi, Mastich., Tacamahac. āā Unc. semis, Styrac. liq. Drachm. tres, Cantharid. Drachm. duas et semis. — Ph. de CHARAS: Rec. Resin. alb., Cerae flav., Terebinth. āā Unc. quatuor, Cantharidum Unc. octo, Myrrh., Mastich. āā Unc. unam (1 : $2\frac{3}{4}$). Veteres Codices plerumque addunt Resinas balsamicas, rationem quoque servant 1 : 4; e. gr. — Disp. August., Prag., Ratisb. Rec. Cantharid. Drachm. duas, Terebinth. Drachm. unam, Olibani, Myrrh., Mastich., Camphor. āā Gran. quindecim, Ol. Rosar. coct. Drachm. unam, Cerae flav. Drachm. tres (1 : 4). Scriptorum de re medica discentum hic examinare non attinet, quorum formulae merito derelictae sunt: SWEDIAUR, FERRARINI, TADDEI rationem 1 : $2\frac{1}{2}$ adhibent; PIERQUIN, CADET 1 : 4. Superest denique methodos referre, quae non pulverem Cantharidum, sed materias efficaces extractione elicitos Emplastris addunt. Ad modum COLDEFY-DORLY: Rec. Pulv. Cantharidum Unc. quatuor, humecta sufficiente quantitate Naphthae Aceti, et macera per aliquot tempus. In vase idoneo Naphtha, Cantharidino gravida, alia ejusdem liquidi copia infusa depellatur, ita ut, quae nunc Cantharidibus inhaereant, Aqua infusa extricetur. Liquores aethereos in balneo aquae destillatione elice, et residuum ad extracti mollioris spissitudinem redige, quod bene immisce miscellae liquefactae ex Cerae flav., Resin. alb. āā Libr. una, Colophon. Unc. novem. (Naphtha Vitrioli ad eundem usum minus aptum esse videtur, Cantharidinum scilicet difficilius solvens). — Ad modum BERNHARDI, Pharmacopolae: Rec. Cantharid. Unc. quatuor, infunde Aquae fervidae Unc. viginti, colaturam leni calore ad syrupi spissitudinem evapora, adde miscellam liquefactam ex Cerae flav. Unc. quatuor, Resin. Pini Unc. una, Ol. Olivar., Terebinth. āā Unc. una; leni calore ad humiditatis evaporationem fove. In fundo vasis materia extractiva, aqua solubilis, Cantharidino, quod Emplastro suscipitur, libera, separatur. (Emplastrum citrinum est, diaphanum, Cantharides valde redolet, vi vesicante forti praeditum esse laudatur; nimis cuti adhaeret, quare abductum dolores ciet.) MARTIUS hanc quoque methodum laudibus effert; Extracto Cantharidini addit Spiritus Vini Drachm. duas, mucedinem Emplastri evitaturus.

EMPLASTRUM VESICATORIUM PERPETUUM JANINI. Anhaltendes Blasenpflaster. *Emplâtre vesicatoire Anglais.*

Synon.: Emplastrum Cantharidum perpetuum Ph. Bor. cet., s. Meloes compositum Ph. Wirt., s. Cantharidum cum Euphorbio Ph. Suec., s. calefaciens Ph. Dubl., s. Euphorbii Ph. Austr. Englisches Zugpflaster; ewiges Pflaster.

Rec. Terebinthinae communis,
Pulveris Mastiches āā Uncias tres,
leni calore liquatis immisce
Pulveris Cantharidum Unciam unam,
— Euphorbii Unciam semis.

Vis: irritans, rubefaciens, derivans, lentior sed magis perdurans quam Emplastri vesicatorii ordinarii.

Sit emplastrum fuscum, frigidum durum, fragile, fractura splendida, maculis griseis et micis Cantharidum aequabiliter immixtis punctatum; calore emollitum in alutam extendi potest.

Usus: in affectionibus inflammatoriis et rheumaticis chronicis.

Cum formula nostra, ex edit. 3 Ph. Boruss. desumta, congruunt Ph. Bavar., Fuld., Hamb., Oldenb., Saxon. — Pro Mastiche Ph. Polon. Resinam Pini suadet. — Ph. Hass. et Slesv.-Holsat. Cantharidum Drachm. decem, Dan., Suec. et SWEDIAUR Drachm. sex, cet. par. praecipiunt. — Ph. Wirt. Rec. Terebinth., Mastich. āā Unc. quatuor, Cantharid. Unc. unam et semis (Ph. Austr. Unc. duas, cet. par. c. Wirt.), Euphorb. Unc. unam. — Ph. Amer. Rec. Empl. vesicat. ordin. (Ph. Amer.) Unc. unam, Resinae albae Unc. septem. — Ph. Dubl. eodem modo praecipit de suo Empl. vesicator. ordinario parari. A ceteris multum differt Ph. Boruss. ed. 5, et Euphorbio omisso, ponderum ratione et consistentia: Rec. Cerae Unc. unam, Resinae alb. Drachm. tres, Sevi, Terebinth āā Drachm. duas, Cantharid. Drachm. unam. — CADET (Vesicatorium LE COMTE) Cerae Libr. unam, Terebinth., Cantharid. āā Unc. sex, Euphorb. Drachm. sex. (Potius Empl. ordinario adnumerandum). In concinnanda Emplastri perpetui formula minoris momenti est Cantharidum ponderis ratio, quam massae durities atque natura. Materia unguinosa et molli principium vesicans, corporis calore adjuvante, facile dissolvitur, cutique admovetur, ita ut denique vesica exsurgat, quod, ne fiat, mole duriori et resinosa efficitur. Mastichen ergo, quamquam ea Emplastrum difficilius tractatur, non expungendam censemus. Ponderis ratio Cantharidum pluribus est 1 : 7½, Ph. Danic., Suec. 1 : 9⅔; Austr. 1 : 5⅓; Amer. 1 : 24; Boruss. 5 ed. 1 : 16; Dubl. 1 : 27.

EMPLASTRUM VIGONIS sine et cum Mercurio vid. Emplastrum de Ranis sine et cum Mercurio. (p. 340)

EMPLASTRUM VIRIDE Disp. Argent., Prag., Ratisb.

Rec. Cerae flav., Resin. alb., Terebinth. āā Unc. quatuor, Oliban., Mastich., Aerugin. āā Unc. tres. (vid. quoque Empl. defensivum viride [p. 321] et de Scrophularia. [p. 343])

EMPLASTRUM VOLATILE SAUNDER.

Rec. Sal. Alcali volat. sicc. Drachm. unam, Camphor. Drachm. duas, Terebinth. Ven. q. s.

EMPLASTRUM ZINCI. Zinkpflaster. *Emplâtre de Zinci*, ex Zinco oxydato albo et Oleo Olivarum coquendo et interdum addendo pauxillum Aquae coquitur ad modum Empl. albi cocti. Praecipitatione quoque parari posse, liquet, mutua decompositione Solutionum Zinci sulphurici et Saponis Veneti.

EMPLASTRUM ZINCICO-PLUMBICUM v. Empl. Diapompholygos (p. 324)

EMULSIO; Samenmilch, Emulsion; *Emulsion.* Ab emulgendo dicitur, quoniam est medicamentum liquidum lactis instar quasi emulsum e seminibus et fructuum nucleis contusis, cum liquore idoneo praeparatum. In emulsione tria praesertim consideranda sunt; materia, ex qua contusa lac elicitur, liquor cum quo emulgetur, et quae in lacte solvuntur. Materiae sunt fructuum nuclei ut Amygdala, nuclei pineae, pistaciae, persicorum, semina plantarum, uti frigida majora et minora, Cucumeris, Melonum, Papaveris, Cannabis cet. Liquor ad parandum lac vel Aqua communis et destillata simplex aut odorata, vel Decoctum Hordei, Liquiritiae, Cornu Cervi, Passularum, cet. Solvenda sunt Saccharum, vel Salia, ut Nitrum, Tartarus tartarisatus, cet., quae medicus apta putat. — Parantur emulsiones e gummi-resinis assidua trituratione cum pauxillo Aquae primum, tum addendo majorem Aquae simpl. vel destillatae odoratae vim. Gummi-resinae aquae non nisi minima ex parte solvuntur, sed suspensae tenentur. — Denique Emulsiones fiunt e Mucilaginibus, Gummi Arabic., Tragacantha, Melle, Syrupis, Vitello ovorum altera ex parte, illinc ex Oleis pinguibus Amygdalarum, Olivarum, Ricini cet., vel Oleo Terebinthinae. Oleum aut Mucilagini jam paratae per vices inter agitationem instillatur, vel Oleum cum Gummi optime miscetur et Aquae justa moles additur, quam si majorem vel minorem habeas, res male succedit. Lac Seminum coctione et acidis additis, imo etiam salibus decomponitur. Temporis lapsu et aeris calore facile in deterius vergit.

Emulsiones omnes ex tempore parantur.

EMULSIO ACACIAE ARABICAE v. Emulsio arabica. (p. 351)

EMULSIO ADSTRINGENS.

BOERH.: Rec. Gland. Querc. excortic., Amygdal. dulc. āā N°. 6, Infus. Verbasci Unc. sex, Syr. Heder. terrestr. Unc. unam. (Laudatur in Diabete.) — SAUNDERS: Rec. Sem. Melonum Unc. tres, — Cydon. Drachm. tres, fiat Emuls. l. a., colat. Libr. unius et semis adde Boli Armen. Unc. unam, Syrup. Diacodii Unc. duas. — CADET, RICHARD: Rec. Bals. Copaiv., Syr. Bals. Tolut. āā Unc. unam, Aq. Rosar. rubr. Unc. sex, Gummi Arabic. Unc. unam, Spir. Nitr. dulc. Unc. unam.

EMULSIO ALEXIPHARMACA EXPULSIVA Disp. Vienn.

Rec. Sem. Card. Bened., — Papav. alb., — Napi, — Aquilegiae āā Drachm. unam, — Citri Scrup. unum, — Melonum Drachm. duas, Aq. Card. bened., — Scorzonerae, — Scordii āā Unc. duas, fiat l. a. Emulsio, cui adde Syr. Acetosit. Citri Unc. unam.

EMULSIO AMARA. Bittere Emulsion. Ph. Parm.

Rec. Sem. Melonum, — Citri āā Unc. semis, Aq. font. Libr. unam f. Em. l. a.

EMULSIO AMMONIACALIS VOGLER Weilb.

Rec. Aq. Sambuc. Unc. septem, Gummi

Ammoniaci, Nitri dep. ana Drachm. duas, Syr. Capill. Ven. Drachm. sex. Adduntur pro varietate Cremor. Tartar., vel Sal. mirab. GLAUB. Drachm. duae, vel Pulv. pectoral. VOGLER Drachm. tres, vel Oxymellis simpl. Drachm. sex.

EMULSIO AMMONIACI vid. Lac Ammoniaci et Mixturam Ammoniaci compositam.

EMULSIO AMMONII MURIATICI sec. WOLLKOPF. Salmiakemulsion. Ph. extemp.

Rec. Gummi Arab. Unc. semis, Infus. Cinnamom. Unc. octo, Sacchar. alb. Drachm. unam, Salis Ammoniaci Drachm. duas.

EMULSIO AMYGDALARUM s. amygdalina, s. Amygdalarum dulcium. s. communis, s. Lac Amygdalae Ph. Dubl., s. Emulsum Amygdalarum Disp. Fuld., s. Mixtura Amygdalarum Ph. Lond., Amer. Mandelmilch. *Emulsion d'Amandes.*

Rec. Amygdalar. dulcium Unc. unam, Amygdalar. amarar. Drachm. unam; infunde Aquam communem tam calidam, quam manus immersae vix ferre queant, stent per aliquot tempus (horae quadrantem) donec inter digitos leviter pressae cuticulam facile amittant. Excorticatas in mortario lapideo, addita aquae Unc. una, contundendo in massam penitus pultaceam redige, cui sensim adde inter triturationem Aquae tepidae tantum, ut sit colatura, sine expressione, Libr. unius, in qua solve Sacchari albi Unc. unam. *Vis:* Blande nutriens, demulcens. *Usus:* In morbis febrilibus, tussi acri cum Aquis soteriis alcalinis mixta, in statu irritato ventriculi, intestinorum, pulmonum, in diarrhoeis, cet.

Necesse est Amygdalae excorticentur, quia pellicularum principio adstringente et colore sapor lactis atque albedo detrimentum capiunt. Aquam fervidam nucleis affundere, non admiserim, quum Emulsino calore coagulato sapor et odor gratus Amygdalarum amararum excitari nequit. Potionis virtus pendet ex assiduitate laborantis in contundendis nucleis. Plures Pharmacopoeae Amygdalas amararas plane omittunt, an bene, dubito, quum et sapor et indoles levissima hydrocyanica aeque laude sunt digna.

Ph. Hann. Amydg. amar. Drachm. semis, Aq. comm. Unc. octo, cet. cum nostra formula consentit. — Ph. Hass., Saxon., Slesv.-Hols., Rec. Amygd. dulc. Unc. unam, Aq. Unc. octo, Sacchar. alb. Unc. semis ad unam.— Ph. Bor. mil., Herbip. milit., Lusit., Ross. Rec. Amygd. Unc. unam; colatura Libr. una, Sacchar. alb. Unc. semis. — Disp. Fuld., cum praecedente congruit, sed colatur. Unc. decem. — Disp. Lipp. Rec. Amygd. dulc. Unc. unam, Aq. commun. primum Unc. quatuor, dein denuo Unc. duas, Sacch. alb. Unc. semis. — Ph. paup. Hamb. Rec. Amygd. dulc. Unc. unam, Aq. comm. Unc. decem, Sacch. alb. Unc. unam. — Ph. Gall. (1818) Rec. Amygd. dulc. Unc. unam, colat. Unc. sedecim, Sacch. alb. Unc. unam, Aq. Naphae Unc. semis. — Ph. Gall. (1837) Colat. Unc. triginta, Aq. Naphae omissa, cet. cum Gall (1818) congruit. — Ph. Fenn., Suec. Amygd. dulc. Unc. unam et semis; Aq. commun. Libr. unam, Sacch. alb. Drachm. tres. — Ph. Edinb. Rec. Amygd. dulc. Unc unam, Aq. comm. Libr. duas et semis — Ph. Amer., Lond. Rec. Confectionis Amygd. (p. 196) Unc. duas, Aq. comm. Unc. sedecim. — Ph. Belg. Rec. Amygd. dulc. Unc. duas, Sacch. alb. Unc. semis, Aq. bullient. (cur?) Libr. unam, Aq. Naphae Drachm. duas. — Ph. Ferrar. Rec. Amygd. dulc. Unc. unam, — amar. Scrup. unum, Aq. comm. Libr. unam, Sacch. albi Unc. duas. — Ph. Nosoc. Argent. Rec. Amygd. dulc. Unc. unam, Aq. comm. tepidae Libr. duas, Syr. simpl. Unc. unam. — FULLER: Rec. Amygd. dulc., Sem. Cucum., — Papav. alb. ana Unc. semis, Sacch. alb. Unc. unam, Aq. Hordei Libr duas. — GRAY: Rec. Amygd. dulc. Unc. unam, — amar. N°. tres, Sacch. alb. (an lapsu calami vel typothetae loco Unc. duarum) Libr. duas, Aq. destill. ana Libr. duas, Aq. Naphae Drachm. duas. — SWEDIAUR: Rec. Amygd. dulc. Unc. unam,— amar. N°. tres ad quatuor, Aq. comm. Unc. decem, Sacch. alb. Unc. semis. (Facile decomponitur Emulsio Amygdalarum, praesertim calore adjuvante; servetur dum in usu est, loco frigido, vel pannis humidis involuta. Citius paratur, vel tempore nocturno, vel in itineribus, ex Syrupo Emulsivo et Aquae sextuplo circiter pondere.

EMULSIO AMYGDALARUM AMARARUM BERGII. Paratur ex Amygdal. amarar. (aqua non nimis calida excorticatarum) Unc. una, Mellis Unc. una et semis et Aquae Libr. una. In febribus intermittentibus opem tulisse fertur.

EMULSIO AMYGDALARUM CAMPHORATA vid. Emulsio camphorata.

EMULSIO AMYGDALARUM COMPOSITA. Zusammengesetzte Mandelmilch.

Ph. Hann., Slesv.-Hols. Rec. Amygdal. dulc. Unc. semis, Sem. Hyoscyam. Drachm. unam, Aq. Amygdal. amar. dilutae Unc. octo, fiat Emulsio, colatae adde Sacch. alb. Drachm. sex, Magnes. ust. Drachm. unam. — VAN MONS: Sem. Hyoscyam., Magnes. usta ana Drachm. duas, cet. par. *Vis:* demulcens, sedans, antispastica. *Usus:* in Cardialgia et Vomituritione spectatissimus.

EMULSIO AMYGDALARUM HORDEATA vid. Emulsio arabica.

EMULSIO AMYGDALARUM CUM MANNA FERRARINI. Mandelmilch mit Manna.

Rec. Emuls. Amygdal. Unc. sex, Mannae Unc. duas, Aquae Cinnamomi Drachm. unam. Vid. quoque Emulsionem cum Manna.

EMULSIO ANALEPTICA.
BATE: Rec. Aq. Hord. Libr. quatuor, Poma quatuor, Hb. Farfar. Manip. quatuor, Jujubar. Unc. quatuor, coque ad Libr. duas. Colatura Libr. unius et semis sit liquor. pro Emulsione ex Amygdalis dulcib. tribus, Sem. Cucum., — Pistaciar. āā Unc. una, Rad. Eryngii Unc. una et semis, Sem. Bombacis Drachm. tribus paranda; adde Aq. Rosar. Unc. unam et semis. — GAUBII: Rec. Amygdal. dulc. excort. Unc. duas, — amar. N°. duas, Aquae Unc. decem, misce f. Emulsio, cui colatae adde Aq. Cinnamom. s. Unc. unam, Sacchari alb. Drachm. sex.

EMULSIO ANODYNA.
Rec. Sem. Papav. alb. Unc. duas, fiat Emulsio cum Decocto Hordei; colaturae Unc. decem admisce Syrup. Diacod. Unc. unam et semis, Tinct. Opii simpl. Gutt. viginti, Aq. Cinnamomi s. Drachm. duas, Aq. Citri Drachm. decem.

EMULSIO ANTARTHRITICA HUFELANDI.
Rec. Resin. Guajac. nat. Drachm. unam, Gummi Mimos. q. s., Aq. Foenicul. Unc. sex, Syr. Amygdal. Unc. semis, Spir. Nitri dulc. Gutt. viginti. Sec. SUNDELIN.

EMULSIO ANTARTHRITICA VOGT.
Rec. Amygd. dulc. excort. Unc. semis, Camphorae, cum pauxillo Spir. Vini tritae, Grana sedecim, Opii Gran. quatuor; fiat emuls. l. a. cum Aq. Chamom. Unc. tribus et semis, adde Syr. Papav. Rhoead. Drachm. tres. Sec. KRAUS.

EMULSIO ANTHELMINTHICA BORIES. Wurmtreibende Emulsion.
Rec. Opopanacis, Sapon. Venet. āā Drachm. unam, Vitelli Ovor. Drachm. duas, Syrup. Artemisiae Unc. unam et semis.

EMULSIO ANTICATARRHALIS, s. ad catarrhum, s. cum Phellandrio VAN MONS. Katarrhemulsion.
Rec. Gummi Arabic. Drachm. unam, contunde cum Sem. Phelland. Unc. una, addendo Aquae Unc. novem, colaturae adde Syrup. simpl. Unc. unam.

EMULSIO ANTIFEBRILIS FRANKII. Frank's Fieberemulsion.
Rec. Amygdal. amar. Drachm. duas, cum pellicula contusis admisce Aq. flor. Chamom. Unc. unam et semis ad duas, colaturae adde Extr. Centaur. Drachm. semis ad integram.

EMULSIO ANTIFEBRILIS HUFELANDI.
Rec. Amygdal. amar. Drachm. tres, Aq. commun. Unc. tres f. l. a. Emuls., cui adde Extr. Centaur. minor. Drachm. duas.

EMULSIO ANTIHYSTERICA vid. Emulsio Asae foetidae.

EMULSIO ANTIMONIALIS CAMPHORATA. Kampherhaltige Spießglanzemulsion.
Disp. Fuld. Rec. Emulsion. Camphorat. Unc. decem, Tartari emetici Grana quinque. VAN MONS: Rec. Amygdal. dulc. excortic. Unc. unam, fiat Emulsio l. a. colat. Unc. decem. adde, probe triturando, Camphorae Drachm. semis, Tartari emetici Grana quinque, Syrup. Amygdal. Unc. unam.

EMULSIO ANTIPHLOGISTICA BOERHAVE.
Rec. Sem. Bardan. Unc. semis, — Petroselin. Drachm. sex, — Cichor. Unc. unam, fiat emuls. cum Aq. Petroselini, cujus Libr. singulis adde Nitri depur. Drachm. unam, Syrup. quinque Rad. aperient. Unc. unam. — Alia formula: Rec. Quatuor Sem. frig. major. Drachm. duas, Sem. Papav. alb., — Lactucae āā Drachm. unam, Amygdal. dulc. excort. N°. quatuor, fiat Emuls. cum Aquae Libr. duabus, Sacchar. alb. Drachm. sex.

EMULSIO ANTIPHLOGISTICA LIEBRECHT.
Rec. Sem. Cannab. Unc. unam, f. l. a. Emuls. c. Aq. commun. Libr. una, in qua solve Kali citrati Drachm. duas, adde Syr. Althaeae Unc. unam.

EMULSIO ANTIPLEURITICA.
BOERHAVII: Rec. Quatuor Sem. frigid. major. et minor. āā Drachm. tres, Sem. Papav. alb. Unc. duas, fiat Emuls. cum Decocto Hordei; cujus Unciis quaternis denis admisce Nitri dep. Drachm. unam et semis, Syrup. Capill. Ven. Unc. unam. — MYNSICHTII: Rec. Sem. Card. Mariae Unc. unam, — Card. benedict. Unc. semis, — Papav. alb. Drachm. duas, Aq. Cardui Mariae Unc. sex, — Card. bened., — Flor Papav. Rhoead., — Chamomill., — Scabiosae āā Unc. quatuor. Fiat l. a. Emuls.

EMULSIO ANTIRHEUMATICA CADET.
Rec. Aquae comm. Unc. quinque, — Nucis Moschat., Syrup. Cort. Aurant. āā Unc. semis, Rad. Ari recent., Gummi Arab. āā Drachm. duas, Cetacei Scrup. duos. M. l. a. (Aqua calida Cetaceo et Mucilagini liquefactis admiscetur.)

EMULSIO ARABICA, s. Gummi Arabici, s. cum Gummi Arabico, s. Gummosa, s. Amygdalarum hordeata vel hordeata amygdalina. Gummige Mandelemulsion.

Rec. Amygdal. dulc. excorticat. Unc. unam, fiat cum Aquae Unc. tredecim l. a. Emulsio, in colatura Libr. unius solve Pulv. Gummi Arabici Unc. unam. — Ph. Fenn., Suec. Gummi Arabic Unc. semis, cet. par. — Ph. Lusit. Mucilag. Gummi Arab. Unc. unam et semis, cet. par. — Ph. Edinb. Rec. Amygdal. dulc. Unc. unam, Aquae Libr. duas et semis (RENNIE Libr. duas); inter contundendum nucleis adde Mucilaginis Gummi Arab. Unc. duas. — SPIELMANN: Rec. Amygdal. dulc. Unc. unam, — amar. Drachm. unam, Gummi Arab. Unc. semis, Aquae Libr. duas, Syrup. Althaeae Unc. tres, fiat Emuls. l. a. — *Emulsio Amygdalarum hordeata.* — Ph. Dubl., GRAY: Rec. Gummi Arab. Drachm. duas, Amygdal. dulc., Sacchar. alb. āā Unc. semis, Decocti Hordei Libr. unam. (Gummi in decocto adhuc calenti solutum, cum Amygdalis et Sacchara bene contusis in Emulsionis

formam l. c. redigitur.) — Ph. Hisp. Rec. Gummi Arabic. Unc. unam, solve in Decocti Hordei Libr. duabus; fiat Emuls. cum Sem. Malvae, Amygdal. dulc. excort. ℥ Unc. semis.

EMULSIO AROMATICA VOGT.

Rec. Nucleor. Nuc. Jugland. decort. Drachm. sex, fiat Emuls. c. Aq. commun. Libr. una et semis, et Aq. Cinnamom. Unc. sex, adde Elaeosacch. Menth. crisp. Unc. semis.

EMULSIO ASAE FOETIDAE, s. antihysterica, s. Mixtura Asae foetidae Ph. Lond., Amer., s. Lac Asae foetidae Ph. Dubl., Slesv.-Hols., s. Mixtura Asae foetidae MILLARI. Stinkasandmilch, Asafoetida-emulsion. *Lait d'Asafoetida.*

Rec. Asae foetidae Drachm. unam, in mortario cum pauxillo Aquae in pultis mollissimae formam tritae sensim admisce Aquae destill. s. Unc. octo. — Ph. Dubl. Aquam Menthae Pulegii praecipit, cet. par. — Ph. Lond., Amer. Asae foetidae Drachm. duas, proponunt, cet. par. — SOUBEIRAN: Aq. Unc. sedecim, cet. par. — Ph. Slesv.-Hols. Rec. Asae foetid., Gummi Arab. ℥ Unc. semis, Aq. Hyssopi Unc. octo — Ph. Suec. Rec. Asae foetid. Drachm. duas, Spirit. MINDERERI Unc. unam, Aq. Menth. Pip. Unc. tres. — DUCLOU pro Enematibus in Nosocomiis publicis: Rec. Asae foetid. Unc. octo, Gummi Arab., Sacchar. albi ℥ Unc. sedecim, mixta pulvera et per cribrum trajice, adde Olei Amygdalar. Libr. duas, et bene mixtis sensim affunde Aquae ferventis Libr. duas et semis Indecomposita diutius asservari potest, quam quae cum vitello ovi paratur Emulsio.

EMULSIO ASTHMATICA FULLER.

Rec. Milleped. N°. 120, contusis affunde Aq. Pulegii Unc. sex, in liquore cum expressione colato, solve Ammoniaci, Tinct. Benzoës ℥ Drachm. tres.

EMULSIO BALSAMICA, s. Haustus balsamicus.

Sec. FULLER: Rec. Balsam. Tolut. Drachm. sex, decoque in Aq. Hord. Libr. duabus et semis, cum Amygdalar. dulc. excort. Drachm. sex fiat Emuls., cui adde Balsami Gileadens. (cum Sacch. alb. Unc. una bene triti) Guttas sedecim. In Phthisi laudatur. — SWEDIAUR: Rec. Balsami Tolutani, cum Vitello subigendi, Scrup. unum, Aquae Unc. unam. — SPIELMANNUS: Rec. Balsam. Tolut. Drachm. tres, — de Mecca Gutt. octo, Amygdal. dulc. excort. Unc. semis, Decoct. Hord. Libr. unam et semis, Sacch. alb. Drachm. sex. — Alia: Rec. Balsam. Tolut. Drachm. unam, Gummi Arab. Drachm. unam et semis, Aquae destill. Unc. quatuor, Syrup. Opiat. Unc. semis.

EMULSIO BALSAMI SULPHURIS ANISATI.

Rec. Gummi Arab. Drachm. duas, Balsam. Sulphur. anis. Drachm. unam, Mellis albissimi Unc. unam, Aq. Hyssop. Unc. octo.

EMULSIO BALSAMI COPAIVAE s. Guttae ad blennorrhoeam, Haustus ad blennorrhagiam, Potus ad blennorrhoeam, Mixtura Resinae Copaivae, Mixtura s. Potio antigonorrhoica, s. adstringens, alba, balsamica, s. Copaivae, Emulsio CADETI, Mixtura antiblennorrhoica, cet. Copaiva-Emulsion.

Ph. Hispan. et FULLER: Rec. Balsami Copaivae Unc. semis, Vitellos Ovor. duorum, Vini albi Unc. octo, Syrupi simplic. Unc. duas — PIERQUIN: Rec. Balsami Copaiv. Unc. duas, Vitellos Ovorum duorum, Vini albi Unc. quatuor, Syrup. Balsam. Tolutani Unc. duas. — CADET: Rec. Balsami Copaivae Drachm. tres, Vitelli Ovi Unc. semis, Syrup. Balsam. Tolutani Unc. unam et semis, Aquae Cinnamomi Unc. sex. — AUGUSTIN: Rec. Balsami Copaivae Drachm. duas, Vitellos Ovorum duorum, Aq. aromat. Unc. tres; vel Balsami Copaivae Drachm. semis, Vitellorum Ovorum unum vel duos, Gummi Arab. Drachm. unam, Aquae Unc. quatuor — SWEDIAUR et SAUNDER: Rec. Bals. Copaiv. Drachm. semis, Vitell. Ovi q. s., Tinct. Sem. Amomi, Syr. Althaeae ℥ Drachm duas, Aq. Unc. unam. — NIEMANN: Rec. Bals. Copaiv. Drachm. unam, Mucilag. Gummi Arab. q. s., Aq. Flor. Chamom. Unc. quinque. — BRERA: Rec. Emulsionis Arabicae, Aquae Plantaginis ℥ Unc. tres, Bals. Copaiv. Drachm. unam et semis, Syrup. Althaeae Unc. unam. — SAUNDER: Rec. Balsam. Copaiv., Tinct. balsam. ℥ Drachm. duas, Syrup. balsam. Unc. duas, Aq. Cinnamom. Drachm. sex. — Formula WILLISII sec. CADET: Rec. Bals. Copaiv. Unc. tres, Aquae Unc sex, Spir. Vini, Syrup. Althaeae ℥ Unc. unam, Ol. aether. Juniperi Gutt. triginta. — Formula BROUSSONETI sec. PIERQUIN: Rec. Balsam. Copaiv. Drachm. unam, Salis Tartari Drachm. semis, Gummi Arab. Gran. decem, Scrup. Sacchar. Unc. unam, Aquae Menth , — Naphae ℥ Unc. duas. — RENNIE: Rec. Bals. Copaiv. Unc. semis, Mucilag. Gummi Arab. Unc. unam et semis, Olibani Drachm. duas, Syrup. simpl. Unc. semis, Aq. Cinnam. Unc. quinque.

EMULSIO BARTHEZII sec. BORIES.

Rec. Nitri Gran. decem, Emulsion. Sem. frigid. major., ex Unc. semis paratae Unc. octo, Decoct. Cort. Chinae ℥ Drachm. duabus paratae Unc. octo, Syrup. Capill. Ven. Unc. unam.

EMULSIO BECHICA.

SAUNDER: Rec. Sem. Melon. Unc. tres, Aq. Hordei q. s. ut fiat Emuls.; colaturae Libr. unius adde Syrup. Diacodii Unc. unam. — SAINTE-MARIE: Rec. Ol. Olivar. cochlearia duo majora, Vitellum Ovi recentis, Syr. Diacodii Unc. semis ad unam, Aquae Unc. sex.

EMULSIO BAUNNERI vid. Lac Ammoniaci.

EMULSIO CADETI v. Emulsio Bals. Copaivae.

EMULSIO CAJEPUTI s. excitans.
Rec. Mucilagin. spissioris Gummi Arab. Drachm. tres, Ol. Cajeputi Drachm. unam, Aquae Unc. quatuor.

EMULSIO CAMPHORATA, s. Camphorae. Kampheremulsion. *Emulsion de Camphre.*

Disp. Fuld. Rec. Camphor. Drachm. semis, Emuls. Amygdal. Unc. decem. — Ph. Edinb. Rec. Camphor. Scrup. unum, Sacchar. alb. Drachm. unam, bene trita misce cum Emulsionis Amygdal. Unc. sex, ex Drachm. duabus Amygd. dulc. paratae. — Gray assentit, praeterea praecipit aliam formulam: Rec. Camphor. Grana decem, Vitellum Ovi, Sacchar. alb. Unc. unam, Aquae Unc. sex. — Ph. Lusit. Rec. Camphor Drachm. semis, Mucilag. Gummi Arab. Drachm. tres, Emuls. Amygdal. Unc. octo. — Disp. Lipp. Rec. Camph. Gran. tria, Mucilag. Gummi Arab. q. s., Emuls. Amygdal. Unc. unam. — Ph. Ferr. Rec. Camphor. Drachm. semis, Syrupi pauxillum, Emuls. Amygd. Unc. octo. — Augustin: Rec. Camphor. Gran. sedecim, Amygd. dulc. Unc. semis, Aq. Sambuc. Unc. sex. — Lebrecht: Rec. Camphor. Gran. octo, Mucilag. Gummi Arabic. Unc. unam, Emuls. Amygdal. tenuis Unc. quatuor, Sacchar. alb. Drachm. tres. — Sainte-Marie: Rec. Camphor. Grana duodecim, Amygd. dulc. Unc. tres, Aquae Unc. decem, Syrup. Papav. alb. Unc. unam. — Saunder, Swediaur: Rec. Camphor. Scrup. unum, Amygd. dulc. sex, Aquae Unc. sex, Sacchar. alb. Unc. semis — Richard: Rec. Camphor. Scrup. unum, Emuls. Amygd. Unc. sex. (Vis: diaphoretica.)

EMULSIO CAMPHORATA ANTIMONIALIS vid. Emulsio antimonialis camphorata. (p. 351.)

EMULSIO CAMPHORATA CUM NITRO.
Ratier: Rec. Camphor., Nitri āā Scrup. unum, Gummi Arab. Drachm. unam, Infusi pectoralis Unc. quinque, Syrup. Capill. Ven. Unc. unam. — Saunder: Rec. Camphor., Nitri āā Gran. quindecim, Vitell. Ovi q. s., Aq. Flor. Tiliae Unc. tres.

EMULSIO CANNABINA. Hanfsamenemulsion. *Emulsion de Semences de Chénevis.*

Ph. Suec. Rec. Sem. Cannab. Unc. unam et semis, contunde cum Aquae tanto ut sit colatura Libr. una, in qua solve Sacchar. alb. Drachm. tres. — Niemann: Sem. Cannab. Unc. unam, f. Emuls. ut sit colatura Libr. semis. — Ph. Gall. Rec. Sem. Cannab., Sacchar. alb. āā Unc. unam, Aquae Unc. triginta duas. — Brückner: Rec. Sem. Cannab. Unc. unam, Aquae q. s. ut sit colatura Unc. sedecim, in quibus solve Gummi Arab. Drachm. duas, Sacchar. alb. Drachm. sex. — Ettmüller: Rec. Sem. Agni Casti Unc. semis, — Cannab. Drachm. duas, fiat Emuls. cum Aquae Nymphaeae Unc. octo, cui adde Ossis sepiae praep., Succin. alb. praep. āā Drachm. semis. — *Vis:* demulcens, nutriens. *Usus:* in Gonorrhoea, similibusque blennorrhoeis.

EMULSIO CANTHARIDUM. Spanischfliegenemulsion.
Augustin: Rec. Pulv. Cantharid. Gran. decem, Amygdal. dulc. Unc. unam, Sacchar. alb. Unc. semis; in mortario lapideo probe conterantur sub lenta affusione Unc. decem Aquae calidae, ut fiat Emulsio. Cola sine expressione. Emulsio Cantharidum Herwigii Cantharidum Drachm. unam postulat, cet. par. — Lebrecht: Rec. Pulv. Cantharid. Gran. tria, Gummi Arab. Drachm. duas, Sacchar. alb. Drachm. sex, Amygdal. dulc. excortic. Unc. unam; misce probe terendo et sensim affundendo Aquae Unc. octo. Cola. — Swediaur: Rec. Mucilag. spissi Gummi Arab. Drachm. tres, Ol. Cantharid. Drachm. unam et semis, adde Vitellum Ovi unum, Mellis alb. Unc. unam, Aq. Juniperi Unc. sex.

EMULSIO AD CATARRHUM vid. Emulsio anticatarrhalis. (p. 351)

EMULSIO CATHARTICA Batei.
Rec. Sem. Cartham. Unc. unam, Mann. calabr. Unc. tres, Amygdal. dulc. excort. Unc. duas, Aq. Hordei Libr. duas.

EMULSIO CEREA, s. cerata, s. Mixtura cerea, Solutio cerata, Mixtura antidiarrhoica. Wachsemulsion. *Emulsion cireuse.*

Disp. Fuld. et Van Mons et Soubeiran: Rec. Cerae alb. Drachm. sex, Saponis Veneti Drachm. unam, Aquae Unc. duas; liquefiant in vase idoneo et effundantur in mortarium calefactum; sensim admisce Decocti Rad. Althaeae Libr. duas. — Disp. Lipp. Rec. Gummi Arab. Drachm. sex, Aquae fervidae Unc. unam et semis; in mortario calefacto admisce Cerae flavae leni calore liquatae Drachm. sex, intime mixtis sensim adde Aquae, Syrupi simplic. āā Unc. sex, ambo antea tepefacta, ne Cera refrigeratione coeat. — Ph. Nosoc. Argent. Rec. Cerae flav. Drachm. unam, Gummi Arab. Drachm. duas, tere in mortario calefacto cum Aquae communis tepidae Unc. quatuor; adde Syrup. Gummos. Unc. semis. — Monro et Pringle sec. Niemann: Rec. Cerae flav. ras. Drachm. unam et semis, Sapon. Venet. rasi Scrup. unum, Aquae destill. Drachm. unam; liquefactione misceantur; in mortarium lapideum calefactum effusis sensim adde Aquae commun. Unc. octo, Aq. Nuc Moschat. Unc. unam, Sacchar. alb. q. s. ad gratum saporem. — Swediaur: Rec. Cerae flav., Ol. Amygdal. dulc. āā Drachm. duas, blando calore liquefacta tere cum Vitellis Ovorum duorum, et adde Decocti Hordei decorticati Libr. duas. — Sainte-Marie: Rec. Cerae flav. Drachm. unam, Gummi Arab. Drachm. duas, cum pauxillo Aquae et caloris adminiculo tritis adde Balsami Indici nigr. Gutt. decem, Syrup. Diacod. Unc. unam.
Vis: demulcens, lubricans, involvens.

EMULSIO CHINAE, s. Cinchonae, s. Kinkinae. Chinaemulsion.

Ph. Suec. Rec. Infusi Cort. Chin. Libr. unam et semis, Syrup. Amygdal. Unc. duas. — Ferrarini: Infusi Unc. sex, Syrup. Unc. semis.

EMULSIO CITRI SEMINUM. Citronensamenemulsion. Sec. Brugnatelli.

Rec. Seminum Citri Unc. semis, Aq. commun. aut Matric., aut Emuls. Amygd. Unc. sex.

EMULSIO COMMUNIS vid. Emulsio Amygdalarum (p. 350) et leniens.

EMULSIO CORDIALIS Fuller.

Rec. Aq. Paeoniae comp. Unc. quatuor, Sem. Citri Unc. semis, fiat Emuls., cui adde Sacchari alb. Drachm. tres, Ol. Nucist. Gutt. unam.

EMULSIO CORNU CERVI. Hirschhornemulsion.

Ph. Suec. Rec. Cornu Cervi usti praep. Unc. semis, Gummi Arab. Unc. unam, Aquae Libr. tres, ebulliant, frigefactis adde Past. Amygdal. Unc. unam. — Fuller: Rec. Decocti Cornu Cervi Libr. duas, Amygdal. dulc., Sem. Papav. alb. āā Unc. semis, fiat Emuls. cui adde Aq. Cinnam. Unc. duas, Ol. Nuc. Moschat. Gutt. unam, Sacchari Unc. unam. (Vide quoque Decoctum album [p. 215]).

EMULSIO COSMETICA, Lac cosmeticum.

Rec. Tinctur. Balsam. Indici nigr. Cochlear unum, Aq. Libr. unam.

EMULSIO CRETACEA Bate.

Rec. Cretae alb. pulv. Unc. tres, Aquae Hordei Libr. tres, coque ad Libr. duas; frigefactum fiat Emuls. cum Sem. quatuor frigid. major. Drachm. duabus, Amygdalis dulcibus octo, Sem. Carvi Gran. decem; cola et adde Cretae pulveratae Drachm. tres, Sacchar. perlat. Unc. unam.

EMULSIO CUBEBARUM.

Rec. Tincturae Cubebarum concentr., Mucilag. Gummi Arab. āā Unc. quatuor.

EMULSIO DACTYLORUM Bate.

Rec. Dactyl. (nucleis exemptis) N°. quindecim, coq. in Cerevisiae illupulatae Libr. duabus et semis. Dactylos contunde cum Amygd. dulc. N° viginti quatuor, exprime et adde Sacch. q. vis.

EMULSIO DEMULCENS Marcus.

Rec. Opii Gran. tria, Gummi Arab. Drachm. unam, bene trita in Emulsionem redigantur ope Aq. Cerasor. nigr. Unc. quatuor, Syr. Althaeae Unc. semis.

EMULSIO DIAPHORETICA Ebermaier.

Rec. Amygd. dulc. excort. Unc. unam, Aq. Sambuc. Unc. octo, f. Emuls., colaturae adde Camphorae, cum Amygdal. bene tritae, Gran. decem, Syr. simpl. Unc. unam.

EMULSIO DIURETICA.

Ph. Nosoc., Hamb. Rec. Infusi Cantharid. (ex Scrup. uno parantur Unc. tres), Emuls. Amygdal. āā Unc. tres. — Fuller: Rec. Hb. Urticae Unc. quatuor, coq. in Aq. comm. Libr. tribus ad duas et semis, colaturam infunde Sem. Urticae Unc. semis, — Petrosel. Unc. uni, — Anisi, — Sinap. āā Drachm. duabus; stent per nycthemeron; colatura in Emuls. redigatur cum Amygd. dulc., Sem. Melon., — Lithosperm., — Papav. alb. āā Unc. semis, adde Sacchar. alb. Unc. unam et semis, Aquae Raphani comp. Unc. quatuor, Testar. Ovorum praep. Unc. semis. — Swediaur: Rec. Ammoniaci Drachm. duas, Vitell. Ovor. duos, Aquae Petroselini Unc. octo, Nitri Drachm. duas. — Vogt: Rec. Hb. Petroselini, — Cerefol. sativ., — Virgaureae āā Drachm. duas, infunde Aq. ferv. q. s. Colaturam Unc. sedecim adde inter contundendum Sem. Cucurbit., — Cucumer. āā Drachm. tribus. — Alia formula ejusdem: Rec. Terebinth. Ven. Drachm. unam et semis, Vitell. Ovi Drachm. duas, exacte subactis simul terendo adjice Aq. Petroselin. Unc. quinque, Spir. Nitri dulcis Drachm. unam et semis, Syr. Senegae Drachm. tres.

EMULSIO EDULCORANS Fuller.

Rec. Gummi Arab. Unc. tres, solve in Aq. Hordei Libr. duabus; refrigeratis adjice Ocul. Cancror. laevigat. Unc. unam et semis, Sacchar. alb. Unc. duas, Ol. Nucist. Gutt. duas.

EMULSIO EFFERVESCENS Gray.

Rec. Emuls. Amygdal. Unc. unam, Vini Ipecacuanh. Gutt. decem, Sal. Tartari Gran. decem; adde, prius quam sumas, Succi Citri Drachm. tres; vel: Rec. Emuls. Amygd. Unc. unam, Sal. Tartari Gran. decem, Syr. Papav. Rhoead. Drachm. unam, Succ. Citri Drachm. tres.

EMULSIO EMETICA Bories.

Rec. Kermet. mineral. Gran. unum, Oxymell. scillit. Unc. semis, Ol. Amygd. dulc., Syr. Ipecacuanh. āā Unc. unam, Aq. comm. Unc. duas.

EMULSIO EXCITANS vid. Emulsio Cajeputi. (p. 353)

EMULSIO EXTERNA E NUCLEIS Ph. Wirt.

Rec. Nucleor. Persicor. Unc. unam, Sem. Cannab., — Papav. alb. āā Unc. unam et semis, Aq. Meliloti, — Nymphaeae āā Unc. quatuor, Spir. Vini camphor. Unc. semis.

EMULSIO FEBRIFUGA Niemann.

Rec. Amygdal. dulc. Drachm. unam et semis, Aq. Chamom. Rom. Unc. unam et semis, f. Emuls. cui adde Extr. Centaur. min. Drachm. duas.

EMULSIO FERRI COMPOSITA vid. Mixtura Ferri composita.

EMULSIO PRO GONORRHOEA Gray.

Rec. Bals. Copaiv., Syrup. Bals. Tolut., Gummi Arab. āā Unc. unam, Spir. Nitri dulc. Drachm. duas et semis, Aq. Rosar. Unc. sex. — Vogler: Rec. Mastich., Pulv. Gummos. āā Scrup. duos, Rad. Ipecacuanh. Gran. duo, Aq. destill. s. Unc. quatuor, Spir. Vitrioli dil. Scrup. unum.

EMULSIO GUAJACI, s. Guajacina, s. Gummi Guajaci, Lac Guajacinum, s. Lac Gummi Guajaci Disp Fuld, Mixtura Guajaci, s. Guajacina Ph. Lond., Bor. milit., Solutio Resinae Guajaci aquosa Disp. Lipp., Mixtura Gummi Guajaci Bergeri. Guajakemulsion. *Emulsion de Gayac*.

Ph. Fenn., Slesv.-Hols., Suec. Rec. Resin. Guajaci nativ. Unc. semis, tere optime cum Gummi Arab. Drachm. duabus, sensim adde Aq. Menth. pip. Unc. novem, Sacchar. alb. Unc unam et semis. — Ph. Bor. et Wirceb. castr. Aquae commun. Unc octo pro Aq. Menth. pip, Sacchari Unc. semis cet par. — Niemannus: Sacchari Unc. semis, Aq. Hyssopi Unc. novem, cet. par. — Ph. Lond., Cadet, Gray, Rennie: Rec. Resin. Guajaci nativ. Drachm. unam et semis, Sacchari Drachm. duas, Mucilag. Gummi Arab. Drachm. duas. Aq. Cinnamom. Unc. octo. — Disp. Fuld. Rec. Resin. Guajaci nativ., Gummi Arab. āā Unc. semis. Aq. Salviae Unc. octo. — Disp. Lipp. Rec. Resin. Guajaci nativ., Gummi Arab. āā Drachm. unam, Aq. commun. Unc. unam et semis. f. Emuls. — Swediaur: Rec. Resin. Guajaci nativ., Sacchar., Vitell. Ovi āā Unc. unam, Aq. Sem. Amomi dest. Unc. sedecim. — Van Mons: Rec. Resin. Guajaci nativ. Unc. semis, Cummi Arab. Drachm. duas, Syrup. Sacchari Unc. unam, Aquae Libr. unam. — Soubeiran: Rec. Resin. Guajaci nativ Scrup. unum, Gummi Arab. Drachm. unam, Aquae Unc. quatuor. (*Vis:* balsamica, stimulans. Resina cum Gummi Arabico mixta et addita pauxillo Aquae in pultis mollissimae formam trituratione redigitur, antequam aquae maxima pars additur.)

EMULSIO GUMMI AMMONIACI vid. Lac Ammoniaci.

EMULSIO GUMMI ARABICI, s. Gummi Mimosae, s. Gummata, s. Gummosa vid. Emulsio Arabica. (p. 351)

EMULSIO HAEMOPTOICA Bate.
Rec. Hb. Farfar. Manip. duos, Dactyl., Jujub. āā Unc. duas, Hordei Unc. unam, Rad. Liquir. Drachm. tres, coq. c. Aq. commun. s. q. ad colat. Libr. trium, adde Cretae praep. Unc. unam, Sem. quatuor, frigid. maj. Drachm. tres, Sem. Portulacc., — Papav. āā Unc. semis. Hujus Emulsion. Libr. ternis adde Syr. Myrt., — Portulacc. āā Unc. duas.

EMULSIO HORDEATA AMYGDALINA vid. Emulsio Arabica. (p. 351)

† EMULSIO HYDRARGYRI MURIATICI CORROSIVI vid. Emulsio Sublimati corrosivi. (p. 360)

EMULSIO HYSTERICA Fuller.
Rec. Asae foetid. Drachm. duas, Aq. Cerasor. vel commun. Unc. sex.

EMULSIO ICTERICA Bate.
Rec. Sem. Aquilegii Drachm. tres, fiat Emuls. c. Aq. Chelidon. Unc. sex, cui adde Sacch. alb. Unc. semis.

EMULSIO INCITANS. Reizende Emulsion.
Sec. Berends: Rec. Ammoniaci Drachm. duas, Vitell. Ovi q. s., Aq Foenic. Unc. quinque, Liq. Ammon. anisat. Drachm. tres, Vini Antimoniat. Drachm. duas, Syrup. Alth. Unc. unam et semis; idem in rheumatismis chronicis laudat: Rec. Resin. Guajac. nativ. Drachm. duas, Gummi Arab. Drachm. tres, Aq. dest. s. Unc. septem, Mellag. Dulcamar. Drachm. tres, Syrup. Alth. Unc. unam. (Accedit Emulsionem Guajaci) — In Neuralgia pituitosa laudatur: Rec. Canthar. Scrup unum, Amygd dulc. Drachm. sex, Aq. Calcis Unc. decem, Sacchar. alb. Unc. unam. Cola. — Vel: Rec. Camphor. Grana duodecim, Gummi Arab. q. s. Aq. Menth. crisp. Unc. sex, Aceti Vini crudi Unc. semis, Sacch. alb. Unc. unam. — Vel: Rec. Camphor. Gran. sex ad duodecim, Ol. Amygd. rec. Unc. semis, Vitelli Ovi q. s., Aq. dest simpl. Unc. quinque, Syr. Flor. Aurant. Unc. semis. — Petrus Frank praecipit, Camphor. Drachm. duas, Gummi Mimos q. s., Succum unius Fruct. Citri, Vini rhenani generosi Libr. unam. — Handel: Rec. Phosphori Gran. duo, Ol. Hyoscyami infus., solve et adde Gummi Arab., q. s., Extr. Chamom. Drachm. tres, Aq. Menth pip. Unc. quatuor. — Herwig: Rec. Cantharid. subt. pulv. Grana decem ad triginta, Amygd. dulc. excort. Unc. unam, Sacch. alb. Unc. semis. Probe contusis sensim admisce Aq. font. calid. q. s. ut colatura sine expressione facta aequet Unc. decem. — Kaempf: Rec. Ol Amygd. rec. Unc. unam, Bals. Indici nigr. Gutt. triginta, Mucilag. Gummi Arab. Unc. semis, Syr. Alth. Unc. unam, Aq. Foenicul. Unc. quatuor, Aq. Petrosel. Unc. octo; idem: Rec. Aceti scill. Drachm. duas, saturetur cum s. q. Salis Tartari, adde Vitellum Ovi, Ol. Amygd. dulc, Nitri Drachm. unam et semis, Aq. Cerasor. nigr. Unc. quatuor, Syr. Alth. Unc. semis. — Lentinus: Rec. Ammoniaci Drachm. unam et semis, Vitelli Ovi q. s., Aq. Hyssopi Unc. quatuor, Oxymell. scillit. Unc. unam. — Selle: Rec. Terebinth. Ven. Drachm. semis, Vitellum Ovi unum, Aq. Cerasor nigr. Unc. sex, Syr. Diacodii Drachm. sex. — Stevenson: Rec. Ol. Ricini Unc. unam, Mucilag. Gummi Arab. q. s., Aq. Menth. pip. Unc. quatuor, Tinct. Senn. Unc. unam, Tinct. Opii croc. Gutt. duodecim. — Vogel: Rec. Ammoniaci Drachm. duas, Vitell Ovi unum, Oxym. scillit. Unc. unam, Sal. Seignette Drachm. duas, Aq. Foenic. Unc. sex. (Hae formulae a Sundelino collectae sunt.)

EMULSIO JALAPAE vid. Emulsio purgans cum Resina Jalappae. (p. 359)

EMULSIO KERMETICA Bories.
Rec Kermet. mineral. Gran. quatuor, Mell. despum. Unc. unam, Emuls. Amygd. vel Arabicae Libr. unam.

EMULSIO LACTUCAE.
Rec. Sem. Lactucae sativ. Drachm. unam, f. Emuls. cum Aq. commun. Unc. quatuor, in qua solve Lactucarii Gran. octo, et adde Syr. Meliss. Drachm. tres.

EMULSIO LAXANS vid. Emulsio purgans.

EMULSIO LAXATIVA Mynsichti Disp. Prag.
Rec. Amygd. dulc. excort. Unc. duas, Sem. quatuor frigid. major. āā Drachm unam, Aq. Flor. Cichorei, — Persicorum, — Acaciae, — Violar. āā Unc. tres, f. Emuls. in qua solve Mann. Calabr. Unc. duas, adde Aq. Cinnam. Unc. semis.

EMULSIO LENIENS, quorumdam Emulsio communis. Besänftigende Emulsion.
Ph. Parm. Rec. Semin. Melon. Unc. unam, Sacchar. alb. Unc. semis, Aq. commun. Libr. unam. — Brera: Rec. Sem. Melon. Unc. duas, Aq. Libr. unam. — Swediaur: Rec. Sem. Melonum, — Cucumer. āā Unc. semis, Aquae Libr. unam. — Pierquin: Sem. 4 frigid. major. Unc. duas, Aq. q. s., Syrup. Nymphaeae Drachm. sex, Syrup. Succin. Unc. semis. — Ferrarini: Rec. Sem. 4 frigid. maj. Unc. unam, Sacchar. Unc. unam et semis, Aq. comm. Libr. — Brera: Rec. Emuls. Arabic., — Amygdal. āā q. s. — Sainte-Marie: Rec. Amygd. dulc., Sem. 4 frigid. maj. āā Drachm. unam, Aq. Portulac. s. Lactucae Libr. unam. — Bories, Pierquin: Rec. Emuls. Sem 4 frigid. maj. Unc. quatuor, Syrup. Nymphaeae Unc. unam, Spir. Nitri dulc. Gutt. viginti quatuor.

EMULSIO LICHENIS ISLANDICI. Isländisch-Moos Emulsion.
Schwartze: Rec. Lich. Island. Unc. unam, coque cum Aq. commun. Libr. una ad Unc. septem, trituratione immisce Ol. Amygdal. dulc. Unc. semis (vel, si aptum, Camphorae, Ol. Ricini vel Ol Terebinth. copia designanda), Aq. comm. Unc. sex.

EMULSIO AD LUMBAGINEM Cadet.
Rec. Sal. Tartari Drachm. semis, Aq. commun. Unc. decem, Ol. Amygdal. dulc. Unc. unam et semis, Vitell. Ovi q. s. (unum), Syr. Alth. Unc. duas.

EMULSIO CUM MANNA s. mannata, s. purgans, s. Potio Mannae emulsiva. Mannaemulsion.
Ph. Hisp. Rec. Emulsion. Amygdal. sine Saccharo Unc. sex, Mannae Unc. tres; lento igne, ne materia albuminosa concrescat, solve, cola, et adde Aq. Cinnamom. vinos. Drachm. unam. — Ph. Ferr. Rec. Emulsion. Amygd. simpl. Unc. sex, Mannae Unc. duas, Aq. Cinnamom. Drachm. unam. — Augustin: Rec. Emuls. Arab. Unc. novem, Mannae Unc. unam et semis. — Ratier: Rec. Amygd. dulc. Unc. semis, Mannae in lacrym. Unc. duas, Syr. Flor. Persicor. Unc. unam, Infus. Rad. Liquir. Unc. quatuor, Aq. Naphae Unc. semis.

EMULSIO MYRRHAE FERRATA s. Griffithii vid. Mixtura Ferri composita.

EMULSIO NARCOTICA s. SEDATIVA.
Brera: Rec. Extr. Hyoscyami Gran. decem, Emuls. Sem Papav. Libr. unam. — Augustin: Rec. Ol. Amygd. dulc. Unc. unam, Mucilag. Gummi Arab. q. s., Aquae Unc. sex, Syrup. emulsiv. Unc. unam, Extr. Hyoscyami Gran. decem. — Niemannus: Rec. Sem. Hyoscyam. Scrup. unum, Amygd. dulc. Drachm. duas, Aq. commun. q. s. ut colatura Unc. sex obtineatur. — Pierquin: Rec. Semin 4 frigid. maj Unc. unam, Aq. commun. Unc. sex, f. Emuls., cui adde Syr. Papav. alb. Unc. semis, Laudan. Liq. Sydenhami Gutt. decem ad duodecim. (Confer. quoque Emulsio Amygd. compos. [p. 350])

EMULSIO NEPHRITICA Stevenson.
Rec. Ol. Ricin. Drachm. unam, Mucilag. Gummi Arab. q. s., Tinct. Sennae Unc. unam, Aq. Menth. pip. Unc. quatuor, Tinct. Opii Gutt. undecim.

EMULSIO NITRATA, s. NITROSA. Salpeteremulsion.

Rec. Emuls. Amygd. dulc. Libr. unam, Nitri Drachm. unam. — Saunder: Rec. Nitri Scrup. unum, Emulsion. ex Amygdal. dulc. Drachm. sex, Sem. Papav. alb. Drachm. una, Aquae Tiliae s. q. paratas Unc. sex, Syr. Acetos. Citri Unc. unam. — Brera: Rec. Emuls. Arab. Libr. unam, Nitri Drachm. unam, Mell. despum. Unc. unam. — Augustin: Rec. Amygd. dulc. Unc. semis, Aquae Libr. unam, Nitri Unc. semis, Syr. Alth. Unc. unam. — Ph. Gall. milit. Nitri Part. unam, Emuls. Amygd. Partes tredecim. — Lebrecht: Rec. Emuls. Amygd. Unc. decem, Nitri Drachm. unam et semis, Syrup. simpl. Unc. unam. — Richard: Rec. Emuls. Amyg. Unc. sex, Nitri Gran. viginti ad triginta.

† EMULSIO CUM NUCE VOMICA.
Rec. Extr. Nuc. Vomic. Gran. decem, Gummi Arab. Drachm. duas, Emuls. Amygd. Unc. quatuor, Syrup. Opiat. Drachm duas. Vel: Extr. Nucis Vomicae Gran. decem, Mucilag. Gummi Arab. Unc. unam, Aq. Unc. sex.

EMULSIO E NUCLEIS PERSICORUM EXTERNA v. Emulsio externa e Nucleis. (p. 354)

EMULSIO E NUCLEIS PINI vid. Emulsio Pineolarum.

EMULSIO E NUCLEIS PISTACIAE vid. Emulsio Pistaciarum.

EMULSIO OLEI RICINI vid. Emulsio purgans cum Oleo Ricini.

EMULSIO OLEI TEREBINTHINAE vid. Emulsio terebinthinata cum Oleo.

EMULSIO OLEOSA, s. Olei Amygdalarum, s. Gummosa quorumdam, s. Lac leniens. Ölige Emulsion. *Emulsion huileuse d'amandes.*

a) *Cum Gummi:* Rec. Gummi Arabici

Unc. semis, adde Aquae Unc. unam et semis, ut fiat mucilago, cui inter assiduam triturationem sensim admisce Olei Amygdalar. Unc. unam; tum caute adde Aquae tantum, ut ex toto Uncias octo addideris, denique Sacchari albi Unc. semis. — Sec. Ph. Bor. castr. — Saccharum omittit Ph. Saxon., et Aquae Unc. sex proponit, cet. par. — Disp. Lipp.: Rec. Ol. Amygd. Unc. duas, Mucilag. Gummi Arab. Unc. unam, Aquae Unc. sex. — Disp. Fuld. Rec. Ol. Amygd. Unc. duas, Mucilag. Gummi Arab. Unc. unam et semis, Decocti Hb Malvae Unc. viginti. — Cod. Paris. Nosoc. civ. Rec. Ol. Amygd Unc. semis, Gummi Tragacanth. Gran. decem, Aq. Drachm. viginti sex, Syr. simpl. Unc. unam. — Ph. Genev. Rec. Ol. Amygd. Unc. unam, Gummi Arab. Unc. semis, Aquae Unc. sex, Syrup. Alth. Unc. unam et semis. — Ph. Parm. Rec. Amygd. dulc., Sacchar. alb. āā Drachm. duas, Gummi Arab., Ol. Amygd. āā Unc. semis, Aq. comm. Unc. sex. — Ferrarini assentit. — Van Mons: Rec. Ol. Amygd. Unc. duas, Mucilag. Gummi Arab. Unc. unam et semis, Aquae Unc. unde viginti. — Brugnatelli: Rec. Mucilag. Gummi Arab. Unc. semis, Ol. Amygd. Unc unam, Sacchar. alb. Drachm. tres, Aquae sive Emuls. Amygd. simpl. Unc. decem. — Ratier: Rec. Ol. Amygd. Unc semis, Gummi Arab. Drachm. duas, Aquae Unc. quatuor, Syr. simpl. Unc. unam; — vel: Ol. Amygd. Unc. duas, Solut. Gummi Arab. Unc. quinque, Syr Capill. Ven. Unc. duas. — Brera: Rec. Ol. Amygd. Unc. unam, Gummi Arab. Unc. semis, Emuls. Amygd. Libr. unam, Syr. simpl. Unc. unam. — Swediaur: Rec. Ol. Amygd. Unc. unam, Mucil. Gummi Arab. q. s., Aquae Unc. sex, Syr. Amygd. Unc. semis; vel: Rec. Ol. Amygdal. Unc. unam. Aquae Unc. sex, Aq. Naph. Unc. unam, Mucilag. Gummi Arab. Drachm. duas, Syr. Amygd. Unc. semis. — Bories: Rec. Ol. Amygd., Syr. Diacod. āā Unc. semis, Syr. Alth. Unc. unam et semis, Aquae Unc. sex, Aq. Naph. Unc. unam. — Gray: Rec. Ol. Amygd. Unc. unam, Gummi Arab. Drachm. unam, Syr. simpl. Unc. unam, Syr. Rosar. Unc. semis. — Augustin, Lebrecht: Rec. Gummi Arab. Unc. semis, Amygd. dulc. excort. N°. tres, Sacchar. alb. Drachm. tres, Ol. Amygd. quantum bene subigi potest, Aquae Unc. octo. — Vel: Ol. Amygd. Unc. unam, Mucilag. Gummi Arab. q. s., Aq. commun. Unc. sex, Syr. Amygd. Unc. unam, Extr. Hyoscyam. Gran. decem.

b) *Sine Gummi.* Spielmann: Rec. Ol. Amygd., Syr. Alth. āā Unc. unam, Tisanae pectoral. Unc. tres. — Ratier: Rec. Ol. Amygd., Syr. simpl., Aquae āā part. aeq., vel: Ol. Amygd. Unc. duas, Syr. simpl. Unc. unam, Tisanae pectoral. Unc. duas. — Pierquin: Rec. Ol. Amygd., Infus. pectoral. āā Unc. duas, Syr. Uvarum Unc. unam. — Brera: Rec. Ol. Amygd. Unc. unam et semis, Syr. Violar. Unc. semis, — Capill. Ven. Unc. semis, Infus. pectoral. Unc. tres. — Sainte-Marie: Rec. Ol. Amygd., Aq. Plantag., — Rosar. āā Unc. duas; vel: Ol. Amygd. Unc. duas, Aq. Cinnamom. hordeat., — Naphae āā Unc. unam, — Menth. pip. Unc. semis. — Swediaur: Rec. Ol. Amygd., Aq. Cinnam. āā Unc. unam, Emuls. Amygd. Unc. decem, Syr. Papav. Unc. duas. — Pierquin: Rec. Ol. Amygd. Unc. unam, Syr. Papav. alb. Drachm. unam, Vitellum Ovi unum, Infus. Hb. Malvae Unc. sex; vel: Ol. Amygd., Decoct. Hordei āā Unc. duas, Vitellum Ovi unum, Syr. Amygd. Unc. unam. — Gray: Rec. Vitellum Ovi, Ol. Amygd. Unc. duas, Syr. Alth. Unc. unam. Aq. Rosar. Unc. tres. — Taddei: Rec. Vitellum Ovi, Ol. Amygd. Unc. unam et semis, Aq. de Cedro Unc. semis, Syr. Alth. Unc. unam, bene subactis caute adde Aq. de Cedro Unc. unam, Aq. Naphae Unc. unam et semis.

EMULSIO OLEOSA PECTORALIS LENIENS Vogt.

Rec. Ol. Amygd. Drachm. duas, Mucilag. G. Tragacanth. Drachm. tres, Aq. Foenic. Unc. tres, Liq. Ammon. anisat. Drachm. unam et semis, Laudan. liq. Sydenh. Gutt. viginti quatuor, Syr. Amygd. Drachm. duas.

EMULSIO OLEOSA VOLATILIS, s. Mixtura Ammonii carbonici pyrooleosi camphorata. Flüchtige Oelemulsion.

Ph. Genev. Rec. Sal. Ammon. volat. sicc. Drachm. unam, Gummi Arab. Unc. semis, Syr. Alth. Unc. unam, Ol. Amygd. Unc. unam et semis, Aquae Unc. septem. Vel: Rec. Sal. Ammon. volat. sicc. Scrup. unum, Sacch. alb. Unc. unam et semis, Aq. destill. Unc. quinque, Aq. alexiter. spir. Unc. unam, Ol. Amygd. Unc. duas. — Augustin: Rec. Sal. volat. Cornu Cervi, Camphor. āā Drachm. unam, Aq. Cinnamom. Unc. octo, Mucilag. Gummi Arab. q. s. Syr. Amygd. Unc. unam.

EMULSIO PACIFICA Fuller.

Rec. Sem. Papav. alb. Drachm. duas, Amygd. dulc. N°. unam, Aq. Papav. Rhoead. Unc. tres et semis, f. Emuls., cui adde Aq. Menth. Drachm. unam, Syr. Diacod. Drachm. tres.

EMULSIO PAEONIATA.

Bate: Rec. Sem. Paeoniae decoct. Unc. unam, Aq. Rutae, — Cerasor. nigr., — Paeon. āā Unc. sex, f. Emuls., adde Sacch. alb. Unc. unam et semis. — Fuller: Rec. Sem. Paeon., Amygd. dulc. āā Unc. semis, Sacch. alb. Unc. unam, Ol. Nuc. Mosch. Gutt. duas, Aq. Cerasor. nigr. Libr. duas, Aq. Paeoniae Unc. duas. F. Emuls.

EMULSIO PECTORALIS Vogt. Brustemulsion.

Rec. Summit. Millefol., Rad. Liquir. āā Unc. semis, fiat decoctum Unciarum sedecim, quibusdam Amygdalarum dulc. Drachm. quinque in Emulsionem redigas; adde Syr. Alth. Unc. unam. Vel: Ammoniaci Drachm. unam Vitell. Ovi unum, f. Emuls. cum Aq. Foenic. Unc. quatuor, adde Elixir e Succo Liquir. Drachm. tres, Extr. Hyosc. Scrup. unum, Syr.

Alth. Drachm. tres. (Pertinet haec formula ad Lac Ammoniaci)

EMULSIO PECTORALIS LENIENS Vogt. Besänftigende Brustemulsion.

Rec. Sem. Cucumer., Cucurbit. āā Unc. semis, f. Emuls. cum Aquae Unc. quatuor, Nitri Scrup. quinque, Extr. Hyosc. Gran. decem, Syr. Alth. Unc. semis.

EMULSIO PHELLANDRII vid. Emulsio anticatarrhalis (p. 351)

EMULSIO PHOSPHORATA. Phosphoremulsion.

Crell sec. Augustin: Rec. Phosphori Gran. duo ad quatuor, Ol. Amygd. dulc. Unc. unam. Digerantur donec Phosphorus in Ol. Amygd. solutus sit, quo facto, terendo adde Pulv. subt. Gummi Arab. Drachm unam, Amygd. dulc. decoct. N°. duas ad tres, Aquae (font. vel Foenic. vel alius cujusvis) Unc. tres ad quatuor; f. l. a. Emulsio, cui adde Syr. cujusdam. Unc. semis. — Alia formula: Rec. Phosphori Gran. duo, subige exacte longa trituratione cum Mucil. Gummi Arab. q. s., f. cum Aq. font Unc. sex Emulsio, adde Syr. emulsiv. Unc. unam, Liq. anod. Horrm Gutt. triginta. — Alia formula sec. Schultz: Rec. Ol. Tereb. rect. Drachm. semis, Ol. Nucum s. Oliv. puriss. Drachm. tres; detur ad vitrum capacitatis Unciae dimidiae, adde Phosphori puriss. Gran. duo, solve digerendo in Aq. ferv. saepius agitando, donec omnes Phosphori globuli disparuerint. Solutioni adde Gummi Arab. Unc. semis, Aq. arom. (vel destill.) Unc. quatuor, Syr. Cinnam. Unc. unam. M. — Sundelin: Rec. Phosphor. Gran. tria, solve in Ol. Amygd. Unc. semis, adde Gummi Arab. Drachm. tres, Aq. dest. Unc. quinque, Syr. Alth. Unc. semis.

EMULSIO PINEOLARUM, s. e Nucleis Pini. Pineolenemulsion. *Emulsion de Pignons doux.*

Ph. Gall. (1818) Rec. Pineolarum (i. e. Nucleorum Pini Pineae), Sacch. alb. āā Unc. unam, f. Emuls. cum Aquae commun. Unc. sedecim, adde Aq. Naphae Unc. semis. — Ph. Gall. (1837) Aquae Unc. triginta duas, Aquam Naphae omittit.

EMULSIO PISTACIARUM, s. e Nucleis Pistaciae. Pistazienemulsion. *Emulsion de Pistaches.*

Ph. Gall. (1818) Rec. Pistaciarum, Sacch. alb. Unc. unam, f. Emuls. cum Aq. comm. Unc. sedecim, adde Aq. Naphae Unc. semis. — Ph. Gall. (1837) Aquae Unc. triginta duas et Aquam Naphae omitti praecipit.

EMULSIO PRO POTU ORDINARIO Vogt. Rec. Amygd. dulc. excort. Drachm. sex, Amygd. amar. N°. quatuor, contunde in mortario lapideo et affunde sensim terendo Aq. commun., ad grad. 40 R. calefactae Libr. unam et semis, Aq. Naph. Unc. quatuor; ut f. l. a. Emuls., cui adde Sacch. albi Drachm. sex, Elaeosacch. Flav. Citri Drachm. duas. — Vel: Rec. Sem. Melon., Cucumer. āā Drachm. tres, Aq. comm. Libr. duas, Aq. Rub. Id. Unc. quatuor. Contunde semina cum Sacchare instillando pauxillum aquae in massam molliorem; tum dilue terendo pultem cum reliqua aqua et cola Emulsionem cum expressione. (Ad Emulsionem Amygdalarum accedit.)

EMULSIO PURGANS, s. laxans, nomen nimiam formularum turbam amplectens, quare ab ingrediente materia, cui vis purgans debetur, distinctionis argumentum desumi, aequum putavimus

EMULSIO PURGANS CUM MANNA vid. Emulsio cum Manna. (p. 356)

EMULSIO PURGANS CUM OLEO RICINI. Abführende Emulsion mit Ricinusöl. *Emulsion purgative avec Huile de Ricin.*

Ph. Gall. (1818) Rec. Ol. Ricini Unc. unam, Vitellum Ovi dimidium, Aq. comm. Unc. duas, Aq. Naphae, Syr. simpl. vel alii āā Unc. semis. — Ph. Gall. (1837) Rec. Ol. Ricin. Unc. unam, Vitellum Ovi unum, Aq. Menth. pip. Unc. semis, Aq. commun. Unc. duas, Syr. simpl. Unc. unam. (Vitello Ovi, cum pauxillo Aquae contrito, Oleum Ricini inter terendum, tum Aqua admiscetur.) — Brera: Rec. Ol. Ricini Unc. unam, Amygdalam amaram unam, Vitellum Ovi unum, Decocti Carnis Unc. tres; vel: Ol. Ricini, Amygd. amar., Decocti Carnis āā Unc. duas. Vel: Ol. Ricini Unc. duas, — Amygd. dulc. Unc. unam et semis, Emuls. Arab. Unc. quatuor. — Vogt: Rec. Ol. Ricini Unc. unam, Syr. Mann. Unc. unam et semis, Pulv. Gummi Arab. Unc. semis, Aq. comm. Unc. sex in quibus antea Salis amari Drachm. sex solutae sunt — Richard: Rec. Ol. Ricini Unc. unam, Vitelli Ovi vel Gummi Arab. q. s., Aquae Unc. duas, Aq. Naphae, Syr. simpl. āā Unc. semis. — Ellis: Rec. Ol. Ricin. Unc. unam et semis, Gummi Arab. Drachm. duas, Sacch. alb Drachm unam, Aq. Menth. Unc. quatuor, Tinct. Opii Gutt. 40 ad 50. — Sainte-Marie: Rec. Ol. Ricini Unc. duas, Vitellum Ovi unum, Syr. Alth. Unc. unam, Aquae Unc. octo, Aq. Cinnamomi hordeati Drachm. duas. — Augustin: Rec. Ol. Ricini Unc. tres cum Vitell. Ovi in mortario lapideo exacte mixtis, adde Syr. Alth. Unc. duas, Aq. comm. Unc. decem. — Vel: Rec. Ol. Ricini Unc. unam, Gummi Arab. Drachm. unam, Syr. Alth. Unc. semis, Aq. Sambuci Unc. unam et semis, Spir. Nitri dulc. Drachm. unam, Laud. liq. Sydenh. Scrup. unum. — Vel: Rec. Ol. Ricini Unc. tres, Sacch. albi Unc. semis, Vitell. Ovi unum, tere in mortario, sensim affundendo Aq. Rosar. Unc. decem. M. — Rec. Mucilag. G. Arab. Drachm. duas, Ol. Ricini Unc. tres, Aq. Menth. Unc. octo. M. f. Emulsio. — Rec. Ol. Ricini Unc. tres, Rasur. Sapon. med. Unc. semis, Syr. Cort. Aurant. Unc. tres, M. — Rec. Ol. Ricini Unc. tres, Kali carb. Drachm. unam, Mell. opt. Unc. unam. M. terantur in mortario lapideo sensim affundendo Aquae Ti-

liae Unc. decem. — Cadet: Rec. Ol. Ricini Unc. unam, Aquae Unc. duas, Vitell. Ovi q. s., Syr. Cichor. comp., Aq. Naph. āā Unc. semis. — Van Mons: Rec. Ol. Ricini Unc. duas, Vitell Ovi unum Syr. simpl., Aq. Naphae āā Unc. unam, Aq. commun. Unc. quatuor. — Pierquin: Rec. Ol Ricini Unc. unam, Vitellum Ovi unum, Aq. Hyssop. Unc. octo, Magnes alb., Mannae āā Drachm. duas Denique; vel: Ol. Ricini Unc. semis, Vitellum Ovi unum, Aq. destill. Unc. unam, Spir. Lavend. comp. Gutt. quadraginta, Syr. Tolutan. Drachm. semis.

EMULSIO PURGANS CUM RESINA JALAPPAE, s. Julep purgans. Abführende Jalappenharzemulsion. *Emulsion purgative avec Resin de Jalap.*

Ph. Gall. (1818) Rec. Resin. Jalapp. Gran. duodecim, Sacchar. alb. Drachm. duas, bene tritis adde Emuls. Amygd. Unc. quinque, Aq. Naphae Drachm. duas. — Ph. Gall. (1837) Rec. Resin. Jalapp. Gran. duodecim, Sacchar. alb. Unc. unam, Vitellum Ovi dimidium, assidue tritis et bene subactis adde Aq. commun. Unc. quatuor, Aq. Naphae Drachm. duas. — Ph. Ross. Rec. Resin. Jalapp. Gran. octo, Vitell. Ovi Sacch. āā Drachm. duas, Aq. comm. Unc. semis. — Bories: Rec. Emuls. Amygd. Unc. quatuor, Resin. Jalapp. Gran. octo, Scammon. Gran. sex, Sacch. Drachm. sex. — Pierquin: Rec. Emuls. Amygd. Unc. sex, Resin. Jalapp., Scammon. āā Gran. octo, Sacch. Drachm. duas. — Saunder: Rec. Resin. Jalapp Gran. duo, Amygd. dulc. N°. octo, Aq. Cinnam. Drachm. sex, — Cerasor. nigr. Unc. unam. — Sainte-Marie: Rec. Resin. Jalapp. Gran. octo ad decem, Vitellum Ovi unum, Sacch. Unc. duas, Emuls. Amygd. Unc. sex, Aq. Naph. Drachm. duas. — Ph. Gall. milit. Rec. Amygd. dulc. N°. duodecim, Syr. simpl. Unc. unam, Aq. commun. Unc. quatuor, adde Pulv. rad. Jalapp. Scrup. unum. (Resina Jalappae optime cum Amygdalis dulcibus quibusdam sedula contusione atque trituratione subigitur.)

EMULSIO PURGANS CUM SALE AMARO. Abführende Emulsion mit Bittersalz. *Emulsion purgative avec Sel amer.*

Berends: Rec. Ol. Amygd. siv. Papav. Unc. unam et semis, Gummi Arab. q. s. (Drachm. duas), Aq. commun. Unc. septem, Sal. amari Unc. unam et semis. — Richter: Rec. Ol. Lini rec. Unc. duas, Gummi Arab. q. s. (Drachm. sex) Aq. Chamom. Unc. quinque, Sal. amari Unc. unam, Succi Citri rec. Drachm. sex, Extr. Opii aquos. Gran. duo, Syr. Papav. Rhoead. Unc. unam.

EMULSIO PURGANS CUM SCAMMONIO. Abführende Emulsion mit Scammonium. *Emulsion purgative avec la Scammonée.*

Ph. Gall. (1818) Rec. Scammonii Gran. duodecim, Sacch. alb. Drachm. duas, Vitellum Ovi semis, Emuls. Amygd. Unc. quinque, Aq. Naphae Drachm. duas. — Ph. Gall. (1837) Rec. Scammonii Gran. duodecim, Sacch. alb. Unc. semis, optime tritis admisce Lactis vaccini Unc. quatuor, Aq Lauro-Cerasi Drachm. duas.

EMULSIO REFRIGERANS. Kühlende Emulsion.

Saunder: Rec Arcan. duplicat. Drachm. unam, Emuls. Semin. Malvae ex Unc. tribus cum Aquae Hordei paratas) Unc. duodeviginti, adde Syr. Alth. Unc. unam et semis. — Sainte-Marie: Rec. Sem. Cannab. Pugillum unum (Drachm. unam), Aquae fervid. Unc. sedecim, f. Emuls., cui adde Nitri Gran. decem, Camphor., in Aethere solutae, Gran. sex, Syr. Nymphaeae Unc. duas.

EMULSIO RICINI vid. Emulsio purgans cum Oleo Ricini. (p. 358)

EMULSIO SALINA. Salzige Emulsion.

Ph. Suec. Rec. Tartar. tartaris. Drachm. tres, Mellis opt Unc. unam et semis, Aq. comm. Libr. unam, Amygd. dulc. Unc. unam, (Amygdalis in mortario bene contusis, cetera, soluta, l. a. admisceatur.)

EMULSIO DE SCORZONERA Bate

Rec. Rad. Scorzoner. recent. Unc. duas, coq. cum Hord. perlat. cochlear. quatuor in Aq comm. Libr. tribus ad duas; cum colatura contunde Sem. Cucum., — Melon. āā Unc. duas, Amygd. dulc. sex, adde Sacchar. alb. Unc. duas, Aq. Menth. comp. Gutt octo.

EMULSIO SEDATIVA vid. Emulsio Amygdal. composita (p. 350) et Emuls. Narcotica. (p. 356)

EMULSIO SEDATIVA SIMPLEX Brera.

Rec. Emuls. Arab. Unc. octo, Syr. Morph. acet. Unc. unam; vel: Rec. Emuls. Sem. Papav. Libr. unam, Extr. Hyosc. Scrup. semis.

EMULSIO SEMINIS HYOSCYAMI. Bilsenkrautsamenemulsion. *Emulsion de Semences de Jusquiame.*

Rec. Sem. Hyoscyami Scrup. unum, Amygd. dulc. Drachm. duas; f. Emuls. colatur. Unc. sex.

EMULSIO SEMINIS PAPAVERIS ALBI, s. ex Seminibus Papav. alb. Mohnsamenemulsion. Ph. Slesv.-Hols.

Rec. Sem. Papav. alb. Unc. unam, contunde in pultem tenerrimam, cui sensim affunde Aq. commun. Unc. octo, in colatura solve Sacch. alb. Unc. semis.

EMULSIO SEMINUM FRIGIDORUM. Emulsion der kalten Samen. *Emulsion de Semences froides.*

Sec. Ph. Gall. (1818 et 1837) paratur eadem Methodo atque Emulsio Pineolarum sive Pistaciarum, Semina frigida in horum locum substituendo.

EMULSIO STYPTICA Fuller.

Rec. Rad. Consolid. maj. Unc. quatuor, coq. cum Aq. commun. Libr. tribus ad duas. Cum colatura et Sem. Papav. alb., — Hyoscyami, Amygd. dulc. excort. āā Unc. semis fiat Emulsio, in qua solve Sal. Prunellae

Drachm. unam, Sacch. Saturni Scrup. unum, Sacch. alb. Unc. unam.

EMULSIO SIMPLEX vid. Emuls. Amygdalarum. (p. 350)

† EMULSIO SUBLIMATI CORROSIVI, s. Hydrargyri muriatici. Sublimatemulsion.

Lebrecht: Rec. Mercur. sublim. corros. Gran. quatuor, solve in Aq. dest. Unc. sex, adde Albumina Ovorum duorum, conquassando miscenda. — Niemann: Rec. Mercur. sublimat. corros. Gran. duo, solve bene trita in Naphtha Vitrioli Drachm. una in vitro parvo, solutionem subige Vitellis Ovorum duorum et adde Aq. Menth. pip. Unc. quinque, Syr. Alth. Unc. unam.

EMULSIO TEMPERANS. Milbernde Emulsion.

Berends: Rec. Ol. Lini rec. Unc. unam et semis, Vitell. Ovi q. s. (unum), Aq. commun. Unc. quinque, Syr. Alth. Unc. unam et semis. (In calculis bilis atque urinae laudatur.) Idem: Rec. Amygd. dulc. Unc. unam, Aq. commun. Unc. sex, Nitri Drachm. tres, Syr. Alth. Unc. duas; vel: Rec. Ol. Amygd. Unc. unam, Gummi Arab. q. s. (Drachm. duas), Aq. commun. Unc. unam, Tartari tartaris. Unc. Semis, Sacch. alb. Drachm. sex. — Hufeland: Rec. Spermat. Ceti Drachm. sex, Gummi Arab. Drachm. tres, Sacch. alb Unc. unam, Aq. destill. Unc. quatuor. — Marcus: Rec. Ol. Amygd. Drachm. duas, Vitell. Ovi unum, Mucilag. Gummi Arab. Unc. semis, Sacchari Saturni Gran. duo, Syr. Amygd. Unc. semis. — Pierquin: Rec. Quatuor Sem. frigid. Unc. unam, Sem. Papav. alb. Unc. duas, Aq. Lilior., — Rosar. āā Unc. tres, Syr. Acetos. Citri, — Nymph. āā Unc. unam. — Monro: Rec. Cerae flav. Drachm. unam et semis, Sapon. medic. Scrup. unum, leni igne in mortario calefactis et mixtis adde Aq. calidae Unc. septem, tum Aq. aromat. Unc. unam, Sacch. alb. Drachm. tres. — Richard: Rec. Sem. Cannab. Unc. semis, f. Emuls. cum Aq. ferv. Libr. una; refrigeratis adde l. a. Camphor. (guttulis aliquot Liq. anodyn. min. Hoffm. distentae) Scrup. unum, Nitri. Gran. decem, Syr. Nymphaeae Unc. duas.

EMULSIO TEREBINTHINATA, s. terebinthinacea, s. Lac terebinthinaceum, s. Lac diureticum. Terpenthinemulsion. *Emulsion de Térébenthine.*

Pierquin, Vadier, Nosoc. Monspel. Rec. Terebinth. Ven. Unc. unam, cum Spir. Vini rectificato bene lotam (quid hoc sibi vult?) misce cum Vitello Ovi assidua trituratione, et adde Aq. Parietariae Libr. unam. — Van Mons: Rec. Gummi Arab. Drachm. tres, Aquae q. s. (Unc. unam), ut fiat Mucilago spissior, contere cum Terebinth. Ven. Drachm. duabus, adde sensim Aq. dest. Unc. novem, Syr. simpl. Unc. unam et semis; vel: Gummi Arab. Drachm. unam, Terebinth. Ven. Drachm. duas, Syr. simpl. Unc. unam; vel: Rec. Terebinth. Ven. Drachm. duas, Mucilag. Gummi Arab. Unc. unam et semis, adde contritis, mixtis, Mellis alb. Unc. unam et semis, Aq. Junip. Unc. novem, Spir. Nitr. dulc. Drachm. unam. — Gray: Rec. Terebinth. Ven. Drachm. duas, Sacch. alb. Unc. unam, Vitelli Ovi unum, Emuls. Amygd. Unc. quatuor. — Saunder: Rec. Terebinth. Ven. Drachm. duas, Vitell. Ovi q. s., Emuls. Amygd. Unc. octo. — Vadier: Rec. Terebinth. Drachm. unam, Mucilag. Gummi Arab. Unc. semis, Aq. Petroselin., — Fragar. āā Unc. duas, Syr. Alth. Unc. semis.

EMULSIO TEREBINTHINATA CUM OLEO s. Emulsio Olei terebinthinae, s. terebinthinata quorumdam. Terpenthinölemulsion. *Emulsion d'Huile de Térébenthine.*

Van Mons: Rec. Ol. Terebinth. Unc. semis, Gummi Arab. Unc. semis; additae Aquae ope bene subactis adjice Mellis albi Unc. duas, et Aq. commun. tantum, ut Unc. sex ex toto additae sint. (Enemati plerumque inservit.) — Niemann: Rec. Ol. Terebinth. Drachm. unam, Vitell. Ovi unum (vel Mucil. Gummi Arab. ex Drachm. duabus paratam), Aq. commun. Unc. sex ad octo. — Gray: Rec. Ol. Terebinth. Scrup. unum, Sacch. alb. Unc. unam, Vitellum Ovi unum, Emuls. Amygdal. Unc. quatuor.

EMULSIO TURIONUM PINI s. PINI. Fichtenknospenemulsion. *Emulsion de Sapin.*

Ph. Suec. Rec. Turion. Pini silv. Unc. unam et semis, Amygd. dulc. Unc. unam, f. Emuls. cum Aq. Unc. sedecim, adde Sacchar. alb. Drachm. tres. — Van Mons: Rec. Turion. Pini Unc. unam, Gummi Arab. Drachm. duas, Aq. commun. Unc. novem, Mellis alb. Unc. unam. Vel: Turion. Pini Unc. duas. Amygd. dulc. excort. Drachm. sex, Gummi Arab. Drachm. tres, Syr. simpl. Unc. duas. (*Vis:* diuretica, diaphoretica.)

EMULSIO VERMIFUGA. Wurmtreibende Emulsion. *Emulsion anthelminthique.*

Van Mons: Rec. Amygd. amar. Drachm. duas, Infus. Rad. Rhabarb. Unc. duas, Sacch. alb. Drachm. duas. — Saunder: Rec Nucleor. Persicor., Amygd. amar. āā Drachm. duas, Scammonii Gran. decem, Aq. Absinth. Unc. tres. (Amygdalae et Nuclei Persicorum non Aqua fervida affusa sed radendo cultri ope a corticibus mundentur.)

EMULSIO VIOLATA Mynsichti, s. Violarum. Veilchenemulsion.

Rec. Amygd. dulc. excort. Unc. unam et semis, Sem. Violar. Drachm tres, — Papav. alb. Drachm. unam et semis, Aq. Nymphaeae, — Lactucae āā Unc. sex, — Violar. Libr. unam; colaturae adde Jalap. Violar. Unc. unam et semis.

ENDERMICA METHODUS s. endermatica. Endermatische oder Hautmethode, *Methode endermique*, sanandi via denominatur, qua medicamenta non per os et stomacham sed per cutem in corpus in-

gerantur. Quod ut fieri possit, epidermide cutis antea orbetur, et in statum irritatum, resorptioni aptum redigatur, necesse est. Epidermis plerumque exuitur Emplastro vesicatorio imposito, sive charta epispastica bene praeparata. Inter mala ducendum est, longum temporis spatium consumi, antequam medicamentum adhiberi possit. In quibusdam aegris serum sanguinis large exsudans medicamentum abluit. Rarius cutis ferro, in aqua fervida calefacto, imposito, vel lana, Naphtha Vitrioli humectata atque incensa, adustione sauciatur, quam quidem procedendi methodum, summum dolorem excitantem, aegri plerumque perhorrescunt. Medici nonnulli Unguentum vesicatorium ex Spiritus Salis Ammoniaci caustici et Axungiae partibus aequalibus conflatum adhibent. Spiritus Salis Ammoniaci saturatissimus, cujus praeparationem infra exponemus, cum Oleo Olivarum mixtus brevi tempore vesicam cuti excitat et epidermidam tollit. Cantharidinum an sit in usum vocatum, haud notum est. Vesica excitata removetur et remedium, mole quadam addita distentum, imponitur. Pulveres puri vel cum Saccharo mixti, insperguntur; corpora resinosa Spiritu Vini irrorantur, Extracta in Unguenti formam rediguntur. Fasciae Emplastri adhaesivi Anglicani alligendo in corpus inserviunt. Fasciae atque remedii renovatio bene curetur. Pars saucia nimis sicca apparens, cataplasmatis emollientibus sive Unguento Sabinae tractatur. Locus idem non nimis diu saucius teneatur sed in alium migretur, ne suppuratio excitetur. In eligendo corporis loco partes cuti molli, flexibili praeditae, et morborum sedibus, quantum fieri potest proximae, respiciendae sunt. Exigua tantum remediorum turba ad hanc sanandi methodum apta est. In minuta dosi magnam efficaciam contineant necesse est, quare Alkaloida, e Plantis extracta, summopere quadrant. Praeterea Belladonna, Stramonium, Conium, Aloë, Digitalis, Squilla cet. magno cum commodo in hunc usum vocata sunt.

Optime conducit methodus endermica si aditus ad stomachum atque intestina morbo ipso praecluditur, uti in trismo, hydrophobia, spasmis et stricturis oesophagi atque palati inflammationibus; tum, si medicamentum quodvis per os ingestum vomitione ejicitur, uti in spasmis ventriculi, dysenteria, ileo, diarrhoeis paralyticis, vel si remedium interne sumtum concoctione infracta aegre fertur, uti saepius Chinae compositiones in aegrotis febri intermittente laborantibus. In morbis topicis propius ad morbi sedem accedere, et nauseam ex odore et sapore medicamentorum natam evitare licet.

ENEMA, s. **Clysma**, **Clyster**. Klystier. *Lavement*. Medicamentum est liquidum variae indolis et mixtionis, quod per anum corpori injicitur, ope siphonis, supellectilis cylindricae notissimae, e stanno confectae, quae a Celsio Clyster dicitur. De parandis enematibus nil generaliter praecipi potest.

Plerumque decoctiones concentratae Herbarum, Radicum, Seminum, Amylo cocto conspissatae, vel jusculum carnis vitulinae adhibeantur, addito incitamento quodam, e. gr. Sale culinari, Oxymelle, vel materia lubricante, Oleo, Sapone, cet. — Nimiam formularum turbam a scriptoribus de re medica excogitatam esse jure quaerimur; iidem in denominandis clysmatibus, quum omnibus similis virtus inhaereat, in angustiis non levibus versantur; exinde nomina oriuntur tautologe laxantis, purgantis, aperientis, evacuantis, cathartici, cet.

ENEMA ACETI, s. **aceticum**, s. **acetosum**. Essigklystier. *Lavement de Vinaigre*.

Reil: Rec. Decoct. Avenae Unc. sex, Aceti Vini crudi Unc duas; vel: Aquae commun. et Aceti crudi par pondus. (Tepefacta ingeruntur; in constipatione laudantur.)

ENEMA ACIDUM, s. **cum Acido minerali**.

Rec. Mucilag. Sem. Cydon. infuso Flor. Chamom. paratae, Libr. unam, adde Acidi phosphorici (s. sulphurici, muriatici, nitrici) Gutt. decem ad quadraginta.

ENEMA CUM ACIDO SULPHURICO.

Augustin: Rec. Cort. Querc. Unc. unam, Aq. q. s., fiat decoctum colaturae Unc. sex, cui adde Acid. sulphur. dilut. Drachm. unam ad duas.

ENEMA ADSTRINGENS. Zusammenziehendes Klystier.

Ellis: Rec. Electuar. Catechu (p. 263) Unc. semis, Aq. Calcar. Unc. decem. — Ratier: Rec. Radic. Bistort. Unc. unam, Capit. Papav. Unc. semis, Aq Libr. duas, coque. Richard: Rad. Bistort. Drachm. tres, Capit. Papav. Drachm. duas, Aquae Libr. unam; coque ad Unc. quinque; vel: Rec. Cort. Granat., Fl. Rosar. rubr. āā Unc. semis, coque per horam cum Aq commun. Libr. una; colaturae (Unc. sex) adde Diascordii Drachm. tres; vel: Cort. Granat. Unc. semis, Aq. commun. Libr. unam. — Sainte-Marie: Rec. Terebinth. commun. Unc. semis, Ol. Lini Unc. duas, Vitell. Ovi Drachm. duas, Aq. Calc. Unc. sex. M. l. a. (Vid. quoque Enema Cort. Granator.)

ENEMA ADSTRINGENS CUM OPIO.

Ph. castr. Ruth. Rec. Decocti Gallar. Unc. sex, Tinct. Opii Gutt. quadraginta. (Alumen ex arbitrio additur.) — Ferrarini: Rec. Gallar. Unc. unam, Aq. commun. Libr. unam et semis, coque ad Unc. sex, adde Opii Gran. tria.

ENEMA ADSTRINGENS ET TONICUM.
BORIES: Rec. Flor. Arnic. Unc. semis, Flor. Salicariae Manip. unum, Aq. bullient q. s., infunde, cola, adde Tinct. Ipecacuanh. aquos. (?) Unc. quatuor.

ENEMA ALOËS Ph. Lond. 1836.
Rec. Aloës Scrup. duos, Ciner. clavell. dep. Gran. quindecim, Decoct. Hordei Unc. octo.

ENEMA ALOËS. Ph. Nosoc. St. Barthol.
Rec. Extr. Aloës aq. Scrup. duos, Sal. Tartari Grana decem, Vitell. Ovi q. s., Lactis vaccini Unc. octo.

ENEMA AMARUM.
DUNCAN: Rec. Hb. Sabin., — Rutae, — Absinth. āā Drachm. tres, coque c. Aq. commun. Unc. sedecim ad Unc. decem; colaturae adde Ol. Ricini Unc. semis.

ENEMA AMYLACEUM, s. ex Amylo, s. Amyli anodynum. Stärkeklystier. *Lavement d'Amidon.*
Rec. Amyli tritici Unc. semis, cum pauxillo Aquae frigidae bene disterge, tum adde Aq. ferventis Unc. octo inter assiduam triturationem. — NIEMANN: Amyli Drachm. unam et semis. — Ph Gall. milit. Amyli Unc. unam. cet. par. — Ph. Hisp. Rec. Amyli Drachm. duas, Aq. commun. Libr. unam, Vitellos ovorum N°, duos. — Ph. Ruth. castr. Rec. Amyli Unc. semis, Aq. fervid. Unc. sex, Ol. Lini (vel Olivar., vel. Butyri) Unc semis. — RICHARD: Rec. Amyli Unc. semis, Aq. ferv. Unc. octo, Ol. Lini Unc. unam. — AUGUSTIN: Rec. Amyli Unc. semis, Aq. ferv. Unc. sex, Mucilag. Sem. Cydon. Unc. quatuor. — SWEDIAUR: Rec. Amyli Drachm unam et semis, Aq. frigid. Unc duas, Aq ferv. Unc. sex, bene coctis adde Ol. Lini Unc. semis. — Vel: Gelatinae Amyli Unc. quatuor, Ol. Olivar. Unc. semis. (Laudan. Liq. SYDENH. Gutt. quadraginta adduntur ex arbitrio.) (Amylum non coctione emollitum, sed Aq. frigida tantum suppensum corpori injicere, grave damnum atque periculum aegro inferre potest, quum Amyli gelatinescentis mole constipationes oriuntur.)

ENEMA AMYLI CUM OPIO.
RENNIE: Rec. Amyli Drachm. unam ad duas, Opii pulv. Gran. duo ad quatuor, Aq. frig. Unc. duas, tum Aq. fervid. Unc. quatuor ad sex.

ENEMA AMYLI ET PAPAVERIS. Stärke-Mohnklystier. *Lavement d'Amidon et de Pavots.*
HENRY et GUIB: Rec. Capit. Papav. N°. duo, coq. cum. s. q. Aq. commun. ad colatur. Libr. unius, quam adhuc fervidam Amyli (Aq. frigida bene distentae) Unc. uni affunde.

ENEMA ANODYNUM. Schmerzstillendes Klystier.
BERENDS: Rec. Amyli Drachm. unam et semis, Aq. ferv. Unc. quatuor, Laud. liq. SYDENH. Gutt. quinque ad decem. — RICHARD: Rec, Decoct. Alth. aut Furfuris tritici Libr. unam, Extr. Opii aq. Grana quatuor; vel: Decoct. Capit. Papav. Libr. unam, Croci Drachm, semis. Digere per semihoram. — RENNIE: Decoct. Capit. Papav. Libr. unam, Infus. Chamom. Unc. octo. — ELLIS: Rec. Lactis vaccini tepidi Unc. sex, Mucilag. Gummi Arab. Unc. semis, Opii Gran. duo. — Ph. Lusit. ed. PINTO: Rec. Decoct. Althaeae Unc. octo, Opii puri Gran. tria, Ol. Amygd. Unc. semis.

ENEMA ANODYNUM PRO EQUIS GRAY.
Rec. Decoct. Hordei Libr. tres ad quatuor, Opii pulv. Drachm. unam ad duas, (vel Tinct. Opii Unc. unam ad sesquiunciam.) Vel: Rec. Opii Drachm. unam ad sesquidrachm., Aq. calid. Unc. octo, Decoct. Amyli Libr. duas et semis.

ENEMA ANODYNUM PICTORUM SOUBEIRAN.
Rec. Vini rubri Libr. unam, Ol. Nucum Unc. sex. (Cum Enemate purgante pictorum in colica saturnina adhibetur.)

ENEMA ANTHELMINTHICUM BREMSER.
Rec. Hb. Absinth., Rad. Valerian. āā Unc. unam, Hb. Tanaceti, Cort. Aurant. āā Unc. semis. Hujus miscelae Unc. uni infunde Aq. fervid. Libr. unam, stet per noctem et coletur. Suppetit pro duobus clysmatibus; singulo adjicitur cochlearculum Olei Cornu Cervi. (Conf. Enema Chamomill. et vermifugum.)

ENEMA ANTICHOLERICUM Ph antichol.
Rec. Camphor. Gran. decem ad sedecim, Opii Gran. semis ad duo, Mucilag. Gummi Arab. Unc. duas ad quatuor; misce terendo. — HERKOWING: Rec. Pulv. Rad. Columb., Pulv. Nuc. Mosch. āā Drachm. unam, Pulv. Rad. Salep Scrup. unum, Decoct. Sem. Lini Unc. quatuor. — Alia formula: Rec. Extr. Rad. Ratanh. Scrup. unum, Mucil. Sem. Cydon. Drachm. tres, Decoct. Salv. Unc. unam ad sesqui; vel: Infus. Flor. Chamomill. Unc. quatuor, Vitell. Ovor. duos, Diascordii Drachm. unam. — Vel: Rec. Mosch. opt. Gran. duodecim, Sacch. alb. Scrup. duos, Gummi Arab. Drachm. semis, Spir. Sal. Ammon. caust. Gutt. triginta, Decoct. Sem. Lini calidi Unc. quatuor — Alia formula: Rec. Infus. Valer. Unc. quatuor, Moschi opt. Drachm. unam, Tinct. Opii s. Gutt. quadraginta ad sexaginta. — Vel: Amyli Unc. unam, coq. c. Aq. commun. Unc. octo, adde Tinct. Opii Gutt. decem. Vel: Rec. Gummi Arab. Drachm. duas, Opii Gran. duo, Aq. Menth. pip. Unc. octo, Aq. Amygd. amar. Drachm. duas; vel: Rec. Furfur. Manip. semis, Aq. commun. Libr. duas, coq. ad dimidium, adde col. Vitellos Ovor. duos; vel: Amyli Drachm. unam, Opii puri Gran. unum, Aq. calid. Unc. quatuor ad octo; denique: Rec. Cort. Chinae Unc. unam, coque cum Aq. commun. s. q. ad colat. Unc. sex, adde Camphor. (Vitello Ovi solutae)

Drachm. semis, Opii Gran. duo. (Egemus in tanta formularum ubertate!)

ENEMA ANTICOLICUM GRAY

Rec Infus. Flor. Chamom. Unc. decem, Ol. Cajeput. Gutt. quatuor, solutas in Spir. Nitr. dulc. Gutt. duadraginta.

ENEMA ANTIDYSENTERICUM.

HOPP: Rec. Mercur. subl. corros. Grani partem sextam, Extr. Opii aq. Gran. unum, solve in Aq. dest. Unc. una, adde Mucilag. Gummi Arab. Unc. unam et semis. D. tal. doses tres. — VOGT: Rec. Amyli Drachm. unam, Flor. Chamom. Unc. semis, Opii pur. Gran. tria. Dent. tal. doses quatuor.

ENEMA ANTIFEBRILE.

BERENDS: Rec. Decoct. Cort. Chinae (ex Unc. semis) Unc. quatuor, Vitelli Ovi unum, Pulv. Cort. Chinae reg. Drachm. tres, Laud. liq. SYDENH. Gutt. duodecim. — LIND: Rec. Extr. Chinae Drachm. duas, solve in Aq. dest. Unc. quatuor, adde Ol. Olivar. Unc. semis, Tinct. Opii simpl. Gutt. duodecim. — RICHARD: Rec. Decoct. Cort. Chin. (ex Unc. una et semis parati) Libr. unam, Camphor., Vitello Ovi subactae, Drachm. unam.

ENEMA ANTIHYSTERICUM vid. Enema Asae foetidae.

ENEMA ANTILACTEUM s. grassum.

FRANKII: Rec. Butyr. recent. Unc. quatuor, Infus. Chamom. calidi Unc. octo. Miscentur pulsando. — ST.-MARIE: Rec. Butyr. recent. Unc. duas, Sacch. alb. Unc. unam, Decoct. Carn. vitulin. Unc. octo ad decem.

ENEMA ANTIPERIODICUM PIERQUIN.

Rec. Cort. Chin. Unc. unam, Aq. commun. Libr. unam, coque ad Unc. octo, colaturae adde Syr. Papav. alb. Unc. unam.

ENEMA ANTISEPTICUM, s. excitans. Ph. Lusit. vet. Rec. Cort. Chin. Unc. semis coque cum Aq. Unc. octo ad Unc. sex, adde Camphor. Gran. decem. — Alia formula: Cort. Chin. Unc. unam, f. decoct. cum Aq. Libr. duabus; adde Camph. Drachm. duas; vel: Decoct. Cort. Chin. Unc. sex, Catechu Drachm. duas.

ENEMA ANTISPASMODICO-RESOLVENS.

Rec. Salis culinaris Unc. semis, Ol. Lini Unc. quatuor, Infus. Chamom. Unc. tres.

ENEMA ANTISPASMODICUM. Krampfstillendes Klystier.

BERRA: Rec. Infus. Flor. Chamomill., Ol. Chamom. coct. āā Unc. quatuor. — ELLIS: Rec. Moschi Gran. duodecim, Sacch. alb. Scrup. duos, Gummi Arab. Drachm. semis, Spir. Sal. Ammoniaci Gutt. triginta, Aq. Sem. Lini Unc. quatuor. — PIERQUIN, SWEDIAUR: Rec. Infus. Valer. Unc. quatuor, Moschi Drachm. unam, Tinct. sedativ. (v. Opii) Gutt. quadraginta ad sexaginta. Vel: Infus. Valer. Unc. tres, Tinct. Opii Gutt. quinque ad decem. — GRAY: Rec. Infusi Sem. Lini Unc. octo, Tinct. Opii Drachm. unam. — PIDERIT: Rec. Rad. Valer. Unc. tres, Fol. Aurant. Unc. duas, Hb. Millefol. Unc. unam. Harum specierum Drachm. tres cum Aquae Unc. una ad decoctum saturatissimum coquuntur. (Confer. quoque Enema Asae foetidae, Chamomillae et Opii.)

ENEMA ANTISPASTICUM, s. anodynum, s. Hyoscyami.

Rec. Hb. Hyoscyami nigri, — Rorismar., Summit. Millefolii, Fol. Aurant., Rad. Valer. āā part. aequal, quorum Drachm. duae cum Aq. Unc. una vel sesqui coquuntur.

ENEMA ANTISYPHILITICUM s. mercuriale.

Rec. Mercur. sublimati corros. Gran. duo, Aq. destill. Unc. duas, Decoct. Sem. Lini Libr. unam. — Sec. RATIER et Ph. Nos. Venet.

ENEMA APERIENS.

CULLEN: Rec. Terebinth. Ven. Drachm. duas ad quatuor, Mucil. crud. Unc. unam, Vitell. Ovor. duos, Inf. Flor. Chamom. Unc. quatuor. — BERENDS sec. SUNDELINUM: Rec. Decoct. Avenae Unc. sex, Oxym. simpl., Ol. Lini recent. āā Unc. unam, Sal. amar. Drachm. sex. Vel: Rec. Ol. Ricini Unc. unam ad unam semis, Vitell. Ovi N°. duo, Inf. Chamomill. Unc. sex. M. — Vel: Rec. Inf. Chamom. fortior. Unc. quinque, Sal. commun. Drachm. duas, Ol. Lini Unc. duas. M. — Vel: Rec. Inf. Chamom. fort. Unc. quinque, Sap. domest. Drachm. tres, Ol. Lini Unc. unam semis. M. — Vel: Rec. Inf. Chamom. Unc. quatuor, Vitell. Ovor. duo, Ol. Oliv. Unc. duas, Sacchar. albi Unc unam semis. Solve; M. — Vel: Rec. Inf. Chamom. Unc. quinque, Mell. crudi Unc. unam semis, Ol. Lini Unc. duas. M. — Vel: Rec. Inf. Chamom. Unc. quinque, Pulp. Tamarind. Unc. unam semis, Ol. Lini Unc. duas. M.

ENEMA AQUOSUM.

Aqua frigida vel tepida pura interdum pro clysmate suadetur; in Arte veterinaria Aq. tepidae Mensurae quinque ad sex, merae vel addita Salis culinaris Libr. una, injiciuntur. Camphorae interdum Drachm. tres ad quatuor, ex rei natura, immiscentur.

ENEMA ASAE FOETIDAE, s. antihysterisum, s. Mixtura Asae foetidae pro Clysmate, Clysma tonicum et antispasmodicum, Enema foetidum Ph. Dubl. Asand-Klystier, Asafoetida-Klystier. *Lavement d'Asa fétide.*

Rec. Asae foetidae Drachm. duas, bene tritis et cum Vitello Ovi subactis affunde aquae fervidae Unc. decem, et agita donec justum teporem habeat. — Sec. NIEMANN. Sine Vitello SWEDIAUR. — Ph. Dubl. praecipit: Mannae Unc. unam, solve in Unc. decem Decoct. Chamom. comp., adde Ol. Olivar. Unc. unam, Salis amari Unc. semis, Tinct. Asae foetid. Drachm. duas. — Ph. milit.

Dan. Rec. Asae foetid. Drachm. unam, Aq. calidae vel Decoct. Rad. Alth. Unc. duas. — Nosoc. Bartbol. Rec. Asae Drachm. duas, Vitell. Ovi unum, Decoct. Hord. Unc. octo. — Ellis: Rec. Asae foetid. Drachm. duas, Decoct Avenae Unc. decem ad Libr. unam. — Ratier: Rec. Asae foetid. Drachm. unam, Vitell. Ovi unum, Aq. comm. Unc. sex. — Ph. Lusit. ed. Pinto. Rec. Infus. Chamom. Unc. octo, Asae foetid. cum Vitello Ovi subact. Drachm. duas, Ol. Amygd. Unc. semis. — Gray: Decoct. Malvae Unc. decem, Asae foetid. Drachm. duas, Spir. Ammon comp. Drachm. unam et semis, Tinct. Opii Drachm. semis. — Saunder: Rec. Asae foetid. Drachm. unam, Terebinth. commun. Drachm. semis, Vitell. Ovi q. s., Decoct. Alicae avenaceae (Hafergrütze) Unc. novem, vel: Fol. Rutae, — Sabinae āā Unc. semis, Aq. comm. q. s. (Unc. sedecim), coque ad remanentiam Libr. unius, adde l. a. Asae foetid. Drachm. duas, Ol. Olivar. Unc. unam, Ol. Succin. Drachm. semis. — Augustin: Rec. Decoct. Cort. Chinae Unc. quatuor, Asae foetid. Drachm. unam, Camphor. cum Vitell. Ovi subactae, Scrup. unum, Laudan. liq. Sydenh. Drachm. semis. — Vel: Rec. Hb. Tanacet., Rad. Valer. āā Drachm. tres, Aq. fervid. Unc. octo, infunde et in colatura solve Asae foetid. cum Vitell. Ovi tritae, Drachm. semis, Ol. Tanaceti Drachm. unam. — Brera: Infus. Chamom. Unc. quatuor, Lactis Asae foetid. Unc. duas, Opii Gran. duo; vel: Asae foetidae, cum Vitello Ovi subactae, Scrup. unum, Infus. Chamom. Unc. quatuor, Cort. Chin. pulv. Unc. semis. — Richard: Decoct. Sem. Lini Unc. octo, Asae foetid. Drachm. unam, cum Vitell. Ovi subactam.

ENEMA AD ASCARIDES vid. Enema Sabadillae et Enema vermifugum.

ENEMA BALSAMICUM ADSTRINGENS. Bories: Rec. Flor. Chamom. Manip. duos, Lactis q. s. (Unc. decem), coque ad Unc. octo, adde Terebinth. comm. cum Vitello Ovi tritae Drachm. tres, Mellis rosati Unc. unam. — Pierquin: Rec. Croci, Hb. Hyperici āā Pugillum unum, Lactis vaccini Unc. decem, coque ad Unc. octo, adde Terebinth. commun, c. Vitellis duobus tritae, Unc. semis, Theriacae Drachm. duas.

ENEMA BALSAMICUM CUM OPIO s. terebinthinatum.
Rec Opii Gran. unum, Terebinth. Unc. semis, Lact. Unc. sex, Vitellum Ovi unum vel Gummi Arab. Unc. semis.

ENEMA BALSAMI COPAIVAE.
Rec. Balsami Copaiv. Unc. semis, Vitell. Ovi unum, Camphor. Gran. quatuor, Extr. Opii aquos. Gran. unum, Aq. Gummi Arab. (i. e Mucilago tenuis) Unc. quatuor.

ENEMA BELLADONNAE Ratier.
Rec. Fol. Belladonn. sicc. Gran. duodecim, Aq. fervid. Unc. sex. Infunde.

ENEMA BILEM EVACUANS Mynsicht.
Rec. Passular. minor. Unc. tres, Hord. excort., Sem. Lini āā Unc. duas, Rhabarb. Unc. semis, coq. ad colat. Libr. unius, adde Ol. Violacei Unc. tres, Mannae Calabr. Unc. unam, Elect. de Succo Rosar. Unc. unam.

ENEMA CAMPHORATUM. Kampherklystier. Augustin: Rec. Infus Rad. Valer. s. Angelic. Unc. quatuor, Acet. Camphorat. Unc. duas; Vel: Decoct. Cort. Chin. Unc. sex, Camphor., c. Vitello Ovi subactae, Scrup. unum, Laud. liq. Sydenh. Drachm. semis. — Richard: Rec Decoct. Alth. et capit. Papav. Libr. unam, Camphor., Vitell. Ovi subact., Drachm. duas.

ENEMA CAMPHORATUM CHINAE CUM ASA FOETIDA Augustin.
Rec. Decoct. Cort. Chin. Unc. quatuor, Asae foetid. Drachm. unam, solve, adde Camphor. Vitelli Ovi subact., Scrup. unum, Laud. liq. Sydenh. Drachm. semis.

ENEMA CARMINATIVUM.
Spielmann: Rec. Sem. Anisi, — Cumini, Baccar. Junip. āā Drachm. duas, Aq. comm. Unc. sedecim, coque ad Libr. unam, adde Sapon. Ven. Unc. semis. — Disp. Lipp. Rec. Fl. Chamom. Unc. semis, Aq. comm. Libr. unam, coque parum et adde Ol. Baccar. Lauri Unc. semis.

ENEMA CATHARTICUM s. aloëticum. St.-Marie: Rec. Aloës pulv. Drachm. unam, Decoct. Hord. Libr. unam. — Ellis: Rec. Aloës Drachm. duas, Vitell. unum, Lact. vaccini Unc. sex ad octo; vel: Aloës Drachm. duas, Lact. vaccini Unc. sedecim. — Swediaur: Rec. Decoct. Alth. Unc. decem, Ol. Olivar. Unc. tres, Aloës Drachm. unam, Arcani dupl. Unc. unam. — Saunder: Rec. Aloës Drachm. unam, Sal. amar. Unc. unam, Ol. Olivar. Unc. tres, Decoct. Hord. Unc. decem. (Conf. Enema purgans cum Sale amaro.)

ENEMA CHAMOMILLAE. Chamillen-Klystier.
Ph. Lusit. vet. Rec. Infus. Fl. Chamom. Unc. sex, Asae foetid. Drachm. semis, Vitell Ovi unum. — Ratier: Rec. Fl. Chamom. Drachm. duas, Aq. commun. Libr. unam. Infunde fervidam — Augustin: Rec. Fl. Chamom. Drachm. sex, Sem. Lini Unc. unam, Lact. vacc q. s. ut f. colat. Unc. septem, cui adde Ol. Lini Unc. unam.

ENEMA CHINAE, s. roborans. China-Klystier.
Ph. Amstel. Rec. Cort. Chinae Unc. unam et semis, Aq. commun. Libr. quinque, coque leni igne ad dimidium, cola et residuo adde Aq. comm. Libr. duas et semis, et iterum coque ad dimidii evaporationem. Cola, colaturae mixtae ad Libr. unam evaporent. — Ph. Genev. Rec. Cort. Chin. Unc. duas, Aq. comm. Libr. quatuor, ebullitione ad duas redige, sub finem adde Rad. Liquir. concis. Unc. unam. Cola. — Ratier: Rec. Cort. Chin. fusc. Unc. semis ad unam, Aq. comm.

Libr. unam. Bene coque. — REILII: Rec. Decoct Cort. Chinae, ex Unc. semis, parat. Unc. quatuor, Asae foetid., cum Vitello Ovi subactae, Drachm. unam, Camphor, Laudan. liq. SYDENH. āā Scrup unum. — SWEDIAUR: Rec. Cort. Chin. cont. Unc. unam, Fl. Chamom. Drachm. duas, Aq. comm. Libr. unam, coque ad tertiae partis consumtionem, colaturae adde Vini rubri Unc. tres. — RENNIE: Aquae Unc. sedecim, Vino omisso.

ENEMA CHINAE CAMPHORATUM. Chinakampherklystier *Lavement de Quinquina camphré.*

HENRY-GUIB.: Rec. Cort. Chin rubr. Unc. semis, Aq. comm. Unc. sedecim, coctis leviter et colatis adde Camphor. Gran. viginti quatuor, Vitello Ovi unius bene subacta.

ENEMA CHINAE CUM ACIDO SULPHURICO.

AUGUSTIN: Rec. Cort. Chin. Unc. unam, coque cum Aq. comm. Unc. decem ad sex, adde Spir. Vitrioli Drachm. unam ad duas.

ENEMA CHINAE CUM OPIO.

AUGUSTIN: Rec. Extr. Cort. Chin. Unc semis, solve in Aq. fervid. Unc. quatuor, adde Ol. Oliv Unc. semis, Tinct. Opii Gutt. octo.

ENEMA COLOCYNTHIDIS Ph. Lond. (1836)

Rec. Extr. Colocynth. comp. Scrup. duos, Sapon. moll. Unc. unam, Aq. Unc. sedecim.

ENEMA COLOCYNTHIDIS COMPOSITUM ABERNETHI.

Sec. RICHARD: Rec. Medull. Colocynth. minut. concis. Unc. unam, Aq. ferv. Unc. decem, col. adde Sal. culinar., Syr. Spin. cervin. āā Unc. semis. — Nosoc. Barthol. Rec. Colocynth. conc. Drachm. unam, Aq. comm. Libr. unam, coque ad Unc. octo.

ENEMA COMMUNE, s. domesticum, s. involvens, oleosum. Gewöhnliches, oder Hausklystier. *Lavement ordinaire.*

Rec. Myrrh. Unc. unam, Spir. Cochlear. Unc. sex, Tinctur. Succini Unc. duas.

ESSENTIA ODORATA PRO FORNACE vid. Spiritus.

ESSENTIA PECTORALIS SACCHARATA. Disp. Vienn.
Rec. Hb. Capill. Ven., — Rocell., — Hederae terrestr. āā Drachm. duas, Rad. Enulae, — Ireos Flor., — Liquirit. āā Unc. semis, Styr. calam., Croci āā Drachm. unam, infunde Spir. Anisi Libr. unam, digere, exprime, adde Sacch. candi rubri Unc. tres cum Unc. tribus Spiritus Anisi deflagrati ad solutionem.

ESSENTIA POPULI VULNERARIA Ph. Wirt.
Rec. Ocul. populi rec. Libr. semis, Spirit. Vini rectif. Libr. unam et semis, extrahe, exprime, filtra.

ESSENTIA POLYCHRESTA GUNDELSHEIMERI vid. Essentia stomachica polychresta GUNDELSH.

ESSENTIA SALUTIS Disp. Brand.
Rec. Rad. Scorzonerae Hisp, — Zedoar., — Gentian āā Unc. unam, — Enulae Unc. unam et semis, — Contrajerv., — Serpentar. Virgin., — Imperator., — Angelic. āā Unc. semis, Hb. Absinth., — Card. ben. āā Drachm. sex, — Centaur. min., — Rutae, — Scordii, — Veronicae, — Meliss., — Rorismar. āā Drachm. duas, Bacc. Junip. Unc. unam, Cort. Citri, — Aurant., Myrrh. āā Drachm. duas, Spir. Vini Gall. Mensur. sex, digere, filtra.

ESSENTIA SALUTIFERA Disp. Edinb.
Rec. Rad. Angelic., — Calam., — Galang., — Gentian., — Zedoar., Bacc. Lauri, Cardamom. min, Cinnamom. acuti, Piper. longi āā Drachm. unam, Spir. Vini Gall. Libr. duas.

ESSENTIA DE SCORDIO COMPOSITA, s. Diascordium liquidum Ph. Wirt.
Rec. Rad. Angelic., — Vincetoxic., — Levistici, — Zedoar., — Contrajerv., — Tormentill., — Valerian. āā Unc. semis, — Gentian. Drachm. sex, Hb Scordii Unc. duas, Fl. Sambuc. Drachm. duas, Myrrh. Drachm. sex, Croci Drachm. duas et semis, Cort. Citri Unc. unam, Succin., Ligni Aloës āā Drachm. tres, Opii Drachm. unam, Spir. Baccar. Junip. Libr. tres. (Valde similis Essentiae Salutis.)

ESSENTIA SEMINIS SANTONICI COMPOSITA vid. Tinctura.

ESSENTIA SPLENETICA STAHLII Disp. Brand., Wirt.
Rec Hb. Verben., — Rutae hortens., — Rutae murariae, — Salviae, — Plantag. acut. āā Unc semis, Flor. Hyperic. Unc. unam, Spir. Vini rect. Libr. unam.

ESSENTIA STOMACHICA Disp. Brand.
Rec. Rad. Calami arom., — Galang., — Ireos Flor., — Zedoar., — Zingib. alb., Cardamom. min., Cubebar., Ligni Aloës āā Drachm. unam, Cinnamom. Drachm. duas, Flaved. Cort. Citri Drachm. tres, Spir. Vini rect. q. s. (Unc. sex.)

ESSENTIA STOMACHICA AMARA BIERLEI Disp. Hamb.
Rec. Hb. Absinth. Unc. duas, — Card. bened., — Centaur. min. āā Unc. unam, Cort. Aurant., Lign. Colubr. āā Unc. duas, — Sassafr., — Guajaci āā Unc. semis, Cort. Tamarisc. Drachm. quinque, — Chinae Unc semis, Rad. Gentian., — Angelic., — Valerian. āā Drachm. duas, Spir. Vini rect. Unc. sedecim, Sal. Absinth., — Scordii, — Cardui bened. āā Unc. semis, — Tartari Unc. unam (i. e. Ciner.

clavell. depur. Unc. duas et semis); digere, exprime. (Ad Elixir balsam. et Aurant. compositum vergit.)

ESSENTIA STOMACHICA AMBRATA Disp Vienn.

Rec. Spir. Vini Tartaris. Unc. duas, Confect. Alkerm. Drachm duas, Ol. de Cedro Scrup duos, — Cinnamom. cum Sacch. triti Gutt. quinque, Spir. Cornu Cervi rect. Unc. semis, Ambr. gris., Spiritu Rosar. solutae, Scrup. semis.

ESSENTIA STOMACHICA POLYCHRESTA Gundelsheimeri Ph. Wirt.

Rec. Piper. long., — nigri, — albi āā Drachm. duas, — Hispanic. Unc. unam, Cardamom. min. Drachm. decem, Liquor. Terrae foliat. Tartari, Spir. Sal. Ammon. vinos. āā Libr. semis, digere, exprime, filtra.

ESSENTIA THERIACALIS vid. Spiritus Angelicae compositus.

ESSENTIA TRAUMATICA.
Disp. Brand., Ratisb., Ph. Wirt.

Rec. Rad. Tormentill., Hb. Sanicul., — Roris Solis, — Hyperici, Flor. Rosar. rubr. āā Drachm. duas, Sang. Dracon., Mumiae, Catechu, Myrrh. āā Drachm. tres, Ligni Santali Drachm. duas, Nuc. Moschat. Drachm. unam, Spir. Vini rect. Unc. sedecim. — Spielmann paullulum discrepat, quod referre operae pretium non est. Altera formula: Rec. Rad. Alkann. Drachm. duas, — Rubiae Tinct., — Consolid. maj., — Tormentill. āā Unc. semis, Hb. Alchemill., — Hederae terrestr., — Perfoliatae, — Plantaginis āā Drachm. duas, — Pyrolae, — Sanicul. āā Unc. semis, — Hyperici, — Consolid. maj., — Saracenicae, — Bellid. āā Drachm. duas, Mumiae Unc. unam et semis, Spir. Lumbric. terrestr. Unc. sex, Vini Malvat. Unc. octo, aut q. s. — Formulas Lentilii et Rolfinckii merita oblivione obrui sinamus. — Wedelii sec. Disp. Vienn., Hamb. cet. Rec. Mumiae, Sang. Dracon. āā Unc. unam, Terrae Japon., Myrrh., Rad. Tormentill. āā Unc semis, Flor. Rosar. rubrar., — Hyperici āā Drachm. duas, Santali rubr. Drachm. tres, Ol. Nucist. Drachm. unam, Spir. Vini tartaris. q. s. — Stahlii: vid. Balsamum vulnerarium Stahlii (p. 126).

ESSENTIA UTERINA.

Rec. Tinct. Aurant. Unc. semis, — Castor. Drachm. duas, Liq. Cornu Cervi succin., — anodyn. min. Hoffm. āā Gutt. viginti.

ESSENTIA VIPERARUM ex jecinoribus et cordibus Viperarum, omittenda.

ESSENTIA VITAE Kiesow. Kiesow'sche Lebensessenz.

Arcanum in Bavaria vendi permissum.

Rec. Ligni Quass. Unc. unam et semis, Cort. Aurant. mund., Rad. Rhabarb. āā Unc. unam, Pomor. Aurant. immatur., Aloës lucid. āā Unc. semis, Rad. Zedoar. Drachm. sex, — Gentian., — Enulae, Croci āā Drachm. duas, Myrrh. Drachm. unam et semis, Cardamom. min. Drachm. unam, Camphor. Drachm. semis, Vini Malacens. Libr. duas, Spir. Vini Gall. Libr. tres, digere per octo dies, exprime, adde Sacch. tosti Unc. unam et semis. (Continet prope, quod ex ingredientium turba liquet, Elixiria Proprietatis, stomachica, ad longam vitam, similia.)

ESSENTIA VITRIOLI MARTIS ANTISCORBUTICA Disp. Vienn.

Rec. Vitrioli Martis, Flor. Salis Ammon. Mart. āā Unc. semis, Spirit. Cochlear. Unc. octo.

ESSENTIA VIVIFICA Disp. Prag.

Rec. Sperm. Ceti Libr. semis, Rasur. Cornu Cervi, Ciner. clavell. āā Unc. unam et semis, Spir. Sang. humani (!) Libr. duas.

ESSENTIA VULNERARIA vid. Essentia traumatica.

† EUPHORBII CORRECTIO Ph. Wirt.

Rec. Euphorbii triti Unc. quatuor, Succi Citri depur. Libr. unam, digere ad Solutionem, cola per linteum, et evapora ad extracti consistentiam. Supervacaneum remedium, nec ab Euphorbio nativo viribus differt.

† EUPHORBIINUM. Euphorbiumharz, Euphorbiumstoff.

Materia propria, chemice distincta, cui acrimonia et vires vesicantes potissimum debeantur, nondum ex Euphorbio praeparata est. Euphorbiinum ergo nil nisi Resinam Euphorbii depuratam significat, quae lotione Euphorbii crudi aqua tepida, extractione residui Spiritu Vini rectificatissimo, et evaporatione spontanea obtinetur. — Buchnerus ex solutione spirituosa Resinae Euphorbii addita solutione Sacchari Saturni praecipitatum obtinuit, cui inest pars acida Resinae Oxydo Plumbi juncta, et liquorem, qui continet partem basicam resinae, Acido acetico junctam, et aqua praecipitandam, quam Euphorbiinum appellat. — Rose in crystallos redegit resinam Euphorbii acrimonia paene liberam. Horum omnium usus non est in arte medendi, quum facile vires Euphorbii infringi nec augeri possunt.

EUPION, productum destillationis siccae, obtinetur ex pice liquida carnium, ossium, ungularum, cornu (Thierthеer). Haec destillationi cautae ex vesica subjicitur, destillato crudo oleoso per vices caute instillando, agitando et nimiam incalescentiam evitando admiscetur Olei Vitrioli quarta circiter pars ponderis. Exoriuntur strata duo liquida, alterum inferius rubicundum, alterum superius flavescens, limpidum; hoc, quod supernatat, decanthatione vel infundibulo separatur, cum pari pondere Olei Vitrioli miscetur et quadrantes tres ponderis destillatione eliciuntur. Destillatum cum lixivio caustico conquassatur, digeritur, et oleum supernatans denuo separatum iterum miscetur cum ponderis sui dimidio Olei Vitrioli, destillatur, denuo lavatur lixivio caustico et separatur. Denique Aqua pura mixtum destillationi lentae subjicitur, donec partes tres quadran-

tes transierint. Paraffinum cum Eupionis pauxillo mixtum remanet.

Iisdem fere modis Eupion parari potest ex Oleo primum in parando Kreosoto ex pice lignorum prodeunte, aqua leviore et ei innatante.

Est Eupion purum liquidum limpidissimum, agilissimum, coloris, saporis, odoris plane expers, aeri expositum immutabile, chartas exploratorias non tingens, chartam macula oleosa sponte avolante inquinans, pond. spec. = 0,740, fervet ad Grad. 139 R. et ex toto destillat; flamma comburitur non fuliginosa. *Part. const.* Carbonei unum, Hydrogenii duo Pondera Mixt. (Per se nondum in arte medendi adhibitum est. Olei animalis Dippelii non parvam partem efficit.)

EVONYMINUM, principium proprium Evonymi europaei ex Oleo Seminum expresso obtentum. Hoc Oleum cum Naphtha Vitrioli vel cum Spiritu Vini et Magnesia usta ad siccitatem evaporatur, extrahitur massa Spiritu Vini, qui sponte evaporans materiam flavam, resinosam relinquit, quae Naphtha Vitrioli soluta et evaporationi spontaneae exposita in crystallos grumosas coit. Saporis est peramari et viribus laxantibus gaudere dicitur. Necdum in usum iatrices vocatum.

EXPRESSIO, EXPRESSUM. Preßsaft. *Suc exprimé.* Succi denominantur expressione in prelo torculari, ex herbis recentibus in mortario lapideo ope pistilli lignei contusis, obtenti. Nunquam prostant in officinis, quum facilius decomponuntur, sed extempore in vere potissimum, et ad medici ipsam propinationem, parantur. Praeterea interdum Semina oleosa, Millepedes, Aromata, Aquae destillatae, Saccharum, cet., uti Emulsionibus, admiscentur.

EXPRESSIO ASTHMATICA FULLER.

Rec. Milleped. viv. N°. 128, contunde cum Aq. Hyssop. Unc. quatuor, — Puleg. Unc. duabus, — Paeoniae Unc. una, exprime et in expresso solve l. a. Ammoniaci Gran. triginta duo, cola, adde Tinct Benzoës Drachm. duas, Syr. Bals. Unc. unam, Ol. Anisi Gutt. unam, Spir. Sal. Ammon. q. s. ad justum acorem.

EXPRESSIO BECCABUNGAE COMPOSITA FULLER.

Rec. Hb. Beccabung., — Nasturt. aquat., — Borag., — Plantag. aa Unc. duas, contunde cum Aq. commun. Libr. quatuor, stent per horam; exprime, adde Spir. Vitrioli q. s. ad modicam aciditatem.

EXPRESSIO CITREA BATE.

Rec. Cort. Citri conditi Unc. tres, Conserv. Caryophyll. Unc. unam et semis, Sem. Foenic. Drachm. tres, — Anisi Drachm. duas, — Carvi Unc. semis, Spec. aromat. Drachm. unam, Aq. Lumbricor. magistr. Libr. semis, Aq. Meliss. Libr. unam et semis, contusis, expressis adde Syr. Caryophyll. Unc. tres.

EXPRESSIO HAEMOPTOICA BATE

Rec. Sem. Papav. alb. Unc. unam, — Hyoscyam. alb. Unc. semis, Conserv. Rosar. Unc. unam et semis, contunde cum Aq. Portulacc. Unc. octo, adde Syr. Rosar. Unc. unam.

EXPRESSIO HERBARUM ORDINARIA.

Rec. Hb. recentis Taraxaci, — — Millefol., — — Fumar., — — Beccabung. aa quantum vis; in Mortario lapideo ope pistilli lignei contunduntur, aqua non addita, et sacculo linteo inclusa exprimuntur. Succus expressus subsidentia vel colatione depuratur, et unciatim propinatur. Herbarum quoque ponderum rationes ex arbitrio medici mutantur.

EXPRESSIO ICTERICA FULLER.

Rec. Hb. Chelidon. maj. Unc. duas, Bacc. Junip. Unc. unam, contusis adde Croci Scrup. unum, Vini Rhenan. Libr. unam, Aq. mirab. Unc. duas, expressis adde Syr. e quinque Radicibus Drachm. unam et semis.

EXPRESSIO MILLEPEDUM ICTERICA FULLER.

Rec. Milleped. N°. 100, Croci Gran. decem, Nuc. Mosch. Drachm. semis, Sacch. alb. Unc. semis, Aq. Chelidon. Unc. quatuor, Aq. Lumbricor. Unc. duas.

EXPRESSIO MILLEPEDUM AD PERTUSSIM FULLER.

Rec. Milleped. viv. Unc. duas, Sem. Anisi Drachm. unam, Nuc. Mosch. Drachm. semis, Sacch. alb. Unc. unam, contusis affunde Aq. Pulegii Unc sex, Aq. Bryon. comp., — Paeon. comp. aa Unc. unam; exprime.

EXPRESSIO MILLEPEDUM SIMPLEX FULLER.

Rec. Milleped. viv., Sacch. alb aa Unc. tres, contunde cum Vini alb. Libr. una; exprime.

EXPRESSIO PAEONIATA FULLER. Gichtrosenpreßsaft.

Rec. Rad. Paeon. rec. cont. Unc quatuor, Fol. Visci querc. Unc. unam, infunde Vini Hispan. calidi Libr. duas, exprime, adde Aq. Paeon. comp., Syr. Paeon. comp. aa Unc. duas, Tinct. Castor. Drachm. duas, Ol. Nuc. Moschat. Gutt. duas.

EXPRESSIO PLEURITICA FULLER.

Rec. Hb. Taraxac. virid. Manip. quatuor, contus. affunde Aq. Papav. errat. Libr. unam; expr., col. adde Lap. Prunell. Drachm. unam, Ocul. Cancr. pulv. Drachm. duas, Syr. Papav. errat. Unc. tres.

EXPRESSIO REFRIGERANS FULLER. Kühlender Preßsaft.

Rec. Hb. Anagall. arv. Manip. tres, — Borag. Manip. sex, Rad. Borag. Unc. duas, Poma N°. tria, Sal. Prunell. Drachm. duas, Sacch. alb. Unc. unam et semis, contusis affunde Aq. Ulmar. Libr. tres.

EXPRESSIO ROSACEA FULLER. Rosenpreßsaft.

Rec. Cretae alb. Unc. duas, Boli Armen.

Unc. unam, coque in Aq. commun. Libr. sex ad Libr. duas (!), repone ut partes crassiores subsidant; liquori tenuiori effuso adde Conserv. Rosar. rubr. Unc. sex.

EXPRESSIO SCORBUTICA. Scorbutpreßsaft. Batei: Rec. Fol. Nasturt. aquat. rec., — Beccabung. āā Manip. quatuor, Fol. Pini Manip. sex, Rad. et Hb. Taraxaci, Hb. Scolopendr. āā Manip. quatuor, Aq. antiscorbut. Libr. duas, Sacch. candi Unc. sex, cola supra Cort. Sassafras. cont. Unc. semis. — Fuller: Rec. Hb. Cochlear., — Nasturt. aquat., — Beccabung., — Chelidon. maj. āā Manip. quatuor; contusis adde Vini albi Libr. semis, Aq. Raphan. comp., — Lumbric. āā Unc. quatuor, expressis adde Spir. Cochlear Drachm. duas, Sacch. alb. Unc. duas — Ejusdem dicta *temperata:* Rec. Hb. Beccabung., — Nasturt. aquat., — Taraxaci, — Aparines āā Manip. quatuor, Pomor. Aurant. N°. quatuor, contunde cum Vini alb., Aq. Sambuc. āā Libr. unam, Sacch. alb. quantum lubet ad dulcedinem.

EXPRESSIO STYPTICA Fuller.

Rec. Hb. Bellid. min., — Pilosell., — Millefol., — Urticae urentis āā Manip. tres, contunde cum Aq. Plantag. Libr. una, in colatura solve Lap. Prunell. Drachm. duas, Syr. Rosar. sicc. Unc. duas.

EXTRACTUM. Extract. *Extrait.*

Synon.: Spissamentum, Inspissamentum, Succus inspissatus Dicksaft, eingedickter Pflanzensaft. *Suc epaissi.*

Hoc nomine medicamenta usitatissima denominantur, eo quod ex corporibus vegetabilibus atque animalibus extrahuntur. Extracta eo consilio parantur, ut principia efficacia plantarum a farragine inerte separentur atque in nucem redigantur. Differunt inter sese extracta quoad parandi methodum, quoad menstruum, et quoad molem. In plantis extrahendis is praecipue liquor est eligendus, qui indolem medicam facillime dissolvat, cetera intacta relinquat. Aqua in hac operatione plerumque adhibetur, in plantis balsamicis resinosis Spiritus Vini rectificatus, in resinis ipsis rectificatissimus, tum quoque hinc inde Naphtha Vitrioli, Liquor anodynus Hoffmanni, Acetum, Vinum generosum, secundum propriam materiarum naturam atque medici vel pharmacopoei mentem.

Quoad mixtionem Extracta multifariae sunt indolis atque naturae, nec dum artis chemicae ope satis illustrata. Occurrunt in Extractis Gummi, Saccharum, Principium aromaticum, tingens, tannicum, Olea aetherea, fixa, Faecula amylacea, Salia, et potissimum principium, ut ajunt, extractivum, Proteus alter pro naturae diversitate ex plantis diversis obtentum. Summi momenti sunt Extracta aquae ope parata, quare AQUOSA audiunt. In his parandis summo studio eo niti decet, ne materia extractiva caloris atque aeris injuria in pejus ruat atque insolubilis (Apothema Extractorum), fiat, ne principia aetherea balsamica, si adsunt in plantis, in auras abeant, ne extractum prope perfectum atque absolutum ignis ardore comburatur atque empyreumaticum fiat.

Quae ut attingas, minima, qua fieri potest, aquae copia est adhibenda, hoc quidem consilio, ut evaporatio quam citissime perfecta sit, ut et operae tuae atque combustibilium parsimonia laudanda habeatur.

Extracta aquosa plerumque ex plantarum siccatarum partibus, scilicet Radicibus, Herbis, Stipitibus, Floribus, Seminibus, cet. parantur. Aqua rarius frigida adhibetur, quia difficilius dissolvit, atque moles major est advocanda, interdum bene aqua tepida, quando calidiore mucilaginis consistentia glutinosa nimium excitatur, uti in Extracto Columbo, Enulae, Rhei, Gentianae, cet.; coctione assidua cum ebullitione rarius egetur, uti in lignis, corticibus durioribus, fibrosis. Plerumque aquae fervidae infusio sufficit, quae ut bene instituatur, tali modo est perficienda. Materia extrahenda ruditer concisa (atque contusa, si opus fuerit) in dolium ligneum, erectum constitutum immittatur, ita uti id parum conquassatum paene repletum sit. In dolio fundus duplex est, alter inferior integer, liquoribus impervius, alter pollicem fere superior, facile removendus, foraminibus parvis pervius, qui materiam extrahendam sustentet. Inter fundos ambos foramen est laterale epistomio ligneo versatili (hölzerner Krahn) munitum, per quod solutiones effluant. Fundus autem ille perforatus adest, ne materia extrahenda pressa foramen laterale, per quod liquoribus exitus patere debet, obstruat. His bene praeparatis in aheno amplo aqua fontana calefiat ut ebulliat, tum una vice fervidum in dolium effundatur, ita ut in superficie aqua materiam extrahendam, post aliquot minuta bene imbutam, vix contegat. Dolium operculo ligneo optime munitum stet per horas viginti quatuor, interdum palo ligneo exagitatum. Quo majoris dolium est capacitatis, eo melius atque longius calor coercetur, ita ut saepius altera die pultem impune manibus tractare nequeas. Post justam digestionem solutio aquosa a fibris vegetabilibus exactissime est separanda, ut hae quam citissime penitus exhauriantur. Hoc plerumque ita fieri solet, ut residua, e quibus sponte maxima liquidorum pars, foramine laterali aperto, emanavit, sacculis linteis inclusa ope torcularis fortiter exprimantur. Quae operatio, quamquam id, quod volumus, consequi concedat, maximum taedium atque temporis, imo etiam rerum jacturam secum fert. Prelum enim torculare, quod in laboratoriis pharmaceuticis occurrit, nimis est angustum, quo fit, ut expressionis opera decies atque

centies sit repetenda. Gravis haec molestia, graveque incommodum parva suppellectili, parvisque sumtibus evitantur. Exprimantur enim residua in dolio ipso, cochleae ligneae fortis ope, quae facile admovetur atque tollitur. Dolium in mensa humili est constituendum, ex qua pali duo laterales erecti supra dolium usque emineant. In his palis superne trabes transversa, foraminibus quadratis pervia et cuneis confirmanda, imponitur, in cujus medio cochleae mater incisa est. Materiis extrahendis et cum aqua bene digestis primum ligna rotunda, dolium fere emetientia, imponuntur, his transverse trabes crassior, quae ligna rotunda coerceat, ipsa vero a cochlea urgeatur. His rite praeparatis epistomium laterale tollitur (vel vertitur si versatile est), ut sponte liquores effluant, quantum id fieri potest; tum sensim cochleam contorque, et viribus paullatim augendis violenter adige, quantum vires vel suppellectilis firmitas ferre queant. Omnis fere liquor imbutus herbis tali modo exprimitur, ita ut in secunda operatione, eodem modo instituenda, non nisi solutiones dilutissimae, evaporationis operam atque sumtum vix aequiparantes, obtineantur. Tertia extractio supervacanea est, imo etiam nociva; praestat enim parvulam Extracti copiam derelinquere, quam omnem subjicere diuturnae evaporationi. Liquores expressi, plerumque sunt limpidi vel sublimpidi, ita ut subsidentia atque colatione (per pannum laneum, quia linteus facillime obstruitur) satis depurati pro evaporatione prodeant. In hac autem summa cura atque circumspectio est habenda. Liquores ultimum eliciti, eoque tenuiores, primum igni aperto, (ligno vel lithanthrace nutrito) in aheno lato imponuntur, et inter lenem ebullitionem, ceteris sensim pro humoris consumtione adjectis, usque ad Syrupi spissitudinem evaporent, tum penitus in balneo Aquae vel Calcariae muriaticae ad extracti consistentiam (usu distinguendam, nec verbis facile describendam) redigantur. Si balneum pro magnis Extractorum ponderibus non sufficeret, ignis moderatissimus, paullum distans, ex carbonibus ligni, nec ligno ipso, est supponendum, cavendo ne flamma vas attingat. Magnopere laudandum est balneum Calcariae muriaticae, quod in laboratoriis pharmaceuticis ubique facile ex residuo Spiritus Salis Ammoniaci praeparatur. Vas externum cupreum (nec ferreum) solutionem saturatam Calcariae muriaticae continet, vas interius stanneum (vel porcellaneum, vel argenteum, vel cupreum stanno bene obductum) liquorem ipsum inspissandum continet, et externe a liquore Calcariae muriaticae, nec vaporibus solum alluitur. Evaporatio citius perficitur, quam in balneo aquae vel vaporis, nam et in ebullitione liquoris inspissandi adustionis periculum non adest. Extracta autem penitus ad siccum redigenda, nonnisi in balneo absolvantur, nec in igni aperto. Vasis cupreis vel aeneis uti licet, si curam gesseris recens (cum Acidi muriatici guttulis quibusdam) mundata adhibere, et liquores in ipsis refrigerari vel stare per noctem non permiseris. Liquores paullum tepefacti in vasa lignea vel fictilia transfunduntur. In evaporatione ipsa agitatio assidua conducit, qua vaporis extricatio fovetur, liquorum incalescentia nimia praecavetur.

EXTRACTA SPIRITUOSA plerumque tali modo praeparantur. Corpora extrahenda in cucurbitam vitream (tubulatam, si vis, ut facilius liquores effundas) immittuntur, et Spiritus Vini (rectificatissimus vel ex praescriptione dilutus) affunditur. Miscella interdum agitata per aliquot dies maceranda est, vel, si digestio calida praescribitur, in balneo tepido vel prope fornacem fovenda; in hac operatione curandum est, ne Spiritus aliqua deperditio fiat, nec explosionis periculum incauta obturatione subeatur. Cucurbitae orificium vesica bubula passim perforata obligatur, vel epistomio suberino clauditur, in quod tubus vitreus aptus est, ita ut vapores transeuntes aëris contactu plerumque condensentur. Miscella bene digesta exprimenda est in sacculis linteis vel in prelo parvo decoctionibus colandis apto. Extractio spirituosa plerumque ter quaterve est instituenda, cum duplo Specierum pondere Spiritus Vini vel sufficiente copia ad solubilium penitiorem extractionem. Liquores expressi vel filtratione, vel si chartam non penetrant, subsidentia limpidefacti in retortam vitream (si majoris sunt voluminis, in vesicam destillatoriam) immittuntur, et Spiritus Vini blanda destillatione in balneo vel igne moderatissimo supposito elicitur. Liquores dephlegmati denique in patina aperta ad Extracti spissitudinem rediguntur.

EXTRACTA AETHEREA i. e. cum Naphtha Vitrioli parata simili modo obtinentur, nisi quod propter majorem solventis volatilitatem majusque pretium deperditio cautius est evitanda. Macerationes frigidae in cucurbita bene clausa vel vitris orificii amplioris clausis quoque in loco frigido instituuntur, digestiones vel imo coctiones maxima cum cura sunt perficiendae. Praestat in cucurbitae orificium epistomium suberinum imponere, in quo tubus vitreus immissus est, externe aqua frigida circumdata refrigerandus. Naphtha evaporatione dissipata in tubo condensatur et colligitur, et in vas ipsum sponte refluit. Expressio ex sacculis magnam et Extracti et extrahentis liquidi jacturam secum fert, quare plerumque non nisi ultima vice perficitur. Liquor eminens in infundi-

bulam, caute lamina vitrea laevigata obtegendum, effunditur et filtratione per chartam depuratur. Majori cum commodo pyxides stanneae adhibentur, e quibus ipsis operculo demto, liquor exprimi potest. Tum quoque methodus lixiviatoria in extractis aethereis parandis laudanda est, quae, quum et in ceteris extractorum formis adhibeatur, obiter hic perstringenda est.

METHODUS LIXIVIATORIA. (Verdrängungsmethode, *Methode de deplacement*) in eo consistit, quod parva extrahentis liquoris copia magnam extrahendorum molem penetret, eoque saturatior prodeat. Liquores in fibris plantarum imbuti atque sustenti non preli ope exprimuntur, sed liquoris ipsius nova copia infusa fundum versus depelluntur (verdrängt, *deplacé*), unde nomen derivatum est. Si liquidi pressio tubo erecto altiore augebitur, habebis PRELUM REALIANUM, supellectilem incommode tractandam a difficultate, cum qua liquoribus pressis exitus in commissuris praecluditur. Non nisi depulsionem per pressionem humilem hoc loco innuimus. Elixiviatio cum aqua frigida vel calida instituitur, plerumque cum tepida, ne fibrae nimis intumescant, et liquoribus transitum defendant. Pro magnis copiis dolia lignea adhibentur, pro parvis pyxides stanneae, diaphragmatibus duobus, supero et infero, mobilibus munitae. Maximo cum commodo huic usui inserviunt vasa fictilia inverse conica (Basterformen, Zuckerformen) in quibus Saccharum semel depuratum (anglice: *lumps* dictum) vel farinaceum (Farinzucker) in crystallos concrescere solet. Corpora extrahenda, antequam in pyxidem ingeruntur, cum dimidio (plerumque) sui ponderis aquae humectantur, tum in vase ipso pro texturae varietate laxe vel compresse sternuntur. Materiae lignosae fibrosae fortius comprimuntur, ne viae falsae fiant, per quas aqua leviter tantum tincta atque saturata festinet; mucilaginosae, amylaceae et in molem glutinosam concrescentes laxe et sine omni pressione aequabiliter in dolium immittuntur. Lixiviatio intercipienda est, quum liquores minus saturati prodeunt. Huic methodo jure objicitur, quod in extractione temporis spatium nimis longum consumitur, quo fit, ut tempestate aestiva liquores et faeces fermentationem atque levem corruptelam subeant. Hac de causa lixiviatoria methodus nostrae, brevissimo tempore exercendae, est postponenda.

EXTRACTUM ABSINTHII. Wermuthextract. *Extrait d'Absinthe.*

Synon.: Extractum Artemisiae Absinthii aquosum, s. Extractum Herbae Absinthii.

Rec. Summitatum Herbae Absinthii recens siccatarum et minutim concisarum quantum vis. Cum Aquae communis bullientis sufficiente copia in pultem fluidam redactae stent per viginti quatuor horas in dolio interdum agitatae. Tunc pultem sacculis linteis inclusam prelo ferreo exprime et residuum denuo cum Aquae fervidae minori copia quam antea in pultis lentae formam superfusum post duodecim horarum macerationem exprime. Omnia expressa mixta stent per noctem in vasis figulinis vitreatis vel ligneis ut sedimentum fundum petat, dein per pannum colentur et leni igne in vasis cupreis stanno bene obductis inspissentur. Ad Syrupi spissitudinem redacta in vase porcellaneo vel stanneo, in balneo Calcariae muriaticae vel vaporis cum spathula lignea bene agitata ad extracti consistentiam inspissentur.—*Vis:* bene praeparati stomachica, anthelminthica.

Sit Extractum coloris nigro fusci, saporis amarissimi, odoris proprii Absinthii non expers, justae spissitudinis ita ut ex vase effundi nequeat, spathula tamen in fila extrahi possit. Solutio sit limpida

Usus: in anorexia, in stomacho adjuvando, vermibus.

In parando Extracto Absinthii Pharmacopoeae multum inter se discrepant. Plurimae in eo peccaverunt, quod nimiam Aquae copiam in extrahendo suadent, quae evaporatione perlonga dissipata, magnam extracti corruptelam affert, vel ebullitione rapida expulsa, omnem indolem aetheream balsamicam secum abripit. Nos, Ph. Hass., Slesv.-Hols. et Codic. Hamburg. praecepta secuti, et aquae copiam quam minimam admisimus et ebullitionem evitavimus, parvamque ex-

Spiritus Vini rect. Libr. unam et semis, et iterum digesta bene exprime. Liquores filtra, destillatione spiritum elice et residuum lege artis inspissa. — Ph. Gall. (1837) Rec. Hb. Aconiti siccae pulv. Libr. unam, irrora Spiritus Vini rect. Libr. dimidia et in pyxidem elutriatoriam ingere. Sensim infunde Spir. Vini rect. Libr. tres, ut solubile omne extrahatur. Tum aquam infunde et liquores elicitos rejice, quum prioribus mixti praecipitationem efficiant; destillet Spiritus Vini, et residuum in balneo vaporis inspissetur. — Ph. Boruss ed. 5. Rec. Hb. Aconiti Libr. unam, affunde Spiritus Vini rect Libr. quinque, digere per triginta sex ad quadraginta octo horas, exprime, et liquorem expressum ac filtratum sepone. Residuo affunde Aquae communis fervidae Libras decem, sepone per idem temporis spatium, subinde agitando. Exprime. Tum liquori aquoso, medico calore ad tertiam partem reducto et refrigerato admisce Spiritum Vini rectificatum quamdiu eo turbatur. Sepone, donec miscella limpida fuerit, tum decanthatione et filtratione a sedimento liberata et admixta tinctura supra dicta blanda destillatione Spiritum Vini elice. Residuum tandem in balneo vaporis evaporet. (Haec methodus in grave vituperium incurrit. Quanta menstrui vis pro Herbae Libra unica. Aquae spirituosae Librae quindecim ad solvendas paucas Extracti Uncias. Evaporatione diutina extractum damnum non leve contrahit. Cur materiae primum solvuntur, quae postea iterum praecipitentur? Mucus et Gummi ex solutione aquosa Spiritu Vini ejecta tantopere filtri poros obstruunt, ut tempus longissimum et Spiritus Vini non parva copia eo consumatur). — Ph. Taur. Hb. Aconit. sicc. Libr. unam, quatuor Libris Spir. Vini rect. ternis digestionibus extrahi, exprimi, destillare Spiritum et inspissari vult.

EXTRACTUM ACORI vid. Extractum Calami.

EXTRACTUM AGALLOCHI vid. Extractum Ligni Aloës.

EXTRACTUM AGARICI, s. Boleti Laricis. Lärchenschwammextract. *Extrait d'Agaric blanc.*

Ph. Gall. (1837) Rec. Agarici albi (Boleti Laricis) in taleolas dissecti Libr. unam, infunde Aquae frigidae Libr. quatuor; macera per diem et noctem, exprime, tum denuo infunde Aquae frigidae Libr. tres, iterumque exprime; filtra, evapora in balneo aquae.

EXTRACTUM AGARICI ALCOHOLICUM. Weingeistiges Lärchenschwammextract. *Extrait alcoolique d'Agaric blanc.*

Pulv. Agarici albi primum duplo pondere Spiritus Vini rectificati, tum post expressionem, aequali pondere Spir. Vini infusum digeritur, liquores filtrantur, destillatione Spiritus abducitur, et residuum inspissatur. Ponderis sui fere partem tertiam extractum largitur. — Ph. Wirt. sufficientem copiam Spir. Vini commendat. — Ph. Hisp. Libr. singulae Agarici infundi praecipit Aquae fervidae Libr. octo, Spir. Vini Unc. quatuor, digeri exprimi, filtrari, inspissari.

EXTRACTUM AGARICI ALOETICUM Ph. Hisp. vid. Extractum Catholicum.

EXTRACTUM AGARICI COMPOSITUM Disp. Vienn.

Rec. Extr. Agaric. simpl. Unc. duas, — Rhabarb. Unc. unam, Ol. aeth. Macid., — — Anis. ana Gutt. decem.

EXTRACTUM AGAVES s. Agaves americanae. Agaveextract.

Folia recentia Agaves americanae concisa atque contusa addito Aquae pauxillo exprimuntur, succus expressus calefactus atque colatus in balneo aquae ad siccum redigitur. — *Vis:* laxans, valde diuretica. *Usus:* in hydrope laudatur. In Hispania succus inspissatus alvo laxandae inservit.

EXTRACTUM AGRIMONIAE. Odermennigextract. *Extrait d'Aigremoine.*

Ph. Amstel. Infusione paratur Aquae fervidae primum tripli, tum post expressionem dupli ponderis.

EXTRACTUM ALHANDAL Batt.

Rec. Pulp. Colocynth. a Sem. liberat. Unc. quatuor, Rad. Liquirit., Sem. Anisi aa Unc. unam et semis, Aq. Calcis Libr. quatuor. Digere, exprime, evapora.

EXTRACTUM ALKEKENGI, s. fructuum Alkekengi, s. baccarum Alkekengi. Judenkirschenextract. *Extrait d'Alkekenge.*

Taddei. Infusione paratur aquae fervidae primum tripli, tum dupli ponderis. Succi expressi inspissantur.

EXTRACTUM ALOËS. Aloeextract. *Extrait d'Aloès.*

Synon.: Extractum Aloës aquosum, s. gummosum, s. absque Resina, s. purificatum, Balsamum Aloës.

Rec. Aloës lucidae Libram unam, infunde Aquae destillatae Libras quatuor, et macera per dies aliquot interdum agitata. Liquor subsidendo depuratus et colatus in balneo Calcariae muriaticae evaporet ad consistentiam massae pilularis, quae frigefacta fragilis est atque friabilis. — *Vis:* laxans, emmenagoga.

Sit coloris fusci, madefactum colore flavo inquinans, in aqua ex toto solubilis, absque grumis resinosis in fundo mortarii agglutinantibus.

Aloë cruda in parva Aquae copia e. gr. aequali ex toto dissolvitur, et liquor inspissatus non nisi aloën repurgatam praebet. Cave ergo ne minorem Aquae, quam quae indicata est, vim adhibeas. In hac re Codices potissimum discrepant, quorum dissensum hic accuratius referre non attinet. Quidam Aloën aqua fervida totam dissolvi et refrigerio resinam concrescere atque secerni praecipiunt, quod nullius est momenti, si aquae sufficientem copiam addideris. — Ph. Wirt., Brunsv. (Aloë depurata sive lota.) Rec. Aloës Succotr. Libr. unam, solve in Aq. comm. calidae Libr. quinque, et Succi Citri depurat. Libr. una. Solutio stet per aliquot dies ut resina cum faecibus secedat, liquorem clarum evapora.

EXTRACTUM ALOËS ACIDO SULPHURICO CORRECTUM.

Ph Bor. ed. 5. Rec. Extracti Aloës Unc. quatuor, solve in Aq. destill. suff. quant., solutioni guttatim ac caute admisce Olei Vitrioli rectificati Unc. semis; evaporatione ad massae pilularis consistentiam redige. Sit coloris nigri, solutione in aqua e nigro fusca turbida. (Formula merito expungenda.)

EXTRACTUM ALOËS Porrenzi.

Ph. Wirt., Herbip. Rec. Aloës Succotr. Unc. unam, Aceti Vini Unc. sex, digere per aliquot dies, filtra, evapora.

EXTRACTUM ALOËS RESINOSUM.

Ph. Fuld. Residuum ex paratione Extracti Aloës aquosi siccatum solve, calore adjuvante, in Spiritus Vini rectificati quam minima copia, filtra, Spiritum destillatione elice, residuum in aquam frigidam effunde, et resinam bene lotam sicca. — Ferrarini residuum ex extracto aquoso aqua fervida solvit, colatum aqua frigida miscet, frigefactam resinam et lotam siccat.

EXTRACTUM AMARUM, s. amarum compositum. Bitteres Extract. *Extrait amère.*

Ph. Ruth. castr. Rec. Hb. Absinth., — Trifol. fibr., Rad. Gentianae āā q. vis; infunde Aquam fervidam, et tracta uti Extractum Absinthii. — Disp. Prag. Rec. Rad. Cichor., — Gentian., Hb. Cichorii, — Cochlear., — Trifol. fibr., — Card. bened., — Absinth. pont., — Centaur. min., Rad. Rhabarb. āā Libr. semis, Salis Tartari Drachm. sex; bis digere cum duplo pondere Vini Albi, tum adde Spir. Vini rect. aliquot Uncias, exprime et evapora.

EXTRACTUM ANEMONES vid. Extractum Pulsatillae.

EXTRACTUM ANGELICAE. Angelikaextract. *Extrait d'Angélique.*

Synon.: Extractum Angelicae Archangelicae. Engelwurzel-, Heiligengeistwurzelextraft.

Rec. Rad. Angelicae grossiuscule pulveratae Libram unam, infunde Spiritus Vini rectificati Libras duas vel quantum satis, ut parum supereemineat; interdum agitata digere loco tepido per aliquot dies et exprime fortiter; residuo reaffunde Spiritus Vini rectificati et Aquae communis ana Libram unam, iterumque digesta et agitata exprime, liquores expressos decanthatione et filtratione depuratos blandae destillationi subjice (obtinebis destillatum Spiritum Angelicae simplicem) et residuum in balneo vaporis ad justam spissitudinem evapora. — *Vis:* excitans, calefaciens, stomachica, diaphoretica, carminativa, pectoralis.

Sit extractum odoris balsamici fragrantis, saporis balsamici acris frigoris sensum in lingua excitantis, aqua solutione perturbida solubile. — *Usus:* in febribus asthenicis, nervosis, intermittentibus, digestione debilitata, catarrhis chronicis, mensibus suppressis, cet.

Sec. Ph. Bor. ed. 5. Rad. Angelic. Libr. una digeritur cum Spir. Vini rect. Libr. quinque (Slesv.-Hols. quatuor), exprimitur et liquor expressus seponitur. Residuo affunduntur Aquae comm. fervidae Libr. decem (Slesv.-Hols. octo), et bene digesta exprimuntur. Liquori aquoso, modico calore ad tertiam partem reducto instillatur Spiritus Vini rectificatus, quamdiu praecipitatum efficitur. Miscella quiete limpidefacta, decanthatione et filtratione a sedimento liberata et admixta tinctura spirituosa blandae destillationi exponitur ad Spiritum Vini eliciendum. Residuum in balneo vaporis inspissatur. — Ph. Wirt., Pal. Rad. Angelicae Libr. una digeritur cum Spir. Vini rect. Libr. quinque ad sex; colatur cum expressione; residuo affunduntur Aq. commun. fervidae Libr. tres et post lenem ebullitionem denuo colantur cum expressione. Spiritu Vini destillatione ex tinctura elicito, liquores juncti inspissantur. — Ph. Austr., Bor. ed. 3., Hamb., Hann., Hass., Oldenb., Saxon. ed. 2. digeri praecipiunt Rad. Angelicae Libr. duas cum miscela ex Spir. Vini rect. Libr. tribus (Polon. dua

bus, cet. par.) et Aquae comm. Libr. novem; liquor expressus, destilllatione peracta, in balneo vaporis inspissatur. — Ph. Bavar. Rad. Angelicae Unc. quatuor, Spir. Vini rect. Unc. octo, Aquae comm. Unc. octodecim per biduum loco tepido digesta exprimuntur, dephlegmantur, inspissantur. — Ph. Herbip. Spiritus Vini suff. quant. extrahi suadet; — Ph. Sard. Rad. Angelic. Libr. unam digere blando calore cum Vini alb. Libr. quinque ad sex; residuum expressum coque cum Vino albo, et liquores commixtos evapora. (Extractum non concinna est Angelicam propinandi formula, et multo Infuso recens parato et Tincturae postponenda.)

† EXTRACTUM ANGUSTURAE. Angusturextract. *Extrait d'écorce d'Angusture.*

Rec. Cort. Angusturae gross. pulv. Libr. unam, assidue coque cum Aq. communis Libr. quatuor et cola cum expressione; residuum iterum coque cum eadem aquae copia et cola; liquores junctos subsidendo, decanthando et filtrando depuratos l. a. evapora. — Ph. Ferrar., Bat., Belg., Lipp., et Taddei hoc extractum receperunt, aquae copiis diversis inter se extrahendum. — Ph. Hamb. aliquoties cum octo partibus aquae coqui praecipit. (Omnino exolevit, idque merito.)

EXTRACTUM ANODYNUM Ph. Wirt.

Rec. Extr. Angelicae, — Calami āā Unc. unam, — Cardui bened. Drachm quinque, — Opii Drachm. tres, Ol. Caryophyll. Gutt. decem; misce.

EXTRACTUM ANTHEMIDIS vid. Extractum Chamomillae.

EXTRACTUM ANTIPESTILENTIALE Hartmanni.

Rec. Rad. Angelicae, — Imperator., — Zedoar., — Enulae, — Valerian., — Vincetoxic. āā Unc. semis, — Tormentill., — Dictamni cretici, — Gentian., — Pimpinell. āā Unc unam, Sem. Angelic., — Meliss. āā Drachm. duas, Hb. Meliss., — Scord., — Card. bened. āā Drachm. sex. Extrahe Spiritu Vini rect. suff. quant., destilla, inspissa. Similes formulas quondam copiosiores praeteremus.

EXTRACTUM ANTIVENEREUM Poterii.

Rec. Cort. Ligni Guajaci contus. Unc. sex, Rasur. Ligni Guajaci Libr. tres, Cort. Chinae, Rad. Sassaparill. āā Libr. duas, Bacc. Junip. Libr. semis, Sem. Card bened., — Carvi āā Unc. tres, Hb. Scabiosae succisae Unc. unam et semis, Rad. Cyperi, — Vincetoxici āā Unc. duas; infunde Vinum album generosum, extrahe cum expressione, l. a. inspissa.

EXTRACTUM ANTIVENEREUM PURGANS similis est indolis atque praecedens, additis Rad. Mechoacann., et Foliis Sennae, purgationis causa.

EXTRACTUM ARISTOLOCHIAE.

Paratur secundum Ph. Wirt. et Brunsv. cum Spiritu Vini rectificato, ad modum Extracti Angelicae nostri ex Radicibus Aristolochiae vulgaris (i. e. Clematidis), rotundae et longae.

EXTRACTUM ARNICAE AQUOSUM. Wohlverleihextract. *Extrait de Fleurs d'Arnica.*

Paretur ex Floribus Arnicae infusione Aquae fervidae ad methodum Extracti Absinthii. Ph. Austr. iteratis coctionibus parari prave instituit. — Van Mons macerationem cum pari pondere Aquae frigidae, tum infusionem duplicis ponderis Aq. fervidae, et depurationem cum albumine ovorum laudat. (Infusum Florum Arnicae recens paratum omnino anteponendum huic extracto.)

EXTRACTUM ARNICAE. Wohlverleihextract. *Extrait d'Arnica.*

Synon.: Extractum Arnicae spirituosum, s. alcoholicum.

Paretur ex Radice Arnicae cum Spiritu Vini rectificato ad modum Extracti Angelicae (p. 385).

Ph. Bor. ed. 5. quoque eandem sequitur formulam, quae voce Extracti Angelicae exposita est. Ceteri Codices Flores Arnicae adhibent. — Ph. Austr., Bor. ed. 3., Hamb., Hann., Oldenb., Saxon. ed. 2. Flor. Arnicae Unc. duas, Spir. Vini rect. Unc. tres, Aq. commun. Unc. novem; Ph. Polon. Spir. Vini Unc. duas, cet. par. — Ph. Gall. (1837) sicut Extr. Aconiti spirituosum ejusdem Codicis. — Ph. Herbip. Flor. Arnicae Unc. unam, Aq. comm. Unc. octo, Spir. Vini Unc. unam. (Hoc quoque Extractum Infuso Radicis recens parato postponendum.) *Vis:* excitans, sanguinis circulationem promovens, vasorum resorbentium actioni favens, discutiens, antiseptica. *Usus:* in febribus nervosis, asthenicis, puerperarum, dysenteria, conquassationibus cerebri et medullae spinalis, morbis paralyticis et atonia systematis lymphatici.

EXTRACTUM ARTEMISIAE VULGARIS. Beifußextract. *Extrait d'Armoise.*

Paretur ad modum Extracti Absinthii infusione aquae fervidae. A Ph. Wirt. et Pal. atque Taddeo descriptum. Ph. Gall. (1837) quoque suam methodum, eadem voce expositam, sequitur.

EXTRACTUM ARTEMISIAE VULGARIS RADICIS. Beifußwurzelextract. *Extrait de Racines d'Armoise.*

Rec. Rad. Artemisiae vulgaris

concisae contusae quantum vis, immitte in vas vitreum amplioris orificii et infunde Spiritus Vini rectificatissimi q. s. ut Radix contegatur. Digere leni calore per diem, liquorem effunde et exprime. Has operationes adhuc bis repete, liquores filtra, ex retorta Spiritum blanda destillatione evoca, et residuum in balneo ad Extracti tenuioris molem redige. Laudatur in Eclampsia infantum, Cardialgia, Epilepsia.

EXTRACTUM ASARI. Haselwurzelextract. *Extrait d'Asaret.*

Paretur ex Radice Asari Europaei sicut Extractum Angelicae — Ph. Wirt. Radicem Asari primum quintuplo vel sextuplo pondere Spiritus Vini rectificati, extrahit, tum residuum expressum cum aqua decoquit, et liquores junctos, Spiritu lege artis elicito, evaporat. - Ph. Sard. bis cum quintuplo pondere Vini albi generosi extrahi et liquores commixtos evaporari suadet.

EXTRACTUM ASPARAGI RADICUM. Spargelwurzelextract. *Extrait de Racines d'Asperges.*

Rec. Radicum Asparagi recentium quantum vis, bene mundatas et lotas contunde in mortario lapideo, succum exprime, per pannum trajice et in patinis porcellaneis in tenue stratum effusum, tepido calore consume. Libra Radicum recentium Unciam extracti prope largitur. Viribus diureticis gaudere praedicatur a Vaudin.

EXTRACTUM ASPARAGI TURIONUM. Spargelsprossenextrakt. *Extrait de Pointes d'Asperges.*

Rec. Turiones Asparagi, contunde, succum exprime, per pannum trajice et lenissimo calore consume.

EXTRACTUM ATRIPLICIS FOETIDAE ex Herba paratur siccut Extractum Absinthii.

EXTRACTUM AURANTIORUM CORTICUM. Pomeranzenschalenextract. *Extrait d'écorces d'Oranges.*

Synon: Extractum Corticum Aurantiorum alcoholicum.

Paretur ad modum Extracti Angelicae. (p. 385)

Ph. Polon., Bor. ed. 3 et 5, Hamb., Oldenb., Saxon. suam quaeque methodum sequuntur voce Extracti Angelicae expositum. — Ph. Dan. Cort. Auraut. Libr. unam, Spiritus Vini rectificati Libris duabus, et Aquae comm. Libr. quatuor extrahi, liquores expressos, Spiritu per destillationem abacto, inspissari vult. — *Vis*: stomachica, roborans. Sit caloris fusci, saporis grati amari, odoris proprii Aurantiorum. — *Usus*: in dyspepsia, abdominis inertia, in convalescentibus.

EXTRACTUM AURANTIORUM CORTICUM AQUOSUM. Wäßriges Pomeranzenschalenextract. *Extrait aqueux d'écorces d'Oranges.*

Pravissime Codices veteres quidam magna vi aquae cortices Aurantiorum extrahi jubent. Longissima coctione indoles aetherea, balsamica in auras abit. — Disp. Brunsv., Lipp. eum sex partibus aquae, Ph. Amstel. cum viginti coqui praecipiunt.

EXTRACTUM AURANTIORUM FOLIORUM. Pomeranzenblätterextract. *Extrait de feuilles d'Orange.*

Ph. Antwerp. decoctione Foliorum Aurantii parari docet. Infusio iterata cum parvis Aquae fervidae copiis ad modum Extracti Absinthii praeferenda.

†EXTRACTUM BACCARUM BELLADONNAE, s. Roob Belladonnae. Tollkirschenextract oder Tollkirschenmuß. *Extrait de baies de Belladonne.*

Henry.-Guib. Baccae maturae Atropae Belladonnae manibus optime contritae sacculo linteo inclusae exprimantur, Succus expressus calefiat in balneo vaporis, et per pannum trajiciatur. Evaporet assidue agitatus in balneo aquae ad Extracti tenuioris consistentiam.

EXTRACTUM BACCARUM RHAMNI, s. Roob Rhamni cathartici. Kreuzbeerenextract. *Extrait de Nerprun.*

Succus Baccarum Rhamni expressus et depuratus ad extracti tenuioris formam redigitur. Inservit Syrupo domestico quovis anni tempore parando. — Ph. Gall. (1818) fermentationem incipientem laudat.

EXTRACTUM BACCARUM SAMBUCI vid. Roob Sambuci.

EXTRACTUM BARDANAE. Klettenwurzelextract. *Extrait de Bardane.*

Paretur infusione Aquae tepidae (nec fervidae) ad modum Extracti Absinthii (p. 381). Ph. Batav., Belg. primum macerari cum decuplo pondere aquae, tum coqui per duas horas et colari, liquores colatos inspissari praecipiunt. — Van Mons: Succum recens expressum, Albumine Ovi depuratum, evaporare docet. Coctione Radicum vel infusione aquae fervidae immensa faeculae amylaceae farrago dissolvitur, quae indubie est excludenda; quare magno cum commodo Ph. Gall. (1837) lixiviationem cum aqua frigida praecipit. (In capillorum jactura prodesse dicitur, sed falso.)

EXTRACTUM BECCABUNGAE. Bachbungenextract. *Extrait de Beccabunga.*

Ph. Sard. Succus Herbae Veronicae Beccabungae contusae expressus (despumatus, colatus) in balneo aquae lege artis inspissetur.

† EXTRACTUM BELLADONNAE. Belladonna-extract. *Extrait de Belladonne.*

Synon.: Extractum Belladonnae herbae recentis, Succus spissatus Belladonnae, Succus inspissatus Atropae Belladonnae. Tollkirschenkrautextract, Tollkrautextract.

Paretur sicut Extractum Aconiti (p. 382), quod vide. Mutato nomine omnia de Belladonna illic narrantur. — *Vis:* narcotica, irin oculi dilatans, diaphoretica, diuretica, antifebrilis, majori dosi deleteria. Est extractum saporis amaricantis, odoris prope nullius, coloris nigro-fusci. — *Usus:* in febribus intermittentibus, dolore faciei, epilepsia, hydrope. Prophylacticum in febri scarlatina plus merito jactatum.

Ph. Succ et Fenn. hoc extr. non receperunt.

† EXTRACTUM BELLADONNAE SPIRITUOSUM, s. alcoholicum, s. Herbae siccae. Weingeistiges Tollkrautextract.

Omnia quae de Extr. Aconiti spirituoso dicta sunt, mutato in Belladonnam nomine hic quoque valent, quare ad illam vocem remittitur. — *Vis* et *Usus* sicuti in Extracto praecedenti, a quo minime differt. Supervacanea haec formula erat, si ubique terrarum Herba Belladonnae recens in usum vocari posset.

EXTRACTUM BETULAE. Birkenextract. *Extrait de Bouleau.*

Ph. Succ. Folia Betulae albae bis coque cum duplo pondere Aquae, liquores expressione obtentos evapora.

EXTRACTUM BEZOARDICUM Camerarii.

Ph. Wirt. Rec Extracti Specierum pro Elixirio Vitae Unc. quatuor, — Ligni Aloës, — Angelicae āā Unc. unam, — Meliss., — Salviae, — Tormentill., — Opii āā Unc. semis, — Rhoeados, — Castorei āā Drachm. duas, Lapidum quinque pretiosorum praep., Succini albi praep. āā Scrup. quatuor, Unicornu marini, Bezoar Orientalis. — Occidental. āā Scrup. duos, Confect. Alkermes complet., — Hyacynth. āā Drachm. duas. (Mixtio quondam jactata, nunc merita oblivione obruta.)

EXTRACTUM BEZOARDICUM Quercetani.

Rec. Rad. Angelic., — Zedoar., — Galang., — Tormentill., — Cort. Citri, Ligni Aloës, — Santal. rubr. — — citrin. āā Unc. unam, Granor. Alkermes, Dictamni, Spicae Nardi, Caryophyll., Nucis Moschat., Macidis, Cinnamomi, Been albi, — rubri āā Unc. unam et semis; misce, fiat extractum cum Aq. Vitae Juniperi q. s.

EXTRACTUM BILIS BOVINAE.

Van Mons: Fel Tauri lege artis inspissatum cum triplo pondere Spiritus Vini rect. extrahi et liquorem filtratum, Spiritu destillatione abacto, inspissari docet. (Vide praeterea Fel Tauri inspissatum.)

EXTRACTUM BISTORTAE, s. Radicis Bistortae. Wiesenknöterichextract. *Extrait de Bistorte.*

Paretur ex Radice Polygoni Bistortae admodum extracti Absinthii (p. 381). — Ph. Gall. (1837) aqua frigida lixiviari vult, sicut Extr. Absinth. ejusd. Pharm. — Ph. Pal. sextuplum, Ph. Hisp. decuplum aquae pondus et coctionem laudant. — Ph. Sard. Infusionem. *Vis:* adstringens.

EXTRACTUM BORAGINIS. Borretschextract. *Extrait de Bourrache.*

Ph. Gall. (1818) succum ex foliis recentibus contusis expressum inspissari indicat. — Ph. Gall. (1837) Folia siccata in pyxide stannea ad modum Extr. Absinth. ejusd. Pharm. elutriari praecipit. — Ph. Hisp. Folia recentia cum Aqua coqui, liquorem expressum evaporare jubet.

EXTRACTUM BRYONIAE. Zaunrübenextract. *Extrait de Bryone.*

Paretur ex Radice Bryoniae albae infusione aquae fervidae ad modum Extr. Absinthii. — Ph. Wirt., Brunsv. decoctionem cum sextuplo aquae pondere praescribunt; Ph. Herbip. Aquae molem non certius definit.

EXTRACTUM BUGLOSSI. Ochsenzungenextract. *Extrait de Buglosse.*

Paretur ex Radice Anchusae officinalis infusione Aquae fervidae sicut Extractum Absinthii. Taddei.

EXTRACTUM CACUMINUM GENISTAE vid. Extractum Genistae.

EXTRACTUM CALAMI AROMATICI. Kalmusextract. *Extrait d'Acorus odorant.*

Synon.: Extractum Calami, s. Calami aromaticum, s. Gummi resinosum.

Paretur exactissime ad normam Extracti Angelicae (p. 385). — *Vis:* nervina, confortans, tonica, stomachica, antiscorbutica.

Extractum odorem aromaticum Radicis prae se ferat.

Usus: in anorexia, dyspepsia, febribus malignis, in convalescentia.

Ph. Austr., Bor. ed. 3 et 5, Hamb., Lipp., Polon., Saxon. ed. 2, Wirt. suam quaeque methodum loco citato expositam, observant.

EXTRACTUM CALAMI AROMATICI VINOSUM. Weiniges Kalmusextract. *Extrait vineux d'Acorus.*

Ph. Sard. Radicem Calami sextuplo pondere Vini albi generosi tridua maceratione extrahi, residuum cum nova Vini copia, liquores mixtos inspissari docet.

EXTRACTUM CAINCAE. Caincawurzelextract. *Extrait de Racine de Cainca.*

Rec. Rad. Caincae (Chiococcae anguicidae) Libr. duas, in pulverem grossiusculum redactis insperge Spir. Vini rect. Libr. unam; bene humectata in pyxide stannea inter diaphragmata duo laxe sterne et per diem macerata cum Spir. Vini rect. Libr. tribus elixivia. Spiritum Vini Aquae strato expelle et liquores separa quum prioribus admixti turbationem excitent. Spiritu elicito in retorta vel vesica residuum lege artis inspissa. — *Vis:* diuretica, resorptionem promovens. — *Usus:* in morbis hydropicis, in vermibus, hypochondria, abdominis inertia.

EXTRACTUM CALENDULAE. Ringelblumenextract. *Extrait de Souci ordinaire.*

Paretur infusione Aquae fervidae sicut Extractum Absinthii (p. 381). — Ph. Hann. 1819 (1833 omittit). Herbam Calendulae cum octuplo Aquae fervidae infundi, tum coqui praecipit. — Ph. Sax. (1820) macerari cum octo partibus aquae, tum coqui, expressum denuo coqui cum quatuor partibus Aquae jubet. — Ph. Bor. ed. 5. sicut Extr. Aconiti Herbae recentis ejusdem Pharm., quam quoque methodum Ph. Sax. ed. 2. sequitur. — Ph. Hamb., Hass. succum defaecatum inspissari, tum faeculam siccatam et contritam admisceri volunt. — *Vis:* diuretica.

EXTRACTUM CAMPECHIENSIS LIGNI vid. Extractum Ligni Campechiensis.

EXTRACTUM CANTHARIDUM. Spanischfliegenextract. *Extrait de Cantharides.*

Pulverem grossiusculum Cantharidum irrora cum sufficiente copia Spir. Vini rectificatissimi in pultis fluidi formam, in balneo aquae calefac usque ad ebullitionem, et lente refrigerari sine, tum exprime; ter has operationes repete, liquores filtratos destillationi caute subjice et residuum in balneo vaporis inspissa. — Taddei bis cum triplo pondere Spir. Vini rectificatissimi extrahit. — Ph. Gall. (1818) Tincturam suam Cantharidum destillari et inspissari vult. — Ph. Gall. (1837) partem unam Cantharidum cum partibus tribus et dimidia Spir. Vini rectificati in pyxide stannea inter diaphragmata duo elutriari praescribit ad modum suum voce Extr. Aconit. spirituos. descriptum.

EXTRACTUM CARDUI BENEDICTI. Kardebenedictenextract. *Extrait de Chardon bénit.*

Synon.: Extractum Centaureae benedictae, s. Cnici benedicti.

Paretur sicut Extractnm Absinthii (p. 381), qua voce etiam Pharmacopoearum discordantiam, nomine mutato, exposuimus. *Vis:* stomachica, excitans, diaphoretica, majori dosi emetica.

Est Extractum coloris fusco-viriduli, odoris proprii, consistentiae grumosae, aqua solutione turbidula solubile.

Usus: in anorexia, catarrhis chronicis.

EXTRACTUM CARDUI TOMENTOSI. Krebsdistelextract.

Disp. Lipp. Succum expressum Herbae Onopordi Acanthii Linn. sine defaecatione inspissari praescribit.

EXTRACTUM CARNIS. Fleischextract. *Extrait de Viande.*

Van Mons: Rec. Carnem bubulam, in frustula minuta dissectam aeri calido per diem expone ut exsiccetur paullum, tum infunde quadruplum pondus Spiritus Vini rectificati, in balneo aquae fove, liquorem frigefactum filtra, Spiritum evoca, et inspissa ad extracti consistentiam. — Cadet Carnem bubulam in pastam tenuissimam dissectam aqua frigida extrahit malaxando, liquorem per linteum colatum et inter coctionem bene despumatum ad extracti consistentiam evaporat. Quibusdam Osmazomum vocatur, chemica indole non accuratius nota. *Usus:* in convalescentia.

EXTRACTUM CARYOPHYLLATAE. Nelkenwurzelextract. *Extrait de Benoite commune.*

Ph. Sax. (1820). Radix Caryophyllatae (Geum urbanum Linn.) cum aquae pondere octuplo maceratur, tum coquitur, residuum expressum denuo cum quadruplo pondere aquae coquitur, liquores mixti, decanthatione depurati, inspissantur. (Praestat extractum infusione ad modum Extracti Absinthii parari, propter indolem volatilem. Infusum recens paratum imo extracto anteponendum.)

EXTRACTUM CASCARILLAE. Cascarillenextract. *Extrait de Cascarille.*

Synon: Extractum Cascarillae aquosum vel gummosum Extractum Chacarillae, s. Corticis Chacarillae.

Rec. Corticis Cascarillae minutim contusi Libram unam, infunde Aquae communis ferventis Libras tres, stent in digestione donec sponte frigefacta sint, tum coque per horae quadrantem et fortiter exprime. Residuum coquatur iterum cum Aquae communis Libris tribus, et exprimatur liquor idque iteretur, donec aqua nullum amplius saporem atque colorem intensiorem acquirat. Liquores sic obtenti commixti subsidentia et decanthatione depurati evaporent ad remanentiam Librarum trium, quas in vase porcellaneo balneo aquae vel vaporis vel Calcariae muriaticae exposito ad extracti spissitudinem redige. — *Vis:* excitans, calefaciens, tonica, stomachica, antiseptica.

Sit obscure fuscum, saporis Cascarillae, in aqua solutione turbida solubile.

Usus: in digestione debilitata, anorexia, febribus pituitosis Chinae sociatum, dysenteria, cet.

Ph Suec., Slesv.-Hols. potissimum nobiscum consentiunt. Aquae ponderibus maxime discrepant Codices. Nimia copia adhibita principium aromaticum inter evaporationem in auras abit; quod vituperium Ph. Bor. ed. 5. et Saxon. ed. 2. maxime subierunt. Disp. Fuld. Corticum Cascarillae in filtratorio laneo aqua fervida infusa extrahi vult; nimis cito vero aqua defluit, quam quae saturari queat. — Disp. Brunsv., Parm. Aquae partes sex et coctionem proponunt, Ph. Fenn. bis, et Ph. Hass. ter cum sextuplo aquae pondere extrahi volunt; Ph. Saxon. (1820), Hamb. octo; Ph. Bor. ed. 3, Dan., Hann., Oldenb. primum octo, tum quatuor aquae partes; Ph. Bat. et Belg. primum decem, alterum octo partes; Ph. Bavar. et Ferrar. duodecim; Ph. Amstel. viginti tum quindecim; Ph. Bor. ed. 5, Saxon. 2. bis cum sedecim partibus ad dimidium decoqui praescribunt.

EXTRACTUM CASCARILLAE SPIRITUOSUM, s. alcoholicum, s. resinosum, s. gummoso-resinosum. Weingeistiges Cascarillenextract. *Extrait alcoolique de Cascarille.*

Rec. Corticis Cascarillae grossiuscule pulverati q. v., infunde Spir. Vini rect. tantum ut massa pultem fluidam aequet, fove in balneo aquae sine ebullitione per sex vel octo horas vel longius, exprime; residuum denuo eodem modo ter quaterve tracta, liquores expressos subsidentia depuratos et clarefactos destillationi subjice, et residuum lenissimo calore ad extracti spissitudinem evapora. Hoc extractum aquoso imo anteponendum, quum Spiritus Vini leniore calore abigitur quam aquae tanta moles. In inspissando ne nimium calorem adhibeas, quo magna extracti pars fit insolubilis, cave. — Ph. Polon. Cort. Cascarillae Libr. unam, cum Aquae Libr. novem et Spir Vini rect. Libr una extrahi, leni calore adhibito exprimi, Spiritum destillatione separari, residuum inspissari docet. — Ph. Fuld., Wirt. Cort Cascarill. Libr. una extrahitur digestione cum quinque ad sex Libris Spir. Vini rect., residuum cum Aquae Libr. tribus coquitur, decoctum albumine clarificatur, Spiritus destillatione secernitur, residuum inspissatur. — Ph. Dubl. Cortex digeritur cum quadruplo pondere Spiritus Vini rect., tum residuum expressum cum Aq. comm. Libr. decem ad duas coquitur, Spiritu destillatione elicito residuum evaporatur. — Ph. Sard. Vino parari vult ad modum Extr. Absinthii ejusdem Pharm.

EXTRACTUM CASSIAE, s. Cassiae fistulae, Pulpa Cassiae. Röhrencassienextract. *Extrait de Casse.*

Ph. Gall. (1837). Ex fructibus Cassiae spatholae ope pulpam, semina ac dissepimenta exime, dilue Aquae destillatae pari pondere fructuum, trajice per cribrum setaceum et evaporando leni calore ad extracti spissitudinem redige. — Ph. Bat. aquam fervidam laudat. Taddei quoque recipit. Henry-Guib. suadent fructus contusos in diaphragmate aquae tepidae immerso sterni, post aliquot horas trajici et inspissari.

EXTRACTUM CASSIAE SENNAE vid. Extractum Sennae.

EXTRACTUM CASSUMUNIAR. Blockzittwerextract. *Extrait de Cassumuniar.*

Disp. Fuld. ad methodum suam, voce Extr. Cascarillae spirituosi expositam, parari monet.

EXTRACTUM CASTOREI. Bibergeilextract. *Extrait de Castoreum.*

Disp. Brunsv. Castoreum concisum ite-

rata digestione cum Spiritu Vini rect. extrahe, et spiritu elicito ad extracti spissitudinem evapora. — Ph. Pal., Wirt. residuum, Spiritu Vini exhausti, aqua fervida extrahunt, et liquores mixtos Spiritu abacto, evaporant. Pravum consilium materiam pretiosissimam lege artis deperdendi.

EXTRACTUM CATECHU, s. Catechu depuratum. Catechuextract. *Extrait de Cachou.*

Ph. Gall. (1837) Rec. Catechu contusi Libram unam, infunde Aquae fervidae Libr. sex; interdum agitata stent per diem et noctem, liquorem decantha et evapora in balneo aquae. Soubeiran nisi quadruplo aquae infundi et liquorem in Syrupi spissitudinem evaporatum in patinis porcellaneis protinus exsiccari suadet.

EXTRACTUM CATHARTICUM vid. sequens.

† EXTRACTUM CATHOLICUM, s. Colocynthidis compositum, s. catharticum. Allgemein abführendes Extract. *Extrait purgativ universel.*

Ph. Palat., Wirt., Brunsv. Rec. Extracti Aloës aquosi Unc. unam, Extr. Hellebori nigri Drachm. duas, Extr. Colocynth. Drachm unam, Resinae Jalapp., Scammonii āā Drachm. unam et semis. — Ph. Hisp. Rec. Extr. Hellebori nigri, — Agarici āā Unc. unam, — Colocynth. Drachm. sex, Scammonii Unc. unam, Aloës Succotr. Unc. duas, Salis amari Unc. semis, Aq. comm. q. s. Pistentur extracta in mortario ut fiat massa mollis, tum adde pulveres et ex omnibus optime mixtis Trochisci formentur. — Ph. Dubl., Lond. (1824): Rec. Colocynth. a semin. liberatae Drachm. sex, Aloës Succotr. Unc. unam et semis, Scammonii Unc. semis, Sem. Cardamom. min. Drachm. unam, Saponis Veneti Drachm. tres, Aquae comm. fervid. Libr. unam; (Ph. Lond. (1836) Spir. Vini rect. Unc. sedecim, cet. par.) digere Colocynth. in vase obtecto cum aqua per 4 dies, exprime, cola et adde Aloën et Scammonium; inspissa ad consistentiam massa pilularis, denique admisce Saponem et Cardamomum. — Ph. Lond. (1809), Amer., Ferrar., Genev., Hamb., Lusit. Saponem omittunt formulae Dublin., et Aquae loco Spiritum Vini adhibent. — Ph. Hann.: Rec. Colocynth. Drachm. sex, macera per quatriduum cum Spir. Vini rect. Libr. una, cola, in colatura solve Aloës Unc. unam et semis, Scammonii Unc. semis, Spiritum in balneo aquae agitando dissipa, adde Extr. Rhei Drachm. duas, et ad massae pilularis consistentiam consume. — Disp. Lipp.: (Extr. purgans.) Rec. Extr. Hellebori nigri Drachm. sex, — Aloës aquosi Unc. unam, — Jalappae gummoso resinosum, — Saponariae āā Unc. unam et semis; rite misceantur. — Ph. Suec. Rec. Colocynth. Unc. duas, coque cum Aq. comm. Libr. duabus ad dimidium, liquor ad mellis spissitudinem evaporet, tum admisce Aloës Succotr. Unc. duas, Scammonii Unc. unam, Pulv. Caryophyll. Drachm. unam. — Disp. Lipp. Rec. Colocynth. Unc. unam et semis, digere per 4 dies cum Spir. frumenti Libr. duabus, Tincturae expressae admisce Aloës Succotr Unc. tres, Scammonii Unc. unam; quiete limpidefactam defunde, Spiritum elice, evapora et adde denique Pulv. Cardamom. Unc. unam. — Dictum Hoffmanni: Rec. Extr. Aloës Unc. unam, — Colocynth., Resinae Jalapp., Scammon., Gutti āā Drachm. tres, Flor. Martis Drachm. duas; misce. — Dictum Poterii: Aloës Socotr. Unc. unam, Myrrh. Unc. semis, Extr. Sennae Drachm. sex, — Colocynth. Drachm. unam, — Croci Scrup. unum, Sulphur. (magnetici meteorisati) Unc. semis, misce. — *Extr. catharticum* Ph. Wirt. Rec. Aloës Unc. unam et semis, Colocynth. Drachm. sex, Scammonii, Cardamomi āā Unc. semis, iterate extrahe Spiritu Vini, et destillatione peracta, inspissa. Scriptorum discentum lubenter omittimus. — *Vis:* drastica, hydragoga; caute adhibendum est. *Usus:* in hydrope, obstructione alvi habituali.

EXTRACTUM CENTAUREAE BENEDICTAE vid. Extractum Cardui benedicti. (p. 389)

EXTRACTUM CENTAURII MINORIS. Tausendgüldenkrautextract. *Extrait de Petite Centaurée.*

Paretur sicut Extractum Absinthii (p. 381) iterata infusione aquae fervidae, fovendo infusum per aliquot tempus, exprimendo et evaporando. — *Vis:* tonica, stomachica, febrifuga.

Est extractum coloris intense fusci, lucem reflectens virescens, saporis amari, odoris non ingrati, aqua solutione turbidula solubile.

Usus: in anorexia, vermibus, cachexia.

Pharmacopoearum varietas eadem ac in Extracto Absinthii. Extractum Spiritu paratum non obvenit, nisi Ph. Herbip., quae Libr. uni Herbae Centaurii Spiritus Vini Libram unam et Aquae Libras octo infundit.

EXTRACTUM CEREFOLII, s. Chaerophylli sativi. Kerbelextract. *Extrait de Cerfeuil commun.*

Ph. Gall. (1818), Hamb. Succus Herbae Cerefolii (Scandix Cerefolium Linn.) recentis contusae expressus sine praevia defaecatione inspissetur in balneo aquae. — Taddei albumine clarificari suadet. — Ph. Sard. Herbae maceratae per tres dies Aquae triplum infundi praecipit, digestione trientes duos consumi, cetera expressa inspissari.

EXTRACTUM CEREFOLII HISPANICI. Spanisch Kerbelextract. *Extrait de Cerfeuil musque.*

Ph. Suec. Succus expressus Herbae Scandicis odoratae Linn. absque defaecatione inspissatur.

EXTRACTUM CHACARILLAE vid. Extr. Cascarillae (p. 390).

EXTRACTUM CHAEROPHYLLI SILVESTRIS, s. Cicutariae. Waldkerbelextract, Tollkerbelextract. *Extrait de Cerfeuil sauvage.* Ph. Suec., Hamb. Succum expressum absque defaecatione inspissari jubent.

EXTRACTUM CHALYBIS Bate.

Succi Herbae Acetosellae expressi Libr. quatuor, Tamarindorum Unc. una parum cocta clarificantur, macerantur cum Limaturae Martis Unc. quinque per 4 dies saepe agitatae; cola, evapora ad justum spissitudinem.

EXTRACTUM CHAMAEDRYOS. Gamanderextract. *Extrait de Germandrée commune.*

Ex Herba Teucrii Chamaedryos sicca paratur infusione aquae fervidae sicut Extr. Absinthii. — Ph. Gall (1818), Parm. et Sard. receperunt.

EXTRACTUM CHAMOMILLAE. Kamillenextract. *Extrait de Camomille.*

Synon.: Extractum Chamomillae vulgaris, s. Chamaemeli, s. Anthemidis, s. Florum Chamomillae.

Paretur ex Floribus Chamomillae bene siccatis infusione iterata aquae fervidae, qua minima fieri potest copia, et evaporatione sine ebulliendo instituta sicut Extractum Absinthii (p. 381).
Vis: tonica, stomachica.

Extractum odorem plantae fere nullum prae se fert, saporis est grati amari, coloris fusci.

Usus: in dyspepsia, chlorosi, infirmitate.

Pharmacopoearum discrepantia eadem ac in Extracto Absinthii.

EXTRACTUM CHAMOMILLAE FRIGIDE PARATUM. Kaltbereitetes Kamillenextract. *Extrait de Camomille à froid.*

Ph. Hann. Flor. Chamomill. vulg. Libr. una maceretur Aquae destill. Libr. duodecim per horas quadraginta octo. Residuum expressum denuo maceretur cum Aq. dest. Libr. sex. Liquores commixtos filtra et evapora ad mucilaginem. Massam refrigeratam solve ea copia aquae ut filtrari possit, tum filtra et in balneo aquae ad extracti consistentiam consume.

EXTRACTUM CHELIDONII MAJORIS. Schöllkrautextract. *Extrait de grande Chélidoine.*

Paretur ex Succo expresso Herbae recentis Chelidonii majoris sicut Extractum Aconiti (p. 382).
Vis: incitans, resolvens, laxans. diuretica.

Usus: in hydrope, morbis chronicis intestinorum, obstipatione, chlorosi.

Ph. Austr., Boruss. ed. 3, Dan., Fuld., Hann., Hass., Herb., Hisp., Old., Polon., Sard., Slesv.-Hols., Saxon. (1820), Wirt., succum expressum non repurgatum vel defaecatum inspissari jubent. — Ph. Bor. ed. 5, Bav. eadem varietas atque in Extr. Aconiti. — Ph. Bat. quartam partem extracti addit Pulveris Herbae siccae — Ph. Belg., Amstel. decoctionem adhibent.

EXTRACTUM CHINAE FUSCAE. Chinaextract. *Extrait de Quinquina.*

Synon.: Extractum Chinae fuscae seu griseae coctum, Extractum Corticis Peruviani aquosum s. gummosum. Braunchinarindenextract. *Extrait de Quinquina mou.*

Rec. Corticis Chinae Huanuco (I, p. 32) Libram unam, contunde in pulverem grossiusculum et infunde Aquae fervidae Libras tres. Supra moderatum ignem imposita in leni ebullitione obtine per horas tres aquam dissipatam sensim restituens, tum adhuc fervida per pannum trajice, residuo denuo Aquae communis Libras tres infunde, iterumque per tres horas leni igne fota cola, idque tertium repete. Liquores commixtos in vase figulino subsidentia depuratas decantha et

primum igni aperto tum ad tertiam partem reductos in balneo Calcariae muriaticae inspissa. Pro coctione et evaporatione vasis cupreis uti licet, nec stanneis, aut stannatis, quibus extracti color in deterius vergit. *Vis:* adstringens, antiseptica, stomachum roborans, febrifuga, praesentissima tonica.

Sit coloris fusci, odoris proprii, saporis adstringentis amari, aqua solutione turbida e fuscescenti alba solubile.

Usus: In febribus intermittentibus, typho fugato, haemorrhagiis, erysipela, cet.

Ph. Slesv.-Hols., Suec. nobiscum congruunt. Ph. Bor. 5, et Saxon. 2. Cort. Chinae fuscae Libr. unam decoqui suadent cum Aquae Libris sedecim ad remanentiam librarum octo, idque repeti quoties opus fuerit. Liquores commixti subsidendo et decanthatione depurati evaporent ad remanentiam Librarum quatuor, quae in balneo vaporis ad extracti spissitudinem redigantur. Ph. Hisp. coctionem cum duodecim partibus aquae; Ph. Bat. bis cum duodecim; Ph. Lond. cum decem; Ph. Hamb., Lipp. bis cum octo; Ph. Gall. (1818) primum cum sex, alterum cum quatuor; Ph. Gall. (1837) bis cum sex; Ph. Dubl. bis terve cum sex; Ph. Bor. 3, Dan., Hann., Oldenb., Polon. primum cum octo tum quatuor, Ph. Genev. bis terve cum quindecim, Ph. Hass. cum sex, Ph. Ross. Austr. cum suffic. copia, Ph. Ferrar. in manica cum aqua fervida exhauriri proponunt. Varietatum turbam atque scriptorum de re medica catervam praetereamus. Ph. Bat. duos consistentiae formas proponit, extractum molle, quod est spissitudinis massae pilularis, alterum durum, ita exsiccatum ut in pulverem teri possit.

EXTRACTUM CHINAE REGIAE, s. Extractum Chinae flavae coctum, Extractum Kinaekinae regiae, s. Cinchonae regiae. Königschinaextract. *Extrait de Quinquina jaune.*

Ph. Bor. ed. 5, Slesv.-Hols., Hann. cet. hoc extractum secundum methodos modo explicatas parari proponunt.

EXTRACTUM CHINAE RUBRAE, s. Kinaekinae rubrae. Rothchinaextract. *Extrait de Quinquina rouge.*

Paretur sicut Extractum Chinae fuscae. Similibus gaudet viribus. Ph. Batav. recepit.

EXTRACTUM CHINAE FUSCAE FRIGIDE PARATUM. Kaltbereitetes Braunchinaextract. *Extrait sec de China.*

Synon: Extractum Kinaekinae, s. Cinchonae frigide paratum, Extractum Kinaekinae siccum e macerato cortice paratum, Sal essentiale Chinae, Sal essentiale Lagaraye. Wesentliches Chinasalz. Lagaraye'sches Chinasalz. *Sel essentiel de Lagaraye.*

Rec. Corticis Chinae fuscae in pulverem grossiusculum redacti Libram unam, Aquae destillatae quantum satis, ut aqua supra pulverem ad pollicem usque emineat. Stent per horas quadraginta octo saepius agitata et exprimantur. Haec operatio bis terve repetatur. Liquores expressi et colati in balneo vaporis vel Calcariae muriaticae ad mellaginis consistentiam leniter evaporent. Massam refrigeratam dilue aquae destillatae tanta copia ut filtrari possit. Filtratione per chartam bibulam peracta liquor iterum in balneo vaporis ad mellaginis consistentiam inspissetur, quae operatio repetatur, donec extractum solutione limpida solvatur. Serva in vasis vitreis bene obturatis. — *Vis:* tonica, roborans, antiseptica, facilius a stomacho fertur quam pulvis corticis vel extractum coctione paratum.

Sit extractum fuscum, odoris proprii corticis, saporis acidi amari atque adstringentis, cum aqua solutionem limpidam rufo fuscam praebeat. Plerumque sedimentum crystallinum demittitur.

Usus: in anorexia, dyspepsia quae ceteras Chinae propinandae formas non fert.

Nos Ph. Bor. ed. 5 in hoc extracto secuti sumus. Comes de la Garaye anno 1746

primus hoc extractum binis macerationibus cum quadraginta partibus aquae parare instituit, a quo nomen quoque per longum tempus usitatum duxit. — **Ph. Wirt.**, quae magnopere placuit, hanc rem tali modo tractavit. Corticis Chinae Libr. uni infundantur Aquae fontanae fervidae Librae duodequinquaginta, concutiatur vas saepius de die; post duos dies coletur infusum per chartam bibulam et evaporetur igne moderato ad Libram unam usque, quae postea, quam refrigerit, iterum filtretur. Colatum nunc in patinis vitreatis bene amplis infundatur, quae fornaci exsiccatorio imponantur, ut exhalet usque ad pulveris siccitatem, qui squamularum nitentium speciem prae se fert. Pulvis bene siccus cultroque abrasus conservetur in vitreo optime clauso, ne aeris contactu humorem colligat. — **Ph. Gall.** (1818) corticis Chinae partem unam primum cum sextuplo, alterum cum quadruplo pondere Aquae macerari, liquores colatos in balneo aquae ad Syrupi spissitudinem evaporari, tum in orbes planos faventinos effusos furni exsiccatorii tepore ad siccitatem consumi praecipit. — **Ph. Slesv.-Hols.**, **Hass.** et **Hamb.** eandem extrahendi rationem amplexae sunt, sed liquorem ad Libram unam et semis reductum denuo filtrari, tum ad extracti crassitiem inspissari proponunt. — **Ph. Bor. 3**, **Oldenb.**, **Saxon.** (1820) cum duodecim partibus Aquae macerando extrahi et liquorem ad duas partes evaporatione consumtum denuo filtrari docent. — **Ph. Saxon.** (1837) cum quadruplo pondere aquae macerando extrahi, post duos dies defundi et liquorem clarefactum ad mellis spissitudinem exsiccari vult. — **Ph. Hann.** primum cum duodecupla, alterum cum sextupla mole aqua macerari, massam ad extracti consistentiam exsiccatam denuo aqua destillata solvi ut filtrari possit, filtratum ad extracti spissitudinem inspissari suadet. — **Ph. Polon.** aquae partes decem indicat. — **Ph. Gall.** (1837) Rec. Corticem Chinae in molendina diminutum, humecta dimidio pondere suo Aquae destillatae; per diem macerata ingere in pyxidem elutriatoriam inter diaphragmata duo, et aqua destillata teporis graduum 15 ad 20 extrahe, donec liquores minus saturati prodeant; inspissa ad extracti massam in balneo vaporis, quam in furno exsiccatorio in patinis omnino exsicca. — **Ph. Sard.** Corticem triturare in mortario marmoreo aqua pedetentim affusa, et decanthare turbidam factam, idque toties repeti, quoties liquor colorem induat, instituit. Scriptorum discrepantiam perstringere opera pretium non est.

EXTRACTUM CHINAE REGIAE FRIGIDE PARATUM. Kalt bereitetes Königschinaextract.

Paretur ad modum extracti praecedentis. **Ph. Bor. ed 5**, **Hann.**, **Slesv.-Hols.** receperunt.

EXTRACTUM CHINAE SPIRITUOSUM, s. Cinchonae, s. Corticis Peruviani alcoholico-aquosum, s. Corticis Chinae cum Resina, s. Cinchonae officinale, s. resinosum, s. resino-extractivum Chinae, Magisterium Chinaechinae, s. resino-extractivum Chinae. Weingeistiges, alcoholiges Chinaextract. Harziges Chinaextract. *Extrait de Quinquina alcoolique.*

Rec. Corticis Chinae fuscae (s. regiae, s. rubrae) Libram unam, in cucurbitam immissae affunde Spiritus Vini rectificati quantum satis ut paullum superemineat, in balneo aquae calefiant interdum agitata usque ad ebullitionem, tum e lente frigefactis, igne abducto, exprimatur liquor in prelo, quae operationes bis terve repetantur. Liquores in vase altiore quam amplo atque obtecto subsidendo et decanthando depurati leni destillationi ad spiritum eliciendum subjiciantur, et residuum in balneo aquae ad justam extractorum consistentiam inspissetur. — *Vis* et *Usus* sicut Extracti aquosi. Extractum resinoso-fuscum, aqua solutione turbida solubile, facile efficacissimum.

Ph. Bor. ed. 5, **Slesv.-Hols**, **Wirt.** sicut Extractum Angelicae secundum suam quaeque methodum. — **Disp. Fuld.** sicut Extr. Cascarillae spirituosum ejusdem Pharm. — **Ph. Saxon.** (1820), **Lipp.** e residuo Extracti Chinae frigide parato Spiritu Vini extrahi permittunt. — **Ph Bavar.** Cort. Chinae Libr. unam extrahe cum Spir. Vini rect. Libr. quatuor, et Aquae commun. Libr. sex, cola adhuc frigidam miscelam, residuum coque cum Aq. comm. Libr. quinque, cola statim, et liquores, Spiritu elicito, lege artis evapora. — **Ph. Lond.** Cort. Chinae Libr. unam, Spir. Vini rect. Unc. sexaginta quatuor. — **Ph. Edinb.** Cort. Chinae Libr. unam, Spir. Vini rect. Libr. quatuor, digesta et expressa coque cum Aquae destillatae Libr. quinque per horae quadrantem, et decoctum adhuc fervens per linteum cola, hanc coctionem semel repete, et liquores depuratos ad mellis spissitudinem redige Spiritu Vini destillatione elicito liquores misce et ad idoneam crassitudinem in balneo Calcariae muriaticae redige. Simili modo **Ph. Dubl.** procedit, nisi quod corticem Spiritu exhaustum cum decuplo pondere aquae ad duas libras decoquit; tum extractionem spirituosam et aquosam misceri et inspissari praecipit. — **Ph. Amer.** primum extrahit Libr. unam Corticis cum Libr. quinque Spir. Vini rect. , tum bis cum Libr. quinque Aquae. — **Ph. Gall.** (1818), **Herbip.** Spiritus rationem non indicant. — **Ph. Gall.** (1837) sicut Extr. Aconiti spirituosum ejusd. Pharm. **Ph. Amstel.** ad **Dubl.** accedit. Scriptores modos paullum discrepantes indicavere, quos praeteriri aequum est.

EXTRACTUM CHINAE VINOSUM. Weiniges Chinaextract.
Ph. Hass. (1806), Piderit: Corticis Chinae Libr. unam ter cum Vini albi Libr. octo macerari et liquidum evaporari docent. Nimia affertur moles aliena in Vini tanta copia, quare triplum vel quadruplum pondus Vini in tribus digestionibus distributum melius conduceret. — Ph. Sard. quintuplum ad sextuplum pondus Vini praecipit. Ex Vini diversa indole haec praeparatio abroganda est.

EXTRACTUM CICHORII, v. Inspissamentum Cichorii. Wegwartextract. *Extrait de Chicorée.*
Paretur ex foliis siccatis ad modum Extracti Absinthii. Ph. Gall. (1837) Succum expressum et coctione defaecatum in balneo vaporis inspissari proponit. — Ph. Austr., Hisp. coctione herbae et radicis parari docent. — Ph. Sard., Parm., Herbip. reeeperunt.

† **EXTRACTUM CICUTAE**; plerumque hoc nomine Extractum Conii intelligitur, quam vocem vide; tum quoque Extractum ex Cicuta virosa (Wasserschierling, *Ciguë aquatique*) sive aquatica paratum. Haec planta quoad vires ad Conium prope accedit, nisi quod virulentior est, ideoque plerumque e re medica rojecta. *Vis:* narcotica, intoxicans, facile deleteria.

EXTRACTUM CINAE vid. Extractum Seminis Cinae.

EXTRACTUM CINCHONAE ejusdemque varietates vid. Extractum Chinae.

EXTRACTUM CNICO-PHARMACUM, s. Diacarthami.
Disp. Prag., Palat. Rec. Seminis Carthami excorticati Unc. quatuor, Rad. Rhabarbari Unc. unam, Polypodii querni Unc. duas, Zingiberis albi Drachm. duas, Turbethi albi resinosi, Fol. Sennae āā Unc. duas et semis, Myrobalanorum Chebularum Unc. tres, Agarici albi Drachm. sex, Scammonii Drachm. decem, Mannae Unc. duas et semis. Agaricus, Turbethum et Scammonium extrahantur Spiritus Vini rect. Libr. duabus, cetera Aquae fervidae Libr. tribus; solutiones depuratae colatae mixtae inspissantur. (Merito exolevit; accedit quoad efficaciam ad extractum catholicum, panchymagogum; vis fortiter purgans.)

† **EXTRACTUM COCCULI INDICI.** Kokkelskörnerextract. *Extrait du Coque de Levant.*
Swediaur maceratione Cocculorum indicorum cum octuplo pondere Aquae communis, colatione cum expressione, subsidendo et inspissando parare proponit. *Vis:* narcotica. *Usus:* in epilepsia, hysteria (?).

EXTRACTUM COCHLEARIAE. Löffelkrautextract. *Extrait de Cochléaria.*
Disp. Brunsv., Ph. Gall. (1837) Succum coctione depuratum et colatum evaporare praecipit. Ph. Amstel. herbae recentis contusae Libr. uni male infundit Aquae fervidae Libr. decem, Ph. Bat. Libr. quinque, Ph. Palat. Libr. sex. (Extractum species est inconcinna hanc plantam in re medica adhibendi, quum indoles acris volatilis coctione in auras abit.)

EXTRACTUM COFFEAE, s. Coffeae arabicae. Kaffeeextract. *Extrait de Café.*
Rec. Seminum Coffeae bene tostorum et in molendina domestica diminutorum quantum vis; in diaphragmate bene perforata impositis infunde Aquae fervidae quamdiu solutio intense colorata defluat. Liquores limpidos in balneo aquae vel Calcariae muriaticae inter assiduam agitationem, ebullitionem evitans, evaporatione consume ad extracti mollioris consistentiam. Laudatur in tussi ferina, attamen infusum recens paratum omnino anteponendum, quod culinae derelinquamus.

† **EXTRACTUM COLCHICI**, s. bulborum Colchici. Zeitlosenextract. *Extrait de Colchique.*
Ph. Gall. (1837) Rad. Colchici sicci Libr. una, humectata cum dimidio pondere Spiritus Vini rectificati stet in maceratione per diem, tum in pyxide lixiviatoria inter diaphragmatibus duobus laxe strata eluatur cum triplo pondere Spiritus Vini rect., qui ipse strato aquae infusae depellendus est, donec liquores prodeuntes cum prioribus mixti turbationem efficiant.

EXTRACTUM COLCHICI ACETICI. Zeitlosenessigextract.
Paretur evaporatione Aceti Colchici (p. 6).

† **EXTRACTUM COLOCYNTHIDIS**, s. Pulpae Colocynthidis. Koloquintenextract. *Extrait de Coloquinte.*
Rec. Pulpae Colocynthidis quantum vis, infunde Spiritus Vini rectificati quantum satis ut paullulum superemineat, digere in balneo aquae usque ad ebullitionem tum, igne abducto, lentae refrigerationi expone, et frigefacta fortiter exprime, quas operationes ter repete. Liquores subsidentia depuratos, Spiritu Vini destillatione abacto, in balneo aquae lege artis evapora. *Vis:* vehementissime laxans. Sapor amarissimus. *Usus:* praesertim in hydrope pro humoribus excernendis.
Ph. Bor. ed. 5, Slesv.-Hol., Polon. sicut Extractum Angelicae, suam quaeque methodum secuta. Ph. Bor. ed. 3, Hann. (1819), Hass., Oldenb., Saxon. (1820 et 1837) Colocynthidis partes duas, Spir. Vini rect. partes tres, Aquae partes novem. — Ph. Hann. (1833) Colocynthidis Libr. duas, Spir. Vini rect., Aq. comm. āā Libr. decem. — Ph. Gall. (1818 et 1837) maceratione repetita cum aqua pura frigida et expressione forti; Ph. Gall. (1837) alteram quoque formulam praecipit, scilicet unam Colocynthidum Libram extrahendi cum quatuor Libris, tum cum duobus Spiritus Vini rectificati. Ph. Fenn. decoctione Colocynthidis Unc. duarum cum Aquae Libr. duabus

ad dimidium, colatione et evaporatione fieri jubet. Ph. Lond. decoctionem cum decem aquae partibus ad duas laudat. Ph. Amstel., Brunsv., Palat., Wirt. Rec. Pulpae Colocynth. Libr. unam, infunde Spir. Vini rect. Libr. quinque, extrahe digestione sufficiente, tum cola cum expressione, residuum coque cum Aq. Libr. tribus, decoctum clarifica ope albuminis, admisce tincturam, spiritum elice et ad extracti consistentiam evapora. Ph. Hisp. duas coctiones commendat; Van Mons macerationes.

EXTRACTUM COLOCYNTHIDIS COMPOSITUM vid. Extractum Catholicum (p. 391).

EXTRACTUM COLUMBO.

Columboertract. *Extrait de Colombo.*

Rec. Radicis Columbo grossiuscule pulveratae quantum vis; in cucurbita infunde Spiritus Vini rectificati quantum satis ut paullum superemineat, in balneo aquae calefac usque ad ebullitionem, tum igne abducto lente refrigeranda digere per diem et noctem; frigefacta cola cum expressione; has operationes ter repete, ultimum autem infundendo miscelam ex pari volumine Aquae et Spiritus Vini rectificati. Liquores expressi filtrum non penetrant, quare subsidentia limpidescant; limpidos, spiritu per destillationem elicito, in balneo Calcariae muriaticae ad extracti spissitudinem redige. — *Vis:* roborans, stomachica, antidysenterica.

Sit extractum saporis amarissimi, coloris fusco-lutei, impellucidum, aqua solutione flava turbida solubile.

Usus: in asthenicis intestinorum affectionibus, diarrhoeis, dysenteria, vomituritione.

Ph. Bor. ed. 5, Slesv.-Hols. sicut extractum Angelicae. — Ph. Bor. ed. 3, Hamb., Hann., Oldenb., Saxon. Radic. Columbo Libr. duas, Spir. Vini rect. Libr. tres, Aquae comm. Libr. novem. Ph. Bavar. Radic. Columbo Libr. unam, Spir. Vini rect. Libr. sex; Ph. Dan. Rad. Columbo Libr. unam, Spir. Vini Libr. duas, Aq. comm. Libr. quatuor. Hae varietates vix adnotatione dignae, cum constet, aqua pura partes efficaces non omnino solvi.

† EXTRACTUM CONII.

Schierlingsertract. *Extrait de Ciguë.*

Synon.: Extractum Conii maculati Herbae recentis; Extractum Cicutae, Succus spissatus Conii, Inspissamentum Conii s. Cicutae. Gefleckten Schierlingsertract. *Extrait de grande Ciguë.*

Paretur sicut Extractum Aconiti (p. 382) ex herba recente. — *Vis:* resolvens, narcotica.

Extractum odoris nauseosi, saporis parum salini amari. Non per longum tempus praeparatum prostet. Salia calcarea e nostro extracto plerumque excreta sunt.

Usus: in scrophulis, scirrho, carcinomate, morbis arthriticis rheumaticis, paralysi.

Pharmacopoearum discordantia eadem ac in Extracto Aconiti. Succum scilicet non defaecatum inspissari proponunt Ph. Austr., Amer., Amstel., Bor. 3, Brunsv., Dan., Dubl., Edinb., Ferr., Fuld, Hann., Herbip., Hisp., Lipp., Lond., Oldenb., Polon., Ross. et Ross. milit. et scriptorum magna caterva. Ph. Gall. (1837) duas habet extracti formas, alteram succum non defaecatum in furno exsiccatorii tepore inspissatum, alteram ad suam methodum, voce Extracti Absinthii expositam, ex herba sicca in pyxide lixiviatoria paratam.

EXTRACTUM CONTRAJERVAE. Contrajervenertract. *Extrait de Contrayerva de Pérou.*

Ph. Palat. infundendo Aquae fervidae Libr. sex in Radic. Contrajervae Libr. unam, tridua maceratione et levi coctione parari praecipit.

EXTRACTUM CONVALLARIAE, s. Liliorum Convallium. Maiblumenertract. Disp. Brunsv. ex floribus Convallariae majalis parari docet, infundendo Aq. comm. sextuplum pondus, digestione, etc.

EXTRACTUM CONVOLVULI JALAPAE vid. Extractum Jalappae.

EXTRACTUM CORTICUM AURANTIORUM vid. Extractum Aurantiorum (p. 387).

EXTRACTUM CORTICIS HIPPOCASTANI, E. CORT. OLEAE EUROPAEAE, E. CORT. PRUNI PADI, E. CORT. QUERCUS, E. CORT. ULMI etc. vid. Extractum Hippocastani, Oleae Europaeae, Pruni Padi, Quercus, Ulmi, etc.

EXTRACTUM CORTICIS RADICIS BUXI. Buchsbaumwurzelrindenextract *Extrait d'Écorces de Racines de Buis.*

Ph. Gall. (1837) sicut Extractum Aconiti spirituosum (p. 383) suum in pyxide lixiviatoria ex Cortice Radicis Buxi sempervirentis parari jubet.

EXTRACTUM CORTICIS RADICIS GRANATORUM. Granatwurzelrindenextract. *Extrait d'Écorces de Racines de Grenadier.*

Rec. Cort. Radicis Granatorum pulverati q. v., in cucurbitam ingesto infunde Spir. Vini rectificati q. s. ut parum superemineat; digere per aliquot dies, tum cola cum forti expressione. His operationibus adhuc bis repetitis tincturas (filtrandas, si necesse erit) blandae destillationi subjice, residuum balneo aquae ad justam extracti consistentiam redige. — Ph. Gall. (1837) sicut Extractum Aconiti spirituosum (p. 383) suum parari jubet. Extractum aquosum, si desideratur, sicut Extr. Absinthii nostrum paretur. Extractum spirituosum vero anteponendum. Laudatur in taenia expellenda.

EXTRACTUM COTULAE, s. Florum Cotulae.

Disp. Fuld. ex Floribus Anthemidis Cotulae ita parari proponit, ut Florum Libr. una rite extrahatur Spir. Vini rect. Libr. una et Aq. comm. Libris octo antea mixtis.

EXTRACTUM CROCI, s. Croci aquosum. Safranextract. *Extrait de Safran.*

Rec. Croci q. v., infunde in vitro amplioris orificii aquae comm. q. s., ut in pultem tenuem consistat. Calefiat in balneo aquae ferventis per aliquot tempus, tum stet ut lente refrigescat. Crocum fortiter exprime. Has operationes toties repete, quoties tincturae satis colore luteo imbutae profluant. Has filtratas in balneo aquae ad justam consistentiam redige. — Ph. Palat., Wirt. macerationem tantum in loco tepido per biduum laudant. Ph. Hisp. Aquae comm. Partes sedecim et levem ebullitionem praecipit. Ph. Sard. methodum inconcinnam omittendam proposuit.

EXTRACTUM CROCI SPIRITUOSUM. Weingeistiges Safranextract. *Extrait alcoolique de Safran.*

Rec. Croci Unc. unam, infunde Spir. Vini rectificati Unc. quatuor, macera per biduum, tum cola cum forti expressione. Denuo infunde Spir. Vini rectificati Unc. duas, iterumque macerata exprime. Tincturas, Spiritu blanda destillatione evocato, in balneo aquae rite ad extracti spissitudinem redige. — Ph. Gall. (1837) hanc methodum exhibuit. Ph. Herbip. congruit. Disp. Brunsv. Spiritum rectificatissimum adhiberi vult. Ph. Hann. (1819) Croci Unc. duas, Spir. Vini rect. Unc. tres, Aq. comm. Unc. novem. (*Vis:* anodyna, antihysterica.)

EXTRACTUM CUBEBARUM AETHEREUM. Aetherisches Cubebenextract. *Extrait éthéré de Cubèbes.*

Rec. Cubebarum recens pulveratarum quantum vis, immitte in infundibulum longum inferne epistomio suberino, superne lamina vitrea bene laevigata claudendum. In infundibuli fundum floccum gossypinum leviter injice, ne Cubebae excidant. Tum Naphthae Vitrioli tantum infunde ut ad pollicem dimidium usque innatet. Stent loco frigido maceranda per aliquot dies. Epistomio inferne dempto, liquidum in vas destillatorium (retortam vitream vel cucurbitam) extemplo instillare sine, quo facto Epistomium denuo adapta et alteram Naphthae Vitrioli copiam infunde. Denuo macerata filtra, ultimum exprime fortiter. Liquores limpidos blandae destillationi subjice ut Naphtham elicias, residuum ope balneo aquae in vase aperto in mellis tenuioris consistentiam redige. Vires et usus sicut in sequentibus.

EXTRACTUM CUBEBARUM OLEO-RESINOSUM Dublanc.

Rec. Cubebarum recens pulveratarum Libras sex, quibus adde in vesica aquae Libras viginti quatuor. Destillationem institue ita ut Libras duodecim elicias. Oleum aquae destillatae innatans caute separa, aquam ipsam denuo in vesicam infunde, et adde Cubebarum Libras sex. Destillatione iterum instituta Aquae Libras sex elice, oleum innatans separatum cetero admisce. Cubebarum in vesica residuum in colatorio collige, fortiter exprime et iteratis vicibus extrahe Spiritu Vini rectificatissimi sufficiente copia (i. e. ut hic parum seminibus supernatet). Ex tincturis spirituosis Spiritum destillatione blanda evoca, residuum in patera porcellanea balneo aquae ad mellis consistentiam redige, cui oleum destillatum admisce. Ph. Hamb. (1835) recepit. — *Vis:* antigonorrhoica. Extractum odoris aromatici Cubebarum, saporis urentis primum, tum frigoris sensum in lingua excitantis, consistentiae oleo-sae resinosae. — *Usus:* idem ac Cubebarum si majorem molem evitare studes. Extractum vel panis morsulo includitur, vel in pilularum formam redigitur.

EXTRACTUM CUBEBARUM SPIRITUOSUM. Weingeistiges Cubebenextract. *Extrait alcoolique de Cubèbes.*

Rec. Cubebarum recens pulveratarum quantum vis, in cucurbitam immissis affunde Spiritus Vini rectificatissimi tantum ut ad pollicem usque innatet. In balneo aquae calefiant usque ad ebullitionem, tum interdum agitata stent per aliquot horas, liquidum effundatur in filtrum bene ob-

tegendum, Semina fortiter exprimantur et liquores eliciti filtro quoque immittantur. His operationibus ter repetitis, Spiritus ex tincturis blanda destillatione eliciatur et residuum in aquae balneo ad mellis tenuis spissitudinem redigatur.

Extractum non omnino aequabile, turbidum, flavo-fuscum, spathula agitatum strias flavas resinosas exhibens, saporis primum urentis tum frigoris sensum excitantis. (Haec parandi methodus pro simplicitudine et concinnitate facile ambabus praecedentibus anteponenda, quum oleum aethereum facilius Spiritu Vini calefacto quam destillatione extrahatur.

EXTRACTUM CYNARAE, s. Cynarae Scolymi, s. Cynarae e Succo Artischocken-extract. *Extrait d'Artichaut.*

Succus Herbae Cynarae Scolymi recentis contusae expressus leni calore ad extracti consistentiam redigatur. Itemque ex Herba sicca infusione Aquae fervidae sicut Extractum Absinthii parari potest. — *Vis:* tonica, stomachica, febrifuga praedicatur. Extractum fuscum, saporis amari Chinae non absimilis. — *Usus:* in anorexica, febribus intermittentibus a D^{re} MONTAIN Lugdunensi adhibitum.

EXTRACTUM DATURAE vid. Extractum Stramonii.

EXTRACTUM DAUCI vid. Succus Dauci inspissatus.

EXTRACTUM DIACARTHAMI vid. Extractum Cnico-pharmacum (p. 395).

† EXTRACTUM DIGITALIS. Fingerhutextract. *Extrait de Digitale.*

Synon.: Extractum Digitalis purpureae, Extractum Digitalis Herbae recentis, Succus Digitalis inspissatus.

Paretur ex Foliis recentibus sicut Extractum Aconiti (p. 382). — *Vis:* Cordis arteriarumque pulsum retardans, deprimens, irritabilitatem diminuens, diuretica.

Usus: in morbis inflammatoriis, phthisi, haemorrhagiis, hydrope, sanguinis jactura.

Ph. Boruss. ed. 5, Hamb., Hann., Hass., Saxon. ed. 2, Slesv.-Hols. sicut Extr. Aconiti suam quaeque methodum secuta. Ph. Gall. (1837) sicut Extr. Absinthii ejusdem Codicis.

EXTRACTUM DRASTICUM BATE.

Rec. Scammon. Unc. tres, Succ. Aurant. cum Corticibus expressi Libr. duas, dige re tepide, exprime, evapora.

EXTRACTUM DULCAMARAE. Bittersüßextract. *Extrait de douce-amère.*

Synon.: Extractum stipitum Dulcamarae.

Paretur ex stipitibus siccis Dulcamarae infusionibus Aquae fervidae iteratis et expressionibus sicut Fxtractum Absinthii (p. 381). *Vis:* leviter narcotica, sedans, anodyna, diaphoretica.

Usus: in morbis cutis, doloribus rheumaticis, syphili.

Pharmacopoearum dissensus potissimum sicut in Extracto Absinthii, scilicet Ph. Gall. (1837), Bor. ed. 3 et 5, Ph. Austr., Bavar., Hann., Hass., Oldenb., Polon., Slesv.-Hols., cet. decoctionibus repetitis parari jubent. Ph. Parm. infusione. Stipites Dulcamarae solubilia facile edunt sola infusione. — Disp. Lipp. Succum Stipitum recentium expressum inspissari praecipit. — Ph. Wirt. denique extractionem Stipitum recentium contusarum cum aqua calida proponit. Non opus est accuratius haec perstringere.

EXTRACTUM ECPHRACTICUM BATEI.

Rec. Ligni Aloës, Rad. Galangae, Caryophyll. āā Unc. semis, Cinnamomi, Rad. Gentian., Cort. Winterani āā Unc. unam, Rad. Raphani rustic. Unc. duas, Hb. Calaminth., — Pulegii, — Absinth. āā manip. unum, Martis cum Sulphure praeparati (Ferri sulphurati) Unc. octo, Vini albi, Decocti Tartari albi āā Libr. duas et semis. Macera, cola cum expressione et evapora, denique adde Aloës Unc. unam, Myrrh. Drachm. duas.

† EXTRACTUM ELATERII vid. Elaterium (p. 255)

EXTRACTUM EMMENAGOGUM Disp. Vienn.

Rec. Extr. Sabinae, — Matricariae, — Artemisiae āā Unc. unam, Myrrh. Drachm. duas, Croc. Drachm. unam et semis, Castorei Drachm. unam, Faecul. Bryoniae, Flor. Salis Ammon. martiat. āā Drachm. unam et semis, Balsami aloetic. Unc. unam. Misce probe.

EXTRACTUM ENULAE AQUOSUM, s. Radicis Enulae, s. Helenii, s. Rad. Helenii. Alantextract. *Extrait d'Aunée.*

Paretur infusionibus iteratis aquae tepidae tantum in Radicem Enulae grossiuscule pulveratam et expressionibus sicut Extractum Absinthii (p. 381). Pharmacopoeae inter se discrepant ponderum aquae rationibus atque extrahendi via. Infusione materiae, quibus efficacia debetur, satis bene solvuntur. Sed tamen Extractum aquo-

sum nimia scatet Inulini copia, corporis pro virtute medica nullius momenti, quare extractum Spiritu dilutiore paratum multo anteponendum censemus. Receperunt Extractum aquosum Pharm. Austr., Amstel., Antwerp., Bat., Brunsv., Gall. 1818 et 1838 (sicut Extr. Absinthii), Hass., Hisp., Lusit., Lipp., Palat., Suec. — Succum Radicis recentis expressum inspissari vult Ph. Genev. Coctio, imo infusio fervida evitanda, quia nimiam principii faeculacei i. e. Inulini copiam excitant. Ea de causa Ph. Saxon. (1837) Radicem Enulae rudiler contusam aqua humectari, et secundum methodum lixiviatoriam exhauriri vult.

EXTRACTUM ENULAE.
Alantextract. *Extrait d'Aunée.*

Synon.: Extractum Enulae spirituosum, s. Radicis Helenii alcoholicum. Weingeistiges, oder alkoholiges Alantextract. *Extrait d'Aunée alcoolique.*

Rec. Radicis Enulae in pulverem grossiusculum redactae quantum vis, immitte in cucurbitam et affunde miscelam ex pari pondere aquae et Spiritus Vini rectificati conflatam, ita ut liquidum parum superemineat. In balneo aquae calefiant usque ad ebullitionem tum, igne demto, lente refrigescant, et frigefacta fortiter exprimantur. Has operationes ter repete, caute ubique Spiritus Vini evaporationem operculis impositis, quantum fieri potest, evitando. Liquores subsidendo et decanthando depuratos blandae destillationi subjice, et residuum in balneo Calcariae muriaticae ad extracti spissitudinem redige. — *Vis* tonica, diuretica, diaphoretica, anthelminthica.

Extractum fuscum, odoris grati balsamici Enulae, aqua solutione turbida flava solubile, Stearoptenum, Camphoram Enulae dictum, interdum exhalat, floccis tenuissimis sericeis in superficie condensatum.

Usus: in affectibus asthmaticis, inertia abdominis, mensibus impeditis, arthritide, haemorrhoidibus.

Ph. Bor. ed. 5, sicut Extractum Angelicae ejusdem Pharmacopoeae, quae tamen procedendi methodus in gravissimum vituperium incurrit. Non enim opus est Inulinum aquae fervidae magna vi dissolvi, quae postea denuo praecipitetur; hoc enim sedimentum, quum filtri poros vehementer obstruat, filtrationem diuturnam, temporis atque Spiritus Vini magnam jacturam, et omnino taedium molestissimum secum fert. Menstruum tale eligendum, quod nisi solvenda solvat, et materias inertes intactas relinquat. — Ph. Polon. Radicis Enulae, Spir. Vini rectif. āā Libr. duas, Aquae Libr. novem. — Ph. Bav., Bor. ed. 3, Hamb., Hann., Oldenb., Sax. (1820). Radicis Enulae Libr. duas, Spir. Vini rectif. Libr. tres, Aquae Libr. novem. — Ph. Wirt. sicut Extractum Angelicae.

EXTRACTUM EPILEPTICUM Disp. Brand.
Rec. Rad. Angelicae, — Paeoniae, — Pyrethri āā Unc. unam, Hb. Majoran. Unc. semis, — Rutae, — Scordii āā Drachm. duas, Flor. Lavend., — Liliorum Convall., — Paeoniae, — Rorismarin., — Stoechad. arabic., Ligni sancti, Visci Corylini aut querni, Rasur. Cornu Alcis, — — Cervi, — Cranii humani non humati, Specierum Diamoschi dulcis āā Unc. semis, Castorei Drachm. unam et semis, extrahe Spiritu Vini gallici, destilla, evapora l. a.

EXTRACTUM ESULAE.
Ph. Wirt. Radix Esulae (Euphorbiae Cyparissias L.) aqua fervida infusa extrahitur, vel secundum Pharm modo dictam primum maceratione tum ebullitione; liquidum ad extracti consistentiam evaporatione consumitur.

EXTRACTUM FEBRIFUGUM Batt.
Rec. Cort. Chinae Unc. quatuor, Hb. Centaurii minor., Rad. Gentian. āā Unc. duas, Serpentar. Virgin Unc. unam, Spir. Vini rectificati q. s., ternis digestionibus extrahe, et, Spiritu abacto, evapora.

EXTRACTUM FEBRIFUGUM.
Disp. Vienn. Rec. Cort. Chinae, — Cascarill. āā Unc. quatuor, Hb. Trifol. fibrin., — Centaur. min., Rad. Gentian. āā Unc. duas, — Serpentar. Virgin. Unc. unam, Salis Tartari Unc. semis; extrahe et Spiritu abacto evapora. — Disp. Brand. Rec. Rad. Gentian. Unc. tres, — Imperator., — Aristoloch. rotund. āā Unc. semis, Hb. Rutae Drachm. duas, — Absinth., — Centaur. min., — Scordii āā Manip. unum, Rasur. Ligni Guajaci Unc. unam et semis, Cort. Ligni Guajaci Unc. semis, — Fraxini Unc. unam, Nuc. Moschat., Flaved. Cort. Aurant. āā Drachm. duas, concisa et contusa extrahe ternis digestionibus cum s. q. Spir. Vini rect., et, Spiritu per destillationem elicito, evapora sub finem additis Myrrh. Drachm. duabus, Croci Drachm. una.

EXTRACTUM FELLIS BOVINI
vid. Fel Tauri inspissatum.

EXTRACTUM FERRI vid. Extractum Martis.

EXTRACTUM FILICIS MARIS AETHEREUM, s. Oleum Filicis, Extractum Filicis oleoso-resinosum. Farrnwurzelextract, Farrnkrautwurzelextract mit Aether bereitet. *Extrait étheré de Fougère mâle.*

Rec. Radicis Filicis maris recenter siccatae et in pulverem redactae quantum vis, immitte in vitrum amplioris orificii, epistomio muniendum, infunde Naphthae Vitrioli quantum satis ut ad pollicem usque superemineat; stent interdum agitata per diem et noctem, tum liquidum cito in filtrum tabula vitrea extemplo obtegendum infunde et residuum loco frigido (e. gr. in cella) quam citissime fieri poterit, in panno cannabino fortiter extorque, expressum liquorem filtro quoque injice; liquidum e filtro emanans collige in retorta parva vel cucurbita, ex qua Naphtha Vitrioli destillatione elici solet. His operationibus ter repetitis liquores collecti blandae destillationi subjiciantur, ut Naphtham recuperes, residuum in balneo aquae ad extracti tenuioris spissitudinem e flavo fusci evaporet. — *Vis* anthelminthica eximia, taeniam depellens. Extractum fuscum virescens, odore nauseoso Filicis praeditum, saporis acris.

Usus: In taenia remedium praesentissimum, a PESCHIER Genevensi in rem medicam introductum. Ph. Bor. ed. 5. Naphthae Vitrioli pondus octuplum, Ph. Saxon. ed. 2. sextuplum et macerationem repeti suadent, ceterum ut antea. Ph. Hamb. quadruplum. (Guttatim propinatur, vel pulvere Sacchari susceptum atque contritum.)

EXTRACTUM FILICIS MARIS SPIRITUOSUM, s. Extractum oleoso-resinosum Filicis. Weingeistiges Farrnwurzelextract. *Extrait alcoolique de Fougère mâle*

Rec. Pulverem Radicis Filicis maris recenter siccatae quantum vis, in cucurbitam immissae infunde Spiritus Vini rectificatissimi quantum satis ut parum superemineat liquor; in balneo aquae calefac usque ad ebullitionem, tum lente frigefacta fortiter exprime. Has operationes ter repete, e liquoribus bene filtratis Spiritum destillando evoca, et residuum ad extracti tenuioris spissitudinem evapora. — *Vis:* anthelminthica praesentissima, taeniam enecans.

Sit extractum molle, coloris fusci, saporis primum dulcis, tum adstringentis et aromatico-urentis. Aqua dissolvitur solutione turbidissima. Hoc extractum facile pro aethereo propinatur idque magno cum successu. Ph. Taurin. quoque recepit. Radix recens siccata bis extrahitur cum Spiritu Vini rectificatissimo, liquores, Spiritu elicito, Aquae destillatae magna vi abluuntur, ut oleum secedat, quod per se in infundibulo collectum usui servatur.

EXTRACTUM FLAMMULAE JOVIS. Waldrebenextract. *Extrait de Clematite droite.*

Ph. Genev., Ross., Fuld. Rec. Flammulae Jovis (Clematis erecta) q. s., contunde in mortario lapideo, aquae pauxillum adspergendo et exprime succum, qui statim balnei aquae ope semper agitatus evaporet. — Ph. Herbip. Rec. Hb. Flammulae Jovis Libr. unam, Spir. Vini rectif. Libr. unam, Aq. comm. Libr. octo; extrahe digestione, Spiritum elice evapora.

EXTRACTUM FOLIORUM SENNAE vid. Extractum Sennae.

EXTRACTUM FULIGINIS SPLENDENTIS. Glanzrußextract. *Extractum de la Suie.*

Rec. Fuliginis splendentis Unc. unam, coque per horae quadrantem cum Aq. commun. Unc. octo, fervida adhuc cola per pannum et colaturam ad extracti spissitudinem consume.

EXTRACTUM FUMARIAE.

Erdrauchextract. *Extrait de Fumeterre.*

Paretur ex herba Fumariae sicca infusione aquae fervidae iterata sicut Extractum Absinthii (p. 381). — *Vis:* tonica, stomachica, diurctica.

Extractum fuscum, saporis salini amari, Calcariam facile deponit fumaricam sive paramaleïnicam.

Usus: in febribus pituitosis, intermittentibus, ictero, hypochondria, hydrope, cet.

Pharmacopoearum dissensus praesertim uti in Extracto Absinthii. — Ph. Hass. (1806), Palat., Wirt., Brunsv. coctionem volunt cum sextuplo pondere aquae; Ph. Bor. 3, Dan., Hann., Oldenb. cum octuplo et quadruplo bis coqui, Ph. Amstel., Belg., Polon. cum decuplo, Ph. Ferr. cum triplo. Ph. Bor. ed. 5, Slesv.-Hols., Hass., Hamb., Saxon. 2, sicut Extr. Absinthii. — Ph. Austr., Batav., Fuld., Lipp., Herbip., Gall. (1837), Genev., Lusit., Taurin., VAN MONS: Succum herbae recentis contusae expressum, defaecatum vel non defaecatum ad extracti spissitudinem in balneo aquae evaporari proponunt.

EXTRACTUM GALLARUM. Galläpfelextract. *Extrait de Galles.*

Ph. Austr. (1820). Gallae coquendo cum suff. quant. aquae extrahuntur, et liquor subsidentia limpidefactus evaporet. Melius paratur infusione aquae fervidae et forti expres-

sione; evaporent liquores in balneo aquae. Saporis adstringentissimi simulque dulcisculi. A Pezzoni, medico Constantinopolitano in febri frigida laudatum.

EXTRACTUM GENISTAE. Ginsterextract. *Extrait de Gênet commun.*

Paretur infusione aquae fervidae sicut Extractum Absinthii. Ph. Hass. (1806) et scriptores quidam receperunt.

EXTRACTUM GENTIANAE. Enzianextract. *Extrait de Gentiane.*

Rec. Radicis Gentianae siccae bene concisae et contusae quantum vis; in sacculos linteos fortes ingere, ita ut quisque Radicis siccae Libras fere duas contineat, neque tamen iis nimium turgeat. Tum infunde in sacculos aquae tepidae pondus duplum, et sacculos in vas idoneum compresse ingestos per horas tres ad quatuor digestioni expone. Tum sacculos ex ordine exemtos preli ope fortissime exprime, et denuo expressis eandem aquae calidae copiam infunde, iterumque compresse stratos digere, tum exprime. Has operationes adhuc bis repete vel quamdiu liquores satis concentrati elicientur. Hi semel ebulliant, tum per pannum trajiciantur et satis limpidi facti in balneo Calcariae muriaticae ad extracti spissitudinem redigantur. *Vis:* tonica, stomachica, majori dosi alvum laxans.

Sit Extractum splendidum, spathula contritum coloris aurantiaco-fusci, consistentiae densioris, degustatum amaritiem purissimam exhibens, odoris proprii non ingrati

Usus: in anorexia, dyspepsia, chlorosi.

Praeter hanc methodum facile hoc extractum paratur sicut Extractum Absinthii (p. 381).

Plures quoque Codices eandem varietatam lectionum exhibent. Ph. Gall. (1837) aqua frigida extrahit in cylindro lixiviatorio. Aquae copiis plurimum differunt Pharmacopoeae. Ph. Brunsv., Lipp., Lus., Pal., Ross., cet. septuplum aquae pondus proponunt; Ph. Amer., Bor. ed. 3., Dan., Dubl., Edinb., Hann., Hass., Lond., Oldenb., Ross. milit. octuplum pondus; Ph. Bav. decuplum, Ph. Bat., Belg., Bor. ed. 5. decuplum tum quintuplum vel octuplum aquae pondus, cet. adhuc majores copias praecipiunt.

EXTRACTUM GENTIANAE SPIRITUOSUM. Weingeistiges Enzianextract. *Extrait de Gentiane alcoolique.*

Rec. Radix Gentianae sicca et contusa iteratis vicibus Spiritus Vini rectificato infuso extrahatur, et liquores, Spiritu abacto, ad extracti massam redigantur. — Ph. Herbip. hanc formulam docuit, Ph. Fuld. primum Spiritu Vini, tum Aqua extrahi vult. Extr. Gentianae spirituosum prae aquoso palmam non fert, quare derelictum est.

EXTRACTUM GEOFFRAEAE. Geoffraeaextract. *Extrait de Geoffraea.*

Rec. Corticis Geoffraeae (Jamaicensis sive Surinamensis) quantum vis, coque in vase obtecto leni igne per horam cum Aquae pondere triplo vel quadruplo, exprime, has operationes bis terve repete, liquores collectos subsidentia et filtratione depuratos l. a. evapora. Ph. Dan. aquae partes octo cum quatuor, Ph. Bat., Belg. aquae partes decem, tum octo, Ph. Amstel. partes viginti, tum quindecim proponunt. *Vis:* anthelminthica.

EXTRACTUM GLECHOMAE HEDERACEAE vid. Extractum Hederae terrestris.

EXTRACTUM GLYCYRRHIZAE vid. Extractum Liquiritiae.

EXTRACTUM Goulardi vid. Acetum Saturni (p. 13).

EXTRACTUM GRAMINIS. Queckenextract. *Extrait de Chiendent.*

Synon.: Extractum Tritici repentis, s. Radicis Graminis.

Paretur infusione aquae fervidae in Radicem Graminis siccam contusam, et forti expressione sicut Extractum Absinthii (p. 381). *Vis:* leniter resolvens, nutriens, involvens, laxans. Saporis est dulcis, non ingrati.

Usus: in intestinorum functionibus debilitatis, humorum hepatis stagnationibus, haemorrhoidibus, febribus

intermittentibus pituitosis, cachexia, syphili.

Ph. Bor. ed. 5. sicut Extr. Absinthii ejusd. Ph.; Ph. Saxon. ed. 2. ex succo expresso (vid. sequens Extractum). Ph. Bat. praevia maceratione et coctionibus cum Aquae partibus primum decem et tum octo. Ph. Bavar. e Radicibus siccatis cum quadruplo pondere aquae per diem et noctem maceratis tum decoctis per biherium fieri jubet.

EXTACTUM GRAMINIS LIQUIDUM, s. Mellago Graminis. Queckendicksaft. *Extrait mou de Chiendent.*

Rec. Radicum Graminis recentium Libras duodecim, concisas contunde in mortario lapideo aut ferreo addendo sensim Aquae communis Libras novem. Exprime succum, quem subsidendo depuratum ad separationem materiae albuminosae usque decoque, cola et leni calore ad mellis recentis spissitudinem redige. In vasis porcellaneis sive e terra fictilibus bene obturatis loco, quam potes, frigidissimo serva. *Vis* et *Usus* sicut in praecedente.

Sit fuscum, cum aqua solutionem limpidam fuscam praebens, saporis dulcis, odoris suavis nec acidi, pulpae prunorum non absimilis. Quum facilius corruptelam incurrit quam Extractum Graminis, hoc quoque cum sufficiente copia aquae (e. gr. tertia parte extracti) ad Syrupi consistentiam dilutum adhiberi potest. Ph. Bor. ed. 5., Slesv.-Hols. cum nostra methodo omnino consentiunt. Ph. Bor. ed. 3., Dan., Hann., Oldenb., Palat., Saxon. inter contusionem aquae Libras tantum sex, quae quoque sufficiunt, inspergunt. Alii quoque Codices Mellaginem ex Radicibus siccis infusione aquae fervidae ad modum Extracti Absinthii parari permittunt.

† EXTRACTUM GRATIOLAE. Gottesgnadenkrautextract. *Extrait de Gratiole.*

Paretur sicut Extractum Aconiti (p. 382). — *Vis:* fortiter purgans atque anthelminthica.

Ph. Bor. ed. 5, Saxon. ed. 2. sicut Extractum Aconiti suum. Ph. Hann., Oldenb. evaporatione succi expressi; Ph. Austr., Hisp. decoctionibus iteratis. Ph. Hass. sicut Extr. Absinthii nostrum, infusionibus aquae fervidae. Van Mons herbae recentis primum macerationem, tum infusionem aquae fervidae proponit.

† EXTRACTUM GRATIOLAE SPIRITUOSUM. Weingeistiges Gnadenkrautextract. *Extrait alcoolique de Gratiole.*

Rec. Hb. Gratiolae siccae q. v., in cucurbita infunde Spir. Vini rectif. quantum satis ut parum supereemineat, tum digere per diem et cola cum expressione; hanc operationem semel repete, denique miscelam infunde parium voluminum Spiritus Vini rectif. et Aquae communis, digere et cola cum expressione. Liquores tum filtratos in retorta junge, Spiritum destillatione elice, et residuum lege artis evapora; Ph. Herbip. Hb. Gratiolae, Spir. Vini rect. aa Libr. unam, Aquae comm Libr. novem; Ph. Bavar. Hb. Gratiolae Libr. quatuor, Spir. Vini rectif. Libr. octo, Aquae comm. Libr. octodecim. Extractum flavofuscum, splendore piceo, flave depingit; saporis acris subaromatici, solutio turbida. Materia resinosa laxans et Aqua et Spiritu Vini solubilis.

EXTRACTUM GUAJACI vid. Extractum Ligni Guajaci.

EXTRACTUM HAEMATOXYLI vid. Extractum Ligni Campechiani.

EXTRACTUM HEDERAE TERRESTRIS, s. Glechomae hederaceae. Gundermannextract. *Extrait de Lierre grimpant.*

Paretur ex Herba Glechomae hederaceae sicca infusione aquae fervidae et expressione sicut Extractum Absinthii (p. 381).

EXTRACTUM HELENII vid. Extractum Enulae (p. 399).

† EXTRACTUM HELLEBORI NIGRI, s. Radicis Hellebori nigri, s. Melampodii. Schwarznieswurzelextract. *Extrait d'Ellébore noir.*

Paretur infusionibus iteratis aquae fervidae, expressionibus atque evaporatione liquidorum depuratorum sicut Extractum Absinthii (p. 381). — *Vis:* nervos excitans, emmenagoga (?), drastica. — *Usus:* in hysteria, glandularum torpore, haemorrhoidibus, etc.

Ph. Austr., Suec. coctione cum s. q. aquae. Ph. Pal., Brunsv., Lusit., Wirt. coctione cum sex partibus aquae; Ph. Amer., Dubl., Edinb., cet. script., cum octo partibus aquae; Disp. Fuld., Lipp., Ferrar. iteratis infusionibus cum octo, et quatuor aquae partibus; Ph. Bat. cum decem, tum octo; Ph. Amst. cum viginti, tum quindecim aquae partibus, Van Mons maceratione et coctione parari proponunt; Ph. Saxon. ed. 2. extractionem cum aqua frigida indicat.

† EXTRACTUM HELLEBORI NIGRI SPIRITUOSUM, s. alcoholicum, s. Radicis Hellebori nigri spirituosum. Weingeistiges Schwarznieswurzelextract. *Extrait alcoolique d'Ellébore.*

Rec. Radices Hellebori nigri concisi contusi q. v., infunde Spir. Vini rect. q. s. ut

parum superemineat, digere per diem, cola cum expressione, idque denuo repete, denique infunde miscelam aquae communis et Spir. Vini parium voluminum, digere iterumque cola cum expressione; Spiritum ex liquoribus filtratis elice, et residuum l. a. evapora. — *Vis* et *Usus* sicut in praecedente, attamen extractum spirituosum aquoso esse efficacius constat.

Pro ponderum rationibus Codices passim discrepant. Ph. Bor. ed. 3, Hann. (1819), Hass., Old., Saxon. (1820). Radicis Hellebori Libr. duas, Spir. Vini rect. Libr. tres (Ph. Polon. duas, cet. par.), Aquae Libr. novem. — Ph. Hann. (1833) Rad. Libr. duas, Spir. Vini rect., Aq. comm. āā Libr. decem — Ph. Hisp. Rad. Libr. unam, Aq. Libr. octo, Spir. Vini Unc. quatuor. — Ph. Bavar. Radicis Unc. quatuor, Spir. Vini rect. Unc. octo, Aq. comm. Unc. duodeviginti. Ph. Dan. Rad. Unc. unam, Spir. Vini duas, Aquae quatuor. — Ph. Bor. ed. 5, Hamb., Slesv.-Hols. sicut Extr. Angelicae. Ph. Genev. Radicis Libr. unam, Spir. Vini Libras tres, digere, residuum coque cum aqua, extractiones misce, evapora donec spissescere coeperint, tum bis Vino albo dilue iterumque evapora ad extracti consistentiam (?). — Ph. Gall. (1837) sicut Extr Aconiti spirituosum ejusd. Codicis. (Hoc extractum, quamquam aquoso omnino anteponendum, magnopere nostris derelictum est.)

† EXTRACTUM HELLEBORI NIGRI secundum BACHERI methodum. Bacher's Nieswurzelextract. *Extrait alcalin d'Ellébore de BACHER.*

Ph. Gall. (1818) et Taurin. Rec. Rad. sicc. Hellebori nigri Libr. duas, Cinerum clavellat. depur. Libr. semis, Spir. Vini rectif. Libr. octo, digere in arena per horas duodecim interdum agitata, cola et exprime; residuo Vini albi Libr. octo infunde, denuo digere et cola cum expressione; Tincturas commixtas, Spiritu per destillationem abacto, ad extracti consistentiam evapora — Ph. Austr. (1820) Radicis Hellebori nigri Libr. unam, digere cum Spir. Vini rect. quatuor, et Aquae comm. Libr. quatuor in quibus Ciner. clavell. depur. Drachm. tres solutae sunt; cola cum expressione; pulpam denuo digere cum Vini albi s. q., ut pollicum duorum crassitiem emineat, cola cum expressione, Spiritum destillatione elice, et residuum evapora. Ph. Genev., CADET, SWEDIAUR non multum discrepant.

EXTRACTUM HIPPOCASTANI, s. Corticis Hippocastani aquosum. Roßkastanienrindenextract. *Extrait de Maronnier d'Inde.*

Para sicut Extractum Cascarillae nostrum, iterata decoctione cum triplo aquae pondere. Ph. Brunsv., Ross. cum Aq. comm. part. sex; Ph. Lipp., Dan., octo; Ph. Saxon. ed. 2. sicut Extr. Cascarillae Ph. Bor. ed. 5. (*Vis:* adstringens, in febri remittente laudata.)

EXTRACTUM HIPPOCASTANI SPIRITUOSUM Weingeistiges Roßkastanienrindenextract. *Extrait alcoolique de Maronnier d'Inde*

Disp. Fuld. Rec. Cort. Hippocastani Libr. unam, Spir. Vini rect. Libr. sex, digere, cola cum expressione, residuum coque cum Aq. partibus tribus, cola, Spiritum per destillationem evoca, residuum ad extracti consistentiam redige.

EXTRACTUM HUMULI vid. Extractum Lupuli.

EXTRACTUM HYDRAGOGUM Disp. Vienn. Rec. Succi inspissati Bryoniae, Elaterii āā Unc. duas, solve in Spir. Vini rect. s. q., adde Resinae Jalappae, Oleo Amygdal. subactae, Gutti āā Unc. unam, Arcani duplicati Unc. semis, Ol. Anisi Drachm. unam; misce.

† EXTRACTUM HYOSCYAMI. Bilsenkrautextract. *Extrait de Jusquiame.*

Synon.: Extractum Herbae Hyoscyami nigri, s. Extractum Hyoscyami Herbae recentis, Succus spissatus Hyoscyami.

Paretur ex Herba recenti Hyoscyami nigri in incipiente inflorescentia collecta sicut Extractum Aconiti (p. 382). — *Vis:* narcotica, intoxicans, evacuans potius, quam obstipans uti Opium, incaute adhibiti nociva.

Est Extractum coloris fusci, saporis amaricantis, salini, nauseosi, odoris levis, adversi. Succus expressus et ceterorum Codicum extracta Nitri continent magnam copiam, quo concreto Extracta consistentiam granulosam nanciscuntur. Nostra methodo Nitrum excretum est, quia, quamquam partium efficacium rationem diminuat, suarum virium nil extracto addere potest.

Usus: in doloribus leniendis, spasmis, arthritide, rheumatismo, suppurationibus; anodynum Opii vicarium in obstipationibus evitandis.

Codicum discordantia eadem fere ac in Extracto Aconiti. Succum expressum non defaecatum inspissari jubent Ph. Austr., Amer., Bor. ed. 3., Brunsv., Dan., Dubl., Edinb., Fuld., Gen., Hamb. (1835), Hann., Herb., Lipp., Lond., Lus., Oldenb., Polon., Ross. castr.

et civilis; quartam partem Pulveris Herbae Hyoscyami addunt Ph. Batav., Belg., Fenn., Ferrar., Suec.; sufficientem copiam (?) Pulveris Herbae Hyoscyami addi jubet Ph. Wirt.; Faeculam primum despumatam sub finem addi proponunt Ph. Hass., Gall. (1818), Slesv.-Hols., Sax. (1820), Ph. Bavar. succum exprimi, residuum per horae quadrantem cum parte dimidia Aquae bullientis digeri et liquores collectos evaporare praecipit. — Ph. Bor. ed. 5, Sax. ed. 2. sicut Extr. Aconiti eorundem Codicum. — Ph. Gall (1837), nimis prolixe tres habet Extracti Hyoscyami formas, Succum inspissatum crudum atque defaecatum, tum Extractum e Herba sicca frigida maceratione paratum, sicut voce Extr. Absinthii (p. 381) expositum est.

† EXTRACTUM HYOSCYAMI ALBI. Weißbilsenkrautextract. *Extrait de Jusquiame blanche.*

Ph. Gall. (1818) ex Herba Hyoscyami albi recenti contusa succum exprimi, hunc inter coctionem defaecari, faeces succo inspissato readmisceri et ad massae pilularis consistentiam extractum redigi proponit.

† EXTRACTUM HYOSCYAMI E SEMINIBUS. Bilsensamenextract. *Extrait de Semences de Jusquiame.*

Rec. Seminis Hyoscyami nigri quantum vis, optime contunde et per cribrum trajice, infunde Spiritus Vini rectificati pondus duplum, digere per diem leni calore, cola cum expressione; adhuc bis Spiritus Vini infusionem, digestionem et expressionem repete, liquores filtratos in retorta lentae destillatione subjice, residuum in balneo aquae ad extracti consistentiam redige, extractum obtentum aquae destillatae quadruplo pondere solve et solutionem, resina rejecta, denuo ad extracti spissitudinem cautissime evapora. — *Vis:* narcotica, multo validior quam ceterorum Hyoscyami extractorum, ex Buchneri experimentis irin oculi fortissime dilatans. — *Usus* idem sed cautior, atque Extractorum reliquorum Hyoscyami. — Ph. Gall. (1837) hanc methodum sequitur. Ph. Hamb., Hann. Rec. Seminis Hyoscyami pulverati Libr. unam, coque cum Aquae pluvialis Libr. octo ad remanentiam Libr. duarum et cola; residuum denuo coque cum aquae Libr. decem ad remanentiam Libr. quatuor, quas etiam cola. Decocta sepone ut emergat oleum et subsidant faeces. Liquori, modico calore ad tertiam partem reducto, admisce Spir. Vini rectificatum, quamdiu turbatur Liquor, decanthatione et filtratione a sedimento liberatus, in balneo vaporis ad siccitatem, ut pulverari queat, redigatur. — Ph. Hamb. (1835) eodem modo parari, sed ad extracti spissitudinem evaporari jubet.

† EXTRACTUM HYOSCYAMI SICCATUM, s. siccum. Trocknes Bilsenkrautextract. *Extrait sec de Jusquiame.*

Ph. Slesv.-Hols. Extractum Hyoscyami molle in patinas porcellaneas tenui strato expansum loco tepido aut solis ardore ad siccitatem redigi jubet. Contritum in vitro clauso servetur, nec nisi voce addita »siccati« dispensetur. Si pro ceteris Codicibus Extractum siccum desideratur, pondus quodvis Extracti normalis ad siccum redigatur, et humoris jactura Saccharo lactis admixto restituatur.

† EXTRACTUM HYOSCYAMI SPIRITUOSUM. Weingeistiges Bilsenkrautextract. *Extrait alcoolique de Jusquiame.*

Paretur sicut Extractum Aconiti spirituosum (p. 383) Ph. Gall. (1837), Taur. vid. eandem vocem.

EXTRACTUM HYPERICI. Johanniskrautextract. *Extrait de Millepertuis.*

Ph. Wirt. Rec. Florum Hyperici perforati siccatorum q. v., extrahe lege artis cum Spiritus Vini rect. pondere quintuplo ad sextuplo, residuum coque cum triplo pondere aquae, decoctum Albumine Ovi clarifica, Spiritum Vini abstrahe ex liquoribus commixtis, et residuum ad extracti consistentiam consume.

EXTRACTUM HYSTERICUM ROBORANS Poterii.

Rec. Hb. Artemisiae vulg., — Absinth. āā Unc. quatuor, — Menth. Unc. duas, — Abrotani Unc. unam, Rad. Zingiberis, — Galangae āā Unc quatuor, Macidis, Myrrhae, Succini āā Unc unam, extrahe Spiritu Vini simplici, evapora ad extracti massam cui adde Liquoris Succini Drachm. unam, Vitrioli Martis Drachm. tres, Sacch. albi Unc. semis.

EXTRACTUM ICTERICUM Bate.

Rec. Stercoris Ovilli recent. Unc. quatuor, Rad. Chelidon. Drachm. decem, — Curcumae Unc. unam et semis, Lumbricor. praepar. Drachm. sex, Hb. Centaur. min Manip. duos, Martis praepar. (limati) Unc. duas, Succi Limon. Unc. sex, Aq. Cichorii Libr. quatuor; infunde, digere, exprime et evapora ad pilularum consistentiam; adde Lumbric. praepar. Drachm. unam et semis, Corall. rubr., Eboris rasi, Succini āā Drachm. duas.

EXTRACTUM INULAE vid. Extractum Enulae (p. 399).

EXTRACTUM IPECACUANHAE. Ipecacuanhaextract. *Extrait d'Ipécacuanha.*

Ph. Gall. (1837) e Radice pulverata ope Spir. Vini rectificati extrahi et, Spiritu elicito, inspissari proponit. Conf. Extr. Aconiti spirituos. Ph. Gall. (p. 383).

EXTRACTUM IREOS, s. Iridis nostratis. Schwertlilienextract.

Disp. Brand. Rec. Radic. Ireos nostratis (I. Germanicae Linn.) recentis q. v, contunde et exprime, residuo infunde Vini albi generosi q. s. (pondus duplum) denuo exprime, cola per char-

tam et ad Extracti consistentiam redige. **Ph. Wirt.** praevia maceratione tum ebullitione cum aquae sufficiente copia parari proponit.

EXTRACTUM IREOS FLORENTINAE. Veilchenextract. *Extrait d'Iris de Florence.*

Ph. Wirt., Sard. infusione aquae frigidae tum ebullitione levi extrahi, liquores ad justam densitatem consumi docent.

EXTRACTUM IVAE. Bisamginselextract. *Extrait d'Ivette musquée.*

Ph. Sard. Rec. Hb. Ivae (Teucrium Iva Linn.) recentis et contusae Libr. octo, digere per dies tres in alembico, tunc ope destillationis in balneo aquae Unc duas abstrahe, residuo infunde Aquae triplum et coctione ad tertiam partem redige; tum cola, clarifica, et inspissa; denique adde aquam destillatam. (Indubie extractio iterata ope Spiritus Vini rectificati Extractum largietur multo efficacius.)

EXTRACTUM JACEAE, s. Violae tricoloris. Stiefmütterchenextract. *Extrait de Pensée.*

Ph. Fenn. Paratur sicut Extractum Absinthii ejusdem Codicis, vel melius secundum nostram regulam. **Ph. Gall.** (1837) frigida maceratione ex herba sicca, sicut Extr. Absinth. Ph. Gall. parari jubet.

EXTRACTUM JALAPPAE AQUOSUM, s. Radicis Jalappae. Wässriges Jalappenextract. *Extrait de Jalap aqueux.*

Van Mons: Radicem Jalappae concisam et contusam aqua frigida extrahi, liquores coloratos ad extracti consistentiam consumi docet. Maceratione egetur sex vel octo dierum. (Residuum parandae Resinae Jalappae melius inservit, quam Radix intacta.)

EXTRACTUM JALAPPAE GUMMOSUM. Gummiges Jalappenextract. *Extrait de Jalap gommeux.*

Van Mons: Rec. Radic. Jalapp. concisae Libr. unam, macera cum s. q. aquae per septimanam ut emollescat; adde Pulv. Gummi Arabici Unc. unam et bis optime contunde instar emulsionis, liquorem trajice per pannum. Residuum bis coque cum Aquae Libr. sex, decoctiones leni igne consume ad octavam voluminis partem, tum emulsiones adde et in balneo aquae evapora ad extracti consistentiam. (Nimis inepta methodus materiam pretiosam deperdendi.)

EXTRACTUM JALAPPAE SPIRITUOSUM, s. alcoholicum, s. resinosum, s. Convolvuli Jalapae. Weingeistiges Jalappenextract. *Extrait alcoolique de Jalap.*

Rec. Radicis Jalappae concisae contusae q. v., in cucurbitam immissae infunde Spiritus Vini rectificati q. s. ut parum superemineat. Digere per diem loco tepido tum fortiter exprime. Denuo infunde Spir. Vini eandem vim, iterum digere et exprime, idque semel adhuc repete. E Liquoribus filtratis Spiritum destillatione evoca, tum residuum ad extracti spissitudinem evaporet. — **Ph. Wirt.** nobiscum congruit. **Ph. Amer., Dubl., Edinb., Lond., Lusit., Suev.** leviter inter sese discrepantes ita procedunt: Rec. Rad. Jalapp. pulveratae Libr. unam, affunde Spir. Vini rect. Libr. quatuor ad quinque, et digere per quadriduum. Tincturam effunde et residuum bis bene decoque cum Aquae Libr. quinque. Tincturam spirituosam destillationi subjice et inspissa ad mellis consistentiam; decoctiones aquosae colatae separatim ad mellis consistentiam evaporent, tum ambae misceantur et ad idoneam extracti spissitudinem redigantur. Praesto esse debent extractum molle ad pilulas fingendas aptum, alterum durum pulveribus immiscendum. — **Ph. Herbip.** simili modo procedit, minores tamen menstruorum copias adhibet. — **Ph. Gall.** (1837) sicut Extr. Aconiti spirituosum (p. 383) suum. — **Disp. Fuld., Lipp.** sic. Extr. Cascarillae spirituosum (390). (A resina Jalappae hoc extractum partibus gummosis mucilaginosis immixtis discrepat; quum vero maxima vis a resina pendet, dosis extracti minus certe definiri potest, quam resinae purae. Recentioribus ergo omnino merito displicuit.)

EXTRACTUM JUGLANDIS NUCUM, vide Extractum Nucum Juglandium.

Rec. Nucum Juglandium immaturorum (mense Junio medio vel exeunte decerptorum) quantum vis, in mortario lapideo cum pauxillo aquae humectatas contunde, exprime succum, quem in balneo aquae vel Calcariae muriaticae ad massae pilularis spissitudinem redige. Sit nigrum splendens, solutione in aqua turbida e nigrescenti fusca. Huic methodo assentiunt **Ph. Austr., Bat., Bor.** ed. 3 et 5, **Brunsv., Dan., Fenn., Hann., Polon., Sax.** (1820), **Slesv.-Hols., Suec., Van Mons.** — Infusione fervida sicut Extractum Absinthii parari proponunt **Ph. Hass., Sax.** (1837), **Parm.,** coctione **Disp. Lipp., Ph. Ross., Wirt.** (*Vis:* tonica, mundificans incitans, antiscorbutica, anthelminthica, antisyphilitica.)

EXTRACTUM JUNIPERI, s. Baccarum Juniperi. Wachholderbeerenextract. *Extrait de Genièvre.*

Roob Juniperi (quod vide) ad consistentiam firmiorem inspissatum, Sacchàro non addito, quibusdam hoc nomine appellatur.

EXTRACTUM KINAEKINAE vid. Extr. Chinae etc. (p. 392)

EXTRACTUM KRAMERIAE TRIANDRAE vid. Extr. Ratanhiae.

EXTRACTUM LACTUCAE SATIVAE, s. Thridacium, s. Lactu-

carium. Lattigextract, Salatstengelextract. *Thridace, Extrait de Laitue.*

Rec. Partem corticalem Stipitum Lactucae sativae, inflorescentia incipiente, foliis rejectis, contunde in mortario lapideo, succum exprime, cola, et in patinas porcellaneas tenuis strati effusum solis ardore vel furni siccatorii tepore exsicca. Ph. Gall. (1837) hanc methodum laudavit. Hoc extractum praecipue *Thridacium* dicitur.

Succus lacteus e vulneribus plantae viridis prosiliens, testis fictilibus susceptus atque ad aerem induratus *Lactucarium* nominatur. Planta vel puncturis ope cultelli sauciatur, vel fissuris levibus per epidermidem ductis, vel denique planta evulsa supra radicem transverse secatur et succus scaturiens patinis porcellaneis suscipitur; qui quum emanare cessaverit, frustulum iterum stipitis ad vivum resecatur, ut nova succi vis prosiliat. — Ph. Lond. Rec. Lactucae sativae foliorum recentium q. v., contunde in mortario lapideo insperso Aquae exiguo, dein exprime succum, eumque non defaecatum consume, donec idoneam crassitudinem habeat. (*Vis:* narcotica, somnifera, anodyna, diaphoretica. *Usus:* in phthisi, arthritide, rheumatismo, colica, diarrhoea; Opii vicarium est, si obstipationes et vomituritiones Opii usum insequentes, evitandae sunt. Interiores stipitum partes succum continent minus medicatum, quare epidermidem exui et solam contundi oportet. Succo indurato partes continentur Spiritu Vini insolubiles et virtute medica privatae, ideo Succum Spiritu Vini redissolvi et iterum inspissari a pluribus laudatum est. Hoc Extractum repurgatum in officinis non occurrit.)

† EXTRACTUM LACTUCAE SCARIOLAE.

Wildlattichextract. *Extrait de Laitue sauvage.*

Ph. Austr. ex Herba Lactucae Scariolae siccata iterata coctione cum aqua extrahi succum et depuratum inspissari jubet, ad modum Extracti Absinthii (p. 381) sui. Loco Extracti Lactucae virosae habetur, similibus scilicet praeditum virtutibus.

† EXTRACTUM LACTUCAE VIROSAE, s. Succus spissatus Lactucae virosae.

Giftlattichextract, Giftlattichdicksaft. *Extrait de Laitue vireuse.*

Paratur ex foliis et stipitibus Lactucae virosae ante efflorescentiam plenam, sicut Extractum Aconiti (p. 382).

Viribus gaudet similibus, sed validioribus, quam Extractum Lactucae sativae. De virtutibus et mixtione hujus succi non satis bene compertum habemus.

Ph. Saxon (1837), Bor. ed. 5, sicut Extractum Aconiti suum. Ph. Edinb., Fuld., Hamb. paup., Hass., Herb., Lipp., Rosa., Slesv.-Hols.: Folia Lactucae virosae, aquae pauxillo adsperso, in mortario lapideo contusa exprimantur, succus colatus in balneo aquae vel Calcariae muriaticae continue agitatus rite spissescat absque defaecatione. — Ph. Belg. Succo inspissato quartam partem Herbae pulveratae addi suadet ut efficiatur extracti moles. — Ph. Wirt. Herbam recentem Lactucae virosae contunde, exprime, et in cella sepone ne in fermentationem ruat. Quiete limpidefactus decanthetur, ebulliat leniter, per manicam trajiciatur, tum albumine ovorum clarificetur, quae operatio (supervacaneum) alterum repetatur; tum leni igne rite evaporet. — Ph. Gall. (1837) Succum expressum plantae integrae in patinis planis calore tepido exsiccari et cultellis abradi praecipit. Servetur vasis optime clausis epistomiis vitreis.

EXTRACTUM LAPATHI vid. Extractum Patientiae.

EXTRACTUM LAURO CERASI. Kirschlorbeerextract. *Extrait de Laurier-Cerisier.*

Van Mons ex foliis recentibus Lauro-Cerasi contusis succum exprimi, ebullitione defaecari, inspissari faeculam denique admisceri suadet.

EXTRACTUM LEONTODI vid. Extractum Taraxaci.

EXTRACTUM LEVISTICI, s. Ligustici.

Liebstöckelextract. *Extrait de Livèche.*

Paretur sicut Extractum Angelicae (p. 385). — Ph. Bor. ed. 5, sicut Extr. Angelicae ejusd. Ph. Bor. ed. 3, Oldenb. Radicis partes duas, Spir. Vini rect. tres, Aquae novem; Ph. Polon. Radicis Spir. Vini rect. $\bar{aa}$ partes duas, Aquae novem.

EXTRACTUM LICHENIS ISLANDICI. Isländischmoosextract. *Extrait de Lichen d'Islande.*

Ph. Herbip. Rec. Lichenis Island. q. v., bene mundato affunde Spir. Vini rect. ut contegatur, digere, exprime. Residuum coque cum Aquae q. s., cola cum expressione, leni igne consume et adde Tincturam per destillationem a Spiritu liberatam. Evaporent mixta ad idoneam crassitudinem. — Soubeiran Spiritus Vini rectificatissimum pro extractione proponit. (Febrifugum atque tonicum esse dicitur).

EXTRACTUM LICHENIS PARIETINI. Wandflechtenextract. *Extrait de Lichen des murs.*

Paretur ex Lichene parietino (Parmelia s. Imbricaria parietina) cum Spir. Vini rectificato, digestione, forti expressione et evaporatione. In febribus intermittentibus laudatum quondam, sed derelictum est.

EXTRACTUM LIGNI ALOËS, s. Agallochi. Aloeholzextract. *Extrait de Bois d'Aloès.*

Ph. Brunsv., Palat., Wirt. Lignum Aloës comminutum lege artis extrahe-

tur Spiritu Vini rectificatissimo iteratis vicibus, Spiritus e tincturis per destillationem abeat, residuum rite evaporet. (Obsolevit.)

EXTRACTUM LIGNI CAMPECHIANI, s. Campechiensis, s. Haematoxyli. Blauholzextract, Campecheholzextract. *Extrait de Bois de Campeche.*

Rec. Ligni Campechiani Libram unam, coque cum Aquae communis Libris tribus per horam dimidiam et cola cum expressione. Has operationes adhuc bis repete, vel quamdiu solutiones concentratae prodeant. Liquores subsidentia limpidefacti primum igne aperto, tum quum spissescere incipiant, in balneo Calcariae muriaticae evaporent usque ad siccitatem.

Ph. Bor. ed. 5, Saxon. (1837) sicut Extractum Cascarillae. Ph. Edinb. Aquae destillatae adhibet pondus octuplum, Ph. Amer., Lond. decuplum; Ph. Hann., Saxon. (1820), Bor. ed. 3, Aquae pondus octuplum, tum quadruplum. Ph. Hass. aliquoties cum Aquae pondere octuplo. Ph. Polon., Ross. castr. non multum discrepant. Ph. Herbip., Fuld. extrahunt primum Spiritu Vini, tum decoctione aquosa. Liquores mixti evaporent. (*Vis:* adstringens, styptica. *Usus:* in diarrhoeis, dysenteria et haemorrhagiis. Est Extractum siccum, splendens, coloris e rubente nigri, solutione in aqua calida fusco-rubra, fere limpida.)

EXTRACTUM LIGNI GUAJACI. Guajakholzextract. *Extrait de Gayac.*

Synon.: Extractum Guajaci, s. Ligni sancti. Franzosenholzextract.

Rec. Ligni Guajaci raspati Libram unam, coque per horam cum Aquae communis Libris quatuor, tum adhuc calida per pannum cola. Hae operationes adhuc bis terve repetantur. Liquores obtenti stent noctem ut sedimentum deponant; tum leni ebullitione evaporent in patina liquoribus affusis semper repleta. Quum parum spissescere liquores incipiunt, evaporationem in balneo Calcariae muriaticae perge usque ad extracti mollis crassitudinem, tum massae octavum sui ponderis partem Spiritus Vini rectificatissimi admisce, ut resinam inter ebullitionem secretam redissolvas et aequabiliter dividas; denique evaporationem absolve ad justam Extracti spissitudinem. *Vis:* sanguinem purificans, resolvens, calefaciens, Mercurium adjuvans in debellanda lue venerea.

Sit Extractum coloris fusco-nigri, solutione in aqua turbide fusca.

Usus: in arthritide, rheumatismo podagra, morbis cutis, etc.

Ph. Bor. ed. 5, Saxon. (1837) sicut Extractum Cascarillae Ph. Bor., Disp. Brunsv. Aquae Libr. sex; Ph. Bor. ed. 3, Dan., Gall. (1837), Hisp., Polon., Saxon. (1820), Taur. quoque coctione Aquae partes decem proponunt. Ph. Austr., Wirt. aquae vim non indicant, iteratas autem coctiones laudant. Ph. Genev. aquae partes quindecim pro singula coctione. Ph. Parm. Ligni Guajaci Libris ternis admiscet Resinae Guajaci nativae Drachmas tres, et coctione cum aqua mixta extrahit. — Van Mons prelum laudat Realianum. (Propter Resinam Guajaci nativam res medica Extractis Ligni Guajaci et aquoso et spirituoso bene carere potest.)

EXTRACTUM LIGNI GUAJACI SPIRITUOSUM, s. alcoholicum, s. resinosum, s. Resina Ligni Guajaci. Weingeistiges Guajakextract, harziges Guajakextract, Guajakharz aus dem Holze. *Resine de Gayac.*

Rec. Ligni Guajaci raspati q. v., in cucurbitam immisso affunde Spir. Vini rectificati quantum satis, ut ad pollicem usque contegat. Digerantur leni calore per horas quadraginta octo, exprimantur et altera Spiritus Vini copia residuo infundatur, quae iterum bene digesta exprimatur. Ex tincturis commixtis et filtratis addita Aquae communis quarta circiter parte, e vesica destillatoria sedulo purificata aut e retorta vitrea destillando elicia-tur spiritus. Resina subsidens separata abluatur aqua fervida, quamdiu aqua colore imbuta defluit, et in aquae balneo exsiccata in bacillos formetur.

Ph. Austr., Bor. ed. 3 et 5, Hann., (1819), Oldenb., Saxon. (1820), Ross., Van Mons hanc quoque methodum praecipue sequuntur. Ph. Lus. et Herbip. primum Spiritu Vini, tum aqua extrahunt et liquores rite commixtos evaporare jubent. — Ph. Amstel. Resinae Guajaci nativae par-

tem unam Spiritus Vini rect. partibus sex dissolvi, solutionem filtrari, spiritum destillatione evocari, resinam remanentem aqua fervida bene ablui et lenissimo calore exsiccatam servari proponit. (Hoc extractum non nisi pro resina Guajaci nativa repurgata habendum, qua quum pro virtute medica multum superetur atque in parando multum pendeat a sedulitate laborantis, omnino inter supervacanea ducendum. Vires et Usus ut Resinae nativae.)

EXTRACTUM LIGNI GUAJACI VINOSUM. Weiniges Guajakextract. *Extrait de Gajac vineux.*

Ph. Sard. Ligni Guajaci raspati Libram unam bis extrahi cum Vini albi generosi Libris quinque ad sex; liquores filtrati mixti ad extracti spissitudinem redigantur.

EXTRACTUM LIGNI HAEMATOXYLI vid. Extractum Ligni campechiani (p. 407).

EXTRACTUM LIGNI QUASSIAE vid. Extractum Quassiae.

EXTRACTUM LIGNI SASSAFRAS, s. Sassafras. Sassafrasextract. *Extrait de Sassafras.*

Ph. Wirt. Rec. Ligni Sassafras concisi contusi Libram unam, infunde Spir. Vini rect. Libr. quinque vel sex, extrahe et cola cum expressione; residuo infunde aquae fervidae Libr. tres, et leviter cocta exprime, ex liquoribus mixtis spiritum elice et residuum ad extracti consistentiam inspissa.

EXTRACTUM LILIORUM CONVALLIUM vid. Extractum Convallariae (p. 396).

EXTRACTUM LIQUIRITIAE. Süßholzextract. *Extrait de Réglisse.*

Synon.: Inspissamentum Glycyrrhizae, Extractum Glycyrrhizae. Non confundatur cum Succo Liquiritiae depurato.

Rec. Radicis Liquiritiae siccae in pulverem grossiusculum redactae quantum vis; in vas idoneum ingestae infunde Aquae tepidae quantum satis, ut massa in pultis humidae formam consistat. Stent per diem, tum sacculis linteis inclusa fortiter exprime. Has operationes adhuc bis repete. Liquores quiete limpidefactos in balneo aquae vel Calcariae muriaticae ad justam extracti spissitudinem redige. *Vis:* demulcens praesentissima.

Sit extractum coloris fusci, consistentiae aequabilissimae, saporis grati dulcis, degustatum sub finem non acrimoniae ingratae sensum in lingua relinquens, qui ab aqua nimis calida infusa vel imo coctione oritur. Non sit adustum vel cupro inquinatum. *Usus:* in tussi catarrhali.

Ph. Bor. ed. 5, Hass. infusione aquae fervidae, sicut eorum Extractum Absinthii. — Ph. Austr., Polon. maceratione frigida cum decuplo aquae communis. Ph. Gall. (1818) Maceratione frigida quoque cum Aquae quadruplo pondere. Ph. Gall. (1839) elutriatione inter diaphragmata duo aquae tepidae ope sicut voce Extracti Absinthii expositum est. — Ph. Hisp., Ferrar., Antwerp., Belg., Sard. infusionem fervidam adhibent. — Disp. Brunsv., Ph. Dan., Dubl., Herb., Lond., Ross. partim coctionem solam, partim praeviam macerationem commendant. — Van Mons non male prelum Realianum adhibet. (In parando Extracto Liquiritiae coctio omnino evitanda, per quam materia resinosa acris atque saporis ingrati extrahitur, medicamento magnum inferens damnum. Hoc extractum aut molle consistentiae usitatae, aut siccum occurrit, in bacillos tenuos expansum et aeris tepidi contactu penitus exsiccatum.)

EXTRACTUM LUPULI, s. Humuli, s. Lupuli aquosum. Hopfenextract. *Extrait de Houblon.*

Rec. Strobilorum Lupuli q. v. in vase idoneo tegendo infunde Aquae fervidae q. s. ut parum contegantur, digerantur per horas quatuor ad sex, tum preli ope fortiter exprimantur. Hae operationes alterum repetantur. Liquores mixti, seponendo limpidefacti, in balneo aquae ad extracti mollioris consistentiam redigantur. — Ph. Hann. infusionem aquae fervidae octuplo ponderis et coctionem, tum eadem cum quadruplo pondere repetenda proponit. — Disp. Lipp. infusionem fervidam tripli ponderis aquae et lenem ebullitionem praecipit. Ph. Suec. coctionem cum duabus, Ph. Lond. cum triginta duabus partibus aquae vult. (*Vis:* tonica, anodyna, sedans, diuretica. *Usus:* in arthritide, dyspepsia. Est saporis proprii balsamici amari.)

EXTRACTUM LUPULI SPIRITUOSUM s. alcoholicum. Weingeistiges Hopfenextract. *Extrait alcoolique de Houblon.*

Rec. Strobilorum s. Florum Lupuli q. v., concisa pulvera et terendo per cribrum ferreum contere. Humectata cum sui ponderis dimidia parte Spiritus Vini rectificati inter diaphragmata duo compresse sterne et lixiviationem institue cum triplo pondere Spir. Vini rect.. Spiritu per destillationem

abacto residuum balneo aquae evaporet ad justam crassitudinem. — Ph. Austr. (1820) Flor. Lupuli Unc. duas, Spir. Vini rect. Unc. tres, Aq. comm. Unc. novem. — Ph. Austr. (1834) omisit.

EXTRACTUM MAHAGONI paratur coctione iterata ex Ligno Mahagoni sicut Extractum Cascarillae (p. 390).

EXTRACTUM MALATIS FERRI vid. Extractum Martis pomatum.

EXTRACTUM MALTHI COMPOSITUM Bate.

Rec. Hb. Tussilaginis, — Pulmonar. āā Unc. sex, Rad. Liquir. Unc. octo, Passular. Libr. duas, Cerevisiae illupulatae Libr. octo; extrahe coctione et solutiones l. a. ad mellaginem inspissa. — Fuller: EXTRACTUM PECTORALE: Rec. Decocti Malthi opt. (Würze) Libr. duas, Aquae Libr. duas et semis, Cerevisiae Unc. sedecim, adde Passular. Unc. sex, Rad. Liquir. Unc. duas, Terrae Japon. Unc. unam, coque ad consumtionem Libr. quatuor, cola, adde Coccionellae Scrup. quatuor, et coque ad mellaginem.

EXTRACTUM MAROCOSTINUM Ph. Wirt. Rec. Aloës Succotr. Libr. unam, solve in Succi Hb. Absinthii, — Apii, — Foeniculi āā Unc. tribus, — Cichorii, — Fumariae, — Pimpinellae āā Unc. octo, — Rosarum, — Citri āā Unc. viginti. Liquor subsidentia depuratus evaporet ad mellaginem, tum adde Extracti Rhei Drachm. sex, — Croci Drachm. semis, — Myrrh. Unc. semis, Gummi Ammoniaci Unc. unam et semis, Aceti scillitici Unc. quatuor; ad extracti consistentiam redactis adde Pulveris Mari Unc. semis, — Costi arabici Drachm. sex. (Hodie omnino exolevit; pilularum quondam cephalicarum basin efficiebat.)

EXTRACTUM MARRUBII. Andornextract. *Extrait de Marrube blanc.*

Paretur ex Herba Marrubii albi subflorente siccata infusione aquae fervidae sicut Extractum Absinthii (p. 381). — *Vis:* emmenagoga, antispasmodica, febrifuga, excretiones promovens.

Est coloris atro-fusci, saporis amari, parum balsamici.

Usus: in ictero, hepatis stagnationibus, mensibus impeditis, glandularum tumoribus.

Pharmacopoearum dissensus idem atque in Extracto Absinthii, scilicet Ph. Amstel., Austr., Bor. ed. 3 et 5, Dan., Hann., Hass., Lipp., Lusit., Oldenb., Polon, Saxon. 1820 et 1837, Slesv.-Hols. sicut et scriptorum.

EXTRACTUM MARRUBII SPIRITUOSUM, s. Marrubii alcoholicum. Weingeistiges Andornextract. *Extrait alcoolique de Marrube blanc.* Disp., Fuld., Herbip. Hb. Marrubii albi Libr. unam l. a. extrahe Spir. Vini rect. Libr. una et Aquae comm. Libr. octo, exprime, filtra, spiritum elice atque residuum rite inspissa. (Ab Extracto aquoso nihil fere differt. Fortasse Spiritus Vini simplex melius consuleret.)

EXTRACTUM MARTIS ACETICUM vid. Acetum chalybeatum (p. 6).

EXTRACTUM MARTIS APERIENS Lemery, s. Citras Ferri.

Rec. Croci Martis aperitivi Libr. duas, Musti non fermentati Libr. duodecim, Mellis despumati Libr. novem, Succi Citri expressi Libr. unam, digere balneo vaporis per tres dies, coque deinde, cola et ad extracti consistentiam consume.

EXTRACTUM MARTIS APERIENS Mynsicht, s. Oxalas Potassae et Ferri.

Ferrarini et Taddei: Rec. Pulpae Tamarindorum Unc. octo, Succi Acetosellae expressi Libr. tres, mixta coque in vase fictili vitreato, cola, adde Limaturae Ferri Unc. quatuor, digere per tres dies, filtra et ad extracti consistentiam redige.

EXTRACTUM MARTIS CYDONIATUM, s. Ferri cydoniatum. Eisenhaltiges Quittenextract. *Extrait de Mars cydonié.*

Rec. Pomorum Cydoniorum Libras sex, radulae ope contritis vel in mortario in pultem mollem contusis admisce clavorum ferreorum minutorum vel Limaturae Ferri purae Libram unam. Agitata interdum funditus digere loco tepido per dies sex ad octo, aquam evaporatione dissipatam passim adspergendo, ita ut pultis humidae species maneat. Denique affunde aquae fervidae q. s. ut habeas pultem tenuem liquidam, quam sacculis linteis inclusam fortiter exprime. Succum expressum seponendo et colando depuratum in vasis porcellaneis ad extracti spissitudinem redige. Viribus et usu cum sequente congruit. — Van Mons proponit Oxydulum Ferri nigrum coctione in Succo Cydoniorum expresso dissolvi, atque liquores filtratos evaporatione ad extracti consistentiam redigi. — Ph. Slesv.-Hols. sicut Extr. Martis pomatum.

EXTRACTUM MARTIS POMATUM. Aepfeleisenextract. *Extrait de Mars pommé.*

Synon.: Extractum Ferri pomatum Ph.

Bor., Extractum Pomorum ferrarium Ph. Bav., Extractum Martis cum Succo Pomorum Ph. Austr., Extractum Malatis Ferri Ph. Gall., Malas Ferri impurus Ph. Gall. Aepfelsaures Eisenextract.

Rec. Pomorum acidulorum excoriatorum Libras sex, contunde in mortario in pultem mollem (vel radulae ope abrade) cui admisce in lebete e ferro fuso clavorum ferreorum minutarum (vel Limaturae Ferri purae), Libram unam; et aqua adspersa omnia in massam humidam redige. Hanc interdum funditus agitatam digere, aquam evaporatione dissipatam restituens, per dies quatuordecim ad viginti in loco tepido. Quum omnia in massam nigram, Ferro soluto gravidam transierint, aquae tantum affunde ut habeas pultem tenuem fluidam, quam post aliquot horas sacculis linteis inclusam in prelo fortiter exprime. Residuo denuo aquae tantum adjice, quantum opus est, ut massa iterum fluat, et alterum expressam rejice. Liquores junctos sepositione et colatione depuratos in balneo aquae vel Calcariae muriaticae in vasis porcellaneis ad justam spissitudinem redige.—*Vis:* tonica, anthelminthica.

Sit colore e virescenti nigro, in aqua solutione limpida nigra solubile, saporis dulcis demum valde adstringentis, odoris suavis, atramentarii nec acidi.

Usus: in cachexia, hypochondria, amenorrhoea.

Ph. Bor. 3 et 5, Fuld., Gall. (1818), Herbip., Oldenb., Palat., Polon., Ross., Saxon. (1820 et 1837), Wirt. Rec. Limaturae Ferri porphyrisatae Libram unam, Succi pomorum acidulorum maturorum excoriatorum Libr. quatuor, digerantur saepius agitata per aliquot dies. Postea coquantur leni igne ad dimidiae partis consumtionem. Liquor per linteum colatus subsidendo et decanthatione depuratus in balneo Calcariae muriaticae ad Extracti spissitudinem redigatur. — Ph. Austr. Limaturae Ferri puri Libr. unam, Pomorum acidulorum contusorum Libr. quatuor. — Ph. Gall. (1837) Limaturae Ferri Libr. unam, Succi expressi Pomorum Libr. octo. — Ph. Hass. Limaturae Ferri Libr. unam, Pomorum acidulorum rasorum Libr. sedecim. — Ph. Bav., Slesv.-Hols. Limaturae Ferri Libr. unam, Succi Pomorum acidulorum Libr. duodecim assidue agitata digere loco tepido per aliquot dies, dein in aheno ferreo coquantur leni igne ad dimidiae partis consumtionem, liquór per linteum colatus rite evaporet.—Van Mons: Oxydum Ferri nigrum (Hammerschlag) pro Limatura adhibet, nec tamen bene, quum ferrum purum multo facilius Malorum aciei ocdat. Aeris contactu in pulte pomorum humida multo facilius acidum malicum cum oxydo ferri connubium habet.

EXTRACTUM MARTIS POMATUM LIQUIDUM vid. Tinctura Martis pomata.

EXTRACTUM MARTIS CUM TARTARO. Eisenweinsteinextract. *Extrait de Mars tartré.*

Ph. Sard. Rec. Limaturae Ferri Libr. unam, Crystall. Tartari Libr. duas, coque per horas duodecim cum aquae communis Libr. triginta. Liquor rite sepositione depuratus evaporet.

EXTRACTUM MATRICARIAE. Mutterkrautextract. *Extrait de Matricaire.*

Ferrarini ex Herba sicca Matricariae Parthenii parari proponit sicut Extractum Absinthii (p. 381) nostrum.

EXTRACTUM MELAMPODII vid. Extractum Hellebori nigri (p. 402).

EXTRACTUM MELANAGOGUM Quercetani. Disp. Prag. et Ph. August. renov.

Rec. Folliculor. Sennae Unc. sex, Rad. Hellebori Unc. duas, — Turbethi, Myrobalanorum omnium ana Unc. unam et semis, Trochiscor. Alhandal Drachm. sex, Flor. Violar., — Rosar. rubr., Hb. Epithymi ana Unc. semis, Spec. lactificant. Drachm. duas, Succorum optime depuratorum Herbae Fumariae et Pomorum redolentium, Seri Lactis aa q. s. ad extractionem. Liquores digestos et expressos inspissa et denique species lactificantes admisce.

EXTRACTUM MELISSAE. Melissenextract. *Extrait de Mélisse.*

Paretur, si opus erit, infusione aquae fervidae in vase expost optime contegendo, expressione et lenissima evaporatione inter perpetuam agitationem. Fortasse Spiritus Vini simplex melius est menstruum. — Ph. Ferrar. male laudat coctionem cum aqua. — Ph. Sard. Ex Hb. Melissae recent. Libr. octo destillatione duas elicit Uncias, tum aqua infusa tripli ponderis coquit, et liquores co-

latos inspissat, sub finem additis Unc. destillatis duabus.

EXTRACTUM MENISPERMI CORDIFOLII WILLD. in India orientali ab Indigenis pro remedio roborante, febrifugo, anthelminthico adhibetur.

† EXTRACTUM MEZEREI, s. Cort. Mezerei, s. resinosum corticis Mezerei. Seidelbastextract. *Extrait de Mézéréon.*

WIDMANN hanc parandi methodum non satis concinnam proposuit: Cort. Mezerei aquae ope penitus exhaustus et denuo siccatus extrahitur Spir. Vini rectificatissimo et Liquore anodyno HOFFM. mixtis, atque ferventibus. Liquor colatus per noctem sepositus Resinam sponte demittit. Liquor supernatans destillationi subjicitur, residuum Naphtha Vitrioli dissolvitur et Naphtha colore viridi imbuta cum resina excreta miscetur. Naphtha dissipata Extractum remanet. Extractum simpliciter, ut ajunt, aethereum nimias auctori ambages paruisset. — Ph. Hamb. bis cum quadruplo pondere Spir. Vini rectificatissimi extrahi vult.

EXTRACTUM MILLEFOLII. Schafgarbenextract. *Extrait de Millefeuille.*

Synon.: Extractum Millefolii aquosum, s. Herbae Millefolii.

Paretur ex Herba et floribus siccatis Achilleae Millefolii sicut Extractum Absinthii (p. 381). — *Vis:* tonica, antispasmodica.

Sit extractum intense fuscum, tenax, odore vix Millefolium recens aemulans, saporis ex acri amari. Solutio non nisi leviter turbida.

Usus: in hysteria, hypochondria, dyspepsia, intumescentia ventris, dysenteria, colica, calculis pellendis.

Codicum omnium eadem discordantia atque in Extracto Absinthii.

EXTRACTUM MILLEFOLII FRIGIDE PARATUM. Kaltbereitetes Schafgarbenextract. *Extrait de Millefeuille a froid.*

Ph. Hann. eodem modo parari jubet, atque Extr. Chamomillae frigide paratum (p. 392).

EXTRACTUM MILLEFOLII SPIRITUOSUM s. alcoholicum. Weingeistiges Schafgarbenextract. *Extrait de Millefeuille alcoolique.*

Ph. Polon. Hb. Millefol., Spir. Vini rect. āā Libr. duas, Aquae comm. Libr. novem. — Disp. Fuld., Herbip. Flor. et Hb. Millefol., Spir. Vini rect. āā Libr. unam, Aq. comm. Libr. octo.

EXTRACTUM MIMOSAE CATECHU vid. Extractum Catechu (p. 391).

EXTRACTUM MOMORDICAE ELATERII vid. Elaterium (p. 256).

EXTRACTUM MYRRHAE AQUOSUM. Wässeriges Myrrhenextract. *Extrait aqueux de Myrrhe à l'eau.*

Synon.: Extractum Myrrhae gummosum, s. absque Resina.

Rec. Myrrhae pulveratae Unciam unam, affunde aquae destillatae Uncias quatuor, macera interdum agitata per dies tres ad quatuor, tum liquorem subsidendo depuratum decantha et in balneo aquae, et ad massae pilularis consistentiam redige. *Vis:* balsamica tonica, resolvens.

Sit e rufo fuscum, marginibus pellucens, in aqua solutione fere limpida solubile, odoris et saporis Myrrhae.

Usus: in morbis pulmonum, suppurationibus internis, cet.

Ph. Austr., Amstel., Bav., Belg, Bor. ed. 3 et 5, Hann., Oldenb., Polon., Saxon. ed. 2, Slesv.-Hols. hanc methodum, hasque materiarum rationes sequuntur. — Ph. Brunsv. et VAN MONS pro Myrrhae Uncia singula Uncias octo Aquae jubent. — Ph. Ferrar., Fuld., Lipp., Herbip., Parm. Aquae Unc. sex. — Ph. Gall. (1818) utriusque quantum satis, Ph. Gall. (1837) omisit. — Ph. Hass. Aquae Unc. duodecim. — Ph. Palat., Wirt., Sard. Rec. Myrrhae Libr. semis, Liquoris Salis Tartari Unc. unam, misce exacte et sepone per dies quatuordecim. Tandem affunde aquam fervidam, agita massam, dein quieta derelinquatur, donec crassius sedimentum deposuerit; liquor clarus decanthetur, tum residuo iterum aqua fervida infundatur; quamdiu liquor frigefactus colorem abripuerit. Omnia denique balneo aquae ad justam consistentiam evaporent. — VAN MONS proponit Myrrham cum pari pondere serraginis ligneae mixtam cum aqua coqui et liquores limpidos frigefactos inspissari.

EXTRACTUM MYRRHAE COMPOSITUM s. GRAMINATUM.

Rec. Myrrhae Unc. duas, Gummi Arab.

Drachm. duas, pulverata cum Aquae s. q. in Emulsionem redige in quo liquore solve Extr. Graminis Unc. quatuor.

EXTRACTUM MYRRHAE SPIRITUOSUM s. resinosum Weingeistiges Myrrhenextract. *Extrait alcoolique de Myrrhe.*

Ph. Gall. (1837) Rec. Myrrh. Unc. unam, digere in cucurbita cum Spiritus Vini rect. Unc. quatuor, filtra, spiritum destillatione evoca, et residuum ad extracti consistentiam redige. Ph. Sard. consentit.

EXTRACTUM NARCISSI PRATENSIS, s. Narcissi Pseudo-Narcissi. Gemeiner Narcissenextract. *Extrait de Narcisse de prés.*

Ph. Gall. (1818) Florum Narcissi Pseudo-Narcissi partem unam frigida maceratione bis cum quatuor partibus aquae communis extrahi, et liquores per pannum trajectos inspissari proponit. Contra Ph. Gall. (1837) Extractionem spirituosam sicut in Extr. Aconiti spirituoso (p. 384) suo institui jubet. — Van Mons et Swediaur aqua frigida resp. tepida extrahi monent. — *Vis:* antispasmodica, nauseam excitans.

EXTRACTUM NASTURTII. Kressenextract. *Extrait de Cresson.*

Ph. Gall. (1837) Rec. Hb. Nasturtii officinalis recentis q. v., contunde, succum exprime, leni ebullitione fac albumen coire, cola et in balneo aquae ad extracti spissitudinem redige. — Ph. Sard. praevia destillatione aquae Unc. duas ex Hb. recentis Libr. octo elici jubet, hasque infuso evaporato ex residuo parato denique addi.

† EXTRACTUM NICOTIANAE s. Tabaci. Tabaksextract. *Extrait de Nicotiane.*

Rec. Foliorum Tabaci recentium (Nicotianae, ut ajunt, rusticanae) quantum vis, contunde, succum exprime, et operationes perge, quales voce Extracti Aconiti (p. 382) descriptae sunt. — Ph. Hass., Saxon. (1820) Succum expressum, faecula sub finem readmixta, evaporat — Ph. Herb. succum indefaecatum inspissari jubet. — Ph. Fenn. eo usque inspissari vult, ut quarta pars Pulv. sicci Hb. Nicotianae extracti consistentiam efficiat. Ex Foliis Nicotianae siccis, imo exoticis parari jubent hoc extractum. — Ph. Hamb., Hann. et Fuld. ad modum Extr. Absinthii infusione aquae fervidae communis. — Ph. Suec. bis cum duplo pondere aquae coqui praecipit. (*Vis:* narcotica, intoxicans, antispasmodica, diuretica, diaphoretica. *Usus* in hydrope, dysuria, tussi ferina, diabete.

EXTRACTUM NICOTIANAE MITIGATUM. Gemilbertes Tabaksextract. *Extrait de Nicotiane mitigé.*

Rec. Fol. Nicotianae sicc. q. v., maceratione cum magna vi aquae frigidae optime extrahatur; liquoribus his rejectis, residuo infundatur aquae fervidae pondus duplum, post refrigerium exprimatur liquor, qui l. a depuratus ad extracti consistentiam coeat. — Ph. Wirt. aquae fervidae pondus decuplum et decoctionem ad dimidii consumtionem commendat. — Van Mons clarificationem ope albuminis ovorum vult. — Disp. Brunsv., Lipp. prope accedunt. (*Usus:* in asthmate.) — Ph. Hann. primum cum Aquae pluvialis Libr. octo lavari Folia, dein cum eadem copia decoqui et decoctum solum inspissari vult.

EXTRACTUM NUCUM JUGLANDUM vid. Extractum Juglandis (p. 405).

† EXTRACTUM NUCUM VOMICARUM AQUOSUM. Wäßriges Brechnuß- oder Krähenaugenextract. *Extrait aqueux de Noix vomique.*

Rec. Nucum Vomicarum raspatarum Libr. unam, coque per horam dimidiam cum Aquae Libr. tribus, et preli ope liquorem fortiter exprime. Has operationes adhuc bis repete. Liquores subsidendo et decanthando depuratos rite ad extracti spissitudinem evaporent. — Ph. Bor. ed. 5, sicut Extr. Cascarillae suum (p. 390). — Ph. Saxon. ed. 2 quoque, sed ad siccum evaporari. - Ph. Bavar. aquae pondus octuplum bis adhiberi, et coctionem per horas tres institui monet. — Ph. Hass. et Wirt. prope accedunt. (Scatet principio amylaceo.)

† EXTRACTUM NUCUM VOMICARUM SPIRITUOSUM. Weingeistiges Brechnuß-extract. *Extrait alcoolique de Noix vomique.*

Synon.: Extractum Nucis Vomicae alcoholicum.

Rec. Nucum vomicarum raspatarum quantum placet, Spiritus Vini rectificatissimi quantum sufficit ad rasuram contegendam (pondus duplum circa). Digere per triginta sex horas, vas subinde agitando, et sub finem in balneo aquae paullum calefaciendo. Post refrigerium decanthato liquore residuum fortiter exprime. Digestionem cum nova quantitate Spiritus affusa repete, donec hic nullo colore et parum tantum adhuc

sapore inficiatur. Liquores mixtos per chartam bibulam filtratos subjice destillationi ad sextae partis remanentiam, quae dein in balneo aquae ad massae pilularis consistentiam evaporet. Caute serva in olla porcellanea. — *Vis:* narcotica, anodyna, antiparalytica.

Sit coloris e viridi fusci, solutione in aqua turbida, saporis peramari.

Usus: in membrorum paralysi, morbis spasmicis, diarrhoea, dysenteria.

Ph. Bor. ed. 5, Hann., Hass., Sax. ed. 2, Slesv.-Hols. exacte cum hac methodo congruunt. — Ph. Gall (1818) Spiritus Vini rectificati primum quadruplum, tum triplum pondus infundi jussit, Ph. Gall. (1837) contra Spiritum rectificatissimum in diem. — Ph. Ferrar. et Hamb. Spiritum rectificatum tantum praecipiunt. — EXTRACTUM SICCUM obtinebitur, si Extractum commune in patinis expansum leni calore exsiccatur; MAGENDIE praeterea in extractione temperaturam quam frigidissimam laudat.

EXTRACTUM OLEAE EUROPAEAE, s. Corticis Oleae europaeae. Oelbaumsrindenextract. *Extrait d'écorces d'Olivier.*

Rec. Corticis Oleae europaeae Libr. unam, in cucurbita infunde Spir. Vini rectificatissimi Libr. tres, macera per tres dies, effunde et residuum exprime. Denuo bis eadem Spiritus Vini copia infundatur et bene digesta exprimatur. Ex Tincturis filtratis Spiritus blanda destillatione eliciatur, tum residuum in balneo aquae ad extracti consistentiam redigatur. (In febribus intermittentibus profuisse dicitur. Pro pauperibus parabatur.)

EXTRACTUM OLEOSO-RESINOSUM CUBEBARUM, s. Filicis Maris, s. Seminis Cinae vid. Extractum Cubebarum aethereum et spirituosum (p. 397), Extr. Filicis Maris aethereum et spirituosum (p. 400), Extr. Seminis Cinae aethereum et spirituosum.

† EXTRACTUM OPII ACETOSUM s. aceticum. Essigsaures Opiumextract. *Extrait acétique d'Opium.*

PIERQUIN Unc. unam Opii extrahi jubet Unc. sedecim Aceti destillati, et liquorem filtratum in balneo aquae ad extracti spissitudinem evaporari.

† EXTRACTUM OPII AQUOSUM. Wäßriges Opiumextract. *Extrait aqueux d'Opium.*

Synon.: Extractum Opii gummosum, s. Aqua paratum, s. thebacium, Laudanum opiatum, s. simplex, Opium colatum, s. depuratum, s. gummosum, s. Extractum Meconii.

Rec. Opii electi Unciam unam, in taleolas dissecto infunde Aquae destillatae Uncias quatuor; per duas horas macerata atque emollita manibus optime malaxentur, denuo stent per horas duodecim, et tum per pannum colentur cum expressione. Residuo denuo infunde Aquae destillatae Uncias quatuor iterumque macerata cola cum expressione. Liquores subsidendo depuratos et decanthatos in aquae balneo ad extracti spissitudinem redige; huic infunde Aquae destillatae frigidae Uncias sex et agita ad solutionem promovendam; liquorem subsidendo paullum depuratum filtra et balneo aquae ad siccum redige. — *Vis:* sedans, anodyna, narcotica, intoxicans, antispasmodica.

Sit fuscum, madefactum colore flavo-fusco inquinans, odore peculiari narcotico Opii, aqua solutione limpida solubile, quae solutioni Ferri muriatici oxydati satis dilutae, ut fere incolor sit, addita illam colore fusco-rubro tingat. Optime cauteque servetur in vitris epistomiis vitreis vel suberinis bene munitis.

Usus idem fere ac Opii crudi, scilicet in morbis spasmicis atque convulsivis, colica saturnina, in doloribus nervosis variis leniendis.

Ph. Aust., Bavar., Bor. ed. 3 et 5, Dan., Hamb., Hann., Lusit., Oldenb., Polon., Saxon. ed. 2, Slesv-Hols. Opii Unc. una maceretur cum quatuor Unciis Aquae destillatae per horas quadraginta octo; liquor innatans decanthatione separatus in balneo aquae eo usque inspissetur, ut pulverari queat. Nonnulli Codices ad massam pilularem redigi jubent, quae quidem facillime mucedinem contrahit. — Ph. Gall. (1818) aquae quoque pondus quadruplum proponit, sed ad dimidium evaporatum liquorem

denuo seponi vult, ut resina secernatur, atque pellicula virosa in superficie innatans. Liquor denuo percolatus ad Extractum evaporet. — **Ph. Gall.** (1837) omnino cum nostra formula congruit. — **Ph. Hass.** Aquae Unc. tres; extractum denuo dissolvitur, tum ad siccum, — **Ph. Lond.** Aquae Unc. octo, bis; ad extracti consistentiam, — **Ph. Dubl.** Aq. fervidae Unc. sex, ter repetendum; colati liquores ad extracti spissitudinem evaporent. — **Ph. Ferr., Fuld., Hisp., Lipp.** Opium cum Aqua triturari suadent. — **Ph. Belg.** Opium sub filo aquae inter malaxationem elutriari, Liquores Albuminis ope clarificari, et quum spissescere inciperent, denuo colari praecipit. — **Ph. Suec.** maceratione diurna extrahi vult; aquae vim non indicat, sed extractum semel aqua dissolvi et iterum evaporare vult. — **Ph. Parm.** Opii Unc. unam, Aquae dest. Unc. decem, tum iterum sex. — **Ph. Brunsv., Palat., Wirt.** Rec. Opii Unc quatuor solve in Aquae comm. Libr. quatuor, Succi Citri Libr. semis; filtra, atque in extracti consistentiam evaporatione redige. Scriptorum de re medica discrepantiam hic accuratius perstringere operae pretium non est.

† EXTRACTUM OPII CINNABARINUM, s. Laudanum cinnabarinum. Opium-extract mit Zinnober.

Ph. Hisp. Rec. Extr. Opii aquosi Drachm. sex, Croci pulverati, Cinnabaris nativae laevigatae āā Drachm. tres; fiat massa cum pauxillo aquae in rotulas formanda, siccanda.

† EXTRACTUM OPII CROCATUM, s. Laudanum opiatum. Opiumextract mit Safran.

Ph. Palat., Wirt. Rec. Extr. Opii aquos. (Ph. Palat., Wirt.) Unc. duas, Extracti Croci, Opobalsami āā Drachm semis. — **Ph. Brunsv.** Pulverem Croci, cet. par. — **Ph. Hisp.** Rec. Extr. Opii aquosi Unc. duas, — Croci Unc. unam, Testar. Margaritarum (i. e. Matris Perlarum), Lap. Hyacinth. praep, Corall. praep. āā Drachm. unam et semis, Terrae sigill. Drachm. unam, Lap. Bezoar. Scrup. quatuor, Rasurae Cornu Cervi Scrup. duos; pulverata in pastam redige, ex qua trochisci formentur. — **Ph. Sard.** Extr. Opii, — Croci āā Unc. unam, Pulv. Succin. Drachm. sex, — Castor. Drachm. tres.

† EXTRACTUM OPII CYDONIATUM, s. Laudanum Opiatum Cydoniatum, s. Opium praeparatum Langelotti.

Ph. Palat., Wirt. Rec. Succi Cydonior. recenter expressi Libr. sex, Opii crudi in taleolas minimas scissi Libr. semis, digere leni calore ad extractionem; faecibus dein subsidentibus liquor clarus effundatur filtretur, inspissetur, tum addatur Ol. Cinnamomi, — Caryophyll., — Macid. āā Scrup. semis. — Gray: Rec. Opii Libr. unam, solve in Succi Cydonior. express. Libr. decem, adde Sal. Tartari Unc. unam, Sacch. alb. Unc. quatuor; fermentationi subjiciatur per aliquod tempus, tum colatum evaporet ad mellis spissitudinem; denuo solve in Spiritu Vini rect.; filtra, Spiritum elice, iterumque ad extracti spissitudinem inspissa. — Spielmann: Opii Libr. unam, Succ. Cydonior. express., Aq. comm. āā Libr. quinque, Sacch. alb. Unc. quatuor; fermentationi subjiciantur per aliquot tempus, tum per linteum colata evaporent. — Boriés: denique aliam formulam exhibuit, merito expungendam.

† EXTRACTUM OPII Diestii, s. per longam digestionem paratum, juxta formulam Drs. de Diest.

Ph. Gall. (1818) Rec. Opii in taleolas dissecti Libr. unam, Aq. comm. Libr. quatuor, bulliant leviter per semihoram, dein cola et colatum liquorem serva. Quod residuum est eodem modo decoquatur, et pari aquae quantitate; bis terve. Liquores in cucurbita leni igne indesinenter ebulliant leniter per sex (sic!) menses. Aqua interdum evaporatione dissipata restituenda est, ita ut cucurbita semper repleta maneat. Post hoc temporis spatium liquidum colatum per chartam bibulam in balneo aquae evaporet ad massae pilularis consistentiam. (Quondam immerita laude extollebatur, nunc plane exolevit.)

† EXTRACTUM OPII PER FERMENTATIONEM, sive fermentatione paratum juxta methodum Dr. Deyeux.

Rec. Opii in taleolas dissecti quantum opus est, maceretur in aqua cum fermento Cerevisiae, eo caloris gradu, qui optime fermentationi faveat, sc. 20° — 22° R. Liquor ubi limpidus evaserit, aqua addita diluendus est et colandus per chartam bibulam, bulliat deinde, donec odor virosus omnis evanuerit; denique evaporet ad Extracti durioris consistentiam. (Ponderum rationibus non indicatis nimis vaga est haec praescriptio atque varietatibus multis obnoxia. Pro Opii Unc. una sufficiunt Aquae Unc. decem, atque Fermenti Cerevisiae humidae Unc. semis.)

† EXTRACTUM OPII GLYCYRRHIZATUM vid. Laudanum diureticum.

† EXTRACTUM OPII GUMMOSUM vid. Extr. Opii aquosum; — — GUMMOSO-RESINOSUM vid. Extr. Opii spirituosum.

EXTRACTUM OPII absque MORPHINA, s. Morphina privatum.

Rec. Opii Unc. tres, solve in Aquae Unc. decem, adde Magnesiae ustae Drachm. unam et digere per horas aliquot, tum filtra et liquorem l. a. ad extracti consistentiam redige. (Non in usum receptum est)

† EXTRACTUM OPII absque NARCOTINA, s. Narcotina privatum. Narcotinfreies Opiumextract. *Extrait d'Opium privé de Narcotine.*

Rec. Extracti Opii aquosi quantum vis, dilue tanta aquae copia (dimidia circiter sui ponderis) ut Syrupi consistentiam habeat, quam in lagenam bene obturandam ingestam, cum octuplo miscelae Volumine Naphthae Vitrioli fortiter agita per duos

dies; Naphtham innatantem effunde, et alteram tantam copiam adde iterum bene conquassandam; hoc tertium repete, vel donec Naphtha evaporatione dissipata penitus avolet nullo residuo deposito. Extractum syrupiforme, Narcotinae expers, nunc in balneo Aquae ad pilularum massam evaporet. Hanc methodum Ph. Gall. (1837) recepit. Calore in extractione adhibito citius Narcotinam dissolvi ex Dublanc experimentis constat. Haec operatio in apparatu destillatorio instituenda, ut Naphtham ebullitione abactam colligas, tum ceteram innatantem quam citissime et adhuc calidam in alterum vas transfunde, quae operatio repetenda est, quoties Naphtha affusa Narcotinam adhuc abripuit. Naphtha destillata abluendo extracto inservit. — Ph. Ferrar., Gray, Rennie, cet. prope accedunt, nisi quod ponderum rationes incertiores reliquerunt.

† EXTRACTUM OPII RESINOSUM sec. Ph. Lusit. veterem obtinetur ex Opii Unc. una et Spir. Vini rectificatissimi Unc. tribus. (Attentione non satis dignum.)

† EXTRACTUM OPII SICCUM est Extractum Opii aquosum in tepidario, vel Solis radiis plane exsiccatum. — Ph. Gall. (1818) sicut Extr. Chinae frigide paratum.

† EXTRACTUM OPII SPIRITUOSUM, s. resinosum, s. alcoholicum, s. gummoso-resinosum, s. Opium depuratum, s. Extractum thebaicum, s. Laudanum opiatum. Weingeistiges Opiumextract. *Extrait d'Opium alcoolique.*

Ph. Bat. Opii Unc. duas digere per biduum cum Spir. Vini rectificatiss. Unc. quatuor, dein exprime et per chartam cola; residuum solve in Aq. comm. Unc. quatuor in pultem, hanc quoque per linteum cola, et liquores mixtos ad Opii crudi duritiem inspissa. — Ph. Lusit. (Opium depuratum) Opii Unc. una digestione dissolvitur in Spir. Vini rect Libr. una; tinctura, Spiritu per destillationem elicito, evaporet ad justam extracti molem. — Ph. Ferrar., Gall. milit. Opium primum aquae partibus duabus, tum una, postea una parte Spir. Vini extrahitur, et liquores commixti rite inspissantur. (Hoc extractum non est nisi Opium ab immunditiis purgatum, Opio crudo multo inferius, hodie plane obsoletum.)

† EXTRACTUM OPII THEBAICUM vid. Extractum Opii aquosum (p. 413).

† EXTRACTUM OPII VINOSUM, s. Laudanum opiatum. Weiniges Opiumextract. *Extrait d'Opium au Vin.*

Ph. Gall. (1837) Rec. Opii Libr. unam, in taleolas dissectum macera per diem cum Vini albi Libr. quatuor, interdum bene agitans; cola cum expressione; medullam remanentem denuo cum Vino albo dilue, iterumque per aliquot horas maceratam exprime; liquores vinosos per manicam trajice et aquae balneo ad extracti consistentiam redige. — Ph. Gall. (1818) Vini molem non indicat. — Ph. Hass. (1806) et Piderit Vini albi pondus duodecuplum Opii indicant. — Van Mons eandem ponderis rationem sed Vinum Maderanum proponit.

EXTRACTUM OSMUNDAE REGALIS. Schlangenzungenextract.

Paretur ex Hb. sicca Osmundae regalis (Ophioglossi Osmundae) infusione aquae fervidae sicut Extractum Absinthii. (In morbo anglico laudabatur.)

EXTRACTUM PAEONIAE, s. Radicis Paeoniae. Gichtrosenextract. *Extrait de Pivoine.*

Ph. Wirt. Rec. Rad. Paeoniae Libr. unam, infunde Aquae fervidae Libr. sex, stent per tres dies, tum coque parumper, cola et inspissa l. a. — Ph. Ferrar. Rad. Paeoniae Libr. una coquatur cum Aq. comm. fervid. Libr. tribus, etc.

EXTRACTUM PANCHYMAGOGUM Crollii. Allen Schleim abführendes Extract. *Extrait panchymagoge.*

Ph. Brunsv., Palat., Wirt. Rec. Scammonii Unc. unam, Rad. Rhei, Seminis Ebuli ãã Drachm. sex, Agarici albi Drachm. septem, Turbethi resinosi, Hermodactylorum ãã Drachm. quinque, Hellebori nigri Unc. semis, Fol. Sennae Unc. duas, Colocynth. Drachm. decem; minutim concisis infunde Aq. comm. fervidae Libr. duas, macerentur per viginti quatuor horas, et post unicam ebullitionem exprimantur, in expresso solve Aloës Succotr. Unc. tres. Residua expressa optime repetita infusione Spir. Vini rect. extrahantur, tincturae filtratae decocto aquoso admisceantur, et Spiritu per destillationem evocato, l. a. liquores ad Extracti consistentiam redigantur. (*Vis:* drastica, hydragoga. Quoad compositionem per multum simile est Extracti Cnicopharmaci, et Extr. Colocynth. compositi. Mixtio concinnior atque levior est Extr. Rhei compositum. Dispensatoria quaedam antiquiora imo formulas exhibuerunt aniliores, meritae oblivioni tradendas.)

EXTRACTUM PAPAVERIS ALBI, s. Capitum Papaveris somniferi. Mohnköpfeextract. *Extrait de Pavot.*

Ph. Hann. Rec. Capit. Papaveris albi, exemtis seminibus Libr. unam, Aquae ferventis Libr. octo, macerata per horas 24 decoque ad dimidium, liquor colatus in balneo aquae ad siccitatem evaporet. — Ph. Lond. multum consimilis. (*Vis:* antispastica, sedativa, somnifera. *Usus:* in agrypnia, affectionibus spasticis.)

EXTRACTUM PAPAVERIS ERRATICI, s. Rhoeados. Klatschrosenextract. *Extrait de Coquelicot.*

Paretur infusione aquae fervidae et expressione ex Capitibus Papaveris Rhoeados siccatis, sicut Extr. Absinthii. — Disp. Brunsv. macerationem et levem ebullitionem laudat.

Capita Papaveris adhuc viridia, antequam petala deciderint, decerpenda. — Ph. Ferrar. ex Floribus recentibus contundendis, exprimendis parari vult. — Ph. Sard. quoque Petala recentia adhiberi proponit methodo nimis inconcinna. (*Vis:* anodyna, sedans; *Usus:* in tussi gravi, diarrhoea, phthisi pulmonali, cet.

EXTRACTUM PAREGORICUM Batz.

Rec. Philonii Romani Unc. unam et semis, Mithridat. Drachm. quinque, Theriacae Londinens., Diascordii ana Drachm. tres, Aq. Card. bened. Libr. unam, Spir. Vini Unc. tres, macera; cola et exhala secundum artem.

EXTRACTUM PAREIRAE BRAVAE. Grieswurzelextract. *Extrait de Pareira brava.*

Ph. Gall. (1837) ex Radice Pareirae bravae parari jubet, sicut Extr. Absinthii suum (p. 381).

EXTRACTUM PATIENTIAE, s. Lapathi. Geduldwurzelextract. *Extrait de Patience.*

Ph. Gall. (1837) ex Radice sicca Rumicis Patientiae parari jubet sicut Extr. Absinthii suum; Van Mons maceratione, Taddei coctione.

EXTRACTUM PECTORALE Batz.

Rec. Hb. Scabiosae, — Hyssopi, — Hederae terrestr. ana Unc sex, — Marrub. alb., — Jaceae ana Unc. quinque, — Tussilaginis, Rad. Enulae ana Unc. novem, omnia recentia; contunde, exprime succum, qui l. a. despumatus atque depuratus ad Mellaginem evaporet.

EXTRACTUM PETICUM Batz.

Rec. Fol. Nicotianae exotica Unc. duas, Rad. liquir. Unc. unam, Fol. Asari recent. Drachm. decem, Sem Anisi Drachm. tres, — Coriandri Drachm. duas, Rad. Angelicae, — Galang. ana Scrup octo, macera tepide in Mellis despum. Unc. viginti per horas 24, exprime et exhala ad extracti consistentiam.

EXTRACTUM PETROSELINI. Petersilienextract. *Extrait de Persil.*

Ph. Gall. (1837) sicut Extr. Absinthii suum (p. 381) parari jubet ex Radice sicca Apii Petroselini.

EXTRACTUM PEUCEDANI. Saufenchelextract. *Extrait de Peucédan.*

Ph. Sard. ex Radice Peucedani officinalis ope Vini albi pondere quintuplo parari proponit, tridua scilicet digestione, expressione, altera infusione et expressione, denique justa evaporatione.

EXTRACTUM PHELLANDRII AQUATICI. Wasserfenchelextract. *Extrait de Phellandre aquatique.*

Paretur sicut Extractum Angelicae (p. 385). In phthisi pulmonali laudatur.

EXTRACTUM PHLEGMAGOGUM Quercetani.

Ph. Wirt. Rec. Agarici trochiscati Unc. quatuor, Hermodactylorum, Rad. Turbethi, Fol. Sennae, Sem. Carthami ana Unc. tres, Rad. Esulae Unc. unam, Colocynth. Unc. semis, Macid., Salis Gemmae ana Drachm. unam, et semis. Paretur sicut Extr. panchymagogum, scilicet extractione aquosa et spirituosa altera, liquoribus miscendis, et, Spiritu elicito, evaporando ad extracti consistentiam.

EXTRACTUM PIMPINELLAE ALBAE. Bibernellextract. *Extrait de Pimprenelle.*

Paretur ex Radice Pimpinellae Saxifragae Linn. sicut Extr. Angelicae (p. 385).

Ph. Bor. ed. 3 et 5, Hamb., Slesv.-Hols., Palat., Polon. suam quaeque discrepantiam voce Extracti Angelicae expositam servaverunt.

EXTRACTUM PINI vid. Extractum Turionum pini.

EXTRACTUM PIPERIS NIGRI. Pfefferextract. *Extrait de Poivre noir.*

Paretur ex Semine Piperis nigri sicut Extractum Angelicae (p. 385), ope Spiritus Vini rect.

EXTRACTUM PLANTAGINIS. Wegerichextract. *Extrait de Plantain.*

Ph. Wirt., Sard. Fol. Plantaginis Libr. una, aquae communis Libr. sex maceratione atque coctione extrahatur. — Ph. Herbip. ex Herba recente contusa succus exprimatur atque rite evaporet.

EXTRACTUM PLUMBI vid. Acetum Saturni (p. 13).

EXTRACTUM PODOPHYLLI. Fußblattwurzelextract. *Extrait de Podophylle.*

Gray: Radicis Podophylli (I, p. 268) Libr. una, Spir. Vini rect. Libris quinque, et Aquae Libr. duodecim extrahatur, liquores colati, Spiritu elicito rite spissescant. *Vis:* purgans.

EXTRACTUM POLYGALAE AMARAE. Bitter-Kreuzblumenextract. *Extrait de Polygale amère.*

Ph. Hass., Herbip. sicut Extractum Absinthii (p. 381) paretur ex Herba cum Radice.

EXTRACTUM POLYGALAE VIRGINICAE vid. Extractum Senegae.

EXTRACTUM POMORUM FERRARIUM vid. Extractum Martis pomatum (p. 409) et liquidum vid. Tinctura Martis pomata.

EXTRACTUM PRUNI PADI, s. Corticis Pruni Padi. Traubenkirschenrindeextract. *Extrait d'Ecorces de Cerisier à Grappes.*

Paretur infusione Aquae fervidae sicut Extr. Absinthii (p. 381) ex Cortice Pruni Padi.

† EXTRACTUM PULSATILLAE, s. Pulsatillae minoris, vel nigricantis, s. Pulsatillae aquosum. Wiesenküchenschelleextract, Schwarzküchenschellextract. *Extrait d'Anémone.*

α) ex Herba Anemones pratensis, s. minoris, s. nigricantis. Schwarze oder kleine Küchenschelle.

Paretur sicut Extractum Aconiti (p. 382) nostrum. — Ph. Bor. ed. 5. et Saxon. ed. 2. suam methodum, voce Extracti Aconiti expositam, secutae sunt. — Ph. Hann., Hass., Ross. succum Herbae recentis contusae absque defaecatione inspissari volunt. — Ph. Austr. coctionibus iteratis Herbae recentis. — Disp. Brunsv., Fuld., Lipp. coctione Herbae siccae cum sextuplo pondere Aquae extrahi praecipiunt. — Ph. Herbip. Hb. Pulsatill. recent. Spir. Vini rect. aa Libr. unam, Aq. comm. Libr. octo.

β) ex Herba Anemones Pulsatillae. Große Küchenschelle, Osterblume.

Ph. Gall. (1837) sola hanc speciem pro Anemone pratensi recepit. Quatenus vires differant, haud satis compertum est. — Ph. Gall. tres Extracti formas, nimis prolixe, praecepit; scilicet Succum expressum in tepidario absque defaecatione exsiccatum; Extractum ex Herba sicca ope Aquae communis paratum sicut Extr. Absinthii ejusdem Codicis, denique Extractum spirituosum ex Herba sicca sicut Extractum Aconiti spirituosum ejusdem Codicis elicitum. (*Usus:* in cataracta, oculorum morbis variis, paralysi, cet.)

EXTRACTUM PURGANS Disp. Lipp. vid. Extractum Catholicum (p. 391).

EXTRACTUM PYROLAE UMBELLATAE Gray recepit. Infusione Aquae fervidae paratur.

EXTRACTUM QUASSIAE. Quassiaextract. *Extrait de Quassia.*

Synon.: Extractum Ligni Quassiae.

Paretur sicut Extractum Cascarillae (p. 390), sub finem adde Spiritus Vini rectificatissimi parum, ut resinam aequabiliter distribuas.

Vis: tonica, roborans, stomachica.

Sit Extractum coloris fusci, crystallulis saepe immixtis, saporis pure amarissimi, solutione in Aqua turbida, affuso Liquore Ferri muriatici oxydati colorem non mutante, solubile.

Usus: in dyspepsia, anorexia, febribus intermittentibus, musculorum debilitate, hypochondria, cet.

Ph. Bor. ed. 5, Saxon. ed. 2. sicut Extr. Cascarillae suum. Ph. Amstel., Bor. ed. 3, Dan., Hamb., Hann., Oldenb., Polon., Ross., etc. Lignum ter quaterve cum decuplo vel duodecuplo pondere Aquae coquendum, coctiones bene depuratas inspissandas, denique ad aequabilem mixtionem parum Spiritus Vini rectificatissimi addendum, docent. — Ph. Bavar. primum infusionem cum quinque Aquae fervidae partibus, dein coctionem cum quindecim partibus aquae institui, liquores commixtos inspissari vult. — Ph. Gall. (1837) sicut Extr. Absinthii suum. — Ph. Herb., Brunsv., Amer., Parm. nonnisi leviter discrepant, ita ut earum dissensum perstringere operae pretium non sit.

EXTRACTUM QUASSIAE SPIRITUOSUM s. alcoholicum. Weingeistiges Quassiaextract. *Extrait alcoolique de Quassia.*

Paretur, si requiritur, Spiritu Vini rectificato cum pari Volumine Aquae destillatae diluto, ad modum Extr. Angelicae. — Disp. Fuld. Lignum primum cum sex partibus Spir. Vini Gallici, residuum cum tribus partibus Aquae fervidae extrahi vult. Liquores, Spiritu elicito mixti, evaporent ad justam spissitudinem. — Disp. Lipp. Ligni Libr. unam et semis primum cum Spiritus Vini Libr. sex, tum cum Aquae fervidae Libr. novem extrahi jubet, cet. ut antea.

EXTRACTUM QUERCUS, s. Corticis Quercus, s. Quercus Roboris. Eichenrindenextract, Loheextract. *Extrait d'écorce de Chêne.*

Paretur coctionibus iteratis ex Cortice Quercus (Lohe) Roboris vel pedunculatae sicut Extractum Cascarillae (p. 390). — Ph. Dubl. cum octo partibus Aquae. — Ph. Bor. castr. cum duodecim Aquae partibus. Brugnatelli cum sex. — *Vis:* adstringens, tonica. *Usus* in haemorrhagiis.

EXTRACTUM RATANHIAE. Ratanhiaextract. *Extrait de Ratanhia.*

Synon.: Extractum Ratanhae, s. Radicis Ratanhae, s. Krameriae triandrae.

Rec. Radicis Ratanhiae grossiuscule pulveratae Libram unam, coque per quadrantem horae cum Aquae communis Libris tribus et adhuc fervida cola cum forti expressione; has operationes ter quaterve repete, quamdiu liquores satis tincti prodeunt. Liquores expressos subsidentia depuratos primum igne aperto, tum balneo Aquae vel Calcariae muriaticae ad siccum redige. — *Vis:* valde adstringens.

Sit Extractum fragile, fracturae asphaltinae vitreae, aqua solutione

turbida solubile, saporis valde Styptici. Spiritu Vini prope ex toto dissolvitur. Infusum fervidum limpidum refrigeratione lactescit. In Extracti consistentia quoque a quibusdam Pharmacopoeis suadetur, sed tum minus ad Extracti venalis dosim accedit.

Ph. Hass., Hamb. iteratis coctionibus cum Aquae octo partibus parari praescribit. Ph. Bor. ed. 5. sicut Extr. Cascarillae suum. Ph. Hisp. repetitis infusionibus, Ph. Gall. (1837), et Van Mons Aqua frigida elixiviari volunt. Ph. Gall. (1818) Tincturam cum Spir. Vini rect. paratam inspissari proponit, Ph. Hass., Bor. ed. 5, Saxon. (1837) quoque Extractum Brasiliense venale siccum, si bonae notae est, in usum vocari concedunt.

Extractum Ratanhiae duobus praesertim constat materiis inter se diversis, altera aqua frigida solubili colore magis luteo-fusco, sapore adstringentissimo, altera aqua frigida insolubili, fervida solubili atque Spiritu Vini. Haec materia ad Apothema Extractorum accedit, in radice ipsa jam continetur, et assidua coctione creatur, quare in parando Extracto non nimia aquae vis est adhibenda. — Soubeiran, vir pro auctoritate sua spectatissimus, lixiviationem frigidam laudat, quia principium adstringens purius evadit. Extractum hoc modo paratum ex toto aqua frigida dissolvitur solutione limpida, contra coctum, venale et quod Spiritu paratum est, solutione perturbida. Extractum coctione paratum, si ad siccitatem redigitur, prope ad Extractum venale accedit pro specie et viribus.

EXTRACTUM RHABARBARI. Rhabarberextract. *Extrait de Rhubarbe.*

Synon.: Extractum Rhei, s. Rhei aquosum, s. Radicis Rhei.

Rec. Radicis Rhei in taleolas minutas dissectae Libram unam, infunde aquae tepidae Libras quatuor; macerata per horas viginti quatuor, tum sacculo linteo inclusa preli ope leviter exprime. Residuo infunde aquae tepidae Libras tres, et macerata per horas duodecim iterum exprime. Liquores elicitos filtra per chartam, subinde renovandam, tum balneo Aquae ad Extracti consistentiam redige. — *Vis:* minori dosi tonica, majori laxans.

Sit Extractum coloris atro-fusci, odoris et saporis rhabarbarini insignis, Aqua frigida fere ex toto solutione limpida, lutea solubile.

Usus: idem fere ac Radicis pulveratae.

In parando Extracto Rhab. Codicem Gall. (1837) secuti sumus, illi anni 1818 maxime consimilem. — Ph. Bavar duas macerationes cum quintuplo Aquae frigidae pondere institui praecipit. — Van Mons quoque extractionem frigidam laudat. — Ph. Bor. ed. 5, Saxon. ed. 2 sicut Extractum Absinthii (p. 381) suum, infusione Aquae fervidae. — Ph. Brunsv., Ferr., Palat., Wirt. macerationem cum sex partibus Aquae frigidae, tum levem ebullitionem volunt. — Ph. Hass., Slesv.-Hols., primum Aquae fervidae partes sex, tum quatuor infundi suadent; Ph. Parm. partes duodecim; Ph. Hisp. sedecim; Amstel., Sard. sedecim tum octo; Ph Bor. ed. 3, Dan., Hann., Lipp., Oldenb. coctiones binas cum octuplo, tum cum quadruplo Aquae pondere volunt. — Ph. Suec. ternas vel quaternas ebullitiones cum triplo Aquae pondere. (In parando Extracto Rhabarbari haec potissimum animadvertenda. Maceratione frigida Radicis, atque infusione fervida liquores limpidi, coctione vero turbidi, refrigerio jam magis turbati obtinentur. Horum liquorum unusquisque lege artis in Extracti formam redactus atque denuo Aqua susceptus materiam resinosam intactam derelinquit, Aqua frigida non solubilem, Spiritu Vini facile solubilem. Haec materia fusca, odore et sapore rhabarbarino summopere praedita, Aqua fervente partim dissolvitur; liquor fervidus colatus limpidus refrigerio turbatur. Iteratis coctionibus minores semper copiae solvuntur, ita ut (decompositione quadam) resina partibus in Aqua solubilibus ipsa solubilis esse videatur. Tali modo fieri potest, ut ipsa quidam frigida maceratione portiuncula quaedam hujus resinae in solutionem abeant, ceteris materiis quasi solubiles factae. Concentratione liquores limpidi decomponuntur in sedimentum resinae ditius, Aqua fervida, uti experti sumus, decomponendum. Radix Aqua frigida penitus exhausta denuo coctioni subjecta vel digestioni spirituosae magnam hujus resinae molem edit. Radice Rhabarbari Amylum non continetur, quare opinionem, hanc resinam principio tannico atque amylaceo conflatam esse, non statuendam censemus. Quum in partibus Aqua frigida solubilibus maxima virtus medica habitet, illam nostram parandi methodum ceteris anteferendam duximus. Qui vero coctione Radicem exhauriunt, liquores post refrigerium ut filtrent, videant. Quod si negligunt, majorem sane Extracti vim obtinebunt, sed farragine inerte nimis gravidam. Immiscendis

materiis alcalinis, uti Sale Tartari, nil nisi color mutatur et major resinae ratio in solutionem abit. Praeterea vis alcalina illi Radicis additur.)

EXTRACTUM RHEI COMPOSITUM. Zusammengesetztes Rhabarberextract. *Extrait de Rhubarbe composé.*

Nonnulli Codices, Synonymorum nimis studiosi, nomine *Extracti catholici* atque *panchymagogi* hoc Extractum appellavere, quod quidem injuria factum esse elucet, quum hae mixtiones drastica Colocynthidum atque Scammonii indole ex antiquissimis inde temporibus praeditae fuere.

Rec. Extracti Rhabarbari Uncias tres, Extracti Aloës Unciam unam. Leni calore in Aquae destillatae sufficiente, sed quam minima, copia solutis admisce Saponis Jalappini Unciam unam in Spiritus Vini rectificati sufficiente quantitate solutam. Solutiones mixtas in balneo Aquae ad massae pilularis spissitudinem redige. *Vis:* laxans.

Sit color e nigrescente fuscus, solutionis aquosae turbidae fusco-flavus.

Hanc formulam recepere Ph. Bor. ed. 5, Hamb., Hass., Oldenb., Saxon. ed. 2. Saponem Jalappinum omitti et Aloën pro Extracto Aloës (an lapsu typothetae?) sumi Ph. Polon. proponit. — Ph. Dan.: Extr. Rhabarb. Unc. duas, Extr. Aloës Drachm. quinque, Sapon. Jalappini Unc. unam. — PIDERIT: Rec. Extr. Rhabarb. Unc. duas, Extr. Aloës Unc. semis, Extr. Hellebori Drachm. unam et Grana triginta sex, Resinae Jalappae Drachm. duas et Grana viginti quatuor.

EXTRACTUM RHABARBARI SICCUM, s. Rhei siccum, s. Sal essentiale Rhei. Trocknes Rhabarberextract. *Extrait de Rhubarbe sec.*

Ph. Gall. (1818): Rad. Rhabarbari cum sextuplo pondere Aquae frigidae maceratur, tum denuo cum quadruplo extrahitur. Liquores colati ad syrupi spissitudinem evaporent, tum in orbes planos faventinos diffusi, ita ut stratum linearum duarum crassitiem non superet, in balneo maris vel tepidario plane exsiccentur. Extractum siccefactum cultelli ope ab orbibus abraditur. Servandum in vase accuratissime ab aeris accessu libero. Extractum aquosum nostrum calore moderato exsiccatum eidem usui inservit. Extractum Rhabarbari aquosum, quam facile mucedinem contrahit; exsiccatur, ubi rarius adhibetur, eoque longius asservatur.

EXTRACTUM RHABARBARI SPIRITUOSUM, s. Rhei alcoholicum. Weingeistiges Rhabarberextract. *Extrait de Rhubarbe alcoolique.*

Ph. Polon. Rec. Rad. Rhabarb., Spir. Vini rect. āā Libr. duas (Saxon. 1820 Spiritus tres), Aquae comm. Libr. novem. Digestione per horas 12 peracta, liquores exprimuntur, Spiritus elicitur et residuum ad extracti spissitudinem consumitur. — Ph. Fuld. et Herbip. Rad. Rhabarbar., Spir. Vini rect. āā Libr. unam, Aquae comm. Libr. octo. Ph. Lond. Rad. Rhabarb Libr. unam, Spir. Vini rect. Unc. sedecim, Aq. comm. Libr. novem. — Ph. Lusit. Rad. Rhabarb. Libr. unam, digere per quadriduum cum Spir. Vini rect. Libr. quatuor, residuum coque cum Aq. comm. Libr. decem ad duarum remanentiam (sic!). Spiritu l. a. elicito residuum ad extracti durioris spissitudinem evaporet.

EXTRACTUM RHOEADOS vid. Extractum Papaveris erratici (p. 415).

† EXTRACTUM RHOIS, s. Rhois radicantis et Toxicodendri. Sumachextract, Wurzelsumach- oder Giftsumachextract. *Extrait de Rhus radicans.*

Hoc extractum promiscue ex Foliis Rhois radicantis et Toxicodendri parari praecipitur, quum, quid inter ambas plantas pro virtutibus medicis intersit, experientia non satis compertum habemus.

Ph. Gall. (1837). Folia Rhois radicantis sive Toxicodendri in mortario lapideo contusa, Aquae pauxillo adsperso, sacculis linteis inclusa exprimantur. Succus expressus semel colatus in patinas latas tenuis strati effusus in tepidario (vel tempestate opportuna in loco calido) penitus siccescat. Cultelli ope a patinis abraditur. — Ph. Gall. (1818). Succum expressum balneo Aquae inspissari permittit; alterum quoque Extractum ex Foliis siccatis infusione Aquae fervidae parari concedit, quae quidem Extracta pro rei natura inter se multum discrepent necesse est. — Ph. Hann. (1819). Succum expressum absque defaecatione balneo Aquae inspissari docet. — Ph. Hass. faeculam primum despumatam sub finem admisceri Succo inspissato proponit. — VAN MONS inter contusionem Aquae dimidium pondus addit. — Ph. Belg. Folia siccata cum quintuplo Aquae pondere coqui praecipit. — Ph. Saxon. ed. 2. sicut Extractum Absinthii binis infusionibus parari docet. (*Vis:* venenata, incitans. *Usus:* in herpete et paralysi. Quibus cum planta recente laborandum est, non nisi vultu bene personato atque manibus nanicis bene munitis ad opus accingantur oportet, ut et vapores venenosos atque succi dispersi contactum omnino evitent; gravissimi enim casus harum cautelarum neglectu afferri possunt. Vis summopere venenosa plantae in principio volatili habitat, paratione extracti plerumque dissipando, ita ut extractum quibusdam maxime venenosum, aliis innoxium putetur. Extractum cum Baryta muriatica junctum in herpete profuit.

EXTRACTUM RORISMARINI. Rosmarinextract.

Ph. Herbip. Summitates Rorismarini, Spir. Vini āā Libr. una, Aquae comm. Libr. octo bene digesta exprimantur, colentur et Spiritu elicito ad aptam consistentiam redigantur.

EXTRACTUM RUBIAE TINCTORIAE AQUOSUM. Färberröthextract, Krappextract. *Extrait de Garance.*

Ph. Ferrar. Rad. Rubiae grossiuscule pulveratae Libr. una coctione cum Aq. comm. Libr. tribus bene extrahatur, et liquor rite inspissetur. — Taddei Aquae fervidae Libr. octo infundi suadet. Concinniore methodo paretur sicut Extr. Cascarillae (p. 390) nostrum.

EXTRACTUM RUBIAE TINCTORIAE SPIRITUOSUM.

Ph. Hann. (1819). Rad. Rubiae Libr. duas, Spir. Vini rect. Libr. tres, Aq. comm. Libr. novem. Radicem quoque Spiritu Vini rectificato mero extrahi alii praecipiunt. Spiritu destillatione abacto, liquores residui rite evaporent. — *Vis:* adstringens, ossa colore rubello tingens. In rhachitide laudabatur.

EXTRACTUM RUTAE, s. Rutae aquosum, s. Rutae graveolentis, s. Foliorum Rutae graveolentis. Rauteextract. *Extrait de Rue.*

Paretur ex Herba sicca Rutae graveolentis sicut Extractum Angelicae (p. 395) Ph. Gall. (1837) suam methodum voce Extr. Aconiti spirituosi (p. 384) expositam servavit. — Ph. Dubl., Edinb., Genev. coctionem cum octo Aquae partibus; Disp. Brunsv., Ph. Palat., Wirt. cum sex volunt. — Ph. Herbip. Hb. Rutae, Spir. Vini āā Libr. unam, Aq. comm. Libr. octo. (*Vis:* tonica stomachica, emmenagoga. Externe quoque adhibetur in ulceribus mundificandis.

EXTRACTUM SABINAE, s. Sabinae aquosum, s. Foliorum Sabinae. Sadebaumextract, Sevenbaumextract. *Extrait de Sabine.*

Paretur sicut Extractum Absinthii (p. 381) infusione aquae fervidae. False nonnullae Pharmacopoeae coctionem longiorem proponunt. Ph. Palat., Wirt. cum sex, Dubl., Saxon. (1820) cum octo, Ferrar. cum tribus aquae partibus coqui volunt. — Ph. Gall. (1837) sicut Extr. Aconiti spirituosum (p. 384) suum. — Ph. Herbip. Hb. Sabinae, Spir. Vini āā Libr. una, Aq. comm. Libr. octo. (*Vis:* emmenagoga, incitans. Indoles aetherea plantae praeparatione plerumque in auras abit.)

EXTRACTUM SALICIS, s. Salicis aquosum, s. Corticis Salicis. Weidenrindenextract. *Extrait d'écorces de Saule.*

Paretur ex Cortice Salicis sicco sicut Extractum Cascarillae nostrum (p. 390) teratis coctionibus cum triplo Aquae pondere. — Ph. Bor. ed. 5. quoque sicut Extr. Cascarillae suum. — Ph. Polon. cum Aquae partibus decem frigida maceratione extrahit. Ph. Bavar. coctionem cum duodecim, Hass. ter cum octo, Bor. ed. 3, Hann. (1819), Oldenb., Saxon. (1820) cum octo et postea cum quatuor, Ph. Hass. ter quaterve cum octo, Ruthen. castr. cum octo ad dimidium, Ph. Batav. cum decem partibus Aquae fervidae superfundi jubent. Ph. Gall. (1837) sicut Extr. Absinth. suum (p. 381). Ph. Austr. repetitas coctiones praecipit. Ph. Amstel. primum cum viginti tum cum quindecim Aquae partibus decoqui vult. Disp. Fuld. primum Corticem cum Spir. Vini gallici pondere sextuplo, tum residuum cum triplo Aquae extrahi proponit.

EXTRACTUM SALVIAE, s. Herbae Salviae. Salbeiextract. *Extrait de Sauge.*

Ph. Austr. iteratis coctionibus parari vult. Infusio Aquae fervidae anteponenda.

EXTRACTUM SAMBUCI vid. Roob Sambuci. Ex floribus parari jubet methodo satis inepta Ph. Sard. Jure expungendum hoc Extractum, si vero requiritur, sicut Extr. Absinthii nostrum parandum.

EXTRACTUM SANTONICI vid. Extractum Seminis Cinae (p. 421).

EXTRACTUM SAPONARIAE, s. Radicis Saponariae. Seifenkrautwurzelextract. *Extrait de Racines de Saponaire.*

Rec. Radicis Saponariae siccatae quantum vis, contunde in pulverem grossiusculum et affunde Aquae tepidae pondus duplum. Macerata per duodecim horas fortissime exprime; denuo infunde aquae tepidae eandem fere copiam, iterumque bene macerata exprime. Liquores junctos colatos rite ad Extracti spissitudinem redige.

Ph. Austr., Gall. (1837), Hann., Saxon. ed. 2, Slesv.-Hols. sicut Extractum Absinthii suum. — Ph. Hass. decoctionibus ternis vel quaternis cum Aquae pondere octuplo; Disp. Lipp. cum quadruplo. Swediaur quoque permittit succum ex foliis recentibus contusis expressum rite inspissari, cui quidem Van Mons assentitur. Ex Foliis siccatis extractum quoque secundum methodum Cadetianam i. e. expressione herbae humectatae tantum cum commodo parari potest. (*Vis:* secretiones [pulmonis, hepatis, renum] promovens. *Usus:* in morbis atonicis respirationis organorum, abdomine debilitato.)

EXTRACTUM SARSAPARILLAE, s. Radicis Sarsaparillae, s. Smilacis asperae. Sarsaparillenextract. *Extrait de Salsepareille.*

Paretur ex Radice Sarsaparillae decoctionibus ternis vel quaternis cum triplo pondere aquae sicut Extractum Cascarillae (p. 390). — Ph. Bat., Hisp. aliquoties cum Aquae pondere decuplo decoqui proponunt. — Ph. Lond. Rad. Sarsapar. Libr. unam cum Aq. comm. Libr. decem ad dimi-

dium decoqui, colari et liquorem colatum rite inspissari jubet. — Ph. Wirt. coctionem cum sex Aquae partibus. Ph. Sard. quoque. Ph. Gall. (1837) Spiritu Vini rectificato sicut Extr. Aconiti spirituosum suum parari docet. (*Vis:* diuretica, diaphoretica; sicut Radicis ipsius vel decocti. Mala propinandi formula, quia remedium nativum pretiosum caloris atque aeris vi depravatur.)

EXTRACTUM SASSAFRAS vid. Extractum Ligni Sassafras (p. 408).

† EXTRACTUM SATURNI vid. Acetum Saturni (p. 13).

EXTRACTUM SCILLAE, s. Squillae, s. Radicis Squillae. Meerzwiebelextract. *Extrait de Scille.*

Rec. Rad. Scillae maritimae siccae Libr. unam, dissectae infunde Spiritus Vini rectificati Libr. quatuor, macera per quatuor dies et exprime fortiter; medullae remanenti denuo infunde Spir. Vini rect. Libr. duas, macera per duos dies iterumque fortissime exprime. Tincturas junctas, si opus erit, filtra, destillatione blanda Spiritum evoca et residuum ad Extracti densitatem redige.

In hac formula Ph. Gall. (1837) secuti sumus pro concinnitate sua. Ph. Bor. ed. 5, Saxon. ed. 2. sicut Extr. Absinthii (p. 381) suum. — Ph. Hann. Rad. Scillae Libr. una digeratur cum Spir. Vini rect., Aq. comm. āā Libr. quinque. Liquores expressi, Spiritu rite elicito, ad massae pilularis densitatem redigantur. — Ph. Bav. Rec. Bulbor. Scillae (recent.) part. unam, contusos macera in Aquae partibus quatuor per viginti quatuor horas, et liquorem leviter expressum ad Extracti spissitudinem redige. — Ph. Austr., Belg. bulbos cum pauxillo Aquae contusos exprimi, succum absque defaecatione inspissari volunt. Ph. Parm. bulbos contusos tamdiu balneo aquae calefieri jubet, donec succus limpidus evadat. — Ph. Ferrar., Herbip. coctionem cum aqua laudant. — Ph. Hamb. sicut Extr. Angelicae. (*Vis:* minor atque Pulveris Radicis, usus idem.)

EXTRACTUM SCORDII, s. Herbae Scordii. Lachenknoblauchextract. *Extrait de Germandrée d'eau.*

Paretur ex Herba sicca Teucrii Scordii sicut Extractum Absinthii (p. 381) nostrum. Amarum, balsamicum.

EXTRACTUM SCORZONERAE. Schwarzwurzelextract. *Extrait de Scorzonère.*

Disp. Brunsv. Rad. Scorzonerae sicc. Libr. una maceretur in Aq. comm. Libr. sex per quatriduum, tum leniter ebulliant et exprimantur. Liquor expressus rite evaporet.

EXTRACTUM SCORZONERAE COMPOSITUM, Ducis Hetruriae dictum mixtio quisquiliarum inepta, leviter camphorata.

EXTRACTUM SEDATIVUM CITRATUM Cnoeffelii.

Rec. Opii Unc. duas, Succi Citri Libr. duas, Pulv. Cinnamomi, — Caryophyll. āā Unc. semis; digere, exprime, evapora. — EXTR. SEDATIVUM VIRILE. Rec. Extr. sedativi citrati Unc. duas et Drachm. duas, Magist. Corall., — Perlar. āā Gran. quindecim, Croci Drachm. duas, Ambrae Scrup. duos, Moschi Gran. quinque, Ol. Caryophyll., — Cinnamomi āā Gutt. quinque; fiat Extractum cum Spir. Vini dilutiore; idem MULIEBRE dictum Castorei Drachm. unam, Ol. Succini Gran. decem continet pro Moscho, Ambra et Oleis antecedentis.

EXTRACTUM SEMINIS CINAE AETHEREUM, s. Seminis Santonici aethereum, s. Extractum Seminis Cinae oleoso-resinosum. Aetherisches Zittwersamenextract. *Extrait éthéré de Semen Contra.*

Rec. Seminis Cinae recens contusi Uncias quatuor, in vitrum amplioris orificii immisso infunde Naphthae Vitrioli Libram unam. Bene obturata sepone per horas viginti quatuor interdum agitanda. Naphtham eminentem effunde (si opus fuerit, filtra quoque) in vas destillatorium praesens. Residuo denuo infunde Naphthae Uncias octo, iterumque digesta, effunde et cola. Naphtham ex balneo aquae blandissima destillatione elici, et residuum in patina aperta ad Syrupi spissioris consistentiam redige. — *Vis:* anthelminthica praesentissima. *Usus:* in vermibus infantum, ascaridibus, cet. Sit coloris intense viridis, odoris gravis penetrantis Santonicini, saporis amaricantis frigiduli Aqua non dissolvitur, sed Spiritu Vini rectificatissimo atque Naphtha Vitrioli. — Ph. Hamb. cum quadruplo pondere Naphthae extrahi jubet. — Cum pauciore Naphthae copia quoque parari potest tali modo. Semen Cinae recenter contusum immitte in pyxidem stanneam cylindricam quae infusionibus aquosis parandis plerumque inservit. Infunde Naphtham Vitrioli ut Semen plane imbutum illa obtegatur. Sepone. Pyxidem stanneam in jugamentum ligneum quadratum (Schraubzwinge der Tischler) ingere, ita ut ope cochleae ligneae et ligni orbicularis Seminibus impositi Naphtham saturatam exprimas, Seminibus siccis in pyxide relictis. Naphtham inclinatione totius apparatus celeriter in lagenam suppositam effunde, placentam Seminum cultelli ope sublevа, et denuo Naphtham infunde ut Semina immergantur. Liquores ternis extractionibus obtentos commisce, filtra, Naphtham destillatione elice, et residuum in Extracti oleosi formam in balneo redige.

EXTRACTUM SEMINIS CINAE AQUOSUM merito expungitur, quia virtutis peculiaris Seminis Cinae prope expers est.

EXTRACTUM SEMINIS CINAE SPIRITUOSUM. Weingeistiges Zittwer-

ſamenextract. *Extrait alcoolique de Semen Contra.*

Rec. Seminis Cinae recens pulverati quantum vis, immitte in vas amplioris orificii vel cucurbitam, infunde Spiritus Vini rectificatissimi q. s. ut liquor pollicem usque emineat. Calefiant in balneo aquae usque ebullire coeperint, tum igne demto lente refrigescant. Frigefacta cola cum expressione. Has operationes adhuc bis repete, et liquores collectos per filtram trajice, Spiritum blanda destillatione evoca, et residuum in balneo aquae ad Syrupi spissioris molem evapora, tum adde Aquae destillatae volumen Extracti triplum vel quadruplum et pistilli ope resinam viridem mollem exagita donec aquam recens infusam nonnisi leviter tingat. — *Vis:* anthelminthica eximia. — *Usus:* in vermibus infantum, ascaridibus, taenia. Cum saccharo tritum plerumque propinatur. Resinam refert mollem, viridem, aqua insolubilem, odoris fortis, saporis amaricantis urentis. Extracti aetherei pretiosioris vicem optime implere potest.

EXTRACTUM SENEGAE, s. Radicis Senegae, s. Polygalae virginicae. Senegawurzelextract. *Extrait de Racines de Polygala.*

Rec. Radicis Senegae grossiuscule pulveratae quantum vis, in cucurbitam immissae infunde Spir. Vini rect. quantum satis ut parum supereminecat. Digere leni calore per dies aliquot, tum liquorem forti pressione elice; denuo infunde Spir. Vini eandem molem, iterumque digesta exprime. Tertium infunde Spir. Vini rect. et Aq. commun. āā par pondus q. s. ut pollices aliquot supereemineant; denuo digestâ exprime; liquores commixtos filtra, destillationi blandae subjice et residuum evaporet ad extracti spissitudinem.

Ph. Bor. ed. 5. sicut Extr. Aconiti spirituosum suum. — Disp. Fuld. cum sextuplo pondere Spir. Vini gallici digeri proponit radicem, et residuum cum triplo Aquae pondere coqui proponit; liquores separati ad mellis spissitudinem redacti intime miscentur et denique ad extracti molem redigantur. — Ph. Hann. primum cum octuplo, tum quadruplo Aquae pondere coqui jubet. — Ph. Saxon. ed. 2. Radicem contusam rudîter et cum dimidio pondere Aquae humectatam in cylindro stanneo elixiviari docet secundum methodum Boullay-Robiquetianum; liquores limpidos rite inspissari. — Ph. Hass. binis vel ternis coctionibus cum Aquae pondere octuplo ad dimidii remanentiam parari vult. — Ph. Bor. 3, Hamb. et Saxon. (1820). Radicis Libr. duas, Spir. Vini rect. Libr. tres, Aq. comm. Libr. novem.

EXTRACTUM SENNAE, s. Foliorum Sennae. Sennesblätterextract. *Extrait de Feuilles de Senne.*

Paretur Infusione aquae calidae (nec ferventis calidae) sicut Extractum Absinthii (p. 381) ex Foliis Sennae paullum concisis. Nonnisi post refrigerium colentur infusa, quia Aqua fervida, atque praesertim coctione principium resinosum dissolvitur, quod abdominis dolores ciet. Liquores evaporent lenissimo igne inter assiduam agitationem, ne caloris injuria omnem vim medicam perdant.—Ph Sard, Wirt. macerationem cum sextuplo Aquae pondere loco calido proponunt.— Ph. Gall. (1837) lixiviationem (difficulter instituendam ob foliorum viscositatem) praecipit. Ita obtinetur Extractum Sennae frigide paratum vel Sal essentiale Sennae. — Ph. Herbip. Foliorum aequale pondus Spiritus Vini addit aquae — *Vis:* laxans. Infuso recens parato Foliorum omnino postponendum est hoc Extractum, quod inter parationem ob laborantis incuriam detrimentum facile capit.

EXTRACTUM SILIQUAE DULCIS. Johannisbrodextract.

Ph. Hisp. Siliquis dulcibus infunde Aquae fervidae triplum per biduum vel triduum et coque ad mollitiem Liquorem expressum, per subsidentiam defaecatum cola, et in Extracti spissitudinem redige.

EXTRACTUM SIMARUBAE. Simaruba-extract.

Paretur decoctione sicut Extractum Cascarillae (p. 390)

EXTRACTUM SMILACIS vid. Extractum Sarsaparillae (p. 420)

EXTRACTUM SOLUTIVUM Disp. Brunsv. Rec. Fol. Sennae, Rad. Rhabarb. āā Unc. tres, Cinnamom., Sem Anisi āā Drachm. unam, Tartari tartarisati Drachm. unam et semis; in pulverem redacta bene extrahe digestione nocturna cum Aquae comm. Libr. una; liquorem colatum ad Extracti consistentiam redige.

† EXTRACTUM STRAMONII. Stechapfelextract. *Extrait de Stramonium.*

Synon.: Extractum Daturae Stramonii, s. succus Stramonii inspissatus, s. concretus. Stachelnußextract. *Extrait de Stramoine.*

Paretur sicut Extractum Aconiti (p. 382) ex herba recente.

Succum Herbae recentis contusae expressum statim absque defaecatione inspissari (vel sub finem coctionis faeculam succo despumato readmisceri) volunt Ph. Amer., Brunsv., Dan., Ferrar., Fuld., Genev., Hann., Hass., Herb., Lipp., Ross., Slesv.-Hols. Wirtemb. —

Ph. Bor. ed. 5, sicut Extr. Aconiti (p. 383) suum. — Ph. Bat., Belg., Fenn., Suec. succum non defaecatum eo usque inspissari jubent, ut quarta sui ponderis pars pulveris Herbae Stramonii sicca sufficiat ad Extracti crassitudinem conciliandam. — Ph. Hass. (1806) succum exprimi, residuum cum Aqua coqui et liquores mixtos rite inspissari vult. — Ph. Gall. (1837) quatuor (1818 nullam) Extracti Stramonii formas admittit; primam Succum non defaecatum in patinis planis faventinis expansum tepidarii calore exsiccatum; alteram Succum coctione clarefactum inspissatum; tertiam Extractum aquosum ex Herba sicca sicut Extr. Absinthii, denique Extr. spirituosum ex Herba sicca sicut Extr. Aconiti spirituosum ejusdem Codicis (p. 384) paratum. (*Vis:* narcotica, intoxicans, anodyna, soporifera.)

† EXTRACTUM STRAMONII E SEMINIBUS. Stechapfelsamenextract. *Extrait de Semences de Stramonium.*

Rec. Seminis Stramonii quantum vis, optime contunde et per cribrum trajice. In vitrum aptum vel cucurbitam immisso infunde Spir. Vini rectificati pondus duplum, digere per diem leni calore et cola cum forti expressione. Has digestiones et expressiones adhuc bis repete, Spiritum ex tincturis blanda destillatione elice et residuum in balneo aquae ad Extracti consistentiam redige, Extractum obtentum aquae destillatae quadruplo pondere solve et solutionem, materia resinosa rejecta, denuo ad Extracti spissitudinem cautissime redige. — Ph. Hann. sicut Extr. Hyoscyami e Seminibus suum (p. 404). — Ph. Lond. Semina primum in decupla Aquae vi leni calore primum macerari, tum exemta contundi, contusa in liquorem rejecta decoqui, decoctionem calentem colari et ad idoneam spissitudinem consumi vult. (*Vis:* narcotica, sicut Extr. antecedentis, sed validior.)

EXTRACTUM TABACI vid. Extractum Nicotianae (p. 412).

EXTRACTUM TANACETI, s. Tanaceti aquosum. Rainfarrnextract. *Extrait de Tanaisie.*

Paretur ex Herba sicca Tanaceti vulgaris sicut Extractum Absinthii (p. 381). — Ph. Brunsv., Fuld., Hass., Lipp., Sax., Slesv.-Hols., Wirt. sicut Extr. Absinthii cujusvis. Ph. Herbip. Hb. Tanacet., Spir. Vini rect. āā Libr. unam, Aq. Libr. octo. (*Vis:* anthelminthica.)

EXTRACTUM TARAXACI. Löwenzahnextract. *Extrait de Pissenlit.*

Synon.: Extractum Leontodontis Taraxaci.

Paretur ex Herba sicca cum Radicibus Leontodontis Taraxaci sicut Extractum Absinthii (p. 381). *Vis:* resolvens, tonica, alvum leviter laxans, diuretica.

Omnes fere Codices hoc Extractum pro viritutibus suis recepere, quorum dissensus idem est atque in Extracto Absinthii. — Ph. Gall. (1837) Succum expressum Herbae contusae bene defaecatum ad Extracti consistentiam consumi docet.

EXTRACTUM TARAXACI LIQUIDUM, s. Inspissamentum Taraxaci, Mellago Taraxaci. Löwenzahndicksaft.

Paretur sicut Extractum Graminis liquidum (p. 402) ab iisdem quoque Codicibus receptum est. Extractum Taraxaci, quum paratur, et ad Mellaginis densitatem reductum iidem usui inservit. Ex tempore quoque parari licet ex Extracti Partibus tribus et Aquae una. (*Vis:* sicut Extracti.)

EXTRACTUM TAXI BACCATAE.

Ph. Hamb. (1835) ex foliis Taxi cum Aqua contusis succum exprimi, defaecari, inspissari, sub finem evaporationis faeculam readmisceri vult.

EXTRACTUM THEAE ex China afferri dicitur.

EXTRACTUM THEBAICUM etc. vid. Extr. Opii.

EXTRACTUM THEBAICUM AMMONIACALE vid. Elixir e Succo Liquiritiae (p. 302).

EXTRACTUM TORMENTILLAE, s. Radicis Tormentillae. Tormentillwurzelextract, Blutkrautextract.

Paretur sicut Extractum Absinthii (p. 381) ex Radice Tormentillae erectae. — Ph. Austr. plures coctiones laudat. — Ph. Bav., Hamb., Lipp. binas coctiones cum octo, tum quatuor Aquae partibus. — Ph. Pal., Brunsv., Wirt. Aquae partes sex. Ph. Bat. Aquae partes decem, tum octo, duabus coctionibus. Ph. Amstel. Aquae partes viginti, tum quindecim. Ph. Hisp., Parm., Sard., Ruthena castr. quoque receperunt. (*Vis:* adstringens.)

EXTRACTUM TRIFOLII FIBRINI. Fieberkleeextract. *Extrait de Trèfle d'eau.*

Synon.: Extractum Trifolii aquatici, s. Menyanthis trifoliatae, Succus concretus Trifolii. Bitterkleeextract.

Paretur ex Herba sicca Trifolii fibrini sicut Extractum Absinthii (p. 381). — *Vis:* tonica, stomachica, roborans, emmenagoga.

Sit Extractum fuscum aequabile, odoris grati balsamici, saporis amari. *Usus:* in dyspepsia, arthritide, febri intermittente.

Codicum discrepantia eadem fere atque in Extracto Absinthii, cujus expositionem accuratius referre operae pretium non est. Ph. Gall. (1818 et 1837) Succum Herbae recentis expressum (1837 ebullitione clarificatum) inspissari volunt.

EXTRACTUM TRIFOLII FIBRINI LIQUIDUM, s. Trifolii liquidum, s. Mellago Trifolii. Fieberkleedicksaft.

Ph. Hann. ex Herba recenti Trifolii fibrini parari proponit sicut Extr. Graminis liquidum, insperso inter contusionem dimidio pondere Aquae.

EXTRACTUM TROCHISCORUM ALHANDAL.

Disp. Brand. ex Trochiscis Alhandal in pulverem redactis Aqua communi et Spir. Vini tartarisati dimidia parte Aquae extrahi, liquores filtratos ad extracti spissitudinem redigi vult. (Merito exolevit.)

EXTRACTUM TRITICI REPENTIS vid. Extractum Graminis (p. 401).

EXTRACTUM TURIONUM PINI, s. Pini. Tannensprossenextract. *Extrait de bourgeons de Sapin.*

Disp. Lipp. Rec. Turionum Pini Libr. unam, et semis, l. a. extrahe Spir. Vini rect. Libr. sex; residuo infunde Aq. fervidae Libr. novem; Spiritu elicito colaturas misce et ad justam spissitudinem redige.—Disp. Fuld. Turionum Pini Libr. unam primum Spir. Vini rect. Libr. sex extrahe, tum residuum Aquae fervidae infusis Libr. tribus, etc.—Ph. Ross., Suec., Palat., Wirt. Turionum Libr. unam coctione cum sex Aquae partibus extrahi proponunt. Infusio Aquae fervidae sicut in Extr. Absinthii certe anteponenda.

EXTRACTUM TURPETHI, s. Radicis Turpethi. Turpethwurzelextract.

Ph. Wirt. Rec. Rad. Turpethi Libr. unam, Spir. Vini rect. Libr. quinque ad sex, extrahe digestione, cola cum expressione, residuo infunde Aq. fervidae Libr. tres, decoctum Albuminis ope clarifica, liquores commisce, Spiritum destillatione elice, et residuum ad extr. consistentiam redige. (*Vis:* drastica. Exolevit.)

EXTRACTUM ULMI, s. corticis Ulmi. Rüsterextract. *Extrait d'Orme.*

Ph. Austr. 1820 (1834 omisit) ex cortice Ulmi interiore pluribus coctionibus et evaporatione parari jubet.

EXTRACTUM URTICAE, s. Urticae dioicae, Inspissamentum Urticarum Ph. Hisp. Brennnesselextract. *Extrait d'Ortie.*

Ph. Gall. (1837) Succum Urticae dioicae recentis Foliorum et stipitum contusorum expressum et ebullitione clarificatum inspissari vult.—Ph. Hisp. sola subsidentia, nec ebullitione, succum antea depurari jubet.

EXTRACTUM UTERINUM Potrati.

Rec. Extr. Hellebori nigri Unc. unam, Scammonii repurgati Drachm. tres, Aloës Unc. unam et semis, Croci Martis Drachm. sex et semis, Lapid. Haematit. Drachm unam, Olei Succini Scrup. unum,—Macid. Scrup. semis, misce omnia, pauco Melle rosato addito, in Extracti formam.

EXTRACTUM UVAE URSI. Bärentraubenblätterextract. *Extrait de Raisin d'Ours.*

Ph. Lond. (1836) Rec. Hb. Uvae Ursi Libr. duas et semis, infunde Aq. (destill.) fervidae Libr. viginti unam; digere per diem, coque ad Libr. decem, cola adhuc fervida et inspissa ad justam Extracti molem. Melius parari licet sicut Extr. Absinthii nostrum. Ph. Hamb. sicut Extr. Absinthii (p. 381) nostrum.

EXTRACTUM VALERIANAE COCTUM, s. aquosum. Wäßriges, oder heißbereitetes Baldrianextract. *Extrait de Valeriane*

Rec. Radicis Valerianae mundatae et parum comminutae Libram unam infunde Aquae communis Libras duas Igni imposita sensim calefiant ad ebullitionem lenem, quam per minuta aliquot (tres ad quatuor) protende. Operculo imposito et igne demto lente omnia refrigescant, frigefacta colentur cum expressione, quae operationes semel adhuc repetendae; liquores colatione et decanthatione depurati lenissimo igni impositi et continue agitati ad Extracti densitatem redigantur.—Ph. Suec. omnino congruit. Ph. Austr. plures coctiones vult. Disp. Brunsv. primum digestionem per quatuor dies, tum coctionem cum sex Aquae partibus proponit. Ph. Dubl. eandem methodum sequitur. Ph. Parm., Ferr. infusionem Aquae fervidae Libr. sex vel octo admittunt. Ph. Bat, Hisp. binis coctionibus cum decem et octo Aquae partibus, Ph. Amstel. cum viginti, tum quindecim. (*Vis:* excitans, antispasmodica. In parando Extracto Valerianae summa opera niti decet, ut quam minimam aquae vim sufficientem adhibeas, ne evaporatione longiore indoles aetherea atque antispasmodica in auras abigatur. Binas ergo extractiones instituendas, et partis extracti exiguae jacturam corruptelae totius anteponendam putavimus. Lenem coctionem i. e. ebullitionem infusioni fervidae quoque antetulimus, quum experientia compertum est, odorem fragrantem balsamicum leni coctione validius excitari quam aqua tantum calida infusa.)

EXTRACTUM VALERIANAE FRIGIDE PARATUM. Kaltbereitetes Baldrianextract. *Extrait de Valeriane à froid.*

Rec. Radicis Valerianae in pulverem

grossiusculum contusae Libram unam, Aquae destillatae q. s. ut pollicem usque emineat. Stent per horas quadraginta octo, saepius agitata, et liquor exprimatur. Haec operatio bis terve repetatur. Liquores expressi et colati in balneo vaporis ad mellaginis consistentiam leniter evaporent. Massam frigefactam dilue Aquae destillatae ea quantitate ut filtrari possit. Post filtrationem per chartam bibulam liquor iterum in balneo vaporis ad mellaginis consistentiam inspissetur et operatio repetatur, donec Extractum solutione limpida solvatur. Serva in vasis vitreis bene obturatis.

Hanc praeparationem ad fidem verborum ex Ph. Bor. ed. 5. desumtam, pluribusque Codicibus spectatis receptam, omnino damnandam esse censemus. Quoad odorem atque indolem aetheream permultum ab Extracto rite per coctionem parato superatur. Ex Radicibus Valerianae Aqua frigida exhaustis magnam Olei aetherei Valerianae vim destillatione elici experientia compertum habes. Ergo in parando Extracto Valerianae illud principium aethereum antispasmodicum e radicibus evocandum, nec tamen, uti plerumque accidit, diuturna ebullitione abigendum est. — Ph. Saxon. ed. 2. Radicem Aquae frigidae quadruplo pondere extrahi proponit. — Ph. Slesv.-Hols. Radicis Libr. unam primum sextuplo, tum quadruplo pondere Aquae frigidae extrahi et liquores ad Unciarum novem remanentium evaporatione reductos atque frigefactos filtrari, tum ad Extracti normalem consistentiam inspissari bene praecipit. — Ph. Hann. Radicis Libr. unam primum Aquae comm. frigid. Libr. duodecim, tum sex extrahi, liquores ad mellaginis consistentiam redigi, denuo solvi ut filtrari possint, tum iterum in balneo vaporis ad Extracti consistentiam inspissari jubet. — Ph. Gall. (1818) bis cum quadruplo Aquae pondere, Ph. Bav. cum sextuplo proponit extrahi. Disp. Fuld. Radicem in manica Hippocratis Aqua frigida superfusa exhauriri vult. (*Vis:* eadem atque praecedentis sed debilior. Sit Extractum fuscorufum, splendens, consistentiae aequabilis, ab illo cocti recedentis, saporis dulciusculi aromatici; solutione aqua subturbida solubile. — Ph. Saxon. atque Boruss. solutionem limpidam postulant.)

EXTRACTUM VALERIANAE SPIRITUOSUM. Weingeistiges Baldrianextract. *Extrait de Valeriane alcoolique.*

Rec. Radicis Valerianae grossiuscule pulveratae Libram unam, in cucurbita infunde Spiritus Vini rectificati Libras duas, digere per horas viginti quatuor tum ex sacculo linteo celeriter cola cum forti expressione. Residuo iterum infunde Spiritus Vini rectificati Libras duas et iterum digesta fortiter exprime. Liquores collectos filtra, ex cucurbita vitrea blanda destillatione Spiritum elice, et residuum balneo aquae inter continuam (!) agitationem et ebullitione omnino evitata ad justam Extracti consistentiam redige. *Vis:* antispasmodica.

Ph. Gall. (1837) prope ad hanc methodum accedit, uti voce Extracti Aconiti spirituosi (p. 384) exhibitum est. — Ph. Bat., Hass. Radicis Valerianae Libr. duas, Spir. Vini rect. Libr. tres (Ph. Polon. duas cet. par.), Aq. comm. Libr. novem. — Ph. Dan. Rad. Valer. Libr. unam, Spir. Vini rect. Libr. duas, Aq. comm. Libr. quatuor; digesta in balneo Aquae exprime, Spiritum e balneo Aquae elice, et residuum ad Extracti consistentiam evapora. — Disp. Lipp. ex residuo expresso Aquae destillatae Valerianae cum triplo pondere Spiritus Vini rect. parari male praecipit. — Ph. Herbip. Radicem primum Spir. Vini rect. digerendam, tum cum Aquae comm. s. q. coquendam extrahi vult. (Extractum Valerianae spirituosum duabus formulis antecedentibus, quas exhibuimus, magnopere anteponendum pro virtutibus suis illas Radicis intactae aequiparantibus. Est odoris atque saporis fortis Valerianae, Aqua solutione turbida subflava dissolvitur, quod vitio minime vertatur.)

EXTRACTUM VERBASCI, s. Florum Verbasci. Wollblumenextract.

Ph. Herbip. Flores Verbasci bis cum suffic. quant. Spir. Vini rect. extrahi, Spiritum destillatione abigi, residuum rite inspissari proponit.

EXTRACTUM VERBENAE, s. Verbenae trifoliatae.

Ex Taddei praeceptis paretur ex Succo expresso Hb. Verbenae trifoliatae (Foliorum Aloysiae).

EXTRACTUM VERONICAE, s. Veronicae officinalis. Ehrenpreisextract. *Extrait de Véronique.*

Ph. Wirt., Brunsv. Rec. Hb. Veronicae Libr. unam macera per dies quatuor loco calido cum Aq. comm. Libr. sex, tum coque parumper, cola et liquores rite ad extracti consistentiam consume. — Ph. Sard. Aquam inter coctionem in vesica obtentam denique admisceri jubet. — Taddei ex succo expresso fieri vult.

EXTRACTUM VINCETOXICI. Schwalbenwurzelextract.

Ph. Wirt. Radicis Vincetoxici Libr. unam

primum Spir. Vini rect. Libr. quinque vel sex, tum Aquae fervidae Libr. tribus extrahi, ex liquoribus commixtis Spiritum elici, et reliquum rite evaporari praecipit. — Disp. Brunsv. digestionem cum Aq. comm. partibus sex et levem coctionem docet. — Ph. Sard. bis cum Vini albi generosi partibus quinque ad sex extrahi vult liquores inspissandos.

EXTRACTUM VIOLAE TRICOLORIS vid. Extractum Jaceae (p. 405).

EXTRACTUM VIRGAUREAE. Goldruthe-extract.

Ph. Herbip. coctione cum Aquae comm. s. q. ex Herba Solidaginis Virgaureae parari instituit.

EXTRACTUM VISCI ALBI, s. Visci querni aquosum.

Ph. Ferrar. Stipit. Visci querni Libr. unam, coque cum Aq. comm. Libr. tribus, Colaturam albumine ovi clarificatam evapora.

EXTRACTUM VISCI ALBI VINOSUM.

Ph. Sard. bis cum quintuplo sive sextuplo pondere Vini albi generosi extractiones factas ad extracti spissitudinem inspissari vult.

EXTRACTUM VITIS PAMPINORUM. Weinrankenextract.

Ph. Bor. ed. 5. sicut Extractum Aconiti Herbae recentis (p. 383) suum parari jubet ex Pampinis recentibus Vitis viniferae. Sit coloris viridis, solutione in aqua viridi, turbida, saporis acidi adstringentis.

EXTRACTUM ZEDOARIAE. Zittwerextract. *Extrait de Zédoaire.*

Paretur ex Radice Zedoariae grossiuscule contusa sicut Extractum Angelicae (p. 385). Ph. Brunsv., Palat., Wirt. Radicem cum quintuplo vel sextuplo Spiritus Vini rect. pondere digestam exprime; expressam coque cum Aq. comm. pondere triplo, decoctionem albuminis ope clarifica, liquores, mixtos Spiritu blanda destillatione elicito, rite inspissa. Ph. Sard. cum Vini albi generosi pondere quintuplo vel sextuplo parari vult. — Taddei infusione Aquae fervidae octuplo pondere.

FAECULA, Satzmehl, *Fécule*,

sedimentum dicitur album, nitidum, granulosum, ex succo expresso atque e loto plantarum nonnullarum inter quietem depositum. Continetur radicibus permultis bulbosis, stipitibus Palmarum, seminibus graminum. Faecula plerumque amylacea (Amylum, Stärkemehl, *Amidon*) dicta ex diversis plantis obtenta parum diversa gaudet indole, et microscopio et arte chemica dignoscenda, attamen ut ejusdem generis materia esse videatur. Est pulvis albus, digitis pressus stridorem edens, odoris atque saporis expers, aqua gravior, texturae sphaericae concentricae novissimis temporibus summo cum studio exploratae. Aqua frigida vel Spiritu Vini non mutatur, aqua fervida in pultem gelatinosam (Kleister, *empois*) opalescente-pellucidam, siccando glutinescentem dissolvitur, leni calore torrefactum in materiam gummosam, aqua frigida solubilem vertitur. Cum acido sulphurico dilutiore per longius tempus coctum in saccharum grumosum (Traubenzucker) convertitur, uti etiam principio proprio germinatione seminum cerealium prolecto, *diastasi* quibusdam appellato. Amyli autem res chemicae summis adhuc tenebris opprimuntur. Amylum coctione solutum fermentatione lege artis instituta in Spiritum Vini convertitur, aëris contactui longe expositum acescit et in acidum lacticum commutatur.

Iodi ope Amylum facillime indagatur, cum quo vestigia minima quoque colorem coeruleum generant.

Faecula simili plerumque modo ex diversis plantis obtinetur. Radices recentes radulae ope in pultem aequabilem redactae, Semina aqua frigida imbuta atque turgida, sacculis linteis inclusa, aquae frigidae immersa assidue contorquentur atque contunduntur, ut faecula per telam abripiatur. Pultes radicum quoque in cribro setaceo aquae prosilientis radio expositae, manibus assidue tractatae supponuntur. Liquor turbidus profluens denuo per cribrum trajectus seponitur ut faecula fundum petat. Liquore imminente rejecto, faecula aliquoties aqua pura lavatur, denique aeris contactu in umbra siccatur, caloris adminiculo evitato.

FAECULA AMYLACEA vid. Amylum (I, p. 6).

FAECULA ARI, s. Ari maculati. Aronswurzelkraftmehl. *Fécule d'Aron.*

Rec. Radicum Ari succulentarum a sordibus et externa pellicula liberatarum q. v., radulae vel scobinae ferreae ope in pultem tenuem abrade, quam, addita dimidia parte aquae communis, in sacculis linteis inclusam sub prelo exprime. Residuum aliquoties cum aqua in pultem tenuem redactum iterum exprimatur, liquores turbidi obtenti per cribrum setaceum trajiciantur, et vasis figulinis suscepti stent sepositi, donec faecula fundum petierit, quam aliquoties aqua pura lavatam in umbra exsicca; bene siccam in pulverem redige, quem in vasis optime clausis serva. (*Usus:* Faecula Ari exolevit. Faecula amylacea, in commercio optimae notae prostans, substituitur.)

FAECULA ARISTOLOCHIAE. Osterluzeikraftmehl. *Fécule d'Aristoloche.*

Paratur ex Radicibus Aristolochiae rotundae et longae sicut Faecula Ari.

FAECULA ARROW-ROOT vid. Arrow-Root (I, p. 9).

FAECULA BELLADONNAE.

Van Mons: Rec. Foliorum recentium Belladonnae q. v., contunde pistilli lignei ope in mortario lapideo et exprime succum; residuum denuo cum Aquae pauxillo contusum iterum exprime; liquores mixtos sepone, decantha, et igni impositos calefac, donec faecula al-

buminosa concrescat, quam in colatorio suscep- tam atque elotam blando calore sicca et in pulverem redige. (Est haec faecula non amylacea sed albuminosa, virtutis medicae expers, e re medica expungenda. Nisi bene siccata est corruptelam subit et putredinem.)

FAECULA BRYONIAE. Zaunrübensatzmehl. *Fécule de Bryone.*

Paretur ex Radice recente Bryoniae albae sicut Faecula Ari, quam vide.

FAECULA CICUTAE.

Ex Van Monsii praecepto praeparetur sicut Faecula Belladonnae.

FAECULA CUCUMERIS AGRESTIS.

Ph. Genev., Van Mons: Fructus viridis Momordicae Elaterii seminibus exemtis in mortario contundantur cum Aquae pauxillo, succus decanthatione depuratus calefiat, donec faecula concreverit, quam bene lotam et blando calore siccatam serva.

FAECULA HIPPOCASTANI, s. Seminum Hippocastani. Roßkastaniensatzmehl. *Fécule de Marron d'Inde.*

Fructus Hippocastani, cortice exteriore demto, scobis ferreae ope abrade, quod quidem operosum est, et rasuram sicut Radicem Ari in Faecula Ari tracta. — Ph. Gall. (1818) exhibuit.

FAECULA HYOSCYAMI.

Sicut Faeculam Belladonnae ex Herba Hyoscyami parari jussit Van Monsius.

FAECULA IREOS, s. Iridis.

Ph. Gall. (1818) et Genev. sicut Faeculam Ari parari proponunt.

FAECULA MARANTAE vid. Arrow-Root (I, p. 9).

FAECULA PAEONIAE. Gichtrosensatzmehl. *Fécule de Pivoine.*

Ph. Wirt. sicut Faeculam Ari parari vult

FAECULA SAGITTARIAE vid. Arrow-Root (I, p. 9).

FAECULA STRAMONII.

Sicut Faecula Belladonnae ex Hb. Stramonii.

FALTRANK vid. Thea helvetica.

FARINA AMYGDALARUM. Mandelmehl, Mandelkleien.

Rec. Placent. Amygdal. dulc., Farin. Secalis āā Libr. tres, Pulv. Rad. Ireos Unc. sex, Ol. Lavend., — de Cedro āā Drachm. unam. Usus ad manus lavandas.

FARINAE EMOLLIENTES. Erweichende Mehlspecies. *Farines emollientes.*

Ph. Gall. (1837) Rec. Farinae Sem. Lini, — Secalis, — Hordei āā par pondus. — Spielmannus: Farin. Sem. Lini et Foenugraeci par pondus misceri suadet. (Cf. Species emollientes.)

FARINA HORDEI AMYGDALATA.

Taddei: Amygdal. dulc. excort. Unc. quatuor, contunde cum pauxillo Farinae Hordei tum adde Farinae Hordei ad pondus Libr. trium, et Sacchari albi Libr. unam. In olla fictili, cum farina frumenti lutata, in furno calefiat, donec lutum sit bene coctum.

FARINA HORDEI PRAEPARATA, Amylum Hordei Ph. Bavar., Hordeum praeparatum Ph. Saxon. Zubereitetes Gerstenmehl.

Ex Hufelandi praecepto praeparetur sec. Ph. Bavar., Boruss., Hamb., Saxon., Slesv.-Hols. Rec. Farinae Hordei Libr. duas, immitte in saccum linteum ita colligandum, ut non omnino repleatur, sed spatium quatuor fere pollicum vacuum remaneat inter farinam et ligaturam. Saccus tunc in aheno cupreo, stanno obducto, aqua repleto ita suspendatur, ut undequoque satis distet ab aheni parietibus; coquatur aqua per horas duodecim ad quatuordecim (Hamb. hor. 24) donec farina in globulum solidum transierit. Massae globosae, e sacco in patinam excussae, stratum exterius seu corticem glutinosum accurate cultri ope separa, farinam vero aqua non tactam modico calore sicca, contere, et serva in vase fictili. — Praeparandi methodus satis inepta, quae plerumque totius farinae jacturam secum fert, quia omnino ab aqua irrigatur. Non enim ea pars, quae salva prodit, eo melior atque efficacior fit, quo majorem farinae jacturam feceris. Igitur praestat sacculum omnino replere atque vinculis ita perstringere, ut farina moveri nequeat, ideoque citius cutem aquae imperviam assumat. Farina quoque indolem gummosam digestione facile induit, quando in vase bene clauso calori balnei vaporis per longum tempus exponitur. Sit pulvis farinosus, albus, vix luteorubens, odoris panis recens cocti hordeacei, saporis farinosi subdulcis valde mucilaginosi. *Usus:* pro alimento levi adhibetur in phthisi, atrophia, macritudine ablactantium. Cum lacte vaccino et saccharo conditum propinatur.

FARINAE RESOLVENTES. Auflösende Mehlspecies. *Farines resolutives.*

Ph. Gall. Rec. Farinae Foenugraeci, — Fabarum, — Orobi, — Lupini āā par pondus. M. Spielmannus: Rec. Farinae Secalis, — Tritici, — Hordei, — Fabarum āā par pondus. M.

FEBRIFUGUM Cranii est Regulus Antimonii medicinalis inconcinna paratus methodo; fusione Antimonii crudi Unc. quinque, cum Salis culinaris Unc. quatuor et Salis Tartari Unc. una. In cono fusorio metallum a scoriis separatum est.

FEBRIFUGUM SALSUM vid. Decoctum febrifugum salsum (p. 231).

FEL TAURI INSPISSATUM. Eingedickte Ochsengalle. *Fiel de boeuf epaissi.*

Synon.: Fel bovinum inspissatum, Extractum Bilis s. Fellis. *Bile inspissée, Bile de boeuf epaissie.*

Rec. Fellis taurini recentis (si

opus erit per telam trajecti) quantum vis, in balneo aquae inter continuam (!) agitationem ad Extracti spissitudinem redige.

Sit coloris e fuscescente-viridis, in aqua solutione limpida virescente solubile, odoris nauseosi nec tamen putridi, cupro non inquinatum, quod lamina ferrea immersa exploratur. — *Vis:* stomachica, resolvens, antacida.

FERCULUM COMMUNE vid. Farina Hordei amygdalata.

FERRI AMMONIO-CHLORIDUM vid. Sal. Ammoniacum martiatum

FERRI CARBONAS, s. **Ferri Carbonas praecipitatum** vid. Crocus Martis aperitivus (p. 209).

FERRI FERRO-CYANAS Ph. Amer. vid. Coeruleum Berolinense (I, p. 38).

FERRI IODIDUM vid. Ferrum jodatum.

FERRI PHOSPHAS vid. Ferrum phosphoricum.

FERRO POTASSIO-TARTRAS vid. Tartarus chalybeatus.

FERRI SESQUIOXYDUM Ph. Lond. vid. Crocus Martis aperitivus (p. 209).

FERRI SULPHAS vid. Vitriolum Martis purum.

FERRI SULPHURETUM vid. Ferrum sulphuratum (p. 431).

FERRO-CYANAS CHINII vid. Chinium ferro-cyanicum (p. 176).

FERRO-CYANAS POTASSAE vid. Kali borussicum (I, p. 163).

FERRUM ACETICUM vid. Liquor Ferri acetici

FERRUM ALCOHOLISATUM vid. Limatura Martis alcoholisata.

FERRUM AMMONIACALE, s. **ammoniatum** vid. Sal. Ammoniacum martiatum.

† **FERRUM ARSENICICUM**, s. **Arsenias Ferri.** Arsenikſaures Eisenoxydul. *Arseniate de Fer.*

Rec. Arsenici albi q. v., cum Spiritu Vini irroratum in pulverem subtilissimum contere, et admisce Nitri depurati pulverati par pondus. Mixta in crucibulum ingere ad dimidium tantum replendum. Igne caute circumdato massa primum liquescat, tum vaporibus nitrosis (circumspecte evitandis ne aspirentur) extricatis rubescat et tranquille fluat. Crucibulo ab igne amoto massa salina exemta Aqua fervida solvatur, solutio filtretur, et adjecta solutione Vitrioli Martis puri recens parata praecipitetur, quamdiu sedimentum coerulescenti-viridulum efficitur. Praecipitatum Aqua pura sedulo ablutum in umbra siccetur. In Cancro laudabatur loco Pulveris de Cosme. Cum adipe in unguenti formam redactum, adhibitum, imo etiam pulvis ipse penicilli ope adpictus est. Materiam cancrosam valde consumere praedicatur.

FERRUM BROMATUM. Brometſen. *Bromure de Fer.*

Rec. Limaturae Ferri Unc. unam, immitte in vitrum bene claudendum adde Aquae destillatae Unc. tres ad quatuor, tum sensim adjice Bromi Unc. unam et vas bene clausum interdumque agitandum sepone donec liquor colorem subviridem induerit. Filtra et liquorem limpidum cito evaporatione ad siccitatem redige. Massa salina subfusca, deliquescens, saporis styptici ferruginosi. A Magendio tentatum.

FERRUM CARBONATUM vid. Graphites depuratus.

FERRUM CARBONICUM vid. Crocus Martis aperitivus (p. 209).

FERRUM CITRATUM, s. **Ferrum citricum.** Citronenſaures Eiſenoxydul. *Citrate de Fer.*

Rec. Succi expressi fructuum Citri, digere cum sufficiente quantitate Limaturae Ferri, ut aliqua pars intacta remaneat, cola et in balneo aquae ad siccum redige.

FERRUM HYDROCYANICUM vid. Coeruleum Berolinense (I, p. 38).

FERRUM IODATUM, **Ferri Iodidum** Ph. Lond., **Ioduretum Ferri** Ph. Gall., **Ferrum hydroiodicum oxydulatum.** Jodeiſen, Eiſenjodür. *Iodure de Fer.*

Rec. Limaturae Ferri Drachm. duas, immitte in vas ferreum fusum, affunde Aquae destillatae Drachmas decem, tum sensim adjice Iodi Unciam unam, et digere interdum agitanda donec color primum rubicundus in subviridem mutatus sit. Liquorem citissime filtra, filtrum Aqua adspersa pauca ablue et liquorem limpidum extemplo in patina porcellanea ad siccum redige. Massa salina coloris subfusci, ad aërem humorem colligens, saporis styptici atramentarii.

In morbis chronicis scrophulosis, tabe mesenterica, scirrho, amenorrhoea, dyspepsia atonica laudabatur. — Ph. Gall. et Lond. in rem medicam receperunt.

FERRUM MURIATICUM OXYDATUM, s. **Hydrochloras Ferri, Chloretum ferricum** Berzelii, **Murias Ferri, Sesquichloretum Ferri, Ferrum salitum, Sal Martis muriaticus.** Salzsaures Eisenoxyd, Eisenchlorid, Anderthalb Chloreisen. *Muriate de Fer, Chlorure ferrique, Chlorure de Fer, Deutochlorure de Fer.*

Rec. Ferri oxydati nativi puri (Lapidis Haematitii in crystallis, rother Glaskopf) in pulverem subtilissimum redacti quantum vis, immitte in cucurbitam vitream balneo arenae impositam et affunde Acidi Salis concentrati pondus triplum ad quadruplum. Miscellam agitatione mixtam in balneo arenae fove, ut post longam digestionem sub finem leniter per horam dimidiam ebulliat. Post refrigerium liquorem limpidum innatantem extemplo filtro chartaceo immitte et Lapidi Haematitio ab Acido intacto denuo alteram Acidi Salis vim infunde, iterum bene digesta atque cocta filtro immitte, hasque operationes repete, donec Lapis fere totus solutus fuerit. Liquores junctos colore rubro-fusco saturate tinctos in patina porcellanea supra igne moderatissimo (sub finem conducit in balneo aquae) ad Syrupi spissitudinem redige. Patinam, lamina vitrea vel campana tectam, sepone in locum frigidum ut crystalli concrescant, quae interdum nonnisi post aliquot dies exoriri incipiunt, et per plures menses crescere pergunt. Liquor paullo magis inspissatus quoque ex toto coalescit gas hydrochloricum abunde evolvens. Cavendum est, ne igne incaute aucto salis aliqua pars decomponatur, atque Oxydum Ferri demittatur. Crystallisationem in patina ipsa ab humoris atmosphaerici aditu defensa, nec in vitro colli angustioris institui opus est, quia frusta perdura non sine vitri atque salis jactura eximi poterunt.

Sint crystalli citrinae vel rubellae subglobosae, in crustas crassas durissimas concretae, texturae radialis fibrosae, aqua ex toto solutione citrina solubiles, aëri expositae humorem colligentes atque in Oleum Martis deliquescentes.

Diversis quoque methodis Ferrum muriaticum oxydatum parari licet, nec tamen expeditius vel vilioris pretii. — E. gr. Solve Limaturam Martis in acido muriatico, filtra, adde Acidi adhibiti partem dimidiam, et inter ebullitionem cautam instilla Acidi nitrici q. s., ut color primum nigro-olivaceus in flavum mutatus fuerit. Evaporet ad crystallorum formationem, uti supra edoctum est. Satis prospere cedit.

Differt eo, quod Aquam non continet, Ferrum muriaticum oxydatum SUBLIMATUM sive ANHYDRUM, quod hac ratione paratur. Immitte crystallos, quas mox parari docuimus, in cucurbitam vel retortam vitream balneo arenae impositam, et ignem suppone primum lenem atque moderatum ut Aqua et Gas hydrochlorici magna vis abeat, tum sensim auctum, ut Sal anhydrus sublimetur. Condensantur in collo vasis bracteolae atropurpureae micantes, saepius in frusta densa concretae, post vitri fracturam statim cultelli ope abradendae et quam citissime in vitrum optime clausum ingerendae. Aquam ex aëre avidissime colligunt, nec sine ponderis incremento condi queunt.

Constat duobus Ponderibus Mixtionis Ferri et sex Chlori, ergo Atomon aequiparat 2006,36, crystallisatum cum Aqua continet Aquae Pond. Mixtionis duodecim, sive 40,268 partes centesimas.

Usus: per se datur interne liquoribus aliis immixtum, inservit praeterea tincturae nervino-tonicae Bestucheffi, Ferro oxydato hydrato, Sali Ammoniaco martiato, cet. parandis. Solubile est in Aqua, Spiritu et Naphtha.

FERRUM MURIATICUM OXYDULATUM, Chloretum ferrosum Berzelii. Salzsaures Eisenoxydul, Eisenchlorür. *Chlorure ferreux, Hydrochlorate de Protoxyde de Fer.*

Rec. Limaturae Martis vel Clavorum ferreorum q. v., immitte in cucurbitam vitream et affunde Acidi Salis puri q. s., ut Limatura fere tota solvatur. Quum gas hydrogenium sponte evolvi cessaverit, actioni chemicae caloris adminiculo succurre, cucurbitam balneo arenae imponens, atque cavens ut Limaturae aliqua pars sub finem intacta supersit. Liquorem subviridem cito per filtrum trajice et in patina porcellanea igne rapidiore, quam citissime fieri potest, ad siccum redige. Serva in vasis optime munitis. Est pulvis albus vel subflavescens, aëris contactu oxygenium attrahens atque inde colorem flavum induens, Aqua fere ex toto solubilis solutione subviridi-flavescente.

Constat uno Pondere Mixt. Ferri, et duobus Chlori, et Atomon aequiparat 781,86; cum quatuor Aquae Ponderibus Mixtionis crystallos exhibet subvirides, ad aërem deliquescentes, facile solubiles, saporis styptici atramentarii.

Per se non adhibetur, inservit vero Tincturae Ferri muriatici parandae.

FERRUM NITRICUM, Nitras Ferri. Salpetersaures Eisenoxyd.

Paretur ex Van Monsii praecepto (non satis concinno) ex Aethiope martiali et Acido nitrico. Praestat dissolvere Ferrum oxydatum in Acido Nitri. — Kerr docet Ferri in frustula dissecti Unc. unam et semis digeri cum Acidi Nitri Unc. tribus, cum Aquae Unc. quindecim antea dilutis. Solutione peracta

filtra, adde Acidi Nitri Drachm. unam et Aquae tantum ut Unc. triginta expleantur. Liquor coloris intense rubri, saporis adstringentis. Laudatum in diarrhoeis chronicis, typhosis.

FERRUM OXYDATUM FUSCUM vid. Crocus Martis aperitivus (p. 209).

FERRUM OXYDATUM HYDRATUM, s. **hydraticum.** Eisenoxydhydrat. *Hydrate de Peroxide de Fer.*

Rec. Ferri muriatici oxydati (vel Oleum Martis, vel Liquorem ex crystallisatione Ferri muriatici oxydati remanentem) q. v., solve (vel dilue) in Aquae communis partibus triginta ad quadraginta, et admisce Spiritus Salis Ammoniaci caustici q. s., ut Oxydum Ferri totum praecipitatum sit, quod odore leviter ammoniacali dignoscitur. Quum sedimentum fundum petierit, Aquam innatantem effunde, et praecipitatum sedulo agitatum, ne massae coacervatae intus salsae remaneant, aliquoties Aqua pura affusa ablue. Denique Aquam, quantum fieri potest, effunde, et pultem fuscam liquidam in vasis vitreis serva.

Antidotum praesentissimum Arsenici albi. In omnibus officinis praesto esse meretur, propter periculum, si adest, plerumque urgentissimum, pretii vilitatem, et virtutis diuturnitatem.

FERRUM OXYDATUM RUBRUM vid. Crocus Martis adstringens (p. 209).

FERRUM OXYDULATO-OXYDATUM Woehleri, **Aethiops martialis praecipitatus.** Gefälltes Eisenoxyduloxyd, gefällter Eisenmohr.

Rec. Vitrioli Martis crystallisati puri Part. decem, solve in Aquae destillatae sufficiente quantitate, adde Olei Vitrioli, cum Aqua antea parum diluendi, partem unam et dimidiam, calefac miscellam ad ebullitionem et guttatim adde Acidi Nitri q. s., ut color ab initio atro-olivaceus in flavum mutatus fuerit. Liquorem ab igne remotum magna vi Aquae destillatae frigidae dilue. Seorsum recipe Vitrioli Martis cryst. puri Partes sex, solve in suff. quant. Aquae destillatae, et solutiones ambas junge in vase amplo figulino. Mixtas cum baculo vitreo vel ligneo fortissime agita, ut intime misceantur, et motu rapido in gyrum ferantur, tum **una vice** tantam adde Spiritus Salis Ammoniaci caustici copiam, ut Aethiops ex toto praecipitetur et Liquor odorem leviter ammoniacalem exhalet. Sedimentum nigrum Aqua pura bene ablutum, in filtro colligatur, inter chartam bibulam exprimatur et loco tepido siccetur. Servetur in vasis bene clausis.

Est pulvis subtilis, velutino-niger, ruditulae magneticae obsequius, acidis dilutis facile et sine gas evolvendo solubilis, solutione virescente-flava, cum Ammonio praecipitatum nigrum iterum generante.

Constat paribus Ponderibus Mixtionis Oxyduli et Oxydi Ferri et Aqua. Humectatum quoque et aëri expositum colorem rubiginosum non nisi lente induit. — *Vis* et *Usus* atque Aethiopis martialis. Propter certam facilemque parandi methodum et solubilitatem in acidis (e. gr. stomachi) in Aethiopis martialis communis locum substitui meretur.

FERRUM OXYDULATUM NIGRUM vid. Aethiops martialis (p. 29).

FERRUM PHOSPHORICUM OXYDATUM, Phosphas Ferri, s. ferricus. Phosphorsaures Eisenoxyd. *Phosphate de Peroxyde de Fer.*

Rec. Ferri muriatici oxydati crystallisati q. v., solve in Aq. dest. partibus quatuor ad sex, et adde Solutionem Natri phosphorici crystallisati, quamdiu praecipitatum albidum enascitur, quod Aqua destillata addita et seponendo per aliquot tempus dignoscitur. Praecipitatum voluminosum aliquoties decanthando Aquam innatantem lavatur, tum vero, quamquam non satis bene lotum, in filtro colligitur. In hoc praecipitato edulcorando oleum et opera perditur; ergo, Aqua eguttata, in calore leni siccetur; frustula minuta perdura in mortario in pulverem subtilissimum terantur, et cum Aqua optime contrita elutriatione in filtrum conjiciantur. Particulae majores in mortario residuae denuo cum Aqua contritae elutrientur. Praecipitatum tum Aqua destillata bene lavetur, caute siccetur, et in pulverem contritum servetur.

Sit pulvis albidus, Aqua insolubilis. In Acido nitrico diluto leni calore solvatur. Calori fortiori expositus fuscescat.

Constat duobus Ponderibus Mixtionis Oxydi Ferri, et tribus acidi phosphorici et Aqua.

Ph. Suec. et Cod. Hamb. (1835) receperunt. Laudatur in Carcinomate uteri.

FERRUM PHOSPHORICUM OXYDULATUM, Phosphas ferrosus, Phosphas Oxyduli Ferri. Phosphorsaures Eisenoxydul. *Phosphate de Protoxyde de Fer.*

Rec. Ferri sulphurici crystallisati puri (Vitrioli Martis) Unc. tres, solve in Aq. destillatae sextuplo. Solutioni instilla Natri phosphorici Unc. quatuor, in Aqua destillata solutas, vel quantum ad totam Ferri phosphorici praecipitationem requiritur. Praecipitatum bene ablue, sicca et serva.

Sit pulvis subtilis, sordide coeruleus, in Aqua insolubilis, in Acido nitrico et muriatico diluto leni calore solvatur.

Cod. Hamb. (1835) proposuit, adnotatione monens, semper hoc praeparatum dis-

pensandum esse, nisi expressis verbis a medico oxydatum postularetur.

FERRUM POTABILE quibusdam est Tartarus chalybeatus.

FERRUM PULVERATUM vid. Limatura Martis alcoholisata.

FERRUM SACCHARATUM Beckeri. Becker's verzuckertes Eisenpräparat. *Carbonate de Protoxyde de Fer sucré.*

Rec. Vitrioli Martis crystallisati puri q. v., solve in sufficiente quantitate (sextupla) Aquae destillatae, digere parum cum limatura Martis et cito in lagenam filtra ad dimidium tantum replendam. Tum affunde Solutionem Natri carbonici, ut Ferrum carbonicum ex toto paecipitetur; lagenam Aqua fervida caute omnino reple, miscelam optime concute, epistomium impone atque sepone. Postquam praecipitatum album vel viridulum subsederit, liquorem innatantem caute, ne sublevetur, effunde, lagenam denuo Aqua cocta et in vase clauso frigefacto, vel Aqua fervida ipsa imple, cavens ne lagena caloris vi dirumpatur, quod eo optime evitatur, si lagenae continuo leviter agitatae per infundibulum impositum Aquam fervidam infundes. Hac operatione tertium repetita praecipitatum cito in sacculum linteum densioris texturae, intus sacculo chartaceo bibulo munitum, immittatur. Quum Aqua quam plurima sponte emanaverit, sacculum supra sedimento vinculis caute constringe, et leni pressione adige, ut Aqua paullatim exeat, nec sacculus rumpatur, qui, quum pressionem fortiorem ferre poterit, in prelo torculari summa cum vi exprimatur. Placenta subhumida exemta in patina evaporatoria porcellanea cum Sacchari albi pulverati pari pondere misceatur, et miscella eo paene iterum liquefacta leni igne ad siccum redigatur.

Sit pulvis atro-olivaceus, odoris proprii ferrosi, saporis dulcis expost parum styptici atramentarii; temporis lapsu non mutatur. — *Vis* et *Usus* Croci Martis aperitivi, Aethiopis martialis vel aliorum Ferri praeparatorum.

Sacchari connubio Ferrum oxydulatum optime defenditur ab oxydatione penitiore. Pro virtute medica et mixtionis stabilitate in thesaurum medicum introduci dignissimum remedium. A Beckero, medico Mulhusiensi, excogitatum et adhibitum, a Klaudero, pharmacopola sollertissimo ejusdem oppidi, exploratum atque commendatum est.

FERRUM SALITUM vid. Ferrum muriaticum oxydatum (p. 429).

FERRUM SESQUINITRICUM vid. Ferrum nitricum.

FERRUM SUBCARBONICUM vid Crocus Martis aperitivus (p. 209).

FERRUM SULPHURATUM, Sulphuretum Ferri. Schwefeleisen, einfach Schwefeleisen. *Sulfure de Fer.*

Rec. Limaturae Martis aequabilis, nec nimis grossae, Libras sex, Florum Sulphuris Libras tres et dimidiam, intime misce. Tum crucibulum Hassiacum (vel sartaginem ferream fusam pro majoribus copiis parandis) satis capax in ignem impone, ut fundus tantum a calore obscure rubescat. In hoc miscelae portiunculam (Libram circiter unam) conjice, quae ignem corripere moram non faciet. Ignis corruscans gliscente cum ardore quum per totam massam fere migraverit, alteram tantam portiunculam injice, quae simili modo deflagrabit. Ita perge donec miscela tota injecta, vel crucibulum repletum fuerit. Crucibulum inter haec operculo apto semper obtegatur. Denique, quum flamma sulphurosa emergi abrupte cessaverit, stratum Pulveris Carbonum massae candenti insperge, et, operculo imposito, omnia refrigeranda sepone. Massam conglutinatam in mortario contunde, et in lagenis bene obturandis serva.

Limatura dimidium sui ponderis incrementum capit.

Usus: chemicus plerumque; inservit pro parandis corporibus chemicis variis, e. gr. Aqua hydrosulphurata, Acido hydrojodico; pro praecipitandis metallis ex solutionibus, pro detegendis metallis nocivis venenosis, Arsenico, Plumbo, Mercurio, cet.

Sufficit quoque Limaturam Martis et Flores Sulphuris stratum super stratum in crucibulum imponere, scilicet ut Sulphuris stratum in fundo incipiat, et Limaturae stratum superne finem faciat. Praeparatum praestantissimum vero secundum Gahnii methodum obtinetur, quae tali modo exercetur. Radiculae Ferri fabrorum (Schmiedeeisen) in igni vehementissimo ad albedinem (Schweißhitze) calefactae, ut scintillas corruscantes spargant, cum frustulis Sulphuris citrini illinuntur, quo fit, ut Sulphuretum Ferri excandescentia liquefactum defluat, et in vase supposito aqua frigida plena suscipiatur. Radicula ferrea eo consumta ut non amplius excandescat, iterum igni immittitur et altera interdum ignita ex igne tollitur. Magna praeparati moles brevi tempore obtinetur atque optimae notae, si excandescentiam veram in promptu habes, quam si attingere non poteris, oleum et operam perdes.

FERRUM SULPHURICUM vid. Vitriolum Martis.

FERRUM TARTARISATUM vid. Tartarus chalybeatus.

FERRUM VITRIOLATUM vid. Vitriolum Martis.

FERRUM ZOOTICUM vid. Coeruleum Berolinense (I, p. 38).

FLORES AERIS s. Viridis Aeris vid. Aerugo destillata (I, p. 2).

FLORES BENZOËS. Benzoeblumen. *Fleurs de Benjoin.*

Synon.: Flores Benzoini, Acidum benzoicum, Sal acidum vel essentiale Benzoës. Benzoesäure, wesentliches Benzoesalz. *Acide benzoique.*

Rec. Benzoës Libram unam; grossiuscule pulveratam aequabiliter sterne in fundo plano sartaginis ferreae rotundae, pollices octo ad novem diametri, unam ad duas altitudinis emetientis. Supra sartaginis orificium chartam bibulam laxioris texturae ita expande, ut ejus margines supra sartaginem externe glutine amylaceo agglutinentur. Supra sartaginem et chartam expansam conum vel cylindrum chartaceum construe, e charta densioris texturae ope glutinis amylacei absque foramine ullo confectum, quem funiculi ope supra sartaginis parietes fortiter alliga. Sartaginem tali modo praeparatam in laminam ferream, arenae strato intersperso, impone et lenem ignem sub lamina incende, quem aequabiliter per horas quatuor ad sex sustenta. Post refrigerium totam suppellectilem summa ad imum inverte, funiculum dissolve, et cylindrum chartaceum aufer, in quo Flores Benzoës reperies. *Vis:* nervina, excitans, resolvens, diaphoretica, pulmones praesertim stimulans

Sint crystalli albae, subpellucidae, splendoris sericei, aciculares vel floccosae, tenerrimae, subflexiles, odoris grati benzoini, saporis dulciusculi, dein acidulo-acris, fauces pungentis. In Aqua frigida parum, fervida valde solubiles, sicuti in Spiritu Vini; igni in cochleari expositae totae in auras avolent vaporibus albis inflammabilibus, sternutationem et tussim excitantibus. *Part. constit.* Carbonei 14, Hydrogenii 10, Oxygenii 3, Aq. 1 Pond. Mixt.

Usus: in affectibus pectoris pituitosis, asthmate pituitoso, catarrho suffocativo, incertae sane plerumque efficaciae. Dosis: Grana tria ad sex.

Sint Flores Benzoës ab oleo aethereo balsamico non omnino liberi nec nimis inquinati. Secundum nostram methodum vapores benzoini dum chartam bibulam penetrant, ab olei nimia copia depurantur, quae a charta imbibitur, quare illi candidissimi prodeunt. Flores in capitello chartaceo condensati, ne iterum iterumque in resinam liquatam incidant, ab illa charta expansa impediuntur, ideoque sublimationem iteratam atque decompositionem evitant. Tum quoque a calore radiante fundi vasis defensi, facilius in cylindro illo chartaceo condensantur. Haec omnia simplicissimo artificio debentur.

Hoc medicamentum sublimatione parari praecipiunt Pharm. Amer., Amstel., Batav., Dubl., Ferrar., Gall., Genev., Hisp., Lond. (1836), Palat., Parm., Sard., Saxon., Slesv.-Hols., Wirt. — *Usus* hujus medicamenti novissimis temporibus nimio studio depurationis chemicae, qua virtutum magnum detrimentum cepit, imminutus est.

FLORES BENZOES VIA HUMIDA PARATI, s. per praecipitationem parati, s. secundum methodum Scheelianam. Niedergeschlagene Benzoesäure, auf nassem Wege bereitete Benzoeblumen. *Fleurs de Benjoin précipitées, Acide benzoique par précipitation.*

Rec. Calcariae ustae Unciam unam, affunde Aquae calidae Uncias quatuor ad sex, ut in lac aequabilissimum dilabatur. Tum adde Benzoës subtilissime pulveratae Uncias quatuor, et Aquae Uncias triginta; mixta coque per horam dimidiam inter assiduam agitationem et cola per linteum. Residuum denuo coque cum Aquae partibus viginti, cola, et denuo coque cum Aquae partibus decem, iterumque cola. Liquores limpidos evaporatione redige ad quartam sui voluminis partem et admisce Acidi muriatici quantum satis, ut saporem leviter acidulum acquirant. Crystallos aciculares post refrigerium concretas pauxillo Aqua adspersa lava; exprime inter chartam bibulam, iterumque solve in quam minima Aquae destillatae fervidae copia. Post refrigerium denuo concretas collige in filtro, sicca calore aëris medio et serva in vasis bene clausis.

Sint crystalli aciculares, odoris fere nullius, non adeo nitidae, quam quae sublimatione parantur, quoad caetera similes. E re medica a plurimis jure ejectae.

Methodum, SCHEELIANAM dictam, quam amplexi summus, prae ceteris sine dubio praestantissimam pro factilitate sua atque puritate exhibiti quoque Ph. Ferrar., Gall.(1818), et Polon. secutae sunt. Cum Natro carbonico Acidum benzoicum e resina elici et Acido sulphurico diluto praecipitari proponunt Ph. Batav., Boruss., Dan., Edinb., Hamb., Hann., Hass., Lipp., Oldenb., Ross., Slesv.-Hols. Cineres clavellatos ad eundem usum adhibent Ph. Bavar., Hass. (1806), Suec., Wirt. — Cum Aqua pura Benzoën coqui proponit Disp. Fuld. Ceteras Codicum varietates praetereamus. Adnotatione dignum ex urina herbivorarum bestiarum (Equorum praesertim) Acidum benzoicum posse parari, hac quidem ratione, ut acidum crudum ex urina inspissata cum Acido muriatico praecipitatum, dictum hippuricum (p. 19) et ex Oleo Amygdalarum amararum, Acido hydrocyanico et formicico conflatum coquatur cum Mangano hyperoxydato et Acido sulphurico diluto secundi PELOUZII explorationem.

FLORES BISMUTHI vid. Magisterium Marcasitae.

FLORES BORACIS vid. Sal sedativum HOMBERGI.

FLORES CALOMELLIS a GRAYO dicuntur crystalli tenues Calomellis sublimatione in vas amplum obtentae, ab ipso aëre nec parietibus condensatae.

FLORES JOVIALES vid. Cinis Stanni (p. 182).

FLORES MARTIALES vid. Sal Ammoniacum martiatum.

FLORES SALIS AMMONIACI SIMPLICES. Gereinigter Salmiak. *Sel Ammoniac purifié.*

Synon.: Sal Ammoniacum depuratum s. purificatum, Ammonium muriaticum depuratum, Hydrochloretum Ammonii depuratum, Murias Ammoniae purus, Hydrochloras Ammoniacae, Alcali volatile salitum. Salmiakblumen, salzsaures Ammonium.

Rec. Salis Ammoniaci sublimati in frustis totis externe bene depuratis et coloris omnino expertibus quantum vis, contunde in mortario marmoreo ope pistilli e ligno sancto (Ligno Guajaci, vulgo Pockholz dicto) confecti, et pulverem per cribrum trajice. Residuum denuo contunde iterumque per cribrum trajice. — *Vis, Usus* et *Part. const.* sicuti in Sale Ammoniaco (I, p. 300).

Sit pulvis albissimus siccus, coloris flavi vel cinerei ne tincturam quidam exhibens; qualitates chemicas vide loco citato.

Si mortarius lapideus non est in promptu, in mortario ferreo vel aheneo quoque Sal Ammoniacum potest in pulverem redigi, quum curam gesseris, mortarium prunis ardentibus injectis antea bene calefieri atque siccari, quod si neglectum fuerit, pulvis post tempus aliquot facile cinerascit. Sal Ammoniacum, si in crustis densis fibroso-crystallinis, sublimatione ipsa obtentis obvenit, atque coloris est expers, tali modo genuitatis atque bonitatis testimonium prae se fert, ut depurationis studium inane atque ridendum appareat. Non enim depurandi sed inquinandi occasiones multifariae adsunt, ex cineribus et pulvere in laboratoriis chemicis circumvolantibus, ex impuritate filtrorum, vasorum et temporis diuturnitate, quod hac operatione consumitur. Corpora enim Aqua non solubilia in Sale Ammoniaco sublimato adesse nequeunt, solubilia solutione non secernuntur; cui ergo bono solutio, atque crystallisatio? At solutione facillime Sal Ammoniacum in pulverem albissimum subtilissimum redigitur. Hoc si spectas, nec crystallorum concretionem, tali modo est operandum ut habeantur

FLORES SALIS AMMONIACI VIA HUMIDA PARATI.

Rec. Salis Ammoniaci sublimati genuini, depuratione non egentis, Libram unam, charta supposita mallei ope in frustula minora contunde, quibus in patinam porcellaneam ingestis affunde Aquae destillatae Libras duas. Igni imposita calefiant, donec Sal omnino solutum sit, tum porro leni igne atque inter assiduam agitationem, ne pultis mollis portiunculae extra patinam ejiciantur, ad pulveris humidiusculi facile conglobandi formam redige, quem penitus in furno exsiccatorio siccatum, pistillo ope in pulverem subtilissimum contere.

FLORES SALIS AMMONIACI HAEMATISATI, s martiales vid. Sal Ammoniacum martiatum.

FLORES SALIS AMMONIACI VOLATILES vid. Sal Alcali volatile siccum.

FLORES SULPHURIS COMPOSITI, s. Pulvis Sulphuris compositus (Ph. Hann.), Species Hierae-picrae quibusdam. Zusammengesetzte Schwefelblumen.

Rec. Florum Sulphuris lotorum Unc. duas, Aloës, Myrrhae āā Unc. unam, Croci Scrup. unum; m. — *Vis:* purgans, digestiva. *Usus:* in cardialgia, obstructione alvi. — Ph. Dan. (1772), Hann. et Disp. Brunsv. receperunt.

FLORES SULPHURIS LOTI. Gereinigte Schwefelblumen. *Fleurs de Soufre lavées.*

Synon.: Sulphur depuratum lotum. Gewaschener Schwefel.

Flores Sulphuris venales primum cum octava circiter sui ponderis parte Aquae communis in pultem mollem aequabiliter humectatam conterantur, tum majore copia Aquae communis in vasis capacibus bene agitati repetite abluantur, donec ab acido adhaerente perfecte liberati sint; Aqua denique quantum fieri potest defusa, colligantur in manica lintea vel in linteo expanso, et quum Aqua bene guttatim emanaverit, in prelo fortiter exprimantur, siccentur optime, et per cribrum trajecti in vase bene obturato serventur.

Sit pulvis dilutioris coloris quam Sulphur depuratum non lotum, et acidi omnino expers, quod charta coerulea tincta exploratur. De qualitatibus chemicis confer I, p. 343.

Vis: incidens, resolvens, laxans, diaphoretica.

Usus: In affectionibus catarrhalibus, rheumaticis, arthriticis, haemorrhoidibus; contra scabiem externe

Flores Sulphuris loti optime siccentur, ne iterum aëris contactu acescant. Aquam fervidam adhibere supervacaneum est, quum frigida sufficit.

FLORES ZINCI. Zinkblumen. *Fleurs de Zinc.*

Synon.: Nihilum album, Lana philosophica, Pompholyx, Luna fixata, Zincum calcinatum, Zincum oxydatum album, Oxydum Zinci per se, Oxydum Zincicum, Magisterium Zinci ustum, Calx Zinci, Oxodes Zinci album, Zincum oxydatum via sicca s. per calcinationem paratum. Zinkoxyd, Zinkoxyd auf trocknem Wege. *Oxyde de Zinc, Magistère de Zinc.*

Rec. Zinci purioris, in frustula Unciam dimidiam vel integram aequantia comminuti, quantum vis.

Immitte nonnulla frustula in crucibulum Hassiacum satis amplum atque altum et nonnihil in latus inclinatum, inter carbones candentes positum, et ignem urge donec metallum fluat, tandem in flammam smaragdinam erumpat, et in floccos albos fugaces convertatur; tum imponatur crucibulum alterum inversum, cavendo, ne aëris atmosphaerici accessus omnino eo praecludatur. Si flamma extincta fuerit, crucibulum superius aufer, atque ope cochlearis ferrei Flores Zinci metallo fuso innatantes absterge, quo facto metallum iterum flammam corripiet, et nova Oxydi copia combustione extricabitur. Haec operatio, frustulis Zinci interdum in crucibulum conjectis, repetatur atque producatur, donec, Zinco ex toto in crucibulo consumto, justa moles praeparati obtenta fuerit.

Oxydum impurum tali modo praeparatum in mortario porcellaneo cum Aqua pura teratur, et levissima pars, quae ab Aqua mox mota suspensa tenetur, effundendo in vas alterum separetur. Residuum iterum teratur, neque tamen as-

sidue atque fortiter, ne Zinci metallici particulae elutriatione abripiantur. Liquores turbidos per cribrum setaceum trajice, sedimentum in filtro collige, et, Aqua eguttata, calore artefacto celeriter exsicca, ne Gas carbonicum ex aëre colligatur. In pulverem subtilissimum contritum servetur in lagenulis vitreis omnino repletis et optime clausis.

Vis: antispasmodica, anthelminthica, externe exsiccans, roborans.

Sit pulvis albus, levissimus, inodorus, insipidus, in aqua insolubilis. Excandefactus flavescat, denuo refrigeratus iterum albescat. In Acido sulphurico, muriatico, nitrico, cet. absque effervescentia solvatur. Affuso Liquore Salis Ammoniaci caustico praecipitatum album efficiatur, quod liquore excedente addito iterum solvatur. A Cadmio atque Plumbo sit omnino liber, quae metalla in solutione muriatica ope Gas hydrothionici explorantur. Oxydum in crucibulo primum prolectum interdum colorem flavescentem rubellum induit; hoc rejiciatur, donec novae copiae (frigefactae) candidae appareant. Si nimis diu atque in vitris prave munitis asservatum fuerit, suspicio habenda erit, adulterium acidi carbonici adesse. Hoc effervescentia cum acidis investigatur, atque excandescentia in crucibulo bene clauso corrigitur.

Omnes Pharmacopoeae hoc Oxydum via sicca paratum receperunt, exceptis paucis voce insequente enumerandis. Argumentum hac de re gravissimum afferri potest, quod facillime praeparatum aequabile et satis purum, idque usu diuturno spectatum atque probatum obtinetur; quum vero per praecipitationem parandi indoles mirum pro methodorum diversitate discrepet. In hoc (via humida) parando multifarii adulterii periculum subeundum est, et praeparati virtus pendet ex sollertia atque consuetudine pharmacopoei, quod quidem ubique maximum methodi ipsius vituperium esse constat.

FLORES ZINCI VIA HUMIDA PARATI, Magisterium Zinci; de ceteris Synonymis vide vocem antecedentem. Zinkoxyd auf nassem Wege, durch Fällung bereitetes Zinkoxyd. *Oxide de Zinc par précipitation.*

Rec. Salis Sodae crystallisati (Natri carbonici cryst.) Libram unam, solve in Aquae destillatae Libris sex. Solutio in patina porcellanea (vel argentea) calefiat ad ebullitionem. Tum seorsum recipe Vitrioli Zinci puri crystallisati (vide hanc vocem) Libram unam, solve in Aquae Libris tribus In mediam solutionem Salis Sodae bullientem inter assiduam agitationem per vices instilla portiunculas Solutionis Vitrioli Zinci, interdum instillare desinens, donec praecipitatum primum tumidum atque floccosum coctione in pulverem aequabilem dilapsum sit. Tali modo perge, donec charta Lacmus exploratoria rubefacta a liquore fervido non amplius in coeruleum vertatur. Miscelam turbidam in filtrum conjice, et sedimentum aqua destillata (fervida, si adest) optime lava, quamdiu liquor per filtrum transgressus a Sale quovis barytico turbatur. Sedimentum optime elotum siccetur, et in crucibulo Hassiaco novo, bene tegendo, inter prunas ardentes lenissima rubedine uratur, donec pulveris portiuncula e medio crucibulo exemta, cum acido muriatico mixta effervescentiam non amplius cieat. Servetur in vasis vitreis optime clausis.— *Vis* et *Usus* sicut in praecedente.

Sit pulvis albus, coloris laete citrini non nisi levissimam tincturam, coloris vero latericii rubiginosi ne minimum quidem vestigium exhibens, cum acidis mixtus effervescentiam non excitet, sed celeriter ex toto solvatur; solutio in acido muriatico cum Baryta muriatica mixta acidi sulphurici vestigia nulla (vel saltem minima) monstret.

Oxydum vehementer excandefactum tardius ab acidis dissolvitur, eoque vim salutarem difficilius exercere jure creditur. Vitriolum Zinci nisi strictissime purum a Ferro adhibebis, oleum et operam perdes. Huic ergo parando stude, antequam Floribus Zinci praecipitandis accingaris. Zinci sulphurici crystallisati atque Salis Sodae crystallisati exactissime paria pondera decomponuntur; quum amborum pondera mixtionis, fortuito quodam casu uti videtur, sunt aequalia. Sal Tartari in praecipitatione evitandum, cum sedimento scilicet connubium quaerens, quod Aqua pura non iterum dissolvitur. Scriptores hac de re in duas scinduntur partes, quarum altera Vitriolum in solutione frigida praecipitari volunt, altera in fervida. Experientia compertum habeo, praecipitationem fervidam, qualem supra descripsi, multo esse anteponendam. Sedimentum enim fa-

cilius abluitur, spatio minore colligitur, citius siccatur atque ignitur.

Tum quoque, a quibusdam dissentiens, at experientia fultus, affirmare audeo, Flores Zinci ad nostram methodum paratos, neque puritate, neque albedine, neque laxitudine atque teneritate ab aliis superari. Eam ergo methodum, longa dubitatione hinc inde jactatus, anteponendam censui, quae praeparatum optimum largiretur, simulque citissime, tutissime atque facillime esset exercenda.

Ex Zinco muriatico quoque Flores Zinci praecipitari possunt. Hoc vero posthabui, quum Zincum muriaticum non crystallisationis vi mirifica depurari, nec Calcaria, qua Oxydum Ferri optime ejicitur, possit excerni.

In solutione Zincica ope Gas Chlori depuranda inquinatio manganica cautissime est evitanda. Particulae scilicet solutionis manganicae saepius cum Gas Chlori in solutionem Zinci transducuntur. Quod si factum fuerit, solutio Zinci plane est rejicienda, quippe quae nullo modo a Mangano libera iterum posset prodire. Hoc incommodum cauta operatione, et longis tubis vitreis evitatur.

Ph. Bor. ed. 5., Hamb. (1835) ex Vitriolo Zinci cum Sale Sodae praecipitari suadent, Ph. Saxon. (1837) non bene ex Zinco nitrico cum Ammoniaco carbonico. Praeparati virtus atque probitas nimis pendet ex sollertia atque peritia laborantis, quare plurimorum Codicum scriptores plus aegrotorum securitati, quam pharmacopoearum experientiae tribuendum esse censuerunt.

FLOS LACTIS CONGELATUS. Eismilch.

Rec. Lactis Libr. tres, coque et concute rudicula simulac refrigescit cum vitellis ovorum decem addendo Flavedinem Corticum Citri cum Saccharo tritam et Cinnamomum pro lubitu, et Sacchari Unc. tres. Coque. Crassamentum coletur per cribrum setaceum et refrigescat in patina sinensi. Dein id immitte pyxidi, cui glacies est circumdata. Laudatur hydrogela pro potu antiphlogistico in morbis acutis.

FOMENTATIO, Fomentum, Fotus.

Bähung, Fomentation. *Fomentation.* Dicitur a fovere, medicamentum liquidum variae indolis, plerumque calidum adhibendum, tum quoque improprie frigidum applicatur. Fomentationes plerumque sunt decoctiones, infusiones, solutiones acetosae, salinae, alcalinae a cataplasmatibus consistentia molliore vel eo distinctae, quod non nisi liquor colatus, speciebus rejectis, in usum vocetur. Applicantur externe telo gossypino vel linteo imbibitae, vel spongia molli susceptae. Siccae nominantur, si species in sacculis calefactae imponuntur, rectius cataplasmata sicca appellandae.

FOMENTATIO CUM ACETO Ph. Gall.

Rec. Aceti Unc. octo, Aquae Unc. triginta duas. M.

FOMENTATIO ACETOSA CAMPHORATA vid. Acetum camphoratum (p. 5).

FOMENTATIO ACIDI PHOSPHORICI sec. Augustin.

Rec. Acidi phosphorici Unc. unam, Decoct. Flor. Chamom. Unc. octo.

FOMENTATIO CUM ACIDO PYROLIGNOSO Richard.

Rec. Acidi pyrolignosi opt. Unc. duas, Aq. dest. q. s. (e. gr. Libr. unam.)

FOMENTATIO ADSTRINGENS. Zusammenziehende Bähung. *Fomentation adstringente.*

Brera: Rec. Decoct. Cort. Granat. Libr. quatuor, Decoct. Cort. Chinae Libr. duas, Vitrioli albi Drachm. semis, Tinct. Opii Unc. unam. — Cadet: Rec. Aluminis Drachm. sex, Spir. Vini rect. Unc. unam et semis, Decoct. Chinae, — Cort. Granat., — Quercus āā Libr. unam. — Plenck: Rec. Aq. Calcis Libr. duas, Sacch. Saturni Drachm. duas. — Ratier: Rec. Cort Granat., Rad. Bistortae āā Unc. duas, Vini rubri Libr. unam, coque et adde colat Salis Ammon. Drachm. duas. — Swediaur: Rec. Gallar. Unc. semis ad unam, Aq. fervid. Libr. duas, digere per horam, cola. — Idem: Rec. Fol. Plantaginis Manip. duos, Petal. Rosar. rubr. Pugill. unum, Aquae Libr. duas, coque ad remanent Unc. sedecim, sub finem adde Calcariae vivae volumen Ovi gallinacei; post subsidentiam decantha et adde Aq. Vitae Unc. quatuor.

FOMENTATIO ALUMINOSA Wollkopf.

Rec. Alumin. Unc. semis, Aq. comm. vel Aceti Unc. tres.

FOMENTATIO AMARICANS Fulleri; Fomentatio anthelminthica Ph. Palat.

Rec. Rad. Aristoloch. rect Unc. unam, Hb. Absinth., — Abrotani, — Tanaceti, — Sabinae Unc. semis, Rad. Hellebori Drachm. duas, Pulp. Colocynth., Aloës āā Drachm. unam. Decoque cum Aq. Libr. tribus ad duas, cola. Abdomini imponitur contra vermes.

FOMENTATIO AMMONIACALIS CAMPHORATA sec. Augustin.

Rec. Liquoris Ammonii carbonici Unc. semis, Spir. Vini camphor. Unc. unam et semis.

FOMENTATIO ANODYNA. Schmerzstillende Bähung.

Ph. Palat Rec. Capit. Papav. conc., Sem. Anethi āā Unc. duas, Hb. Hyoscyami, — Cynogloss., — Solani, Flor. Chamomill. āā Unc. unam, coque cum Aq. Libr. sex ad quatuor, cola. — Ph. Hispan. nomine DECOCTI VERBASCI ANODYNI: Rec. Hb. Verbasci, — Malvae āā Unc. unam et semis, Sem. Lini Unc. duas, Capit. Papav. alb. Drachm. unam, coque cum Aq. comm. Libr. quatuor per horae quadrantem. — Berends: Rec. Hb. Cicut., — Hyosc. āā Unc. quatuor, infunde

Aq. ferv. q. s. ad colat. Libr. duarum, in colatura solve Sapon. domest. Unc. duas. — SAUNDER: Rec. Capit. Papav. Unc. duas, Aq. commun. Libr. duas, coque ad Libr. unius colaturam, cui adde Aceti Unc. unam.

FOMENTATIO ANTHELMINTHICA.

Ph. Palat. congruit cum Fomentatione amaricante FULLERI.

FOMENTATIO ANTICHOLERICA Ph. antich. WILHELMI.

Rec. Sem. Anisi, — Cumini, — Foenic. āā Unc. unam, infunde in vase clauso Aq. fervid. Unc. octo, adde Spir. camphorat Unc. duas. — Vel: Spir. camphor. Unc. tres, Aceti Unc. unam. — Vel: Flor. Chamom. Rom., Rad. Calam. arom. āā Unc. duas, inf. Aq. ferv. Unc. octo, colat. adde Spir. Vini rect. Unc. duas. — Vel: Hb. Menth. pip. (s. Meliss.) Unc. duas, inf. Aq. ferv. Unc. decem, colat. adde Spir. camphor. Unc. unam ad duas.

FOMENTATIO ANTIHAEMORRHOIDALIS.

Ph. Palat. Rec. Hb. Millefol., — Plantagin., — Verbasci, Flor. Sambuc.; āā Unc. duas, Cort. Granat. Unc. unam, coque cum Aq. comm., Vini rubri āā Libras tribus ad tertiae partis consumtionem, in col. solve Aluminis Unc. semis, Sacch. Saturni Drachm. duas. Vel: Radic. Ceparum Unc. duas, Sem. Lini Unc. unam, Hb. Hyoscyami, — Linariae, — Millefolii, — Verbasci āā Unc. unam, coq. cum Aq. comm. Libr. sex ad quatuor, col. adde Opii Drachm. duas. — PIERQUIN: Rec. Hb. Malvae, — Verbasci āā Unc. unam et semis, coque cum Aq. comm. Libr. tribus, cola.

FOMENTATIO ANTIPHLOGISTICA.

Ph. Hass. (1806) Rec. Sapon Ven. Unc. tres, Aq. Calcis Libr. duas, Spir. Vini Unc. quinque, Trochisc. albor. RHAZIS Unc. semis. — Ph. Hamb. paup. (1804): Sal. Ammon. Unc. semis, — comm. Unc. unam, Aq. font. Unc. decem, Aceti Vini Unc. quatuor, m.

FOMENTATIO ANTIPLEURITICA, s. Species pro Fotu laterali Ph Palat.

Rec. Rad. Althaeae, Capit. Papav. āā Unc. duas, Sem. Lini, — Foenugraeci, — Cumini āā Unc. unam, Hb. Malvae, — Matricar. āā Manip. tres, Flor. Chamom. Manip. duos, coq. cum Lact. vaccini Libr. octo ad dimidium, cola.

FOMENTATIO ANTISEPTICA. Fäulnißwidrige Bähung.

Disp. Fuld.: Rec. Cort. Querc. Unc. duas, coque in Aceti Vini Libr. tribus, sub finem coctionis adde Hb. Rutae, — Scordii āā Drachm. tres, Sal. Ammon. Unc. semis, Col. Libr. duarum. — Ph. paup. Hamb. prope congruit. — Ph. Dan. milit.: Cort. Querc. Unc. unam, Hb. Absinth. Unc. duas, Aq. comm. Libr. tres, coque ad Unc. viginti colaturam, cui adde Aceti Unc. quatuor.

FOMENTATIO AROMATICA. Gewürzhafte Bähung.

SAUNDER: Rec. Caryophyll., Macid. āā Drachm. unam, Vini rubr. Libr. unam, semel ebulliant, tum colentur. — SAUNDER, SWEDIAUR: Rec. Fol. Absinth., — Lauri, — Rorismar. āā Unc. decem, coq. c. Aq. commun. Libr. decem ad octo colaturam. — AUGUSTIN: Hb. Rorismar. Unc. semis, Vini rubr., Aq. comm. āā Unc. tres, infunde exprime; ejusdem. Hb. Scordii, Flor. Chamomill. āā Unc. unam, Aq. ferv. Libr. tres, coque parum, colat. adde Spir. camphor. Unc. quatuor.

FOMENTATIO AROMATICA CAMPHORATA RICHARD.

Rec. Vini aromat. Unc. octo, Spir. Camphor. Unc. unam. M.

FOMENTATIO AROMATICA VINOSA Ph. Nosoc. Argent.

Rec. Vini aromatici Libr. una propinatur.

FOMENTATIO ARTHRITICA BATE.

Rec. Hb. Salv., — Rorismar., — Chamom., — Artemis., — Hyperic., — Absinth. āā Unc. tres, Salis nigri (i. e. commun.) Manip. tres, coq. c. Aq. commun. Libr. quatuor ad tres, cola.

FOMENTATIO AD ARTICULORUM DOLORES FULLERI.

Rec. Ol. Vitrioli rect, Spir. Vini rect. āā par pondus.

FOMENTATIO BELLADONNAE AMMONIATA s. resolvens sec. AUGUSTIN.

Rec. Sal. Alcali volat sicc. Unc. semis, Aceti Belladonnae q. s. ad saturationem, Aq comm. Unc. quinque.

FOMENTATIO BRÜNNINGHAUSENI sec. NIEMANN.

Rec. Lapid. caust. fusi Unc. unam, Aq. comm. Libr. quatuor.

FOMENTATIO EX BRYONIA vid. Decoctum Bryoniae (p. 223).

FOMENTATIO CALCAREA CUM MYRRHA s. adstringens sec. AUGUSTIN.

Rec. Calcis vivae Drachm. duas, Myrrhae Unc. unam, Aq ferv. Libr. unam, digere per aliquot dies et cola.

FOMENTATIONES CALIDAE EXTERNAE.

Sacculus Floribus Chamomill. repletus cum Spiritu Vini rectificatissimo leviter irroratus, igni ad motus incendatur; igni iterum suffocatione extincto abdomini applicetur.

FOMENTATIO CAMPHORATA AUGUSTIN.

Rec. Camphor. Unc. semis, Aceti radicalis Unc. duas, Aceti Vini Unc. decem.

FOMENTATIO CARMINATIVA, s. Decoctum fructuum Juniperi carminativum Ph. Hisp.

Rec. Bacc. Juniperi, Sem. Anisi, Sal. Ammon. āā Unc. unam, Flor. Chamom. Unc. duas, coque cum Aq. comm. Libr. quatuor, colat. adde Spir. Vini rectificatiss. Libr. unam.

FOMENTATIO CEPHALICA VOGLERI Weilb.

Rec. Aq. comm. Unc. viginti, Sal. Ammon. Drachm. tres, Acet. Vini Unc. duas; vel: Aq. comm. Unc. viginti, Nitri Unc. semis, m.

FOMENTATIO CICUTAE Grat

Hb. Cicut. recent. Unc. sex, Aq. comm. Libr. duas; — vel: Hb. Cicut. sicc. Unc. tres, Aq. Libr. duas.

FOMENTATIO CONTRA COLICAM Ph. Palat.

Rec. Flor. Chamom. Unc. duas, Bacc. Junip., — Lauri āā Unc. unam, Sal. Ammon. crudi Unc. semis, coque cum Aq. comm. Libr. sex ad quatuor, sub finem addendo Sem. Foenic. — Carvi, — Cumini, — Anisi āā Unc. semis, colat. adde Spir. Vini simpl. Libr. unam.

FOMENTATIO COMMUNIS, s. discutiens, s. resolvens. Gemeine oder vertheilende Bähung. *Fomentation ordinaire.*

Ph. Bor. castr.: Aceti Libr. duas, Spir. Vini simpl. Libr. unam. — Ph. Hamb. paup.: Aceti, Spir. Vini camphor. āā par pondus. — Ph. Dan. milit.: Aceti, Spir. Vini simpl. āā Libr. unam, Mell. crudi Unc. duas. — Ph. Hass. (1806): Mell. Libr. unam, Aq. commun. Libr. duas, Aceti et Spir. Vini simpl. āā Libr. quatuor; digere per duos dies. — Disp. Fuld.: Salis Ammon. Unc. semis, Aq. comm. Libr. unam, Spir. Vini rect. Unc. duas, Aceti Saturni Drachm. duas — Ph. Ruth. castr. dicta TEPIDA: Vesica bubula aqua tepida repleta imponitur; ejusdem Pharmacopoeae dicta COMMUNIS CUM MURIATE AMMONIAE. Rec. Spir. Vini rect. Unc. sex, Acidi Acetici diluti Libr. unam, Sal. Ammon. Drachm. duas; vel: Aq. comm. Libr. duas, Aceti, Spir. Vini rect. āā Libr. unam, Sal. Ammon. Unc. semis — Swediaur: Rec. Sal Ammon. Unc. unam, Spir. Rorismar. Libr. unam — ejusdem: Flor. Chamom., Rad. Bryoniae āā Unc. unam, Hb. Malv. Unc. semis, Aq. comm. Libr. quatuor, coq., cola.

FOMENTATIO AD CONTUSIONES.

Rec. Sal. comm. Unc. duas, solve in Aq. commun. Unc. sex, adde Aceti, Spir. Vini simpl. āā Unc. tres

FOMENTATIO CORT. QUERCUS vid. Fomentatio adstringens (p. 1, 369) et quercina.

FOMENTATIO DETERGENS s. detersiva. Vertheilende, austrocknende Bähung.

Brera, Ellis: Rec. Rad. Aristoloch. rot. et long., — Ireos Flor. āā Unc. semis, Opopanac., Sagapeni āā Drachm. duas, Cort. Ligni Guajaci Scrap. quatuor, Caryophyll. arom. Drachm. duas, Camphor. Drachm. sex, Spir. Vini rect. Libr. unam; infunde per horas 24 et cola.

FOMENTATIO DISCUTIENS vid. Fomentatio communis.

FOMENTATIO DIURETICA. Harntreibende Bähung.

Ph. Palat.: Rec. Rad. Apii Unc. quatuor, — Foenic., Sem. Lini āā Unc. duas, Hb. Parietariae, — Malvae, — Persicariae, Flor. Chamomill. āā Unc. unam, coque c. Aq. commun. Libr. sex ad quatuor, adde Salis Ammon. crud. Unc. semis, Sapon. vulg. Unc. unam et semis.

FOMENTATIO EMMENAGOGA. Reinigung befördernde Bähung.

Ph. Palat.: Rec. Rad. Bryon. alb. Unc. quatuor, — Aristol. rot. Unc. duas, — Zedoar., Bacc. Lauri āā Unc. unam, Hb. Matricar., — Artemis., — Sabin., Flor. Chamom. āā Unc. unam, coque cum Aq. comm. Libr. octo ad Libr. quinque; colaturae adde Spir. Vini simpl. Libr. unam.

FOMENTATIO EMOLLIENS. Erweichende Bähung. *Fomentation emolliente.*

Ph. Gall. (1837): Rec. Spec. emoll. Unc. unam, coque cum s. q. Aq. comm. ad colat. Libr. duarum — Richard: Rec. Decoct. Rad. Althaeae, — Flor. Malv., — Sem. Lini āā Part. aequal. — Ratier: Sem. Lini Drachm. duas, Hb. Malv. Unc. duas, Aq. commun. Libr. duas, coq., cola. — Ph. Herbip.: Fol. Althaeae, — Malv., — Meliloti, Rad. Althaeae, Sem. Lini āā part. aequales, coque c. s. q. Aq. comm., cola. — Pierquin: Rad. Althaeae, — Patientiae, Fol. Borag., — Malvae, — Violar., — Lactuc. āā Unc. unam, Flor. Chamomil., — Melilot. āā Pugill. duos, Aq. comm. q. s., coque, et Libr. tribus colaturae adde Aceti Vini Unc. tres.

FOMENTATIO AD ERYSIPELAS sec. Spielmann.

Rec. Flor. Samb. Unc. semis, infunde per noctem Aq. comm. Unc. sedecim, colaturae adde Spir. camphor. Unc. unam, Sacchari Saturni Drachm. unam.

FOMENTATIO EXCITANS.

Hosp. St. Ludov.: Rec. Fol. Nicotianae Unc. duas, coq. c. Aq. comm. Unc. sedecim, cola — Ratier: Cremor. Tartari solub. Unc. unam, Aq. Libr. unam. Ratier: Vini Salviae Unc. sedecim, Spir. Vini camph. Unc. octo.

FOMENTATIO FRIGIDA Schmuckeri, s. Fotus refrigerans, Mixtura frigorifica. Schmucker's kalte Bähung.

Rec. Salis Ammoniaci pulv., Nitri pulv. āā Unc. semis, Aq. comm. Libr. duas, Aceti Vini Libr. semis; liquores et pulveres commixti seorsum dispensentur et misceantur ex tempore. In signatura animadvertendum est, pulverem cum fluido non prius commiscendum esse, quam in usum vocetur. — *Vis:* refrigerans, antiphlogistica. — *Usus:* externe, ad repellendas congestiones sanguinis, tam interna quam externa vi excitatas.

Pharmacopoearum atque Auctorum varietates indicare operae pretium non est. FOMENTATIO FRIGIDA Richteri haec est: Nitri crudi Unc. tres, Sal Ammon. Unc. unam, Sal. commun. Unc. quinque; ruditer contusa dentur et ante usum cum Aqua misceantur. — Kloedius proponit Acet. Vini Drachm. tres, Spir. Vini Drachm. duas, Sal. Ammon. Drachm. unam. — Sundelinus: Nitri, Sal. Ammon. āā Unc. unam, Sal. commun. Unc. quinque; dispensentur ruditer contusa mixta.

WALBERUS: Sal. Ammon. Part. quatuordecim, Nitri Part. decem, Sal. mirab. GLAUB. Part. sedecim, Aq. comm. Part. triginta (cf. Foment. refrigerans).

FOMENTATIO AD GANGRAENAM, s. antiseptica.

Ph. Palat.: Rec. Hb. Absinth., — Millefol. āā Drachm. sex, — Hyssopi, — Rutae, — Salviae, — Scordii, Flor. Hyperic., — Sambuci āā Unc. semis, Rosar. Unc. unam, Aloës, Asae foetid. āā Unc. semis, Lithargyri Unc. sex, Myrrhae Drachm. sex. Decoctum paratur cum Aqua l. a. — CADET, SPIELMANN: Chinae contusae Unc. unam, Aq. comm. Libr. quatuor, decoctis ad Unc. triginta duarum remanentiam adde Flor. Chamomill. Rom., — Tanaceti āā Unc. semis, post aliquot ebullitiones cola et adde Spir. camph. Unc. duas, Acidi Salis Unc. unam.

FOMENTATIO HEISTERI CONTRA HYGROMA PATELLAE.

Rec. Lithargyri Unc. sex, Boli Armen. Drachm. unam, Mastich., Myrrh. āā Unc. semis, Acet. Vini Libr. unam, coque per horae quadrantem et cola.

FOMENTATIO HERRMANNI.

Rec. Hb. et Flor. Malv. Unc. duas, coque ex Aq. comm. Libr. tribus ad colat. Libr. duarum, adde Acet. Saturni Unc. semis.

FOMENTATIO CONTRA HYDROCELEM.

Rec. Spir. MINDERERI, Liquor. digestiv. āā Unc. quatuor.

FOMENTATIO AD HYGROMA PATELLAE vid. Fom. HEISTERI.

FOMENTATIO INCITANS Ph. Hisp. 1798.

Rec. Spir. camph. Unc. tres, Aceti Unc. unam.

FOMENTATIO AD INFLAMMATIONES FULLERI.

Rec. Rad. Althaeae, — Lilior. alb. āā Unc. unam et semis, Hb. Malv., — Verbasci, — Hyoscyami, Flor. Sambuc., — Chamomill., — Melilot. āā Unc. semis, Sem Lini, — Foenugraeci āā Drachm. sex, denique in Aq. commun. Libr. sex ad colat. Libr. quatuor.

FOMENTATIO LAXANS ET ANTISPASMODICA.

BORIES: Flor. Chamom., — Melilot. āā Unc. semis, Bacc. Lauri, Sem. Carvi āā Unc. unam, Lactis vaccini q. s. ut post decoctionem horae quadrantis Libr. tres obtineantur, quibus adde Sapon Venet. Unc. unam et semis, Croci Drachm. duas.

FOMENTATIO LENIENS. Linderndе Bähung.

PIERQUIN: Opii concisi Unc. unam, Vini rubri vel albi Unc. octo, coque ad Unc. quatuor remanentiam; alia formula ejusdem: Sacch. Saturni Drachm. semis, Nitri Drachm. sex, Conservae Cynorrhodi Unc. duas, Syr. Capill. Ven. q. s. — NIEMANN: Tinct. Opii Part. unam, Ol. Succini rect. Part. duas. — RICHARD: Rad. Althaeae, Fol. Solani nigri āā Unc. duas, Caput Papav. unum; fiat decoctio.

FOMENTATIO MALVAE.

Fol. Malvae Unc. unam, Aq. fervent. Libr. unam.

FOMENTATIO NARCOTICA.

Ph. Gall. (1837): Rec. Specier. narcotic. (in Pharm. ipsa non obveniunt) Unc. unam, Aq ferv. Libr. duas, infunde cola. — Rec. Extr. Opii Drachm. duas ad quatuor, Aq. calidae Libr. unam. — RICHARD: Fol. Solani nigr. sicc. Unc. duas, Capit. Papav. N°. quatuor, Aq. comm. Libr. duas.

FOMENTATIO NITRICA ACIDA.

AUGUSTIN: Rec. Acidi nitrici Drachm. unam, Aq. dest. Libr. unam; pro corrigendo foedore ulcerum cancrosorum.

FOMENTATIO AD PUSTULAS IN CUTE FOVENDAS BRERA.

Rec. Aq. dest. Unc. octo, Acidi Salis Unc. tres, Acidi nitrici Unc duas; m.

FOMENTATIO QUERCINA s adstringens.

Ph. Nosoc. Argent.: Rec Cort. Quercus cont. Unc. semis, coq. c. Aq. commun. q. s. ad colatur. Libr. unius. — Ph. Gall. milit: Rec. Cort. Querc. Unc. unam, coq. c. s. q. Aq. comm. ad Colat. Unc. sedecim.

FOMENTATIO QUERCINO-ALUMINOSA Ph. Nosoc. Argent.

Rec. Decoct. cort Quercus Libr. unam, Aluminis crudi Drachm. unam.

FOMENTATIO REFRIGERANS. Kühlende Bähung.

BRERA: Aceti Libr. unam, Sal. Ammon. Unc. unam. — Disp. Lipp.: Aceti Unc. unam, Sal. Ammon Scrup. duos, Aq. comm. Libr. unam. — SWEDIAUR: Aq comm. Libr. duas, Aceti, Spir. Vini rect. āā Libr. unam, Ammon. mur. Drachm. sex ad octo. — AUGUSTIN: Aceti, Spir. Vini rect. āā Unc. quatuor, Sal. Ammon Unc. unam. — Ph. paup. Hamb.: Aq vegeto-mineralis GOULARDI Libr. unam et semis, Spir. Vini rect. Unc. tres. — Disp. Fuld. Rec. Aq. vegeto-mineral. Libr. duas, Spir. Vini Unc. tres, Spir. Vitrioli Unc. unam (inepte). — VOGT: Aq. vegeto-mineral., Spir. MINDERERI āā par. pond. (Ejusdem prope indolis atque usus Fomentationes frigidae, communes, resolventes.

FOMENTATIO RESOLVENS. Auflösende Bähung.

Disp. Fuld., Lipp., Hamb. paup. Balsami Vitae externi Unc. semis, Aq. comm. Libr. unam — Ph Dan. mil.: Specier. resolvent. Unc. duas, Aq. fervid. Unc. sedecim. — RICHARD: Infusi Flor. Sambuci Unc. octo, Acet. Saturni Drachm. semis. — RATIER: Infus. Flor. Sambuci Libr. unam, Spir. camphor. Unc. octo. — SPIELMANN: Flor. Sambuci Unc. semis, Aq. fervid. Unc. sedecim, f. infusio colaturae adde Spir. camphor. Unc. unam, Aceti Saturni Drachm. unam. — Hospitii Maternitatis: Flor. Meliloti, — Sambuci āā Drachm. duas, Hb. Menth., —

Salviae āā Drachm. unam, infunde Aq. ferv. Libr. duas, colaturae adde Spir. Vini rect. Unc. tres. — Ferrarini: Infus. Flor. Sambuc., Aceti āā Libr. unam et semis, Sal. Ammon. Drachm. duas. — Cadet: Spir. Mindereri Unc. quatuor, Spir. Vini rect., Aq. comm. āā Unc. quatuor; vel: Salis commun. Unc. unam, Spirit. Rorismarin. Libr. unam; vel: Cinerum. clavellat., Sapon. Venet. āā Unc. unam, Aq. Sambuc. Libr. duas, Salis Ammon. Drachm. duas. — Ph. Nosoc. Argentin.: Flor. Sambuc., — Chamom. āā Unc. semis, Aq. ferv. Libr. unam.

FOMENTATIO Richteri vid. Fomentatio frigida Schmuckeri.

FOMENTATIO ROBORANS, s. adstringens, s. Cort. Quercus, quas confer. Stärkende Bähung.

Augustin: Rec. Cort. Quercus Unc. semis, coque cum Aq. comm. Libr. tribus ad dimidium, sub finem adde Flor. Chamom. Unc. unam, colaturae adde Aceti Unc. quatuor. Ejusdem: Summit. Millefol. Unc. unam, Rad. Caryophyll. Cort. Querc. āā Unc. semis, coq. cum Aq. Calcariae Libr. duabus ad dimidium, col. adde Spir. Vini Unc. tres. — Ratier: Rad. Pentaphyll. maj. Unc. unam, Cort. Querc., Flor. Rosar. rubr. āā Drachm. sex, Aq. comm. Libr. unam, coq., cola.

FOMENTATIO Rustii.

Rec. Ferri acetici Unc. semis, Aq. comm. Unc. octo.

FOMENTATIO CUM SAMBUCO. Fliederblumenbähung. *Fomentation de Fleurs de Sureau.*

Ph. Gall.: Rec. Flor. Sambuci Drachm. duas et semis, Aq. fervid. Libr. duas, infunde, cola.

FOMENTATIO SAPONACEA vid. Spiritus saponatus.

FOMENTATIO SAPONIS AMMONIATA.

Ph. Ruthena castr.: Rec. Spir. Saponat., Spir. Mindereri āā Unc. unam, Spir. Sal. Ammon. caust. Unc. semis.

FOMENTATIO SATURNINA.

Ph. Nosoc. Argentin.: Aq. vegetomineral. Goulardi Libr. unam. — Augustin: Acet. Saturn. Drachm. duas, Aceti Unc. tres, Aq. comm. Libr. duas.

FOMENTATIO SCORBUTICA Bate.

Rec. Hb. Artemis., — Hyper., — Cochlear., — Chamaepit. āā Unc. unam et semis, — Absinth. vulg., — Absinth. Roman. āā Unc. duas, — Rorismar. Unc. unam, Rad. Raphani Unc. duas, coq. c. s. q. Aquae pro fotu.

FOMENTATIO SEDANS, s. leniens.

Pierquin: Aceti Saturn., Camphor. āā Unc. duas, Oxycrati Unc. sex, Aq. frigidissimae q. s.

FOMENTATIO SICCA.

Ferrarini: Rec. Flor. Sambuc. gross. pulv., — Chamom. āā Unc. unam, Farin. Secalis Libr. unam.

FOMENTATIO SINAPINA.

Rec. Farin. Sinap. Unc. quatuor, Aq. fervid. Unc. sedecim.

FOMENTATIO STIMULANS Richard.

Rec. Sem. Anisi, — Cumini, — Foenic. āā Unc. semis, infunde Aq. ferv. Unc. octo, colat. adde Spir. camph. Unc. unam.

FOMENTATIO TABACI.

Rec. Hb. Nicotianae Unc. duas, coq. c. Aq. comm. Unc. sedecim, cola.

FOMENTATIO TONICA.

Richard: Decoct. Cort. Chinae Unc. quinque, Vini rubri Unc. duas. — Ph. Lusit. vet.: Flor. Chamom., Hb. Rutae, — Centaur. min. āā Unc. semis, Aq. ferv. Libr. unam et semis, colat. adde Sal. Ammon. Unc. semis.

FOMENTATIO TONICO-ADSTRINGENS Brera vid. Fomentatio adstringens Brera (p. 436).

FOMENTATIO TONICO-ANTISEPTICA Brera.

Rec. Asae foetid. Unc. semis, solve l. a. in Decoct. Chinae Unc. quatuor, Infus. Flor. Chamom. Unc. sex, adde Spir. Vini rect. Unc. semis.

FOMENTATIO VINOSA.

Ph. Gall. (1837): Mellis albi Unc. quatuor, Vini rubri Unc. triginta duas. — Ph. Gall. milit.: Tinct. aromat. Unc. unam, Vini rubri Unc. viginti.

FOMENTATIO ZINCI SULPHURICI, s. Sulphatis Zinci.

Rec. Vitrioli albi Drachm. unam, Aq. commun. Libr. unam. (Varietates pendent ex medici arbitrio.)

FOMENTUM, FOTUS vid. Fomentatio.

FRUCTUS BECHICI Richard.

Rec. Dactyl. enucleat., Jujubarum, Ficuum, Passularum āā Part. aequales.

FRUCTUS CARMINATIVI Richard.

Rec. Sem. Anisi, — Foeniculi, — Coriandri, — Carvi āā Part. aequales.

FULIGO DEPURATA Gereinigter Glanzruß. *Suie purifiée.*

Ph. Hamb. (1835): Rec. Fuliginis splendentis quantum placet, solve in sufficiente quantitate aquae fervidae, solutio calida filtrata ad extracti spissitudinem evaporet.

FUMIGATIONES. Räucherungen.

Fumigations, gasorum vel vaporum evolutiones dicuntur ad usum medicum aptorum. Duplex illorum finis est, alter aërem corrigendi sive personandi aliquid, quod ab illo continetur, alter exercendi vim salutarem in corpore aegroti. Fumigationes ad aëris correctionem aptae propositum habent, ut miasmata vel elementa morbosa per aërem dissipata chemice deleant, uti Fumigatio oxymuriatica, Smythiana, tum ut foetores atque exhalationes nauseam excitantes obvolvant, sicut Saccharum, Resinae, Coffea, Succinum,

Baccae Juniperi tosta singula, vel Acetum simplex et aromaticum evaporandum. Gas, quae tali modo in usum vocantur, sunt Gas Chlori, Acidi sulphurosi, nitrosi, Ammoniaci; vapores sunt sicci, aquosi, spirituosi, aetherei. Vapores sicci emergunt ex torrendis resinis, Benzoë, Succino, Baccis Juniperi, imo etiam Sulphure incenso, Cinnabari decomposita.

Vapores aquosi ex ipsa aqua pura evaporata constituuntur, vel onerati materiis volatilibus ex plantarum partibus aromaticis abreptis. Hi tali modo in pulmones resorbentur, ut aegroti capiti atque humeris magnus pannus obtegatur, cui infusio calida plantae aromaticae salutaris in vase aperto idoneo suggeritur; vel ex apparatu aspiratorio e. gr. lagena WOULFIANA bicolli, cujus tubus alter aegroti ore suscipitur, alter in aërem ipsum desinit, quo fit ut aegroti anhelitu aër atmosphaericus per vas sugatur.

Singulis vocibus, quae de parandis Fumigationibus animadvertenda sunt, referuntur.

FUMIGATIO ACIDI NITRICI vid. Fumigatio SMITHIANA.

FUMIGATIO ANTILOIMICA GAUBII vid. Fumigatio GAUBII.

FUMIGATIO ANTISEPTICA vid. Fumigatio SMITHIANA.

FUMIGATIO ANTIVENEREA vid. Fumigatio Cinnabaris.

FUMIGATIO AROMATICA vid. Species fumales.

FUMIGATIO BELLADONNAE.

SOUBEIRAN: Rec. Infusionis Salviae. Libr. duas, Pulv. Hb. Belladonnae Drachm. unam, mixta ingerantur in vas aspiratorium (voce Fumigatio) et vapores inhalentur ex mixtione Graduum 40 ad 50 Therm. Beaum.

† FUMIGATIO CHLORI vid. Fumigatio oxymuriatica.

† FUMIGATIO CINNABARIS, s. mercurialis. Zinnoberräucherung, Quecksilberräucherung. *Fumigation de Cinnabre.*

Rec. Cinnabaris Drachm. unam ad duas, projice in laminam ferream fusam adeo calefactam, ut Cinnabaris decomposita avolet. Later ignitus quoque conducit pro lamina ferrea. Aegrotus in arcam positus vapores per cutem resorbet. Vapores mixti sunt ex Acido sulphuroso, ex Mercurio vivo evaporato, et Cinnabari indecomposita.

† FUMIGATIO DESINFECTANS, GUYTON-MORVEAUIANA, s. hygiaenica vid. Fumigatio oxymuriatica.

FUMIGATIO GAUBII, s. antiloimica GAUBII, s. Solutio alexiteria GAUBIANA. Gaub'sche Räucherung.

Rec. Nitri Part. undeviginti, Sal. comm. Part. undecim, Magnesiae Vitriariorum Part. quatuordecim, intime mixtis infunde (tempore et loco opportuno) Olei Vitrioli Part. viginti cum Aq. commun. Part. tribus antea mixti. Evolvuntur mixta Gas Chlori atque nitrosum.

FUMIGATIO MASUYER Ph. Nosoc. Argent. Rec. Calcariae chlorosae Unc. unam, in vase fictili plano sparsam loco idoneo expone.

† FUMIGATIO MERCURIALIS vid. Fumigatio Cinnabaris.

FUMIGATIO NITRICA vid. Fumigatio SMITHIANA.

† FUMIGATIO OXYMURIATICA, s. Fumigatio GUYTON-MORVEAUIANA, s. Chlori desinfectans, s. muriatico-oxygenata, Alexiterium chloricum, Suffimigatio GUYTONIANA, Gas acidi muriatici oxygenati. Chlorräucherung, oxydirtsalzsaure Räucherspecies, Guyton-Morveau's Räucherung. *Fumigation de GUYTON-MORVEAU, désinfectante, de Chlore, hygiénique, Alexitère chlorique.*

Rec. Magnesiae Vitriariorum Unc. duas, in vase figulino aperto affunde Acidi Salis concentrati crudi q. s. ad pastam mollem, quae diu indesinenter Gas Chlori exhalat. Quod si evolvi cessaverit, altera acidi copia infusa iterum cieatur, atque miscela igne supposito leniter foveatur. Liquore limpido denique decanthato Magnesia Vitriariorum residua ad eundem usum denuo inservit.

Acidum Salis crudum, quod hodie vilissimi pretii prostat, ad hunc usum opportunissimum, et miscelae Salis communis, Magnesiae Vitriariorum et Olei Vitrioli diluti anteponendum, quum praeparationem ne minimam quidem exigat. Hanc mixtionem si adhibere vis, parandi methodum habebis in pagina 57, voce Aquae Chlori, susceptione in aqua neglecta. Citissime agetur si Calcariae chlorosae Acidum Salis dilutum infundes. De Chlori indole atque usu cf. vocem Chlorum (p. 178).

FUMIGATIO PICIS LIQUIDAE. Theerräucherung. *Fumigation de Goudron.*

Pix liquida in vase idoneo cum decupla vi Aq. commun. igni imponatur, ut vapores aquosi materiis pyrogeneis onusti in cubiculum emergant, in quo aegrotus commoratur. Laudata in catarrhis chronicis et phthisi.

FUMIGATIO RESINOSA SAINTE-MARIE.

Rec. Resinae communis, Cerae flav. āā Part. aequales, immitte in vas fictile craticulae impositum, a lampade cum Spiritu Vini alita calefactum. In phthisi laudata.

FUMIGATIO SMITHIANA, s. nitrica, nitrosa SMITHIANA, desinfectans, antiseptica, Acidi nitrici, Alexiterium nitricum, Suffumigatio cum Acido nitrico. Smith'sche Räucherung, salpetersaure Räucherung. *Fumigation d'acide nitrique.*

Ph. Gall. (1837): Rec. Olei Vitrioli Unc. duas, caute mixtas cum Aq. comm. Unc. una calefac in patina sinensi prunis ardentibus imposita; tum sensim injice Nitri depurati pulverati Unc. duas, cavens, ne alteram copiam addas, quam antecedens penitus decomposita fuerit. Haec copia sufficit pro depurando cubiculo capacitatis trium millium pedum cubicorum. Absque caloris adminiculo Nitrum purum ab Oleo Vitrioli non decomponitur. Rationum varietates Codicum atque Auctorum pestringere operae pretium non est, quum plurimae a recto discedunt.

FUMIGATIO VOLATILIS s. ammoniacalis.

Ph. Ruthen. castr.: Rec. Salis Ammon. pulv. partem unam, Calcis vivae pulv. partes duas, m.

FUMIGATIO VOLATILIS HUMIDA.

Rec. Sal. Ammon., Cinerum clavell. dep. āā Part. aequales mixta et aqua humectata in vase idoneo calefiant, ut vapores evolventes partem morbosam attingant.

FUNDANS ANTIMONII LEMERY.

Rec. Acidi Nitri Unc. decem, Acidi Salis, Olei Vitrioli āā Unc. quatuor. Dictum a virtute Antimonium solvendi.

FUNDANS LASSONE vid. Aqua salina (p. 88).

FUNDANS RICHARDI, s. Resolvens RICHARDI sec. VAN MONS:

Rec. Ol. Terebinth., Acidi Salis conc. āā Unc. unam, agita in retorta per aliquot dies, tum affunde Spir. Vini rectificatiss. Unc. octo; destillent Unc. octo in quibus solve Camphor. Unc. semis.

FUNDANS RUHLANDI mixtio est Kali sulphurici, nitrici, antimonici ex aquis lavatoriis Antimonii diaphoretici obtenta.

FUNGUS QUERNUS PRAEPARATUS, s. Agaricus chirurgorum Disp. Lipp. est Agaricus igniarius (gemeiner Feuerschwamm) qualis ubique prostat, nec a pharmacopola praeparatur.

GALBANETUM vid. Oleum essentiale Galbani.

CALIPEINUM vid. Cusparinum (p. 213).

GARGARISMA, Gurgelwasser, *Gargarisme*, est medicamentum semper liquidum ad morbos et dolores oris atque faucium aptum. Menstruum est aqua. Inserviunt gutturi atque palato abluendo et fovendo, neque tamen absorbentur.

GARGARISMA ACETICUM, s. acidulum, s. acetosum. Essiggurgelwasser.

Ph. Gall. mil.: Aceti Part. viginti quinque, Mellis depum. Part. triginta, Decocti Hordei Part. ducentas. — SWEDIAUR: Oxymell. Unc. tres, Decoct. Hordei Libr. unam. — RATIER: Aceti Drachm. duas, Mell. rosat. Drachm. sex, Decoct. Hordei Unc. sex. Altera formula ejusdem: Salis Ammon. Drachm. unam, Mell. Unc. unam et semis, Aceti Vini Drachm. duas, Aq. comm. Libr. unam. — SPIELMANN: Aceti Unc. duas, Mell rosati Unc. unam, Aq. comm. Libr. unam. — RICHARD: Oxymell. Unc. unam, Decoct. Hord. Unc. sex; vel: Decoct. Hordei Unc. sex, Syr. Moror. Unc. unam, Nitri Scrup. unum; vel: Aq. comm. Unc. quatuor, Syr. simpl. Unc. semis, Spir. Vitrioli Gutt. octodecim. — PLENCKIUS: Aq. comm. Libr. unam, Aceti rosati Drachm. duodecim, Mell. rosati Unc. duas.

GARGARISMA ACIDI ACETICI CUM MYRRHA FOTHERGILL.

Sec. RICHARD: Rec. Decoct. Hordei Libr. unam, inter coctionem adde Rad. Contrajerv. cont. Unc. semis, Liquori colato admisce Acid. acetici, Tinct. Myrrh. āā Unc. unam, Mell. Drachm. sex.

GARGARISMA ACIDI MURIATICI s. muriaticum.

Nosoc. St. Barthol.: Rec. Rosar. Gall. Drachm. duas, Aq. fervid. Unc. sedecim, infunde, colat. adde Acidi muriat. Drachm. unam et semis. — CONNEL: Rec Decoct. Cydoniorum Unc. septem, Syr. Moror. Unc. unam, Acidi muriatici Gutt. viginti ad triginta.

GARGARISMA ADSTRINGENS.

Zusammenziehendes Gurgelwasser. *Gargarisme adstringent.*

Variae indolis obveniunt Gargarismata adstringentia, quorum nullum pro prototypo haberi possit. Ex materia, cui vis adstringens potissimum debetur, distribuendi argumentum desumsimus.

a) *Cum Alumine.* Disp. Fuld., Lipp. Rec. Alumin. Drachm. duas, Aq. comm. Unc. decem, solutioni adde Tinct. Pimpinell. alb. Unc. semis, Mell. despumati Unc. duas. — Ph. Gall. mil.: Alumin Unc. semis, Aq. Hordei Libr. unam, Mellis rosati Unc. tres. Ph. Ruth. castr Aluminis Drachm. unam ad sesqui, Infusi Flor. Sambuc Libr. duas, Acidi sulphurici diluti Gutt. triginta, Mell. Unc. unam vel Sacch. alb. Unc semis. — Ph. Dan. milit.: Alumin. Scrup. duos, Infus. Salviae Unc. octo, Mell. crudi Unc unam. Ph. Hamb. paup. Alumin. Drachm. tres, Infusi Salviae Libr unam, Mell. rosat. Unc. duas. — RATIER: Aluminis Drachm. unam, Decoct Hord., Infus. Flor. Rosar. rubrar. āā Unc. tres, Mell. rosati Unc. duas; vel: Alumin. Drachm. unam, Infus. Rosar. rubrar. Unc. octo, Mell. comm. Unc. unam et semis, AUGUSTIN, ELLIS: Alumin. Drachm. semis,

Decoct. Cort Querc. ex Unc. una parati Unc. duodecim, Spir. Vini Unc. duas. — Swediaur: Alumin. Drachm. unam, Infus. Contrajervae Unc. octo, Aceti, Tinct. Myrrh. āā Unc. unam; vel: Alumin. Drachm. duas, Infusum Hb. Salviae, ex Unc. una paratum cum Vini Rhenani Unc. octo, Mell. rosat. Unc. unam. — Rennie: Alumin. Drachm. unam, Decoct. Chinae Libr. unam, Mell. rosat. Unc. unam. — Beral: Alumin. Scrup. quatuor, Aq. dest. Unc. septem, Mell. despum. Unc. unam. — b) *Cum Acido Salis.* Augustin: Hb. Salviae Pugill. unum, Vini rubr. q. s ut sit decocti colatura Unc. octo, cui adde Mell. rosat. Unc. unam, Acidi Salis Drachm. unam. — c) *Cum Gallis:* Ph. Lusit. ed. Pinto: Gallar., Cort. Granat. āā Drachm tres, Aq. commun. Unc. sedecim, coque ad remanent. Libr. unius, colaturae adde Alumin. Drachm. unam, Mell. rosat. Unc. unam. — Ratier: Decoct. Hordei Unc, quatuor, Flor. Rosar. rubrar., Gallar., Cort. Granat. āā Drachm. unam, Vini rubri Unc. quatuor, Mell. rosat Unc. duas, Acid. Sulphuric. dilut. q. s. — d) *Cum Cortice Granatorum.* Cadet: Infusi Hb Agrimoniae, — Nuc. Cypressi, — Cort. Granator., — Flor. Sambuci āā Unc. quatuor. Mell. rosat., Syr. Moror. āā Drachm tres, Olei Vitrioli Gutt. viginti. — Ph. Lusit. vet. Cort. Granat. Drachm. unam, coque per horae semiquadrantem c. Aq. comm. Unc. octo, adde Flor. Rosar. rubr. Pugill. duos, colaturae adde Alumin. Drachm. unam, Mell. rosat. Unc. unam. Beral: Aq. comm. Libr. unam, Pulv. Cort. Granat Drachm. duas, infunde, cola, Unciis octonis colaturae adde Vini rubri Unc. duas, Mell. rosat. Unc. unam, Syr. Papav. Unc. unam, Elixir. acidi Halleri Gutt. duodecim. — Spielmann: Cort. Granat. Unc. unam, Balaustiorum Unc. semis, coq c. Aq. comm ad colat. Unc. sedecim, cui adde Alumin. Drachm. semis, Syr. Rosar. Unc. unam. Pierquin: Ligni Lentisci Unc. semis, Flor. Rosar. rubr., Balaust. Granat. āā Drachm. duas, coq. c. Aq. comm. ad colat. Libr. unius, cui adde Alumin. Drachm. tres. — Reuss: Rad. Bistort., Hb. Agrimon., — Vinc. Pervinc., Flor. Malv. arbor., Balaustior. āā par pondus; harum Specierum Drachm. duas coq. c. Aq. commun. Unc. una. — e) *Cum China.* Rennie: Alumin. Drachm. unam, Decoct. Chinae Libr. unam, Mell. rosat. Unc. unam. — f) *Cum Tormentilla.* Saunder: Rad. Tormentill. Unc. duas, Aq. comm. q. s ad colat. decocti Libr. unius, adde Mell. rosat., Spiritus Vitrioli Gutt. decem; vel: Hb. Agrimon. Unc. semis, Rad. Tormentill. Drachm. duas, Aq. comm. Unc. sex, coque, cola et adde Roob Mororum Unc. unam. — g) *Cum Ratanhia.* Ph. Ferrar.: Extr. Ratanh. Unc. semis, Aq. comm. Unc. viginti, Aceti Unc. quatuor. — Gray: Infus. Rad. Ratanh. Unc. sex et semis, Spiritus Vitrioli Drachm. duas et semis, Syr. Moror. Unc. unam; vel: Extr. Ratanh. Drachm. tres, Aq. comm. Libr. unam et semis, coctis adde Syr. Moror. Unc. unam, Spir. Vitrioli q. s. — h) *Cum Semine Sinapeos.* Pierquin: Sem. Sinap. Drachm. unam, Aceti rosat., Sacch. alb. āā Unc. unam, Aq. comm. Unc. tres. — i) *Cum Aceto Saturni.* Ratier: Aceti Saturn. Drachm. semis, Decoct Hord. Libr. unam, Syr. Sacch. Unc. unam. — k) *Cum Vitriolo albo.* Ellis: Vitrioli albi Drachm. unam, Mellis Unc. semis, Tinct. Myrrh., Spir. Vini simpl. āā Unc. unam, Aq. Rosar. Unc. quatuor. — l) *Cum Vitriolo coeruleo.* Swediaur: Vitrioli coerulei Gran. duo, Aq. comm. Unc. quatuor. — m) *Cum Camphora.* Pierquin: Camphor. Gran. unum, Mell. rosat. Unc. unam, Infusi ex Hb. Rubi et Hb. Camphorosmae āā Unc. una Unc. quatuor.

GARGARISMA ADSTRINGENS ACIDUM s. detergens.

Ph. Ferrar.: Rec. Aq. Hordei Unc. decem, Mellis rosati Unc. unam et semis, Spir. Vitrioli Drachm. unam. — Augustin: Rad. Aristoloch. rotund., — Bistortae āā Unc. semis, Hb. Cochleariae, — Salviae, — Aquilegiae āā Unc. unam et semis, Turionum Pini Unc. semis, Decocti Hordei ferventis Libr. unam et semis, denuo coque, colaturae adde Syrup. Rosar. Unc. tres, Spir. Vitrioli Drachm. duas, Spir. Vini camphorat. Drachm. unam. — Ratier: Spir. Vitrioli Gutt. viginti, Decoct. Hordei Unc. quatuor, Mell. rosati Unc. unam; vel: Spir. Vitrioli Gutt. octodecim, Aq. dest. Unc. quatuor, Mell. despum. Unc. semis. — Saunder: Aq. Hordei Libr. unam, Mell. rosat. Unc. tres, Spir. Vitrioli q. s. ad saporem leviter acidulum. — Ph. Lusit. vet.: Hb. Agrimon., — Rubi āā Drachm. tres, coque c. Aq. comm. Libr. una et semis, adde Mell. rosati Unc. unam, Spir. Vitrioli Scrup. duos.

GARGARISMA AERUGINIS, s. viride.

Gray: Ung. aegyptiaci Drachm. duas, Mell. Unc. unam, Aq. comm. Unc. sex; vel: Ung. aegyptiaci Drachm. duas, Alumin. Drachm. semis, Aq. Hordei Libr. unam. — Currie: Ung. aegypt. Unc. semis, Mell. rosat. Unc. duas, Decoct. Hord. Unc. sex.

GARGARISMA ALTHAEAE, s. Radicis Althaeae.

Sundelin: Rec. Rad. Althaeae Drachm. tres, Flor. Sambuc Unc. semis, coq. c. Aq. comm. Unc. sedecim ad colat. Libr. unius, adde Syrup. Alth. Unc. unam et semis. — Beral: Rad. Alth. Unc. unam, coq. c. Aq. comm. Unc. viginti, colat. adde Mell. Unc. duas.

GARGARISMA ALUMINATUM, s. aluminosum vid. Gargarisma adstringens *a)* cum Alumine.

GARGARISMA AMMONIACALE.

Saunder: Spir. Sal. Ammon. caust. Unc unam, Infusi aromatici cujuslibet Libr. unam. Ph. Lusit. ed. Pinto: Gargarism. emollient. Libr. unam, Spir. Sal. Ammon. caust. Drachm. duas. — Pringle: Rad. Althaeae, Caricar. sicc. āā Drachm. sex, Lact. vaccini Unc. sedecim, colat. adde Spir. Sal. Ammon.

caust. Unc. semis. — SWEDIAUR: Decoct. Hordei Libr. unam, Liq. Ammon. carbon. Unc. semis ad unam. — BERAL: Rec. Aq. dest. Unc. septem, Mell. despum. Unc. unam, Sal. alcali volat. sicc. Scrup. quatuor.

GARGARISMA IN ANGINA. Gurgelwasser bei Halsentzündung.

BRERA: Fruct. Capsici annui cochlear unum majus, Sal. comm. cochlear minus, Aq. calidae Unc. tres. — KOPP: Hb. Sabin. Drachm. sex ad Unc. unam, Aq. fervid. Unc. sex et semis, infunde, cola, adde Mercur. subl. corros. Gran. unum. — VOGT: Hb. Millef., Flor. Chamomill. vulg. āā Unc. semis, in decocti Unc. octo solve Borac. Venet. Drachm. duas, Mell. rosati Unc. unam. — FOTHERGILL: Hord. excort. Unc. unam, coq. cum Aq. comm. Libr. duabus ad colat. Libr. unius, sub finem coctionis adde Rad. Contrajervae Unc. semis, colat. adde Acet. dest., Tinct. Myrrh. āā Unc. unam, Mell. crudi Drachm. sex. — Denique sec. VOGT: Alumin. Drachm. unam, Aq. Salviae Unc. sex, Tinct. Pimpinell. Unc. semis, Syrup. Moror. Drachm. sex.

GARGARISMA ANODYNUM. Schmerzstillendes Gurgelwasser.

ROCHETTE: Rec. Decoct. Althaeae Unc. octo, Aq. Lact. sativ. Unc. duas, — Flor. Naph. Unc. unam, Syrup. Rhoead. Unc. unam, Morphii muriatici Gran. tria. — RICHARD: Gargarismati lenienti adde Laudani ROUSSEAVII Gutt. viginti ad triginta. — SUNDELIN: Decoct. Avenae Unc. quatuor, Syr. Diacodii Unc. unam.

GARGARISMA ANTIODONTALGICUM. Zahnwehstillendes Mundwasser.

PIERQUIN: Rec. Rad. Pyrethri Unc. semis, Rad. Tormentill. Drachm. tres, Acet. rubr. Unc. sedecim, coq. et ab igne remoto adde Opii, Camphor. āā Drachm. unam, Sem. Hyoscyami Drachm. tres, infunde, filtra.

GARGARISMA ANTIPHLOGISTICUM. Antiphlogistisches Gurgelwasser.

Disp. Fuld. Rec. Gargarism. emollient. Libr. duas, Spir. Nitri dulcis Unc. semis, Syr. Althaeae Unc. duas.

GARGARISMA ANTISCORBUTICUM, s. Nasturtii compositum (Ph. Hisp.) Scorbutwidriges Gurgelwasser.

Ph. Gall. (1837): Rec. Spec. amarar. (ejusd. Pharm. singula) Drachm. unam, Aq. fervid. Unc. octo, Syr. cum Melle Unc. duas, Tinct. antiscorbut. Unc. unam. — Ph. Hisp.: Rec. Rad. Rubiae Tinctor. Unc. unam, Hb. Nasturtii, — Salviae, — Beccabungae, — Aquilegiae, Rad. Pyrethri, Cort. Winterani āā Drachm. duas, Aq. Calc. recent. Libr. duas et semis, coque in vase clauso per horae quadrantem, colatur. adde Spir. cochlear. Unc. semis, Mell. rosat. Unc. quatuor. — Ph. Gall. mil.: Decoct. Hord. Part ducentas, Mell. despum. Part. triginta, Aceti Part. viginti quinque, Spir. Cochleariae Part. quindecim. — Ph. Hisp.: Spec. amar. Drachm. duas, Aq. fervid. Unc. octo, Spir. Cochlear. Unc. semis, Mell. rosat. Unc. unam. — RATIER: Spir. Cochlear. Unc. semis, Aq. comm. Libr. unam, Syrup. Sacchari Unc. unam; vel: Decoct. Hord. Libr. unam, Syr. Mell. Unc. unam, Tinct. antiscorbut. Drachm. duas. — SPIELMANN: Decoct. antiscorbut. Unc. sedecim, Spir. Cochlear. Unc. unam, Aceti muriat. Drachm. duas, Oxymell. simpl. Unc. duas. — PIERQUIN, SAINTE-MARIE: Aq. Hord. Libr. duas, Mell. rosat. Unc. duas, Tinct. Myrrh. Scrup. quatuor, Acidi muriat. Scrup. unum. — AUGUSTIN: Acid. muriat. dilut., Extr. Chinae, Catechu, Tinct Myrrh. āā Drachm. semis, Syr. Moror., Mell. rosati āā Unc. unam. — SAINTE-MARIE: Malti Unc. unam, Nasturt. aquat. Unc. semis, Aq. comm. Libr. quatuor, decoctis ad remanent. Libr. duarum adde Alumin. Drachm. duas, Sal. Ammon. Drachm. unam — RICHARD: Infus. Chamaedr. Unc. sex, Spir. Armoraciae Unc. semis, Mell. rosat. Unc. unam. — Hosp. St. Anton: Tinct. Armorac. Drachm. duas, Specier. amarar. Scrup. unum, Syr. Mell. Unc. unam, Aq. comm. Unc. quatuor; vel: Infus. amari Unc. sex, Tinct. Raphani Unc. semis, Mell. rosat. Unc. duas.

GARGARISMA ANTISEPTICUM. Fäulnißwidriges Gurgelwasser.

Disp. Fuld.: Rec. Cort. Chinae Unc. duas, Hb. Rutae Unc. unam, Aq. commun. Libr. tres, tertia parte ebullitione consumta adde Camphorae cum Mucilagine Gummi Arabici tritae Drachm. duas — DUHAMEL sec. BERAL: Aq. comm. Libr. unam, Pulv. Cort. Chin. reg. Unc. semis, digere per horam, filtra; liquidi Unciis octonis adde Aq. camphor. Unc duas, — Cinnamom., Oxymell. simpl. āā Unc. unam, Spir. Vitrioli Gutt. duodecim. — Ph. Ruth. castr.: Decoct. Querc. aluminosi Libr. unam, Aceti, Tinct. Myrrh. āā Unc. unam. — GRAY: Alumin. Gran. decem, Cort. Querc. Drachm. duas, Ol. Vitrioli Gutt. triginta, Aq. ferv Unc sex. — RATIER: Sal. Ammon. Gran. duodecim, Camphor. Gran. viginti, Decoct. Chinae Unc. sex. — PIERQUIN: Decoct. Chinae Unc. sex, Aceti Drachm. tres, Mellis Unc. unam. — AUGUSTIN: Aq. Chlori Gutt. decem ad quindecim, Aq. Rosar. Unc. sex, Mell. rosat. Unc. unam — Alia formula: Pulv. Chinae Unc. unam, coq. c. Aq. comm. Libr. duabus ad dimidiae partis remanentiam, sub finem adde Hb. Rutae Unc. semis, liquori colato adhuc calido Camphor. Drachm. unam, Gummi Arab. Drachm. unam et semis, Syr. Acet. Unc. unam. — HENRY-GUIB.: Cort. Chin. rubr. Drachm. duas, coq. in Aq. commun. Unc. octo, colat. adde Elixir. Acid. HALL., Spir. camphorat. āā Gutt. octodecim.

GARGARISMA ANTISYPHILITICUM, s. Mercurii sublimati corrosivi, s. mercuriale, s. in ulceribus venereis. Gurgelwasser bei Lustseuche. *Gargarisme antisyphilitique, antivénérien.*

SOUBEIRAN: Rec. Mercur. sublim. corros. Gran. unum (GRAY: et semis) ad duo, Aq.

decoct. Unc. sex. — Henry-Guib.: Rad. Alth. Unc. semis, Aq. comm. q. s. ad decoct. Unc. octo, Mellis Unc. unam, Mercur. sublim. corros. Gran. semis. – Hospit. Syphilitic or.: Hb. Malv. Unc. semis, fiat decoct. c. Aq. comm. Unc quinque, colat. adde Lactis vaccini Unc. unam, Mercur. sublim. corros. Gran. unam ad duo. — Richard: Decoct. Hord. Unc. octo, Liquor. Swieteni Unc. semis, Syr. Sacch. Unc. unam. — Hennen: Cort. Chin. reg. Unc. semis, coq. cum Aq. comm. Libr. una ad remanent. Unc. sex, in quibus solve Mercur. sublim. corros. Gran. quatuor, Tinct. Myrrh., Mell. rosat. āā Unc. semis. — Hosp. Carit. Paris: Liquor. Swieteni Unc. duas, Mell. rosat. Unc unam, Decoct. sudorific. Unc. sex. — Cadet: Liquor. Swieteni Drachm. unam, Decoct. Hord. Libr. unam, Syrup. Cusinieri Unc. duas. — Dr. Smith: Decoct. Hord Unc. octo, Lact. vaccini Unc. duas, Mell. despum. Unc. unam, Mucilag. Gummi Arab. Unc. unam, Mercur. sublim. corros Gran. unum, Extr. Opii Gran. tria. — Ph. Lusit. vet.: Rad. Alth. Unc. unam, coq. c. Aq. comm. suff. copia ut supersit Libr. una et semis, in colat. solve Mercur. sublim. corros. Gran. duo, Sal. Ammon. Gran. quatuor, Mell. despum. Unc. unam. — Swediaur: Gummi Arab. Drachm. unam, Decoct. Hord. Unc. quinque, Syrup. Alth. Unc. unam et semis, Calomel. Gran. quindecim.

GARGARISMA AD APHTHAS s. in aphthis.
Disp. Fuld.: Rec. Catechu Drachm. tres, coq. c. Aq. Calcis Libr. una ad Unc. decem remanent., quibus colatis adde Sacch. Saturni Scrup. unum, Mell. despum. Unc. duas. — Berends; Sundelin: Cort. Chin. rubr. Unc. semis, coq. ex Aq. comm. Unc. decem ad remanent. Unc. sex, in colat. solve Camphor.; Gummi Arab. subactae, Gran. duodecim, adde Tinct Pimpin., - Chinae simpl. āā Unc. semis, Mell. rosat. Unc. unam et semis. (Conf. Gargarisma Boracis).

† GARGARISMA BELLADONNAE CUM MERCURIO, s. cum Hydrargyro.
Augustin: Rec. Hb. Belladonn., — Cicutae āā Unc. semis, Sem. Lini Unc. duas, Mercur. sublim. corros. Gran. sex ad decem, Aq. comm. Libr. duas, coq. per aliquot momenta.

GARGARISMA BORACIS, s. Boratis Sodae, s. e Borace, s. boraxatum, s. ad aphthas. Gurgelwasser mit Borax.
Ph. Ruth. castr.: Rec. Borac. Unc. semis, Aq. comm. Libr. unam, Mell. Unc. semis. — Beral: Borac. Scrup. quatuor, Aq. destill. Unc. septem, Mell. despum. Unc. unam. — Ph. Genev.: Borac. Drachm. duas, Mucilag. Sem. Cydon. Libr. semis, Mell. rosat. Unc. unam. — Ph. paup. Hamb.: Borac. Drachm. sex, Infusi Hb. Salviae Unc. decem, Mell. despum. Unc. duas. — Ph. Dan. milit.: Borac. Drachm. duas, Infus. Salviae Unc. octo, Mell. Unc. unam. — Swediaur: Borac. Drachm. unam, Infus. Flor. Rosar. rubr. Unc. octo, Mell. rosat. Unc. unam. — Ratier: Borac. Drachm. duas, Decoct. Hord. Libr. unam et semis, Syr. Gummos. Unc. unam; vel: Borac. Drachm. tres Decoct. Chinae Libr. unam, Mell. Unc. unam et semis. — Swediaur: Borac Drachm. duas ad tres, Mell. Unc. unam, Extr. Nuc. Jugland. Unc. semis, Spir. Vini Unc. unam ad duas, Aq. ferv. Libr. unam; vel: Borac. Unc. unam, Aq. fervid. Libr. unam, Mell, Tinct. Myrrh āā Unc. duas. — Pierquin: Boracis, Vitrioli de Cypro āā Gran. octo, Tinct. Coccionell. Drachm. unam, Aq. comm. Unc. unam, Spir. Cochlear. Unc. duas, Syr. Rubi Idaei q. s. —(Plures denique Gargarismatis boraxati exstant formulae, parum tantum discrepantes, quas enumerare longum est)

GARGARISMA CAMPHORATUM. Campfergurgelwasser.
Ph. Ferrar. Rec. Camphor. Drachm. unam, Naphth. Vitrioli Scrup. unum, Syrup. Sacch. Unc. unam, Aq. calidae Libr. duas.

GARGARISMA CAPSICI ANNUI. Spanisch-Pfeffergurgelwasser.
Gray, Rennie: Fruct. Capsici ann. Drachm. unam, Sal. comm. Scrup. unum, Aceti Unc. semis, Aq. ferv. Unc. unam ad quatuor. — Nosoc. reg. St. Barthol.: Fruct. Capsic. ann. Drachm. tres, Sal. commun. Unc. unam, Aq. fervid. Unc. sedecim, maceratis per horas 12 adde Aceti Unc. sedecim.

GARGARISMA IN CATARRHEUMATE.
Sundelin: Rec. Aq. Calcis, Lactis vaccini āā Unc. quatuor, Mell. rosat. Unc. duas.

GARGARISMA CHLORICUM.
Ph. Dan. milit.: Aq. Chlori Drachm. semis, Aq. destill, Mell. crudi āā Unc. semis; vel: Gummi Tragacanth. Gran. duodecim, Aq. comm. Unc. quatuor, Aq. Chlori, Syr. Sacchari āā Unc. semis.

GARGARISMA COCHLEARIAE. Löffelkrautgurgelwasser.
Hospit. Carit. Paris.: Spir. Cochlear. Unc. semis, Tisanae antiscorbut. Unc. sex, Mell. rosat. Unc. unam. — Augustin: Rec. Aq. Cochlear. Unc. duas, Spir. Cochlear. Unc. unam, Tinct. Laccae Drachm. duas. Conf. Gargarisma antiscorbuticum (p. 444).

GARGARISMA COMMUNE. Gewöhnliches Gurgelwasser.

Cadet: Rec. Fol. Senn. Drachm. duas, Sem. Coriandri, — Foeniculi āā Drachm. unam, Coccionell., Croci, Rad. Liquirit. āā Drachm. semis, Passular. minor. Libr. semis, Spir. Vini rect. Libr. duas et semis; infunde per dies sex, saepius agitanda, cola; faecibus iterum infunde Spir. Vini rect. Unc. sedecim, post extractionem cola et colaturas junge. — Ph. Amstel. Rheum omittit. Varias lectiones praetereamus.

GUTTAE E CUPRO Boerhavii.
Rec. Cupri limati Scrup. unum, Spir. Salis Ammoniaci caustici Unc. unam; digere interdum agitanda in vase non omnino clauso. In hydrope laudatum.

GUTTAE DEPRIMENTES vid. Solutio Acetatis Morphinae.

GUTTAE DIURETICAE. Harntreibende Tropfen.
Ph. paup. Hamb.: Rec. Hb. Nicotian. Virgin. Drachm. unam, infunde Aq. fervidae q. s. ad colatur Unc. unius, adde Aq. Flor. Cassiae Unc. semis. — Richter: Rec. Gutt. Scrup. semis, Liquor. Ciner. clavell. depur. Unc. semis, solve digerendo — Lentinus: Vin. emetici Drachm. unam, Aceti scillit. Drachm. tres. — Horn: Tinct. Digital. purp. Drachm. tres, Tinct. Scill. Drachm. unam. — Tode: Extr. Trifol. fibr. Unc. semis, Aceti scillit. Drachm. sex, Spir. Salis dulcis Unc. semis. — Burdach: Terrae foliat. Tartari Drachm. duas, Tinct. Pimpinell. Unc semis. — Schneider: Extr. Lactuc. viros. Scrup. duos, Tinct. Digital. purp. Unc. semis, Aq. Cinnamom. vinos. Unc. unam et semis. — Kämpf: Liq. Cornu Cervi Drachm. duas, Aceti scill. Unc. semis, Syr. Cerasor. Drachm. duas, Laudan. liq. Sydenh. Gutt. octo. — Berends: Rad. Scill. Drachm. unam, Terrae foliat. Tartari Drachm. duas, Spir. Vini rectif., Aq. destill. āā Unc. unam et semis.

GUTTAE CONTRA DYSPEPSIAM ET FLATULENTIAM Grave.
Rec. Cort. Aurant. Unc. duas, Pulv. Rhei Unc. unam, Pulv. Aloës comp. Unc. duas,

Spir. Vini Gall. Libr. duas; post macerationem destillent.

GUTTAE EMMENAGOGAE SUNDELIN.
Rec. Extr. Belladonn. Scrup. unum, Tinct. Ferri muriat. Drachm. tres, Tinct. Aloës Drachm. unam, — Cinnamomi Unc. semis.

GUTTAE EXCITANTES.
HEIM: Rec. Ol. Chamomill. aeth. Gutt. sedecim, Spir. nitrico aether. Drachm. tres. — HUFELAND: Camph. Scrup. unum, Naphthae Vitrioli Drachm. duas, Laudan. liquid. Sydenh., Balsami Vitae HOFFMANNI āā Drachm. unam. (Cf. Liquor Olei animalis et Cajeputi.)

GUTTAE FELLIS, s. Injectio fellea in aurem.
AUGUSTIN: Rec. Fell. Tauri Drachm. unam, Infusi Saponar. Unc. tres, Gummi Ammon. Gran. decem, m. l. a. — GRAY: Fell. Tauri Drachm. tres, Balsam. Peruv. Drachm. unam.

GUTTAE FERRATAE, s. martiales SWEDIAUR.
Rec. Croci Martis adstring. Unc. semis, in mortario vitreo trito adde Acidi nitrici Drachm. sex, solutioni adde Aq. comm. Unc. unam.

GUTTAE CONTRA FLUOREM ALBUM SUNDELIN s. Elixir balsamicum.
Rec. Balsam. Copaiv., Ol. Terebinth. rect., Ol. Succin. rect. āā Drachm. unam.

GUTTAE GENERALIS LA MOTTE.
Rec. Auri fulminantis Drachm. unam, Acidi nitrici Unc. duas, solutioni adde Spir. Vini rectif. Unc. triginta duas, stent in digestione per mensem.

GUTTAE CONTRA GONORRHOEAM EISENMANNI.
Rec. Bals. Copaiv. Unc. semis, Ol. Menth. pip. Gutt. quatuor, Ol. Caryophyll. Gutt. unam, Tinct. Opii simpl. Scrup. duos.

GUTTAE INCITANTES.
SUNDELIN: Rec. Sem. Colchic. autumn. rec., Spir. Vini rectif. āā Unc. duas, Vini Hispan. generosi Libr. unam, dig., filtra; vel: Tinct. Capsici annui Drachm. duas, Spir. camphorat. Drachm. sex, Liq. Ammon. anisat. Drachm. unam; vel: Phosphori Gran. tria, Naphth. Vitrioli Unc. semis, Ol. Valerian. aeth. Scrup. semis. — WALTZ: Tinct. Ambr. Drachm. unam, Elixir. Vitriol. MYNSICHTI Drachm. duas.

GUTTAE JENANAE sec. NIEMANN.
Rec. Aloës, Myrrh. āā Unc. semis, Agarici, Cremor. Tart. āā Drachm. duas, Rad. Gentian., — Rhei, — Zedoar., — Tormentill., — Angelic. āā Drachm. duas, Castor. Gran. semis, Sacch. albi Unc. unam et semis.

GUTTAE JESUITARUM vid. Balsamum Commendatoris (p. 112).

GUTTAE LAXANTES BEHRENDS.
Rec. Extr. panchymagog. CROLLII Scrup. duos, Mixtur. pyrotartar. Unc. semis.

GUTTAE LENIENTES vid. Solutio Morphii acetici.

GUTTAE CONTRA MANIAM HUFELAND.
Rec. Extr. Belladonn. Scrup. semis, Extr. Gratiol. Drachm. duas, Aq. Lauroceras. Unc. unam.

GUTTAE MARTIALES vid. Guttae ferratae.

GUTTAE MENTHAE PIPERITAE GRAY.
Rec. Sacch. albi Libr. duas, Aq. Menth. piperit. Unc. quatuor.

GUTTAE CONTRA METRORRHAGIAM.
THILENIUS: Rec. Ol. Caryophyll. aeth. Gutt. decem, Naphth. Vitrioli Drachm. unam. — SUNDELIN: Rec. Tinct. Cinnamom., Elixir. acid. HALL. āā Drachm. duas, Tinct. Opii simpl. Drachm. unam.

GUTTAE NARCOTICAE SUNDELIN.
Rec. Extr. Digital. purp. Gran. decem, Aq. Laurocerasi Unc. semis.

†GUTTAE NIGRAE, s. Guttae anodynae, s. Acetum Opii, Essentia nigra anglica. *Black drops, BRAITHWAITE's genuine black drops.* Schwarze Tropfen, Opiumessig.
Rec. Opii Libr. semis, Aceti Vini Libr. quatuor, Nuc. moschat. contus. Unc. unam et semis, Croci Unc. semis, coque ad aptam (?) consistentiam, adde Sacch. alb. Unc. quatuor, Fermenti Cerevisiae Unc. unam; stent in digestione per septem septimanas, tunc aëri exponantur, donec Syrupus perfectus sit, qui colatus in lagenas infundatur; sec. Ph. Amstel. — Parum differt GRAY, qui Succum Malorum silvestrium in Aceti locum substituit. Idem simpliciorem formulam tradit: Opii Unc. octo solve in Aceti destillati Libr. duabus, cola.

GUTTAE CONTRA NEURALGIAM FACIALEM WINDISCH.
Rec. Aq. Chamom. anis. Drachm. tres, Baryt. muriat. Drachm. semis, Tinct. anodyn. comp. Drachm. unam.

GUTTAE OPHTHALMICAE. Augentropfen.
GRAEFE: Ol. Menth. pip. Scrup. duos, Spir. Sal. Ammon. caust. Drachm. duas, Naphth. Vitrioli Scrup. unum; vel: Spir. Menth., — Serpyll., — Anthos, — Lavend. āā Drachm. semis, Liq. Ammon. anis. Scrup. unum, Balsam. Vitae HOFFM. Scrup. duos. — BEHRENDS: Ol. Succin. rect. Scrup. semis, Spir. Sal. Ammon. caust. Unc. semis, Spir. Anthos Unc. unam. REIL: Ol. Laurocerasi aeth. Drachm. semis, Ol. Macid. aeth. Scrup. unum, Ol. Caryophyll. Scrup. semis, Balsam. Indic. nigr. Drachm. unam. — RICHTER: Tinct. Canthar., Spir. Serpyll. āā Drachm. tres; vel: Spir. Salis Ammon. caust., Tinct. Castor. aether. āā Drachm. duas.

GUTTAE IN OTORRHOEA VOGT.
Rec. Vitrioli albi Gran. unum ad duo, solve in Aq. Junip. Unc. semis, adde Liquam. Myrrh. Drachm. unam; vel: Merc. subl. corros. Gran. unum, solve in Aq. Rosar. Unc. una, adde Tinct. Galb. Drachm. unam; vel: Kali caust.

sicc. Gran. unum, solve in Aq. Calcis Drachm. sex add Tinct. Opii simpl. Drachm. semis.

GUTTAE PARALYTICAE VOGT.
Rec. Tinct. Nuc. Vomic., — Canthar. āā Drachm. duas, Naphth. phosphorat. Scrup. duos; vel: Tinct. Nuc. Vomic., — Colocynth. āā Drachm. duas, Tinct. Pyrethri Unc. semis.

GUTTAE PECTORALES BATEMANNI. Batemann's Brusttropfen.
Rec. Sem. Foenicul. Unc. triginta duas, — Anisi Libr. unam, Spir. Vini rect. Libr. quadraginta, Aq. comm. q. s., ut destillatione Libr. centum elicias; adde Opii Unc. septem et semis, Camphor. Unc. sex, Ciner. clavell. depur. Unc. unam, Corall. rubr. Unc. quatuor.

GUTTAE PHOSPHORATAE Ph. paup. Hamb.
Rec. Acid. phosphor. pur. (Ph. Bor.) Drachm. unam, Aq. Menth. pip. Drachm. quinque, Syr. Papav. Rhoead. Drachm. duas.

GUTTAE PROPHYLACTICAE CHOLERAE KRUEGER-HANSEN.
Rec. Tinct. aromat. Unc. unam, — Opii simpl. Drachm. unam, Bals. Vitae HOFFM. Drachm. duas.

GUTTAE RESOLVENTES. Auflösende Tropfen.
Ph. paup. Hamb.: Rec. Terr. ponderos. salit. Drachm. unam, Aq. Laurocerasi Unc. unam. — HUFELAND: Terr. ponderos. salit. Drachm. semis, Aq. dest. Unc. unam; vel: Extr. Dulcamar. Drachm. unam et semis, — Seneg. Drachm. unam, — Conii Drachm. semis, Vini stibiat., Aq. Cinnamomi āā Unc. semis. — MAGENDIE: Iodi Scrup. duos, Spir. Vini rectificatiss. Unc. unam. — KAEMPF: Sapon. stibiat., Extr. Taraxac. āā Drachm. unam et semis, Liq. Terrae foliat. Tartari Unc. unam. — BERENDS: Calcar. muriat. Drachm. unam, Aq. Foenic. Unc. unam; vel: Hepat. Sulphur. salin Drachm. unam et semis, Aq. Cinnamom., Syr. Althaeae āā Unc. semis.

GUTTAE ROBORANTES. Stärkende Tropfen.
BERENDS: Rec Extr. Columb. Drachm. tres, Aq. Cinnamom. Unc. unam; vel: Extr. Martis pomat. Drachm. duas, Aq. Foenic. Unc. unam. — ROSENSTEIN: Extr. Nuc. Jugland. Drachm. duas, Aq. Cinnamom. Drachm. sex. — SUNDELIN: Tinct. Antimon. acris, Drachm. duas, — Quass. Drachm. tres, — Cinnamom. Drachm. unam et semis. — TODE: Extr. Chinae, Aq. Cinnamom. āā Drachm. unam, Tinct. Rhei aq. Drachm. sex. — WENDT: Tinct. Martis pomat., — aromat. āā Unc. semis.

GUTTAE ROBORANTES BREMSERI. Bremser's stärkende Tropfen.
Rec. Tinct. Aloës comp. (Ph. Austr.) Drachm. unam, Tinct. Mart. pomat. Unc. unam, Elix. Vitriol. (Ph. Lond.) Unc. semis.

GUTTAE ROSEAE s. Solutio Citratis Morphinae.
Rec. Morphii puri Gran. sedecim, Acidi citrici crystallisati Gran. octo, dissolve in Aq. dest. Unc. una, adde Tinct. Coccionell. Drachm. duas.

GUTTAE SALIS VOLATILIS vid. Spiritus oleosus aromaticus SYLVII.

GUTTAE STOMACHICAE SWEDIAUR.
Rec. Tinct. Catechu, — Cinnamomi āā Unc. duas, — Semin. Amom. Unc. unam et semis.

GUTTAE CONTRA TAENIAM.
SCHWARZ: Rec. Tinct. Asae foetid. Drachm. sex, Petrol. Unc. semis. Dictae CHABERTI: Rec. Ol. Terebinth. Unc. tres, Ol. animal. foetid. Unc. unam, destillatione e retorta eliciatur tertia pars.

GUTTAE IN TUSSI FERINA HUFELAND.
Rec. Extr. Hyoscyami Scrup. semis, Vini antimon. Drachm. duas.

GUTTAE UTERINAE vid. Elixir. uterinum (p. 303).

GUTTAE UTERINAE REGINAE HISPANIAE vid. Tinctura Nucis Vomicae.

GUTTAE VITAE. *Salmon's drops of life.* Salmon's Lebenstropfen.
GRAY: Rec. Opii Unc. quatuor, Aq. comm. Libr. octo, solve, coque per triduum, cola, evapora ad Libr. duas, tunc recipe Croci Unc. unam, Castor. Sibir. Unc. unam et semis, Coccionell., Rad. Serpentar. Virgin. āā Unc. semis, Nuc. mosch., Rad. Zedoar. āā Drachm. duas, Camphor. Drachm. unam, Tinct. Antimon. diaphor. Libr. unam, digere per tres vel quatuor dies, adde Solutionem Opii, iterum digere per biduum et decantha. Brevior formula: Rec Tinct. Castor. Unc. octo, Vini Antimon., Aq. comm. āā Libr. unam, Opii, Croci āā Unc semis, Coccionell. Drachm. duas.

GUTTAE WADEI vid. Balsamum Commendatoris (p. 112).

GUTTULAE vid. Guttae.

HALOGENIUM s. Haloidum vid. Chlorum (p. 178).

HAUSTUS, Tränkchen, Schlückchen, *Potion*, medicamentum est liquidum, Unciarum sex pondus non excedens, quod una vice, saltem paucis sumitur. Praeparatio pendet ex ingredientium natura; nil ergo generaliter praecipi potest.

HAUSTUS ACETATIS AMMONIAE vid. Haustus diaphoreticus.

HAUSTUS ACIDI NITRICI COMPOSITUS GRAY.
Rec. Acid. nitric. diluti, Spir. Nitri dulc. āā Drachm. unam, Inf. Hb. Digitat. Drachm. tres, Aq. dest. Drachm. novem, Syr. Zingib. Drachm. duas.

HAUSTUS ADSTRINGENS RICHARD.
Rec. Vitrioli alb. Gran. duodecim, Aq. dest. Unc. tres.

HAUSTUS AËROPHORUS AUGUSTIN.
Rec. Ciner. clavell. dep. Gran. viginti, dentur ad chartam; rec. Succi Citri rec. Unc. se-

mis, detur ad vitrum; extempore mixta ab aegroto hauriantur. Altera formula: Rec. Ciner. clavell. dep., Aq. dest. aa Unc. unam, dentur in vitro; seorsum rec.: Spir. Vitrioli Drachm. duas, Aq. comm. Unc. unam, Syr. Rubi Id. Unc. semis; formula prior anteponenda videtur.

HAUSTUS ANTIEMETICUS vid. Potio Riverii.

HAUSTUS APERIENS Richard.
Rec. Ol. Ricini Unc. semis, Vitell. Ovi q. s., Aq. Menth pip. Unc unam, Syr. Papav. Rhoead. Drachm. duas, Tinct. Opii Gutt. tres.

HAUSTUS AROMATICUS CUM RHEO.
Nosoc. St. Barthol.: Rec. Inf. Rad. Rhei, Aq. Cinnamomi aa Drachm. sex, Confect. arom. Scrup. unum.

HAUSTUS BALSAMICUS s. Balsami peruviani.
Nosoc. St. Barthol.: Rec. Bals. Peruv. Drachm. semis, Mucil. Gummi Arab. Unc. semis, Aqua Pimentae Unc. unam. (cf. Emulsio balsamica.)

HAUSTUS AD BLENNORRHAGIAM vid. Emulsio Balsami Copaivae (p. 352).

HAUSTUS CAMPHORAE.
Nosoc. St. Barthol.: Rec. Camphor. Gran. decem, Spir. Vini rect. Gran. triginta, Mucilag. Gummi Arab. Drachm. unam, Aq. dest. Unc. unam et semis. (cf. Julep e Camphora)

HAUSTUS AD CATARRHUM Fuller.
Rec. Aq. Tussilag. Unc. sex, Sacch. alb. Drachm. sex, Vitellos Ovorum duorum.

HAUSTUS CATHARTICUS PRO INFANTIBUS Pierquin.
Rec. Rad. Rhei Gran. duodecim, Aq. Cichor. Unc. tres, Syr. Cichor. Unc. unam.

HAUSTUS CATHARTICUS OLEOSUS.
Ratier: Rec. Ol. Ricini Unc. duas, Syr. Acetositat. Citri Unc. unam; vel: Ol. Ricini Unc. unam ad duas, Syr. tartarici Unc. unam, Aq. Cichorei Unc. duas.— Swediaur: Ol. Ricini Unc. unam, Aq. Vitae, Sacch. alb. aa Unc. semis. — Brera: Ol. Ricini Unc. duas, Decoct Carnis Unc. tres. — Spielmann: Ol. Ricini Unc. unam, Decoct. Carnis Unc. quatuor. (Cf. Mixtura oleosa laxans et Potio Olei Ricini.)

HAUSTUS CATHARTICUS SALINUS vid. Mixtura e Magnesia sulphurica.

HAUSTUS CEPHALICUS Fuller.
Rec. Aq. Cerasor. nigr. Unc. tres, — Paeon. comp., Syr. Paeon. com. aa Unc. semis, Tinct. Castorei gutt. 30, Laud. liq. Sydenh. gutt. 15, Cinnabaris Scrup. unum.

HAUSTUS COLLAE ANIMALIS, s. Aqua gelatinosa Augustin.
Rec. Coll. animal. Unc. unam et semis, Aq. comm. Unc. duas et semis, solve caloris ope.

HAUSTUS COPAIVAE Lebrecht.
Rec. Bals. Copaiv. Drachm. semis, subige cum Vitello ovi dimidio, adde Gummi Arab. Drachm. unam, Aq. comm. Unc. quatuor.

HAUSTUS CROTONIS PURGANS Ferrarini.
Rec. Ol. Croton. Gutt. unam, Spir. Vini rectificatiss. Drachm. unam, Syr. simpl., Mucil. Gummi Arab. aa Drachm. duas, Aq. dest. Unc. semis.

HAUSTUS E CYNOGLOSSO Fuller.
Rec. Succi Cynogloss. Unc. semis, Aq. Papav. errat. Unc. unam et semis, Sacch. alb. Drachm. duas, Ol. Anisi Gutt. unam.

HAUSTUS E DECOCTO CINCHONAE ALCALINUS Hamilton.
Rec. Decoct. Cort. Chin. Unc. unam et Drachm. duas, Tinct. Columb. Drachm. duas, Ciner. clavell. dep. Gran. duodecim.

HAUSTUS DIAPHORETICUS, s. Haustus incitans, Haustus Ammoniae Acetatis et Stibii.
Ph. Ruth. castr. Rec. Spir. Mindereri Unc. unam, Tinct. Opii, Vini antimon. aa Gutt. viginti quinque, Syrup. simpl. Drachm. duas. — Augustin: Spir. Minder. Drachm. tres, Aq. Sambuc. Unc. tres, Vini antimon. Drachm. unam et semis, Syr. Rub. Idaei Unc. semis. — Ellis: Spir. Minder. Unc. duas, Aq. Cinnamom. Unc. unam, Vini antimon. Drachm. unam, Aq. comm. Unc. duas. — Gray: Spir. Minder. Drachm. tres, Mixt. camph. Unc. unam et semis, solut. Tart. emet. Gutt. viginti, Syr. Croci Drachm. unam.

HAUSTUS DIAPHORETICUS RESOLVENS Brera.
Rec. Extr. Aconiti Gran. decem, Flor. Sulphur. Drachm. semis, Vini antimon. Drachm. unam et semis, Infus. Sambuci Unc. octo, Syr. Sacch. Unc. unam.

HAUSTUS DIURETICUS s. Potio diuretica.
Richard: Rec. Terrae foliat. Tartari Scrup. unum, Infus. Quassiae Unc. unam et semis, Tinct. Digital. purp. Gutt. decem. — Mead: Ciner. clavell. depur. Drachm. semis, Succ. Citri rec. q. s. ad saturationem, Aq. Cinnam. Drachm. unam et semis, Spir. Menth. pip. Unc. semis, Acet. scill. Drachm. unam et semis, Syr. Cort. Aurant. Unc. unam. — Gregory: Rec. Infus. Cort. Cuspariae Unc. unam et semis, Inf. Digital. purp. et Bacc. Junip. aa Unc. semis, Spir. Junip. comp. Drachm. duas, Syr. Croci Drachm. unam. — Fothergill: Infus. Cort. Cuspariae Unc. unam et semis, Tinct. Chinae Drachm. duas, Tinct. Digital. purp. Gutt. tres, Terrae foliat. Tart. Scrup. duos, Spir. Armorac. Drachm. unam. — Brera: Bacc. Junip. pulv. Unc. unam, infunde Aq. comm. ferv. q. s., colat. Unc. sex adde Terr. foliat. Tartari Drachm. duas, Spir. Fuliginis Gutt. 30, Liquor. Cornu Cervi succinati Drachm. duas, Oxym. scill. Drachm. unam. — Milmanni dictus: Ciner. clavell. depur. Gran. quindecim, Aceti dest.: q. s. ad satu-

rat, adde Aq. comm. Unc. semis, — Menth crisp. Unc unam, — Sem. Amomi. Aceti scill. āā Drachm. unam, Syr. Sacch. Drachm. duas. — FULLERI dictus *oleosus*: Vini alb. Unc. quatuor, Ol. Amygd. dulc. Unc. unam, Ol. Terebinth. Gutt. viginti, Sacch. alb. Unc. semis.

HAUSTUS EMETICUS vid. Aqua emetica (p. 64).

HAUSTUS EMETICO-PURGANS PLENCK.
Rec. Aq. laxativ Vienn. Unc. tres, Tartari emet. Gran duo.

HAUSTUS EMMENAGOGUS RICHARD.
Rec. Tinct. Ferri muriat., Tinct. Aloës comp. āā Unc. semis, Tinct. Castor. Drachm. duas.

HAUSTUS EPILEPTICUS FULLER.
Rec. Sal Succini, Ol. Rorismar. āā Gutt. duas, Sacch. albi Drachm. unam, Aq Cerasor. nigr. Unc. unam et semis, Aq. Rutae, — Paeon. comp. āā Drachm. duas, Spir. Lavend. comp., Spir. Sal. Ammon., Laud. Liq. SYDENH. āā Gutt. sex.

HAUSTUS EXTRACTI CONII RICHARD.
Rec. Extr. Conii mac. Gran. unum, Decoct. Chin. Unc. unam, Tinct. Opii Gran. quinque.

HAUSTUS FEBRIFUGUS RIVERII.
Rec. Aq. Cichorii Unc. tres, Sal. Tartari Drachm semis, Spir. Vitrioli Gutt viginti.

HAUSTUS CONTRA FLUOREM ALBUM FULLER.
Rec. Albumen Ovi unum, conquassato adde Aq. Cinnamom. Unc. unam et semis.

HAUSTUS GUAJACINUS vid. Mixtura Guajacina.

HAUSTUS HAEMOPTOICUS FULLER.
Rec. Aq. Plantag. Unc. quatuor, Aceti, Syr. e Symphyto Unc. semis, Albumen Ovi unum.

HAUSTUS HYPNOTICUS PIERQUIN.
Rec Laud. liq. SYDENH. Gutt. quinque, Syr. Nymphaeae Unc. duas, Aq. Flor. Tiliae, — Flor. Aurant. āā Unc. duas.

HAUSTUS INCITANS NERVINUS vid. Mixtura camphorata aetherea.

HAUSTUS INCITANS RESOLVENS BRERA.
Rec. Rad. Rhei Drachm. unam, Decoct Chinae Unc. octo, infunde, colaturae adde Camphor. c. Mucilag. Gummi Arab. tritae Drachm. semis, Naphth. Vitrioli Gutt. 30, Syr. Cort. Aurant. Unc. unam.

HAUSTUS IPECACUANHAE CUM SCILLA.
Nosoc. St. Barthol.: Rec. Vini Ipecacuanh., Oxymell. Scillit., Aq. Pimentae dilut. āā Unc. semis.

HAUSTUS IPECACUANHAE OPIATUS.
Nosoc. St. Barthol.: Rec. Pulv. Rad Ipecac. Gran. duo, Confect. Opii Scrup. unum, Aq. Pimentae Unc. unam et semis.

HAUSTUS KALI CITRATI s. Potassae Citratis Nosoc. St. Barthol.
Rec. Ciner. clavell. depur. Scrup. unum, Aq. dest. Unc. unam et semis, Acidi citrici pulv. Gran. septemdecim.

HAUSTUS LACTEUS FULLER.
Rec. Vitell. Ovi unum, Sacch. Candi Drachm. sex, Aq. Rosar. Unc. unam, Lactis vaccini Unc quatuor, Ol. Nucist. Gutt. unam.

HAUSTUS MAGNESIAE SULPHATIS.
Nosoc. St. Barthol: Rec. Sal. amar. Drachm. sex, Mann. Unc. semis, Aq. Menth. virid. Unc. duas.

HAUSTUS MOSCHI OPIATUS RICHARD.
Rec. Aq. Foenic. Unc. sex, Moschi Gran. duo, Tinct. Opii Gran. decem, Syr. Papav. Drachm. duas.

HAUSTUS OLEOSUS FULLER.
Rec. Ol. Lini non rancidi Unc. tres, Ol. Anisi Gutt. tres, Syr. Capill. Ven. Unc. unam, Spir. Sal. Ammon. Gutt. duodecim.

HAUSTUS EX OLIBANO, s. Potio excitans, Mixtura Olibani composita.
SWEDIAUR: Rec. Olibani, Sacch. alb. āā Drachm. semis, Aq. comm. Drachm. decem, Tinct. Cort. Aurant. Drachm. duas; vel: Olibani Drachm. semis, Mell. q. s., Aq. alexit. simpl. Unc. unam et semis, Aq. spirituos. Sem. Amomi, Syr. Balsam. āā Drachm. duas.

HAUSTUS OPIATUS.
Ph. Ruthen. castr.: Rec. Tinct. Opii Gutt. 25, Aq. comm. Unc. unam, Syr. simpl. Drachm. duas, Vini antimon. Gutt. 30. — AUGUSTIN: Opii Gran. unum, Aq. dest. Unc. unam; vel: Aq. comm. Unc. semis, Aq. arom., Syr. opiat. āā Drachm. duas, Tinct Opii simpl. Gutt. decem. — PLENCK: Laudan. liq. SYDENH. Gutt. quindecim, Aq. Cinnamom. vinos. Drachm. tres. — Nosoc. St. Barthol.: Tinct. Opii Gran. duodecim, Aq. Sem. Amomi Drachm. duodecim, Syr. Papav. Rhoead. Drachm. unam; ejusdem *cum Antimonio*: adde praecedenti formulae Vini antimon. Scrup. unum.

HAUSTUS PECTORALIS INCITANS s. cum Radice Senegae.
BRERA: Rec. Rad. Senegae Drach. duas, fiat decoct. Unc. sex, adde Oxymell. scill. Unc. unam. (Cf. Decoct. pectorale corroborans (p. 240) *et* Potio pectoralis.)

HAUSTUS PLEURITICUS FULLER.
Rec. Pulv. Oliban. Drachm. unam, Vitellum Ovi unum, Syr. Diacod. Drachm. sex, Aq. Papav. Unc. unam, Aq. Theriac. Unc. semis.

HAUSTUS PURGANS.
Ph. Gall. 1818. Rec. Fol. Senn. Drachm. duas, Rad. Rhei Drachm. semis, coque cum s. q. Aq. comm. ad colat. Unc. quinque, adde Mann. Unc. unam et semis, Sal. mirab. GLAUB. Drachm. duas denuo cola. Loco decoctionis quoque infusione et maceratione uti permittit idem Codex. — CAVENTOU: Ol. Croton. Gutt. unam, Syr. Flor. Persic., Aq. Menth. āā Unc. unam, Vitelli ovi partem quadrantem.

HAUSTUS PURGANS ELIQUANDUS Ph. Gall. 1818.

Rec. Fol. Senn Drachm. tres, Rad. Rhei Drachm. unam, coque cum Aq. commun s. q. ut supersint Unc. quinque, adde Mann. Unc. duas et semis, Sal. mirab. Glaub. Drachm. tres, colato liquori admisceatur Albumen Ovi unius, in aquae s. q. agitatione subactum, bulliant simul commixta per horae minutum unum et alterum; bullire incipientibus adde Succi Citri Drachm. duas; ab igne remota per cilicinum densum vel chartam bibulam trajice.

HAUSTUS PURGANS EMULSIVUS Voot.

Rec. Resin. Jalapp., Sapon medic., Amygd. dulc. excort., Sacch. albi āā Drachm. duas; contunde in massam tenerrimam, dein affunde sensim Aq. Anisi Unc. duas.

HAUSTUS E SALIBUS VOLATILIBUS Fuller.

Rec. Sal. volat. Corn. Cerv. Gran. decem, Sal. Succini Gran. quinque, Vini Hispan. Unc. quatuor, Ol. Nucum Mosch. Gutt. duas, Sacch. alb. Drachm. duas.

HAUSTUS SALINUS EFFERVESCENS Cray.

Rec. Sal. Tartari Scrup. unum, Aq. Cinnamomi Drachm. duas, Aq. comm. Unc. unam, Syr. Aurant. Drachm. unam et semis.

HAUSTUS SAPONACEUS Fuller.

Rec. Sapon. Venet. Scrup. duos ad quatuor, coque in Lact Unc. sex, adde Sacch. alb. Drachm. tres.

HAUSTUS SEDANS NARCOTICUS s. Potio leniens.

Barba: Rec. Inf. Chamom. Unc. quinque, Extr. Lactuc. viros. Gr. decem, Guttas lenientes viginti, Syr. Althaeae Unc. semis; vel: Extr. Hyoscyam. Gran. quinque, Aq. Lactuc. Unc. tres, Syr. Sacch. Unc. semis.

HAUSTUS STOMACHICUS s. Potio stomachica Barba.

Rec. Rad. Columb. Drachm. unam, Ligni Quass. Drachm. unam et semis, Aq comm. ferv. infus. q s. ad colat. Unc. octo, adde Elixir robor. Whyttii Drachm. duas.

HAUSTUS TEREBINTHINATUS vid. Emulsio Balsami Copaivae (p. 352).

HAUSTUS TONICUS ADSTRINGENS vid. Potio tonica adstringens.

HAUSTUS TERRAE FOLIATAE TARTARI s. Potassae Acetatis Nosoc. St Barthol.

Rec. Sal. Tartari Scrup unum, Acid. acetic. dilut. q. s. ad saturat., Aq. Sem. Amomi Unc. unam et semis.

HEPAR ANGUILLAE PRAEPARATUM. Präparirte Aalleber.

Hepar Anguillae recens Vino ablutum lente igne exsiccatum.

HEPAR ANTIMONII, Kali sulphurato-stibiatum (Dan.), Kali stibiato-sulphuratum, Sulphuretum Antimonii et Potassae. Spießglanzleber. *Foie d'Antimoine.*

Rec. Antimonii crudi pulverati, Nitri sicci āā partes aequales, mixta in crucibulum ad calorem rubicundum ignitum injice, post deflagrationem igne sensim aucto funde, in laminam marmoream effunde, et frustula frigefacta in vase clauso serva. — *Usus:* in arte veterinaria, ad parationem Kermetis mineralis et Sulphuris aurati hinc inde adhibitum. Ex cineribus clavellatis depuratis et Antimonio crudo melius paratur, si opus fuerit. Antimonii duae, Cinerum una pars mixtae in crucibulo liquentur.

HEPAR ANTIMONII CALCAREUM vid. Calx Antimonii cum Sulphure Hoffmanni (p. 147).

HEPAR ANTIMONII LOTUM vid. Crocus Metallorum (p. 210).

HEPAR ARSENICI MINERALIS s. Natrum arsenicosum obtinetur coctione Arsenici albi cum Lixivio Natri caustico.

HEPAR CANIS RABIDI PRAEPARATUM, Leber vom tollen Hunde, est Hepar Canis rabidi (sic!) vino ablutum et in clibano leni calore exsiccatum.

HEPAR SULPHURIS BARYTICUM vid. Baryum sulphuratum (p. 128).

HEPAR SULPHURIS CALCAREUM. Kalkschwefel-Leber. *Sulfure de chaux sec.*

Synon.: Calcaria sulphurata, Calcium sulphuratum, Sulphuretum Calcii s. Calcis s. Calcariae. Schwefelkalk, Schwefelcalcium, Kalkerdige Schwefelleber. *Sulfure de calcium, Foie de soufre calcaire.*

Rec. Calcariae ustae albissimae quantum vis, in mortario ferreo contunde in pulverem subtilissimum, quem per cribrum angustioris texturae trajice. Hujus pulveris et Florum Sulphuris recipe par pondus, et assidua trituratione in mortario intime misce. Miscelam ingere in crucibulum Hassiacum ad marginem usque levi concussione replendum. Crucibulo operculum figulinum adapta, ope luti argillacei muniendum.

Crucibulum tali modo praeparatum in furnum anemium immitte et carbones non incensos ad crucibuli altitudinem usque circumda. Denique stratum carbonum ardentium insperge, ut ignis carbones a summo fundum versus lente corripiat, et crucibulum denique excandescat. Cuncta dein ad refrigerium usque stent intacta. Operculo caute demto massam flavescente-rubellam exime et in pulverem contritam in lagenas caute claudendas ingere. Constat e Calcio sulphurato, Calcaria sulphurica et Calcaria pura immixtis.

Vis: incitans, absorbens, diaphoretica.

Sit pulvis albidus, vel flavescens vel leviter rubicundus, saporis caustici, hydrothionici, anhelitu afflatus odorem edens hydrothionicum, acidis dilutis infusis effervescens et gas hydrothionicum largissime evolvens, aqua pura parum solubilis.

Usus: interne rarius per se vel aqua solutum, externe pro balneis parandis, pro Liquore probatorio HAHNEMANNI, et aquis sulphurosis artefactis, in arthritide, morbis cutaneis, et veneficio metallico.

Incaute adhibitum damnum imo mortem afferre potest.

Inter diversas Hepar calcareum parandi methodos, illa, quam exhibuimus, certissime cedit, minime casibus adversis obnoxia est, et medicamentum profert ejusdem semper indolis atque naturae, si cautelae, quas indicavimus, observantur. Sulphuris semper pars quaedam sublimatione et combustione avolat, quare miscelae major Sulphuris ratio additur, quam proportiones chemicae exigunt. Diversas methodos tali modo distribuemus *a) ex Calcaria usta et Floribus Sulphuris.* Codices non nisi ponderum ratione differunt. — Ph. Bat.: Calcar. Libr. unam, Sulphur. Libr. unam et semis. — Ph. Austr., Ferr., Parm. Calcar. Libr. duas, Sulphur. Libr. unam. Ph. Bavar. Calcariae extinctae (i. e. hydratae), Sulphur. āā par pondus. *β) Ex Calcaria carbonica et Flor. Sulphur.* — Ph. Amstel., Bor. ed. 3., Fenn., Hass., Lipp. Cretae albae pulveratae (vel Concharum pulverat.) et Sulphuris āā par pondus intime mixta in crucibulo ad rubedinem usque calefieri jubent. — Ph. Hamb. 1835: Cretae Unc. duas, Sulphuris Unc. unam. Pejus cedit cum Calcaria carbonica quam cum Calcaria viva. Magna Cretae pars indecomposita exit. *γ) Ex Gypso et Pulvere carbonum.* Rec. Gypsi usti et subtilissime pulverati Unc. quatuor, Pulv. Carbonum vel Fuliginis Unc. unam, Farinae secalis Unc semis; mixta cum aqua in massam tenacem contundantur, ex qua globuli pollicis crassitiem emetienta formentur. Hi in furno anemio ad modum Baryi sulphurati (p. 129), quod vide, fortiter urantur. Exemti globuli in pulverem contriti serventur. — SOUBEIRAN: Gypsi usti Unc. octo et Fuliginis Unc. tres misceri, et pauxillo Olei pinguis irrorari praescribit. Miscela in crucibulum Hassiacum ingesta per tres ad quatuor horas excandescat. Olei additi ope decompositionem certiorem fieri affirmat, quia gas erumpentia Fuliginem ubique locorum dividant. — Ph. Bor. ed. 5, Saxon. 1837, Hamb. 1835 illam methodum secutae sunt. Non semper bene cedit. Hepar saepius cinerea, imo nigra pulvere Carbonum immixto obtinetur. Quod evitare, quum non esset penes unumquemque, hanc methodum jure postponi judicavimus. *δ) Via humida.* — Ph. Gall. 1837: Rec. Calcariae extinctae, i. e. cum aqua adspersa in pulverem subtilissimum dilapsae, Unc. tres, intime misce cum Florum Sulphuris Unc. una, et sensim adde Aq. comm. Unc. quinque Miscelam coque in vase vitreato donec portiuncula exemta in massam solidam concrescat. Totam deinde in superficiem marmoream effunde, et post refrigerium in frustula majora diffractam in vasis vitreis amplioris orificii serva. — Ph. Dan., Oldenb.: Rec. Calcariae ustae pulveratae Unc. duas, Flor. Sulphuris Unc. unam, mixtis sensim affunde Aquae fervidae Libr. unam; leni igne, frequenter agitata, evaporent ad siccum. (Conf. Liquor Hepatis Sulphuris calcarei.)

HEPAR SULPHURIS NATRINUM,

Natrium sulphuratum. Natron-Schwefelleber. *Sulfure de Soude sec.*

Rec. Salis Sodae optime siccati Uncias viginti septem, Florum Sulphuris Uncias viginti; in sartagine ferrea fusa liquentur, sicuti voce sequente (quam vide) expositum est. Constat circiter ex partibus tribus Natrii trisulphurati et parte una Natri sulphurici. Hujus Hepatis Unciae octo aequiparandae sunt pro indole chemica Unciis decem Hepatis Sulphuris salini. Virtus atque usus idem atque sequentis, scilicet pro balneis hepaticis parandis. Ne confundatur cum Hydrosulphureto Natri quod vide infra.

HEPAR SULPHURIS SALINUM. Schwefelleber. *Foie de Soufre.*

Synon.: Kali sulphuratum, Kalium trisulphuratum, Sulphuretum Kalii, Hepar Sulphuris vulgare s. kalinum, Polysulphuretum potassicum. Schwefelkali, Kalischwefelleber. Gemeine Schwefelleber, *Polysulfure de Potassium, Sulfure de Potasse.*

Rec. Florum Sulphuris Libras duas,
Cinerum clavellatorum depuratorum Libras tres et dimidiam,

intime mixta immitte in sartaginem ferream fusam cum ansa recta ferrea instructam, fundi plani atque amplioris diametri, parietum vero humilium; haec ad altitudinem dimidiam usque impleatur. Operculo item ferreo apto imposito sartaginem leni igni, ex ligni frustulis nutritam, admove, ut fundus sensim calefiat et acidum carbonicum erumpere incipiat. Ignem aequabilem obtine, ne massa nimis sublevetur et effluat, neve vero decompositio cesset, donec igne sub finem aucto massa in fundo sartaginis tranquille fluat. Parum frigefactam, quae spathula adhuc tractari possit, exime et in vase vel mortario ferreo obtecto refrigescere et durescere sine; tum in pulverem grossiusculum contunde cito per cribrum, e filo ferri confectum, trajiciendum. Constat e Kalio trisulphurato, Kali sulphurico, et interdum Kali carbonico non decomposito. Pro usu interno loco Cinerum clavellatorum depuratorum Sal Tartari sumendum est.

Vis: antacida, diaphoretica, incidens, penetrans, resolvens.

Sit pulvis coloris olivacei, aquae partibus duabus ex toto fere solubilis, acidis dilutis infusis Gas hydrothionicum large evolvens et Lac Sulphuris demittens.

Usus: internus in phthisi pulmonali, tussi convulsiva, arthritide, veneficiis metallicis; externus pro balneis parandis in morbis cutaneis, additis acidis dilutis vel Cremore Tartari.

Pro parando Hepate Sulphuris vas e ferro fuso confectum optime conducit, quia facillime igni exponitur, quia gas carbonicum erumpens e strato tenui facilius emergit, quia in colligendo praeparato jactura nulla efficitur, tum quia, experientia teste, medicamenti ipsius nulla depravatio a ferro sumitur. Crucibulum ergo Hassiacum Codicum plurimorum, vel cucurbitam vitream expost frangendam (Ph. Gall. 1837) omnino evitemus. Plurimi Codices Florum Sulphuris Libr. unam, et Cinerum clavell. depur. Libr. duas praecipiunt. At Cinerum clavellatorum aliqua pars indecomposita remanet. Ph. Bavar.: Sulphuris Libr. tres, Cinerum clavell. dep. Libr. quatuor. Ph. Dubl., Edinb., Ferrar., Lipp., Barm., Ruthen. castr., Suec.: Singulorum par pondus. Ph. Lond. 1809: Sulphur. Libr. unam, Cinerum clavell. Libr. quinque; (1836 quatuor) Ph. Wirt.: Sulphur. Libr quatuor, Cinerum clavell. Libr. duas. Hepar Sulph. salinum quoque ex Lapide caustico et Sulphure parari posse liquet, et hac ratione neque rei ipsi, neque crumenae consulitur, quum in Lixivio caustico parando oleum et operam perdideris. Kalium sulphuratum purum, sive Sulphuretum simplex Kalii obtinetur ex Arcano duplicato, quod cum quarta sui ponderis parte carbonum intime mixtum in crucibulo Hassiaco ad excandescentiam ignitur. (Conf. Liquor Hepatis Sulphuris salini.)

HEPAR SULPHURIS VOLATILE vid. Liquor fumans Boylei.

HIERA PICRA vid. Electuarium Hierae Picrae (p. 269) et Species Hierae Picrae.

HIPPOCRAS vid. Vinum Cinnamomi.

HIRUNDINES COMBUSTAE, i. e. Hirundines adultae in olla obtecta in pulverem nigrum combustae jure oblivioni traditae.

HORDEUM PRAEPARATUM vid. Farina Hordei praeparata (p. 427).

HYDRAGOGUM Boylei vid. Argentum nitricum crystallisatum (p. 100).

HYDRARGYRUM s. HYDRARGYRUS vide Mercurius.

HYDRARGYRUM ACETICUM vid. Mercurius acetatus.

HYDRARGYRUM AMMONIATO-MURIATICUM vid. Mercurius praecipitatus albus.

HYDRARGYRUM BICYANATUM sive BORUSSICUM vid. Mercurius cyanatus.

HYDRARGYRUM CALCINATUM vid. Mercurius praecipitatus ruber.

HYDRARGYRUM MURIATICUM CORROSIVUM vid. Mercurius sublimatus corrosivus.

HYDRARGYRUM MURIATICUM MITE vid. Calomel (p. 146).

HYDRARGYRUM OXYDATUM RUBRUM vid. Mercurius praecipitatus ruber.

HYDRARGYRUM OXYDULATUM NIGRUM vid. Mercurius solubilis Hahnemanni et Mercurius cinereus.

HYDRARGYRUM STIBIATO-SULPHURATUM vid. Aethiops antimonialis (p. 28).

HYDRARGYRUM SULPHURATUM NIGRUM vid. Aethiops mineralis (p. 30).

HYDRARGYRUM ZOOTICUM vid. Mercurius cyanatus.

HYDRAS CALCARIAE vid. Calcaria extincta (p. 148).

HYDRAS FERRICUS vid. Ferrum oxydatum hydratum (p. 430).

HYDRAS KALICUS, s. Potassae, s. Potassae fusus, vid. Alcali vegetabile causticum siccum (p. 32).

HYDRIODAS BARYTAE vid. Baryta hydroiodica (p. 127).

HYDRIODAS FERRI vid. Ferrum iodatum (p. 428).

HYDRIODAS KALI s. KALICUS s. POTASSAE vid. Kalium iodatum.

HYDROCHLORAS AMMONIAE vid. Flores Salis Ammoniaci (p. 433), — BARYTAE vid. Terra ponderosa salita, — CALCIS vid. Calx salita (p. 148), — CUPRI vid. Cuprum muriaticum oxydatum (p. 212), — FERRI vid. Ferrum muriaticum (p. 429), — HYDRARGYRI vid. Calomel et Mercur. sublim. corros., — POTASSAE vid. Sal febrifugum Sylvii, — SODAE vid. Sal commune.

HYDROCYANAS FERRI vid. Caeruleum Berolinense (I, p. 38), — MERCURII vid. Mercurius cyanatus, — POTASSAE ET FERRI vid. Kali borussicum (I, p. 163), — ZINCI vid. Zincum hydrocyanicum.

HYDROGENIUM vid. Aer inflammabilis (p. 87).

HYDROMEL, s. Hydromel simplex, Aqua Mellis simplex, Aqua mulsa, Mellicratum. Honigwasser, Mellicrat. *Mellite.*

Rec. Mellis albi crudi Unc. unam, dilue cum Aq. comm. tepidae Unc. octo, cola; Ph. Gall. 1837 hanc formulam perconcinnam proposuit. — Codices ceteri Aq. communis Unc. sex, vel decem, vel duodecim suadent. Ph. Wirt., cet. Mellis despumati (rectius crudi) Unc. duas cum Aq. comm. Libr. duabus ad Libr. unius et semis remanentiam coqui vult, inter assiduam despumationem. Citius agitur si Mel despumatum cum Aqua tepida diluitur. (Conf. Mel despumatum.)

HYDROMEL ANTIASTHMATICUM.

Ph. Palat.: Rec. Hb. Digital. Libr. semis, infunde Aq. comm. Libr. duas, stent per noctem, colaturae Libr. unius et semis adde Gummi Ammoniaci in Aceti Unc. quatuor soluti Unc. unam, Mellis Unc. quatuor, Tinct. Benzoës Drachm. duas. — Marcus: Hb. Hyssop., — Marrub. āā Unc. duas, Rad. Enul., Sem. Foenic., — Anisi āā Drachm. sex, Terrae foliat. Tartari crystall. Unc. semis, Cort. Cinnam. Drachm. tres, Flor. Humul. Lupul. Unc. duas, Faecium Vini q. s., Mellis crudi Libr. sex, Aq. comm. Mensur. sex; fiat mixtorum fermentatio, tum colentur.

HYDROMEL ANTICATARRHALE Cadet.

Rec. Lichen. Island. loti Unc. duas, Hb. Hyssopi Unc. semis, Hydromelitis simpl. Libr. duas, macera per aliquot dies, cola, adde Sacch. albi Unc. tres.

HYDROMEL COMPOSITUM vid. Decoctum Enulae (p. 231).

HYDROMEL DIURETICUM Fuller.

Rec. Rad. Rubiae tinct., Rad. Foeniculi āā Unc. unam, Rad. Petroselin. Unc. duas, Bacc. Lauri, — Junip. āā Unc. semis, Sem. Dauci silv., — Foenic. āā Drachm. duas, coq. in Aq. comm. Libr. tribus, colatur Unc. duodetriginta adde Succ. Parietar., Mellis āā Unc. quatuor, percoque ad despumationem.

HYDROMEL INFANTUM Ph. Austr. provinc. 1780.

Rec. Fol. Senn. Unc. unam et semis, Rad. Ireos Flor., — Liquir., Passul. major., Caricar. āā Unc. unam, Sem. Anisi stell. Drachm. unam, infunde Aq. ferv. q. s. ad colat. Libr. unius, adde Sacch. alb. Unc. duas.

HYDROMEL JOELIS Fuller.

Rec. Rad. Zedoar. Unc. semis, Gummi Ammon. Drachm. duas, Flor. Sulph. Drachm. tres, Mell. despum. Unc. duas, Aq. comm. Unc. sedecim, coque ad remanent. Libr. unius, sub finem adde Croci Gran. duodecim.

HYDROMEL PECTORALE Fuller.

Rec. Rad. Liquir. Unc. duas, Passular. purgatarum Unc. quatuor, coq. cum Decoct. Hordei Libr. quatuor ad Libr. duas et Unc. octo,

colatur. adde Mell. Unc. duas, coque ad despumationem; vel: Rec. Hord. perlat., Passular. āā Unc. semis, Caricas quatuor, Rad. Liquir. Drachm. duas, — Enulae, — Ireos Florent., — Calam. arom., Hb. Nicotian. sicc. āā Drachm. unam, — Farfarae, — Hederae terrestr., — Erysimi, — Saniculae āā Unc. semis, Sem. Foenic., — Anisi (sub finem addend) āā Drachm. duas, fiat decoct. in Hydromell. Libr. quatuor ad remanent. Libr. duarum et semis; cola.

HYDROMEL VINOSUM, Vinum mellitum, Vinum ex Hydromellite. Honigwein, Meth. *Hydromel vineux.*

Ph. Gall. 1818: Rec. Mell. albi exquisiti Libr. sex et dimidiam, Aq. commun. tepidae Libr. triginta tres, Fermenti Cerevisiae Unc. duas; solutis in aqua fermento et melle, liquor doliolo exceptus ad fermentationem reponatur in loco tepido, usque dum odorem vinosum acquisiverit; liquorem siphonis ope clarum decanthatum serva. Auctorum discrepantiam perlustrare nil attinet.

HYDROSULPHAS sive HYDROSULPHURETUM AMMONIAE vid. Liquor fumans Boylei, — ANTIMONII vid. Kermes minerale et Sulphur auratum Antimonii, — CALCIS vid. Liquor Hepatis Sulphuris calcarei et Rusma.

HYDROSULPHURETUM NATRI s. Sodae, Sulfuretum sodicum cum aqua. Schwefelwasserstoff-Natron, Hydrothionnatron. *Hydrosulfate de Soude.*

Rec. Lixivii caustici natrini, pond. spec. 1,210, quantum vis, immitte in lagenam satis amplam, cujus nisi dimidia pars impleatur. Tum ex lagena altera, quae gas evolvendis apta est, extricetur gas hydrosulphuratum ex Ferro sulphurato et Acido muriatico crudo, et per tubum biscurvum lege artis in Lixivium causticum natrinum perducatur, quamdiu ab illo absorbebitur. Quod si fieri cessaverit, et lagena gas hydrosulphuratum valde redolebit, aptum epistomium impone, et in lagena, in locum frigidum seposita crystallos concrescere sine. Has in infundibulo eguttatas et charta bibula leviter pressas atque siccatas in vase vitreo, ex toto fere replendo et optime claudendo serva. Pro aquis soteriis hepaticis.

HYDROSULPHURETUM POTASSAE vid. Liquor Hepatis Sulphuris salini.

HYDROSULPHURETUM STIBII, s. stibiosum, s. stibicum, vid. Kermes minerale et Sulphur auratum Antimonii.

† HYOSCYAMIUM. Hyoscyamin. *Hyoscyamine.*

Rec. Seminis Hyoscyami quantum vis. Contusum extrahatur cum Spiritu Vini rectificatissimo, cui antea quinquagesima sui ponderis pars Olei Vitrioli admixta fuerit. Extractio calore atque expressione adjuvetur. Liquori filtrato insperge Calcariam ustam pulveratam, ut non solum acidum saturetur, sed et virtus alcalina parum excedat; denuo filtretur et liquor iterum cum Oleo Vitrioli saturetur, donec acidum parum praevaleat. Spiritus Vini tum blanda destillatione eliciatur ad quartae partis remanentiam; residuum in patina aperta lenissimo calori exponatur, donec Spiritus Vini omnis in auras abierit. Residuum saturetur cum solutione Salis Tartari et filtretur, si praecipitatum efficitur. Liquori filtrato magna vis solutionis Salis Tartari adjiciatur, et miscela cum Naphtha Vitrioli concutiatur, quamdiu nova copia infusa aliquid dissolvat, quod evaporatione guttularum paucarum in cochleari argenteo dignoscitur. Naphtham lenta destillatione elice, residuum aqua destillata suscipe, filtra, liquori admisce duplum pondus Liquoris anodyni Hoffmanni (ne Hyoscyamium a carbone animali praecipitetur) et tamdiu cum carbone animali concute, donec omnino decolor factus sit. Iterum filtra, ex liquore decolore Naphtham et Spiritum destillatione evoca, et residuum sub campana antliae pneumaticae cum Oleo Vitrioli juxtaposito, exsicca, quamdiu ponderis diminutio fiet.

Sint crystalli decolores aciculares, stellatim coacervatae, saepius quoque massa tantum glutinosa, pellucida. Si tinctae apparent, denuo cum carbone animali tractentur. Hyoscyamium bene siccum odorem non spargit, humidum vero odorem nauseosum, intoxicantem, Nicotianae non omnino absimilem; saporis est nauseosi, acris. Aqua facile dissolvitur; solutio decompositioni obnoxia, praecipue Alcali quovis praevalente. Chartas exploratorias tinctas Alcalium modo vertit.

Vis: narcotica, facile nociva, deleteria; irin oculi vehementer dilatat.

Usus: adhuc nullus. Quum in eo Herbae et Extracti Hyoscyami summa vis habitare creditur, medicorum scrutationi commendari dignum est. Nec tamen eo Extracto Hyoscyami egeri posse in re medica supposuisse videmur.

HYPEROXALAS POTASSAE vid. Sal Acetosellae (I, p. 798).

HYPEROXYDUM BARYI vid. Baryta hyperoxygenata (p. 128).

HYPOCHLORIS CALCICUS IMPURUS vid. Calcaria chlorosa (p. 145).

HYPOCHLORIS SODICUS AQUA SOLUTUS vid. Liquor Labarraque.

HYPOSULPHIS SODICUS vid. Natrum hyposulphurosum.

ILICINUM a Delechampsio principium proprium Ilicis Aquifolii Lin. nuncupatur, quod e Foliis praeparasse affirmat. Viribus febrifugis gaudere fertur. Methodus parandi per longas ambages perducta est, et quod elicitur, an sit chemice distinctum atque purum, in multam dubitationem incurrit. Est enim ma-

teria fusca, extractiva, aëri exposita humorem avide colligens, peramara. Usus adhuc nullus, quare praeparationem, exponere supervacaneum duximus.

INFUSO-DECOCTUM, Aufguß-Abkochung, eo paratur, ut ex materia vegetabili primum infusione aquae fervidae vel tepidae partes volatiles atque persolubiles extrahantur; et post colationem residuum cum majore aquae vi coquatur. Colatura decocti per se plerumque inspissatur ad terminum quemdam indicatum, tum liquores ambo junguntur, et medicamenta cetera addenda adduntur. Plurimum tantis ambagibus non egetur, sed infusio semel vel bis repetita, ita ut liquidum in portiunculas diffractum adhibeatur, est anteponenda.

INFUSO-DECOCTUM ARNICAE SPIRITUOSUM Brückneri.

Rec. Flor. Arnic. Unc. unam, concisis in funde Alcoh. Vini Unc. duas, Aq Cerasor. nigr. Unc. sex; digerantur leni calore in vase bene clauso per horas duas saepius agitata. Post refrigerationem colentur et residuum antea fortiter expressum coquatur cum Aq. comm. Unc. sedecim leni igne in vase tecto ad reman. Unc. sex. Coletur, residuum fortiter exprimatur; ambabus colaturis commixtis addantur Liq. anod. Hoffm. Drachm. duae, Syr. Cinnamomi Unc. una.

INFUSO-DECOCTUM CALAMI ET ARNICAE VINOSUM Vogt.

Rec. Flor. Arnic. Unc. semis, Rad. Calami arom. Drachm. sex, conc. infunde Vini albi gener. Unc. quatuor et digere loco tepido per horas quatuor; dein cola et residuum expressum coque cum Aq. comm. s. q. ad reman. Unc. quatuor, colaturis ambabus mixtis adde Extr. Nucis vomic. spir. Gran. octo, Syr. Seneg. Drachm. sex.

INFUSO-DECOCTUM CARYOPHYLLATAE Vogt.

Rec Rad. Caryoph. Drachm. sex, Cort. Cinnam. Drachm. duas Inf. Aq. ferv Unc. sex, Spir. Vini rect. Unc. duas; stent in digestione tepida in vase bene clauso per horas duas; dein cola cum expressione et residuum decoque cum Aq. fluviat. s. q. ad reman. Unc. sex; colaturis ambabus commixtis adde Elixir. Vitriol. Mynsichti Unc. semis, Syr. Rub. Id. Unc. duas.

INFUSO-DECOCTUM CASCARILLAE Sundelin.

Rec. Cort. Cascarill. Drachm. sex. Infunde Aq. fervid. q. s. ad colat. Unc. sex. Residuum Corticum coque ex Aquae Unc. decem ad colat. Unc quatuor. Misce et adde Syr. Cort. Aurant. Unc. unam.

INFUSO-DECOCTUM CASCARILLAE ET ANGUSTURAE VINOSUM Vogt.

Rec. Cort. Cascarill., Angustur. āā Unc. semis, infunde Vini Gall. rubri Unc. sex, digere in vase bene clauso loco tepido per horas sex, dein cola et exprime. Residuo affunde denuo Aquae comm s. q. et coque per ½ horam. Colat. Unc. sex cum infuso vinoso mixtae adde Syr. Cort. Aurant. Unc. unam.

INFUSO-DECOCTUM CHINAE COMPOSITUM Ebermaier.

Rec. Cort. Chinae opt., Rad. Caryoph. āā Drachm. sex. C., cont. infundantur Aq. Cinnam. spir Unc. octo Digerantur leni calore in vase clauso per horas sex. Post refrig cola et residuum antea bene expressum coque cum Aq. comm. Unc sedecim ad remanentiam Unc. octo; colaturas junge, adde Tinct. aromat. acid. Unc. duas.

INFUSO-DECOCTUM COLUMBO VINOSUM Ebermaier.

Rec. Rad. Columb. Unc. unam, Cort Aurant. Curass. Unc. semis Conc. et cont. infunde Vini Gallici opt. Unc. octo. Digere leni calore per horas quatuor in vase clauso saepius agitata. Deinde cola et coque residuum expressum Aquae font. Unc. duodecim ad reman. Unc. sex; colaturae cum infuso vinoso mixtae adde Tinct. Cinnam. Unc. semis, Syr. Cort. Aurant Unc unam semis.

INFUSO-DECOCTUM MILLEFOLII ET SALVIAE Vogt.

Rec. Summit. Millefol., Hb. Salviae āā Drachm. tres, Sem. Anisi stell. Drachm. unam. Conc. et cont. infunde Aq. ferv. q. s. ad colat. Unc. octo. Residuum expressum coque cum Aq. comm. s. q. per horam ad reman. Unc. octo; colaturas misce.

INFUSO-DECOCTUM SALICIS Bremeri.

Rec. Cort. Salicis Unc. quatuor, Spir. Frumenti Unc. octo, Aq. comm. Unc. sedecim, digere in vase tecto et cola; residuum coque cum Aq. comm. Unc. triginta ad dimidii remanentiam, cola, colaturas junge.

INFUSO-DECOCTUM SASSAFRAS COMPOSITUM Vogt.

Rec. Ras Ligni Sassafr. Unc. semis, Rad. Calami arom. Drachm. duas, infunde Aq. ferv. Unc. decem et digere per horam loco tepido in vase bene clauso, tunc cola cum expressione et residuo infusionis adde Rad. Sarsaparill. Drachm. sex, Bardan. Unc. semis. Coque cum Aq. comm. s. q. per horam et colat. Unc octo misce cum Liquore infusionis.

INFUSUM, INFUSIO. Aufguß. *Infusion, Hydrolé;* ab infundendo dicitur, quia materiae medicatae aqua fervida infusa extrahuntur. Brevissime agitur, atque sine suppellectilium magno apparatu, si aquae (communis vel destillatae) copia descripta sola in vase idoneo ad ebullitionem usque calefacta materiis in pyxide stannea contentis superfunditur. Miscela semel agitanda est, ut omnia bene submersa atque aequabiliter irrigata sint. Pyxis operculo obtecta seponitur per horae quadrantem vel dimidium, vel donec frigefacta sit. Digestione longiore si egetur, pyxis infusoria in locum tepidum, vel calidum vel in balneum aquae est reponenda.

Pro majoribus infusorum parandum copiis haec methodus optime quadrat; at pro exiguis animadvertendum est, aquam fervidam pyxidis frigidae atque specierum contactu nimis refrigescere, quam quae efficaciter extrahere posset. Pyxis ergo aqua fervida infusa et circumagitata, tum iterum effundenda caleliat. Post refrigerium, vel tempus constitutum elapsum, omnia colatorio injiciuntur, et liquor limpidus expressus servetur; residua in colatorio rejiciuntur. Colatoria e panno laneo confecta atque materiae extrahendae aquae partem aliquantulam retinent; ergo aquae tantillum ponderi colaturae antea adnumerandum est. Pro colatoriis laneis, quae immunditiei vituperium facillime incurrunt, quaeque medicamenti praevie parati saporem atque odorem infusioni insequenti impertiunt, pyxides e lamina ferrea stanno obducta confectas, et foraminibus angustissimis oblongis in formam litterae I excusis pervias in usum vocavi, quibus, quae spectavimus, consequi optime licuit. In balneo aquae sive apparatu Brindorfiano ita proceditur, ut pyxis, quae infusum contineret, in balneo vaporis aquae suspensa per aliquod tempus foveatur. Cetera uti supra. Infusiones, loco decoctionis, laudandae sunt in plantis virtute aromatica, balsamica, volatili gaudentibus, quae decoctione et quasi destillatione indolem aethereamn per auras amittunt. Infusiones simplices ex materia singula et aqua pura paratae hic non referentur. Supponitur enim ubique ex Drachma una Infusi Unciam unam parari. (Cf. Decoctum p. 214.)

INFUSUM ABSINTHII. Wermuthaufguß.
Ex Hb. Absinth. Unc. una parentur infusi Unc. octo, sec. Augustin Libr. duae. Ph. Gall. mil.: Hb. Absinth., Rad. Liquir. āā Unc. semis, Aq. ferv. Unc octo. Dictum *nitratum* sec. Brera: Hb. Absinth. Unc. semis, colat. Libr. unius adde Nitri Drachm. duas.

INFUSUM ADSTRINGENS. Zusammenziehender Aufguß.
Gray: Rec. Infus. Cuspariae Unc. unam, Tinct. Catechu Drachm. unam, Pulv. Ipecac. Gran. tria, Opii Gran. semis. Bories: Rosar. rubr., Quinque Myrobalanor. āā Unc. semis, Aq. comm. ferv. Libr. unam, colat. adde Syr. Granat. Unc. semis. (Cf. Infus. Quercus, Rosarum.)

INFUSUM ALEXITERIUM Brera.
Rec. Fol. rec. Menth. vulg. Unc. duas et semis, Summitat. Absinth. pont. rec., Rad. Angelic. rec., āā Unc. duas, Aq. comm. Unc. sexaginta. Fiat infusio, inde stilletur ad remanentiam Unc. viginti quatuor, quibus addantur Spirit. Vini Unc. triginta duae. (Cf. Infusum Serpentariae compositum.)

INFUSUM AMARUM. Bitterer Aufguß. *Fr. Infusion amère.*
Spielmann: Hb. Card. bened., — Chamaedr. — Chamaepit. āā Unc. semis, Hb. Centaur., — Hyperic., — Lupuli āā Drachm. duas, Aq. ferv. Libr. quatuor et semis; cola. — Marcus: Spec. amarar. Unc. semis, Aq. ferv. q. s. ad colat. Unc. quatuor, Syr. Cort. Aurant Unc. unam. Dictum *cum Natro, sive alcalisatum* sec. Augustin: Rad Gentian. Drachm. duas, Pomor. Aurant. immatur. Drachm. unam et semis, Cardamom. min. Drachm. semis, Salis Sodae Drachm. unam, Aq. ferv. Unc. sex, cola post horas sex. — Dictum *et Rorismarini:* Rad. Gentian., — Calami āā Unc. unam, Hb. Centaur. min. Drachm. sex, — Rorismar. Drachm. duas, Aq. ferv. Libr. quatuor, colat. adde Elixir. roborant. Whyttii Unc. quatuor. (Cf. Infusum Gentianae compositum.)

INFUSUM ANGELICUM vid. Aqua laxativa angelica (p. 73).

INFUSUM CONTRA ANGINAM Buttneri.
Rec. Hb. Ledi palustr. Unc. unam, Rad. Ipecac. Gran. quatuor, Fol. Senn Drachm. unam, infunde Aq. ferv. q. s. ad colat Unc. quatuor, adde Liq. Ammon. anisat. Drachm. unam, Sacch. albi Unc. unam.

INFUSUM ANGUSTURAE, s. Cuspariae, s. Bruceae.
Ex Unc. una Cort. Angusturae paretur Libr. una infusi. — Ph. Lond. 1809: ex Unc. semis, Ph. Lond. 1836: ex Drachm. quinque Infusi Unc. sedecim parari proponit. (In dysenteria adhibitum.)

INFUSUM ANTHELMINTHICO-INCITANS Brera.
Rec. Hb. Scordii Unc. semis, Aq. commun. q. s. ut fiat colatur. Unc. octo, adde Naphth. Vitrioli Drachm. semis.

INFUSUM ANTHELMINTHICUM, s. vermifugum. Wurmtreibender Aufguß.
Fuller: Rec. Sem. Cinae Unc semis, Aq. Menth. Unc. quatuor, — Gentian. comp., — Cinnamom āā Unc. duas, infunde per horam unam, colaturae adde Syr. Cichorei c. Rheo Unc. duas, Ol. Nuc. moschat. Gutt. duas. — Henke: Rad. Valerian., Sem. Cinae āā Drachm. duas, Aq. ferv. q. s ad colat. Unc. quatuor, adde Extr. Nuc. Jugland., Liq. anodyn. min. Hoffm., Tinct. Cort. Aurant. āā Drachm. semis. — Swediaur ex Musci Helminthochort. Unc. una infusi Libr. unam parari suadet. (Cf. Infusum Spigeliae.)

INFUSUM ANTHEMIDIS vid. Infusum Chamomillae.

INFUSUM ANTIARTHRITICUM Fuller.
Rec. Hb. Chamaepit. Unc. unam, Flor. Lavend., Theriac. Venet. āā Unc. semis, Vini rubri Unc. trginta duas, infunde, cola.

INFUSUM ANTIASTHMATICUM Wendt.
Rec. Rad. Valerian. Drachm. duas, Aq. ferv. q. s. ad colat. Unc. quatuor, adde Moschi Gran. octo, Liq. Cornu Cervi succin. Scrup. duos, Essent. Ambrae Drachm. duas, Syr. Flor. Aurant Unc. semis.

INFUSUM ANTIHYDROPICUM Swediaur.
Rec. Infus. amar., — ad paralysin āā Libr. unam.

INFUSUM ANTISCORBUTICUM.
Rec. Crystallorum Tartari quantum vis, immitte in crucibulum Hassiacum non omnino replendum et bene tegendum. Inter carbones urentes hoc impone et ure, donec flamma ex commissuris erumpere desinat et crucibulum ex toto rubescat. Crucibulum exemtum refrigescat, tum; operculo demto, massa usta carbonacea eximatur. Hanc in vas vitreum vel stanneum collocatam ope lagenae aspersoriae (Spritzflasche) cum Aquae destillatae tantillo irrora ut aequabiliter humectata sit. Tum torrentem Gas carbonici (ex Creta alba et Acido Salis crudo cum pari pondere Aquae comm. diluto ex apparatu extricatorio bene noto) per massam carbonaceam humectatam transmitte, a qua gas adeo rapide absorbebitur, ut massa incalescat, et vas externe aqua frigida circumdata frigefaciendum sit. Caloris incrementum atque Gas absorptio si cessaverint, apparatum per aliquot horas sibi derelinque tum massam carbonaceam exime et in infundibulum supra chartam filtratoriam collocatae infunde Aquae destillatae ad Gradus 50 Therm. Reaum. calefactae quam minimam copiam (e. gr. pondus dimidium) ad solutionem. Ex solutione frigefacta crystalli concrescunt. Liquorem decanthatum residuo carbonaceo iterum infunde, iterumque calefac sicuti praecepimus et filtra, idque repete, quamdiu ex liquore frigefacto crystalli concrescent. Denique liquorem innatantem lenissimo calore consume, ut altera Salis copia obtineatur. Serva in vitro probe obturato. — *Vis:* incidens, solvens, lithontriptica, antacida, antemetica.

Sint crystalli rhomboideae et tabulaeformes aëre persistentes, saporis subalcalini mitioris, in aquae destillatae pondere quadruplo, fervidae aequali, solubiles. Solutio aquosa chartam exploratoriam flavam non permutet, neque a solutione Salis amari turbetur. Solutioni Mercurii sublimati corrosivi dilutae affusa lacteam hanc reddat et praecipitatum album nec flavum demittat. Aqua hydrothionica affusa ne turbetur. Vasa ferrea ne attingat; a quibus adulterium ferrosum colligit; constat ex Pondere Mixtionis Kali uno, Acidi carbonici duobus et Aquae uno. Ignitum Acidi carbonici dimidium et Aquam totam amittit. *Usus:* ad calculos renum ac vesicae urinariae pellendos, pro Potione Riverii.

Variae exstant hoc Sal parandi viae. Nos Woehleri concinnissimam secuti sumus. Sal Tartari ejusdemque saturatio uno scilicet labore fiunt; operatio facillime est exercenda, apparatus non expostulantur complicati et productum exhibetur purissimum

Si Cineres clavellati adhibendi sunt, hi cum pari pondere Aquae frigidae superfusae stent per aliquot tempus, liquori filtrato adjiciatur Cinerum adhibitorum quarta pars circiter Facculae amylacaceae, miscela exsiccetur, in crucibulo uratur et saturetur sicut supra expositum est. — Tum quoque serrago lignea, coctione cum aqua et cineribus clavellatis bene exhausta, inservit suscipiendo liquori Cinerum clavell. depurator. et saturando. Alcali saturatum quoque Aqua destillata tepida lixiviatur atque in crystallos redigitur. — Cum Sale Alcali volatili sicco tali modo proceditur. Solve Cinerum Clavell. depur. Libr. unam in Aq. dest. Unc. sedecim, adde Sal. Alcali volat. sicci Unc. sex, solve, calefac leni calore in balneo aquae ut Ammonium exhalet, liquorem adhuc calidum cola, ex quo crystalli concrescunt. Plures denique Codices Oleum Tartari per deliquium vel solutionem concentratam Cinerum clavellat. depurat. Acido carbonico saturari praeceperunt, quod quidem tarde et operose cedit.

KALI CARBONICUM NEUTRALE, s. perfecte saturatum, vid. antecd.

KALI CARBONICUM PURUM, s. e Tartaro, vid. Sal Tartari.

KALI CAUSTICUM CUM CALCE vid. Causticum commune (p. 161).

KALI CAUSTICUM FUSUM vid. Lapis causticus.

KALI CAUSTICUM SICCUM, KALI PURUM, KALI HYDRATUM, vid. Alcali vegetabile causticum siccum (p. 32).

KALI CHLORICUM DEPURATUM, Kali muriaticum hyperoxygenatum s. oxymuriaticum, Murias Potassae hyperoxygenatus, Chloras Potassae, Chloras Kalicus, Oxymurias Potassae, Alcali vegetabile salito-dephlogisticatum, Sal febrifugum dephlogisticatum, cet. Chlorsaures Kali, orydirtsalzsaures Kali. *Chlorate de Potasse, Muriate oxygéné de Potasse.*

Rec. Kali chlorici venalis, quale in officinis chemicis praeparatur, Unciam unam, solve in Aquae destillatae fervidae Unciis tribus; liquor fervidus filtratus et vase vitreo susceptus seponatur, ut lente refrigescat, in vas alterum amplum aqua fervida repletum, ita ut simul, sed tardius refrigescant. Crystalli squamularum nitentium instar enascuntur. In filtro collectae aqua frigida parum abluantur et siccentur. Liquores residui iterum cum residuo Salis coquantur, iterumque filtrati seponantur.

Sint crystalli lamellares, albae pellucidae, splendorem sericeum prae se ferentes, saporis subausteri, in aquae sedecim partibus solubiles, quae solutio a liquore Argenti nitrici vix turbetur. Cum corporibus combustibilibus mixtum atque contusum fortiter explodat. Constat paribus ponderibus Mixtionis Kali atque Acidi chlorici, absque Aqua.

In scorbuto, herpete, morbis syphiliticis laudatum, at paene omnino derelictum est.

Kali chloricum melius atque minore sumtu in officinis chemicis praeparatur, quam in pharmacopolae laboratorio exiguo. Quod autem si fieri debet, tali modo instituatur. Solve Cineres clavellatos depuratos in quadruplo pondere Aquae destillatae, et solutionem filtra. In hanc Gas Chlori torrentem, lege artis ex apparatu idoneo extricatum, per tubum vitreum satis amplum transmitte, donec gas a liquido non amplius absorbebitur, quod colore flavo liquoris enascente dignoscitur. Cavendum est, ne tubi orificium crystallis in ipso concretis obstruatur. Huic incommodo infundibulo ad tubum inverse alligato, vel interdum agitando ope fili ferrei praecavetur. Ab initio Chloretum Kalii (Sal digestivum Sylvii) et Kali carbonicum aëratum seponitur, quare conducit post aliquot tempus liquorem ab Salibus concretis defundere, inque illum iterum Gas Chlori transmittere, donec Kali chloricum ipsum enascatur. Sedimentum crystallinum ex Kali chlorico et Chloreto Kalii mixtum est, quae salia solutione in aqua fervida et crystallisatione separentur. Liquor primum decanthatus parum ebulliat, donec odorem proprium subchlorinicum amiserit. Refrigerio iterum crystallos demittit, quae eodem modo depurantur. Liquor ipse rejicitur.

† **KALI CHROMICUM.** Chromsaures Kali. *Chromate de Potasse*, in officinis chemicis paratur. Occurrunt varietates duae. a) Sal neutrale. Ph. Hamburg. enumeravit; sunt prismata citrina, saporis styptici amari, in aquae pondere duplo solubiles. b) Sal acidum s. bichromicum, sunt crystalli laete rubicunda, in arte medendi non usitata.

KALI CITRATUM s. citricum, Citras Potassae, Citras Kalicus, Sal Absinthii citratum. Citronensaures Kali. *Citrate de Potasse.*

Rec. Acidi citrici crystallitati q. vis, solve in Aquae destillatae pondere quadruplo, calefac solutionem in patina aperta, et adjice Sal Tartari quantum ad exactam saturationem requiritur, quae charta coerulea tincta exploratur. Solutionem absque filtratione ad siccum redige cauta evaporatione, iterum solve in aquae copia quam

minima, filtra et iterum ad siccum redige. Massam siccatam cito contere et in vitrum optime muniendum ingere.

Sal album, ad aërem humorem sponte colligens, aqua ex toto facillime solubile, neutrum, acido sulphurico et muriatico liberum, quae modis bene notis explorantur.

Usus: per se mixturis additur, in Potione Riverii occurrit, in Mixtura salina, cet.

Plerumque Kali citratum ex Succo Citri et Cineribus clavellatis depuratis paratur, quod tali modo exercetur. Succus Citri calefactus cum Cineribus clavellatis depuratis exactissime saturetur, tunc adjiciatur Eboris usti aliquantulum et coquatur per minuta aliquot. Liquorem per filtrum trajice et leni calore ad siccum absume. Hoc Sal multo impurius est, quam quod supra descripsimus. Continet enim ex Succo Citri Acidum malicum, et ex Cineribus clavellatis Sal digestivum, Natrum muriaticum, cet.

KALI FERREO-BORUSSICUM s. FERROCYANICUM s. FERRUGINOSO-HYDROCYANICUM vid. Kali borussicum (I, p. 163.).

KALI HYDROIODICUM s. HYDRIODINICUM vid. Kalium iodatum.

KALI IODICUM, s. Iodas Kalicus, s. Iodas Potassae. Jodsaures Kali. *Iodate de Potasse.*

Rec. Iodi quantum vis, Gas Chlori transmitte donec Iodum in liquorem intense fuscum abeat. Huic liquori Lixivium causticum kalinum adjice donec color omnis evanuerit. Oriuntur Kali iodicum, quod propter dissolubilitatem fundum petit et Chloretum Kalii, quod solutum remanet. Sedimentum salinum in filtro colligitur, aqua frigida parum abluitur, aquae destillatae fervidae quam minime copia dissolvitur, liquor filtratur et ad crystallisationem seponitur.

Crystalli parvae, ad aërem immutabiles, difficile solubiles, ignitione Gas oxygenium emittentes et in Kalium iodatum transmutandae.

Ph. Ferrar. et Parm. receperunt

Iodas Kalicus quoque ex Lixivio caustico et Iodo parari potest, addendo Iodo tantum Lixivii donec color omnis evanuerit. Liquorem parum inspissa et frigefacto adde Spir. Vini rectss. par volumen, quo fit ut Iodas Kalicus praecipitetur, Kalium iodatum vero solutum maneat. Sedimentum salinum aqua fervida dissolvitur et crystallisatione depuratur.

KALI MURIATICUM OXYGENATUM vid. Kali chloricum (p 492).

KALI NITRATUM s. NITRICUM DEPURATUM vid. Nitrum.

KALI OXALICUM ACIDULUM vid. Sal Acetosellae (I, p. 298).

KALI OXYMURIATICUM vid. Kali chloricum (p. 492).

KALI PRAEPARATUM E TARTARO vid. Sal Tartari.

KALI PURUM vid. Alcali vegetabile causticum siccum (p. 32.).

KALI SIDERO-ZOOTICUM vid. Kali borussicum (I, p. 163).

KALI STIBIATO SULPHURATUM vid. Hepar Antimonii (p. 463.)

KALI SUBCARBONICUM vid. Cineres clavellati depurati (p. 181), — — **PURUM** vid. Sal Tartari.

KALI SULPHURATUM vid. Hepar Sulphuris salinum (p. 465).

KALI SULPHURICUM, s. vitriolatum, vid. Arcanum duplicatum (p. 99).

KALI SULPHURICUM ACIDUM, s. Potassae Supersulphas, Sulphas acidus Potassae, Bisulphas Potassae, Kali bisulphuricum, Sal enixum. Saures schwefelsaures Kali. *Bisulfate de Potasse.*

Residuum a paratione Acidi Nitri secundum nostram regulam (vel similem) eo usque calefiat in retorta ipsa vel in crucibulo, ut plane fluat, et vapores nitrosos non amplius emittat. Effusum in lapidem tenuis strati ut refrigescat diffringatur in frustula in vasis bene clausis servanda. — *Vis:* purgans, antiseptica.

Sint frustula alba, saporis acidi acris, calore facile liquanda in crucibulo platinico, et liquidum ex toto limpidum exhibentia (quod nisi fit, Arcanum duplicatum immixtum est), in Aquae frigidae duplo, fervidae aequali pondere solubile.

Usus: potionibus admiscetur loco Acidi phosphorici, inservit ad praeparationem Acidi acetici et formicici.

Residuum ab Acido nitrico nisi praesto est, hoc Sal quoque parari potest, si Arcani duplicati unciis duabus, Olei Vitrioli Unc. una cum Aq. comm. Unc. tribus antea mixta admiscetur, solutione caloris ope peracta, liquor exsiccatur et in crucibulo platinico fundatur, donec absque ebullitione fluat.

Ph. Lond. 1836, Bor. ed. 5, Ferrar., Hamb., Suec. receperunt in crystallos redactum at non fusum.

KALI TARTARICUM s. TARTARISATUM vid. Tartarus tartarisatus.

KALI E TARTARO vid. Sal Tartari.

KALI VITRIOLATUM vid. Arcanum duplicatum (p. 99).

KALI ZOOTICUM vid. Kali borussicum (I, p. 163).

KALIUM, Potassium. Kalium. *Potassium.*

Kalium melius in officinis chemicis obtinetur, quam pharmaeopoeorum laboratoriis, quia in hoc labore ediscendo pretiosae docendi mercedes solvendae sunt. Secundum BRUNNERI methodum res optime cedit.

Rec. Lagenam cylindricam, e ferro fabrili confectam, in qua Mercurius vivus ex Hispania advehi solet; in hanc immitte massam carbonaceam, ex combustione Tartari in crucibulo obtentam, cui antea partem Tartari quatuordecimam vel decimam pulveris carbonis Lignorum grossiusculi admiscueris. Ad lagenae collum adaptetur tubus ferreus fabrilis, ad quem vas cupreum excipiens idoneum, Petroleo semirepletum, externe glacie circumdata frigefactum, aptari possit. Ignis accendatur et sensim augeatur donec in tubo ferreo vapores virides conspiciantur. Tum primum vas cupreum excipiens appone. Retorta, quum ad excandescentiam plane calefacta fuerit, vapores Kalii abundantius emergent, et in Petroleo condensabuntur. Tubus ferreus saepissime materia carbonacea obstruitur, quae ope fili ferrei perforatorii, idoneo loco aptati, removeatur. Multa adhuc in hoc labore animadvertenda et praecavenda sunt, quae hic accuratius exponere magnum est, quaeque in Berzelii de re chemica libris optime exposita sunt.

Est Kalium metallum splendidum, leve, ad calorem medium aeris molle, tractabile, sectile, ad gradus 44° R. liquescens, sub Oleo Petrae rectificato asservandum, Aquae injectum in flammas rubro-violaceas prorumpens et in Lixivium causticum kalinum tenue mutatum.

Usus: pro Moxa extemporanea adhiberi excogitatum est, an vero bene, in dubitationem multam incurrit.

KALIUM BROMATUM, Brometum Kalii, Kali hydrobromicum, Potassii Bromidum (Lond.). Bromkalium. *Bromure de Potassium.*

Rec. Bromi quantum vis, in cucurbitam collo longo instructam immisso superfunde Aquae destillatae pondus dimidium, tum sensim inter agitationem affunde Lixivium causticum kalinum, donec color omnis disparuerit. Liquor evaporet ad siccum et massa salina obtenta in cucurbita vitrea parva (vel crucibulo platineo, si adest) eo usque calefiat, quamdiu Gas Oxygenium evolvitur, et donec massa tranquille fluat. Residuo, in cucurbita frigefacto, affunde Aquae destillatae quam minimam copiam ad solutionem (i. e. parem vel duplam), filtra, et leni calore liquorem consume, ut in crystallos concrescat. — *Vis:* antiscrophulosa.

Sint crystalli cubicae, Kalio iodato simillimae, a quo eo discrepant, quod mixtae cum Oleo Vitrioli vapores violaceos non emittant, sed rubicundos suffocantes.

Usus: in tumoribus scrophulosis interne in minuta dosi, externe in balneis, unguentis.

Ph. Gall. 1837, Lond. 1836 receperunt, sed Gall. Bromum per tubum longum, in orificium angustissimum desinentem, et in lixivium causticum immersum affundi docet. Hoc optime cedit, si antea compertum habueris Bromum, quod tibi est in promtu, sufficere pro Lixivii caustici copia designata.

† KALIUM CYANATUM, Cyanuretum Potassii, Cyanetum Kalicum BERZELII. Cyankalium, Blausaures Kali. *Cyanure de Potassium.*

Rec. Alcali vegetabilis caustici recens siccati atque fusi Unciam unam, affunde Spiritus Vini alcoholisati, qui contineat Alcoholis absoluti partes centesimas voluminis nonaginta saltem, Uncias tres. Stent mixta interdum agitata per diem et noctem, donec Alcali solutum fuerit, et residuum in massam lentam, parietibus adhaesivam abierit. Liquorem filtra. Seorsum recipe retortulam vitream tubulatam, in quam immitte Kali borussici, in pulverem redacti, Unciam unam. Ad retortae collum adaptetur tubus vitreus in angulum rectum reflexus, qui in liquorem spirituosum alcalinum immergat: ad retortae tubulum adaptetur tubus, qui dicitur securitatis, in formam litterae S circiter recurvus, per quem affundatur miscela frigefacta ex Olei Vitrioli et Aquae communis ana Uncia dimidia. Haec ubi praeparata fuerint, ignem sub retorta lenem incende, et vapores hydrocyanicos sensim extrica, qui a Lixivio caustico spirituoso absorbeantur. Kalium ergo cyanatum enascitur, quod, quia a Spiritu Vini non dissolvitur, in sedimentum crystallinum coit. Conducit vapores hydrocyanicos excedentes in lixivium immittere, ne crystalli obtentae a lixivio caustico adhaerente inquinentur. Lixivium causticum eo calefactum aqua frigida circumdata refrigescat. Postquam vapores hydrocyanici ex toto evoluti fuerint, apparatum dirime, liquorem alcalinum in locum frigidum (intra glaciem, si haec est in promtu) sepone, ut crystalli crescant. Liquorem innatantem primum effunde, crystallos in filtrum conjice, postquam liquidum eguttaverit exprime inter chartam bibulam, et cito exsicca in lamina ferrea calefacta. Siccas extemplo in vitrum optime claudendum ingere. Liquidum, quod a crystallis eguttavit, in retortulam vitream cito ingere et leni destillatione ad volumen parvum redige, frigefacto affunde Spiritus Vini rectss. q. s. ut sedimentum crystallinum non amplius efficiatur, quod eodem modo collectum, lotum, expressum et siccatum conde.

Sal albissimum, aqua facile solubile, saporis acris alcalini, amari simulque hydrocyanici, odorem semper levem hydrocyanicum spargens ex decompositione quadam tarda; acidis omnibus facile decomponitur, et odor fortissimus Acidi hydrocyanici erumpit.

Usus: internus rarus; adhibebitur quondam, uti speramus, pro parando Acido hydrocyanico, quod sit indolis semper ejusdem certissime definitae.

Haec methodus, a WIGGERSIO nuper laudata, optime cedit et Kalium cyanatum purissimum exhibet. CLARKII ergo methodo Acidum hydrocyanicum ex Kalio cyanato et Acido Tartarico parandi nil obstat, quominus in rem medicam introducatur. In parando hoc Sale puro nodus versabatur, qui nunc explicatus est.

Pharmacopoearum dissensus facile nobis, meliora edoctis, est negligendus. Ph. Gall. 1837 hoc Sal recepit et tali modo parari docuit. Kali borussicum contusum (et exsiccatum) in retortam figulinam (porcellaneam vel ferream BRZZEL.) immitte, quae dimidia tantum repleatur. Adaptetur tubus vitreus, qui Gas erumpens transducat, ex quo operatio, quomodo cedat, dignoscitur. Ignem incende et sensim auge donec gas evolvi incipiet. Tunc ignem ita obtine, ut gas aequabiliter semper emergat; quod si retardabitur, ignem urge usque ad excandescentiam, quam per breve tempus obtine. Orificia retortae tum obstrue, et apparatum refrigerio derelinque. In retorta diffracta superne stratum bene fusum reperietur (i. e. quando quidem fortuna tibi arriserit), quod est Kalium cyanatum, extemplo vase vitreo suscipiendum. Materia nigra, spongiosa inferior deposita Kalium exhibet cyanatum cum Carbureto Ferri mixtum, ex qua non nisi operose atque incerte Sal purum extrahi potest.

KALIUM IODATUM. Jodkalium. *Iodure de Potassium.*

Synon.: Kali hydroiodinicum s. hydriodicum, Hydroiodas Kalicus, Iodetum Kalii. Hydrojodsaures Kali, Kaliumjodür. Hydriodate de Potasse.

Rec. Iodi Uncias quatuor,
Limaturae Martis Unciam unam,
Aquae destillatae Uncias duodecim.

Simul immitte in sartaginem e ferro fuso confectam, operculum impone et miscelam per aliquod tempus sibi derelinque. Miscelam tum parum exagita, et reactionem chemicam caloris adminiculo promove, donec liquor, primum intense rubicundus, omnino decolor factus fuerit. Liquori in eadem sartagine (absque filtratione) calefacto sensim adjice

Solutionem Salis Tartari,

curando, ut sedimentum primum inflatum atque tumidum coctione in pulverem densiorem coeat. Massa, liquore a sedimento absorpto, pultiformis iterum liquida fit coctione; tum Solutionem Salis Tartari addere perge, quamdiu praecipitatum pallidum viridulum enascitur, quod facillime ope Chartae Lacmus rubefactae exploratur, quae immersa leviter coerulescat. Miscelam insuper coque per horae partes minutas aliquot, tum fervidam per linteum trajice, et sedimentum Aqua destillata calida ablue. Liquorem limpidum atque coloris omnino expertem leni calore ad crystallisationem redige. — *Part. const.* Kalii unum, Iodi duo Pondera Mixtionis. — *Vis:* resolvens, glandulas pellens, antiscrophulosa, antisyphilitica eximia.

Referat crystallos parvas, cubicas, albas, diaphanas saporis primum salsi, dein austeri, submetallici longe persistentis, aëri humido expositas humorem attrahentes; pars una in tribus quadrantibus Aquae destillatae et in sex partibus Spiritus Vini rectificatissimi solvatur, unde adulteratio cum Kali muriatico, carbonico, iodico, et Natro muriatico detegitur; charta exploratoria rubefacta eo non cœrulescat.

Usus: in glandularum tumore externe in unguentorum forma administratur, interne in syphili inveterata debellanda nuperrime maximo cum successu propinatum est.

- Parandi methodus, quam praecepimus, a BAUPIO primum excogitata, paullatim additamentis brevibus ita correcta est, ut ceteris facile anteponatur. Sartago ferrea commodum secum fert, ut calor ex connubio chemico ortus bene distribuatur; Iodi jactura ideo non est metuenda. Haec operatio, si in vasis vitreis vel figulinis exerceatur, Iodum limaturae Martis sensim sensimque est addendum ne caloris incremento in vapores redactum partim avolet. Praecipitationem ex solutione fervida fieri praecepimus; hoc eo fit consilio ut minor sit liquidi et sedimenti moles, haecque facilius aqua abluatur. Filtrationem, ante praecipitationem, quae ubique docetur, omisimus; cui enim erat bono, sed jacturae opportunitatem attulit. Praecipitationem usque ad reactionem leviter alcalinam pergi consulimus; quod nisi fit, Ferri aliquantum solutum remanet, sicuti coctione non adhibita, et crystalli postea colore rubiginoso inficiuntur, ex quo novi laboris fit argumentum. Evaporatio lixivii salini optime in tepidarii lenissimo calore vel lampade nocturna Norica (Nürnberger Nachtlichtchen) supposita efficitur. Crystalli concrescunt cubicae purissimae, a lixivio quodam superfusae; lixivium non totum in crystallos abeat, sed quod ultimum remanet, signo notatum, ad proximam praeparationem servetur, et ante praecipitationem lixivio admisceatur, ut in lucrum mutetur.

KERMES MINERALE, Sulphur stibiatum rubeum (Bor., Slesv.-Hols., Saxon.), Hydrosulphuretum Oxyduli Stibii (Bat.), Hydrosulphur. stibiosum (Suec.), Oxydulum Stibii hydrosulphuratum rubrum (Austr.), Oxysulphuretum stibicum, Stibium oxydulatum hydrothionicum, Sulphur antimoniatum fuscum, Pulvis Carthusianorum, cet. Mineralkermes, Karthäuserpulver, Schwefelwasserstoff-Spießglanzoxydul, Kermes, Antimonsulfür-Antimonoxyd. *Kermes minéral, Protosulfure d'Antimoine, Oxide d'Antimoine hydrosulfuré rouge ou brun, Poudre des Chartreux, cet.*

Rec. Antimonii crudi in pulverem redacti Uncias quatuor, Salis Sodae sicci Unciam unam, bene mixta in crucibulum ingere, et igni exposita leni rubedine liqua; massam interdum ope baculi argillacei, e. gr. tubo fistulae fumariae figulinae, circumagita donec tranquille fluat; tum effunde in superficiem marmoream vel latericiam. Massam frigefactam in pulverem subtilissimum, in quo totius rei nervus consistit, contere.

Seorsum recipe sartaginem ferream satis capacem, in quam Aquae communis Uncias sedecim pro singulis Unciis Pulveris obtenti immitte, adde:

Salis Sodae crystallisati Uncias duas, et miscelam calefac usque ad ebullitionem. In liquorem fervidum pulverem injice, et coque igne vivido per horam unam integram in sartagine aperta. Liquorem adhuc fervidum filtra, et filtratum patina parum calefacta suscipe. Post refrigerium liquorem sedimento innatantem decantha et iterum in sartaginem remitte et denuo coque per horam integram cum residuo pulveris et iterum filtra fervidum. Has operationes toties repete, quoties post refrigerium sedimenti non exigua copia demissa fuerit. Sedimenta collecta in filtrum conjice, et aqua frigida, nec calida, bene lava, tum leviter expressa intra chartam bibulam involuta in umbra calore medio exsicca. Servetur in vasis luci atque aëri praeclusis, optime munitis. — *Part. const.* Antimonii sulphurati et Oxydi Antimonii incerta pondera aggregatim juxtaposita nec chemice juncta. — *Vis:* incidens, resolvens, bechica, diaphoretica, emetica, expectorans.

Sit pulvis impalpabilis, coloris parum kermetini i. e. coccinei (carmoisinroth) a qua similitudine nomen deductum est, sive rubro-fusci uti plerumque accidit, splendoris proprii velutini, nitorem crystallinum, oculo solo, facilius vero armato, conspiciendum, exhibens, odoris et saporis nullius. Acido muriatico ex toto Kermes solvatur, aërem hepaticum evolvens, in tubo ignitum aquam amittat; Spiritu Salis Ammoniaci non mutetur; aqua frigida non solvatur, calida vero decomponatur. Acidum muriaticum tenue frigidum Oxydum Antimonii extrahit, Acidum tartaricum calidum. Aëris atque lucis injuria decomponitur, et colorem amittit.

Usus: in tussi, obstructione viscerum abdominalium, exanthematibus chronicis, hydrope, mucositate pectoris, cachexia, rheumatismo, cet.

In parando Kermete minerali LIEBIGII, summi hac in re arbitri, consilia secuti sumus, experientia scilicet atque theoria edocti, remedium quondam usitatissimum atque clarissimum, chemicorum nimio corrigendi studio depravatum atque infamatum, nunc iterum in rem medicam restitutum esse. Nil enim adeo in errorem abduxit, quam opinio, Kermes ab Antimonio sulphurato crudo nonnisi origine, colore et pulveris subtilitate differre. In Oxydo Antimonii, quod Kermetis quondam vitium putabatur, virtutem medicam summopere habitare, meliora edocti hodie scimus, ideoque summa opera eo nitendum erat, Kermeti eandem semper Oxydi vim inesse, quod quidem LIEBIGII experimentis consecuti esse videmur. Post aliquot tempus LIEBIGIUS alteram methodum parandi Kermetis proposuit, eandemque largiorem copiam exhibentem. At experientia pluries

repetita compertum habeo, magnam sane Kermetis molem simul obtineri, sed non adeo nitoris splendidi atque crystallini et difficillime siccandi, quare huic methodo penitus assentiri non audeo. Recipe ergo Antimonii crudi praeparati Uncias sex, Lixivii caustici vegetabilis Libras duas, Aquae communis Libras duodecim, coque per horam integram, filtra et adjice Acidum sulphuricum dilutum, quamdiu praecipitatum efficitur. Hoc recens exagitatum atque suspensum in vasa tria figulina aequabiliter distribue, et in singulis cum aqua communi lava, post subsidentiam aquam caute decantha.

Tum recipe Salis Sodae crystallisati Uncias sedecim solve in Aquae communis Libris sedecim (filtra, si opus fuerit) et in sartagine ferrea fusa ad ebullitionem calefac. In solutionem fervidam portiunculam primam sedimenti adhuc humidi sensim ingere, et coque per horam integram, tum operculo imposito liquorem lento refrigerio derelinque. Liquorem innatantem decantha, Kermes obtentum in filtro collige et aqua frigida parum lava. Liquori iterum ad ebullitionem calefacto alteram sedimenti portiunculam ingere, coque per horam, sepone, Kermes collige in filtro, cum liquore decanthato denique tertiam portiunculam coque et eodem modo collige sedimentum kermesinum. Hoc denique eguttatum et in charta bibula expansum sicca, in vasis optime clausis et luci imperviis conde. — Secundum singulos Codices prae paratum diversum obtineri, proh! jure quaerimur, in quorum discrepantia exponenda oleum non perdemus. — Ph. Slesv. Hols. falso Sulphuris aurati Antimonii miscelam cum Kermete oxydo facile libero praeparavit. Ph. Saxon. Kermes Oxydo Antimonii liberum exhibuit. Ceteri Codices Kermes parari docent, majore minore Oxydi copia praeditum, et colore ceterisque virtutibus diversum Secundum Cluzelii, qui hac de re bene meruit, methodum Kermes splendidissimum atque speciosum obtinetur. Ph. Austr., Hamb., Gall. hanc quoque viam amplexae sunt, quae tali modo exercetur. In sartaginem ferream immitte Aquae communis Libras viginti, et calefac ad ebullitionem; tum injice Salis Sodae crystallisati Uncias viginti duas et dimidiam, et Antimonii crudi in pulverem subtilissimum (dixi!) reducti Unciam unam, mixta coquantur per horas duas integras. Tum sartaginem ab igne remove et obtectum pauxillum sepone, donec sedimentum fundum petierit, nec vero liquidum multum refrixerit. Liquorem, quantum fieri potest, clarum effunde, reliquum in filtrum conjice, ita ut adhuc calidum filtretur Patinae, quae liquorem filtratum excipiant, aqua fervida circumdata foveantur, denique obtectae seponantur, ut Kermes per refrigerium lentissimum concrescat. Liquor Kermeti innatans denuo cum residuo Antimonii crudi non soluti coquatur, filtretur, haeque operationes aliquoties repetantur, quamdiu operae, temporis atque rerum sumtus compensabitur. Sedimenta obtenta expressa charta bibula involuta siccentur, et in vase impellucido serventur.

Methodus antiquissima de la Ligerie potissimum ponderum ratione differt. Coquantur enim per duas horas Antimonii crudi Unc. quatuor, Nitri fixi (i. e. Kali carbonici) Unc. una, et Aquae Unc. octo, et fervida filtrentur. Cetera uti supra.

KREOSOTUM. Kreosot. *Créosote*, sive principium mumificans, dicitur ab vocibus graecis *κρέας*, quae carnem indicat, et *σώζειν*, conservare. Substantia pyrogenea a Reichenbachio detecta.

Rec. Picis liquidae, ex destillatione sicca lignorum (praesertim fagi), neque tamen picis liquidae communis navalis ex combustione semisuppressa coniferarum obtentae, quantum vis, immitte in vesicam ferream vel cupream, vel in cucurbitam fictilem, et destilla in igni aperto donec vapores albi (a Paraffino orti) surgunt. Exorientur strata tria, cum quarum infimo nobis hic opus erit (intermedia aquosa pyro-acetica rejicitur, suprema oleosa parando Eupioni (p. 377) inservit). Stratum ergo inferius (ope infundibuli vel tubi vitrei aspiratorii) bene separatum lavatur Aqua, cum Olei Vitrioli pauxillo leviter acrefacta, et destillationi lentae ex retorta vitrea subjicitur; portiunculas primum transeuntes (ex Eupione potissimum conflatas) rejice et ulteriores collige. Has misce cum Lixivio caustico quod est Pond. spec. = 1,12 et pluries bene conquassata repone. Strata iterum duo exorientur, superius ex Eupione constans, hic praetereundum, inferius ex Solutione Kreosoti in Lixivio caustico. Haec solutio Kalina aëri exponatur, quo fit ut colorem nigrum attrahat oxydatione principii qualiscunque, necdum satis bene noti, Kreosotum inquinantis. Solutioni tum adde Olei Vitrioli diluti quantum satis ad saturandum Alcali et Kreosotum denuo excernendum, quod bene separatum ex retorta vitrea destillet. Has operationes insequentes, scilicet lotionem cum Lixivio caustico, in aërem expositionem, saturationem cum Acido sulphurico, et destillationem ter quaterve (vel toties) repete, donec Kreosotum Lixivio caustico solutum aëris contactu colorem non amplius mutet. Tum denique Lixivium causticum saturatur Acido phosphorico concentrato et destillet Kreosotum, portiunculis primum prodeuntibus, fortasse levi colore tinctis, rejectis. — *Vis:* conservans in mortuo, excorians in corpore vivo, antodontalgica, antherpetica.

Sit Kreosotum bene praeparatum coloris expers, consistentiae oleosae, saporis acris, urentis, odoris proprii Castorei non omnino

absimilis, aëri et luci expositum colorem non acquirat nisi leviter roseum (a Cedrireto, quod vocant). Pond. spec. = 1,037; fervet ad Grad. 162 B. — *Part. const.* Carbonei 7, Hydrogenii 9, Oxygenii 1, Pond. Mixt. — *Usus:* In dentium cariosarum doloribus, in combustionibus, gonorrhoea, scabie, tinea. In sistendis sanguinis profluviis, et levando carcinomate uteri laudes in id collocatae experientia non sunt comprobatae.

LAC. Milch. *Lait*, medicamenta dicuntur liquida, coloris albi, impellucida, a similitudine, quam habent cum lacte vaccino. Liquida turbida fiunt emulsionibus parandis sicut Lac Ammoniaci, vel corpore resinoso praecipitato sicut Lac Benzoës, vel denique Sulphure praecipitato, sicut Lac Sulphuris, lac unicum quod siccum hoc nomen gerit.

LAC ADSTRINGENS Saunder.

Rec. Cort. Quercus, — Granat., Rad. Tormentill. āā Drachm. duas, Aq. comm, Lact. vaccini āā Libr. unam, coque ad dimidiam, col. adde Pulv. Cinnamom. Drachm. duas.

LAC ALUMINIS Bate.

Rec. Aq. albumin. Ovor. Unc sex, Pulv. Alumin Unc. unam, Spir. Vini Libr. duas, optime concute.

LAC AMMONIACI, s Ammoniacale, Emulsio Ammoniaci, s. Gummi Resinae Ammoniaci, Emulsio Brunneri, Mixtura Gummi Ammoniaci (Ph. Hisp.), Mixtura Ammoniaci (Ph. Lond.) Ammoniakmilch, Ammoniakemulsion. *Lait de Gomme Ammoniaque.*

Rec. Gummi Ammoniaci, — Arabici āā Unc. semis, in mortario bene per se tritis adde Aquae destillatae tantillum, ut mucilago densior fiat, quam pistilli ope optime contere; tum sensim adde Aquae destillatae tantum ut ex toto Uncias octo addideris. — *Vis:* resolvens, bechica. — *Usus:* in tussi absque febre.

Ammoniacum quamquam sine Gummi arabici adminiculo in lactis formam redigi potest, hoc tamen vel Vitello Ovorum addito minus corruptelae et decompositioni obnoxium est. Satis inter se Codicum formulae discrepant. α) *Sine Gummi Arab.:* Ph. Suec. et Fenn. Ammoniaci Unc. semis, Aquae Menth. pip Unc. octo. Ph. Amer., Genev., Lond., Rec. Ammoniaci Drachm. duas, Aquae Unc. octo, Ph. Lusit. Gray Unc. sex, Ferrarini Unc. quatuor, Ph. Hisp. et Fuller Ammoniaci Drachm. unam et semis (Disp. Bruns. duas), Aq. Hyssopi Unc. quatuor, Vini albi Unc. duas — Ph. Dubl. Ammoniaci Drachm. unam, Aq Menth. Pulegii Unc. octo. — β) *Cum Gummi Arab.* Formula Ph. Slesv.-Hols. cum nostra congruit, nisi quod Aquam Hyssopi praecipit. Ph. Hann. Rec. Ammoniaci Unc. semis, Gummi Arab. Drachm. sex, Aq. Pulegii Unc octo. Disp. Lipp.: Ammoniaci Drachm. duas, Mucilag. Gummi Arab. Drachm. unam, Aquae Hyssopi Unc. quatuor. — Taddei: Ammoniaci Unc. semis, Gummi Arab. qu. libet, Infus. Hyssopi Unc. sex, Syr. Capill. Ven. Unc duas. γ) *Cum Vitello, Syrupo,* cet. Saunder: Rec. Aq. Foenic. Unc. sex, Ammoniaci, cum Vitello Ovi triti, Drachm. tres, Syr. Hyssop. Unc. unam. Ebermaier: Rec. Ammoniaci Drachm. tres, Aq. Foeniculi Unc. octo, Syrup. Althaeae Unc. duas. — Disp. Fuld.: Rec. Ammoniaci Unc. semis, Aq. Hyssop. Unc. sex, Spir. Mindereri Unc. unam, Syr. Erysimi Unc duas. — Bories: Millepedum vivent., Aq. Puleg., Mellis despum. āā Unc. semis, tritis, colatis adde Ammoniaci Unc semis, Sacchar. alb. Unc. unam - Pierquin: Rec. Millepedum N° 120, Aq. Pulegii Unc. sex, tere, cola et adde Ammoniaci, Tinct. Benzoës āā Drachm. tres.

LAC AMYGDALARUM vid. Emulsio Amygdalarum (p. 350).

LAC ANODYNUM Pierquin.

Rec. Aq. Amygdalar. dulc. excort. Unc. quatuor, Sem. Melonum, — Cucurbitar. āā Unc. Unc. unam, — Lactucae, — Papaver. albi āā Drachm. unam, fiat emulsio cum Decoct. Hordei s. q., cola.

LAC ARTIFICIALE Pierquin.

Rec. Amygdal dulc. excort. N° duas, fiat Emuls cum Aq. fervid. Unc. quatuor, adde Lactis vaccini Unc. sex, Sacch. albi Drachm. unam.

LAC ASAE FOETIDAE vid. Emulsio Asae foetidae (p. 352).

LAC ASININUM ARTIFICIALE, s. Decoctum Helicum Pomatiarum compositum.

Rec. Helices Pomatias N° sex, Cornu Cervi raspati, Hordei perlati, Rad. Eryngii āā Drachm. tres, Aq. comm. Libr duas, coque ad dimidium adde Syr. Capill. Vener. Unc. unam.

LAC BENZOES, s. Benzoini Bate.

Rec. Tinct Benzoës Unc. unam, Aq. Hyssopi vel Scabiosae (vel cujusvis) Libr. unam.

LAC COAGULATUM, Molken, vid. Serum Lactis.

LAC DIURETICUM vid. Emulsio terebinthinata (p. 360).

LAC GUAJACI vid. Emulsio Guajaci (p. 355).

LAC INFANTUM Pierquin.

Rec Sal Tartari Scrup. unum, Aq. Flor. Tiliae Unc. duas, Aq. Cerasor. nigr., Ol. Amygdal. dulc. āā Unc. unam, Vitellos Ovorum N° tres, Mucilag. Gummi Arab. Drachm. unam.

LAC MERCURIALE vid. Mercurius praecipitatus albus.

LAC MERCURIALE Plenckii.

Rec. Mercurii Drachm. unam, Gummi Arab.

Unc. semis, Syr. Diacod. q s ut fiat mucilago, post longam triturationem in mortario adde Lactis vaccini bullientis Unc. octo.

LAC PECTORALE Van Mons.
Rec Cetacei Drachm. unam, Gummi Arab. Drachm duas, Ol. Amygdal. dulc. Unc. unam, Syr. Sacch Unc. duas, Aq. Foeniculi Unc. quatuor, misce l. a

LAC PLUMBI Van Mons.
Rec. Salis comm. Unc. semis, solve in Aq. comm. Unc. una et semis, adde Aceti Saturni Unc. unam, praecipitatum collectum (Chloretum Plumbi) cum Aqua dest parum lotum misce cum Emuls Amygd. simpl. Libr. una Cosmeticum non bene excogitatum.

LAC ROSARUM Gray.
Rec. Amygd. dulc. N° octo, Ol Amygd., Sapon. Hisp, Cerae āā Unc. semis, Cetacei Drachm. duas. Ol. Lavend. Drachm. semis, Aq. Rosar. (calefaciend.) Libr. tres, misce l. a.

LAC SCAMMONII Bate.
Rec. Scammon. Drachm. sex, distende cum Aq Cinnamomi hordeat. Unc. octo; liquor lactescens a resina separetur et per se detur.

LAC SULPHURIS. Schwefelmilch. *Lait de Soufre.*

Synon.: Sulphur praecipitatum, Magisterium Sulphuris, (falso) Hydratum Sulphuris. Niedergeschlagener Schwefel. *Soufre précipité.*

Rec. Calcariae ustae purae in frustulis integris Libram unam,
in sartaginem e ferro fuso confectam immissae affunde una vice
Aquae calidae Libras sex,
et sartaginem obtectam sepone, donec Calcaria in lac aequabile dilapsa sit. Una vice adjice
Florum Sulphuris Uncias viginti octo, et
Aquae communis Libras viginti quatuor,
et miscelam coque per horam integram, donec Sulphur ex toto solutum fuerit, et liquor colorem e coerulescente viridem induerit. Sartaginem obtectam sepone per e noctem, et crastino die liquorem limpidissimum innatantem siphonis vitrei ope in lagenas vitreas percapaces transfunde, cavens ne sedimentum sublevetur. Huic denuo infunde
Aquae communis Libras triginta
et iterum coque per horam dimidiam. Liquorem denuo limpidefactum siphone transfer in lagenas vitreas. Liquores collectos in cupam ligneam satis capacem effunde et agitaculi lignei ope vehementer in gyrum age; tunc prope marginem instilla
Acidum Salis crudum
cum pari pondere Aquae dilutum, quantum satis, ut Lac Sulphuris fere totum praecipitetur, quod ex liquidi colore adhuc flavescente, nec plane albido, cognoscitur. Portiunculae liquidi exemtae adjecto Acido Salis lactescentiam tantum nec amplius praecipitationem efficiant. Cupam ligneam tum aqua communi affusa totam reple et sedimentum agitatione cum aqua misce. Postquam sedimentum in fundo subsederit, liquorem innatantem inclinatione effunde et aquae communis denuo magnam vim affunde. Quum Lac Sulphuris bene lotum fuerit, affunde acidi Salis tantum, ut liquor probe acescat, quo fit ut Calcariae carbonicae et Ferri sulphurati particulae solvantur. Aquae communis magna vi Acidi Salis vestigia eodem modo, quem mox exposuimus, abluantur. Sedimentum, postquam aqua decanthata fuerit, in sacculo linteo colligatur, eguttatum exprimatur, et in loco tepido siccetur. Servetur in vasis vitreis optime clausis.

Vis: laxans, diaphoretica.

Sit pulvis albidus, colorem pallide flavum exhibens, in lamina platinea calefactus totus avolet absque residuo, charta exploratoria coerulea a Lacte Sulphuris humectato non rubescat, Aqua et Acidum Salis nil ex eo solvant, Lixivium causticum perfecte solvat.

Usus: ad purgandum alvum inprimis haemorrhoidibus affectorum, post veneficia metallica, ad exanthemata chronica, in rhachitide, asthmate, cet.

In parando Lacte Sulphuris cum Calcaria haec potissimum animadvertenda. Calcaria in pultem aequabilissimam aqua multa affusa convertitur, nec, uti plerumque praecipitur, aquae pauxillo adsperso. Lac Calcariae cum Sulphure per horam saltem unam coquatur, quia connubium Sulphuris cum Calcio nisi diutina coctione contrahitur. Si in sedimento crystalli aciculares, aurantiaco-rubellae obveniunt, Sulphuris copia non sufficiens, vel coctio non satis longum producta indicatur, et operatio prave cedit. Magna enim acidi copia requiritur, pro parva producti obtinendi copia. In praecipitatione cavendum ne acidum excedat, sed reactio alcalina adhuc praevaleat. Quod nisi observatur, Lac Sulphuris odorem acquirit hepaticum ab Hydrogenio persulphurato praecipitato, sedimentum tarde a liquido secedit, et colorem facile griseum, sordidum contrahit. Lac Sulphuris his cautelis cautis praeparatum, minime odorem spargit hydrothionicum et pro Sulphure puro valde diviso habendum.

Ph. Lond. 1809, 1815, 1824 (1836 omisit) pro Sulphuris Libra una Calcariae duas praecipiens magnopere peccavit contra legem chemicam de aequivalentibus, rationem inversam secuta; requiruntur scilicet pro Calcariae parte una, Sulphuris partes duae et quadrans una (Soubeiran, Geiger duae et semis). Lac Sulphuris quod cum Calcaria et cum Acido Salis paratur coloris est paullo flavioris, quam quod ex lixivio caustico cum Acido Sulphurico praecipitatur. Alii Codices (Ph. Bor. ed. 5., Hass., Saxon., Slesv.-Hols., cet.) Sulphur in Lixivio caustico kalino coctione dissolvi, et Acido sulphurico diluto praecipitari volunt Majorem operam exigit Lixivii praeparatio praevia. Subsidentia in vasis ferreis cylindricis filtrationi magnopere est anteferenda, pro operae parsimonia et liquoris damno evitando quod ex contactu aëris contrahitur. Praeparatum obtentum iisdem gaudet viribus atque indole. Ex Hepate Sulphuris salino quoque Lac Sulphuris praecipitari potest, idque magno cum commodo, si Calcaria pura non prostat. Cineres clavellati cum pari pondere Florum Sulphuris intime mixti, in sartagine e ferro fuso leni igne usque ad fusionem perfectam calefiant; massa frigefacta aqua fervida dissolvatur, subsidentia et decanthatione (vel siphonis ope) depuretur, et Acido Salis vel sulphurico praecipitetur.

LAC TEREBINTHINATUM vid. Emulsio terebinthinata (p. 360).

LAC TERRAE = Magnesia alba.

LAC VIRGINIS s. originale.

Ph. Brunsv., Wirt.: Rec. Lithargyri subtil. pulv. Unc. sex, coque cum Aceti Vini dest. Libr. una et semis, ad consumtionem tertiae partis Aceti filtra, colaturae adde Alumin. crudi Unc. quatuor, solutas in Aq. comm. Libr. duabus. — Pierquin: Litharg. Unc. unam, Cerus. Drachm. tres, Camphor. Scrup. duos, solve in Aceti albi Unc. duabus, adde Aq Solani, — Nymphaeae, — Lactucae āā Unc. tres, filtra.

LACTUCARIUM vid. Extractum Lactucae sativae (p 405 et 406).

LAPIDES CANCRORUM ACETATI vid. Sal Matris perlarum.

LAPIDES CANCRORUM CITRATI Ph. Dan. 1772.

Rec. Lapid. Cancror praeparat q. s., Succi Citri recens. expressi et depurati q. s. ut non amplius eff rvescant. Leni calore omnia exsiccentur et in pulverem terantur.

LAPIDES CANCRORUM PRAEPARATI. Präp rirte Krebsaugen.

Rec. Lapides Cancrorum q. v., in pulverem contunde, et aqua adspersa in lamina marmorea ope pistilli marmorei in pulverem subtilissimum contere — Elutriationis ope particulae subtilissimae a grossioribus separentur, residuum iterum conteratur et lavetur. — *Vis:* antacida.

Pulvis subtilissimus albus, cum acidis mixtus effervescentiam ciens.

Usus idem atque Concharum praeparatarum et Cretae albae praeparatae, propter quas Oculi Cancrorum facile in oblivionem ruunt.

LAPILLI = Lapides s. Lapis.

LAPIS ALEXITERIUS Fuller.

Rec. Succin., Corall. rubr. āā Drachm. semis, Antimonii diaphoret., Rad. Contrajerv., Ocul Cancror. āā Drachm. unam, Chelar. Cancror. Unc. semis, fiat pulvis cum Gelatina Cornu Cervi in globulos formandus. Addi possunt Ambr. gris. Gran. duodecim.

LAPIS CALAMINARIS DIAPHORETICUS Gray.

Rec. Lapid. Calaminar. Unc. quatuor, Acidi nitrici Unc unam, solve, filtra, evapora ad siccum.

LAPIS CALAMINARIS PRAEPARATUS. Präparirter Galmei. *Calaminaire preparée.*

Lapis calaminaris assidua trituratione cum aquae pauxillo et elutriatione cum majori aquae copia in pulverem subtilissimum redigatur.

† LAPIS CAUSTICUS. Aetzstein. *Pierre a cautères.*

Synon.: Lapis causticus Chirurgorum, Kali causticum fusum, Hydras kalicus fusus, Potassa igne fusa, Lapis infernalis alcalinus, Cauterium potentiale. Geschmolzenes Aetzkali. *Potasse fondue, Hydrate de protoxide de Potassium.*

Rec. Lixivii caustici vegetabilis recens parati quantum vis, evaporet in catino argenteo igne vivido supposito, donec calore obscure rubro-candente olei instar fluat. Tum in modulum ferreum (vel aheneum) canaliculatum, parum calefactum, sevi pauxillo illitum effunde, et bacillos fere refrigeratos in vas bene obturandum ingere. — *Vis:* ex nomine patet.

Sint bacilli albi, valde caustici, in Spiritus Vini rectificatissimi duplo pondere fere ex toto solubiles, soluti cum acidis mixti effervescentiam non cieant.

Usus: internus nullus, externus pro caustico validissimo, ad fonticulos excitandos, abscessus aperiendos; sed vim ultra locum excoriandum saepius extendi, plurimum quaeruntur. Quare Causticum commune mitius et Pulvis Viennensis saepe anteferuntur. Confer Alcali vegetabile causticum siccum et Lixivium causticum vegetabile.

LAPIS CAUSTICUS CUM CALCE vid. Causticum commune mitius (p. 161).

LAPIS CONTRAJERVAE Bate sunt globuli quae Calcaream carbonicam plerumque continent, inconcinne mixti.

LAPIS DIVINUS, Lapis divinus St. Ivii s. Ivesii, Lapis ophthalmicus, Cuprum aluminatum, Collyrium de Salibus igne fusis (Gall. 1818), Sulphas Cupri aluminosus camphoratus (Bav.), Vitriolum camphoratum. Augenstein, Kupferalaun. *Collyre dit Pierre divin.*

Rec. Vitrioli de Cypro, Nitri, Aluminis crudi āā Unc. tres, optime contusa et pulverata liquefiant in vase porcellaneo, liquefactis sensim admisce Camphorae Drachm. unam et semis. Effunde massam in laminam marmoream oleo parum illitam. Servetur in vasis optime clausis, ne Camphora penitus avolet.

Sit massa salina pallide coerulescens, odoris camphorati insignis. — *Usus:* ophthalmicus; dissolvitur Lapidis divini Dr. una in Aq. comm. Libr. duabus, ex quo fit Collyrium ophthalmicum.

Codicum turba formulam exhibitam secuta est, quare discordantiam referre nil attinet.

LAPIS DE GOA Ph. Wirt.

Rec. Corralliorum alborum, rubrorum, Bezoar. Orientalis āā Unc. unam, Margaritarum Orientalium, Lapidis Hyacinthi praeparati, — Topasi, — Sapphiri, — Rubini āā Unc. semis, — Smaragdi, Moschi Orientalis, Ambrae griseae āā Drachm. duas, Foliorum Auri N° quadraginta. Fiat omnium pulvis subtilissimus, qui mucilagine Tragacanthae, vel gelatina Cornu Cervi in pastam redigatur, ex qua formentur globuli ovalis formae, qui post siccationem in umbra, vel concha vel dente lupino, ut eleganter niteant, poliantur.

† LAPIS INFERNALIS. Höllenstein. *Pierre infernale.*

Synon.: Argentum nitricum fusum, Nitras argenticus fusus, Causticum lunare. Geschmolzenes salpetersaures Silber. *Nitrate d'Argent fondu.*

Rec. Argenti nitrici crystallisati (p. 100) quantum vis, immitte in crucibulum argenteum (vel platineum vel porcellaneum) et in lampadem impone Spiritu Vini nutritam. Flammam auge, donec Sal omnino fusum fuerit, quod agitando ope baculi argentei adjuvatur. Quando Sal aquae instar in crucibulo fluat, flammam diminue, ita, ut neque refrigeratione consistet, neque nimio calore decomponatur, sed quiete fluat, quod per aliquot minuta obtine. Tum liquidum effunde in modulum ferreum (vel aheneum) antea leviter calefactum et sevi pauxillo illitum. Baculos ex modulo diremto solutos statim in vas vitreum bene obturandum ingere. — *Vis:* exsiccans, caustica, suppurationem excitans.

Sint baculi coloris albi vel cinerascentis, fractura radiosa, radiis e centro exeuntibus, Aqua fere omnino solubiles, quod Aqua non dissolvitur, Acido nitrico solvatur; solutio addito Spiritu Salis Ammoniaci caustico non coerulescat, quo Cupri adulterium indicatur. Nitrum si inest, residuum ex ignitione forti alcalinum obtinetur.

Usus: externus ad absumendas carnosas excrescentias.

Si Argentum nitricum crystallisatum lenissimo igne fusum extemplo in modulum effunditur, Lapis infernalis obtinetur candidissimus, sed nimium fragilis, quam quod vim aliquam in usu ferre queat. Hoc consilio Sal parum per aliquod tempus calefieri praeceptum est, quo fit, ut aliquantulum decomponatur et color parum griseus induatur, et simul baculi eam firmitatem adipiscantur, qua opus est, ne facillime in frustula minuta diffrangantur. Est recte sentientis de medicamentorum paratione, non ea candidissima atque purissima semper exhibere, sed qualia a medico atque aegroto desiderantur. In Floribus Benzoës, Hermete minerali, cet. corrigendi studium plus nocuisse, quam profuisse compertum habemus. — Contactus corporum combustibilium e. gr. chartae, lintei, digitorum cautissime evitetur, qui nigrescendi indolem Lapidi injungit, si apricationi exponitur.

LAPIS MEDICAMENTOSUS.

Ph. Brunsv., Wirt.: Rec. Vitrioli albi Unc. quatuor, Sal. Ammoniaci Unc. semis, Ceruss, Boli Armen. $\bar{a}\bar{a}$ Unc. unam, Acet. Vini Libr. unam, coquantur in vase figulino ad siccitatem — Ph. Herbip., Hisp.: Croci Martis adstring. Unc. duas, Lithargyri, Boli Armen., Alumin $\bar{a}\bar{a}$ Unc. quatuor, in ollam fictilem immissis Aceti conc. q. s. ad digitorum duorum eminentiam, maceratis per 3 dies adde Nitri Unc. octo, Sal Ammon. Unc duas. coque lento igne ad exsiccationem. — Ph. Sard. Croci Mart. adstr. Unc. sex, Lithargyr, Alumin. $\bar{a}\bar{a}$ Unc. quatuor, Aceti fortis Libr. unam et semis, evapora ad siccum et fortiter ure (!) Mixtio satis inepta atque derelicta. — Dictus VULNERARIUS PRO EQUIS: Rec. Alumin, Vitrioli Martis $\bar{a}\bar{a}$ Unc. quinque, Aerugin., Sal. Ammon., Vitrioli albi $\bar{a}\bar{a}$ Unc unam; liquando misce et inter agitationem exsicca donec massa spissescat, adde Croci Gran. decem, Camphorae Scrup. duos; fiant baculi.

LAPIS MIRACULOSUS, s Vulnerarius externus Ph. Saxon. 1820.

Rec. Alumin Libr. unam, Vitriol. Mart. Unc. sex, Vitriol. de Cypro Unc. tres, Virid. Aeris Unc. unam, Sal. Ammoniac. Unc. semis, mixta in vase figulino liqua, et post refrigerium in pulverem redige.

LAPIS OPHTHALMICUS vid. Lapis divinus.

LAPIS PRUNELLAE, s Nitrum tabulatum, s. Nitras Potassae cum Sulphure fusus Prunellenstein, Prunellensalz.

Rec. Nitri crudi Libr. unam et semis, liquatis in crucibulo adde pedetentim Florum Sulphuris Unc. semis; post deflagrationem massam liquidam guttatim in laminam marmoream sive cupream effunde ut fiant rotulae.

Lapis Prunellae a prunis nomen ducit, quia Nitrum inter prunas ardentes liquatur. Ex additione Florum Sulphuris pars aliqua Arcani duplicati exoritur, quare haec Nitri forma plane derelicta est, et Nitrum et Arcanum duplicatum seorsum sumuntur. Pro Sulphuris ratione parum discrepant Codices, quod flocci facere nobis licet

LAPIS VULNERARIUS EXTERNUS, vid. Lapis medicamentosus.

† LAUDANUM, s. Opiatum Opii praeparationes denominantur.

† LAUDANUM ABBATIS ROUSSEAU, s. Guttae Abbatis ROUSSEAU, Laudanum opiatum ROUSSEAU, Vinum Opiatum fermentatione paratum (Gall. 1818). Abt Rousseau's Opiumwein, Rousseau's Opiumtropfen. *Laudanum de Rousseau.*

Ph. Gall. 1818: Rec. Mellis albi Libr. unam, Aquae fervidae Libr. quatuor, sepone donec in fermentationem ruant, tum adde Opii Unc. quatuor, antea in Aq comm. Libr. una soluti, sepone iterum per mensem in loco tepido, liquorem cola, et evaporatione consume donec supersint Unc. decem. Iterum cola et adde Spir. Vini rect. Unc. quatuor et semis, serva in vase bene clauso. — VAN MONS: Extr. Opii aquos. Unc unam, Aq. Vitae Hydromell. Unc. octo, misce et post aliquot dies filtra.

† LAUDANUM ANTIHYSTERICUM, vid. Laudanum hystericum.

† LAUDANUM CAESAREUM, s. Nepenthes Disp. Vienn.

Rec. Extr. Opii Unc. tres, — Croci Unc. unam, Margarit oriental. Unc. semis, Unicornu veri, Corall. rubr. $\bar{a}\bar{a}$ Drachm. duas, Ol. Caryophyll., — Cinnamom, — Macid., — Citri, — Succini $\bar{a}\bar{a}$ Gran. decem, Ambrae gris., Moschi $\bar{a}\bar{a}$ Drachm semis, f. Opiatum ad Extracti consistentiam.

† LAUDANUM CINNABARINUM vid. Extractum Opii cinnabarinum (p. 414).

† LAUDANUM COMPOSITUM vid. Laudanum liquidum SYDENHAMI. Dictum POTERII: Rec. Piperis longi, Myrrh., Galang, Castor. $\bar{a}\bar{a}$ Unc semis, Croci Drachm. duas, Opii correcti Unc. unam, cum Spiritu Vini fiat Extractum.

† LAUDANUM CYDONIATUM vid. Extr. Opii Cydoniatum.

† LAUDANUM DIURETICUM, s. urinarium MICHAELIS, s. Extractum Opii glycyrrhisatum (Hisp.).

Ph. Hisp., Wirt.: Rec. Succi Liquir. inspiss. Unc. unam et semis, Extr. Opii aquosi

Drachm. duas, Trochiscorum Alkekengi, Terebinth. Venet. āā Unc. semis, Camphor. Drachm. unam, Croci Syrup quatuor, Tragacanth., Mastich āā Drachm. semis, fiat massa. — FERRARINI: Tragacanth, Mastich āā Unc. semis, cet. par.

† LAUDANUM FORDII.

Rec. Opii Unc. unam, Cinnamom., Caryophyll. āā Drachm. unam, Spir. rectif, Aq. comm āā octo

† LAUDANUM HYSTERICUM, s. antihystericum Ph. Wirt.

Rec. Extr. Opii Unc. semis, — Castorei Drachm. unam, Croci Scrup. unum, Ol. Macid., — Menth., — Rutae āā Gutt. sex, fiat massa pilularis.

† LAUDANUM DE LALOUETTE sec. PIERQUIN.

Rec. Extr. Opii acetos. Drachm sex, Vini Hisp. Unc. decem, Aq. Vitae Unc. duas.

† LAUDANUM LIQUIDUM CYDONIATUM GRAY.

Rec. Opii Unc. quatuor, Croci Unc. duas, Succ. Cydonior. Libr. duas et semis; Fermenti Cochlear. quatuor, sepone ad fermentationem, exprime, colat. adde Cinnamomi Unc. duas, Caryophyll., Aloës, Santali flav. āā Drachm. unam, digere per dies 14, filtra et evapora ad dimidium

† LAUDANUM LIQUIDUM SYDENHAMI. Sydenham's flüssiges Laudanum. *Laudanum liquide de SYDENHAM.*

Synon.: Tinctura Opii crocata (Bor., Slesv.-Hols., Hamb.), Tinctura vinosa Opii SYDENHAMI (Hisp.), Vinum Opii aromaticum (Batav.), Vinum paregoricum, Vinum de Opio compositum (Gall. 1818). Safranhaltige Opiumtinctur, Aromatisirter Opiumwein. *Vin d'Opium composé* (Gall. 1837.).

Rec. Opii optimi in taleolas dissecti Uncias duas,
Croci Unciam unam,
Cinnamomi,
Caryophyllorum āā Drachmam unam,
mixta in lagenam ingere, atque affunde
Vini Malacensis Libr. unam.
Digere per aliquot dies, donec Opium dilapsum atque solutum fuerit, tunc cola cum expressione ut sit colaturae pondus Libra una. Si quid colaturae deerit, Vinum Malacense residuo insperge, iterumque exprime. Colaturam subsidentia limpidefactam filtra. — *Vis:* anodyna Opii.

Sit liquidum coloris saturate e flavofusci, Odoris Opii praevalentis, Crocum simul prodentis. Quaelibet Tincturae Uncia Opii continet Scrupulos quatuor, vel, quod idem valet, Tincturae Drachma continet Opii Grana decem, i. e. sextam sui ipsius ponderis partem. Pond. spec. 1,04 — 1,05. Guttae viginti Granorum quindecim pondus habent, et aequum valent atque Granum unum Extr. Opii aquosi.

Hanc formulam, a SYDENHAMO conscriptam, propter summi viri auctoritatem, et usum pervulgatum atque diuturnum intactam recipere, pietatis esse duximus Idem sensisse videntur Scriptores Pharm. Amstel., Batav., Brunsv., Gall. 1818 et 1837, Palat., Parm., Wirt. Opii rationem immutatam recepere, at Croci Drachm. sex loco Unciae unius praescripsere, quod nullius est momenti, Ph. Bor. ed. 3, Hamb., Hann., Hass., Polon., Slesv.-Hols. — Ad hanc formulam violenter mutandam Ph. Bor. ed. 5, primum signum tulit Praecepit enim: Opii Unc. quatuor, Croci Unc. unam et semis, Cinnamom, Caryophyll āā Drachm. duas, Vini Malacensis Unc. triginta et octo. Hujus Laudani Drachma nonnisi Grana sex Opii continet, loco Granorum decem, quorum medici consueverant Opii ergo ratio ad dimidium fere comminuta est. In hac formula concinnanda Ph. Bor. piaculum sibi contraxisse jure quaerimur, ex quo, quid commodi percipi posset, non videmus. Minorem Opii dosim propinaturus Laudani ipsius dosim diminue, at non mixtionis rationem tolle. Veneficii thebaici periculum Laudano quoque dilutiore non evitatur. Laudanum SYDENHAMI per totum orbem terrarum inclaruit, et longe lateque usitatum erat. Quivis hodie cum praescriptione magistrali aliunde Borussiam profectus est, Opii, quo consueverat uti, dosim dimidiam, qui vero ex regno Borussico aliorsum migraverit, duplam Opii dosim a pharmacopola accipiet. Magnum incommodum, imo periculum subeundum esse, quis negaverit. Ph. Saxon. 1837 vicinorum auctoritati nimium tribuendo formulam Ph. Bor. non bene recepit, at SYDENHAMI formulam genuinam, magno lapsu typographico gravidam, in adnotatione exposuit. Opii enim Drachmulae duae loco Unciarum duarum exhibitae sunt. Ph. Dan. Croci Unc. semis, cet. par. — Ph. Hisp. Vini albi Libr. unam et semis, cet. par — Disp. Lipp.: Opii Unc. duas, Croci Unc. unam, Florum Cassiae Drachm. unam (Caryophyll. omissis), Vini Hispan Libr unam et semis. — Ph. Ferrar.: Cinnamom. Drachm. duas, Caryophyll. omissis; Spir. Vini rectis. Unc. tres, cet. par.

cum SYDENHAMO. — Ph. Sard.: Opii Unc. semis, Croci Drachm. duas, Cinnamom., Caryophyll. āā Drachm. semis, Vini Maderan. Unc. quatuor et semis. — Ph. Belg.: Croci Unc. semis, Cinnamomi, Caryophyllor. āā Drachm. unam, Vini Hispan. Unc. octo, digere, in colatura solve Opii Unc. unam, post horas 24 filtra. Residuo infunde Vini Hisp Unc. quatuor, iterum digere, cola cum expressione, filtra et liquores misce.

† LAUDANUM LIQUIDUM SIMPLEX vid. Tinctura Opii simplex.

† LAUDANUM LIQUIDUM TARTARISATUM BATE.

Rec. Opii Unc. duas, Croci Unc. unam, Cinnamom., Macidis, Nuc. Moschat., Ligni Aloës āā Drachm. unam, Tinct. Salis Tartari Libr. duas, digere, filtra et exhala ad dimidium.

† LAUDANUM LIQUIDUM WARNERI, s. Tinctura Opii ammoniata (Dan.).

Ph. Danic.: Rec. Opii, Sapon Venet. āā Drachm. sex, Nuc. mosch Drachm. unam, Camphor. Drachm. duas, Croci Gran. quadraginta, Liquoris Ammonii vinosi Unc novem. — VAN MONS: Rec. Opii Unc unam et semis, Nuc. mosch. Drachm duas, Croci Scrup. duos, Liquor. Ammonii vinosi Libr. unam et semis, maceratis adde Sapon. Venet. Unc. unam et semis, Camphor. Unc. unam. Scimus Ammonia et in praecedente Sale Tartari Morphinam praecipitari.

† LAUDANUM NEPENTHES QUERCETANI.

FERRARINI: Rec. Opii Unc. duas, Aceti Libr. duas, digere, cola, liquores evapora ad extracti consistentiam Hujus Extracti recipe Unc. duas, Extr. Croci Unc. unam, Lapid. Cancror. praepar. Drachm. duas, Boli albi Drachm. unam, fiat pasta.

† LAUDANUM OPIATUM s. SIMPLEX, vid. Extractum Opii aquosum (p. 413) et Extractum Opii crocatum.

† LAUDANUM SIMPLEX, vid. Extractum Opii aquosum (p 413).

† LAUDANUM URINARIUM, vid. Laudanum diureticum (p. 502).

* LAUDANUM UNIVERSALE, — PARACELSI, — PRETIOSUM similesque Opii mixtiones omnino obsoletas silentio praeteream us.

LAVACRUM ANTIARTHRITICUM, s. Balneum antiarthriticum BERNHARDI.

Rec. Acidi nitrici, — muriat. āā Unc. semis, Aq. dest. Unc. sedecim.

LAVACRUM ANTIHERPETICUM SUNDELIN.

Rec. Calcariae muriat. Drachm. unam, Aq. Rosar. Unc. octo.

LAVACRUM ANTIPSORICUM SUNDELIN.

Rec. Hepat. Sulphur. salin. Unc. quatuor, Aq. comm. Libr. duas, soluto adde Spir. Vitrioli Unc. unam.

LAVACRUM ad ASPREDINES SUNDELIN.

Rec. Ciner. clavell. depur. Drachm. tres, Sal. commun. Drachm. duas, Aq. Rosar. Unc. octo, Aq. Naphae Unc. duas.

LAVACRUM COSMETICUM HERMANN

Rec. Amygd. dulc. Unc. unam, f. emuls. c. Aq. commun. Unc. octo, adde Sal Ammon. Drachm. unam, Tinct. Benzoës Drachm. duas, Aq. Naphae Unc. duas.

LAVACRUM s. LAVAMENTUM HYDROPICUM FULLER.

Rec. Spir. Vini rect. Unc. octo, Spir. Lavend. Unc. unam, Spir. Cochlear. Unc. semis, Opii Drachm. duas, m.

LAVACRUM CONTRA TINEAM BARLOW

Rec. Hepat. Sulphur. salini Drachm. tres, Sapon. Hisp. Drachm. unam, Aq. Calcar. ust. Unc. octo, Spir. Vini rect. Drachm duas.

LEAYSON's ODOROUS POWDER vid. Collyrium siccum ammoniacale (p. 292).

LICHEN ISLANDICUS LOTUS, s. ab amaritie privatus. Gewaschenes Isländisch-Moos. *Lichen d'Islande lavé.*

Secundum Cl. BERZELII methodum.

Rec. Lichenis Islandici grossiuscule concisi Uncias sedecim, infunde Aquae communis frigidae Uncias duodeviginti in quibus antea Cinerum clavellat. depur. Unc. una soluta fuerit. Miscela interdum exagitata stet per horas 24. Liquorem effunde, et Aquam communem iterum affunde, quamdiu haec saporem amarum atque alkalinum acquirat. Lichenem nunc comprimi vel violenter agitari evitandum est, quia Faeculae particulae laxe tandum adhaerent. Lichen eguttatus late dispersus aëris tractu iterum siccescat in loco tepido ventis pervio. Methodus ROBINETI: Rec. Lichenis Islandici quantum vis, in canistrum salicinum immissum sub aquam frigidam immerge, idque sexta quaque hora per tres dies repete. Licheni islandici in canistra ligneo immisso aquam ope gutturnii hortulanorum inspergi licebit, et experientia edocti scimus, idem, quod submersione, in Lichene effici. COLDEFY-DORLY aquam calidam graduum 50 R. aliquoties Licheni inspergi proponit.

LIMATURA CHALYBIS s. FERRI, vid. sequentia.

LIMATURA MARTIS ALCOHOLISATA. Präparirte Eisenfeile. *Limaille de Fer porphyrisée.*

Synon.: Ferrum pulveratum, Limatura Ferri praeparata, Limatura Chalybis depurata, Pulvis Ferri alcoholisatus, Cha-

lybs praeparata. Gepulvertes Eisen, Eisenpulver, alcoholisirte Eisenfeile.

Rec. Limaturae Ferri fabrilis, a rubigine et quisquiliis liberae, quantum vis; portiunculam contere in mortario ferreo ope pistilli ferrei, et pollen subtilissimum inde exortum per linteum arctioris texturae motu oscillatorio in vase vitreo cylindrico trajice. Residuum simili modo tracta. — *Vis:* tonica, resolvens, anthelminthica, humorum circulationem promovens.

Sit pulvis subtilissimus, metallice nitens, coloris Ferri limati, at non tam splendidi sed sordidioris. Rubiginem non monstret, ceterum Ferri qualitates chemicas exhibeat.

Usus: in debilitate universali, dyspepsia, hysteria, chlorosi, vermibus, haemorrhagiis spontaneis.

Codicum discordantia fere nulla. Ph. Gall. 1837 Limaturum jam bene in mortario tritam denique in porphyrite (vel marmore) ope lapidis ejusdem duritiei siccam conteri in pollen subtilissimum, quod nitoris metallici nisi pauxillum prae se ferat. Oxydum Ferri quoque in tubo ferreo sclopeti (Flintenlauf) ope Gas Hydrogenii Oxygenio privari, quod reduci nominant, consultum est; at haec operatio usui communi non quadrat, a difficultate eam ubique similiter exercendi, et a cupiditate, cum qua Ferrum tali modo reductum connubium iterum cum oxygenio quaerit. Materia pyrophora obtinetur saepius, aëris solo contactu ignem et oxygenium corripiens.

LIMATURA STANNI vid. Stannum raspatum.

LIMONATA, Potio limonata. Limonade. *Limonade*, proprie potio dicitur ope succi Citri i. e. Limonum acidulata. Succus Citri vel recens expressus adhibetur, vel Acidum Citricum crystallisatum. Quae Potio, nisi materiis quibusdam medicatur, rectius a conditore, quam pharmacopoeo paratur. Improprie quoque potiones acidulae Limonatae dicuntur, quae succum Citri ipsum non continent, sed Acido tartarico, sulphurico, muriatico, nitrico, cet. acorem suum debent.

LIMONATA CUM ACIDO CITRICO s. artefacta Citronensäure-Limonade. *Limonade d'Acide citrique, Limonade artificielle.*

Rec. Acid. citrici cryst. Drachm. unam, Sacch. albi Unc. duas, Aq. comm. Unc. duas et semis, Spir. Citri Drachm. unam. RICHARD: Acid. citrici cryst. Drachm. semis, Sacch. alb. Unc. duas, Elaeosacch. Citri Scrup. unum, Aq. comm. Libr. duas. — SICCA: Acid. citrici Drachm. unam, Sacch. albi Unc quatuor, Ol. de Cedro Gutt. octo. Cochlearculum unum sufficit pro vasculo Aquae.

LIMONATA CUM ACIDO MURIATICO, NITRICO, PHOSPHORICO vid. Limonata muriatica, nitrica, phosphorica; — CUM ACIDO SULPHURICO vid. Limonata mineralis.

LIMONATA ALCOHOLICA RATIER.

Rec. Spir. Vini rect. Unc. unam et semis, Mell. albi Unc. unam, Syrup. tartarici, Aq. comm. Libr. duas.

LIMONATA COMMUNIS. Gewöhnliche Limonade. *Limonade ordinaire.*

Rec. Sacch. albi Unc. quinque, Aq. comm. Libr. tres, Succum expressum ex Fructibus Citri tribus, Frustulum Sacchari albi cum Cortice Citri tritum.

LIMONATA EMETICA.

Rec Tartari emetici Gran. duo, Sacch. albi Drachm. semis, Limonatae communis Libr. duas.

LIMONATA HAEMOSTATICA vid. Limonata mineralis.

LIMONATA HORDEI VOGT.

Rec. Sem. Hordei perlat Unc. unam, Passular. major. Unc. semis, coque cum Aq. comm. Libr. tribus ad remanent. Libr. duarum, colat. adde Succi Citri rec. q. s. ad gratum saporem conciliandum, Sacch. albi Unc. duas.

LIMONATA LACTICA seu cum acido lactico. Milchsäure-Limonade. *Limonade lactique.*

Rec. Acidi lactici syrupiformis Drachm. unam et quatuor, Aq. comm. Libr. duas et semis, Syr. Sacch. Unc. duas.

LIMONATA LAXANS.

PIERQUIN: Rec. Cremor. Tartari Unc. unam, Boracis Drachm tres, Sacchari pulv. Unc. duas. BERENDS: Sal. GLAUB. Unc. unam et semis, Aq. comm. Unc. sedecim, Succ. Citri Unc. semis, Sacch. albi Unc. tres.

LIMONATA MINERALIS, s. sulphurica, s. Acidi sulphurici, s. haemostatica, s. Aqua Acidi sulphurici diluta, Julapium vitriolatum, cet. Mineralische Limonade.

Rec. Spiritus Vitrioli Drachm. duas, Syrup. Sacch. Unc. tres, Aq. comm. Libr. duas. RICHARD: Ol. Vitrioli Drachm. semis, Syr. Berber. Unc. duas, Aq. comm. Libr. quatuor.

LIMONATA MURIATICA. Salzsäure-Limonade.

SOUBEIRAN: Rec. Syr. Sacch. Unc. duas, Aq. comm. Libr. duas et semis, Acid. muriatici q. s. (e. gr. Drachm. semis).

LIMONATA NITRICA, s. cum acido nitrico. Salpetersäure=Limonade.
SOUBEIRAN: Rec. Acidi nitrici Drachm. unam, Aq. comm. Libr. duas, Syr. Sacch. Unc. quatuor.

LIMONATA PHOSPHORICA BATIER.
Rec. Aq. comm. Libr. duas, Acid. phosphoric. q. s. ad gratum saporem, Syr. Sacch. Unc. duas.

LIMONATA PURGANS vid. Lim. laxans.

LIMONATA REFRICERANS s. VEGETABILIS vid. Limonata communis.

LIMONATA STIBIATA vid. Lim. emetica.

LIMONATA SULPHURICA vid. Lim. mineralis.

LIMONATA TARTARICA, s. Acidi tartarici. Weinsteinsäure=Limonade. *Limonade tartrique.*
Rec. Acid. Tartar. cryst. Drachm. semis (vel unam), Sacch. albi Unc. duas, Elaeosacch. Citri Scrup. unum, Aq. comm. Libr. duas; brevior formula praecipit Syrupi tartarici Unc. unam, Aquae comm. Unc. sedecim confer Pulvis pro Limonata ex acido tartarico.

LIMONATA VINOSA. Wein=Limonade.
BATIER: Rec. Vini albi, Aq. comm. āā Libr. unam, Spir. Vini rect., Syr. tartarici āā Unc. unam.

LINCTUS, Ecclegma, Looch.

Leckſaft. *Lécher, Succer*, a lingere dicitur, quia non cochleatim sumitur, sed paullatim lingitur. Tria haec nomina, quorum prius ex latina, alterum ex Graeca, tertium ex arabica lingua derivatur, idem significant, medicamentum scilicet pectorale, consistentiae lentioris inter Syrupos atque Electuaria. A baculo Radicis Liquiritiae immerso quondam ablingi solebat, nunc saepius e cochlearculo semirepleto lambitur, eo quidem consilio, ut medicamenti vis bechica, sedans, humectans longius in faucibus adesset. Linctus ex tempore semper parantur ad medici vel pharmacopoearum praescriptionem.

LINCTUS ACIDI MURIATICI GRAY.
Rec. Mell. rosat. Drachm. decem, Syr. Papav. Rhoead. Drachm. duas, Acidi muriat. Gutt. viginti.

LINCTUS ACIDUS. Saurer Leckſaft. Disp. Fuld. Rec. Sacch. clarificati Unc. quatuor, Spirit. Vitrioli q. s. (Ph. paup. Hamb. Drachm. tres) ad aciditatem fortiorem. Vid. quoque Mucilago Seminum Cydoniorum acidulata.

LINCTUS ACIDUS ET ADSTRINGENS VOGT.
Rec. Extr. Ratanh exotic. in pulverem triti Drachm. unam, Tinctur. Rosar. acidul. Unc. semis, Liq. anodyn min. HOFFM. Drachm. unam, Aq. Rosar. Unc. unam, Syr. Berber. Unc. unam et semis.

LINCTUS ALBUS vid. Looch album.

LINCTUS CUM AMMONIO MARCUS.
Rec. Ol. Amygdal., Pulv. Gummi Arab. āā Unc. semis, Aq. commun. Unc. quatuor, Sal. Cornu Cervi Scrup. unum, Elixir paregoric. Gutt. viginti, Syr. balsam. Drachm. sex.

LINCTUS AMYGDALINUS vid. Looch album.

LINCTUS ANTIMONIATUS Ph. paup. Hamb.
Rec. Mell. Liquirit. Unc. duas, Oxymell. scillit. Unc. unam, Vini antimon. HUXHAMI Drachm. duas.

LINCTUS ANTISPASMODICUS VOGT.
Rec. Moschi Gran. tria ad quatuor, Aq. Foenic. Drachm. sex, Liq. Cornu Cerv. succin. Scrup. unum, Syr. Papav. Rhoead. Unc. unam.

LINCTUS ANTISYPHILITICUS.
Rec. Salis Alembroth Drachm. semis, Opii Gran. quatuor, Sacch. albi Scrup. quatuor, Mell. albi Unc. quatuor

LINCTUS APERIENS. Eröffnender Leckſaft.
VOGT: Rec. Tartari tartarisati Gran. decem, Aq. Foenic. Unc. unam, Syr. Rhei Unc. semis. KAEMPF: Tartari tartarisati Gran. sex ad octo, Syr. mannat. Unc. semis, Ol Amygd. Unc. unam; vel: Ol. Amygd. Unc. semis, Mell. q. s. ad subactionem, Syr. mannat. Unc. semis. BERENDS: Sal SEIGNETTE Scrup. semis, Sacch. Lactis Drachm. duas, Syr. Sacch., Aq. Foenicul. āā Unc. unam.

LINCTUS AD APHONIAM. Leckſaft bei Stimmlosigkeit.
RENNIE: Rec. Nitri Scrup. duas, Roob Sambuci Unc. unam.

LINCTUS AD APHTHAS vid. Linctus de Borace.

LINCTUS AD ASTHMA WEILHOFF.
Rec. Spir. Salis dulcis Drachm. unam, Syr. Papav. Rhoead. Unc. unam.

LINCTUS DE BORACE, s. ad aphthas, s. Linctus Boratis natrici (Suec.). Boraxleckſaft.
Ph. Suec., Dan. milit. Rec. Boracis Drachm. unam et semis, Aq. comm. calidae Unc. unam, Mellis Unc. unam. SWEDIAUR: Boracis Drachm. unam ad duas, Mucilag. Sem. Cydonior., Syr. Moror āā Unc unam. AUGUSTIN: Boracis Drachm. unam, Syr. Moror. Unc. unam ad tres (Cf Collutorium de Borace [p. 187] et Mel Boracis.)

LINCTUS CAMPHORATUS, s. Looch camphoratum. Kampherleckſaft.
NIEMANN: Rec. Camphor. Scrup. semis, Gummi Arab Drachm. unam, Syr. Althaeae Unc. duas. — SAUNDER: Camphor. Drachm. duas, Mucilag. Gummi Arab. Unc. tres, Syr. Alth. Unc. unam et semis.

LINCTUS CETACEI, s. leniens, s. demulcens. Wallrathleckſaft.
BORIES: Rec. Spermat. Ceti, Gummi Arab. āā Drachm. duas, Aq. Rosar. Unc. quatuor,

Sacch. alb. Drachm. sex. — GRAY: Spermat. Ceti, Pulv. Gummi Tragacanth. āā Unc. semis, Syr. Papav. Rhoead. q. s. ut fiat linctus. — AUGUSTIN: Spermat. Ceti Drachm. duas, Conserv. Rosar. Unc. semis, Ol. Amygd., Syr. Violar Unc. unam et semis. (Cetaceo in mortario liquefacto liquida bene calida admisceantur, et ad refrigerium usque terantur.)

LINCTUS COMMUNIS MARCUS.
Rec. Mucilag. Gummi Arab. Unc. unam et semis, Syr. Alth. Unc. unam. Plerumque Looch album, quod vide, hoc nomine intelligitur.

LINCTUS COMPOSITUS, s. Looch compositum RATIER.
Rec. Looch albi Unc. quatuor, Extr. Opii Gran. unum, — Chinae Gran. quatuor, Camphor. Gran sex.

LINCTUS DEMULCENS. Besänftigender Leckſaft.
Disp. Fuld. Rec. Mucilag. Gummi Arab. Unc. unam, Ol. Amygd. dulc. Drachm. sex, Vitellum Ovi, Syr. emulsiv. Unc. unam. — Ph. paup. Hamb.: Ol. Amygd. dulc. cum Vitello Ovi subacti, Succi Citri rec. āā Unc. unam et semis, Syr. Alth. Unc. unam. — VOGLERI WEILBURG.: Aq. Sambuc. Unc. quatuor, Pulv. Rad. Ipecacuanh. Gran. unum, Nitri Drachm. unam, Spec. Diatragacanth. Drachm. semis, Spir. Vitrioli Gutt. quindecim, Ol. Olivar. Unc. semis ad unam. — MARCUS: Opii Gran. duo, Mucilag. Gummi Arab. Unç. unam, Syr. Opiat. Unc. semis; vel: Sacch. Saturni Gran. unum, Extr. Myrrh aquos. Scrup. duos, Mucilag. Gummi Arab. Unc. semis, Syr. Opiat. Unc. unam. — BERENDS: Lycopodii Drachm. unam ad tres, Syr. Alth. Drachm. unam et semis. (Cf. Linctus oleosus.)

LINCTUS AD DIARRHOEAM CHRONICAM INFANTUM VOGT.
Rec. Tinct. Rhei aq. Drachm. unam et semis, Liq. Salis Cornu Cervi Scrup. duos, Aq. Cinnamom. Unc. unam et semis, Syr. Opiat. Drachm. sex.

LINCTUS DIURETICUS WENDT.
Rec. Aq. Petroselin., Syr Rhei āā Unc. unam, Spir. Sal. dulcis Drachm. semis.

LINCTUS EMETICUS Pharm. paup. HUFELAND. Brechleckſaft.
Rec. Tartar. emet. Gran. unum, Aq. comm. Unc. unam, Oxymell. Scillit., Syr. Sacch. āā Unc. semis, Pulv. Ipecacuanh. Scrup. unum. — WENDT: Pulv. Ipecacuanh. Gran. duodeviginti, Syr. Alth. Unç. duas.

LINCTUS EMOLLIENS vid. Linctus oleosus.

LINCTUS EXPECTORANS s. pectoralis, Looch pectorale. Auswurfbefördernder Leckſaft.
Disp. Fuld.: Rec. Extr. Marrub. albi Drachm. duas, Sulphur. aurat. Antimon. Gran. triginta, Oxymell. Scillit. Unc. unam, Syr. Alth. Unc. duas. — Ph. paup. Hamb.: Extr. Senegae Drachm. duas, Sulph. aurat. Antimon. Scrup. unum, Syr. Althaeae Unc. duas, Oxymell. Scillit. Unc. unam. — Ph. Dan. mil.: Sulphur. aurat. Antim. Gran. quatuor, Mucilag. Gummi Arab., Mell. crudi āā Unc. unam. — SAINTE-MARIE: Mell. despum. Unc. sex, Syrup. Senegae, — scillit. āā Unc. unam, Flor. Benzoës, — Sulphuris āā Scrup. unum, Rad. Ipecacuanh. Gran. sex. — SCHMIDT: Gummi Ammon. Drachm. unam, Sulph. aurat. Antimon. Gran. sex, Syr. Althaeae Unc. tres.

LINCTUS FEBRIFUGUS, s. Marmelada febrifuga.
Rec. Pulv. Flor. Chamom. Roman., Arcani duplicati āā Unc. unam, Syr. Absinth. q. s.

LINCTUS GELATINOSUS vid. Gelatina Cornu Cervi (p. 450).

LINCTUS AD GINGIVAS Ph. Dan. mil.
Rec. Tinct. Myrrh. Unc. unam, Mell. Crudi Unc. quatuor.

LINCTUS IN GONORRHOEA CHRONICA SCHMIDT.
Rec Bals. Copaiv., Spirit. Nitri dulcis āā Drachm. unam et semis, Syr. Seneg., — Alth. āā Unc. unam.

LINCTUS DE HAEN.
SAINTE-MARIE: Rec. Pulp. Cassiae, Ol. Lini recentis āā Unc. duas.

LINCTUS HOMOEOPATHICUS PREU.
Rec. Extr. Dulcamar. Unc. semis, Aq. laxativ. Unc. quatuor, Syr. simpl. Unc. semis.

LINCTUS AD HYDROPEM INFANTUM VOGT.
Rec. Cremor. Tartari Scrup. duos, Vini antimon, Aceti scillit. āā Drachm. semis, Aq. Petroselin. Unc. unam et semis, Syr. Senegae Drachm. sex.

LINCTUS PRO INFANTIBUS RIBKE.
Rec. Tinct Rhei aquos, Sacch. albi āā Drachm. sex, Aq. Foenic. Unc. unam.

LINCTUS LAXANS.
BURDACH: Rec. Resin. Jalapp. Gran. octo, Syr. Amygd. Drachm. sex, Aq. Cinnamom. Unc. unam — KAEMPF: Tartari tartarisat. Gran. sex ad octo, Syr. mannat. Unc. semis., Ol. Amygd. Unc. unam.

LINCTUS LAXANS TRONCHINI.
Rec. Pulp. Cassiae, Mannae āā Unc. unam, Ol. Amygd. dulc., Syr. Violar. āā Unc. semis, Aq. Naph. Drachm. duas.

LINCTUS LENIENS. Besänftigender Leckſaft.
RATIER: Rec. Laudan. liquid. Sydenh. Gutt. quindecim ad triginta, Aq. Naph. Drachm. duas, Looch simpl. Unc. quinque. — SWEDIAUR: Mucilag. Gummi Arab. Drachm. duas, Aq. Cerasor. Unc. semis, Ol. Amygd., Syr. emulsiv. āā Unc. unam. (Cf. Looch simplex.)

LINCTUS MANNATUS. Mannaleckſaft.
VOGLER. WEILBURG.: Rec. Syrup. mannat. (Disp. Fuld.) Unc. semis, Sal. SEIGNETTE Gran. sex ad octo, Ol. Amygdal. dulc. Drachm. unam. (Cf. Looch e Manna.)

LINCTUS MESEMBRYANTHEMI CRYSTALLINI WENDT.

Sec. AUGUSTIN: Rec. Succi Hb. Mesembryanth. cryst. expressi et despumati, Syr. Visci querni ãã Unc. unam. (In tussi convulsiva infantum.)

LINCTUS OLEI CACAO SUNDELIN.

Rec. Ol. Cacao Unc. unam, Gummi Arab. Drachm. unam, Syr. emulsiv. Unc. duas.

LINCTUS OLEI TEREBINTHINAE SWEDIAUR.

Rec. Ol. Terebinth. Unc. semis, Vitellum Ovi unum, Mell. alb. Unc. tres. (Cf. Electuarium terebinth., p. 281.)

LINCTUS OLEOSUS, s. Mucilago oleosa (Suec.), s. Looch simplex. Oeliger Leckſaft.

Ph. Fenn., Suec.: Rec. Gummi Arab. Drachm. duas, Aq. Cerasor. Unc. semis, Ol. Amygdal. dulc. Drachm. sex, Syr. Amygdal. Unc. unam. — SWEDIAUR: Ol. Amygd. dulc. Unc. unam, Sacch. albi Drachm. duas, Syr. Althaeae Unc. unam; vel: Ol. Amygd., Syr. Alth., — Diacod. ãã Unc. unam. — MARCUS: Ol. Amygd. Unc. tres, Syr. Violar., — balsam. ãã Unc. unam et semis, Sacch. alb. Drachm. tres. (Attinet ad Linctum demulcentem, — emollientem, Looch album, cet.)

LINCTUS OPIATUS GRAY.

Rec. Syr. Diacodii Unc. duas, Mucil. Gummi Arab., Confect. Rosar. canin. ãã Unc. unam, Spir. Vitrioli Drachm. duas.

LINCTUS CUM OPIO ET AMMONIACO VOGT.

Rec. Opii Gran. sex, Ammoniaci Drachm. unam, Syr. Alth. Unc. unam et semis, Aq. Anisi Unc. semis.

LINCTUS OXYMURIATIS CALCICI s. ad Stomacacen.

Ph. Suec.: Rec. Solutionis Oxymuriat. calcici Drachm. semis, Aq. comm. coctae et refrigerat., Mell. optimi ãã Drachm. sex.

LINCTUS PAREGORICUS VOGLERI WEILB.

Rec. Aq. Sambuci Unc. quatuor, Spec. Diatragacanth. Scrup. duos, Opii Gran. duo, Spir. Vitriol. Gutt. viginti, Ol. Olivar. Drachm. sex.

LINCTUS PECTORALIS. Bruſtleckſaft.

VOGLER WEILB.: Rec. Syr. Papav. Rhoead. Drachm. tredecim, Ol. Olivar. (vel Amygdal.) Drachm. tres, Spir. Vitrioli Gutt. duodecim ad sedecim. — MARCUS: Amygdal. dulc. Unc. semis, — amarar. N°. octo, Sem. Papav. alb. Drachm. duas, f. emuls cum Aq. comm. Unc. quatuor, adde Gummi Arab. Drachm. duas, — Tragacanth. Drachm. unam, Sacch. alb. Drachm. sex. — BORIES: Pulv. Ipecac. Gran. duodecim, Flor. Sulphur. Scrup. unum, Rad. Ireos Drachm. unam, Mannae, Syr. Alth. ãã Unc. duas. — VOGT: Vini antimon. Gutt. viginti, Elixir e Succo Liquir. Drachm. semis, Aq. Foenic. Unc. semis, Syr. Alth. Unc. unam.

LINCTUS PHOSPHORATUS TADDEI.

Rec. Phosphori cum Aq. calida fusi et bene agitati Gran. duo, cum Sacch. albi, Vitelli Ovi et Olei Amygdal. dulc. parva quantitate linctum para.

LINCTUS PURGANS SAINTE-MARIE.

Rec. Mannae, Ol. Amygd. dulc. ãã Unc. duas, Sal. Tartari, Gummi Gutti ãã Drachm. unam. (Cf. Linctus laxans.)

LINCTUS REFRIGERANS SAUNDER.

Rec. Nitri Drachm. semis, Syr. Rubi Idaei Unc. unam, Syr. Ribium Unc. tres.

LINCTUS SAPONACEUS, s. saponatus, Looch saponaceum. Seifiger Leckſaft.

Disp. Fuld.: Rec. Sapon. Venet. rasi Drachm. unam, Ol. Amygdal. dulc. Unc. unam, Syrupi Rhabarbari (Disp. Lipp. Syr. Mannae; Ph. Wirt. Syr. Capill. Vener., cet. par.) Unc. unam et semis.

LINCTUS AD STOMACACEN vid. Linctus Oxymuriatis Calcici.

LINCTUS TONICUS MARCUS.

Rec. Extr. Catechu, — Chinae ãã Drachm. semis, Mucilag. G. Arab. Unc. unam, Syr. Cinnam. Unc. semis.

LINCTUS VERMIFUGUS SAUNDER.

Rec. Pulv. Rad. Valer. Drachm. unam, Ol. Olivar. Unc. unam.

LINIMENTUM, Litus. Einreibung, Liniment, Schmiere. *Liniment*, praeparata dicuntur liquida vel subliquida, quae in cutem illinuntur vel infricantur, ut vim medicam in hac ipsa exerceant, vel resorptione per cutem in corpus suscipiantur. Linimentorum mixtio multum inter sese discrepat. Sunt enim liquida, uti Tincturae quaedam spirituosae, vel oleosa ex oleis meris vel medicatis, vel oleoso-unguinosa, ex oleis, resinis, adipe conflata, vel unguinosa, quae quidem recte unguentorum nomine appellantur. Admiscentur Camphora, Sapo, Sal Cornu Cervi, Opium, cet.

LINIMENTUM ABSINTHII VAN MONS.

Rec. Faeculae viridis Absinthii Unc. unam, Adipis suilli Unc. unam et semis, misce.

LINIMENTUM ACETATIS CUPRI vid. Unguentum aegyptiacum.

LINIMENTUM ACETICUM vid. Sapo Aetheris acetici.

LINIMENTUM AERUGINIS vid. Unguentum Aegyptiacum.

LINIMENTUM AETHEREUM. Naphtha-einreibung.

AUGUSTIN: Rec. Naphth. Vitrioli Drachm. duas, Spir. Vini rectss. Unc. duas, Ol. Bacc. Lauri Unc. semis. — SAUNDER: Sapon. moll., Spir. Vini rectss. ãã Unc. unam, Camphorae Unc. semis, Naphth. Vitrioli Unc. unam. (Cf. Sapo Aetheris acetici.)

LINIMENTUM ALBUM vid. Ceratum album (p. 163.)

LINIMENTUM ALBUMINIS OVI Ph. Ruth. castr.

Rec. Albumin. Ovi recent, Spir. Vini rect. (vel Spir. Camphor., vel. Bals Indic. nigri) āā partes aequales.

LINIMENTUM ALCALINUM Plenckii Ph. Herbip.

Rec. Ol. Tartari per deliq Unc. unam, Ol. Olivar. Unc. duas, Vitellum Ovi unum, misce sedulo.

LINIMENTUM ALUMINIS s. aluminosum. Alauneinreibung.

Ellis: Rec. Albumin. Ovi unum, Alumin. Drachm. semis. — Augustin: Alumin. Gran. octo, Vitellum Ovi unum, Aq. Rosar. Unc. unam.

LINIMENTUM AD AMBUSTIONES, s. Linimentum Olei cum Calce, Linimentum Calcis, s. calcicum, s. cum Aqua Calcis, Unguentum Calcis vivae, Sapo calcareus (Gall. 1818). Einreibung bei Verbrennungen.

Rec. Aquae Calcis, Olei Olivarum āā par pondus, agitando misce, sec. Ph. Dublin. — Ph. Amer., Suec., Dan. mil. Ol. Lini, cet. par. Ph. Sard. Aq. Calcis Unc. duas, Olei Unc. unam. — Richard: Aq. Calcis Unc. quatuor, Ol. Amygd. dulc. Unc semis.

LINIMENTUM AD AMBUSTIONES CUM OPIO, s. oleoso-calcareum opiatum, s. calcicum cum Opio. Brandeinreibung mit Opium.

Ph. Ferrar.: Rec. Ol. Amygd. (vel Olivar.), Aq Calcariae āā Unc. octo, Laudan. liquid. Sydenh. Drachm. duas. — Augustin: Ol. Lini, Aq. Calcar., Tinct. Opii āā par pondus. — Ph. Suec., Dan. mil.: Aq. Calcariae, Ol. Lini āā Unc. unam, Tinct. Opii Drachm. unam, Ol. Terebinth. Drachm. duas.

LINIMENTUM AMMONIACALE vid. Linimentum volatile.

LINIMENTUM AMMONIACI Swediaur.

Rec. Gummi Ammoniaci Unc. quatuor, Acet. scillit. q. s.

LINIMENTUM AMMONIAE CUM ANTIMONIO TARTARISATO Rennie.

Rec. Liniment. volatilis Unc. unam, Tartari emetici Drachm. unam.

LINIMENTUM AMMONIAE SESQUICARBONATIS, s. Carbonatis Ammoniae, s. ammoniacatum mixtum, Sapo Ammoniae (Bat.).

Ph. Bat., Lond. 1836: Rec. Liquoris Ammonii carbonici Unc. unam, Ol. Olivar. Unc. tres, agitando misce. — Swediaur: Sal. Alcali volat. sicci Drachm. unam ad tres, Ol. Olivar. Unc. unam.

LINIMENTUM AMMONIATO-AETHEREUM Augustin.

Rec. Ol. Amygd. dulc. Unc. unam et semis, Naphth. Vitrioli, Spir. Sal. Ammon. caust., Tinct. Cantharid. āā Drachm. unam et semis.

LINIMENTUM AMMONIATO-AROMATICUM Augustin.

Rec. Liniment. volatil. Unc. unam, Tinct. aromat., — Canthar. āā Drachm. unam.

LINIMENTUM AMMONII FOETIDUM Augustin.

Rec. Spir. Sal. Ammon. Unc. unam et semis, Ol. animal. Dippelii Unc. semis, Ol. Chamomill. coct. Unc. tres et semis.

LINIMENTUM AMYGDALINUM Augustin.

Rec. Amygdal. amar. Unc. novem, Nucleorum Pineae Unc. tres, contunde, massae adde Vitellos tres. Cosmeticum.

LINIMENTUM CONTRA ANGINAM Sainte-Marie.

Rec. Liq. Cornu Cervi succinati Unc. unam, Ol. camphorat. Unc. duas.

LINIMENTUM ANGLICANUM vid. Linimentum volatile.

LINIMENTUM ANODYNUM, s. narcoticum, s. opiaceum, s. antispasticum.

Rec. Ol. Olivar. Unc. unam, Laudan. liq. Sydenh. Drachm. unam. — Disp. Fuld.: Laudan. liq. Sydenh., Camphor. āā Drachm. unam, Unguent. Althaeae Unc. duas. — Augustin: Linimenti saponacei Unc. duas, Tinct. Opii Unc. semis; vel singulorum par pondus. — Ratier: Extr. Opii aquos. Drachm. tres, Ung. Alth. Unc. unam, Balsam. tranquill., Ol. Amygd. dulc. āā Unc. duas.

LINIMENTUM ANODYNUM OPIATUM vid. Balsamum anodynum (p. 108).

LINIMENTUM ANTARTHRITICUM. Gichteinreibung.

Augustin: Rec. Sal. Alcali volat. sicc. Drachm. duas, Ol. animal. Dippelii Drachm. unam, Ol. Olivar. Unc. tres. — Cadet: Camphor. Scrup. unum, Ol. Terebinth. Drachm. duas, Sapon. nigri Unc. unam, Unguent. nervini Unc. semis, Sem. Cumini pulv. Drachm. duas, Sal. Cornu Cerv. succin. Gran. quindecim. (Cf. Linimentum muriatico terebinthinatum et Liniment. terebinthino-ammoniatum.)

LINIMENTUM ANTARTHRITICUM Pottii vid. Linimentum muriatico-terebinthinatum.

LINIMENTUM ANTHELMINTHICUM Bories.

Rec. Pulv. Colocynth. Drachm. semis, Fell. Tauri Unc. semis, Ol. Absinth. aether. Drachm. unam.

LINIMENTUM ANTICHOLERICUM. Choleraeinreibung.

Hujus medicamenti brevi tempore formulae innumerabiles exstitere, quas exhibere longum est.

Lichtenstaedt: Rec. Phosphori Gran. sex, Ol. Olivar. Unc. quatuor, solve. — Wilhelmi: Phosphori Gran. duodecim, Ol. Amygd. dulc. Unc. unam. — Lobes: Spir. Camphor. Unc. quinque, Tinct. Capsici. Unc. unam. — Leo: Spir. Angelic. comp. Unc. sex, Liq. Sal. Ammon. caust. Unc. unam. Aliae formulae aliorum: Naphth. Vitrioli Unc. semis, Spir. Vini

rectae. Unc. quatuor, Ol. Bacc. Junip. Unc. unam; vel: Spir Sal. Ammon. caust. Unc. semis, Spir. Sapon., — Serpyll., — Camphor. āā Unc. unam. — JADELOT: Ol. Camphor. Unc. unam, Tinct. Canthar. Drachm. unam.

LINIMENTUM ANTIHAEMORRHOIDALE.

PIERQUIN: Rec. Fol. Lauro-Cerasi recent. N°. 12, Lactis vaccin. Unc. sex, macerata cola. — SPIELMANN: Unguent. populei Unc. unam, Balsami tranquill. Unc. semis, Ol. Ovor. Drachm. duas. — CADET: Terebinth. Venet., Mell., Ol. Olivar. āā Unc unam.

LINIMENTUM ANTIHERPETICUM BAZRA.

Rec. Graphit Unc.semis, Flor. Zinci Drachm. unam, Axung. Porci Unc unam.

LINIMENTUM ANTIHYSTERICUM SAINTE-MARIE.

Rec. Ol. rosat. Unc. duas, Ung. populei Unc. semis, Camphor. Drachm. duas, Aceti Saturni Drachm. unam.

LINIMENTUM ANTIPLEURITICUM s. Saponis.

Ph. Wirt.: Rec. Sapon. Venet. Unc. duas, Ol. Lauri, — Lumbricor. terrestr. āā Unc. unam, Spir. Sal. Ammon. caust. Drachm. duas. — SPIELMANN: Sapon. Venet. Unc. duas, Ol. Lauri Unc. unam, liquatis leni calore adde Balsami tranquill. Unc. unam, Spir. Sal. Ammon. caust. Drachm. duas

LINIMENTUM ANTIPSORICUM.

Ph. Ferrar.: Rec. Ol. Olivar. Libr duas, Axung. Porci Libr. unam, Sulphur., Calcis āā Unc. duas, Sal. commun. Unc. unam. — PIERQUIN: Calcis vivae, Flor. Sulphur. āā Unc. duas, Ol. Olivar. q. s.

LINIMENTUM ANTIRHEUMATICUM VOGT.

Rec. Phosphor., Flor. Sulph. āā Gran. decem, Campher. Drachm. unam et semis, Ol. Amygd. dulc. Unc. duas.

LINIMENTUM ANTISCROPHULOSUM, s. ex Felle Tauri, s. stimulans, Unguentum Fellis bovini compositum.

Ph. paup. Hamb.: Rec. Extr. Digital., Fellis Tauri āā Unc. semis, Aq. Lauro-Cerasi Drachm. sex. — CADET: Fell. Tauri Unc. octo, Sal. commun. Unc. unam et semis, Ol. Nucum Jugland. Unc. duas. — AUGUSTIN: Fell. Tauri Unc. octo, Sal. commun., Ol. Nucum Jugland. āā Unc. tres. — CADET: Ung. Althaeae Unc. unam, Fell. Tauri, Sapon. albi āā Drachm. unam, Sal. Cornu Cervi Drachm. semis.

LINIMENTUM ANTISPASTICUM s. antispasmodicum, s. anodynum. Krampf-liniment.

Disp. Lipp.: Rec. Ol. Hyoscyami infusi, — Olivar. āā Unc. sex, Spir. Salis Ammon. caust. Unc. duas, Laudani liquidi SYDENH. Unc. unam. — Ph. paup. Hamb.: Ol. Hyoscyami infus. Unc. unam, Tinct. Canthar., Laudan. liquid. SYDENH. āā Drachm. duas, Camphor. Drachm. unam. — STARKE: Ol. Hyosc. inf. Unc. unam, Spir. Sal. Ammon. caust., Liq. Ammon. succin., Laudan. liquid. SYDENH. āā Scrup. duos. — SELLII: Ungt. Alth. Unc. duas, Camphor., Laud. liquid. SYDENH. āā Drachm. unam.

LINIMENTUM ANTISYPHILITICUM RUST.

Rec. Calomel Drachm. unam, Axung. Unc. unam, Pulv. Opii puri Drachm. semis.

LINIMENTUM ANTIVENEREUM vid. Linimentum mercuriale.

LINIMENTUM APHRODISIACUM PIERQUIN.

Rec. Balsami Indic. nigr. Unc. semis, Ol. Laurin. Unc. unam, — Chamom. coct. Unc. duas, Tinct. Myrrh., — Aloës, — Ambr. āā q. s.

LINIMENTUM AQUAE CALCIS vid. Linimentum ad Ambustiones (p. 509).

LINIMENTUM AROMATICUM.

BRUGNATELLI: Rec. Ol. Lavend. Drachm. unam, Ol. Nucis mosch. Drachm. quinque. — SWEDIAUR: Ol. Lavend., Ol. Nucis mosch., Butyr. Cacao āā par pondus. (Cf. Balsamum aromaticum, p. 110.)

LINIMENTUM ARSENICALE SWEDIAUR.

Rec. Arsenici albi Gran. unam ad duo, terendo misce cum Ol. Olivar. Unc. unam.

LINIMENTUM AD ATRODYNAMIAM SWEDIAUR.

Rec. Ungt. epispast. Unc. unam, Ol. Terebinth. Unc. semis, Camphor. Drachm. tres.

LINIMENTUM IN ATROPHIA ABDOMINIS VOGT.

Rec. Fell. Tauri recent., Spir. Vini camphor. āā Unc. duas, Sal. Cornu Cervi Drachm. duas.

LINIMENTUM BALSAMI PERUVIANI vid. Tinctura Balsami Peruviani.

LINIMENTUM BARYTICUM SOUBEIRAN.

Rec. Aq. Barytae frigide saturatae Unc. unam, Ol. Olivar. Unc. sex, misce agitando.

LINIMENTUM BITUMINIS RENNIE.

Rec. Picis liquid. Barbadensis Unc. unam, Camphor. cum Spir. Vini guttulis distentae Unc. semis.

LINIMENTUM DE BORACE vid. Linctus de Borace (p. 506), Mel boraxatum.

LINIMENTUM CALCIS, vel CALCICUM, vel CALCARIAE vid. Linimentum ad ambustiones (p. 509).

LINIMENTUM CALCARIAE SULPHURATAE vid. Arcanum ARCHIDETI (p. 99).

LINIMENTUM CAMPHORAE COMPOSITUM Ph. Lond. Zusammengesetztes Campher-liniment. *Ward's Essence for Headache.*

Rec. Spir. Sal. Ammon. caust. Unc. septem et semis, Spiritus Lavendulae Unc. sedecim, destillent ex retorta Unc. sedecim, in quibus solve Camphorae Unc. duas et semis.

LINIMENTUM CAMPHORATUM vid. Oleum camphoratum et Linimentum volatile camphoratum.

LINIMENTUM CAMPHORATO-OPIACEUM Augustin.

Rec. Camphor. Drachm. unam, Ol. Chamomill aether., Laudani liq. Sydenh. āā Drachm. duas, Ol. Hyoscyami Unc. unam.

LINIMENTUM CAMPHORATO-SAPONATUM Augustin.

Rec. Camphor. Drachm. duas, Ungt. Basilici Unc unam, Sapon. nigri Unc. semis.

LINIMENTUM CANTHARIDUM, s. Cantharidis Ph. Amer. Spanischfliegenliniment.

Rec. Pulv. Catharid. Unc. unam, Ol. Terebinth. Unc. octo, digere per horas tres in balneo aquae cola.

LINIMENTUM CANTHARIDUM CAMPHORATUM s. irritans saponaceum.

Ph. Gall. 1818: Rec. Ol. Amygdal. dulc. Unc. quatuor, in quo solve Camphor. Drachm. semis, tunc seorsum recipe Tincturae Cantharid. Unc. semis, admisce Saponis Amygdalin. Unc. unam; liquores ambos commisce. Niemann: Tinct. Canthar., Unc. semis, Spir. Sal. Ammoniaci caust. Unc. unam et semis, Sapon. terebinth. Unc. duas, Ol. Terebinth. Unc. unam, Spir. camphor. Unc. octo.

LINIMENTUM CARBONATIS AMMONIAE vid. Linimentum Ammoniae Sesquicarbonatis.

LINIMENTUM CAUSTICUM.

Rec. Calcariae ustae pulver., Sapon. comm. āā par pondus, addita aqua in linimentum redige.

LINIMENTUM CEPAE Ph. Suec., Unguentum suppurans Disp. Fuld., Brunsv.

Ph. Suec., Fuld.: Rec. Cerae flavae, Resin. alb. āā Libr. semis, liquefactis adjiciuntur Ceparum sub Cineribus assatarum et contusarum, Mellis āā Libr. duas et semis, Saponis viridis Libr. semis; leni igne coque donec humor omnis consumtus sit, exprime, cola.

LINIMENTUM CONTRA CONGELATIONES Hosp. St. Anton.

Rec. Cerae albae, Cetacei āā Drachm. duas, Bals. Peruvian. Drachm. unam, Ol. Olivar. Unc. duas; leni igne liquatis adde Acidi muriat. Drachm duas, Aq. comm. Drachm. sex antea bene calefacta.

LINIMENTUM CUPROSUM Swediaur.

Rec. Aerugin. Gran. tria ad quatuor, Ol. Olivar. Unc. unam, m.

LINIMENTUM DEPILATORIUM Gray.

Rec Auripigmenti Unc. semis, Calcis vivae Unc. duas, coque cum Aq. pauxillo in pultem, donec plumae extremitas immersa barbas amittit. (Cf. Rusma Boettgeri)

LINIMENTUM DIGESTIVUM vid. Balsamum Fraenkii (p. 114).

LINIMENTUM DIURETICUM. Harntreibende Einreibung.

Ph. Hamb., Hann.: Rec. Ol Terebinth. Unc. semis, Vitellum Ovi unum, intime mixtis sensim adjice Aq. Menth. pip. Unc. sex (Vogt: Unc. unam et semis, cet. par). — Brera: Rad. Scill. pulv. Drachm. unam, Succi gastrici vitulini Unc. duas. — Schubarth: Hb. Digital. purp. Drachm. duas, infunde Aq. comm. fervid. q. s. ad col. Unc. unius, adde Ol. Terebinth. Unc. unam, Vitellos duos, Extr. Scill. Drachm. unam.

LINIMENTUM ELEMI Rennie.

Rec. Balsami Arcaei Unc. sex, Ol. Olivar. Libr. unam.

LINIMENTUM EMOLLIENS Swediaur.

Rec. Gummi Arab. Drachm. duas, Aq. Rosar. Unc. unam, Ol. Amygd. dulc. Drachm. unam et semis, Balsami Peruv. Drachm. unam, m. l. a.

LINIMENTUM EXCITANS.

Augustin: Rec. Spir. Sabinae Unc. sex, Ol. aether. Sabinae Drachm. unam. — Niemann: Ol. Nuc. mosch., — Caryophyll. āā Drachm. semis, Spir. Junip. Unc. duas. — Ellis: Ol. Succini rect. Drachm. duas, — Olivar. Unc. semis, Tinct Opii Drachm. duas, Spir. Vini simpl. Unc. duas. — Richard: Ol. Amygd. dulc. Unc. duas, Camphor. Drachm. unam, Spir. Sal. Ammon Drachm. unam et semis, Aq. vulnerar. Drachm. duas, Ol. Rorismar. Gutt. duodecim. — Smith: Tinct. Canthar. Unc. unam, Ol. Terebinth., — Camphorat. āā Unc. semis.

LINIMENTUM EXCITANS AETHEREUM vid. Linim. ammoniato-aethereum.

LINIMENTUM EX FELLE TAURI vid. Linimentum antiscrophulosum (p. 510).

LINIMENTUM FARINACEUM CUM PICE Augustin.

Rec. Farinae Secalis Unc. quatuor, — Gentianae Unc. unam, Picis liquid. q. s.

LINIMENTUM GINGIVALE.

Ph. Herbip.: Rec. Acidi muriat. Drachm. duas, Mell. Rosar. Unc. duas, Liq. Myrrh. Unc. semis — Ph. Gall. mil.: Acidi muriat. Drachm. duas, Mell. despum. Unc. tres. — Augustin: Syr. Berber. Unc. unam, Acidi muriat. diluti q. s. ad acorem. (Cf. Electuarium gingivale, p. 268).

LINIMENTUM GINGIVALE MUNDIFICANS Disp. Fuld.

Rec. Mell. rosat. Unc. duas, Extr. Myrrh. aquos., Spir. Sal. dulcis āā Drachm. duas.

LINIMENTUM GINGIVALE ROBORANS Disp. Fuld.

Rec. Catechu, Kino āā Drachm. unam, Spir. Cochlear. Unc unam, digestis, solutis adde Mell. rosat. Unc. unam.

LINIMENTUM GUMMOSO-BALSAMICUM vid. Linimentum mamillare.

LINIMENTUM HAEMORRHOIDALE.

Fuller: Rec. Ungt. populei Drachm. duas, Ol Ovor Drachm. sex, Sacch. Saturn. Scrup. duos, Opii Gran. octo, Ol. Succini Gutt. sedecim. — Lemery: Pulp. Milleped., Ungt. populei āā Unc. unam, Extr. Opii Drachm. semis; vel: Flor. Sulphur. Drachm. duas, Ol. Ovorum Unc. semis, Ol. rosati Unc. unam.

LINIMENTUM AD HERPETEM LEMERY.
Rec. Axung. Porci, Butyr. recent. āā Unc. quatuor, Succi Lapathi acuti Unc. duas, Ol. Hyoscyami expressi, Mercurii praecipit. rubr., Vitrioli viridis āā Unc. unam, Alumin. usti Unc. semis, Viridis Aeris, Boracis āā Drachm. duas.

LINIMENTUM HORNII CONTRA SCABIEM.
Rec. Sapon. virid. Unc. duas, Flor. Sulph. Unc. unam, Aq. comm. ferv. Unc. sex.

LINIMENTUM HYDRARGYRI vid. Liniment. mercuriale.

LINIMENTUM HYDROSULPHURATUM JADELOT, Linimentum saponato-hydrosulphuratum, Unguentum s. Pomatum de JADELOT, Linimentum antipsoricum. Jadelot's Krätzsalbe. *Pomade de JADELOT.*
Rec. Sapon. domest. Unc. duas, cum Aqua calida dilue in massam unguinosam, adde Ol. Papaver. Unc. quatuor, Ol. Thymi Scrup. unum, bene mixtis insperge Hepatis Sulphuris salini in pulverem subtiliss. triti, Drachm. tres.

LINIMENTUM IODINAE RENNIE Ph. Gall. recepit.
Rec. Balsami Opodeldoc Unc. unam, Tinct. Iodinae Drachm. unam. Facile decomponitur.

LINIMENTUM IRRITANS SAPONACEUM vid. Linimentum Cantharidum camphoratum.

LINIMENTUM ISCHIADICUM CHARAS, mixtio inepta.

LINIMENTUM JUNIPERINUM AUGUSTIN.
Rec. Spir. Juniperi Unc. duas, Ol. Caryophyll., Balsam. Nucist. āā Drachm. semis.

LINIMENTUM LATERALE FULLER.
Rec. Ungt. Dialth. Drachm. sex, Ol. Lilior., — latericii āā Drachm. tres, Camphor. Drachm. semis.

LINIMENTUM LENIENS AUGUSTIN.
Rec. Camphor. Drachm. duas, Ol. aether. Chamomill. Unc. semis, Ol. Terebinth. Unc. unam.

LINIMENTUM MAMILLARE, s. ad mamillas, s. gummoso-balsamicum.
AUGUSTIN: Rec. Myrrh. Drachm. unam, Vitelli Ovi q. s. (dimidium), Aq. Rosar. Unc. unam, Gummi Arab. Scrup duos, Balsami Peruv. Scrup. unum. — NIEMANN: Balsami Peruv. Drachm. unam, Gummi Arab. Drachm. duas, Ol. Amygd. dulc. Drachm. unam et semis, Aq. Rosar. Unc. unam. — VOGT: Myrrh. Drachm. unam, Ol. Amygd. dulc. Unc. unam, Balsami Peruv. Drachm. semis.

LINIMENTUM MERCURIALE, s. Hydrargyri, s. mercuriale ammoniacale, Sapo mercurialis volatilis. Quecksilberliniment.
Rec. Ol. Olivar., Spir. Sal. Ammoniaci caust., Ungt. Neapolit. āā Unc. unam. — VAN MONS: Ungt. Neapolit. Unc. unam, Spir. Sal. Ammon. caust. Unc. duas.

LINIMENTUM MERCURIALE COMPOSITUM, s. Lin. Hydrargyri compositum (Lond.), s. mercuriale ammoniacale camphoratum. Zusammengesetztes Campherliniment.
Ph. Lond.: Rec. Ungt. Neapolit., Axung. Porci āā Unc. quatuor, Camphor. Unc. unam, Spir. Vini rect. Drachm. semis, Spir. Sal. Ammon. caust. Unc. quatuor.

LINIMENTUM MERCURIALE MONTMAHOU.
Rec. Camphor., Spir. Vini rect. āā Drachm. duas, Ungt. Neapolit., Ol. Amygd. dulc. āā Unc. unam, Spir. Sal. Ammon. caust. Unc. semis.

LINIMENTUM MERCURIALE OPIACEUM s. antivenereum SAINTE-MARIE.
Rec. Ungt. Neapolit. Scrup. quatuor, Ol. Amygd. dulc. Unc. duas, Laudan. liq. SYDENH. Drachm. unam.

LINIMENTUM MURIATICO-TEREBINTHINATUM (Slesv.-Holst.), Linimentum antarthriticum POTTII, Liquor antarthriticus POTTII, Spiritus Salis terebinthinatus, Linimentum excitans, resolvens. Salzsaure Terpenthinöl-einreibung.
Ph. Slesv.-Hols.: Rec. Sal. commun. sicc. Unc. octo, Ol. Terebinth. Unc. sex, immissis in vas idoneum murrhinum senaim instilla Ol. Vitrioli fumantis Unc. quatuor; seposita per 4 dies et saepius agitata colentur. — Disp. Lipp., Ph. Saxon. (1820), Herbip.: Sal. commun, Ol. Terebinth. āā Unc. duas, Ol. Vitrioli Unc. unam.

LINIMENTUM NARCOTICUM.
Ph. Gall. 1837: Rec. Balsami tranquillantis Unc. duas, Laud. liq. SYDENH. Drachm. duas. — RATIER: Laud. liq. SYDENH. Drachm. unam, Balsami tranquill. Unc. quatuor. (Cf. Lin. anodynum.)

LINIMENTUM NICOTIANAE vid. Linim. Tabaci.

LINIMENTUM NIGRUM Ph. Herbip.
Rec. Empl. nigri BACHHOLZII Unc. unam, Ol. Hyperici (vel Hyoscyami) Unc. unam et semis.

LINIMENTUM NUCIS VOMICAE MAGENDIE.
Rec. Tinct. Nuc. Vomic. Unc. unam, Spir. Sal. Ammon. caust. Drachm. duas.

LINIMENTUM OLEOSO-CALCICUM vid. Linimentum ad ambustiones (p. 509).

LINIMENTUM OPIATUM vid. Linimentum anodynum, narcoticum, Balsamum anodynum (p. 108).

LINIMENTUM CONTRA PERNIONES s. Petrolei, s. Petrolei ammoniatum. Frostbeulenliniment.
Hotel Dieu: Rec. Balsam. Peruv. Unc. semis, Spir Vini rectss. Unc. quatuor, Acid. muriat. Drachm. unam, Tinct. Benzoës Unc. semis. — Aliud: Petrolei, Spir. Sal. Ammon. caust. āā Unc. unam, Camphor. Drachm. unam, Ol. Olivar. Unc. duas. — SAUNDER: Petrolei Drachm. unam et semis, Spir. saponat. Unc.

unam. — Augustin: Petrolei Unc. unam, Spir Sal. Ammon. liq Unc. duas.

LINIMENTUM PHOSPHORATUM. Phosphorliniment.

Ph. Ferr.: Rec. Phosphor. Gran. duodecim, Ol. Amygd. dulc. Unc. quatuor.

LINIMENTUM PHOSPHORATUM CAMPHORATUM, s. Oleum phosphoratum. Kampherhaltiges Phosphorliniment.

Ph. Hann.: Rec. Phosphori Gran. septem, solve caloris ope in Ol. Amygd. Unc. una, concute donec Phosphorus solutus fuerit, adde Camphorae Scrup. duos. — Ph. Hamb.: Phosphori Gran. decem, Ol Amygdal. Unc. unam, Camphor. Scrup. unum.

LINIMENTUM PICIS LIQUIDAE. Theerliniment. *Tar Liniment* (anglice).

Rennie: Rec. Picis liquidae Unc. unam, Camphor. Unc. semis

LINIMENTUM RESINOSO-TEREBINTHINATUM Ph. Ruth. castr.

Rec Ungt. resinosi, Ol Terebinth. āā par pondus.

LINIMENTUM RESOLVENS.

Sainte-Marie: Rec. Spir. Sal. Ammoniaci Drachm. duas, Ol. Olivar. Unc. duas, Camphor. Scrup. unum, Aq. theriacalis Drachm. unam. — Augustin: Ungt. Alth. Unc. unam, Sapon albi, Fell Tauri āā Drachm. duas, Camphor. Drachm. unam, Sal. volat Cornu Cervi Gran. decem; vel: Camphor. Drachm unam, Ciner. clavell. depur. Drachm. duas, Mellis q s. — Swediaur: Empl. Cantharid, Ungt. Alth āā Unc. unam, Ol. Lini q. s. ad Linimentum, Tinct Canthar. Scrup. unum. — Dubois: Balsam. Fioravanti, Aq. Meliss., Spir. camphor. āā Unc. duas, Ol. Amygd. dulc. Unc. tres, Spir. Sal. Ammon. caust. Drachm. tres.

LINIMENTUM RESOLVENS ET DIURETICUM Brera.

Rec. Spir. saponat Unc. tres, — Juniperi Unc. unam.

LINIMENTUM RESOLVENS IN STRUMIS Brera.

Rec. Vesicam felleam bovinam cum bile unam, pone in Ol. Nucis Unc. duas, Sal. commun. cochlear. unum, misce et expone ad solis calorem usque ad linimenti consistentiam.

LINIMENTUN ROBORANS Dubois

Rec. Balsami Fioravanti, Spir. Camphor., Ol. Amygd. dulc, Spir. Sal. Ammon. caust. Unc. duas.

LINIMENTUM RUBEFACIENS, s. excitans camphoratum, Liquor exsutorius.

Ratier: Rec. Tinct. Cantharid., Spir. camphor āā Unc. unam. — Pierquin: Tinct Cantharid. Unc. semis, Spir. Vini rect. Unc. duas, Camphor. Drachm. tres.

LINIMENTUM SAPONACEUM vid. Balsamum saponaceum (p. 120).

LINIMENTUM SAPONATO-AMMONIATUM.

Ph. Bor. ed. 5.: Rec. Sapon. domest. Unc. unam et semis, Aq comm. Libr. tres, Spir. Frumenti Libr. duas, Spir. Sal. Ammon. caust. Unc. viginti. — Ph. Gall. mil.: Spir. Sal. Ammon. caustic. Unc. unam, Saponis domest. Unc. quinque, Spir. Vini rect. Unc. quindecim.

LINIMENTUM SAPONATO-CAMPHORATUM vid. Balsamum Opodeldoc (p. 118).

LINIMENTUM SAPONATO-OPIATUM.

Rec. Tinct. Opii Unc. unam, Sapon. Amygd. Unc. semis, Ol. Amygd. dul. Unc. duas.

LINIMENTUM SAPONATUM s. Saponis.

Ph. Lond. 1836: Rec Saponis Unc. tres, Camphor. Unc. unam, Spir. Rorismar. Unc. sedecim. — Ph. Gall. 1837: Spir. saponat. Unc. unam, Ol. Olivar. Drachm. unam, Spir. Vini rectss. Unc. unam. — Richard: Ol Olivar. Unc. semis, Tinct. vulnerar. Unc. unam, Sapon. medic. Drachm. duas. — Vogt: Ol. Chamomill. coct. Unc. unam, Ol. Camphorat. Unc. semis, Spir. Sal. Ammon. caust. Drachm. duas.

LINIMENTUM SAPONATUM Kaempfii.

Rec. Sapon. Venet. concis. Unc. unam, Spir. Vini rectss Unc. quatuor, Spiritum accende et baculi ope agita donec urere cessaverit, liquori refrigerato adde Camphor. Scrup. duos.

LINIMENTUM SAPONIS CAMPHORATUM Ph. Succ.

Rec. Spir. Abietis (Ph. Suec.) Libr. unam, Sapon. domest. Unc. duas, digere ad solutionem, adde Camphorae. Unc. semis; additur pro lubitu Ol. Rorismarini Drachm. una.

LINIMENTUM SAPONIS RUBEFACIENS Wylies.

Rec. Sapon. Terebinth. Unc. duas, Ol. Terebinth. Unc. unam, Spir. Camphorat. Unc. octo, Spir Sal. Ammon. caust. Unc. unam et semis, Tinctur. Cantharid. Unc. semis.

LINIMENTUM SATURNINO-QUERCINUM, s. Magma scytodepsicum ex Quercu Autenrieth.

Rec. Cort. Quercus pulv. Unc unam, Aq. comm. Unc. sex, decoque ad dimidium, colaturae instilla Acet. Saturni Unc. semis; magma in filtrum conjice et praecipitatum absque siccatione in Spiritu Vini serva. (Laudatum in decubitu)

LINIMENTUM AD SCABIEM. Krätz-Liniment.

Ph. Slesv.-Hols.: Rec Flor. Sulphur. Unc. tres, Sapon. nigri, Aq. comm. āā par pondus et q. s ad Linimenti consistentiam. — Ph. Hamb. 1835: Flor. Sulphur., Sapon. nigri āā Unc. unam, Aq. fervid. Unc. tres. — Schmidt: Flor. Sulph. Unc. semis, Ol. Olivar. Unc. quatuor, coque in linimenti formam.

LINIMENTUM SEDANS s. SEDATIVUM.

Sainte-Marie: Rec. Balsami tranquill, Ol. Hyoscyam. coct., — Chamomill. coct., —

camphorati āā Unc. tres. — SWEDIAUR: Extr. Opii Drachm. unam, distende cum Aq comm. pauxillo, adde Cerati simpl. Drachm. tres ad Unc. unam. — BUCHANAN: Ungt. popul. Unc. duas, Laudan. liquid. SYDENH. Unc. semis, Vitell. Ovor. duos.

LINIMENTUM SEDATIVUM CAMPHORATUM.

SWEDIAUR: Rec. Tinct. Opii aromat. Drachm. unam ad duas, Camphor. Drachm. unam, Liniment. saponati Unc. unam et semis. — RICHARD: Balsam. narcot. (i e. Oleum ex plantis narcoticis et odoratis paratum), Ol camphorat., — Chamomill, — Hyoscyami Unc. duas; vel: Ol. Amygd dulc. Unc. duas, Camphor. Drachm. unam, Tinct Opii Drachm. semis.

LINIMENTUM SIMPLEX = Ceratum simplex (p. 169).

LINIMENTUM SPERMATIS CETI vid. Ceratum album (p. 163) et Ceratum labiale (p. 165).

LINIMENTUM SPIRITUOSUM vid. Liquor aromaticus saponato-ammoniatus

LINIMENTUM SPIRITUOSUM ANODYNUM vid. Balsamum anodynum (p. 108).

LINIMENTUM STIMULANS.

ELLIS: Rec. Camphor. Drachm. tres, Decoct. Cantharid. Unc. semis, Ungt. Neapolit., — simpl. āā Unc. unam. — RICHARD: Sapon. med. Unc. unam, Ol. Terebinth. Unc. octo, Spir. Serpyll. Libr quatuor, Spir. Sal Ammon. caust. Unc. duas.

LINIMENTUM STOMACHICUM vid. Balsamum apoplecticum (p. 109).

LINIMENTUM AD STRUMAM Ph. Ruth. castr.

Rec. Fell. Tauri recent. Unc. unam, Sal commun. Unc semis, Aq. tepid. Unc. unam, Ol. Olivar. Unc. semis.

LINIMENTUM SUCCINI OPIATUM RENNIE.

Rec. Ol Succin. rect., Tinct. Opii āā Unc. duas, Axung. Porci Unc. unam.

LINIMENTUM E SULPHURE vid. Balsamum Sulphuris simplex (p. 122).

LINIMENTUM SULPHURICO-TEREBINTHINATUM vid. Balsamum contra perniones (p. 119).

LINIMENTUM SULPHURICUM RENNIE.

Rec. Ol. Olivar. Drachm. duas et semis, Ol. Vitrioli Gutt. quadraginta quatuor, Ol. Terebinth. Unc. unam.

LINIMENTUM TABACI s. Nicotianae.

Rec. Fol. Nicotianae Unc. unam, Axung. Porci Libr. unam, coque donec folia conteri possint, cola cum expressione.

LINIMENTUM TEREBINTHINATUM s. Terebinthinae.

Ph. Amer.: Rec. Ol. Terebinth. Unc. octo, Emplast. citrini Libr. unam, liqua. — Ph. Lond. 1836: Sapon. moll. Unc. duas, Camphor. Unc. unam, Ol. Terebinth Unc. sedecim — RATIER: Ol. Terebinth. Unc. unam, Ol. Chamomill. Unc. duas, Laud. liq SYDENH. Drachm. unam.

LINIMENTUM TEREBINTHINO-AMMONIATUM s. antarthriticum.

CADET: Rec. Spir Sal. Ammon. caust. Drachm. duas, Laudani liquid. SYDENH., Aq. theriacal., Ol. Olivar. āā Unc unam. — Dictum ACKERMANNI: Spir. Sal. Ammon. caust., — camphorat. āā Unc. unam, Ol. Terebinth. Unc. quatuor. — ELLIS: Liniment volat. Unc. unam et semis, Ol. Terebinth Unc. semis.

LINIMENTUM CUM TINCTURA CANTHARIDUM et CAMPHORA RICHARD.

Rec. Tinct. Cantharid. Unc. semis, Ol. Amygd. dulc. Unc quatuor, Sap. medicat. Unc. unam, Camphor. Drachm. semis.

LINIMENTUM CONTRA TINEAM BORIES.

Rec. Spir. Sal. Ammon. caust. Unc. unam, Camphor. Drachm. semis, Hepatis Sulph. salin. Unc. semis, Ol Olivar. Unc. sex.

LINIMENTUM TRIPHARMACUM GRAY.

Rec. Empl citrin. Unc. quatuor, Ol. Olivar. Unc. duas, Aceti Unc. unam, coque.

LINIMENTUM TUTIAE RENNIE.

Rec. Tutiae Drachm. unam, Mell. Rosat. q. s.

LINIMENTUM AD ULCERA SYPHILITICA FAUCIUM RUST.

Rec. Mercur. sublim. corros. Gran. sex ad duodecim, Extr. Conii, Aq. Flor. Chamom. āā Drachm. duas, Tinct. Opii simpl. Drachm. unam, Mel. rosat. Unc. unam.

LINIMENTUM VERMIFUGUM VAN MONS.

Rec. Faecul. virid. Tanaceti Unc. unam, Axung. Porci Unc. unam et semis, liqua leni calore, lava cum Aqua, decantha, aquam residuam evaporatione consume.

LINIMENTUM VOLATILE, Linimentum ammoniatum, — ammoniacale, — Ammoniae, — e Sale volatili, Oleum ammoniatum, Sapo Ammoniae oleaceus (Bavar.), Sapo Ammoniae fortior (Bat.), Unguentum album resolvens, Linimentum anglicanum. Flüchtiges Liniment, Flüchtige Salbe. *Liniment ammoniacal, Liniment volatil, Huile ammoniacal, Savon ammoniacal, Gouttes acoustiques.*

Rec. Spiritus Salis Ammoniaci caustici Unc. unam, Olei Olivarum Unc. tres, agitando misce.

Sit spissitudinis unguenti tenuioris, albissimum, odoris fortis ammoniacalis, in quiete oleum non secernat. *Vis:* resolvens, discutiens, incitans. *Usus:* externus ad rheumaticos dolores chronicos, ad tu-

mores glandularum frigidos, in colica flatulenta, angina, peripneumonia, pleuritide.

Codices nonnisi pro ponderum ratione dis crepant. A Codicibus singulis Spiritum Salis Ammoniaci causticum suum proprium semper intelligi, praemoneri vix opus est. Illam nostram ingredientium rerum rationem (1: 3) habent Ph. Amstel., Bavar., Bor. ed. 5. et castr., Fenn., Hamb., Hann., Hass., Lipp., Oldenb., Polon., Saxon. — Rationem Spir. Ammoniaci ad Oleum aequale 1:4 habent Ph. Austr. (sed Axungiam pro Oleo), Amer., Belg., Dan. et Dan. mil., Ferrar., Genev., Ross., Suec., Wirt. Rationem 1:6 habet Ph. Gall. mil. — Rationem 1:8 habent Ph. Dubl., Edinb., Gall. 1837, Hisp.

LINIMENTUM AMMONIAE FORTIUS quod dicitur, Spir. Sal. Ammon. caust. Unc. unam, Ol. Olivar. Unc. duas continet; hoc habent Ph. Bat., Lond., Slesv.-Hols.

LINIMENTUM VOLATILE CAMPHORATUM, s. **Linimentum ammoniato-camphoratum.** **Flüchtiges Campherliniment.** *Liniment ammoniacal (ou volatil) camphré.*

Ph. Bor. ed. 5: Rec. Ol. Olivar. Unc. duas, Ol. camphor., Spir. Sal. Ammon. caust. aa Unc. unam.

Ph. Hass. Ol. Olivar., Ol. camphor., Spir. Sal. Ammon. caust. aa Unc. unam. Ph. Hamb. Ol. camphor. Unc. tres, Spir. Sal. Amm. c. Unc. unam. Ph. Hann. Ol. Papav. Unc. unam, Ol. camphor. Unc. duas, Spir. Sal. Amm. c. Unc. unam. Ph. Slesv.-Hols.: Liniment. volatil. simpl. Unc. unam, Camphorae Drachm. unam. Ph. Dan. Ol. Olivar. Unc. duas, Spir. Sal. Amm. c. Unc. semis, Camphor. Drachm. unam. Ph. Saxon. Ol. Olivar. Unc. tres, Spir. Sal. Amm. c. Unc. unam, Camphor. Drachm. duas. Ph. Nosoc. Argent. Ol. Camphor. Unc. quatuor, Spir. Sal. Amm. c. Unc. unam. Disp. Fuld. Ol. Lini Unc. semis, Camphor. Drachm. semis, Spir. Sal. Amm. c. Drachm. duas.

LINIMENTUM ZINCI SULPHATIS Rennii. Rec. Vitrioli albi Scrup. unum, Axung. Porci Unc. semis.

LIQUAMEN MARTIS vid. Oleum Martis per deliquium.

LIQUAMEN MYRRHAE. s. **Liquor Myrrhae, Oleum Myrrhae per deliquium, Myrrha liquida, Tinctura Myrrhae aquosa, Solutio Myrrhae.** **Myrrhenflüssigkeit, Myrrhenöl, Myrrhenbalsam, zerflossene Myrrhe.** *Liqueur de Myrrhe.*

Rec. Myrrhae electae pulveratae Unciam unam, Aquae destillatae Uncias quatuor, digere in vase vitreo aut porcellaneo, balneo aquae commisso, ad Myrrhae solutionem. Liquorem per linteum exprimendo colatum et addita Aqua ad pondus Unciarum quatuor expletum loco frigido serva.

Vis: balsamica, depurans. Sit liquor turbidus, flavo-fuscus, odoris et saporis Myrrhae. *Usus:* externus ad ulcera, excoriationem.

Formulam illam secuti sunt Codices Bor. ed. 3, Hamb. et Hamb. paup., Oldenb., Polon., Saxon (1820), Slesv.-Hols. — Pharm. Boruss. ed. 5, Saxon (1837) habent Extr. Myrrh. aquosi Unc. unam, solve in Aq. dest. Unc. quinque. Ph. Hann. Extr. Myrrh. aq. Unc. unam, Aq. destill. Unc. duas. Ph. Hass. Extr. Myrrh. Unc. tres, Aq. dest. ferv. Unc. octo. Antiquissima parandi methodus haec erat: Ovum gallinaceum integrum in aqua fervida ad duritiem coctum putamine exuto in duas partes dissecabatur; vitello exemto cavitas Myrrha pulverata implebatur, et partes ovi duae filo adstrictae in cella suspendebantur. Liquor deliquescentia Myrrhae defluens vase supposito suscipiebatur. Hunc modum Disp. Brunsv., Ph. Hisp., Palat. Wirt. suaserunt.

LIQUAMEN MYRRHAE CUM MELLE s. Liquor Myrrhae cum Melle, Myrrhenflüssigkeit mit Honig.

Ph. Slesv.-Hols. Rec. Liquaminis Myrrh. antecedentis Unc. quatuor, adde Mell. despumat. Unc. decem, miscelam fac evaporare ad Unc. quatuor. — Ph. Dan. Myrrhae in Hydromellite quantum fieri potest dissolvi praecipit. — Disp. Fuld. Myrrh. Drachm. duas, Hydromell. Unc. semis; Ph. Ferrar., Hass. (1806), Lipp.: Extr. Myrrh. aq. Drachm. duas, Mell. Drachm. unam, Aq. Drachm. tres, tritura ad perfect. solutionem.

LIQUAMEN SALIS TARTARI vid. Oleum Tartari per deliquium.

LIQUOR, Flüssigkeit, *Liqueur*, medicamenta dicuntur variae indolis, generatim minime describendae. Liquores plerumque ab Aqua fluiditatem habent, quo discrimine a Tincturis praesertim discrepant. Solutiones aquosae salium, acidorum, alcalium, purae vel in propinationem magistralem mixtae liquores quoque audiunt; spirituosos vero et aethereos occurrere minime negatur, qua quidem re definiendi provinciam difficiliorem reddi elucet.

LIQUOR ACETALIS FERRI AETHEREUS vid. Tinctura Ferri acetici aetherea.

LIQUOR ACETATIS AMMONIAE vid. Spiritus Mindereri.

LIQUOR ACETATIS KALICI vid. Liquor Terrae foliatae Tartari.

LIQUOR ACETATIS PLUMBI vid. Acetum Saturni (p. 13).

LIQUOR ACIDI MURIATICI OXYGENATI vid. Aqua Chlori (p. 57).

LIQUOR ACIDUS HALLERI vid. Elixir acidum HALLERI (p. 284).

LIQUOR ADSTRINGENS vid. Aqua Aluminis (p. 41).

LIQUOR AERIS CINNAMOMATUS s. Mixtura styptica.

SWEDIAUR: Rec. Vitrioli de Cypro Scrup. unum, Aq. Cinnamomi Libr. unam et semis.

LIQUOR AERUGINIS s. cathaereticus AUGUSTIN.

Rec. Aerugin., Vitrioli albi, Vitrioli de Cypro āā Drachm. duas, Aq q. s. ut decocti Unc. octo obtineantur.

LIQUOR AETHEREUS OLEOSUS vid. Oleum Vini.

LIQUOR AETHEREUS SULPHURICUS vid. Liquor anodynus mineralis HOFFM.

LIQUOR ALCALI ACETICI NIGRI vid. Liquor Terrae foliatae Tartari.

LIQUOR ALCALI VOLATILIS ACETICI vid. Spiritus MINDERERI.

LIQUOR ALEXITERIUS ACETICUS

Rec. Kali bisulphurici Drachm. unam, Aceti radicalis Unc. semis, (rectius q. s. ad irrigationem).

LIQUOR ALEXITERIUS EXTEMPORANEUS.

Magnesia vitriariorum et Acido Salis crudo q. s. ad humectationem, seorsum dispensandis, componitur.

LIQUOR ALEXITERIUS OXYGENATUS vid. Aqua Chlori (p 57).

LIQUOR ALUMINIS COMPOSITUS vid. Aqua Aluminis BATEANA (p. 41).

LIQUOR EX AMMONIA OLEO SUCCINI VOLATILI MIXTUS vid. Aqua Luciae (p 75)

LIQUOR AMMONIACALIS vid. Spiritus Salis Ammoniaci causticus.

LIQUOR AMMONIACO-MERCURIALIS vid. Aqua phagadaenica (p. 84).

LIQUOR AMMONIACALIS CUM ACETO vid. Spiritus MINDERERI.

LIQUOR AMMONIATO-AETHEREUS CHELII.

Rec. Spir. Serpyll. Unc. quatuor, Spir. Sal. Ammon. caust. Drachm. unam.

LIQUOR AMMONIATO-STIBIATUS AUGUSTIN.

Rec. Liq. Cornu Cervi succinati, Elixir pectoral. e Succo Liquir. āā Unc. duas, Laudan. liquid. SYDENH. Unc. unam.

LIQUOR AMMONIAE s. AMMONII vid. Spiritus Sal. Ammon. caust., LIQ. AMMONII ACETATIS vid. Spiritus MINDERERI, LIQ. AMMONII AETHEREUS Ph. Saxon. vid. Liquor oleosus SYLVII.

LIQ. AMMONII ANISATUS vid. Spiritus Salis Ammoniaci anisatus.

LIQUOR AMMONII ARSENICICI. Arsenikſaure Ammoniaklösung. *Arseniate d'Ammoniaque.*

Rec. Arseniatis Ammoniae (p. 101) Gran. octo, Aq. dest. Unc. duas, Spir. Angelicae Unc. semis.

LIQUOR AMMONII BENZOICI HALLERI. Benzoeſaure Ammoniakflüſſigkeit. *Benzoate d'Ammoniaque.*

Rec. Sal. Alcali volat. sicci Drachm. unam, Flor. Benzoës via humida paratorum, ab oleo empyreumatico liberatorum, Drachm. duas et Gran. duodecim, Aq. dest Unc. duas, satura exacte et filtra. *Usus*: pro Liquore Cornu Cervi succinato in morbis pectoris asthenicis rheumaticis, arthritide, paralysi.

LIQUOR AMMONII CARBONICI AQUOSUS, Alcali volatile aquosum, Aqua Ammoniae, Aqua Carbonatis Ammoniae, Subcarbonas Ammoniae liquidus, Carbonas superammonicus liquidus, Liquor Carbonatis s. Subcarbonatis s. Sesquicarbonatis Ammoniae, Spiritus Salis Ammoniaci simplex s. tartarisatus s. aquosus s. per Alcali fixus s. cum Cineribus clavellatis. Kohlenſaure Ammoniakflüſſigkeit, wäſſriges kohlenſaures Ammoniak, wäſſriger Salmiakgeiſt. *Carbonate d'Ammoniaque liquide, Esprit de Sel Ammoniaque par le Sel de Tartre.*

Rec. Salis Alcali volatilis sicci, in frustis densis, Unc. unam, Aquae destillatae Unc quinque, solve, filtra. Sit limpidus, coloris expers, ex toto volatilis, pond. spec. 1,08.

Hanc formulam Ph. Bor. ed. 5, Hamb., Hann., Hass., Saxon., Slesv.-Hols. secutae sunt. Aquae destill. Unc. quatuor tantum habent Ph. Bavar., Belg., Edinb., Lond. Pond. spec. 1,089. Ph. Austr. Aq. dest. Unc. tres, cet. par. pond. spec. 1,100. Ph. Ferrar. Sal. Alcali vol. sicci Unc. unam et semis, Aq. dest. Unc. octo. Ph. Suec. vid. Spiritus Cornu Cervi. Exhibemus tabulam synopticam ponderum specificorum dilutionum quarundam, propriis experimentis excusam, ad temperaturam 12, 5° R. — Solutio ex Salis Alcali volatilis sicci parte una (pro cunctis numeris) et Aquae destillatae partibus quatuor habet pond. spec. 1,089;

Aq. dest. partes	Pond. spec.
4	1,089
5	1,070
6	1,060
7	1,052
8	1,047
9	1,042
10	1,037
11	1,034
12	1,030

Plures Codices Sal Ammoniacum cum Alcali carbonico per destillationem decomponi docent, quae quidem procedendi methodus incertior et deperditioni magis obnoxia est. Ph. Batav., Suec. Sal Ammoniacum Libr. unam,Ciner. clavell. depur. Libr. unam et semis, Aq. comm. Libr. duas, destillent ad siccum.

Ph. Dubl. Sal. Ammon. Libr. unam, Sal. Sodae cryst. Unc. viginti octo, Aq. Libr. quatuor, destillent Unc. triginta duae. Neque virtuti medicamenti neque crumenae hoc modo consulitur, quare ceteras varietates praeteriri aequum est.

LIQUOR AMMONII CARBONICI PYRO-OLEOSI vid. Spiritus Cornu Cervi rectificatus.

LIQUOR AMMONII CAUSTICI s. causticus vid. Spiritus Salis Ammoniaci causticus.

LIQUOR AMMONII CAUSTICI SPIRITUOSUS SATURATUS. Gesättigte weingeistige Ammoniaklösung. *Solution alcoolique saturée d'Ammoniaque.*

Rec. Calcariae ustae, nec extinctae, pulveratae Libram unam et semis celeriter atque intime misce cum Salis Ammoniaci pulverati Libra una. Miscelam in lagenam ferream fusam cito ingere, huic tubum sclopetarium ope luti (vel cochleae) adapta, tubo denique apparatum Woulfianum.

Lagena prior parvae capacitatis contineat Spiritus Vini rectificatissimi Uncias duas, ad gas lavandum et ad retinendas vapores Salis Ammoniaci, Ammonii hydrosulphurati, cet. Lagena altera, semireplenda tantum, contineat Spiritus Vini alcoholisati (Alcoholis partes centesimas 95 Voluminis continentis) Libras duas, tertia denique ejusdem Spiritus aliquantulum contineat, ad retinendum gas Ammoniacum post saturationem liquoris lagenae intermediae. Lagenae ferreae sensim ignem circumda ut gas evolvatur et ignem aequabiliter sustine, donec bullae in lagenula anteriore tardius erumpere coeperint. Tum ignem ad retortae calorem rubicundum urge. Lagenae excipientes duae posteriores aqua frigida (vel glacie si praestat) circumdata refrigerentur. Sub finem cura gerenda, nisi tubi securitatis adsunt, ne liquida in lagenas anteriores et in ipsum retortam transmigrent, cui incommodo apparatu justo tempore dirimendo praecavetur.

Lagena intermedia praeparatum quaesitum continet, tertia insequenti praeparationi reposita inservit.

Sit liquor limpidus, decolor, gravissime Ammonium redolens, cuti adspersum frigoris densum evaporatione ciet. Sit pond. spec. 0,810.

Usus: in contusionibus, conquassationibus, extravasationibus, in capite violato, externe adhibetur, et mirifica efficacia gaudere praedicatur. Odoriferum excitans praesentissimum. A Dzondio primum excogitatum atque adhibitum

LIQUOR AMMONII FOENICULATUS paretur sicut Spir. Salis Ammon. anisatus Oleum Foeniculi in Olei Anisi locum substituendo.

LIQUOR AMMONII HYDROTHIONICI, s. hydrosulphurati. Hydrothionsaure Ammoniakflüssigkeit, Schwefelwasserstoff-Ammoniak. *Hydrosulphate d'Ammoniaque.*

Rec. Spir. Salis Ammoniaci caustici quantum vis, immitte in lagenam vitream orificii angustioris et torrentem gas hydrothionici ex Ferro sulphurato et Acido muriatico crudo diluto in apparatu idoneo evolutum, transmitte. Apparatus Woulfianus non sine commodo adhibetur, si suppellex atque otium tibi est; aëre atmosphaerico enim melius accessus praecluditur et flavescentiae praecavetur. Gas transmittatur, donec a liquore absorberi recusabitur.

Liquor odoris foetidissimi, primum decolor, temporis lapsu, vel rectius Oxygenii aditu, flavescens, in lagenis prave munitis valde flavescens imo Sulphuris frustula in superficie generans. In lagenis parvis, ex toto fere replendis suscipiatur, quae inverse in vas amplum figulinum immittantur. Interstitia aqua circumfusa repleantur.

Usus: internus medicus, sed chemicus plerumque pro virtute sua reagente in metalla. Lagenula semel in usum vocata in aqua cum epistomio submersa sit in promptu. Constat ex solutione Ammonii hydrothionici, flavefactus quoque ex Hyposulphite Ammonii. Acidis additis liquor gas hydrothionicum cum effervescentia large evolvat, Lac Sulphuris non demittat, sed limpidus maneat vel lactescat tantum leviter. Sal amarum non ab eo praecipitatur, si acido hydrothionico saturatum fuerit. (Cf. Liquor fumans Boylei.

LIQUOR AMMONII OXALICI. Kleesaure Ammoniakflüssigkeit. *Oxalate d'Ammoniaque.*

Rec. Acidi oxalici cryst. q. s. solve in Aq. dest., adde Sal. Alcali volat. sicc. q. s. ad neutralisationem, quae chartis tinctis exploratur. Cum Spir. Salis Ammon. caustico Acidum hebetari quoque licet. Diluatur ex arbitrio. Usus chemicus pro virtute reagente in Calcariam et salia calcarea.

LIQUOR AMMONII PURI vid. Spir. Sal. Ammon. caust.

LIQUOR AMMONII PYROOLEOSUS vid. Spiritus Cornu Cervi rectificatus.

LIQUOR AMMONII SUCCINICICI vid. Liquor Cornu Cervi succinatus.

LIQUOR AMMONII SUCCINICI AETHEREUS vid. Liquor antarthriticus ELLERI.

LIQUOR AMMONII SULPHURATI vid. Liquor Ammonii hydrothionici et Liquor fumans BOYLEI.

LIQUOR AMMONII TARTARICI, Liquor Tartratis Ammonici (Suec), Liquor Cornu Cervi tartarisatus, Tartras Ammoniacae pyro-oleoso-aquosus FENN. Weinsteinsaure Ammoniaklösung. *Tartrate d'Ammoniaque liquide.*

Ph. Fenn., Suec.: Rec. Spirit. Cornu Cervi (ejusd. Pharm.) Libr. semis, Sal essential. Tartari q. s. ad saturationem, conquassando misce cum Ol. Succini crudi Drachm. una, post horas 24 cola. Ph. Bor. ed. 3, Acidum tartaricum Spiritu Cornu Cervi saturari proposuit; alii vero Liquorem Ammonii carbonici cum Sale essentiali Tartari. In locum Liquoris Cornu Cervi succinati substitui tentatum est.

LIQUOR AMMONII VINOSUS vid. Spiritus Salis Ammoniaci vinosus

LIQUOR ANODYNUS ANIMALIS est Naphtha Vitrioli ope Acidi phosphorici methodo satis operosa atque sumtuosa parata.

LIQUOR ANODYNUS MARTIATUS s. martialis vid. Tinctura nervino-tonica BESTUSCHEFFII.

LIQUOR ANODYNUS MINERALIS AQUOSUS, Aether Vitrioli aquosus, Naphtha Vitrioli diluta. Wässeriger schmerzstillender Liquor.

Disp. Lipp. Rec. Naphth Vitrioli Unc. unam, Aq commun. Unc. sedecim, misce.

LIQUOR ANODYNUS MINERALIS FUCHSII.

Rec. Magnesiae Vitriarior. Unc. sedecim, Ol. Vitrioli Libr. unam, Spir. Vini rectss. Unc. viginti, fiat destillatio l. a.

LIQUOR ANODYNUS MINERALIS HOFFMANNI. Hoffmann'sche Tropfen. *Liqueur anodine d'Hoffmann.*

Synon.: Spiritus sulphurico-aethereus (Bor., Hamb., Hann., Hass., Saxon., Slesv.-Hols., cet.), Aether sulphuricus alcoholicus (Bat., Belg., Bav., Gall.). Spiritus Aetheris sulphurici (Austr., Lond.), Spiritus aethereus vitriolatus, Aether spirituosus, Spiritus Vitrioli dulcis, Liquor aethereus sulphuricus, Acidum sulphuricum alcoholisatum, Acidum vitriolicum vinosum. Hoffmanns schmerzstillender, mineralischer Liquor, Schwefelätherweingeist. *Ether sulfurique alcoolisé, Liqueur d'Hoffmann.*

Rec. Naphthae Vitrioli Unciam unam,
Spiritus Vini rectificatissimi Uncias tres,
misce.

Vis: nervina, analeptica, antispastica.

Sit liquor limpidus, coloris plane expers, agilissimus, chartas exploratorias non tingens, ex toto volatilis, odoris aetherei penetrantis sed puri; neque Acidum sulphurosum, neque Oleum Vini redoleat; saporis fortis aetherei. Pond. spec. 0,809 — 0,810.

Usus: in affectionibus nervosis, spasticis, hystericis, anxietate. Frustulo Sacchari imbutus saepius sumitur, tum vero mixturis admiscetur. Menstruum est in Tincturis et Extractis quibusdam parandis.

Eandem miscendorum rationem secutae sunt Ph. Bor. ed. 5, Hamb., Hann., Saxon., Slesv.-Hols., et tres ulteriores miscelam per aliquot tempus sepositam iterum destillare jubent. Paria pondera Naphthae atque Spir. Vini rectss Ph. Gall. 1837 misceri jubet. — Ph. Edinb., Fenn., Lond. 1809, Saxon. 1820, Suec. Naphthae partem unam, Spir. Vini rectss partes duas miscent, Ph. Genev. Naphth. part. unam, Spir. Vini rectss. part. quatuor; Ph. Hisp. Naphthae part. quatuor et Spir Vini rectss. part. unam (an lapsu calami?) Ph. Dan. Naphthae part. unam, Spir. Vini rectss. part. sex, Disp. Fuld. duodecim.

FRIEDERICUS HOFFMANNUS chemicus quondam non immeritus, qui in paranda Naphtha multam operam navavit, primum Spir. Vini rectss. partes sex, et Olei Vitrioli partem unam, mixta antea, destillationi subjecit, ex quibus miscelam Naphthae atque Spiritus elici satis constat. Hic liquor ergo postea anodynus HOFFMANNI audivit, et ex miscelis Olei Vitrioli atque Spiritus Vini rectss., inter sese satis diversis, per longum tempus destillari solebat. Olei Vitrioli et Spir. Vini rectss. paria pond. Ph. Lond. 1788 praecepit; Ph. Gall. 1818 Ol Vitrioli partem unam et Spiritus part. duas; Ph. Austr., Amst., Bavar., Spiritus part. tres, Disp. Brunsv., Hass., Lipp., Oldenb. Ross Spiritus part. quatuor, Ph. Palat., Sard., Wirt. Spir. part. sex. Has praeparandi methodos propter incertitudinem, in qua de ponderum ratione semper versamur, paene derelictas esse jure gaudemus. Ponderis specifici definitio, quae in corporibus non mixtis summum bonitatis atque genuitatis argumentum affert, nullius est momenti in Liquore anodyno.

LIQUOR ANODYNUS SUCCINATUS SWEDIAUR.
Rec. Ol. Succini rect. Unc. duodeviginti, Ol. Vitrioli Libr. semis, destillat. Libr. una

LIQUOR ANODYNUS TOPICUS TRILLERI.
Rec. Aq. Anhaltin. Unc. duas, Spir. Sal. Ammon. caust., Tinct. Croci, Castorei āā Drachm. duas, Ol. Nucist. Gutt. triginta; vel: Aq Anhalt. Unc. quinque, Tinct. Succini. — Castor. āā Drachm tres, — anodyn. Drachm. duas, Spir. Lumbricor. — Formicar. āā Drach. unam.

LIQUOR ANODYNUS VEGETABILIS, s. Spiritus acetico-aethereus, Aether aceticus alcoholisatus, Acetum dulcificatum. Essigäther.-Weingeist.

Ph. Bor. ed. 5. Rec. Naphth. Aceti Unc unam, Spir. Vini Gallici vel rectss Unc. tres, misce. Ph. Saxon. 1837 miscelam iterum destillare vult. Ph. Hann. ex miscelae Unc. sedecim destillatione quindecim elici praecipit. Ph. Ross. ex liquoribus in paranda Naphtha Aceti primum prodeuntibus parari vult. VAN MONS: Spir. Vini rectss. Unc. duodeviginti, Terrae foliatae Tartari crystall Unc. octo, Ol. Vitrioli Unc. septem et semis, destillent, donec phlegma prodire incipiet (Sit pond. spec. 0,850 — 0,860 *Vis:* analeptica, nervina, diuretica. *Usus:* in atonia nervosa, spasmis.

LIQUOR ANTARTHRITICUS ELLERI, Guttae ad arthrodyniam, Liquor Ammonii succinici aethereus. Eller's Gichttropfen.
Rec. Liquor Cornu Cervi succinat., Liq. anodyn minor. HOFFM. āā partes aequales misce. Ph. Hann., Slesv.-Hols.
Vis: nervina, antispasmodica. *Usus:* in rheumatismo et arthritide.

LIQUOR ANTARTHRITICUS POTTII. vid. Linimentum muriatico-terebinthinatum (p. 512).

LIQUOR ANTARTHRITICUS ST. MARIE.
Rec. Liquor Cornu Cervi Succinat., Naphth. Vitrioli, Laudani liquid. Sydenh.. Tinct. Ipecacuanh. āā part. aequales.

LIQUOR ANTIMIASMATICUS KOECHLINI. vid. Aqua antimiasmatica KOECHLINI. (p. 44).

LIQUOR ANTIMIASMATICUS LABARRAQUE. vid. Liquor LABARRAQUE.

LIQUOR ANTIMONII TARTARISATI vide Vinum antimoniatum.

LIQUOR ANTINEPHRITICUS Ph. Ferrar.
Rec. Capit. Papav. Unc. sex, Aq. comm. Libr. tres, decoque ad colatur. Unc. octo, adde Nitri Unc. unam.

LIQUOR ANTIODONTALGICUS SWEDIAUR.
Rec. Mastiches q. s., Ol. Terebinth. q. s., solve.

LIQUOR ANTIPARALYTICUS BOERHAVE.
Rec. Spir. Lavend. Unc tres, Sal. Ammon. Drachm. duas, Tinct. Castorei Unc. semis, Aq. Lavendul. Unc. sex, m.

LIQUOR ANTIPHLOGISTICUS PIDERIT.
Rec. Vitrioli Martis Libr. semis, Sal. Tartari Drachm. sex, Sacch. albi Libr. unam, Aceti Libr. duas, digestis per 24 horas adde Spir. Vini rect., Succ. Acetosell. āā Libr unam, destillent.

LIQUOR ANTIPODAGRICUS HOFFMANNI, s. Tinctura Sulphuris volatilis.
Rec Liquoris fumant. BOYLEI Unc. unam, Spir. Vini rectss. Unc. tres.

LIQUOR ANTISCROPHULOSUS vid. Liquor Terrae ponderosae salitae.

LIQUOR ANTISCROPHULOSUS NIEMANNI.
Rec. Calcis salitae Drachm. unam, Tinct. Calami aromat. Unc. unam, solve.

LIQUOR ANTISPASMODICUS s. antispasticus.
PIERQUIN: Rec. Liquor anodyn. min. HOFFM. Unc. duas, Acidi boruss. Gutt. quindecim, Syr. Althaeae Unc. tres. SAUNDER: Liquor Cornu Cervi succin. Drachm. unam, Liq. Terrae foliat Tart. Drachm. tres. Dictus GRIMANDI: Liq. Cornu Cervi succin., Naphth. Vitrioli āā Unc. unam.

LIQUOR ANTISYPHILITICUS, s. syphiliticus Disp Brunsv.
Rec. Mercur. sublim. corros., Aq. Foeniculi, Spir Vini Gall. āā Libr. unam, Julapii rosat. Unc. duas.

LIQUOR ANTISYPHILITICUS CHAUSSIER.
Rec. Mercurii cyanati Gran. unum, Aq. dest. Unc. unam.

LIQUOR ANTIVENEREUS ROUZEI.
Rec. Decoct. Sassaparill. Unc triginta duas, Nitri Drachm. tres, Spir. Sal. dulc. Unc. semis, Spir. Camphor. Drachm. duas, Ol. Anisi Gutt. quinque

LIQUOR APERITIVUS s. salinus laxativus SPIELMANN.
Rec. Sal. Epsom., Cremor. Tart. āā Unc. unam, Arcan. duplicat. Unc. semis, Aq. ferv. Unc. decem, solve, filtra.

LIQUOR APOPLECTICUS BALSAMICUS Disp. Vienn.
Rec. Flor. Rorismar. Unc. semis, — Lavend., — Lilior. convall., — Tunicae āā Drachm. duas, Styrac., Benzoës āā Unc. unam, Cubebar., Macid., Caryophyll., Cinnamom. āā Drachm. sex, Gran. Paradis. Unc. semis, Cort Citri recent. Unc unam, — Aurant. recent. Unc. semis, Sal. Succin. volat. Unc. unam, Spir. Cornu Cervi recent Unc. triginta duas; digesta destillationi subjiciantur; liquor elicitus servetur.

† LIQUOR ARGENTI AMMONIATO-MURIATICI
Rec. Lapidis infernalis Gran. decem, Aq.

destill. Unc. duas, solve, liquori (filtrato si opus fuerit) adde Solutionem Sal. communis, donec sedimentum non amplius efficitur; praecipitatum bene ablutum atque eguttatum solve in Spir. Sal Ammon. caust. Unc una et semis, adde Acid. muriat. Drachm. tres, Aq. dest. q. s. ut totius liquoris copia sit Unc. duarum et semis. In Epilepsia laudatum

† LIQUOR ARGENTI NITRICI s. Argenti Nitratis, Nitras Argenti liquidus. Salpetersaure Silberlösung, Höllensteinlösung.

Ad usum chemicum Argentum nitricum crystallisatum in Aqua destillata ad arbitrium sumta dissolvitur. Usus chirurgorum externus, c. gr. Argenti nitrici cryst. Gran. unum ad duo, Aq. dest. Unc. una.

† LIQUOR ARGENTI SULPHURICI

Argentum purum in Oleo Vitrioli caloris ope dissolvatur, solutio ad siccum evaporet. Pulvis residuus Aqua destillata suscipitur, liquor filtratur. Usus chemicus tantum. Argentum sulphuricum ex solutione Argenti nitrici quoque cum Solutione Salis GLAUBERI praecipitari, praecipitatum leviter elotum in Aq. dest. redissolvi potest.

LIQUOR AROMATICUS SAPONATO-AMMONIATUS.

Rec. Sal Alcali volat. sicc. Unc. semis, Spir. saponat., — Serpyll., — Camphorat. ãã Unc. unam.

† LIQUOR ARSENICALIS FOWLERI. Solutio arsenicalis FOWLERI, Solutio Arsenitis kalicae (Suec.), Liquor Potassae Arsenitis (Amer., Lond.), Arseniis Potassae liquidus (Bavar.), Solutio mineralis, Mixtura mineralis FOWLERI. Liquor antipyreticus. Fowler's Arsenitlösung, Kalihaltige Arsenikauflösung, Arsenittropfen, Arsenigsaure Kaliflüssigkeit. *Liqueur arsénicale de Fowler, Arsenite de Potasse.*

Rec. Arsenici albi subtilissime pulverati, Salis Tartari ãã Grana sexaginta quatuor, in patinam porcellaneam immissis adde Aquae destillatae Unciam unam et coque donec Arsenicum solutum fuerit. Adde Aquae destillatae Uncias octo iterumque coque, liquori frigefacto denique adde Spiritus Angelicae compositi Unc. semis, Aquae destill q. s. ut pondus totum sit Unciarum duodecim. Haec formula cum Ph Boruss., ed. 5, Hass., Saxon. congruit. Liquoris Uncia una continet Arsenici albi Grana quinque, vel Arsenici Granum unum continetur Solutionis Granis nonaginta. Pro heroica Arsenici vi Codicum discrepantiam vel minutissimam indicari fas est. Ph. Hann. Spir. Lavendulae comp. pro Angelicae sumit, cet., par. Ph. Hamb., Slesv.-Hols. pondus totius, ceteris paribus, Uncias sedecim faciunt. Ph. Amer. quoque hanc rationem secuta est, sed Spiritum Lavendulae compos in locum Spiritus Angelicae substituit Ph. Lond. 1836 Arsenici albi, Salis Tartari ãã Gran. octoginta, Tinct. Lavend. comp. Unc. semis, pondus totius Unc. sedecim. Ph. Suec. Tincturam omnino omittit formulae in capite exhibitae, pondus Librae unius, Fenn. Unc. sedecim, vero aqua supplet. Ph. Gall. 1837 Arsen. albi, Sal. Tartari ãã Gran. septuaginta septem, Spir. Meliss comp. Unc semis, pondus totius Unc sedecim. Ut discrepantiae ratio uni conspectui pateat, hanc tabulam ad calculos revocavimus.

Secundum	Uncia una continet Arsenici albi Grana.	Arsenici albi Granum unum continetur Liquoris Granis.
Ph Bor, Hann, Hass, Saxon.	5 1/3	90
Ph. Lond., Suec.	5	96
Ph. Bav., Gall., Fenn.	4 4/5	100
Ph. Amer, Hb., Slesv.-Hols.	4	120

Vis: irritans, alterans, nervina justa dosi, majori gliscens nociva, imo deleteria. *Usus:* in febribus intermittentibus, herpete rebelli. Medicis de virtute vel veneficio Arsenici albi disquisitionem derelinquamus, et parandi methodos tantum hic spectemus.

LIQUOR ARSENICALIS AMARUS s. Solutio Arsenitis kalicae amara (Suec.)

Liquori arsenicali FOWLERI (Ph. Suec.) additur Tincturae Absinthii compositae Unc. una cum dimidia loco Aquae tantae.

LIQUOR ARSENICALIS PEARSONI.

Rec. Natri arsenicici cryst. Gran. unum, solve in Aq dest. Unc. una.

LIQUOR ARTHRITICUS vid. antarthriticus.

LIQUOR AURI MURIATICI, vel Solutio. Aurum muriaticum dissolvitur in Aqua destillata ad usum chemicum.

LIQUOR AURICULARIS vid. Injectio ad aures.

LIQUOR BALSAMICO-AROMATICUS vid. Balsamum Vitae HOFFMANNI (p. 124).

LIQUOR BARYTAE, s. Barytae muriaticae, s. Barii Chloridi vid. Liquor Terrae ponderosae salitae.

LIQUOR BEGUINI vid. Liquor fumans BOYLEI.

LIQUOR BEISSERI vid. Aqua antimiasmatica KOECHLINI (p. 44).

† **LIQUOR** Bellosti, Liquor Hydrargyri nitrici oxydulati, Nitras Hydrargyri liquidus, Liquor Nitratis hydrargyrosi, Liquor Mercurii nitrosi frigore paratus, Mercurius nitrosus. **Bellost's Flüssigkeit, Salpetersaure Quecksilberoxydullösung.** *Nitrate de Mercure liquide, Liqueur de Bellost.*

Rec. Mercurii nitrici oxydulati Unc. unam, in pulverem subtilissimum contere et affunde Aquae destillatae Unc. octo, Acidi nitrici puri Drachm. unam, absque calore adhibito interdum agita donec sal solutum fuerit; filtra et liquorem vase bene clauso loco obscuro serva. Sit ponderis spec. 1,100. *Vis:* antisyphilitica, antiscabiosa. Solutio cum Sale communi excedente praecipitata atque expost filtrata cum Aqua hydrosulphurata et Alcaliis mixta non turbetur.

Ph. Bor. ed. 5, Hamb., Hann. hanc ingredientium rationem secutae sunt. Ph. Hass., Slesv.-Hols. Mercurii vivi, Acidi nitrici, Aq dest. āā Unc. unam misceri, et in vase vitreo, aqua frigida immerso, per 14 dies loco frigido seponi, donec bullae aëreae non amplius emergantur, proponunt. Vas non nimis arcte claudatur, ut gas nitrosum evadere possit. Liquor decanthatione obtentus servetur Ph. Bor. ed. 3, Polon.: Mercurii vivi Unc. unam, solve leni calore in Acidi nitrici puri q. s., adde solutioni Aquae dest. tantum, ut pondus Unc. quinque, Ph. Oldenb. quatuor, efficiatur Oxydum Mercurii nitricum facile immixtum est. Ph. Dan. Mercurii nitrici oxydulati Drach. duas, Aq. dest. Unc. unam.

LIQUOR CALCARIAE CHLOROSAE, Liquor Calcariae chloratae, s. Calcis oxymuriaticae, Subchloruretum Calcis liquidum, Liquor Chloridis calcici, Hypochloris calcicus aqua solutus (Gall.), **Chlorkalklösung, Chlorkalkflüssigkeit, Leichenwasser.** *Hypochloride de Chaux liquide, Chlorure de Chaux liquide.*

Rec. Calcariae chlorosae quantum vis, adde Aquae pauxillum et tritura in pultis tenuis formam, tum Aquae majorem vim affunde, agita, et decanthatione liquidum lacteum separa. Residuum iterum contere et cum Aquae altera copia trituratum decantha donec omnino sublevatum fuerit. Liquores albidos in lagenam vitream ex toto replendam et bene claudendam ingere, hanc sepone, donec sedimentum a liquore limpido subsederit. Liquorem innatantem ope siphonis vitrei (vel decanthatione vel filtratione, si sipho non est in promtu) separa et in vase optime munito serva. Quoad Aquae adhibendae copiam Auctores multum discrepant, quod quidem nullius est momenti, quum liquor ante usum plerumque adhuc diluitur cum Aqua. Pro Calcariae chlorosae Unciis singulis Aquae communis sumi volunt Ph. Hass., Saxon. Unc. sex, Ph. Hamb., Slesv.-Hols. Unc. octo, Ph. Gall. Unc. quadraginta quinque.

LIQUOR CALCIS SALITAE, Liquor Calcariae muriaticae, Solutio Muriatis Calcis (Edinb.), Liquor Salis Ammoniaci fixi, Liquor Calcii Chloridi, Hydrochloras calcicus aqua solutus, Aqua Muriatis Calcis (Dubl.). **Salzsaure Kalklösung, Chlorcalciumflüssigkeit.** ***Liqueur de Chlorure de Calcium, Hydrochlorate de Chaux liquide.***

Ph. Lond. 1836. Calcis salitae exsiccatae atque fusae Unc unam, Aq dest. Unc tres, solve, filtra. Ph. Edinb., Amer., Marmoris Unc. novem, Acid. Salis Unc. sedecim, Aq. Unc octo, digere ad effervescentiam finitam, adde Aquae pondus sesquialterum, filtra. Ph. Dubl. Calcis (Cretae?) Unc. unam, Acidi Salis Unc. duas, finita effervescentia filtra.

LIQUOR CALENDULAE Schneideri.

Rec. Florum recent Calendul. officinal., absque contusione in vitra medicamentaria Unciarum octo capacia, ingere, haecque optime epistomiis suberinis et ligaturis munita solis radiis in loco aprico expone. Liquidum ex Floribus emanans in vitri fundo excretum ex pluribus vitris decanthatione effusum colligatur, Flores ipsi collapsi exprimantur, liquores jungantur. Remedium haemostaticum praedicabatur. A Schneidero medico Fuldensi excogitatum.

LIQUOR CARBONATIS AMMONIAE et **PYROLEOSI** vid. Liq. Ammonii carbonici et Spiritus Cornu Cervi.

LIQUOR CARDIACUS Riverii.

Rec. Ambr. gris. Drachm. duas, Moschi opt. Scrup. duos, Ligni Aloës Drachm. unam et semis, Benzoës Drachm. tres, infunde Spir. Vini rect q. s. ut pollices quatuor emineat, digere, filtra et destillatione partem dimidiam elice.

LIQUOR CATHAERETICUS vid. Liquor Aeruginis.

LIQUOR CHLORETI STANNI vid. Liquor fumans Libavii.

LIQUOR CHLORETI STIBII vid. Butyrum Antimonii (p. 140).

LIQUOR CHLORI vid. Aqua Chlori (p. 57).

LIQUOR CINERUM CLAVELLATORUM DEPURATORUM. Kohlensaure Kaliflüssigkeit. *Solution de Carbonate de Potasse.*

Synon.: Liquor Kali carbonici (Bor., Hamb., cet.), Liquor Potassae Carbonatis (Lond.), Hypocarbonas Salis Tartari liquidum, Solutio aquosa Subcarbonatis Potassae. Kohlensäuerliche Kalilösung. *Solution de Souscarbonate de Potasse.*

Rec. Cinerum clavellatorum depuratorum Libram unam,
Aquae destillatae Libras duas,
solve et filtra per chartam albissimam. *Vis:* antacida, incidens, resolvens.

Sit liquor limpidus, coloris plane expers; salium alienorum ne nimiam copiam contineat. Pond. spec. 1,300 — 1,310.

Usus: internus et ad paranda medicamenta chemica multa.

Formulam illam quoque secutae sunt Ph. Austr., Bavar., Bor. ed. 5, Dan., Fenn., Hamb., Hann., Hass., Lipp., Oldenb., Polon., Saxon., Slesv.-Hols., Suec. — Ph. Lond. 1809, 1824, Amer. Ciner. Clavell. dep. et Aq. dest. āā partes aequales; Ph. Lond. 1836 Ciner. Clavell. dep. Unc. viginti, Aq. dest. Unc. sedecim. (Cf. Oleum Tartari per deliquium, quod majoris pretii causa rarius adhibetur, sed puritate quoque praecellit).

LIQUOR AD CONDYLOMATA Plenckii vid. Aqua caustica Plenckii (p. 54).

LIQUOR CORNU CERVI vid. Spiritus Cornu Cervi.

LIQUOR CORNU CERVI SUCCINATUS. Bernsteinsaurer Hirschhorngeist. *Liqueur de Corne de Cerf succinée.*

Synon.: Liquor Ammonii succinici s. succinici pyroleosi, Liquor Succinatis Ammoniae s. Ammonici, Liquor Salis volatilis Ammoniae succinatus, Succinas Ammoniae liquidus (Bavar.), Spiritus Cornu Cervi succinatus. Bernsteinsaure Ammoniakflüssigkeit. *Succinate d'Ammoniaque impur.*

Rec. Spiritus Cornu Cervi rectificati Uncias sex,
Salis Succini Unciam unam et semis, vel quantum sufficit ad saturationem, quae chartis tinctis exploratur; filtra, et serva in vase optime clauso, luci impervio. *Vis:* antispasmodica, antihysterica, nervina.

Sit pond. spec. 1,050, odoris Olei Cornu Cervi et Succini, saporis salsi, pungentis, empyreumatici, leni calore evaporatus massam salinam relinquat, quae fortius exaestuata penitus avolet. Admixtis tribus partibus Spir. Vini rectificatissimi clarus permaneat atque sine sedimento.

Usus: in affectionibus spasmodicis, hystericis.

Congruunt cum illa hunc liquorem parandi methodo Ph. Austr., Bavar., Brunsv., Dan., Fenn., Ferrar., Fuld., Gall. 1837, Hass. 1806, Hisp., Oldenb. Palat., Suec., Wirt. — Cum Sale Cornu Cervi parari instituunt Ph. Bor. ed. 5, Hamb. 1835, Hass., Saxon. 1837, Slesv.-Hols., scil.: Rec. Sal Succini Unc. unam, solve in Aq. dest. Unc. octo, adde Sal. Cornu Cervi q. s. ad saturationem; filtra.

Ph. Polon. Spiritum Cornu Cervi antea cum pari pondere Aquae dilui jubet. Disp. Fuld. dictus AQUOSUS: Salis Cornu Cervi Drachm. duas, solve in Aq. Rubi Idaei Unc. duabus, Salis Succini Drachm. duas, solve in Aq. Tiliae Unc. duabus, liquores junge. Ph. Sard. Sal. Succini, Sal. Cornu Cervi āā Drachm unam, Aq. Salviae Unc. unam et semis. Disp. Lipp. Sal. Cornu Cervi Drachm. sex, Aq. dest. Unc. quatuor, Sal Succini q. s. Ceteras scriptorum varietates perstringere operae pretium non est.

LIQUOR CORNU CERVI SUCCINATUS ALBUS Ph. Wirt.

Rec Sal Cornu Cervi, Sal. Succini singulorum q. s ad saturationem, Aq. Cerasor. nigr. Unc. octo. (Congruit cum formula Ph. Bor. ed. 5. vocis antecedentis).

LIQUOR CORNU CERVI TARTARISATUS vid. Liquor Ammonii tartarici.

LIQUOR CORNU CERVI TEREBINTHINATUS Spielmann.

Rec. Aceti Terebinthinae destillati, Sal. Cornu Cervi q. s. ad saturationem, evaporet ad dodrantem fere.

LIQUOR CUPRI AMMONIACALIS, Liquor Cupri sulphurico-ammoniati, s. Sulphatis Cupri et Ammoniaci, Solutio etc. Kupfersalmiaklösung.

Ph. Lond. 1836: Rec. Cupri ammoniacalis Drachm. unam, Aq. dest. Unc. sedecim. Ph. Bor. ed. 5, Hass. pro usu chemico reactorio.

† LIQUOR CUPRI AMMONIATO-MURIATICI, Murias Ammoniae et Cupri liquidus. Salzsaure Kupferammoniakflüssigkeit, Kupfersalmiaklösung, Kupferchloridsalmiaklösung.

Ph. Bavar., Saxon.: Rec. Vitrioli de Cypro Drachm. unam, solve in Aq. dest Unc. duabus et semis, adde Liquoris Cinerum Clavell. depur. q. s. ad praecipitationem, sedimentum in filtro collige, ablue et exsicca. Hujus Pulveris recipe partem unam, solve in Acidi Salis s. q., adde Sal. Ammoniaci partes quinque et Aquae dest. quantum requiritur, ut pondus partium septuaginta efficiatur.

Drachma singula continet Chloreti cuprici fere Granum unum. Inservit parando Liquori antimiasmatico. Koechlini.

† LIQUOR CUPRI SULPHURICO-AMMONIATI vid. Liquor Cupri ammoniacalis.

† LIQUOR CUPROSO-MERCURIALIS, s. muriatico-hydrargyro-cupricus ammoniacalis, s. Cupri ammoniato-muriatici cum Hydrargyro. Kupfer-Quecksilberflüssigkeit.

Ratier: Rec. Cupri limati Drachm. duas, Spir. Sal. Ammon. liq. Unc. duas, digere per aliquot dies in vase parum aperto et fundi satis ampli, praeterea recipe Calomel Drachm. duas, Acidi muriatici Unc. duas, — nitrici Gutt. quindecim, solve calide, commisce liquores, ut sedimentum primum exortum iterum solvatur. Van Mons: Chloreti Cupri et Ammonii cryst., Sal Alembroth āā Drachm. unam et semis, singula solve in Aq. dest. Unc. tribus, liquores junge

LIQUOR DETERSIVUS Voglei. Weilb. Rec. Aq Rosar. Unc. quinque, Nitri Drachm. duas, Laud. liq. Sydenh. Drachm. unam.

LIQUOR DIGESTIVUS Boerhavii est Liquor Terrae foliatae Tartari dilutior.

LIQUOR DISCUTIENS vid. Fomentatio discutiens.

LIQUOR DIURETICUS Pierquin.

Rec. Milleped. 30 ad 40, Bacc. Alkekengi 20 ad 30, Bacc. Juniperi 6, contunde cum Vini albi s. q., cola cum express.

LIQUOR ENIXUS Disp. Brunsv.

Rec. Spir. Cornu Cervi rect. q. v., Spiritus Vitrioli q. s. ad saturationem.

LIQUOR EXCITANS Ph. paup. Hamb.

Rec. Camphor. Drachm. semis, Liq. anodyn. min. Hoffm. Drachm. duas.

LIQUOR FERRI ACETICI, Acetas Ferri liquidus. Essigsaure Eisenoxydlösung. *Acetate de Peroxide de Fer.*

Rec. Ferri muriatici oxydati crystallisati q. v., solve in Aquae dest. pondere decuplo, adde Spir. Salis Ammon. caust. q. s. ut oxydum ex toto praecipitetur; hoc aqua pura primum decanthatione, tum in filtro bene lotum atque eguttatum adhuc humidum in Acetum concentratum ingere et absque calore dissolve, quantum dissolvi poterit.

Inservit Tincturae Ferri acetici parandae. Liquor intense rubicundus, reactionem acidam prae se ferens.

LIQUOR FERRI MURIATICI OXYDATI vid. Oleum Martis.

LIQUOR FERRI MURIATICI OXYDULATI. Eisenchlorürlösung.

Ph. Bor. ed. 5. Rec. Ferri muriat oxydulati Unc. unam, Aq. dest. Unc. duas, solve quantum fieri potest, absque aëris accessu, filtra. Sit liquor viridis, Cupri expers (quod, cur adesse metuatur, non liquet). Pond. spec. 1,250 — 1,260. Solutio ab Oxygenio contracto saepius colorem olivaceum vel imo virescentem citrinum induit, cui frustulis Fili Ferri injectis praecavetur.

LIQUOR FERRI NITRICI OXYDATI.

Rec. Fili Ferri (vel Limaturae) Drachm. duas, affunde Acidi nitrici Unc. duas et semis, stet donec Ferrum solutum fuerit. Liquorem in patina ad ebullitionem calefac, post refrigerium adde Acidi nitrici Gran. decem et Aq. dest tantum, ut pondus Unc. quinque fiat. Praeparatio, ad Koppii auctoris verba hic descripta, non tantis ambagibus eget, nec tanta Acidi copia. In diarrhoeis pertinacibus laudabatur.

† LIQUOR Fowleri vid. Liq. arsenicalis Fowleri.

LIQUOR FUMANS Boylei, Hepar Sulphuris volatile, Spiritus Beguini s. fumans Beguini, Sulphuretum Ammoniae sulphuratum, Ammoniacum hydrothionicum, Hydrosulphas Ammoniae sulphuratus, Spiritus Sulphuris volatilis, Hydrosulphuretum Ammoniae liquidum. Boyle's rauchende Flüssigkeit, Beguin's flüchtiger Schwefelgeist, flüchtige Schwefelleber, Schwefelammonium im Maximum *Liqueur fumante de Boyle, Hydrosulphate sulfuré d'Ammoniaque, Foie de soufre volatil, Sulfure hydrogené d'Ammoniaque.*

Rec. Florum Sulphuris Unc. tres, Calcis extinctae, Salis Ammoniaci pulverati āā Unc sex, intime mixta cito in retortam fictilem (ferream fusam, si praesto est, vel saltem vitream) ingere, adapta tubum vitreum satis amplum atque longum cum cucurbita vitrea tubulata junctum. Ex tubulo emineat tubus vitreus bis in angulum rectum recurvus et in Aquae destillatae Uncias duas immergens. Ignem sensim sub retortula incensum auge et excipulum aqua frigida large circumdata refrigera, donec sub finem operationis retortulae fundus rubescat, nec destillatio amplius fiat. Liquor fumans in cucurbita condensatus praeparatum exhibet.

Est liquor coloris intense aurantiaci, con-

sistentiae oleosae, odorem nauseosum hydrothionicum eructans, ad aërem nebulas tenues spargens. Sulphure saturatum indolem fumantem amittit. *Vis*: incitans. *Usus*: in morbis mercurialibus, phthisi et diabete commendatum.

Codices de ponderum rationibus discrepant, quod accuratius exponere non opus est, quum plurimi a recto discedant.

† LIQUOR FUMANS LIBAVII, Spiritus fumans LIBAVII, Butyrum Stanni, Stannum muriaticum oxydatum, Murias superoxygenatus Stanni, Chloridum Stanni, Libav's rauchender Geist, Zinnchlorid, Doppelt Chlorzinn, Salzsaures Zinnoxyd, Zinnbutter. *Beurre d'étain, Chloride d'étain, Esprit de Libavius.*

Rec. Stanni purissimi (de Banca) limati Unc tres, in patinam porcellaneam immisso (pro majoribus copiis parandis in vas ferreum fusum) affunde Olei Vitrioli Unc. novem, miscelam calefac ad vim chemicam provocandam, tum ignem iterum modera, ne res violentius agatur. Quum effervescentia cessaverit, liquidum spissescit. Igne iterum supposito Acidum excedens abigatur atque miscela ad siccum redigatur. Massam obtentam cito in mortarium calefactum ingere, in pulverem redige, per cribrum trajice, et cum pari pondere Salis communis bene siccati intime misce Mixtum in retortam (imo ferream conceditur) ingere et excipulum vitreum appone. Destillatio instituatur igne sensim augendo, quamdiu destillatum prodit.

Est liquidum limpidum coloris expers, ponderis spec. 2, 25, ebullit ad Grad. 96 R. odorem spargit pungentem, suffocantem et vapores nebulosos. Constat ex Stanni uno et Chlori quatuor pond. mixt. cum tertia parte sui ponderis aquae mixtum spissescit, ulteriore additione iterum deliquescit.

LIQUOR AD GANGRAENAM

Ph Palat., Wirt.: Rec. Sal. Ammon. Unc. duas, Aceti Vini, Vini generosi āā Libr unam, Aq. comm. Libr. unam et semis. Disp. Brunsv. loco Aquae Infusum Scordii praescribit.

LIQUOR HEPATICUS MUSTELAE FLUVIATILIS, Oleum Gadi Lotae, Aalquappenleberöl.

Hepar Gadi Lotae supra vase idoneo in baculis suspensum solis radiis exponitur, ut oleum pingue eguttetur, quod vase suscipitur. Est oleum crassum, coloris flavi, odoris atque saporis levis Olei jecoris aselli. Usus: maculis corneae adpingitur.

LIQUOR HEPATIS SULPHURIS CALCAREI, Liquor Polysulphureti Calcii, Liquor Calcariae sulphuratae. Kalkschwefelleberflüssigkeit. *Solution de Polysulfure de Chaux.*

Rec. Calcariae ustae in massis totis Libram unam, in sartaginem e ferro fuso confectam immissae affunde Aquae communis calidae Libras sex, operculum impone et omnia sibi derelinque, donec Calcaria in Lac aequabilissimum dilapsa sit. Tum adde Florum Sulphuris, antea cum Aquae pauxillo humectandorum, Uncias viginti octo, et Aquae Libras viginti et miscelam coque per horam integram. Operculo imposito sartago seponatur per noctem et crastino die liquor limpidus innatans ope siphonis vitrei in lagenas aptas transducatur, cavendo ne sedimentum plerumque viride simul sublevetur. Residuum iterum cum Aquae communis Libris viginti vel triginta coquatur, et liquor seponendo limpidefactus siphonis ope priori adjiciatur. — Liquor limpidus virescens, aëri expositus Sulphuris crystallini portiunculas in superficie generans, et in deterius vergens. Inservit parando Lacti Sulphuris, sed extemplo paretur, quum opus fuerit, nec longum servetur.

LIQUOR HEPATIS SULPHURIS NATRINI. Natronschwefelleber-Flüssigkeit. *Sulfure de Soude liquide.*

Rec. Hepatis Sulphuris natrini q. s., immitte in sartaginem ferream fusam et adde Aquae communis pondus quintuplum, coque ad solutionem et sepone per noctem. Insequente die liquor limpidus innatans siphonis vitrei ope in lagenam aptam transducatur. Continet quartam sui ponderis partem fere Hepatis sicci.

Usus: pro balneis hepaticis artefactis Baregiensibus.

LIQUOR HEPATIS SULPHURIS SALINI, Liquor Kali sulphurati. Kalischwefelleberlösung.

Rec. Lixivii caustici vegetabilis quantum vis, in sartagine ferrea ad ebullitionem calefacto sensim adde Florum Sulphuris, cum Aquae fervidae pauxillo antea humectatorum, quantum requiritur, ut aliquantulum post strenuam ebullitionem intactum remaneat. Sartaginem operculo obtectam sepone et die insequente liquidum ope siphonis vitrei in lagenas aptas transfer; cavens ne sedimentum sublevetur.

Ph. Gall. 1837. Rec. Hepatis Sulphuris salini quantum vis, dissolve in Aquae comm. quam minima fieri potest copia, filtra et adde Aquae tantillum, ut pondus spec. 1, 36 efficiatur. Continet trientem Hepatis sicci. Servetur in vasis fere ex toto plenis optime munitis.

Rarius per se adhibetur pro balneis scilicet parandis, tum pro Lacte Sulphuris praecipitando, cet.

LIQUOR HOFFMANNI vid. Liquor anodynus mineralis HOFFMANNI (p. 518).

LIQUOR HYDRARGYRI MURIATICI CORROSIVI vid. Aqua phagedaenica (p. 84).

† LIQUOR HYDRARGYRI NITRICI OXYDATI vid. Liq Mercurii nitrici, — — oxydulati vid Liq. Bellosti.

LIQUOR HYDRARGYRI OXYMURIATIS vid Aqua Swieteni (p. 91) et Aqua phagedaenica (p. 84).

LIQUOR HYDROGENII SULPHURATI s. hydrosulphuratus vid. Aqua hepatica (p. 69)

LIQUOR KALI ACETICI vid Liquor Terrae foliatae Tartari.

LIQUOR KALI BORUSSICI, Prussias Lixivae et Ferri solutus, Lixivium Sanguinis est Kali borussicum in Aquae dest. ad lubitum solutum pro usu chemico.

LIQUOR KALI CARBONICI vid. Liq. Ciner. clavell. depur. (p. 522) et Oleum Tartari.

LIQUOR KALI CAUSTICI vid. Lixivium causticum vegetabile.

LIQUOR Koechlini vid. Liquor antimiasmaticus Koechlini. (p. 519).

LIQUOR Labarraque, Liquor Natri chlorosi, s. óxymuriatici, Natrum chloratum liquidum, Hypochloris sodicus cum aqua (Gall.), Liquor Sodae chlorisatae (Lond.), Labarraque'sche Flüssigkeit, *Liqueur de Labarraque, Chlorure de Soude, Hypochlorite de Soude liquide.*

Rec. Salis Sodae crystall. Unc. quindecim, solve in Aq. comm. Libr. quinque, solutionem filtratam immitte in lagenam. Seorsum misce in apparatu ad gas evolvendum apto Magnesiae Vitriariorum, subtilissime pulveratae, Uncias duas et Acidi Salis crudi Uncias octo. Igne leni supposito Gas Chlori extricetur et per tubum vitreum in solutionem Salis Sodae perducatur. Gas Chlori evolutum omne a solutione excipiatur, nec major nec minor copia.

Vis: antimiasmatica. *Usus*: externus in ulceribus putridis lavandis, in miasmatibus et odoribus putridis delendis, internus in febribus typhosis et intermittentibus Calcariae chlorosae eo praecellit, quod cutem asperam atque duram non reddat. Sit liquor limpidus, odoris proprii non Chlori ipsius sed Salium chlorosorum Salis Sodae parva copia indecomposita excedens longiori conservationi conducit. Nimia Chlori copia immissa denique materiae desinfectantes dilabuntur et Natrum chloricum et Chloretum Natrii eo fiunt. Tubus alter, qui dicitur securitatis, in vase extricatorio requiritur, ne Liquor praeparatus sub finem operationis in vas extricatorium transmigret. Servetur in vasis vitreis bene repletis, epistomiis vitreis munitis in loco frigidulo.

Codices parum in hac praeparatione discrepant. Ph. Hamb.: Aquae Unc. triginta quinque, Acid. Salis crudi Unc. sex, cet par. Ph. Lond. 1836: Sodae Libr. unum, Aq. comm. Libr. quatuor, tum Salis commun. Unc. quatuor, Magnes. Vitriarior Unc. tres, Ol. Vitrioli, diluendi, Unc. quatuor. Ph. Gall. 1837: methodum Payeni amplexa est. Rec. Calcariae chlorosae Unc. unam, dilue cum Aq. comm. Unc. triginta, filtra; Salis Sodae Unc. duas, solve in Aq. comm. Unc. quindecim, liquores ambos junge in lagena, quibus sedimentum copiosum album Calcariae carbonicae enascitur. Liquor quiete limpidefactus siphonis ope (vel decanthatione vel filtro) a sedimento separetur, sedimentum ipsum denique in filtrum conjiciatur et liquor eguttatus priori adjiciatur.

LIQUOR Lamotte vid. Tinctura nervino tonica Bestuschewi.

LIQUOR LITHONTRIPTICUS Palmieri

Rec. Aquae piceae Libr. unam, Flor. Sulphuris Unc. unam, coque donec colorem rubicundum induerit; post subsidentiam decantha

LIQUOR MERCURIALIS vid. Liquor Bellosti.

LIQUOR MERCURIALIS CAMPHORATUS vid. Aqua caustica Grindeli (p. 54).

† LIQUOR MERCURII NITRICI OXYDATI, Mercurius nitrosus calide paratus, Nitras Hydrargyri liquidus. Salpetersaure Quecksilberoxydflüssigkeit. *Nitrate de Peroxide de Mercure.*

Rec. Mercurii praecipitati rubri Unc. unam, solve in Acidi nitrici diluti quantitate sufficiente (nec excedente) adde Aquae dest. tantum, ut pondus totius sit Unc. octo. Liquorem decanthatum in vase bene obturato loco umbroso serva Sit Acidi muriatici et Mercurii oxydulati expers, quae Liquore Argenti nitrici vel Salis communis explorantur. Pond. spec. 1,175 — 1,185. Ph. Bor. ed. 5, Hann., Saxon., Slesv.-Hols receperunt. (Cf. Mercurius nitrosus calide paratus).

† LIQUOR MERCURII SUBLIMATI CORROSIVI Lebrecht.

Rec. Mercur sublim corr., Sal. Ammon. āā Gran. viginti quatuor, solve in Aq dest. Libr. duabus, adde Mell. rosat. Unc. unam.

LIQUOR Mindereri vid. Spiritus Mindereri.

LIQUOR MORPHII ACETICI Magendie vid. Guttae roseae.

LIQUOR MORPHII TARTARICI sicut Guttae roseae paratur sed cum Acido tartarico.

LIQUOR MUNDIFICANS VOGLERI WEILB. Rec Aq. comm. Unc. octo, Mercur. sublim. corros. Gran. decem.

LIQUOR MURIATICO-HYDRARGYRO-CUPRICUS vid. Liquor cuproso-mercurialis

LIQUOR MURIATIS etc. vid. nomina antiqua vel a basi derivata.

LIQUOR MYRRHAE vid. Liquamen Myrrhae (p 515).

LIQUOR MYRRHAE ALCALISATUS SWEDIAUR.

Rec. Myrrh. Unc. duas, Aq. ferv. Unc. octo, Sal. Sodae Drachm unam.

LIQUOR NATRI ARSENICOSI sicut Liquor arsenicalis FOWLERI cum Sale Sodae paratur

LIQUOR NATRI CAUSTICI vid. Lixivium causticum Saponariorum.

LIQUOR NATRI CHLORICI vel OXYMURIATICI vid. Liquor LABARRAQUE.

LIQUOR AD NEPHRITIDEM CALCULOSAM SWEDIAUR.

Rec. Capit. Papav. Unc. quatuor ad octo, Aq. ferv Libr. duas, coque ad Unc. octo remanent., exprime, adde Nitri Unc. unam.

LIQUOR NERVINUS vid. Tinctura nervino-tonica BESTUSCHEFFI.

LIQUOR NERVINUS BANGII vid. Naphtha Vitrioli camphorata.

LIQUOR NERVINUS PEZERBOMII Ph. Hann.

Rec. Ciner. clavell. Drachm. sex, Sapon. Venet. rasi Unc. unam, solve in Aq. dest. tepidae Unc. decem, adde Ol. Terebinth. Unc. unam et semis, — Cajeputi Drachm. duas, Spir. Junip. Unc. unam. Vis: excitans.

LIQUOR NITRATIS HYDRARGYRI vid. Liquor BELLOSTI et Liquor Mercurii nitrici oxydati.

LIQUOR NITRI FIXI cum Liquore Cinerum clavellatorum depur. vel Oleo Tartari per deliquium convenit, paratur scilicet ex Nitro ope carbonum injectorum deflagrato atque decomposito. Ph. Palat., Wirt.

LIQUOR NITRI VOLATILIS VOGLERI WEILB. est solutio aquosa Nitri flammantis (Ammonii nitrici).

LIQUOR AD ODONTALGIAM vid. Liq. antiodontalgicus (p. 519).

LIQUOR OLEI ANIMALIS ET CAJEPUTI AUGUSTIN.

Rec. Ol. animal. aeth. Drachm. unam, Ol. Cajeput. Drachm. semis.

LIQUOR OLEOSUS SYLVII, **Spiritus volatilis aromaticus oleosus, Spiritus ammoniacalis compositus (Lusit.), Spiritus aromaticus ammoniatus, Spiritus Ammoniae aromaticus.** Sylvius ölige Flüssigkeit. *Esprit volatil aromatique huileux de Sylvius, Esprit aromatique ammoniacal.*

Ph. Wirt., Hann. 1819: Rec. Ol. aether. Anisi, — Caryophyll., — Cinnamomi āā Drachm. semis, — Macid. Scrup. unum, — Zedoariae, — Succini rect. āā Scrup. unum, Spir. Sal. Ammon. vinos. Unc. novem — Ph. Hann. 1833 omittit Oleum Zedoariae. — Ph. Edinb. Spir. Sal. Ammon. vinosi Unc. octo, Ol. Rorismar. Drachm. unam. et semis, Ol. Citri Drachm. unam. — Ph. Dubl. Spir. Sal. Ammon. caust. Libr. duas, Ol. Citri Drachm. duas, Nucis mosch Unc. semis, e bene digestis destillet Libr. una et semis. Ph. Amer.: Spir. Sal. Ammon vinos. Unc. sedecim, Ol. Rorismar, — Citri āā Drachm. duas, Ol. Caryophyll., — Cinnamom. āā Drach. semis, Aq. q. s. ne massa aduratur, ex qua destillent Unc sedecim. — Ph. Palat.: Spir. Sal. Ammon vinos. Unc. tres, Ol. Cinnamom., — Caryophyll., — Macid āā Scrup. unum. — Ph. Lusit.: Spir. Sal. Ammon. caust Libr. duas, Ol. Citri, — Nucis Mosch. āā Drachm. duas. Ph. Saxon. 1837 (Liq. Ammon. aethereus) Ol. aether. Aurant., — Citri āā Gran. tria, — Macid. Gran quatuor, — Cardamomi, — Cubebar. āā Gran. duo, — Cinnamomi Gran. unum, — Caryophyll Gran. septem, Spir. Sal. Ammon. caust Unc. duas, Spir. Vini rectss. Unc. undecim et semis, misce.

Vis: nervina, diaphoretica, exaestuans. Mixtiones hujus persimiles sunt Sal volatile oleosum et Spiritus Salis Ammoniaci aromaticus. Haec medicamenta non sola solutione Oleorum, sicut Liquor SYLVII, parantur, sed destillatione aromatum, radicum, herbarum cum Sale Ammoniaco et Cineribus clavellatis.

LIQUOR OPHTHALMICUS VOGLERI WEILB.

Rec. Aq. commun. (vel Rosar.) Unc. duas, Tartar. emetici Gran. sex.

LIQUOR OPHTHALMICUS ANODYNUS Ph. Palat.

Rec. Gummi Tragacanth. Drachm. duas, Mucilag. Sem. Psyllii Drachm. tres, Aq. Rosar., — Plantagin. āā q. s.

LIQUOR OPHTHALMICUS COERULEUS vid. Aqua ophthalmica coerulea (p. 82).

LIQUOR OPHTHALMICUS DETERGENS

Rec. Rad. Ireos Florent. pulv. Drachm. tres, Vitrioli albi Drachm. unam et semis, Aq. Rosar., — Plantagin. āā Libr. unam et semis, digere, cola.

LIQUOR OPHTHALMICUS ROBORANS.

Rec. Vini Hispan. opt. Libr. duas, Aq. Rosar. Libr. unam, — Chelidonii, — Foeniculi, — Euphrasiae, — Rutae āā Unc. duas, Tutiae praep. Unc. unam et semis, Caryophyll. pulv. Unc. unam, Sacch. Candi Unc. semis, Aloës Succotrin., Myrrh., Macis āā Drachm. duas, Camphor., — Croci āā Scrup. duos, solis radiis exposita digerantur.

LIQUOR AD PANNUM vel UNGUEM OCULORUM CONSUMENDUM Ph. Palat.

Rec. Succi Foeniculi Unc. quatuor, — Chelidonii Unc. tres, — Rutae, — Malvae āā Unc. duas et semis, Aloës Scrup. unum, Vitrioli (albi?) Scrup duos, Aeruginis Aeris Scrup. unum, Rad. Zingiberis, Cinnamomi āā Scrup. semis, Fellis Anguillae Unc. semis; — Tauri Drachm duas, Sacch. Candi Scrup. duos, Mell. opt. Unc. semis; ebulliant Succi addendo reliqua et Liquor lege artis (colatione?) depuretur.

LIQUOR PECTORALIS Mynsicht.

Rec. Aq. Cinnamomi Buglossatae, — Caponis āā Unc. quatuor, — Pulm. Vituli, — Hb. Hederae terrestr., — Veronic., — Farfarae āā Unc. tres, Lact. Sulphur. Drachm. tres, Flor. Sulphur. Drachm. unam et semis, Magister. Corall. rubr. Drachm. unam, — Perlar. Orient. Drachm. semis.

LIQUOR AD PERNIONES Swediaur.

Rec. Extr. Saturni Unc. unam, Spir. Rorismar. Unc. quatuor.

LIQUOR PHILODONTICUS ET ANTISPASMODICUS Maury.

Rec. Spir. Vini rectss Libr. duas et semis, Ol. Menth. crisp. Unc. unam, Ol. Cinnamomi Drachm. duas, Ol. Neroli Unc. semis, Essent. Ambr. cum Moscho, Ol. Rosar. āā Drachm. unam et semis, Naphth. Vitrioli Drachm. semis.

LIQUOR PLATINAE MURIATICAE s. Chloreti Platinae, Platinchloridlösung.

Rec. Ramentorum vel frustulorum Platinae q. v, in vitrum immissis affunde Aquae regiae pondus quadruplum vel sextuplum et calore solutionem promove. Liquorem in patina sinensi leni calore inspissa ut acidum excedens abeat, tum Aqua dest. dilue. Usus chemicus reactorius.

LIQUOR PLUMBI ACETICI vid. Acetum Saturni (p. 13).

LIQUOR PLUMBI SUBACETATIS DILUTUS, vid. Aquae vegeto-mineralis Goulardi (p. 94).

LIQUOR Das Porter..

Rec. Opii Unc. duas, contunde in mortario cum Acidi citrici cryst. Unc. una, adde Aq. dest. ferv. Unc. octo; post digestionem horas 24 cola cum expressione.

LIQUOR POTASSAE ARSENICOSAE vid. Liquor arsenicalis Fowleri (p. 520), -- CAUSTICAE vid. Lixivium causticum vegetabile, — SUBCARBONIC. vid. Liq. Ciner. clavell. depur. (p. 522).

LIQUOR POTASSAE EFFERVESCENS Ph. Lond. 1836.

Rec. Kali carbonici aërati Drachm. unam, solve in Aq. dest. Unc. sedecim, solutionem in apparatu idoneo cum Gas Acidi carbonici satura.

LIQUOR POTASSII IODIDI COMPOSITUS Ph. Lond. 1836.

Rec. Kalii iodati Gran. decem, Iodi Gran. quinque, Aq. dest. Unc. sedecim.

LIQUOR PRAECIPITANS Clauderi.

Rec. Ciner. clavell. depur. q. v, affunde Aq. Flor. Acaciae, — Sambuci, — Cochleariae, Nasturtii āā q. s. ad eminent. digitorum quatuor., digesta filtra.

LIQUOR Pressavini vid. Aqua vegeto-mercurialis Pressavini (p. 94).

LIQUOR PROBATORIUS Hahnemanni vid. Liquor Vini probatorius Hahnem.

LIQUOR PROBATORIUS WIRTEMBERGICUS, Sulphuretum Calcii et Arsenici, Liquor probatorius Moeglingii.

Rec. Auripigmenti Unc. unam, Calcis vivae recentis Unc. duas, coque cum sufficiente Aquae quantitate in vase figulino per quadrantem horae, ut Unc. duae liquidi decanthatione possint obtineri.

Usus chemicus in detegenda corruptela plumbica Vini pro inconcinnitate et incertitudine hodie plane antiquatus. Auripigmentum scililicet Sulphuris in ipso contenti vices implet; tum liquor ab alcalitate Ferrum quoque, si solutum adest in Vino, praecipitat Ergo altera disquisitione egetur, quae hac de causa dijudicet. Cf. Liquor Vini probatorius Hahnemanni.

LIQUOR PTARMICUS Gaubii.

Rec. Euphorbii Gran. quinque, Vini albi Gall. Unc. unam, Spir. Cochlear. Drachm. duas, Ol. Majoran. Gutt. duas.

LIQUOR AD PTERIGIUM vid. Liquor ad pannum oculorum consumendum.

LIQUOR PYROTARTARICUS, Liquor Tartari empyreumaticus (Saxon.), Spiritus Tartari, s. Tartari rectificatus. Brenzliche Weinsteinflüssigkeit, Weinsteingeist. *Esprit de Tartre.*

Rec. Tartari crudi q. v., fiat destillatio ex retorta ferrea vel fictili ad dimidium capacitatis repleta, igne primum remissiore, deinde sensim ad rubedinem augendo. Producta aëriformia, quae impetuose prorumpunt, in refrigeratorio, aqua frigida large circumdata frigefacto, condensentur. Liquorem elicitum filtratione ab oleo empyreumatico per chartam bibulam madefactam separa.

Sit liquor limpidus, rufo-fuscus, odoris pyro-oleosi proprii, acidiusculi, saporis similis, vix aqua ponderosior, caute evaporatum residuum crystallinum edat, quod aestu aucto sublimetur

Ph. Amst., Bor. 3 et 5, Hamb., Hann., Oldenb., Palat., Slesv.-Hols., Wirt., cet. immutate receperunt. Ph. Hass., Saxon semel rectificatione

depurari proponunt. Residuum in retorta lotione cum Aqua destillata Sal Tartari edit, quod suo loco parari docetur.

LIQUOR RESOLVENS SAUNDER.
Rec. Liq Terrae foliat. Tart. Unc. quatuor, Extr. Centaur. min. Drachm. duas, Naphth. Vitrioli Gutt. viginti, Syr. Kermet. Unc. duas.

LIQUOR RESOLVENS SAINTE-MARIE.
Rec. Mercur. Drachm. semis, Calc. vivae Drachm. duas, tritura ad extinctionem et in lagenam ingere repletam Aqua in solutione tenente Saponis domest. Unc. semis.

LIQUOR SACCHARI SATURNI, s. Acetum Lithargyri proprie dictum, paratur sec. Ph. Austr. ex Lactis Saturn. Unc. una, Aq. dest. Unc. sex. Cf. Acetum Saturni (p. 13).

LIQUOR SALINUS Disp. Lipp. Salzliquor.
Rec. Cort. Aurant. Unc. unam, Sal. Ammon. Unc. duas, Aq. dest. Libr. tres, digere, filtra.

LIQUOR SALINUS LAXATIVUS.
Rec. Sal. amar. Unc. tres, Tart. tartaris. Unc. unam, Arcan duplicat. Unc. semis, Aq. commun. Unc. quindecim.

LIQUOR SALIS ALCALI VEGETABILIS ACETATI vid. Liquor Terrae foliatae Tartari.

LIQUOR SALIS AMMONIACI ANISATI, — CAUSTICI, cet. vid Spiritus

LIQUOR SALIS TARTARI vid. Liquor Cinerum clavell. depur. et Oleum Tartari per deliquium.

LIQUOR SAPONIS STIBIATI vid. Tinctura Antimonii JACOBI.

LIQUOR SCILLITICUS Ph. paup. Hamb.
Rec. Aceti scillit. q. v., Ciner. clavell. depur. q. s. ad saturationem.

LIQUOR SCILLITICUS AMMONIACALIS vid. Mixtura Ammoniaci composita.

LIQUOR SODAE CHLORINATAE vid. Liquor LABARRAQUE.

LIQUOR SPANGENBERGII.
Rec. Mercur sublim. corros. Gran. duo, Tinct. Opii Drachm. unam, Aq Rosar. Unc. quatuor.

LIQUOR SPLENETICUS TARTARI Ph. Wirt.
Rec. Tartari albi crudi, Nitri āā Libr. unam, in crucibulo deflagra, residuum dissolve in Aq. ferv. Libr tribus, adde Tartari albi Libr. unam, digere per dies 7 et decantha. Continet ergo Tartarum tartarisatum (i. e. Kali tartaricum), saturationis quidem nulla habita ratione.

LIQUOR STANNI MURIATICI vid. Liquor fumans LIBAVII, praeterea Stannum muriaticum oxydulatum Aqua dest. solutum in usum chemicum exploratorium vocatur.

LIQUOR STEGNOTICUS VOGLER WEILB.
Rec. Aq. Calc. Unc. duas, Myrrh., Tinct. Terrae Japonic. āā Drachm. semis.

LIQUOR STIBIATUS CUM ACONITO AUGUSTIN.
Rec. Extr Aconit. Drachm. semis, solve in Tinct. Antimonii JACOBI Unc. una, adde Tinct. Guajaci ammoniat, Naphth. Vitrioli āā Unc. semis.

LIQUOR STIBII MURIATICI vid. Butyrum Antimonii (p. 140).

LIQUOR STYPTICUS LOFI vid. Oleum Martis.

LIQUOR STYPTICUS WEBERI.
Ph. Brunsv., Palat., Wirt.. Rec. Vitrioli Martis Aluminis crudi āā Libr. semis, Phlegmatis Vitrioli (vel Aquae Plantaginis) Libr. quatuor, coquantur donec Vitriolum et Alumen soluta fuerint. Deponantur in locum frigidum ut crystalli fiant. Liquoris, a crystallis decanthati, singulis Libris adde Ol. Vitrioli Unc. unam.

LIQUOR SUBACETATIS, SUBCARBONATIS, cet. vid. nomina usitatiora a basibus derivata.

LIQUOR SUCCINATIS AMMONII vid. Liquor Cornu Cervi succinatus (p. 522).

LIQUOR SUCCINICUS ANODYNUS vid. Liq. anodynus succinatus.

LIQUOR SULPHATIS ZINCI ALUMINOSUS vid. Aqua Aluminis (p. 41).

LIQUOR SULPHURETI AMMONII vid. Liquor Ammonii hydrothionici (p. 517) et Liq. fumans BOYLEI (p. 523).

LIQUOR SWIETENI, vel SYPHILITICUS TURNERI, SWIETENI vid. Aqua SWIETENI (p. 91).

LIQUOR TARTARI Ph. Wirt. est Oleum Tartari per deliquium.

LIQUOR TARTARI EMETICI vid. Aqua emetica (p. 64).

LIQUOR TARTARI SOLUBILIS, s. Liquor Tartari ammoniati.
Disp. Lipp., VOGLER WEILB. Rec. Liq. Ammon. carbon. aquos. q. v., Tartari subtiliss. pulv. q. s, donec effervescentia cesset, sepone loco calido, tum filtra.

LIQUOR TARTARI TARTARISATI, Solutio Tartari solubilis.
Ph. Bor. castr.: Rec. Tartari tartaris. Unc. unam, Aq. Libr. unam, Mell. Unc. semis. Disp. Brunsv.: Tartari tartaris., Aq. āā Libr. unam.

LIQUOR TARTRATIS AMMONICI vid Liquor Ammonii tartarici (p. 518).

LIQUOR TERRAE FOLIATAE TARTARI. Essigsaure Kalilösung. *Solution d'Acetate de Potasse.*

Synon.: Liquor Kali acetici, Liquor Acetalis Kalici, Liquor Salis Alcali vegetabilis acetatus, Acetas Lixiviae solutus, Acetas Potassae liquidus s. aquosus Blätterweinsteinerdeflüssigkeit. *Liqueur de Terre foliée de Tartre.*

Rec. Terrae foliatae Tartari Partem unam, solve in Aquae destillatae Partibus duabus, filtra. Serva in vase clauso. Vis et usus sicut Terrae foliatae Tartari.

Sit liquor limpidus, coloris expers, reactionis neutrius, cum pari volumine Spir. Vini rectss. mixtus minime turbetur, pond. spec. 1,140 — 1,150.

Plurimi Codices hanc ponderum rationem secuti sunt; scilicet Ph. Amstel., Bor. ed. 5, Brunsv., Dan., Hamb., Han., Hass., Oldenb., Polon., Ross., Saxon., Slesv.-Hols., cet. Ph. Bavar. Ciner. clavell. depur. cum Aceto concentrato saturari docet, ut liquidum 1,230 — 1,235 pendeat. Plures denique Codices similem saturandi viam sequuntur, satis quidem incertam atque laude non dignam.

LIQUOR TERRAE FOLIATAE TARTARI NIGER, Liquor digestivus Boerhavii, Liquor Kali acetici niger (Hann., Slesv.-Hols.). Gefärbte essigsaure Kaliflüssigkeit, Boerhave's Verdauung befördernde Flüssigkeit.

Rec. Ciner. clavell. depur. Libr. unam, Aceti Vini crudi q. s. ad saturationem, liquor in lebete stanneo ad Libr. tres evaporatione redigatur, filtretur. Colorem fuscum prae se fert, et Spiritu Vini rectss. parum turbatur.

LIQUOR TERRAE FOLIATAE TARTARI CUM RHEO Augustin.

Rec. Ciner. clavell. depur. Drachm. unam, Aceti Vini q. s. ad saturationem, Tinct. Rhei aquos. Unc. unam, Vini antimon Drachm. unam.

LIQUOR TERRAE FOLIATAE TARTARI SPIRITUOSUS. Weingeistige Weinsteinblättererdelösung.

Ph. Brunsv., Palat., Wirt.: Rec. Terrae fol. Tartari Unc. duas, Spir. Vini rectss. Unc. octo, solve, filtra.

LIQUOR TERRAE PONDEROSAE SALITAE, Liquor Barytae muriaticae, Solutio Muriatis Barytae, Aqua barytica, Murias Barytae liquidus, Chlorbaryumflüssigkeit, salzsaure Barytlösung, salzsaure Schwererdeflüssigkeit.

Rec. Terrae ponderosae salitae Unc. unam, solve in Aq. dest. Unc. quinque, filtra.

Pro usu chemico solutio ad lubitum paratur.

LIQUOR TONICUS Pierquin.

Rec. Ambr. griseae Drachm. duas, Moschi Scrup. duos, Aloës Drachm. unam et semis, Benzoës Drachm. tres, Spir. Vini rectss. q. s. ut aliquot digitorum latitudinem emineat; digesta destillationi subjiciantur.

LIQUOR Trilleri vid. Liquor anodynus topicus.

LIQUOR AD ULCERA FAUCIUM vid. Linctus ad Gingivas. (p. 507).

LIQUOR VEGETO-MINERALIS Pressavini. vid. Aqua (p. 94).

LIQUOR VINI PROBATORIUS Hahnemanni, Aqua hydrosulphurata s. hydrothionica acidula, Aqua hepatica acidulata, Liquor Hydrogenii sulphurati. Hahnemann'sche Probeflüssigkeit, angesäuertes Schwefelwasserstoffwasser. *Liqueur probatoire de Hahnemann, Eau hydrosulfurée acidulée.*

Rec. Hepatis Sulphuris calcarei subtil. pulv. Drachm. unam, dilue cum Aq. comm. Unc. octo; seorsum recipe Acidi tartarici Drachm. duas, solve in Aq. comm. Unc. octo, et liquores junge in vase vitreo forti claudendo. Miscelam interdum vehementer exagita, tum sepone, donec sedimentum a liquido secedat. Liquor limpidus in usum chemicum vocatur pro detegendo adulterio plumbico Vini, quod quidem hodie rarissime tantum occurrit. Ph. Wirt.: Hepat. Sulphur. calcar. Drachm. duas, Cremor. Tartari Drachm. septem, Aq. tepidae Unc. sedecim, mixta agitentur. Ceteras varietates praeteriri aequum est.

LIQUOR VINI PROBATORIUS WIRTEMBERGICUS, Würtembergische Weinprobe.

Rec. Auripigmenti Unc. unam, Calcis vivae recent. Unc. duas, pulverata coquantur cum suff. quant. Aquae in vase figulino, ut Unciae duae liquidi filtratione possint obtineri.

Auripigmentum locum Florum Sulphuris tantum implet, et Arsenici, quod inest, nulla ratio est habenda. Ferrum simul ab hoc liquore indicatur, quare usus ejusdem penitus restrictus est prae liquore antecedente, qui dubitationem non admittit. Liquor Ammonii hydrothionici et fumans Boylei idem valent atque Liquor Wirtembergicus.

LIQUOR VALERIANAE Ph. paup. Hamb.

Rec. Pulv. Rad. Valerian Unc. unam, Liq. anodyn. min. Hoffm. Unc quatuor, per aliquot dies frigide digesta caute filtra; ne Spiritus aliqua pars avolet.

LIQUOR VISCERALIS Ph. Wirt.

Rec. Extr. Chamaedr., — Cichorii, — Trifol. fibrini, — Martis pomat. āā Drachm. tres, Spir. Nitri dulc., Tinct. Cort. Aurant. āā Unc. duas, Aq. Cort. Citri Unc. sex, digesta per aliquot dies filtrentur. — Disp. Argent.: Cort. Citri rec., — Aurant. rec. āā Unc. sex, Spir. Vini rectss. q. s., Sal. Tartari, Sal. Ammon. āā Unc. sex, Nuc. Mosch. Unc. quatuor, Cinnamomi, Macidis āā Unc. unam, destillent, Spiritui prolecto adde Ol. Cinnamom. Drachm. semis, Aq. Naph. Unc. sex, iterum destillet.

LIQUOR VULNERARIUS vid. Balsamum vulnerarium (p. 126).

LIQUOR VULNERARIUS Bilguebi vid. Aqua vulneraria Thedenii (p. 98).

LIQUOR VULNERARIUS MINERALIS Dippelii, Balsamum vulnerarium Dippelii Ph. Wirt.

Rec. Lapid. Haematit. pulv. Libr. semis, Tartari crudi Libr unam, mixtis affunde Aceti Vini dest. Libr. tres, digere, acetum per alembicum abstrahe, bis vel ter cohoba, ultimum ad siccum evoca. Residuo reaffunde Spir. Vini rect. Unc. viginti, digere per octiduum, tum clarum a spisso separa et liquorem serva.

LIQUOR ZINCI SALITI s. muriatici. Zinkchlorurlösung, Salzsaure Zinkflüssigkeit.

Rec. Butyri Zinci partem unam, dissolve in Aq. dest. part. quindecim. Causticum. Pro lotione magis adhuc diluitur.

LITHONTRIPTICUM Tulpii, Tulp's steintreibendes Mittel. *Lithontriptique de Tulp.*

Rec. Cantharid. pulv., Cardamom. min āā Drachm unam, Spir Vini rectss. Unc unam, Acidi nitrici Unc. dimidiam, infunde frigide per 6 dies, filtra.

LITUS, Pinselsaft, medicamentum liquidum, quod penicilli ope adpingitur.

LITUS ACIDUS vid Linimentum gingivale.

LITUS AD APHTHAS, Pinselsaft bei Aphthen.

Berends: Rec. Vitrioli Zinci Scrup. semis, Aq Rosar. Unc. tres, Syr. Moror. Unc. unam. Sundelin: Aq. Chlori Unc. semis, Syr. Alth. Unc. unam. Wendt: AD APHTHAS ASTHMATICAS: Borac. Drachm. duas, Aq. Salv. Unc. duas, Tinct. Myrrh. Drachm duas, Mell despum. Unc. unam.

LITUS ORIS, Mundpinselsaft.

Sundelin: Rec. Acid. muriat. Gutt. quindecim, Syr. Moror. Unc. tres, Tinct. Catechu Drachm. unam. Vogt: Acid muriat. dilut. Drachm. unam ad duas, Mell. rosat. Unc. unam. Aliae formulae quorundam: Acidi pyrolign. Drachm. unam et semis, Mell. rosat. Unc. unam et semis; vel: Alumin. Gran. decem, Mell. rosat Unc. unam et semis, Tinct. Catechu Drachm. unam et semis; vel: Borac. Drachm. unam, Mell. rosat. Unc unam; vel: Extr. Ratanh., — Myrrh. āā Drachm. unam, Aq Salv, Syr. Moror. āā Unc. semis; vel: Vitrioli de Cypro Gran. sex, Aq dest. Unc. unam, Mucil. Gummi arab. Unc semis; vel: Ungt. Aegyptiaci Drachm. tres, Tinct. Catechu Drachm. unam, Mell. rosat. Unc. unam; vel: Mercur. subl. corros. Gran. sex, Extr. Cicut., — Chamom. āā Drachm. duas, Tinct Opii Drach. unam, Mell. rosat Unc. unam; vel: Extr. Chinae frig par. Drachm. duas, Aq. Rutae Unc. duas, Spir. Sal. dulcis Drachm. duas, Mell rosat. Unc. unam; cet., cet.

LIXIVIUM, Lixiva, Lixivia, Lauge, *Lessive* liquidum alcalinum causticum ex Cineribus clavellatis vel Soda ope Calcariae ustae paratum.

LIXIVIUM ACETATUM vid. Terra foliata Tartari.

LIXIVIUM ALCALI VEGETABILIS vid. Lixivium causticum et Saponariorum.

LIXIVIUM AMMONIACALE vid. Spir. Sal. Ammon. caust., — ANISATUM, — AROMATICUM vid. Spir. Sal. Ammon. anisatus et aromaticus.

† LIXIVIUM CAUSTICUM MINERALE, s. natrinum, Liquor Natri caustici, Soda caustica fluida, Liquor Sodae concentratus, Liquor Hydratis natrici, Lixivium Saponariorum (in Gallia, Hispania), Aetznatronlauge, Seifensiederflüssigkeit, *Soude liquide, Lessive des Savonniers.*

Paratur sicut Lixivium causticum vegetabile, iisdem cautelis atque encheiresi observatis, sed loco Cinerum clavellatorum sumendae sunt Salis Sodae crystallisati Librae quatuor, ceteris ponderum rationibus non mutatis. (Sal Sodae, si partim dilapsum atque desiccatum fuerit, pro pondere certo haberi non potest, tum penitus siccescat caloris ope in catino ferreo vel porcellaneo, et hujus Salis anhydri sumantur Libra una et semis, ceteris immutatis).

Sit liquor limpidus coloris nullius vel levissimi flavi, acidi carbonici, quod acidis admixtis dignoscitur, fere liber, acidi muriatici atque sulphurici, quae post saturationem cum acido nitrico ope Argenti nitrici et Barytae nitricae explorantur, plane liber. Pond. spec. = 1,330 — 1,340.

Usus: in sapone medicato parando.

† LIXIVIUM CAUSTICUM VEGETABILE. Aetzlauge. *Potasse liquide.*

Synon.: Liquor Kali caustici s. puri, Potassa pura liquida, Liquor Potassae, Aqua Potassae; Liquor Hydratis kalici, Aqua lixivia caustica, Solutio Hydratis kalici, Lixivium Saponariorum (in Germania). Laugenwasser, Aetzkaliflüssigkeit. *Potasse liquide à la chaux, Lessive des Savonniers.*

Rec. Cinerum clavellatorum depuratorum Libras duas, immitte in sartaginem ferream fusam altam nec nimis amplam, operculo item ferreo instructam, et affunde

Aquae comm. Libras viginti.

Miscela calefiat ad ebullitionem. Interdum recipe

Calcariae ustae Libram unam, affunde Aquae communis tepidae Libras tres et sepone, donec, effervescentia finita, Calcaria pultis mollissimae speciem prae se ferat. Solutioni interdum fervefactae adde pultis calcariae partem decimam vel duodecimam, et operculo imposito coque per minuta aliquot, ut Calcaria carbonica enata in pulveris densioris consistentiam coeat. Tum denuo adde Calcariae partem, et ita, inter assiduam ebullitionem perge, donec sub finem liquoris portiuncula exemta cum acido quovis excedente mixta effervescentiam non amplius cieat.

Miscela in eadem sartagine, operculo exacte imposito, stet per horas sex vel octo, vel per noctem, ut sedimentum calcareum fundum petat; quo facto liquor limpidus supernatans siphonis vitrei, tubo aspiratorio instructo (vel tubi vitrei incurvi, aqua pleni, digitisque claudendi) ope in lagenas bene obturandas perducatur.

Sedimentum denuo cum Aquae Libris sex vel octo coquatur per quadrantem horae et liquor subsidentia limpidefactus eodem modo in lagenas transducatur.

Liquores in lagenis collecti et servati in eadem sartagine, sedimento calcareo interdum rejecto, ad justam spissitudinem igne forti evaporent, et post refrigerium in eodem vase siphonis vitrei ope in lagenas perducantur, in quibus servandi sunt.

Sit liquor limpidus, absque colore aut parum tantum flavescens, ab acido carbonico, quod acidis admixtis exploratur, quantum fieri potest liber. Pond. spec. 1,330 — 1,340. Acido sulphurico atque muriatico, ex Cineribus oriundis, non nimis sit inquinatum.

Usus: pro Lapide caustico chirurgorum, Tinctura Antimonii acri; praeparatis chemicis permultis; injectionibus admiscetur.

Plurimi Codices, quum in ponderum rationibus satis discrepent, idem pondus specificum admittunt, quod Kali caustici sicci partibus centesimis viginti sex respondet. Vas vitreum, quod aquae Uncias tres capit, Lixivii caustici in eodem volumine capiat Uncias quatuor. Ph. Slesv.-Hols. proponit Alcali vegetabilis caustici sicci partem unam in Aquae destill. partibus duabus dissolvi et solutionem limpidefactam decanthatione separari. Opera multum supervacanea Lixivium inspissandi imo adulterii carbonici periculum affert, quare huic procedendi methodo non assentimur. Lixivium chemice purum quando requiritur Sal Tartari pro Cineribus clavellatis depuratis adhibendum est. Calcariae ut quam minima pars sufficiat, extinguendi methodus, quam indicavimus,

est observanda; aqua scilicet large affusa, nec parce adspersa opus est; quod nisi spectatur, Calcaria in massam granulosam, duram, difficile distribuendam dilabitur, cujus multa major moles ad causticationem requiritur. Servetur lixivium in lagenis epistomiis vitreis optime munitis. Epistomium atque collum lagenae a lixivio bene mundata esse oportet, antequam lagena claudatur. Temporis scilicet diuturnitate epistomium magna cum vi lagenae inhaeret, quae saepius absque fractura iterum aperiri nequit. Huic incommodo pauxillo Spermate Ceti inter epistomium atque lagenae collum contriti praecaveri expertum habeo. Parvae Lixivii copiae sumendae bene siphonis vitrei ope ex lagena absque colli humectatione eliciuntur.

LIXIVIUM GENISTAE
Rec. Cinerum Genistae Unc. tres, Aq. comm. Libr. duas, solve, filtra. Est solutio impura atque tenuis Cinerum clavellatorum.

LIXIVIUM KALI s. KALINUM vid. Lix. caust. vegetabile.

LIXIVIUM LITHONTRIPTICUM Saunder. Rec. Ciner. clavell. depur, Unc. sex, Conchar. ustar. Libr. unam et semis, Aq. fervid. Libr. octo et semis, misce l. a., in vase vitreo interdum agita, post horas 24 liquorem limpidum decantha. Est Lixivium causticum dilutum.

LIXIVIUM MAGISTRALE, Meisterlauge, est Lixivium vegetabile causticum ad justam densitatem pro saponificatione reductum.

LIXIVIUM SANGUINIS est Kali borussicum in Aq. dest. solutum pro usu chemico exploratorio.

† LIXIVIUM SAPONARIORUM, Seifensiederlauge, *Lessive des Savonniers.* in Hispania, Gallia, Italia: Lixivium causticum minerale; in Germania, Suecia, Rossia, cet. vegetabile denominatur. Quod a Saponariis paratur Acidi carbonici semper aliquantulum retinet, et colore intensiore atque impuritate distinguitur. Res medica hoc lixivio carere potest.

LIXIVIUM SODAE i. e. Lixivium causticum minerale.

LIXIVIUM TAMARISCI sicut Lixivium Genistae paretur, vel rectius non paretur.

LIXIVIUM TARTARI vid. Oleum Tartari per deliquium.

LOOCH, Loch, Lohoch, Look, Lecksaft, *Lecher* idem valet atque Linctus, quam vocem vide.

LOOCH ADSTRINGENS vid. Looch japonicum.

LOOCH ALBUM, Looch album Parisiense, Looch amygdalinum s. oleosum, s. leniens, Linctus albus amygdalinus. Pariser Säftchen, Weißer Lecksaft. *Look blanc.*

Rec. Amygdalarum dulcium excorticatarum Unc. dimidiam, Amygdal. amarar. Drachm. semis (vel N° duos), Sacchari albi Unc. semis, optime contunde in mortario in pultis aequabilis formam cum Aquae pauxillo, tum cum majore copia Aquae dilue ut sit colatura Unciarum quatuor. Porro recipe Gummi Tragacanth. pulv. Gran. sedecim, Sacch. albi Drachm. duas, admisce Emulsionis tantillum q. s. ad mucilaginem parandam, iujunge l. a. Olei Amygdalar. Unc. semis et totam Emulsionem, denique adde Aquae Naphae Drachm. duas (Ph. Gall. Unc. semis, cet. par.). Ph. Hamb., Gall., Slesv.-Hols. receperunt. Paretur ex tempore.

LOOCH AMYGDALARUM, Mandelnlooch.

Van Mons: Rec. Gummi Arab. part. unam, Aq. Amygd. amarar. part. duas, fiat mucilago, adde Ol. Amygdal. part. tres, Syr. emulsiv. part. quatuor (Cf. Looch album)

LOOCH ANTHELMINTHICUM

Ph. Hass. 1806: Rec. Pulv. Sem. Cinae, — Rad. Valerian., — Jalapp. āā Drachm. unam, Mell. scillit. q. s. ut fiat magma spissum. Ratier: Looch albi Unc. quatuor, Pulv. Helminthochort. Drachm. semis, Ol. Amygdal. dulc. Syr. Acetos Citri āā Unc unam. Pierquin: Infus. Helminthachort. Unc. quatuor, Ol. Ricini Unc. duas., Syr. Flor Persicar. Unc. unam, Calomel. Gran. quatuor, Pulv. Rad. Rhei Gran. duodecim. Bories: Ol. Amygd. dulc. Unc quatuor, Pulv. Helminthoch. Drchm. unam, Syr. Acetos. Citri Unc. unam, Camphor. Gran. viginti, Liq. anodyn. Hoffm. Gutt. viginti quinque; Aq. Naphae, — Portulacc., — Matricar. āā Unc. duas. — Saunder: Pulv. Rad. Valerian. Drachm. unam, Ol. Olivar. Unc. unam.

LOOCH AD ASTHMA s. antiasthmaticum, s. de Scilla. Looch bei Engbrüstigkeit.

Disp. Brunsv., Palat., Wirt.: Rec. Rad. Scill. praep. Unc. semis, Hb. Marrubii, — Hyssopi āā Drachm. unam, Rad. Ireos Flor. Drachm. duas, Myrrh., Croci āā semis, Mell. despum. Unc. sex. Pierquin: Succi Scill., Mell. despum. āā Unc. quatuor. Swediaur: Gummi Ammoniac., Aq. comm. āā Scrup. quatuor, trituratis adde Pulp. sacchar. Rad. Ireos Flor., — Enulae āā Drachm. sex, Mell. alb. Unc. sex.

LOOCH ANTICATARRHALE
Rec. Spir. Sal. dulc. Drachm. unam, Syr. Papav. Rhoead. Unc. unam.

LOOCH ANTISYPHILITICUM vid. Linctus.

LOOCH BALSAMICUM
Bories: Rec. Balsami Canadens. Drachm. semis, Vitellum Ovi unum, Mell. rosat. Unc.

duas Ph. Herbip.: Sperm. Ceti Drachm. duas, Bals. Indic. nigr. Drachm. unam, Syr. Alth. Unc duas.

LOOCH BECHICUM Pierquin

Rec. Semin. Cydon. Manip duos, Aq. Lilior., — Papaver āā Unc. duas, Syr. Violar Unc unam et semis.

LOOCH BRASSICAE RUBRAE s Gordoni.

Rec. Succ. depur Brassic. rubr. Libr. unam, Croci Drachm. tres, Sacch., Mell. despum. āā Libr semis.

LOOCH CAMPHORATUM vid. Linctus.

LOOCH COMMUNE vid. Looch album.

LOOCH CROCATUM s. cum Croco.

Van Mons: Rec. Croci Gran. sex, Aq. ferv. q. s. ad colat. Unc. sex, Gummi Tragacanth. Gran. sedecim., Ol. Amygd. dulc. Unc. semis, Amygd dulc. N° 15, Syr. Violar. Unc. unam et semis.

LOOCH CUM CROCO ET PISTACIIS vid. Looch viride.

LOOCH DEMULCENS v. EMOLLIENS vid. Linctus oleosus.

LOOCH EXPECTORANS, Auswurf befördernder Leckſaft.

Pierquin: Kermet. mineral. Gran. duo, Aq. Boragin, Unc. duas, Syr. Bugulae, — Hederae terr. āā Unc. unam et semis. Sainte-Marie: Mell. Narbonn, Butyri recent. āā Unc. duas; vel: Mell. despum., Mucilag. Gummi Arab. āā Unc. unam. Ph. Genev.: Gumm. Arab., Syr. Alth., — Papav. Rhoead. āā Unc. unam. Bories: Syr. Violar. Unc. unam et semis, Oxymell. simpl. Unc. unam, Flor. Sulphur. Drachm. semis, — Benzoës Gran. quindecim. Richard: Ol. Amygd. dulc. Unc. duas, Oxym. scill. Unc. unam.

LOOCH FARFARAE Ph. Wirt.

Rec. Rad. Farfarae recent. q. v., coque ad mollitiem, contunde in pultem, quam per cribrum trajice. Pulpae Libr. uni adde Mell. despum. Libr. duas, coque ad humiditatis superfluae consumtionem.

LOOCH GLACIALE vid. Linctus Mesembryanthemi.

LOOCH Gordoni vid. Looch Brassicae rubrae.

LOOCH GUMMOSO-OLEOSUM vid. Looch album.

LOOCH JAPONICUM s. adstringens, Catechu-Leckſaft.

Fuller: Rec. Catech. Drachm. duas, Album. Ovi conquass. Drachm. sex, Syr. Symphyt. q. s. Cadet: Catechu Drachm. duas, Aq. Cinnam. Unc. quatuor, Rad. Salep Drachm. unam et semis, Syr. Cynosb. Unc. duas.

LOOCH CUM KERMETE vid. Looch expectorans.

LOOCH LAXANS Ratier.

Rec. Looch albi Unc. quatuor, Syr. Cichor. Unc. duas.

LOOCH LENIENS, Milderunder Leckſaft.

Sainte-Marie: Rec. Sem. Lini cont. Unc. semis, Aq. comm. Libr. unam, coque ad Syr. consistent., adde Mell. rosat. Unc. duas (Cf. Looch album, Linctus Cetacei, Linctus leniens).

LOOCH LENIENS BALSAMICUN Spielmann.

Rec. Pulv. Gummi Tragacanth. Gran. sedecim, Aq. commun. Unc. semis, f. mucilago, adde Syr. Alth. Ol. Amygd. āā Drachm unam, Terebinth c. Vitello ovi tritae Scrup. unum, Infus. pectoral. Unc. tres et semis.

LOOCH DE LINO. Ph. Hann. 1819.

Rec. Flor. Sulphur. Drachm. unam, Sacch. albi Drachm. duas, Ol. Lini Unc. unam, Syr. Balsam. Peruv. Unc. unam et semis.

LOOCH E MANNA s. mannatum, s. Mannae.

Rec. Ol. Amygdal. dulc., Syr. Alth., Mannae āā Unc. quatuor, Aq. Naph., — comm. āā Unc. duas; Mannam in aqua primum solve et Syrupo et Oleis mixtis injunge.

LOOCH E MANNA Des. Wegeler.

Rec. Gummi Tragacanth. Scrup. unum, solve in Aq. Naphae Unc. semis, admisce Ol. Amygd. dulc. Unc. unam; tum Mannae Calabr. Unc. unam leni calore solve in Aq comm. Unc. una et semis, solutionem per linteum cola et emulsioni l. a. admisce.

LOOCH MUCILACINOSUM Fuller.

Rec Sem. Psyllii, — Cydon. āā Drachm. unam et semis, decoque in Aq. Rosar. s. q. ad Mucilag. extractionem, colat Unc. quatuor adde Album. Ovor. conquassatum unum, Sacch. albi Drachm. quinque.

LOOCH MYRRHAE Fuller.

Rec. Myrrh. pulv. Drachm. duas, Croci Scrup semis, Nuc. mosch. Drachm. semis, Mell. Unc. duas

LOOCH OLEI TEREBINTHINAE, Terpenthinöl-Leckſaft.

Soubeiran: Rec. Ol. Terebinth. Drachm. tres, Vitellos Ovor. duos, Syr. Menth. Unc. duas, Syr. Flor. Aurant., Syr. cum Naphth. āā Unc. unam, Tinct. Cinnamomi Drachm. semis. Dr. Martinet: Vitell. Ovor. unum, Ol. Terebinth. Unc. unam, Syr. Menth. crisp., Aquae Naphae āā Unc. duas.

LOOCH OLEOSUM s. absque emulsione paratum, Oeliger Leckſaft.

Ph. Gall. 1818: Rec. Gummi Tragacanth. Gran. sedecim, Ol. Amygd. dulc. Unc. semis, Aq. comm. Unc. tres, Aq. Naph. Drachm. duas, m. l. a.

LOOCH OXYMURIATIS CALCICI s. ad stomacacen Van Mons.

Rec. Calcar. chlorosae Drachm. unam, Aq. comm., Mell. albiss. āā Unc. unam et semis. (Cf. Linctus p. 508).

LOOCH PECTORALE, Bruſtleckſaft.

Pierquin: Rec. Ocul. Cancri Drachm. duas. Succi Taraxaci Unc. quatuor, Syr.

Rhoead. Unc. duas. Disp. Brunsv. Rec. Hb. Hederae terrestr, — Millefol āā Unc duas et semis, — Hyssopi, Stipit. Dulcamar. āā Unc. unam, incisis infunde Aq. ferv. Libr. tres, colat. adde Mell. despum. Libr. tres, Aceti Vini Libr. unam.

LOOCH PECTORALE LENIENS Baera.
Rec Infus. Verbasc., — Violar. āā Unc. duas, Gummi Arab. Drachm. unam, Syr. Alth. Unc. unam et semis.

LOOCH PULMONALE s. de Pulmone Vulpis, Fuchslungenleckſaft.
Ph. Hann.: Rec. Pulv. Succ. Liquir., — Sem. Anisi, — Sem. Foeniculi āā Unc. unam, Syr. Alth. Libr. unam. Ph. Wirt.: Pulv. Pulmon. Vulpis, Pulv. Succ Liquir., — Hb. Capill. Ven, — Sem. Anisi, — Sem. Foenic. āā Unc. unam, Syr. simpl. Unc. quindecim. Disp. Lipp. parum discrepat.

LOOCH PULMONEM STIMULANS vid. Looch ad Asthma.

LOOCH PUERPERARUM Fuller.
Rec. Sperm. Ceti Drachm. duas, Pulv. Bals. Tolut. Drachm unam, Bals. Indic nigr., Tinct. Benzoës āā Drachm. semis, Vitell Ovi unum, Sacch. albi Unc. duas, Syr. simpl. q. s.

LOOCH AD RAUCEDINEM Fuller.
Rec. Sperm. Ceti Unc. semis, Sacch. albi Unc. unam, Syr. Balsam. Unc. tres.

LOOCH RUBRUM Fuller
Rec. Confect Fruct. Cynosbat. Unc. semis, Syr. Bacc. Sambuc, Ol. Amygd. dulc. āā Unc. unam.

LOOCH SANUM ET EXPERTUM Ph. Wirt.
Rec. Aq. Looch sani (p. 75) Libr. unam, Pinearum, Amygdal. dulc, Sem. Papav. alb āā Unc. semis, fiat Emulsio in qua solve Sacch. albi Unc. viginti, insperge Pulv. Rad. Liquir, Tragacanth, Gummi Arabici, āā Drachm tres, Ireos Flor. Drachm duas, agitatione misce.

LOOCH SAPONATUM Ph. Edinb.
Rec. Sapon. medicat. Drachm. unam, Ol. Amygd dulc. Unc. unam, Syr. Capill. Veneris Unc. unam et semis. (Cf. Linctus saponatus).

LOOCH SCILLITICUM
Rec. Looch oleosi Unc. quatuor, Mell. scill. Unc unam. (Cf. Looch ad Asthma).

LOOCH SIMPLEX s. leniens.
Ratier: Rec. Gummi Tragacanth. Gran. sex, Emuls. Amygd dulc. Unc. quatuor, Syr. Sacch. Unc. unam. Plerumque Looch oleosum hac voce intelligitur.

LOOCH AD STOMACACEN vid. Looch Oxymuriatis calcici.

LOOCH TEREBINTHINATUM vid. Looch leniens balsamicum (p. 533) et Olei Terebinth. (p. 533).

LOOCH CONTRA TUSSIM Saunders.
Rec. Laud. liq. Sydenh Drachm. semis, Ol. Amygd. dulc. Unc. unam, Vitell. Ovi Drachm. duas, Syr. Alth. Unc. tres.

LOOCH VERMIFUGUM vid. Looch anthelminthicum.

LOOCH VIRIDE s. cum Croco et Pistaciis. Grüner Leckſaft.
Ph. Gall. 1818: Rec Syr. Violar. Unc. unam, Tinct. Croci Scrup. unum, Aq. comm. Unc. quatuor, f. Emuls. cum Pistaciarum Drachm. sex, colat. adde Pulv. Gummi Tragacanth. Gran. sedecim, Ol. Amygd. dulc. Unc. semis, Aq. Naph. Drachm. duas.

LOOCH VITELLINUM Fuller.
Rec. Sperm. Ceti Drachm duas et semis, Vitell. Ovi unum, Ol. Amygd. dulc., Syr. Alth. āā Unc. unam.

LOTIO, Lotus, Lavacrum, Waſchung, Waſchmittel, *Lotion*. Medicamentum est externum liquidum, ad corporis partes lavandas aptum. Plerumque sola mixtione vel solutione paratur.

LOTIO ACETATIS MERCURII.
Rec. Mercurii acetati Gran. decem ad duodecim, Aq. Rosar. Unc. quinque.

LOTIO ACIDA, Saure Waſchung.
Rusti: Acid. nitric., Aq. Cinnamom. vinos. āā Unc. unam. Alia formula: Acidi nitrici Drachm. duas, Acid. muriat puri Drachm. tres, Aq. commun. Unc. sedecim. Soubeiran: Acidi nitrici Drachm. unam, Aq. comm. Libr. unam.

LOTIO ACIDI HYDROCYANICI, Blauſaure Waſchung
Magendie: Rec. Acidi hydrocyanici Drach. duas, Aq. Lactuc. Unc. sedecim. Richard: Acid. hydrocyan. Unc. semis, Spir. Vini rectss. Unc. unam, Aq. dest. Unc. decem et semis.

LOTIO ADSTRINGENS, Zuſammenziehende Waſchung.
Rec. Spir. Vini rectss. Unc. duas, Aq. Calc. Unc. octo. Spielmann: Flor. Zinci Gran. duodecim, Vitrioli de Cypro Gran. tria, Mell. rosat. Drachm. unam, Aq. Calcis Unc. duas.

LOTIO ALUMINIS Gray.
Rec. Aluminis, Acet. dest., Vitrioli Zinci āā Unc. semis, Aq comm. Libr. duas.

LOTIO ANODYNA Sainte Marie.
Rec. Capit. Papav. Unc. unam, Aq. ferv. Libr. duas et semis, coque ad Unc. sedecim remanent., col. adde Spir. Sal. Ammon. Unc. unam.

LOTIO ANTIPHLOGISTICA Gray.
Rec. Aceti Saturni Drachm. sex, Spir. Mindereri Unc. quatuor, Aq. dest. Libr. duas.

LOTIO ANTIPSORICA s Veratri mercurialis.
Augustin: Rec. Decoct. Hellebori albi Unc. octo, Calomel. Drachm. unam, Nitri Drachm. duas, Sal. Ammon. Unc. duas. Soubeiran: Mercur. subl. corros. Drachm. unam, Aq. dest. Unc. sedecim.

LOTIO ANTIRHACHITICA BONHOMME PIERQUIN: Rec. Ciner clavell depur. Unc. semis ad integram, Aq. comm. Unc. sedecim.

LOTIO ANTISEPTICA PIERQUIN: Acet Saturni Drachm. unam, Aq. Plantag. Unc. duas, vel: Decoct. Chinae Unc. quatuor, Camphor Drachm. unam.

LOTIO BARLOWI CONTRA TINEAM, s. sulphurata saponata. Burlow's Grindwasche.

Rec. Hepat. Sulphur. natrini Unc tres, Sapon albi Unc unam et semis, Spir. Vini rectss. Libr. unam, Aq. Calcis Libr. decem.

LOTIO CUM BORACE. SOUBEIRAN: Rec. Borac. Drachm. unam ad duas, Aq. comm. Unc. sedecim.

LOTIO CONTRA CONCELATIONES. Rec. Ciner. clavell. depur. Unc unam, Aq. Rosar. Libr. unam.

LOTIO CUPRI ACETATIS RENNIE. Rec Aerugin cryst. Unc. unam, Mixtur. camphor. Unc. duas.

LOTIO EXCITANS vid. Lotio Tartari emetici et Lotio Staphisagriae.

LOTIO EXSICCANS s. Plumbi composita. Rec. Acet. Saturn., Vitrioli Zinci ãã Unc. semis, Mercur. subl. corros Scrup. unum, Aq. comm Libr. duas. (Inepta formula).

LOTIO FLAVA s. lutea vid. Aqua phagedaenica (p 84).

LOTIO AD HAEMORRHOIDAS vid. Linimentum antihaemorrhoidale (p. 510).

LOTIO HELLEBORI s. helleborata SWEDIAUR. Rec. Rad Helleberi albi Unc. semis, Aq. ferv. Unc viginti, cola, adde Tinct. Helleb albi Unc. quatuor

LOTIO HYDROCYANICA vid. Lotio Acidi hydrocyanici (p. 534).

LOTIO HYDROSULPHURATA DUPUYTREN. Rec. Hepat. Sulphur. salini Unc. tres, solve in Aq comm Unc. sedecim, filtra; ante usum ex tempore adde Ol. Vitrioli Drachm. unam cum Aq comm. pauxillo diluti.

LOTIO INCITANS VOGT. Rec. Spir. Angelic. comp. Unc. quatuor, Spir. Sal. Ammon. vinos. Unc. unam.

LOTIO MERCURIALIS ALIBERTI vid. Aqua rubra (p. 88).

LOTIO MERCURIALIS MAREY. Rec. Mercur. vivi Drachm. duas, Acid nitric. Unc. quatuor, Aq. dest. Libr. decem.

LOTIO MYRRHAE. Rec. Tinct. Myrrh., Aq. Calcis ãã part. aeq.

LOTIO NITRICA vid. Lotio acida.

LOTIO NICOTIANAE. Hb. Nicot. Unc. duas, Aq. ferv. Unc. sedecim, infunde, cola.

LOTIO AD PERNIONES vid. Lotio contra congelationes.

LOTIO QUERCUS SATURNINA AUGUSTIN. Rec Decoct. Cort. Querc, Aq. vegeto-mineral. GOULARDI. ãã Unc. sex, Albumin. Ovor. duo, Liquam. Myrrh. Unc. duas.

LOTIO RESOLVENS. RICHARD: Calc. vivae Drachm. duas, Mercur. vivi Drachm. semis, trituratione Mercurium extingue, adde Aq. Sapon. Libr. duas; vel: Infus. Samb. Unc. quatuor, Spir. Vini rect., Acet Saturn., Laud. liq. SYDENH., Tinct. Benzoës ãã Drachm. unam.

LOTIO AD RHEUMATISMUM SPIELMANN. Rec. Ol. Terebinth., Acidi Salis ãã Unc. unam, Spir camphor. Unc. sex.

LOTIO SATURNINA s. plumbata vid. Aqua vegeto-mineralis GOULARDI (p. 94).

LOTIO AD SCABIEM. Waschung bei Krätze.

NASSE: Hepat. Sulph. salin. Unc. semis, Aq comm. Unc. sex. HARLESS: Vitrioli Zinci Drachm. unam ad duas, Decoct. Furfur. tritic. Libr. unam, Ol. de Cedro Gutt quatuor. DUPUYTREN vid. Lotio hydrosulphurata.

LOTIO SEDATIVA SWEDIAUR. Rec. Decoct. Capit. Papav. Libr. semis, Mercur. subl corros. Scrup. unum.

LOTIO E STAPHISAGRIA SWEDIAUR. Rec. Sem. Staphisagr. Unc. semis, Aq. ferv. Libr. unam, col. adde Spir. Vini rect. Libr. semis

LOTIO SULPHURIS RENNIE. Rec. Lact. Sulph. Drachm. duas, Sacch. Saturni Scrup. unum, Aq. Rosar. Unc octo.

LOTIO SULPHURATO-SAPONACEA. Rec Sapon. albi Unc tres, Aq comm. Libr quindecim, Flor. Sulph. Unc. tres.

LOTIO TARTARI EMETICI AUGUSTIN. Rec. Tartari emet Drachm. unam, Aq. ferv. Libr. unam, Spir camphor. Unc. semis.

LOTIO TEREBINTHINATA NIEMANN. Rec. Ol. Terebinth., Spir. Vini rectss. ãã Unc. quatuor, Camph. Unc. semis.

LOTIO AD TINEAM Grindwaschung. SPIELMANN: Rec. Calc. vivae Libr. unam, Picis alb. Unc. octo, Aq. comm. Libr. sex, coctione misce. Cf. Lotio BARLOWI et hydrosulphurata.

LOTIO VERATRI MERCURIALIS vid. Lotio antipsorica et Lotio Helleborata.

LOTIO VINOSA vid. Fomentatio.

LOTIO E ZINCO ET CUPRO vid. Lotio adstringens.

LOZENGES vid. Trochisci, Pastilli, Morsuli.

LUNA VITRIOLATA vid. Argentum sulphuricum (p. 101).

MAGISTERIUM ANTIMONII DIAPHORETICI vid. Antimonium diaphoreticum (p.36).

MAGISTERIUM BISMUTHI vid. Magisterium Marcasitae.

MAGISTERIUM CORALLIORUM, est Calcaria carbonica praecipitata ope Olei Tartari per deliquium ex solutione acetica Coralliorum.

MAGISTERIUM MARGARITARUM, MATRIS PERLARUM, OCULORUM CANCRORUM idem valent atque praecedens.

MAGISTERIUM JALAPPAE vid. Resina Jalappae.

MAGISTERIUM LAPIDIS CALAMINARIS est Lapis calaminaris Acido Salis solutus et Sale volatili iterum praecipitatus; praeparatum ineptum.

MAGISTERIUM MARCASITAE. Wismuthweiß. *Magistère de Bismuth*.

Synon.: Magisterium Bismuthi, Subnitras Bismuthicus (Gall.), Bismuthum nitricum v. subnitricum (Hann.), praecipitatum (Bor, Hamb., Slesv.-Hols. cet.), Bismuthum oxydatum album, Bismuthum oxydatum subnitricum, Nitras Bismuthi basici Oxydi incompleti (Bat.), Nitras Bismuthi praecipitatus s. quadribismuthicus, Marcasita alba s. Hispanica. Spanisch Weiß. Basisch salpetersaures Wismuthoxyd. *Blanc de fard, Blanc d'Espagne.*

Rec. Acidi nitrici decoloris Uncias tres,

immitte in cucurbitam vitream et sensim adjice Bismuthi pulverati Unciam unam, vel quantum in acido caloris ope dissolvitur. Liquorem limpidum (filtrandum si opus fuerit) decantha in patinam porcellaneam, et dimidium voluminis evaporatione consume, tum simul in Aquae communis Libras tres conjice et miscelam bene exagita. Liquori turbido sensim inter agitationem instilla Spiritum Salis Ammoniaci causticum, ante cum quadruplo pondere Aquae destillatae dilutum, donec acidi excedentis pars aliqua saturata fuerit, liquor vero semper reactionem insigniter acidam monstret.

Sedimentum copiosum cito in linteum humectatum antea atque expansum conjice, Aqua destillata parum lava, torquendo exprime et sicca in loco umbroso. *Part. const.* Acidi nitrici unum, Bismuthi oxydati quatuor Pond. Mixt. et Aqua. *Vis:* antispastica.

Sit pulvis albissimus, subtilissimus, inter digitos facillime et aequabilissime conterendum, texturae crystallinae, ab aqua (praesertim fervida) decomponitur extractione Acidi, chartam coeruleam exploratoriam humectatam colore rubello tingat, Acido nitrico diluto penitus solvatur.

Usus: in cardialgia, spasmis ventriculi.

De praeparationis argumentis atque dissensu parum tantum afferendum. Evaporatione liquidi supra exposita Acidi excedentis pars dispellitur, quae praecipitationi penitiori obsteterat. Cave ne Spiritum Salis Ammoniaci causticum usque ad acidi saturationem addas, quo fit, ut Acidum nitricum ex sedimento abripiatur, et praeparati color in flavum aliquantulum vergat. Ex liquoribus filtratis adhuc acidis Natro carbonico addito Bismuthi oxydum aliquantulum praecipitatur, quod asservatum proximae parationi adjicitur. Luci expositum cinerascere dicitur, cui subscribere non audeo.

MAGISTERIUM MATRIS PERLARUM vid. Magisterium Coralliorum.

MAGISTERIUM OPII Ludovici.

Rec. Opii q. v., dissolve in Aceto, cola, adde Liquor. Cinerum clavell. depur. quamdiu praecipitatum oritur, quod in filtro collectum atque elotum siccatur.

MAGISTERIUM PLUMBI s. SATURNI dicitur Cerussa (Plumbum carbonicum) ex Saccharo Saturni ope Cinerum clavell. depur. praecipitata. Large obtinetur in paranda Terra foliata Tartari, quam vocem vide.

MAGISTERIUM SULPHURIS est Lac Sulphuris.

MAGISTERIUM TARTARI PURGANS est Terra foliata Tartari.

MAGISTERIUM VITRIOLI MARTIS est Crocus Martis aperitivus.

MAGISTERIUM ZINCI vid. Flores Zinci.

MAGMA SCYTODEPSICUM EX QUERCU vid. Linimentum saturnino-quercinum (p. 513).

MAGNES ARSENICALIS, Lapis de tribus, Arsenikalischer Magnet, Spiesglanzhaltiger Arsenrubin, Pyrmesanstein.

Rec. Arsenici crystallini, Antimonii crudi, Sulphuris flavi $\bar{aa}$ Unc. duas. Fiat omnium pulvis subtilis, quem in vitrea retorta arenae impone, ac in igne, sensim aucto, tam diu detine, a fumo exhalante sollicite tibi cavendo, donec omne liquescat, quod stilo ferreo mundo explorari potest; tum refrigescat retorta, qua fracta, materiam, lapidis instar induratam, fusci coloris, exime ac serva.

MAGNESIA AERATA s. alba s. carbonica, s. communis, s. cretosa, s. dulcis, s. mitis, s. Salis amari, s. subcarbonica, cet. vid. Magnesia alba (I, p. 176).

MAGNESIA CALCINATA vide Magnesia usta.

MAGNESIA HENRY, Henry's Magnesia, *Henry's Magnesia* (apud Anglos).

Est Magnesia usta gravis, dura, granulosa, acidis dilutis non dissolvitur vel saltem tardissime, ab HENRY in Anglia praeparata, magni pretii vendita, et ab Anglis plus aequo jactata. Hae varietates ei potissimum debentur, quod Magnesia alba vehementissimo igne diu usta sit, quod Sal Sodae loco Cinerum clavellatorum pro praecipitatione ex Sale amaro a Calcariae vestigiis purissimo adhibitum sit. Hoc igitur spectandum, si Magnesiam HENRY imitari studes. Solve Sal amarum purissimum in Aqua destillata, nec fontana, a qua odor argillaceus nauseosus contrahitur, fervidam solutionem praecipita cum solutione Salis Sodae, praecipitatum lava cum Aqua destillata (vel pluvia in vasis vitreis mundissime servata) in linteo expanso, adhuc humidum in modulum summa vi comprime, exsicca, et statim ure summo calore, quem excitare poteris, per horas sex ad octo. Summae munditiei ubique in hoc labore est studendum. Serva in vasis bene praeclusis. Magnesiae ustae communi non adeo induratae pro usu medico est postponenda.

MAGNESIA MURIATICA s. hydrochlorica, Murias Magnesiae, Chloruretum Magnesii. Salzsaure Bittererde, Chlormagnium. *Hydrochlorate de Magnésie, Chlorure de Magnésium crystallisé.*

Rec. Magnesiae albae quantum vis, adde Acidi muriatici puri q. s. ad Magnesiam fere totam dissolvendam, caloris ope actioni favens. Filtra et ebulliendo evapora ad pond. spec. 1,380—1,400; tum liquidum in vas orifici amplioris ingere, cavens ne caloris vi dirumpatur, quod assidua agitatione, vel praevie calefaciendo in aqua fervida evitatur. Epistomio imposito sal crystallinum concrescat, quod nisi fit, ulteriore evaporatione opus est. Servetur in vasis optime ab aëre praeclusis, ex quo humorem avide colligit. *Vis:* laxans. *Usus:* in Aquis soteriis artefaciendis.

MAGNESIA NITRI est Magnesia alba. I, p. 176.

MAGNESIA PHOSPHORICA, Phosphas Magnesiae. Phosphorsaure Bittererde, Phosphorsaure Magnesia. *Phosphate de Magnésie.*

Rec. Acidi phosphorici ex ossibus q. vis, dilue cum Aquae octuplo et satura cum Magnesia alba. Liquorem a sedimento filtra, et spontanea evaporatione in crystallos redige. Coctione decomponitur in sal acidum solubile et basicum non solubile Usus nullus.

MAGNESIA STIBIATA Ph. paup Hamb.

Rec. Magnes. albae Unc. semis, Tartari emetici Gran. quatuor, m.

MAGNESIA SULPHURICA vid. Sal amarum (I, p 299).

MAGNESIA SULPHURICA DEPURATA vid. Sal amarum depuratum (infra).

MAGNESIA USTA. Gebrannte Magnesia. *Magnésie calcinée.*

Synon.: Magnesia calcinata, s. pura, Oxydum Magnesii. Reine Bittererde. *Magnésie pure.*

Magnesiam albam per cribrum trajectam immitte in crucibulum Hassiacum novum (vel ad eundem usum tantum adhibitum) donec plane repletum fuerit, impone operculum figulinum aptum et crucibulum in furnum anemium colloca. Prunis ardentibus circumjectis rubescat per horam dimidiam. Operculo caute, ne carbones incidant, demto ex medio crucibulo spathulae ope pauxillum Magnesiae exime, in vitro probatorio primum Aquam, tum Acidum muriaticum affunde ex-

plorans, num effervescentia adhuc cieatur; quod nisi fit, Magnesiam totam ex crucibulo, inter prunas adhuc collocato, ope cochlearis ferrei, longo manubrio instructi, exime et in patinam fictilem conjice; in crucibulum vacuum iterum Magnesiam albam ope cochlearis ingere ad marginem fere, operculum impone, et iterum ure, quod nunc multo citius fiet. Magnesiam ustam interdum frigefactam cito lagenis vitreis optime muniendis conde. Post horae quadrantem vel dimidium (pro crucibuli capacitate) explorationem alteram institue, Magnesiam ustam exime, Magnesiam albam iterum ingere, hasque operationes toties repete, donec justa praeparati moles obtenta fuerit, quam cito in lagenas ingere. *Part. const.* Magnesii et Oxygenii aequalia pond. mixt. *Vis:* antacida, absorbens, purgans.

Sit pulvis levissimus, albissimus, Acidis dilutis absque effervescentia ex toto solubilis, solutio cum Ammonio liquido saturata addita solutione Kali oxalici minime turbetur, quo facto Calcaria indicaretur.

Usus: in soda, flatulentia, ad purgandam alvum, in torminibus ventris infantum et dentitione gravi.

Codices in paranda Magnesia usta non nisi temporis spatio discrepant, per quod Magnesiam uri praecipiunt, plerumque nescii, quid sibi velit rubescentia per horas duas vel tres producta. Magnesia alba ustione in volumen angustius redigitur, atque in statum condensatum, quae Acidis solventibus tardius cedit. Hunc finem certissime summo ad albedinem usque igne per longum tempus producto attinges, nec vero diutina rubedine. Quum acidi carbonici jactura tantum spectatur, et hic nervus totius rei jacet, nostra methodus sufficit; quum vero Magnesia usta dura, gravis, postulabitur, vehementissimo calore opus est. At solubilitas atque laxitas virtus potius, quam vitium esse videtur. Consuetudini et menti eorum, qui Magnesia utuntur, aliquid est tribuendum. (Cf. Magnesia Henry).

MAGNESIA VITRIOLATA vid. Sal amarum.

MAGNESIUM NIGRUM vid. Magnesia Vitriariorum (I, p. 176).

MALAS FERRI IMPURUS vid. Extractum Martis pomatum (p. 409).

MANGANESIUM ACETICUM, Essigsaures Manganoxydul, *Acetate de Manganèse.*

Rec. Manganesii carbonici (quod vide) q. v., solve in Aceto concentrato, filtra, et evaporatione in crystallos redige, tabulares, amethystini coloris, Aqua et Spiritu Vini facile solubiles.

MANGANESIUM CARBONICUM, Kohlensaures Manganoxydul. *Carbonate de Manganèse.*

Rec. Residuum ex paratione Gas Chlori ex Magnesia Vitriariorum et Acido Salis crudo; filtratione liquidum separa, hoc evaporatione rapida consume et igne forti funde in crucibulo Hassiaco. Iterum dissolve, filtra, et liquorem limpidum non calidum praecipita cum solutione Salis Sodae quamdiu sedimentum enascitur, quod Aqua destillata bene lotum siccatur. Pulvis albidus vel leviter flavus, acidis cum effervescentia solubilis, ustione fuscescit. Ex Manganesio sulphurico crystallisato quoque praecipitari potest

MANGANESIUM MURIATICUM, Chloretum Manganii, Salzsaures Manganoxydul, Chlormangan, *Chlorure de Manganèse.*

Rec. Residuum ex paratione Chlori cum Magnesia Vitriariorum atque Acido Salis, filtra, liquorem rapido igne consume, massam siccam in crucibulo Hassiaco funde, solve, filtra, iterum ad crystallisationem redige. Sunt crystalli tabulares, quadratae, roseae, ad aërem expositae facillime humorem contrahunt, ergo serventur in vitro orificii amplioris epistomio vitreo optime munito.

MANGANESIUM SULPHURICUM, Sulphas manganesicus, s. manganicus, Schwefelsaueres Manganoxydul, *Sulphate de Manganèse.*

Rec. Magnesiae Vitriariorum, humecta Oleo Vitrioli in pultem liquidam, ingere in crucibulum Hassiacum (vel retortam fictilem, si Oxygenium vis colligere) et igne circumdato sensim aucto liquidum penitus consume, donec massa sicca supersit (vel Oxygenii evolutio cessaverit); residuum contunde, Aqua destillata solve, filtra, et ad crystallisationem evapora. Crystalli decolores, plerumque laete roseae, Aqua facile solubiles, ad aërem fatiscentes, ergo in vitro serventur.

MANNA METALLORUM vid. Calomel (p. 146).

MANNA TABULATA, Mannatafeln. *Tablettes de Manna.*

Rec. Mannae Calabr. Libr unam et semis, coquendo solve in Aq. comm Unc. sex, adde colaturae Sacch. albi Unc. sex, coque ad consistentiam justam et effunde in modulos chartaceos tabulaeformes

MANNA TARTARISATA vid Pastilli de Manna tartarisata.

MANNITUM, Saccharum Mannae, Mannazucker, Mannastoff, Mannit. *Mannite.*

Rec. Mannae in lacrymis quantum vis, immitte in cucurbitam vitream, et affunde Spiritum Vini rectificatum ut parum superemineat, miscelam calefac in balneo Aquae ad ebullitionem et sensim Spiritum affunde, donec Manna tota soluta fuerit Citissime filtra. Liquor refrigeratus in massam fere solidam concreverit. Hanc linteo inclusam fortiter exprime ut lixivium matris emanet. Placentam expressam leni calore exsicca et in pulverem contritam serva. Crystallos si exhibere vis, Spiritus Vini major copia est adhibenda et crystalli obtentae charta bibula impositae absque ulla pressione siccescant

Liquores expressi destillatione Spiritum edunt et Manniti novam vim sed impuram, quae alteri praeparationi adjiciatur. Extrema lixivia matris ope eboris usti decolorentur. Crystallorum forma pro usu medico nullius est momenti, et praeparatum reddit pretiosius propter Spiritus magnam vim, quae exsiccatione in aërem dissipatur. *Part. const.* Carbonei sex, Hydrogenii quatuordecim, Oxygenii sex pond. mixt. Vis laxans Mannae in eo habitare praedicatur, ab aliis negatur. Hauriatur semper in solutione adhuc calida. Medicamentum certioris dosis est, quam Manna nativa, feminis atque infantibus gratum atque aptum. Est pulvis albus, vel crystalli aciculares, sericeae, absque odore, saporis grati dulcis, aqua solubilis, Spiritu Vini frigido parum, fervido persolubilis. Ph. Gall. 1837 recepit.

MANULUVIUM IRRITANS.

Pulv. Sinapeos Unc. tres, Aq. calidae q. s. ad manuluvium.

MARGARITAE PRAEPARATAE sicut Conchae praeparatae (p. 193).

MARMELADA ADSTRINGENS vid. Conditum corroborans (p. 195), — **NEPHRITICA** vid. Conditum nephriticum (p. 195).

MARMELADA EXPECTORANS s. de Zanetti.

Rec. Kermet. mineral. Gran. quatuor, Mannae in lacrim Drachm sex, Ol. Amygd. dulc., Syr scillit., Syr. Senegae āā Drachm. duas.

MARMELADA FEBRIFUGA vid. Linctus febrifugus.

MARMELADA de Hahn vid. Linctus.

MARMELADA IREOS SACCHARATA, s. Conditum Ireos saccharatum. Veilchenwurzelmarmelade.

Rec. Rad. Ireos Flor. Libr. unam, Ciner. clavell. depur. Unc. unam, Rad. Scill. contus. Drachm. unam, Aq comm Libr. quatuor, digere blando igne donec mollefiant, trajice per cribrum, residuo novam Aquam infunde, macera, iterum cola; tum adde Sacchari, Syrupi simpl. āā Libr. tres, evapora ad spissam consistentiam, adde Extr. Martis pomati Unc. duas.

MARMELADA STIMULANS.

Rec Zingiber. pulv Cochlear. minus, Mell. Narbon. Unc. sex, m.

MARMELADA Tronchini vid. Linctus laxans Tronchini (p. 507).

MARMELADA de Zanetti vid. Marmelada expectorans

MARS SOLUBILIS vid. Tartarus chalybeatus.

MARS SOLUBILIS NITRATUS Vogler Weilb.

Rec. Tartar. chalybeat. Unc. unam, Nitri Drachm. duas, Sacchar. albi Unc semis, m. in pulv.

MARS VITRIOLATUS vid Vitriolum Martis.

MASSA DE ALTHAEA vid. Pasta Althaeae.

MASSA BALSAMI COPAIVAE Ph. Hamb

Rec. Balsami Copaivae Unc. duas, Magnesiae recenter ustae Drachm. unam, bene mixta seponantur, ut fiant massa consistentiae terebinthinae spissioris.

MASSA CAUSTICA v. Cataplasma Cantharidum (p. 154).

MASSA CAUSTICA Rousseloti.

Rec. Arsenic. albi Drachm. duas, Cinnabaris Unc. quatuor, Sang Dracon. Unc. duas.

MASSA DESOBSTRUENS vid. Pilulae resolventes.

MASSA EPISPASTICA Vogler Weilb.

Rec. Ferment. panis secalin. Unc. unam et semis, Farin. Sem. Sinap Unc. semis, m.

MASSA AD FORNACEM, s. odorifera. Ofenlack, Storax.

Rec. Pulv Benzoës Unc. unam, Styracis Unc. semis, Terebinth. Venet. Drachm unam, Balsam. Indic. nigri Drachm. semis, Ol. Bergamott., - Lavendul. āā Gutt. viginti, — Caryophyll. Gutt. decem. Ph. Wirt.: Rec. Benzoës Unc sex, Storacis Calamitae Unc. quinque, Ladani Drachm sex, Terebinthinae Unc semis. Pulverisata immittantur sartagini, atque in vas aquae bullientis demittantur, quo liquescant; liquatis adde Olei destillati Ligni Rhadii, — Caryophyllorum, — Lavendulae āā Scrup. unum, Balsami Indici nigri Drachm. unam et semis, Spodii nigri praeparati Drach. duas; optime misceantur, et formentur ex massa cylindri, Cerae sic dictae Hispanicae instar.

MASSA GUMMOSA s. Gummi Arabici vid. Pasta Althaeae.

MASSA LIQUIRITIAE FUSCA Ph. Paris. vet. Braune Lakritzenmasse.

Rec. Succi Liquiritiae Unc. octo, Gummi Arabici Libr. duas, Sacchari albi Libr. unam, Solvantur in Aquae commun s. q., coquantur leni igne ad extracti solidi consistentiam, massam calentem supra tabulam marmoream Oleo Amygdalarum inunctam effunde et in bacillos, leni calore siccandos, atque calido loco asservandos, redige.

MASSA MERCURIALIS MOLLIS vid. Pilulae Bellosti.

MASSA MERCURIALIS SICCA vid. Mercurius gummosus.

MASSA ODONTALGICA Vogleri Weils

Rec. Pulv. Mastiches, — Sandarac Drachm duas, — Sang. Dracon. Scrup. semis, Opii Gran. sex, Ol. Anthos Gutt. octo, Spir. Cochlear. q. s. ut fiat massa consistentiae emplastri. Formula brevior sistit: Sandarac part. duas, Mastich. part. unam, Spir. Vini rectss. q. s. ad massam lentam, quae in dentes adesos immittitur.

MASSA PILULARUM BALSAMICARUM Hoffmanni.

Rec. Extr. Absinth. Unc. semis, Myrrh Drachm. tres, Aloës Drachm. unam, Pulv. Gentian. q. s.

† **MASSA PILULARUM DE CYNOGLOSSO**, Pilulae de Cynoglosso. Hundszungepillen. *Pilules de Cynoglosse.*

Ph. Brunsv., Palat., Wirt.: Rec. Radicum siccatar. Cynoglossi, Semin. Hyoscyami albi, Extr. Opii aq. āā Unc. semis, Myrrh. Drachm. sex, Olibani Drachm quinque, Styrac. Calamit., Caryophyll., Cinnamomi āā Drachm. duas, fiat massa pilularum cum Succi Cynoglossi et Syrupi Violarum āā pond. aequali. Plurimae exstant hujus formulae varietates, quas enumerare longum est.

† **MASSA PILULARUM DE CYNOGLOSSO CUM CASTOREO**, Hundzungepillen mit Bibergeil.

Adde formulae antecedenti Croci, Castorei āā Drachm. duas.

MASSA PILULARUM FRANCOFURTENSIUM. Frankfurter Pillen, Postpillen.

Rec. Hb. Gratiolae Unc. duas, — Card. bened., — Centaur. min. āā Unc. unam, — Fumariae, Colocynth. āā Unc. unam et semis, Rad. Hellebori nigri Libr. tres, coq. cum s. q. Aq. comm. in colatura dissolve Aloës Libr. septem, fiant pilulae pond. Gran. unius.

MASSA PILULARUM ceterarum vid Pilulae.

MASTICATORIUM PRO EQUIS.

Rec. Lign. Lauri, — Juniperi, Asae foetid, Hepat. Antimon., Rad. Pyrethri āā q. v.

MASTICATORIUM EXCITANS s. Pyrethri Pearson. Reizende Kaumasse.

Rec. Pulv. Rad. Pyrethri, Mastich. āā Drach. unam, fiat massa in duas partes aeq. dividenda.

MASTICATORIUM ZINGIBERIS Black.

Rec. Pulv. Rad. Zingib. Drachm. semis, Mastich. Drachm. unam et semis, f. pastilli sex.

MATERIA PERLATA Kerkringii, Magisterium Antimonii diaphoretici. Kerkring's Perlmaterie, Antimonsäurehydrat, *Matière perlée de Kerkringius*, *Acide antimonique.*

Aquis ex lotione Antimonii diaphoretici (p. 37) obtentis instilla Spiritum Vitrioli (Acidum sulphuricum dilutum), quamdiu praecipitatum efficitur, quod in linteo collectum, et elotum calore medio siccetur. Jam dudum exolevit. Ph. Gall. 1837 iterum recepit.

MEDULLA BOVIS PRAEPARATA. Präparirtes Ochsenmark. *Moëlle de boeuf.*

Rec. Medullam bovis, ex ossibus crassioribus recentem lenissimo calore (in balneo aquae) liqua, per linteum trajice atque leviter exprime. Sit coloris, odoris putridi vel rancidi vel empyreumatici plane expers. Paretur, quantum fieri potest, ex tempore.

MEL ACETI vid. Oxymel simplex.

MEL COLCHICI vid. Oxymel Colchici.

MEL SCILLITICUM vid. Oxymel Scillae.

MEL AEGYPTIACUM vid. Unguentum Aegyptiacum.

MEL ANTHOSATUM. Rosmarinhonig.

Rec. Florum Rorismarini recent. (vel si deficiunt, Herbae Rorismarini) Unc. octo, Aq. comm. ferv. Unc. quatuor, Mell. despum. calent.. Libr. duas, infunde in vitro, digere per dies 10 ad 12 in loco calido, denique in balneo Aquae fervidae, tum cola cum expressione.

MEL ARMORACIAE, Mährrettighonig.

Ph. Suec. Rec. Mell. albi Libr. unam, Succi expressi Armoraciae Unc tres.

MEL BORACIS s. boraxatum. Boraxhonig.

Rec. Borac. pulv. Drachm. unam, Mell. despum. Unc. unam. Cf. Linctus de Borace.

MEL CHELIDONII Schöllkrauthonig.

Disp. Fuld. Rec. Mell. crudi Libr. tres, Succi Chelidonii Libr. duas, coque donec spuma excerni desinet, cola per manicam et consume ad Syrupi spissitudinem.

MEL DESPUMATUM.

Abgeschäumter Honig. ***Miel depuré.***

Synon.: Mel depuratum, Mellitum simplex, Syrupus Mellis. Gereinigter, geklärter Honig. ***Mellite simple, Sirop de Miel.***

Rec. Mellis crudi, bonae notae,
Libras duodecim,
Aquae comm. Libras quatuor,
leni calore solve.
Seorsum recipe
Albumina Ovorum gallinaceorum quatuor,
et scopae salicinae ope cum Aquae pauxillo pulsando in spumam redige, cui inter perpetuam agitationem caute atque sensim solutionem Mellis adjice. Miscela igni imposita ad albuminis coagulum calefiat semel ebulliat, atque per manicam laneam trajiciatur. Liquidum ab initio transmissum tamdiu in manicam refundatur, donec limpidum transierit. Quum totum filtratum per manicam fuerit, in aheno stanneo lenissimo calore et absque ulla ebullitione diligenter spathula agitatum evaporet, ut frigefactum Syrupi spissioris consistentiam habeat. *Vis:* resolvens, bechica, sublaxans, maturans.

Sit liquor syrupiformis, limpidus, coloris laete flavi, saporis dulcissimi blandi, odoris mellitici. Ex laborantis incuria interdum color intense fuscus et sapor adustionis progignitur; ex Mellis crudi prava indole acidum adesse potest. Hae quidem praeparationes rejiciantur.

Usus: pro Syrupo vilitatis causa in pauperum curatione adhibetur; in tussi catarrhali, alvi segnitie, ad maturandos abscessus et in clysmatabis eccoproticis.

In depurando Melle hoc potissimum spectetur, ut genuini Mellis, quod dicitur virgineum, indoles obtineatur. Ergo longa evaporatio, qua color detrimentum capit, ideoque aquae addendae nimia copia caute sunt evitanda. Aquae triens Saccharo depurando quoque in officinis sacchárariis additur; sufficit praeterea pro solutione et colatione, quare hanc rationem amplexi sumus. Mellis aciditas, ex acido lactico oriunda, Cretae pauxillo addito bene corrigitur, at Calcaria lactica Melli despumato inest, eique vim laxantem, ab hoc acido allatam, conservat. Ne nimium evaporatione spissescat et sensim saccharum grumosum in urceis, in quibus asservatur, demittat. Nimium tenue et loco non satis frigido repositum fermentationem subit.

MEL GLYCYRRHIZATUM s. Liquiritiae Süßholzhonig.

Ph. Polon. Rec Rad. Liquirit. Unc. octo, Aq comm. ferv. Libr. tres, liquor expressus evaporet ad remanent Unc. quatuordecim, quibus adde Mell. albi Libr. quinque, mixta coque leni igne ad Syrupi spissitudinem. Ph. Hamb. prope accedit.

MEL HYDRARGYRI s. mercuriale Mercurialhonig.

Rec. Mercurii vivi, Mell. despum. āā par pondus, tritura ad extinctionem.

MEL MERCURIALIS ANNUAE. Bingelkrauthonig.

Rec. Succi Hb Mercurial. annuae, Mell. albi āā pond aequalia, coque inter despumationem ad Syrupi consistentiam. Ph. Gall. 1837 recepit.

MEL MERCURII DULCIS s cum Calomelle.

Rec. Calomell. Drachm. unam ad duas, Mell. despum. Unc. unam, misce triturando.

MEL MORORUM Maulbeerenhonig.

Ph. Hisp. Rec. Succi Moror Libr. unam, Mell. albi Libr. duas, Aq. comm. q. s., coque ad Syrupi spissi consistent.

MEL RORISMARINI vid. Mel anthosatum.

MEL ROSATUM. Rosenhonig. *Miel rosat.*

Synon.: Mel rosaceum, s. de Rosis. s. Rosae Gallicae, Rhodomel, Mellitum Rosarum, Mellitum cum Rosis rubris. *Mellite de Roses rouges.*

Rec. Florum Rosarum incarnatarum siccatarum Uncias octo, affunde Aquae comm. fervidae
Libras quatuor,
sepone per noctem, tum cola cum expressione. Liquor inde obtentus cum
Mellis despumati Libris octo
mixtus leni igne ad Syrupi spissitudinem evaporet. Serva loco frigido. Vis: abstergens.

Sit limpidum et coloris fusci, odoris ac saporis empyreumatici vel acidi expers.

Usus: externus ad aphthas oris, aliaque ulcuscula depuranda.

Plurimi Codices Germaniae e. gr. Bor., Hann., Hamb., Hass., Oldenb., Saxon., Slesv.-Hols., praeterea Fenn., Suec. hanc formulam bene concinnam receperunt. Alii Flores Rosarum recentes postulant, quae neque semper, neque ubique terrarum praesto sunt, ideoque quum bene siccatis non antecellant, derelinquendi. Alii denique Flores Rosarum rubrarum volunt, majore virtute adstringente praeditos. Hoc quidem ex arbitrio scriptorum pendet, sumantne Rosas pallidas an rubras. Ponderum varietates referre operae pretium vix est. Ph. Gall. 1837. Flor. Rosar. rubr. partem unam, Aquae fervid., Mel despumat āā part. sex. Ph. Edinb. Rosar. part. unam, Aq ferv. part. duodecim, Mell. despum. part. sedecim, cett.

MEL ROSATUM SOLUTORIUM

Rec. Succi Rosar. incarnat. Libr. tres, Mell. albi Libr. duas, coctione ad justam consistentiam consume. Ph. Sard. Mellis et Succi par pondus.

MEL RUBI IDAEI Himbeerenhonig.

Van Mons: Rec. Succi Bacc. Rubi Idaei rec. express. part. unam, Mell. albi part. tres, misce frigide, sepone et decantha.

MEL SAMBUCI Hollunderhonig.

a) cum Floribus. Ph. Wirt. Rec. Flor. Sambuc. recent. Libr. unam, macerentur in Mell. despum. Libr. duabus in vase vitreo, additis Aq. Flor. Sambuci Unc. sex, tum coque blando igne, cola cum expressione et ad justam consistentiam redige *β*) cum Baccis. Ph. Hisp. Rec. Succ. Bacc. Sambuci express., Mell albi āā Libr. duas, Aq. q. s., coque ad Syrupi consistentiam, cola.

MEL SAPONIS vel rectius SAPONATUM

Rec. Sapon. commun., Mell. crudi āā Unc. quatuor, Sal. Tartari Unc. semis, Aq. Fumar. Drachm. duas.

MEL SCILLAE COMPOSITUM Ph. Amer. Zusammengesetzter Meerzwiebelnhonig.

Rec. Rad. Scillae sicc. et contus., Rad. Senegae āā Unc quatuor, Aq comm. Libr. quinque et Unc. quatuor, coque blando igne ad dimidiae partis aquae consumtionem, cola, adde Mellis despum. Libr. duas, dein coque ad Libr. quatuor, et hujus Syrupi Libris singulis adde Tartari emetici Gran. tria.

MEL TEREBINTHINATUM Honig mit Terpenthinöl.

Rec. Mell. albi Unc. unam, Ol. Terebinthinae Drachm. duas.

MEL VIOLARUM paretur sicut Mel rosatum substituendo Flores Violarum in locum Florum Rosarum.

MELILOTINUM vide Coumarinum (p. 207).

MELLAGO GRAMINIS, — TARAXACI vide Extractum Graminis, — Taraxaci liquidum.

MELLICRATUM vid. Hydromel.

MELLITUM vid. Mel.

MELLITUM DE ACETATE CUPRI vid. Unguentum aegyptiacum.

MENISPERMIUM vid. Cocculium (p. 185).

MENSTRUUM AURI vid. Aqua regis (p. 87).

MEPHITIS HEPATICA vid. Aër hepaticus (p. 27).

† MERCURIUS ACETATUS s. aceticus, Protoacetas Mercurii, Acetis Hydrargyri s. hydrargyrosus, Hydrargyrus acetatus s. aceticus, Sal Mercurii acetosus, Sperma Mercurii, Terra foliata Mercurii s. mercurialis. Essigsaures Quecksilberoxydul. *Acétate de Mercure, Acétate de Protoxide de Mercure, Terre foliée mercurielle.*

Rec. Mercurii nitrosi crystallisati Unc. semis, in mortario tritum dissolve in Aquae destillatae, cum guttulis Acidi nitrici puri acrefactae, Unc. tribus (filtra si opus fuerit), et solutioni adjice Liquorem Terrae foliatae Tartari quamdiu praecipitatum album efficitur; tum parum adhuc adde ut aliquantulum excedat. Sedimentum interdum agitatum stet per aliquot horas, tum in filtro colligatur, Aqua destillata frigida abluatur, et charta bibula involutum exsiccetur absque calore et a luce praeclusum. Siccum servetur in vasis luci imperviis, cujus accessu cinerascit et decomponitur.

Sit pulvis albus, splendoris sericei, Spermatis Ceti similitudinem referens; aqua frigida parum dissolvitur, fervida uberius sed cum decompositione quadam. Hac de ratione minime conducit Salium solutiones fervidas vel calidas commiscere, ex quo magna praeparati jactura efficitur. Sedimentum scilicet griseum, Mercurio vivo gravidum, efficitur, et Oxydum Mercurii solutione continetur. Solutio Terrae foliatae Tartari a Chloridis sit libera oportet, quod solutione Argenti acetici exploratur. Guttulas acidi acetici antea addere non improprium est. Ex solutionibus dilutioribus praecipitatum magis lamellosum enascitur. Constat ex Acidi acetici et Oxyduli Mercurii singulorum uno pondere mixtionis. Aquam non continet.

† MERCURIUS ACETATUS OXYDATUS. Essigsaures Quecksilberoxyd. *Acétate de Peroxyde de Mercure.*

Mercurius praecipitatus ruber Acido acetico diluto caloris adminiculo solvatur, solutio parum evaporet ut crystalli tubulaeformes exoriantur, quod quidem satis difficile cedit. Usus nullus. Cetera omittamus.

MERCURIUS ALCALISATUS CUM CRETA, Hydrargyrum cum Creta, Aethiops alcalisatus, Pulvis Mercurii et Cretae. Merkur mit Kreide, Alkalisirter Merkur.

Ph. Lond. 1836. Rec. Mercurii vivi Unc. tres, Cretae praeparatae Unc. quinque, tritura ad perfectam extinctionem. Alii Oculos Cancrorum loco Cretae ponunt, e. gr. Ph. Fuld., Wirt. — Ph. Dubl. Mercur. vivi, Mannae āā Unc. unam, Cretae praep. Unc. semis, adde Aquae pauxillum ad Syrupi consistentiam, et ad Mercurii extinctionem optime contere; denique cum Aqua fervida elutria pulverem in filtrum, Mannam penitus ablue et residuum exsicca.

MERCURIUS ALCALISATUS CUM MAGNESIA, Hydrargyrum cum Magnesia. Magnesiamerkur.

Disp. Lipp. Rec. Mercurii vivi Unc. semis, Magnesiae albae Unc. unam, contere ad extinctionem. Ph. Dubl. sicut Mercurius alcalisatus cum Creta ejusd. Pharm., substituendo Magnesiam in Cretae locum.

MERCURIUS CUM ANTIMONIO vid. Aethiops antimonialis (p. 28).

† MERCURIUS BORAXATUS, Boras Hydrargyri, Sal sedativum mercuriale. Borarsaures Quecksilberoxydul. *Borate de Mercure.*

In solutionem Mercurii nitrosi frigidam et saturatam instilla solutionem Boracis Venetae concentratam, quamdiu praecipitatum efficitur, quod in filtro collectum, parum lavatur atque siccatur.

HENRY et GUIBOURT praecipiunt Boracis part. 15 et Mercurii sublimati corrosivi part. 34, singula seorsum soluta commisceri, et praecipitatum enatum bene lotum siccari. Usus nullus.

† MERCURIUS BROMATUS, s. Bromidum Hydrargyri, Bromidum hydrargyricum. Quecksilberbromid, Bromquecksilber. *Perbromure de Mercure.*

Rec. Bromi Drachmas tres; in lagenam epistomio vitreo munitam immissis adde Aquae destillatae Uncias tres, tum Mercurii vivi depurati Unciam dimidiam. Miscelam optime exagita donec Mercurius disparuerit, tum calefac ad ebullitionem, adjice Aquae destillatae tantillum, ut omnia soluta sint et filtra fervida. Crystalli enascuntur in refrigerio, tenues argentei splendoris, saporis styptici metallici, aqua parum solubiles, Spiritu Vini et Naphtha persolubiles; aestu ex toto avolent. Constat ex Mercurii uno, Bromi duobus Pond. Mixt. (Hinc inde in Syphili debellanda tentatum).

† MERCURIUS BROMOSUS, Brometum hydrargyrosum. Quecksilberbromür, Einfach Bromquecksilber. *Bromure de Mercure.*

Rec. Kalii bromati quantum vis, solve in Aquae destillatae decuplo, tum sensim inter agitationem instilla Solutionem Mercurii nitrosi, cavens ne Kalium bromatum penitus decomponatur et Mercurius nitrosus excedat. Sedimentum in filtro collige, et Aqua destillata bene lavatum sicca.

Sit pulvis albus vel leviter flavidulus, aqua non solubilis, igni volatilis. Constat paribus Ponder. Mixt. Mercurii et Bromi. (Mercurius nitrosus addatur Kalio bromato, nec vice versa, ne Mercurius nitrosus excedat, et sedimentum inquinet; hac de ratione Kalii bromati aliquantulum indecompositum exeat, et ex aquis lavatoriis Bromum quovis modo potest recuperari).

† MERCURIUS CALCINATUS vid. Mercurius praecipitatus ruber

† MERCURIUS CAUSTICUS FLAVUS vel LUTEUS vid. Turpethum minerale.

† MERCURIUS CARBONICUS, Carbonas hydrargyrosus, Kohlensaures Quecksilberoxydul; *Carbonate de Mercure.*

Rec. Mercurii nitrosi quantum vis, dissolve in Aquae destillatae decuplo additis guttulis quibusdam Acidi nitrici diluti ad solutionem promovendam, tum solutione Natri carbonici penitus praecipita.

Sedimentum album, coctione gas carbonicum evolvens et cinerascens, praecipitante excedente iterum dissolvi dicitur.

† MERCURIUS CINEREUS BLACKII, Oxydum Hydrargyri cinereum (Edinb.), Black's grauer Quecksilberkalk.

Rec. Mercurii nitrosi crystallisati Drachmam unam, dissolve in Aquae destillatae Unc. tribus ope guttularum Acidi nitrici diluti, filtra si opus fuerit, et adjice Liquorem Ammonii carbonici aquosum, quamdiu praecipitatum efficitur. Sedimentum in filtro collige, Aqua destillata optime lava et aëris accessu exsicca.

Sit pulvis griseus, acidis additis effervescentiam cieat, aestu expositus plane avolet; contritus Mercurii vivi globulos interdum exhibet. Ph. Edinb. recepit. Exolevit propter incertam indolem.

† MERCURIUS CINEREUS MOSCATI, Mercurius solubilis MOSCATI, Hydrargyrum oxydulatum MOSCATI, Oxydum hydrargyrosum (Suec), Moskat's schwarzes Quecksilberoxydul, Moskat's grauer Quecksilberkalk. *Mercure gris de Moscat.*

Rec. Calomellis subtilissime pulverati q. v., immitte in mortarium et cum Aquae destillatae pauxillo optime in lac contere, ut penitus humectatum et aequabiliter divisum sit. Miscelam ad modum elutriationis in lagenam vitream infunde, et portiunculas in mortario residuas strenua contritione divide. Aquam elutriatoriam post subsidentiam pulveris effunde, et adde Lixivii caustici vegetabilis quantum satis, ut hoc fortiter praevaleat, quod sapore caustico cognoscitur. Lagenam clausam sepone interdum agitandam per aliquot horas, tum sedimentum atro-cinereum in filtrum effunde, curam gerens, ut particulae grossiusculae, quae imum petierint, remaneant in lagena. Sedimentum Aqua destillata sedulo lava, et charta bibula involutum ad aërem exsicca, calore artefacto evitato.

Est pulvis atro-cinereus contritus Mercurii vivi globulos conspicuos non exhibeat. Mercurii Oxydulum esse putatur, sed facillime in Oxydum et Mercurium vivum abit. Acido nitrico diluto plane solvatur.

Ph. Amer., Austr., Boruss. ed. 3, **Fenn., Ferrar., Parm.** receperunt. Praeparatum ejusdem indolis obtinetur, si Aquam Calcariae in locum Lixivii caustici substitueris. Aquae Calcis partes centum et sexaginta immitte in lagenam bene claudendam, et adde Calomellis partem unam, cum Aqua destillata antea bene humectatam. Miscelam concute donec nigrefacta sit. Sedimentum in filtro collectum bene lava, et sicca. Pulvis atrogriseus sicuti praecedens. Coctione instituta pulvis magis decomponitur et Mercurius solubilis MASCAGNI exit. **Ph. Lond.** 1809, 1824 hanc formulam receperunt, 1836 omisit.

† MERCURIUS CINEREUS SAUNDERI, Saunder's grauer Quecksilberkalk, Saunder's schwarzes Quecksilberoxydul.

Rec. Mercurii nitrosi crystallisati Unciam unam; tritum in mortario dissolve in Aquae destillatae, parum acido nitrico acrefactae, pondere decuplo. Seorsum dissolve Salis communis Unciam dimidiam in Aquae communis Unciis sex, et solutionem Mercurii sensim adde solutioni Salis communis, nec vice versa. Affunde aquae communis magnam vim, et post subsidentiam effunde aquam innatantem; hanc operationem toties repete, donec aqua emanans penitus insulsa atque pura appareat. Sedimento adhuc humido adjice Spiritum Salis Ammoniaci causticum, ut valde excedat; miscelam concute et sepone interdum exagitandam per aliquot horas. Praecipitatum cum Aqua destillata lava per elutriationem, tum in filtro collige et bene eguttatum sicca intra chartam bibulam absque calore adhibito.

Est pulvis ater vel leviter cinerascens. Ex Calomelle et Amido Mercurii constare putatur.

Mercuriorum trium cinereorum, quos descripsimus, usus novissimis temporibus plerumque desiit et Mercurio solubili HAHNEMANNI cessit.

† MERCURIUS CORALLINUS vid. Mercurius praecipitatus ruber.

† MERCURIUS CORROSIVUS FLAVUS vid. Turpethum minerale, — — RUBER vid. Merc. praecipitatus ruber, — — SUBLIMATUS vid. Mercur. sublimat. corrosivus.

† MERCURIUS COSMETICUS vid. Mercurius praecipitatus albus.

MERCURIUS CUM CRETA, — CRETACEUS vid. Mercurius alcalisatus cum Creta.

† MERCURIUS CYANATUS, Hydrargyrum cyanatum, Mercurius borussicus. Cyanquecksilber, blausaures Quecksilber. *Cyanure de Mercure.*

Rec. Kali borussici venalis Uncias sex, contunde in pulverem grossiusculum et in retortulam vitream aptam tubulatam immitte. Ad retortae collum adaptetur ope epistomii suberini tubus vitreus in angulum rectum incurvus, cujus crus descendens in Aquae destillatae Uncias sex immergat. In tubulo retortae tubus vitreus, qui securitatis dicitur, adsit, per quem affundatur in retortam miscela frigefacta ex Olei Vitrioli et Aquae communis āā Unciis tribus. Agitatione misce. Retortulam tum in balneum arenae colloca et cauta destillatione, subdiu instituenda, Acidum hydrocyanicum evoca usque ad siccum. Vasi excipienti aqua frigida circumdetur. Acidi obtenti Unciam unam sepone, residuum cum pari pondere Aquae dilue et sensim adjice Mercurium praecipitatum rubrum (Oxydum rubrum) quamdiu hoc dissolvitur. Si Oxydum rubrum dissolvi recusabitur et liquor odorem adhuc hydrocyanicum retinebit, Aqua destillata est addenda et denuo concutiendum; si vero odor hydrocyanicus quoque disparuerit, liquor filtrandus est, et Acidi hydrocyanici, quod in hunc finem reponebatur, tantillum addendum ut odor hydrocyanicus post mixtionem remaneat. Liquor limpidissimus in patina sinensi evaporet ad crystallisationem. Crystalli collectae rite siccatae caute serventur. Liquor residuus evaporatione reductus crystallos iterum emittet, quae simili modo colligantur. Lixivium matris pro altera paratione, signo affixo, reponatur. Constat ex Mercurii uno et Cyanogenii duobus Pond. Mixtionis, absque aqua.

Vis: Mercurii sublimati corrosivi, cujus loco quoque in rem medicam introductus est, quia facilius dissolvitur, absque decompositione cum extractis consociatur, et dolores epigastricos minus excitare praedicatur. Sint crystalli decolores, rectangulari-prismaticae, splendore subadamantino nitentes, in aquae octuplo calore medio solubiles, in aqua fervida persolubiles,

Spiritu Vini parum; aestu expositae ad aërem penitus diffugiant.

Mercurius cyanatus diversis adhuc methodis parari potest, quamquam secundum viam modo exhibitam facillime purus obtinetur, neque adulterii periculum adest. Ex Desfossesii praeceptis tali modo paretur: Mercurii vitriolati oxydati Unciae tres injiciantur in solutionem Kali borussici venalis Unciarum duarum in Aquae destillatae Unciis quindecim et miscela coquatur per horae quadrantem, tum fervida filtretur, et refrigerio crystallos demittat Liquor evaporatione reductus crystallos iterum edit, quae denique impurae exeunt. Ex lixivio matris desiccato Mercurium cyanatum ope Spiritus Vini extrahere operae pretium non est. Propter hoc incommodum pro regula normali haec methodus commendari nequit. Denique ex Coeruleo Berolinensi, si satis purum prostat, quod Parisiense dicitur, paratur Mercurius cyanatus. Rec. Coerulei Berolinensis puri, vel cum Acido sulphurico diluto loti, Uncias quatuor, Mercurii praecipitati rubri Uncias tres, intime contere in pulverem subtilissimum supra porphyritem, tum coque cum sextuplo pondere aquae destillatae, donec color coeruleus in fuscum conversus sit, filtra fervida, residuum coque cum aqua, iterum filtra, liquores filtratos evapora, ut crystalli enascantur, quae altera solutione depurentur si opus est. Liquor coloratus ferrum indicat, quod Oxydo Mercurii rubro ejici potest; si crystalli non oriuntur, sed efflorescentia incipit, Acidi hydrocyanici additione opus est.

† MERCURIUS CYANATUS BASICUS. Basisches Cyanquecksilber. *Oxydocyanure de Mercure. Cyanure basique de Mercure.*

Rec. Mercurii cyanati partes centum, digere cum Mercurii praecipitati rubri partibus viginti duabus et Aquae sufficiente copia, filtra et leni calore consume ad siccitatem.

A Parentio laudatum, at minime receptum est.

MERCURIUS DEPURATUS vid. Mercurius vivus depuratus.

MERCURIUS DIAPHORETICUS Kleinii.

Rec. Calomellis, Sulphur. aurat. Antimon. aa Gran. tria, Camphor. Gran. unum, m. f. pulvis pro dosi. Si diureticus desideratur adde Milleped. Gran. quindecim, Sal. Succin. volat. Gran. duo.

MERCURIUS DULCIS vid. Calomel (p. 146).

MERCURIUS DULCIS MARTIATUS, Murias Hydrargyri ferratus, Calomel ferruginosum. Calomel mit Eisen.

Rec. Calomell. Gran. sex, Aethiop. martial. Gran. unum. Cadet: Calomell. Gran. tria, Sal. Ammon. martiat. Gran. unum, m.

MERCURIUS EMETICUS FLAVUS vid. Turpethum minerale.

† MERCURIUS FLUCTUANS Guidotti. Ph. Parm.)

Rec. Mercur. sublim. corros. Drachm. duas, Mellis Unc. tres, Aq. destill. Libr. duas, misce, digere per 15 dies, filtra.

MERCURIUS GLYCYRRHIZATUS s. cum Liquiritia, Succus Liquiritiae mercurialis.

Rec. Mercurii vivi depur., Succi Liquir. depur. sicc. aa par pondus, tritura ad extinctionem usque.

MERCURIUS GUMMOSUS Plenckii, Mucilago Hydrargyri s. mercurialis. Plenck's Quecksilberschleim. *Mucilage mercurielle.*

Rec. Mercurii vivi depurati Drachm. unam, Pulv. Gummi Arab. Drachm. duas, tere in mortario lapideo cum Aq. dest. Drachm. una, donec globuli omnes disparuerint. Paretur ex tempore. Disp. Lipp. Mercur. vivi Drachm. unam, Gummi Arab. Drachm. tres, Syr. Diacodii Unc. semis.

† MERCURIUS HYDROCYANICUS vid. Mercurius cyanatus p. 78).

† MERCURIUS IODATUS FLAVUS, Iodetum hydrargyrosum, Hydrargyrum subiodatum, Quecksilberjodür, Halbjodquecksilber. *Protoiodure de Mercure.*

Rec. Mercurii vivi depurati Unciam unam, Iodi Drachmas quinque, in mortariam lapideum immissis adsperge guttulas Spiritus Vini rectificatissimi et assidue contere, donec miscela colorem flavo-viridulum induerit, et Mercurii globuli penitus disparuerint. Exsicca in loco tepido et pulverem obtentum in vasis luci imperviis serva. Sit pulvis olivaceus, Aqua et Spiritu non solubilis; ignitus partim decomponitur, lucis aditu colorem intensiorem induit, et decompositionem indicat. Pond. spec. 7,75 Constat ex Iodi et Mercurii binis Pond. Mixt.

In parando Iodureto Mercurii ad methodum exhibitam animadvertendum est, non nimias copias, 6 ad 7 Uncias superantes, simul in opus vocari, quia jacturae, imo explosionis periculum adest. Ponderum rationes exactissime ponderibus chemice aequivalentibus respondent. Ph. Gall. 1837 Mercurii 100, Iodi 62 praecepit, quae ratio eadem est atque nostra. Per praecipitationem ex Mercurio nitroso et Kalio iodato non bene paratur: mixtum scilicet Mercurii iodati flavi et rubri obtinetur. Acidum enim nitricum, quod in Mercurio nitroso semper excedit, Iodi aliquantulum praecipitat, idque cum Iodeto connubium habet eo tempore, quo Iodidum efficitur.

Rarius adhibitum in re medica, quam Mercurius iodatus ruber, et propter Calomel plane est supervacaneum.

† MERCURIUS IODATUS RUBER, Iodetum hydrargyricum, Hydrargyrum biiodatum s. periodatum, Acidum Iodo-hydrargyricum. Quecksilberjodid, Doppeljodquecksilber. *Deutojodure de Mercure, Iodure mercurique.*

Rec. Mercurii sublimati corrosivi Unciam unam, solve in Aquae destillatae calidae Unciis sedecim, (filtra, si opus erit); seorsum solve Kalii iodati Drachmas decem in Aquae destillatae Unciis quatuor, solutiones simul in vas idem conjice et agitatione misce. Sedimentum enatum in filtro chartaceo collige, aqua destillata probe ablue et sicca.

Sit pulvis laete coccineus, imo cinnabarinus, Aqua non solubilis, Spiritu Vini, solutione Kalio iodati vel Mercurii sublimati corrosivi solubilis, facile liquandus, et sublimatione in crystallos citrinos redigendus, quae contritae vel fissae tantum colorem coccineum iterum induunt. Pond. spec. 6,32. Constat ex uno Mercurii et duobus Iodi Pond. Mixt.

Vis et usus Mercurii sublimati corrosivi in syphili cum scrophulosi juncta.

In praecipitatione Mercurii iodati rubri proportiones chemicae accurate observentur opus est. Si Mercurius sublimatus corrosivus excedit praecipitatum pallidum exit, hoc scilicet quasi involutum; si Kalium iodatum superest, praecipitati non levis pars dissolvitur et cum aquis lavatoriis deperditur. Nihilominus certius agitur, Kalii iodati quam Sublimati superaddere aliquid. Ex partibus constituentibus extemplo componi potest Mercurius iodatus ruber. Rec. Mercurii vivi depurati Drachmas decem, Iodi Drachm. duodecim et dimidiam, guttulas Spiritus Vini adsperge et assidue contere, dum miscela colorem rubicundum induerit. Calore Iodum, quod excedit, abige. Coloris est sordidioris, quam qui praecipitatus est. — Per sublimationem paratur ex Mercurio vitriolato oxydato et Kalio iodato intime mixtis. Crystalli primum flavae cito in rubicundum vergunt. Praecipitatio facilior est exercenda et praeparatum edit splendidum atque purissimum.

† MERCURIUS IODATUS RUBER CUM KALIO IODATO, Quecksilberjodid = Jodkalium. *Iodure de Mercure avec le Iodure de Potassium.*

Rec. Mercurii vivi depurati Drachm. decem, Iodi Drachm. duodecim et semis, Spiritu Vini adspersa optime contere donec in connubium coierint, tum adde Kalii iodati Unc. duas, et Drachm. semis, iterum misce, totum in Aquae calidae s. q. solve, filtra, et liquorem filtratum spontaneae evaporationi in loco tepido expone. Obtinentur crystalli aciculares deliquescentes. Constat ex duobus Mercurii iodati rubri et uno Kalii iodati Pond. Mixt. In phthisi pulmonali hinc inde adhibitus est.

MERCURIUS LIQUIDUS vid. Aqua mercurialis (p. 78).

MERCURIUS CUM MAGNESIA vid. Mercurius alcalisatus cum Magnesia (p. 543).

MERCURIUS MELLITUS, Hydrargyrum mellitum. Quecksilberhonig. *Mercure au miel.*

Rec. Mercurii vivi depurati, Mellis albi ää par pondus, assidua trituratione junge.

MERCURIUS MURIATICUS vid. Calomel (p. 146) vel Mercurius sublimatus corrosivus.

MERCURIUS NIGER MOSCATI vel SAUNDERS vid. Mercurius cinereus, etc.

† MERCURIUS NITROSUS CRYSTALLISATUS, Hydrargyrum nitricum oxydulatum, Nitras hydrargyrosus cum aqua. Salpetersaures Quecksilberoxydul. *Nitrate de Mercure.*

Rec. Mercurii vivi depurati Unciam unam, in cucurbitam immisso affunde misceIam ex Acidi Nitrici puri Uncia una et Aquae destillatae Unciis tribus, et sepone in locum frigidum per aliquot dies, donec crustae salinae exoriri et vapores gas nitrosi exhalari desierint. Tum cucurbitam in balneum aquae impone, ut crustae salinae in liquore excedente lenissimo calore solvantur, et liquorem cito effunde vel per chartam filtra, si opus est. Liquor frigefactus crystallos albissimos large emittit. Liquorem crystallis innatantem in patina sinensi cum Mercurii vivi residuo caute evaporatione aliquantulum consume, effunde a Mercurio in vas alterum, ut crystallos iterum deponat, et ita perge Mercurii, si deest, aliquid addens, donec liquor fere totus in crystallos mutatus fuerit.

Sunt crustae crystallinae, densae, imbricato-lamelliformes, absque maculis conspicuis flavis vel cinereis, aqua destillata solubiles et sedimentum parvum album nec flavum demittentes. Solutione Salis communis large addita Mercurius totus ex solutione praecipitetur. Constat ex Mercurii oxydulati et Acidi nitrici singulo, Aquae binis Pond. Mixt. *Usus*: ad parandum Calomel via humida, Mercurium solubilem Hahnemanni, Mercurium cinereum, cet.

Nostra methodus justum medium tenet inter frigidam et calidam, quam dicunt. Mercurius nitrosus frigida reactione paratus continet maculas et strias flavas salis basici, imo cinereas Mercurii vivi inclusi

nec soluti. Solutione Sal basicum neutrum fit et Mercurii particulae excidunt. Coctione facile Oxydum Mercurii efficitur, et sal basicum Mercurii nitrosi; praeterea acidi nitrici facile jactura oritur.

† MERCURIUS NITROSUS CALIDE PARATUS, Nitras hydrargyricus acido nitrico solutus, Heißbereitetes salpetersaures Quecksilber. *Deutonitrate acide de Mercure liquide, Nitrate de Mercure liquide.*

Rec. Mercurii vivi depur. Unc. unam, Acidi nitrici Unc. duas; solve Mercurium et evaporatione liquidi quadrantem in auras abige. Supersint ergo Unc. duae et Drachm. duae. Ph. Gall. 1837 hanc formulam praecepit. (Cf. Liquor Mercurii nitrici oxydati (p. 525).

† MERCURIUS NITROSUS OXYDATUS, Salpetersaures Quecksilberoxyd, *Nitrate de Peroxide de Mercure.*

Rec. Mercurii vivi depurati quantum vis, Acidi Nitri duplum, caloris ope solutionem promove, post solutionem coque, donec vapores rubicundi Gas nitrosi non amplius emergant. Baculo vitreo immerso guttulam exime, et solutione Salis communis explora, num adhuc praecipitatum album efficitur; quod si fit, Acidi nitrici aliquantulum addatur et denuo coctio instituatur, donec reactio illa cesset. Evaporatione crystalli fiant, persolubiles, saporis austeri metallici.

† MERCURIUS NITROSUS SELLII.

Rec. Mercurii nitrosi calide parati guttas viginti quatuor, Aquae Rubi Idaei Unc. unam.

† MERCURIUS PHOSPHORICUS OXYDATUS, Phosphas hydrargyricus. Phosphorsaures Quecksilberoxyd. *Phosphate de Peroxide de Mercure.*

Rec. Mercurii sublimati corrosivi Unc. unam, solve in Aquae destillatae Unc. viginti, instilla solutionem Natri phosphorici concentratam, quamdiu praecipitatum album enascitur, quod in filtro collectum et bene lotum siccetur. Saporem habet styptico metallicum, acido phosphorico dissolvitur. WILHELMI quondam solutionem salis istius in acido phosphorico adhibuit; at hodie plane derelicta est.

† MERCURIUS PHOSPHORICUS OXYDULATUS, Phosphas hydrargyrosus. Phosphorsaures Quecksilberoxydul. *Phosphate de Protoxide de Mercure.*

Rec. Mercurii nitrosi crystallisati partem unam, dissolve in Aquae destillatae, Acido nitrico parum acrefactae, partibus octo, et solutionem adjice Natri phosphorici, dum sedimentum album exoritur, quod rite in filtro collectum et lotum siccetur. Pulvis albus, saporis nullius; acido phosphorico excedente non solubilis.

† MERCURIUS PRAECIPITATUS ALBUS. Weißer Präcipitat. *Précipité blanc.*

Synon.: Hydrargyrum ammoniato-muriaticum, Hydrargyrus praecipitatus albus, Hydrochloretum Ammonii cum Oxydo hydrargyrico, Hydrochloras hydrargyricus cum Oxydo hydrargyrico ammoniato, Submurias Hydrargyri ammoniati, Oxichloretum Hydrargyri ammoniacale, Mercurius cosmeticus, Calx Hydrargyri alba, Lac mercuriale. Salzsaures Quecksilberoxydammoniak, Quecksilberpräcipitat. *Oxichlorure ammoniacal de Mercure, Muriate ammoniaco-mercuriel insoluble, Mercure de vie, Sel Alembroth insoluble.*

Rec. Mercurii sublimati corrosivi Unciam unam, solve in Aquae destillatae Unciis viginti. Solutioni frigidae instilla Spiritum Salis Ammoniaci causticum, quamdiu praecipitatum album enascitur, cavens ne nimium addas, quam ad praecipitationem plenam requiritur. Sedimentum cito (!) in linteum conjice et liquorem fac eguttare, quantum id fieri potest; denique lava cum pauxillo Aquae destillatae, exprime et exsicca absque calore artefacto. Constat ex Mercurii sublimati corrosivi et Amidi Mercurii paribus Pond. Mixt. Vis: Mercurii praeparatorum.

Sit pulvis albissimus, vix palpabilis, valde depingens, acido nitrico penitus solvendus, cum liquore Kali caustici flavescens et Gas Ammonium eructans, saporis acris metallici; ignitus gas azoticum et Ammonii evolvit et Calomel emittit.

Usus: externus tantum, ad scabiem, herpetem, exanthemata syphilitica, psorophthalmiam.

Mercurius praecipitatus albus a plurimis Codicibus ex solutionibus mixtis Mercurii sublimati corrosivi et Salis Ammoniaci ope solutionis Natri vel Kali carbonici praecipitari docetur. Haec praepa-

randi ratio neque pro bonitate praeparati neque pro parsimonia anteponenda est, imo nostrae postponenda. Codices eo inter sese discrepant, quod Salis Ammoniaci et Mercurii sublimati corrosivi par pondus, vel prioris dimidium tantum praecipiunt. Secundum hanc methodum operaturus recipe Mercurii sublimati corrosivi partes duas, Salis Ammoniaci partem unam, solve in Aquae destillatae partibus viginti et solutionem Salis Sodae admisce, quamdiu praecipitatum album enascitur. Sedimentum simili modo collige et lava, sicut supra praeceptum est. Praeparatum optimae notae obtinetur.

† MERCURIUS PRAECIPITATUS FLAVUS vid. Turpethum minerale.

† MERCURIUS PRAECIPITATUS FUSCUS WURTZII s. VOGLERI, Turpethum rubrum PARACELSI. Brauner Quecksilberpräcipitat.

Disp. Lipp.: Rec. Mercurii nitrosi calide parati q. v., sensim instilla Liquorem Cinerum clavellatorum depuratorum, donec nulla amplius successerit praecipitatio. Filtra, lava, sicca. Exolevit.

† MERCURIUS PRAECIPITATUS NIGER vid Mercurius solubilis HAHNEMANNI.

† MERCURIUS PRAECIPITATUS RUBER. Rother Präcipitat. *Précipité rouge.*

Synon.: Hydrargyrum oxydatum rubrum, Oxydum hydrargyricum, Hydrargyrum calcinatum rubrum, Mercurius calcinatus s. praecipitatus per se, Mercurius corrosivus ruber, Hydrargyrus nitratus ruber, Panacea Mercurii rubra, Pulvis JOHANNIS DE VIGO s. Principis, Peroxydum Hydrargyri, cet. Rother Quecksilberpräcipitat, Quecksilberoxyd, Rothes Quecksilberoxyd. *Oxide rouge de Mercure, Peroxide de Mercure, Oxide mercurique.*

Rec. Mercurii vivi depurati quantum vis, immitte in patinam porcellaneam, et infundibulum vitreum satis amplum inverse supra Mercurium vivum in patinam colloca. Affunde Acidi nitrici partem dimidiam et reactionem chemicam calore promove; sensim adjice Acidum nitricum portiunculis minutis, donec calore semper adjuvante, Mercurius vivus penitus solutus fuerit. Infundibulum nunc tollatur, et liquor vivida evaporatione ad siccum redigatur. Cum Sale crystallino obtento strenua trituratione misce Mercurii vivi depurati alterum tantum, quam solutum adhuc est. Quod cum optime factum fuerit, patinam (nudam, si Berolinensem, loricatam vel in balneo arenae, si pejoris est massae) igni impone, et prudenter ure interdum agitans, donec massa calida colorem atro-rubram induerit, vapores nitrosos emittere desierit, et patinam alteram superpositam anhelitu globulorum Mercurii vivi interne afflaverit. ***Part. const.:*** Mercurii et Oxygenii āā paria Pond. Mixt. Vis: antisyphilitica, irritans, corrosiva, externe purificans, escharotica.

Est pulvis laete luteo-ruber, subtilissimus, igni expositus ex toto volatilis, in acido nitrico solubilis, Aqua pura parum solubilis, calefactus obiter nigrescit. Pond. spec. 11,00.

Usus: in lue venerea inveterata interne, externe ad condylomata; verrucas, ulcera venerea; ad balsamum ophthalmicum; pediculos enecandos.

Mercurius praecipitatus ruber hodie in officinis chemicis optime notae praeparatur, nec pharmacopoei aliam operam, quam virtutis explorationem, exigit. Qui divenditur Mercurius praecip. ruber coloris est intense rubri, texturae crystallinae micaceae. Coctione cum Aqua destillata sal nitricum, quod fortasse inest, dissolvi potest, ignitione in cochleari platinico vel in carbone corporum heterogeneorum, Minii, pulveris laterum, cet., immixtio probatur. Frusta intense rubra trituratione flavescunt quoque. Si acidi nitrici parsimoniae studes, inter evaporationem Mercurii nitrosi portiunculas minutas Mercurii vivi adjice, quamdiu dissolvitur. Calcinatio bene instituitur in vasis ferreis fusis encausto (Emaille) obductis, et operculo fictili apto tectis. Praeparati color ex salis textura pendet. Sal minutim crystallisatum micas rubras optime edit; grossiuscule crystallisatum vel contritum, vel

nimis cito ignitum pulverem rubro-aurantiacum exhibet, quod quidem pro usu me dico nullius est momenti. Mercurius praecipitatus ruber per se dictus, qui olim (hinc inde hodie quoque) diuturna ignitione Mercurii in vasis vitreis capacibus parabatur, pro indole chemica atque medica nihil differt ab eo, qui cum Acido nitrico paratur. Haec ergo parandi via jure exolevit.

† MERCURIUS PRAECIPITATUS VIRIDIS, Lacerta viridis. Grüner Quecksilberpräcipitat.

Ph. Wirt.: Rec. Mercurii vivi depurati Unc. quatuor, Cupri Unc. unam et semis, solvantur singula in s. q. Acidi nitrici, misceantur soluta et evaporatione ad siccum redigantur. Massae salinae Aceti destillati Libr. unam affunde, digere, solve et Acetum abstrahe, residuam massam viridem in pulverem tere et caute serva Jam pridem in gonorrhoea laudatum, nunc obsoletum

† MERCURIUS PRAECIPITATUS WURTZII vid. Merc. praecip. fuscus.

† MERCURIUS RECTIFICATUS = Merc. vivus depuratus.

MERCURIUS SACCHARATUS, Hydrargyrum saccharatum, Aethiops saccharatus, Saccharum Mercurii vermifugum, Pulvis Mercurii saccharinus. Verzuckertes Quecksilber. *Mercure sucré.*

Rec. Mercurii vivi depurati partem unam, Sacchari albi partes duas, tritura ad perfectam Mercurii extinctionem. Ph. Herbip. amborum par pondus. Ph. Ferrar. Mercurii, Sacchari āā Unc. semis, Cremor. Tart. Scrup duos Infantibus propinatur in chocolata.

† MERCURIUS SOLUBILIS HAHNEMANNI. Hahnemann's lösliches Quecksilber. *Mercure soluble de Hahnemann.*

Synon.: Hydrargyrum oxydulatum nigrum (Bor., Slesv.-Hols., cet.), Mercurius praecipitatus niger HAHNEMANNI s. Oxydulum Hydrargyri ammoniacale (Austr.), Oxydum hydrargyrosum cum Nitrate Ammoniaco hydrargyroso, Nitras ammoniacus cum Oxydo hydrargyroso, Subprotonitras Hydrargyri et Ammoniae, Protoxydum Hydrargyri nitrico-ammoniacale, Turpethum nigrum. (Ne confundatur cum Mercuriis cinereis). Schwarzes Quecksilberoxydul, Hahnemann's Quecksilber. *Protonitrate ammoniacal mercuriel.*

Rec. Mercurii nitrosi crystallisati
Unciam unam,
in pulverem contere et adde
Aquae destillatae Uncias octo,
Acidi nitrici, guttatim adjiciendi, tantillum, quantum requiritur, ut Sal inter strenuam agitationem dissolvatur. Solutionem, filtrandam si opus fuerit, in lagenam satis capacem immitte, et cum Aquae destillatae Unciis duabus mortarium ablue, easque solutioni adde.

Seorsum misce
Spiritus Salis Ammoniaci caustici (pond. spec. 0,96)
Unciam dimidiam,
cum Aquae destillatae Unciis quatuor, et hunc liquorem in solutionem mercurialem inter vehementem agitationem infunde. Lagenam claude, miscelam fortiter concute, et sepone ut sedimentum fundum petat. Liquorem innatantem effunde, et Aquam destillatam reaffunde. Post subsidentiam iterum Aquam effunde, praecipitatum nigrum in filtro collige, eguttatum in charta bibula exsicca calore non adhibito atque in loco obscuro. ***Part. const.:*** Ammonii nitrici unum, Oxyduli Mercurii duo pond. mixt. Vis: antisyphilitica.

Sit pulvis coloris nigri, absque globulis Mercurii vivi immixtis, ignitus ex toto volatilis, acido acetico fervido fere totus, relicto pulvere griseo, solvatur.

Usus: in lue venerea ptyalismum non adeo ciere praedicatur, quam aliae Mercurii praeparationes.

Codices a nostra formula ex Pharm. Borussica desumta, eo potissimum discrepant, quod incertas miscendorum copias adhibent. Hoc in ista formula Stolzii

laude dignissimum est, quod Ammonii caustici addendi copiam accuratius definiat, nec praeparanti derelinquat, hac de re falli. Tum quidem oculi non consueti errores, et parsimoniae intempestivae clandestina consilia cluduntur. Solutio mercurialis ab Oxydo Hydrargyri rubro penitus sit libera, necesse est. Hoc facillime Mercurio nitroso crystallisato obtinetur, quem facillime parari docuimus. Ammonium ne in singulis lagenae locis praevaleat et sedimentum griseum reddat, agitatione praecavetur.

Ph. Hann. et Saxon. eandem fere formulam secutae sunt. Slesv.-Hols. prope accedit. Ceteri Codices praecipitationem ad oculorum arbitrium fieri concedunt.

† MERCURIUS SOLUBILIS Mascagni vid. Mercurius cinereus Moscati, adnotationem.

† MERCURIUS SOLUBILIS Moretti paratur per praecipitationem Mercurii vitriolati oxydulati cum Lixivio caustico vegetabili. Pulvis cinereus. Supervacaneus est propter Mercurium solubilem Hahnemanni

† MERCURIUS SUBLIMATUS CORROSIVUS. Aetzender Quecksilbersublimat. *Sublimé corrosif.*

Synon.: Hydrargyrum muriaticum corrosivum (Ph. Germanic.), Chloretum hydrargyricum, Bichloretum Hydrargyri (Lond.), Murias Hydrargyri corrosivus (Austr., Dubl., Suec.), Murias Hydrargyri acerrimus (Bat.), Oxymurias Hydrargyri, Hydrargyrum oxydatum muriaticum, Deutochloruretum Hydrargyri s. hydrargyricum (Gall.), Hydrargyrus corrosivus albus, Hydrargyrum perchloratum, etc. Salzsaures Quecksilberoxyd, Quecksilberchlorid. *Deutochlorure de Mercure, Chlorure mercurique.*

Rec. Mercurii vivi venalis Libras quinque,
Olei Vitrioli Libras sex,
in ahenum ferreum fusum immissa leniter sensimque calefiant, ut Mercurius solvatur, et gas acidum sulphurosum (quod caute evitetur et in fumarium vel aquam perducatur) evolvatur, sensim ignis augeatur, donec sub finem igne vehementer aucto vapores albi emergi cessaverint. Portiunculam massae salinae spathula exime et in solutionem calidam Salis communis conjice; si penitus dissolvitur, bene praeparata est; si vero sedimentum album efficitur, Olei Vitrioli aliquid inter agitationem massae immisceatur, haec nova ignitione siccescat, et iterum simili modo tentetur, donec sedimentum album aqua non solubile, cum Sale communi non amplius efficiatur. Massam optime siccatam (in quo multum positum est) cum pari pondere
Salis communis,
antea bene decrepitatione siccati, assidua trituratione intime commisce et miscelam in retortam vitream semireplendam tantum ingere, caute miscelae concussionem omnem, quo subsideret et conglobaretur, evitans. Retorta in balneum arenae collocata, post tres vel quatuor dies sublimationem institue. Ignis sub balneo summa cum sollicitudine curetur, ne forte diminuatur, neve nimium augeatur, et sublimati aliqua pars in placentam refluat, quae iterum sublevari non-poterit. Sub finem ignis adeo augeatur, ut massa primum laxe et crystallisatim juncta in statum semifusum densiorem transeat. Cautissime servetur. ***Part. const:*** Mercurii unum et Chlori duo pond. mixt. ***Vis:*** antisyphilitica eximia, antirheumatica, corrosiva.

Sint crustae densae, albae, subpellucidae, graves, in pulverem al-

bum contritae aquae frigidae partibus sedecim, fervidae tribus ex toto solubiles, Spiritu Vini facillime solubiles, sicut etiam Naphtha Vitrioli, calore primum fusae, denique in vapores venenosissimos surgentes, cum Aqua Calcariae praecipitatum aurantiacum generantes. Qui Mercurius sublimatus corrosivus in officinis chemicis paratur atque venditur, impune atque cum commodo a pharmacopoeo pro eo in usum vocari potest, qui in laboratoriis pharmaceuticis minore cum experientia atque majore cum periculo praeparatur.

Usus: in lue venerea, rheumatismo chronico; gargarismatibus, injectionibus saepius immiscetur.

In praeparato tantopere ad qualitates chemicas referendo Codicum varietas minime spectetur, sed justa praeparandi via duce Chemia investigetur. Praeparatio, quando cum commodo atque lucro institui debet, longam exercitationem requirit, quare iis derelinquendum censeo, qui in hoc praeparato unice obtinendo multam operam navaverunt. Parvae copiae cum jactura atque magno pretio obtinentur.

MERCURIUS SULPHURATUS s. cum Sulphure vide Aethiops mineralis (p. 30).

† MERCURIUS SULPHURICUS vid. Mercurius vitriolatus, — SUBSULPHURICUS vid. Turpethum minerale.

† MERCURIUS TARTARICUS, Tartras Mercurii oxydulati, Tartras hydrargyrosus, Hydrargyrum tartarisatum, Tartarus mercurialis, Pulvis Constantini, Pulvis mercurialis albus. Weinsteinsaures Quecksilberoxydul. *Tartrate mercureux, Tartrate de Mercure.*

Rec. Salis Seignettae crystallisati q. v., solve in duodecuplo Aquae; liquori instilla solutionem Mercurii nitrosi crystallisati in Aquae destillatae leviter cum acido nitrico acidulatae, duodecuplo, quamdiu praecipitatum album enascitur. Hoc in filtro collectum aqua destillata tunc lavetur, absque caloris et lucis accessu siccetur, et servetur in loco obscuro vel vitris charta nigra involutis.

Pulvis albus, saporis mercurialis debilis, coloris et odoris expers, aqua non solubilis, lucis vi citissime decompositionem incurrens et nigrescens. Constat paribus Pond. Mixt. Mercurii oxydulati et Acidi tartarici.

Solutio Mercurii nitrosi leviter tantum sit acidulata necesse est, ne Cremorem Tartari praecipitet. Tartarus tartarisatus plerumque pro Sale Seignettae commendatur; hoc tamen quod ultimo nominavimus, purius est propter crystallisationem. Praestat in solutionibus mixtis Sal Seignettae aliquid praevalere, ne sedimentum factum secum abripiat Mercurium nitrosum. Jam pridem Mercurius tartaricus e re medica jure ejectus est, utpote supervacaneus. Alii Mercurium praecipitatum rubrum cum Cremore Tartari coqui, solutionem filtrari et inspissari jubent, ex quo obtinetur Mercurius tartarisatus, jure etiam oblivioni traditus. Ph. Ferrar. Mercurium carbonicum cum Cremore Tartari coqui praecipit.

MERCURIUS TARTARISATUS, Quecksilberweinstein. *Mercure tartré.*

Rec. Mercurii vivi Unc. unam, Cremoris Tartari Unc. duas, misce accurate et tere probe, donec Mercurius plane extinctus fuerit.

MERCURIUS TEREBINTHINATUS, Terpenthin-Quecksilber.

Rec. Mercurii vivi depurati Unc. unam, Terebinth. Venet. Unc. unam et semis, trituratione Mercurium extingue, quod facillime cedit.

MERCURIUS VEGETABILIS, Aethiops vegetabilis, Carbo Quercus marinae. Vegetabilischer Mohr. *Aethiops végétal.*

Rec. Fuci vesiculosi Linn. bene sicci q. v., immitte in tigillum Hassiacum (vel vas ferreum fusum aut fabrile), et operculo obtectum carbonibus ardentibus bene ure, quamdiu flamma vel fumans ex commissuris erumpit. Post refrigerium operculum adimatur et carbo obtentus in pulverem subtilissimum conteratur.

MERCURIUS VIOLACEUS est Cinnabaris factitia nec adeo subtiliter pulveratus, quare colorem intensiorem parum violaceum conservat.

MERCURIUS VITAE vid. Pulvis Algarothi.

† MERCURIUS VITRIOLATUS OXYDULATUS. Schwefelsaures Quecksilberoxydul. *Sulfate de Mercure.*

Rec. Mercurii vivi depurati, Olei Vitrioli āā par pondus, immitte in patinam porcellaneam (pro majoribus copiis ut gas sulphurosum absorbeatur in retortam) et igne lento supposito reactionem promove, donec Mercurius in massam salinam albam transierit. Tum patinam extemplo ab igne remove. Sal difficile solubile. Usus medicus nullus. Cum Sale culinari sublimatum exhibet Calomel, a Mercurio sublimato corrosivo non omnino liberum.

† MERCURIUS VITRIOLATUS, Mercurius s. Hydrargyrus sulphuricus, Vitriolum Mercurii. Schwefelsaures Quecksilberoxyd. *Deutosulfate de Mercure, Sulfate de Peroxide de Mercure.*

Rec. Mercurii vivi depurati Unc. quinque, Olei Vitrioli Unc. sex; in retortam vitream, vel patinam porcellaneam (vel pro Mercurio sublimato corrosivo in vas ferreum fusum) immissa calefac ut Mercurius dissolvatur atque in massam salinam vertatur; tum ignem ad fundi rubescentiam fere auge, quamdiu vapores sulphurosi et sulphurici prodeunt.

Sit pulvis albissimus, in vasis ferreis paratus parum cinerascens, cum aqua fervida praecipitatum flavum, Turpethum scilicet minerale, demittens, cum Sale communi mixtum plane in aqua solubilis; si pulvis albus relinquitur, Oxydulum Mercurii inest. Hoc fit igne non satis forti, vel acido non sufficiente adhibito, et ulteriore acidi additione atque ignitione curatur. Mercurius vitriolatus ignis vi non nisi parcissime decomponitur, quare ex hac operatione nil metuendum est de jactura praeparati. Usus pro parando Mercurio sublimato corrosivo.

† MERCURIUS VITRIOLATUS BASICUS vid. Turpethum minerale.

MERCURIUS VIVUS DEPURATUS. Gereinigtes Quecksilber. *Mercure purifié.*

Synon.: Hydrargyrum depuratum s. purum, Hydrargyrus purificatus, Argentum vivum purificatum.

Rec. Mercurii vivi venalis q. v., immitte in retortam ferream fusam vel lagenam ferream cylindricam, in quibus Mercurius advehi solet cum tubo sclopeti curvato munitam, quae ad dimidium fere repleatur. Adjice scobis ferreae grossioris stratum, quod Mercurium vivum ubique ad digiti minoris crassitiem contegat. Circa tubi vel colli retortae extremum linteum aliquoties circumvolutum in formam uteri flexibilis adapta et ligatura ad tubum constringe. Canalem linteum tali modo confectum aqua humecta, et ejus extremum subter aquae in vase idoneo contentae superficiem immerge. Igne supposito destillatio instituatur. Quum ex motu vibratorio quodam, qui manus ope in tubi extremo exploratur, dignoscitur Mercurium esse in ebullitione, ignis parum moderetur, et ebullitio levis tantum atque aequabilis obtineatur, ne eructamentis violentis Mercurius absque destillatione in vas excipiens transjiciatur, ad quod pronissimus est. Destillationem intercipe, quando Mercurii in retortam immissi sextantes quinque transierint. De qualitatibus, vi et usu cf. vocem Mercurius (I, p. 181).

Mercurius depuratus ab impuro eo discrepat, quod superficiem semper mundissimam splendidissimamque monstret, nec in vasis porcellaneis circumagitatus caulem nigrescentem post se ducat. Humidus vero Mercurius purissimus saepe impuri speciem prae se fert. Sit penitus volatilis quod in tubo vitreo recurvo ope flammae spirituosae exploratur. Mercurius venalis saepius repurgatione non eget, sed statim purissimus est. Scobes ferreae in retortam immittuntur, ut eructamentis aliquid obstent, tum vero ut ea prodant, si ipsae cum Mercurio in vas excipiens transsilierint, quod quidem per ignem nimis fortem facile accidit. Nisi retorta ferrea tibi est in promtu, retortam vitream adhibeas opus est. Huic autem usque ad collum arenam circumda et partem summam quoque arena conde. Vas balnei arenae ad formam retortae quantum fieri potest accedat, ut partes quoque superiores calefieri possint, quod nisi fit, Mercurius ad parietes condensatus iterum in retortam relabitur, nec in excipulum transit. Mercurio destillando Cinnabarim vel Oxydum Mercurii addere supervacaneum atque inutile est.

MERCURIUS ZINCI, s. Calx Zinci hydrargyrata. Mercurialzinkkalk.

Rec. Mercurii vivi depur. Unc. duas, Terebinth. Venet. Unc. unam, extingue, adde Florum Zinci Unc. duas, Pulv. Cort. Cinnamomi q. s., ut fiant pilulae pond. Gran. duorum, consp. Pulv. Cinnamomi.

MILLEPEDUM PRAEPARATIO, Millepedes praeparati. Präparirte Kellerefel.

Millepedes ab omni immunditie separati impraegnentur Vino albo et leni calore exsiccentur.

MISTURA vid. Mixtura.

MITHRIDATIUM vid. Electuarium Mithridatium (p. 273).

MIVA BORAGINIS. Ph. Batean.

Rec. Rad. recent. Boragin. q. v., coque ad mollitiem, per cribrum setaceum trajice, adde Sacch. alb. par pondus, et coque ad mivae (Roob) consistentiam.

MIVA CONSOLIDAE Ph. Batean.

Rec. Pulp. Rad. Consolidae (vid. antecedens), Sacch. albi āā Libr. unam, Pulv. Nuc. moschat. Drachm. sex.

MIVA CYDONIORUM SIMPLEX

Rec. Succi Cydonior. per subsidentiam depurati Libr. decem, Sacch. albi Libr. tres, coque ad mivae consistentiam.

MIVA CYDONIORUM AROMATICA. Disp. veter.

Rec. Succi Cydon. depur. Libr. viginti, Sacch. albi Libr. sex, coque ad Mellis consistentiam, sub finem adde Cinnamomi acuti, Cardamomi major. āā Drachm. tres, Croci, Caryophyll., Rad. Zingib., Mastich., Ligni Aloës, Macidis āā Drachm. unam et semis; f. l. a. miva seu roob.

MIVA DIALTHAEAE. Ph. Batean.

Rec. Pulp. Rad. Alth. (vid. Miva Boraginis), Sacch. albi āā Libr. unam, coque ad mivam, adde singulis Libris Nuc. moschat. Unc. unam.

MIVA SATYRII sicut antecedens ex Radice Orchidis bifoliae Linn.

MIXTURA, Mistura, Mixtur, *Mixture*, medicamentum liquidum, plerumque aquosum, ex medicamentis variae indolis conflatum. In paratione sola mixtio plerumque sufficit, si ea, quae adduntur, liquida sunt. Solia, extracta in aquae praescriptae copia quadam solvantur primum, tam solutio cum ceteris liquidis misceatur. Corpora non solubilia, sicuti Kermes, Sulphur auratum, Calomel, in mortario cum liquidi pauxillo antea optime conterantur, quo fit, ut diutius suspensa teneantur, nec citius fundum petant. Contritio bene cum syrupo instituitur, quando hic quoque admisceri praescribitur. Corpora pervolatilia, sicuti Naphthae et Spiritus aetherei postremo adjiciantur, nec, jacturae evitandae causa, in mortario cum ceteris commisceantur.

MIXTURA ABSORBENS.

Boriès: Rec. Aq. Calcis, Lact. vaccini āā Unc unam. Sainte-Marie: Oculor. Cancror. Drachm. duas, Vini Rhenani Unc. sex, Rad. Zedoar. Drachm. semis.

MIXTURA ACACIAE Ph. Lond vid. Mucilago Gummi Arabici.

MIXTURA ACIDA. Saure Mixtur. *Mixture acide.*

a) *cum acido muriatico:* Augustin: Rec. Acidi muriat., Liq. anodyn. mineral. Hoffm. Drachm. duas, Aq. Cinnamom. simpl. Unc. septem, Syr. Rubi Idaei Unc. tres. b) *cum acido muriatico oxygenato:* Augustin: Aq. Chlori, Aq. dest., Syr. Rubi Idaei āā part. aequal c) *cum acido nitrico:* Augustin: Acid. nitrici fumant. Drachm. semis, Syr. Cinnamomi Unc. unam et semis. d) *cum acido phosphorico:* Augustin: Acid. phosphor. Drachm. semis ad unam, Aq. Menth. pip. Unc. quinque, Syr. Cort. Aurant. Unc. semis. Engel: Acid. phosphor. Unc. semis, Aq. Cinnamomi Unc. unam. e) *cum acido sulphurico:* Ph. milit. Bor.: Aq. commun. Unc. duodecim, Sacch. alb. Unc. unam et semis, Elix. acidi Halleri Drachm. sex. Augustin: Acid. sulphurici diluti Drachm. unam, Aq. Menth. pip. Unc. sex, Syr. Rubi Idaei Unc. unam. Disp. Fuld.: Ol. Vitrioli albi Drachm. semis, Aq. dest. Unc. decem, Oxymell. simpl. Unc. duas.

MIXTURA ACIDA ANODYNA. Disp. Fuld.

Rec. Spir. Vitrioli Drachm. unam, Tinct. Opii Scrup. duos, Syr. Violar. Unc. unam, Aq. dest. Unc. sex.

MIXTURA ACIDI etc. vid. vocem antecedentem.

MIXTURA EX ACIDO TARTARICO. Ph. milit. Bor.

Rec. Sal. essent. Tart. Drachm. unam, Aq. comm. Libr. unam, Sacch. alb. Unc. unam.

MIXTURA ADSTRINGENS. Adstringirende Mixtur.

a) *cum Balsamo Copaivae:* Niemann: Rec. Terebinth. Venet., Bals. Copaiv., Ol. Succini rect. āā part. aequal. b) *cum Catechu:* Brera. Sem. Cannab. Unc. unam, f. decoct. col. Libr. unius, adde Extr. Arnic. Drachm. unam, Catechu Scrup. unum, Syr. Cort. Aurant., Syr. Alth. āā Unc. unam. Cadet: Aq.

Meliss. Unc. octo, Syr. Kermet. Unc. unam, Catechu Drachm. tres, Camphor. Gran. octo. c) *cum Ligno campech.:* Lentini: Rad. Salep. Drachm. duas, Aq. ferv. Unc. decem, solve, adde Borac. Drachm. semis, Extr. Chinae, Extr. Ligni campech. āā Drachm. unam, Syr. Alth. Unc. unam. Swediaur: Extr. Ligni campech. Drachm. tres, Aq. Cinnam. spir. Unc. unam et semis, solve, adde Aq. comm. Unc. septem, Tinct. Kino Drachm. duas. d) *cum Ratanhia.* Cadet: Extr. Ratanh. Drachm. semis, Alumin. Gran. decem, Inf. Rosar. Unc. quinque, Syr. Rosar., Syr. Catechu āā Unc. unam, Aq. Rabelii Gutt. quindecim. e) *cum Uva Ursi.* Cooper: Decoct. Fol. Uvae Ursi Unc. septem, Tinct. Kino, Syr. Zingib. āā Unc. semis.

MIXTURA ADSTRINGENS AD HAEMOPTYSIN. Boerhaave.

Rec. Aq. Flor. Papav. Rhoead., — Plantag. āā Unc. quatuor, Extr. Tormentill., Bol. Armen. āā Drachm. unam et semis, Lapid. Haematit. praep. Drachm. unam, Syr. Myrtini Unc. unam.

MIXTURA AETHEREA vid. Julapium aethereum (p. 456).

MIXTURA ALBA vid. Emulsio Balsami Copaivae (p. 352).

MIXTURA ALCALINA. Swediaur.

Rec. Vitell. Ovor. rec. quatuor, adde Aq. ferv. Unc. sedecim, Olei Tartari per deliq. Gutt. decem ad Scrup. unum.

MIXTURA ALCALINA ANODYNA. Gray.

Rec. Tinct. Opii Drachm. duas, Lixivii caust. Drachm. duas et semis, Spirit. Myristic. Unc. semis, Aq. pur. Unc. undecim et semis.

MIXTURA ALOETICA. Augustin.

Rec. Extr. Myrrh., — Aloës āā Drachm. unam, Aq. Menth. pip. Unc. sex, Tart. tartaris. Unc. semis.

MIXTURA ALEXIPHARMACA. Marcus.

Rec. Tinct. alexipharmac. Scrup. quatuor, Aq. Ceras. nigr. Unc. quatuor, Syr. commun. Unc. semis.

MIXTURA ALTERANS. Saunder.

Rec. Tart. emetici Gran. unum, Aq. Sambuci Unc. unam.

MIXTURA ALUMINOSA. Augustin.

Rec. Alumin. crudi, Gummi arabici āā Drachm. duas, Aq. Menth. pip. Unc. quatuor, Tinct. Opii Drachm. unam, — Cinnamomi Drachm. duas.

MIXTURA AMARA CUM RHEO. Swediaur.

Rec. Kali sulphurici Unc. semis, Rad. Rhei, Extr. Gentian. āā Drachm. duas, Aq. Menth. pip. Unc. octo.

MIXTURA AMARA STOMACHICA. Scheu.

Rec. Extr. Trifol. fibr. Drachm. unam et semis, — Quass. Drachm. semis, Aq. Menth. Unc. quinque, Spir. Nitr. dulc. Scrup. unum.

MIXTURA AMMONIACA ASTHMATICA. Fuller.

Rec. Gumm. Ammoniaci, Succ. Liquirit. āā Drachm. duas, solve in Aq. Hyssopi Unc. duabus; colat. adde Syr. e Succo Hederae terrestr., Oxymell. simpl. āā Unc. duas, Ol. Anisi Gutt. duas, Tinct. Benzoës Drachm. duas.

MIXTURA AMMONIACALIS s. Ammoniaci vide Lac Ammoniaci (p. 498).

MIXTURA AMMONIACALIS SALINA. Ph. paup. Hamb.

Rec. Sal. Ammon. Drachm. duas, Aq. dest. Unc. sex, Pulv. Succ. Liquir. Drachm. unam.

MIXTURA AMMONIACI COMPOSITA, Mixtura ex Ammoniaco, Potio ex Ammoniaco et Scilla dicta incisiva, (Ph. Gall. 1818), s. pectoralis, s. expectorans, s. bechica, s. Liquor scilliticus (Ph. Hamb. paup.) Zusammengesetzte Ammoniakmixtur. *Mixture d'Ammoniaque composée.*

Rec. Gummi Ammoniaci Drachm. duas, fiat l. a. emulsio cum Aquae destillatae Unciis octo, cui adde Oxymellis scilitici Unc. semis; sec. Ph. Bor. castr. 1823, et Herbip. milit. 1815. — Suadet Ph. paup. Hamb. 1804: Rec. Gummi Ammoniaci Drachm. duas, solve in Liquoris scillitici (Acetum scilliticum Cineribus clavellatis saturatum) Unc. una, adde Aquae destillatae Unc. sex, Mellis Liquiritiae Unc. duas. — Ph. Gall. 1818: Rec. Hb. Hyssopi Drachm. unam, infunde Aq. ferv. Unc. quatuor, in colatura solve Gummi Ammoniaci Grana duodecim cum Oxymellis scillitici Unc. una antea bene trita et subacta. Ph. castr. Ruthen.: Rec. Ammoniaci Drachm. duas, Aq. fontanae (vel Menth. crisp., vel Foeniculi) Unc. septem, Tinct. aromat. Drachm. duas, Oxymell. scillit. Unc. unam. Sainte-Marie: Rec. Ammoniaci Scrup. unum, Oxymell. scillit. Unc. duas, Aq. Pulegii Unc. sex, — Menth. pip. Unc. semis, vel Ammoniaci Scrup. unum, Oxymell. scillit. Unc. unam, Aq. Pulegii Uncias quinque, Syrup. Senegae Unc. unam et semis. — Cadet: Rec. Oxymell. scillit., Ol. Amygd. dulc., Syr. Althaeae āā Drachm. decem, Ammoniaci Drachm. unam, Vitellum Ovi unius, Aquae Hyssopi Unc. sex. — Saunder: Rec. Ammoniaci Drachm. unam, Vitell. Ovi q. s., Oxymell. scillit. Unc. unam, Aquae destill. Unc. sex.

MIXTURA AMMONIACI ET ANTIMONII Coxe.

Rec. Lact. Ammoniaci, Vini antimonialis āā Unc. quatuor, Syr. Balsami Tolut. Unc. unam, Tinct. Camphor. Unc. quatuor.

MIXTURA AMMONIACI COMPOSITA GRAY.

Rec. Ammoniaci Drachm. unam et semis, Aq. Cinnam. Unc. quinque, Tinct. Castorei Drachm. unam et semis, — Opii Gutt. decem, Syr. Tolutani Unc. unam.

MIXTURA AMMONII CARBONICI PYRO-OLEOSI CAMPHORATA vid. Emulsio oleosa volatilis (p. 357).

MIXTURA AMMONII MURIATICI STIBIATA s. SOLVENS. Ph. militar. Bor.

Rec. Sal. Ammoniaci Drachm. duas, Tart emet. Gran. unum, Solut. Succ. Liquirit. concentr. Drachm. sex, Aq. comm. Unc decem.

MIXTURA EX AMMONIO MURIATICO vid. Decoct. Althaeae cum Ammonio muriatico (p. 217).

MIXTURA AMYGDALARUM vid. Emulsio Amygdalarum (p 350).

MIXTURA ANALEPTICA.

VOGLER Weilb : Rec. Aq. Rub. Idaei Unc. sex, Elixir. acidi mei Scrup duos ad Drachm. unam, Syr. Papav. Rhoead. Unc. semis. SMITH: Cremor. Lactis Unc. sex, Vitellos Ovorum rec. duorum Sacch. Drachm. quatuor ad Unc unam, Aq. Cinnam. hordeat Drachm. sex. BERENDS: Gummi arabici Drachm. duas, Aq. dest. Unc. tres, Aq Naphae Unc. unam, Laud. liquidi SYD. Scrup. semis ad unum, Naphth Acet. Drachm. semis, Syr. simpl. Unc. unam.

MIXTURA ANODYNA BORIES.

Rec. Laud. Liq. SYDENH. Drachm. unam, Aq. Cinnam. hord Unc sex, Syrup Pap. alb. Unc unam.

MIXTURA ANODYNA PRO INFANTIBUS vid. Julapium anodynum (p. 486).

MIXTURA ANTACIDA INFANTUM Ph. paup. Hamb.

Rec. Magnes. alb. Drachm semis, Aq. Foeniculi Unc. semis, Tinct. Rhei aq., Sacch. albi āā Drachm. duas.

MIXTURA ANTALGICA VOGLER Weilb.

Rec. Aq. Rubi Idaei Unc. duas, Nitri depur., Cremor. Tart. āā Drachm. unam, Opii Gran. duo, Syr. Violar. Drachm. duas; vel: Aq. Rubi Idaei Unc. tres, Laudan. liquid. SYDENH. Drachm. semis, Syr. Rubi Idaei Drachm. duas.

MIXTURA ANTARTHRITICA. Ph. paup. Hamb.

Rec. Extr. Aconiti Drachm. unam, Pulv. Gummi Guajaci Drachm. duas, Sulph. aurat. Antimon. Scrup. unum, Aq. dest. Unc. septem, Mell. Liquir. Unc. unam.

MIXTURA ANTASTHMATICA.

CULLEN.: Rec. Aq. Menth. pip., Aq. Raphani rusticani āā Unc. tres, Spir. MINDERERI Unc. duas, Sacch. albi Unc. semis, Acid. succinici Scrup. unum. SPIELMANN: Extr. Enulae, — Cascarill. āā Scrup. unum, Tinct. Pimpinell. alb., — Liquir. āā Drachm. unam, Elixir pect. WEDELII Drachm duas, Oxymell. scillit. Unc. semis, Aq. Tussilaginis, — Pulmonar., — Hyssopi, — Foeniculi, — Veronic., Syr. Alth. āā Unc. unam. Dicta SWIETENII: Sal. volatil. Ammoniaci Drachm. unam, Aq. Rutae Unc. octo, Syr. Diacodii Unc. duas. FRAUNDORF: Oxymell. scillit., Syr. Enul., — de Erysimo āā Unc. unam, Gumm. Ammoniaci Drachm. unam, Spir. Lign. Guajaci Drachm. unam et semis, Tinct. Croci Drachm. tres.

MIXTURA ANTERETHICA. VOGLER Weilb.

Rec Aq Rubi Idaei Unc. septem, Nitri depur. Drachm. tres, Sal. essent. Tartari Scrup. semis, Ol. Olivar. Unc. unam et semis, Syr. Dialth Unc. unam.

MIXTURA ANTHELMINTHICA. Wurmwidrige Mixtur.

AUGUSTIN: Rec. Petrolei Unç. semis, Tinct. Asae foetid. Drachm. sex. BRERA: Calomell. Gran. sex, Tinct. Rhei aquos. Unc octo, Syr. Cichorii comp. Unc. duas. ELLIS: Balsam. Copaiv Drachm. duas, Sal. Sodae Drachm. unam, Tinct. Opii Gutt. 60, Emuls comm. Unc. quatuor. SWEDIAUR: Arcani duplicat. Drachm. duas, Rhei Drachm unam et semis, Sem. Cinae Drachm. unam, Oxym. scillit. Unc. semis, Aq. dest. Unc. duas et semis RICHARD: Tinct Colocynth. Gutt. quinque ad decem, Aq. Chamom. Unc. tres, Syr. Flor. Persicor. Unc. unam; vel: Ol. Terebinth., Aq. Menth. āā Unc. tres, Syr. Artemis. vulg. Unc. unam.

MIXTURA ANTHELMINTHICO-INCITANS. BRERA.

Rec. Helminthochort. Drachm. duas, Hb. Scordii Unc. semis, Aq. ferv. q. s. ad colat. Unc. decem, Naphth. Vitrioli Drachm. semis, Syr. Cinnamomi Unc. semis.

MIXTURA ANTIAPHTHOSA. SAINTE-MARIE.

Rec. Cremor. Lactis, Aq. Rosar. āā Unc. unam, Vitell. Ovi unum, Syr. Diacod. Unc. semis.

MIXTURA ANTIBLENNORRHOICA vid. Emulsio Balsami Copaivae (p. 352).

MIXTURA ANTICATARRHALIS.

VOGLER Weilb.: Rec. Aq. Acaciae Unc. quatuor, Rhei Drachm. semis, Rad. Ipecac. Gran. duo, Specier. Diatragacanth. Scrup. duos, Spirit. Vitrioli Gutt. viginti, Syr. Dialth. Drachm. duas. CADET: Elixir. paregor. Unc. quinque, Tinct Scill. Unc. unam.

MIXTURA ANTICHOLERICA.

SCHAEFER: Rec Tinct. aromat Unc. duas, Bals. vitae HOFFMANNI Drachm. tres, Naphth. Acet. Drachm. unam et semis, Ol. Calami aromat. Gutt. quinque. HESSE: Acidi Nitri Drachm. unam, Aq. Menth. pip., Mixt. camph. āā Unc. unam, Tinct. Opii Drachm. semis. KRAUS: Rad. Calam. aromat. Drachm. duas,

Rad. Galang. Drachm. unam, Rad. Zedoar. Drachm. semis, Hb. Chenop. ambr. Unc. semis, Aq. fervid. q. s. ad colat. Unc. viginti, Tinct. Cort. Aurant. Drachm. duas, Sacch. alb. Unc. semis. GUERSENT: Julap. gummosi Unc. octo, Naphth. Vitriol. Drachm. duas, Spirit. Vitriol. Drachm. duas.

MIXTURA ANTIDIARRHOICA vid. Emulsio cerea (p. 353).

MIXTURA ANTIDYSENTERICA.

HUFELAND: Rec. Extr. Nuc. vomic. aq. Drachm. semis, Mucilag. Gummi arabici Unc. semis, Aq Menth. crisp. Unc. sex, Syr. Althaeae Unc. unam. HOPE: Acidi Nitri fumant. Drachm. unam, Mixt camphorat. Unc. octo, Tinct. Opii Gutt. undecim. CADET: Pulv. Salicariae Drachm. unam et semis, Aq. Rhoeados Unc. duodecim, Syr. Alth. Unc unam.

MIXTURA ANTIEMETICA vid. Potio RIVERII.

MIXTURA ANTIFEBRILIS s. FEBRIFUGA. SAUNDER.

Rec. Extr. Chinae, Olei Tartari per deliq āā Drachm. duas, Aq. Menth. pip Unc. unam, — Cascarill. Unc. duas.

MIXTURA ANTIGONORRHOICA vid. Emuls. Balsami Copaiv. (p. 352).

MIXTURA ANTIGUTTOSA VOLATILIS Ph. Lusitanic.

Rec. Naphth. Vitrioli Drachm. duas, Mixtur. Camphor. composit. Unc. unam, Aq. Menth. pip. Unc. duas, Sacch. alb. Drachm. duas.

MIXTURA ANTIHAEMORRHAGICA.

AUGUSTIN: Rec. Aq. RABELII Drachm. semis, — Menth. pip Unc. septem, Tinct Cinnam. Unc. semis ad unam, Syr. Cinnam Unc. unam. BRUGNATELLI: Spirit. Vitrioli Gutt. sexaginta, Laud. liq. SYDENH. Gutt. triginta, Aq. Cinnam. Unc. quatuor, Syr. Diacodii Unc. semis. PIERQUIN, SPIELMANN: Decocti Hordei Unc. sexaginta quatuor, Spirit. Vitrioli Drachm. duas, Essent. Citri Gutt. quatuor, Sacch. Unc. duas.

MIXTURA ANTIHECTICA GRIFFITHII vid. Mixtura Ferri composita.

MIXTURA ANTIHERPETICO-DIAPHORETICA. BRERA.

Rec. Extr. Aconiti Gran. sex, Flor. Sulphur. Drachm. dimidiam, Vini antimon. Drachm. unam, Infusi Sambuc. Unc. octo, Syr. Sacch. Unc. semis.

MIXTURA ANTIHYDROPICA.

CHELIUS: Extr. Levist. Drachm. duas, Roob Junip., Tart. tart. āā Unc. semis, Aq. Petrosel. Unc. quinque, Spir. Nitr. dulc. Drachm. unam. HORN: Cremor. Tart. solub. Unc. unam, Spir. Sal. dulc. Drachm. tres, Oxymell. squill. Unc unam, Aq. Menth. crisp. Unc. octo. RICHARD: Tart. solub. Unc. unam, Acet. squill. Unc. unam et semis, Infusi Hb. Digital. purp. ex Unc. semis parati Libr. duas. MARCUS: Tinct. regiae Drachm. unam, — Digit. purp. Drachm. tres, Aq. Menth. pip., — Cinnam. simpl., — Meliss. āā Unc. duas. KOPP: Pulv. Rad. Serpent., — Chinae fusc. āā Drachm. unam ad duas infund. Aq. fervid. q. s. ad colat. Unc. quatuor, Cremor. Tart. solub. Drachm. unam et semis ad duas, Spir. Nitri dulc Scrup. duos ad Drachm. unam, Syr. Cort. Aurant. Drachm. quinque, Roob. Junip. Drachm. tres, SAINTE-MARIE: Succi Cerefolii Unc. octo, Syr. Polygal. Virgin. vinosi, — scillit. āā Unc. unam, Pulv. Cantharid. Gran. dimidium ad unum.

MIXTURA ANTIHYDROPICA PRO INFANTIBUS WENDT.

Rec. Rad. Levist. Drachm. unam ad tres, infund. Aq. fervid, colat. refrigerat. Unc. sex adde Spir. Salis dulc. Scrup. unum ad Drachm. unam, Syr. Flor. Aurant. Unc. semis.

MIXTURA ANTIHYSTERICA s. NERVINA.

ELLIS: Rec. Asae foetidae Drachm. unam, Aq Menth. pip. Unc. unam et semis, Tinct. Valer volat. Drachm. duas, — Castorei Drachm. tres, Naphth. Vitrioli Drachm. unam. BORIES: Tinct. Castorei Gutt. quadraginta, Aq. Menth pip. Unc. tres. RATIER: Aq. Valerian., Aq Paeoniae āā Unc. duas, Syr Stoechad. Unc. unam, Tinct. Castorei Gutt viginti. PIERQUIN: Tinct. Castor., — Succini āā Drachm. unam, Aq. Flor. Naphae Unc. sex, Laud. liquidi SYDENH. Gutt. duodecim.

MIXTURA ANTIICTERICA s. AD ICTERUM. CADET.

Rec. Liq. Terrae fol. Tartari, Mellag. Tarax. āā Unc. semis, Extr. Cicutae Gran. decem ad viginti, Aq Foeniculi Unc. sex, Syr. quinque Radic. Unc. unam.

MIXTURA ANTIMIASMATICA vid. Aqua antimiasmatica (p. 44).

MIXTURA ANTIOTODYNICA PIERQUIN.

Rec. Opii Gran. tria ad quatuor, Croci Scrup. semis, Myrrh. Drachm. semis, Succi Malvae Unc. semis, Ol. Amygdal. dulc. Unc. duas.

MIXTURA ANTIPERIODICA.

BORIES: Rec. Resinae Chinae Drachm. unam, Salis Absinth. Drachm. semis, Aq. destillat. Unc duas et semis, Syr. Sacchari Unc. semis. PIERQUIN: Extr. Chinae Drachm. sex, Succi Limon. Unc. unam, Salis Absinth. Drachm. semis. Elix. Vitriol. MYNSICH Gutt. sexaginta, Aq. Meliss., — Flor. Naphae, — Menth. āā Unc. duas.

MIXTURA ANTIPHLOGISTICA. Conf. Fomentatio refrigerans (p. 439)

MIXTURA ANTIPHTHISICA.

PARIS: Rec. Extr. Cicut., — Hyosc. āā Scrup. duos, Mucilag. Gummi arabici Drachm. duas, Spir. MINDERERI Unc. unam, Aq. destill. Unc. quatuor, Vini Ipecac. Drachm. unam, Syr. Papav. Rhoead. Unc. semis. WENDT:

Cummi Ammoniaci Gran. viginti quatuor, Mucil. Gummi arabic. Unc. semis, Aq. Foeniculi Unc. quatuor, Syr. Alth. Unc. unam.

MIXTURA ANTIPSORICA s. ANTISCABIOSA Brera.

Rec. Graphit., Flor. Sulph. āā Drachm. unam, Decocti Hordei Libr. unam.

MIXTURA ANTIPYRETICA Vogler Weilb.

Rec. Aq. Rubi Idaei Unc. septem, Nitri Drachm. duas, Syr. Rubi Idaei vel Dialth. Drachm. sex. Addas etiam Crystal. Tartari Drachm. duas vel Acet Rubi Idaei Unc. semis, vel Spir. Vitrioli Scrup. unum vel Sacch. Lactis Drachm duas.

MIXTURA ANTISCABIOSA vid. Mixtura antipsorica.

MIXTURA ANTISCROPHULOSA.

Sundelin: Rec. Calcareae chlorosae Scrup. unum, Aq. destill. Unc. sex solut. filtrat. adde Syr. Sacchari Unc. semis. Heckeb: Extr. Cicutae Gran. duo ad sex, Aq. Meliss. Unc. duas, Tinct. Rhei aq. Unc. unam.

MIXTURA ANTISPASMODICA.

Wendt: Rec. Moschi opt. Gran. sex, Sal. Alcal volat. sicci Gran. quatuor, Sacch. albi Drachm. tres, Aq. Chamom. Unc. unam et semis. Ejusdem: Radic. Valer. min. Drachm. tres, infunde Aq. fervid. ad colat. refrig. Unc. quatuor, Moschi gen. Gran. octo. Spir. Cornu Cervi rectific. Scrup. duos, Tinct. Ambr. Drachm. duas, Syr. Flor. Naphae Unc. semis. Swediaur: Moschi Scrup. duos, Gummi arabici Drachm. unam, Spir. Junip. comp. Unc. unam, Syr. Sacch. Drachm tres, Aq. Menth. viridis Unc. quinque. Vogler Weilb.: Aq. Acac. Unc quatuor, Nitri Drachm. unam, Cryst. Tartari Scrup. duos, Rad. Ipecac Gran. unum, Syr. Rubi Idaei Unc. semis Vogt: Opii puri, Pulv. Ipecac. āā Gran. sex, Liq. Cornu Cervi succ. Scrup. quinque, Aq. Valer. Unc. quinque, Syr. Chamom. Unc. semis. Brera: Aq. Meliss., — Cinnam. āā Unc. duas, Camphor. Scrup. unum, Moschi orient, Sal. volat. Corn. Cervi āā Gran. quindecim, Syr. e Narcotina Unc. unam.

MIXTURA ANTISPASMODICA et DIURETICA Brera.

Rec. Aq. Menth. pip. Unc duas, Liq. anodyn. Hoffm., — Cornu Cervi succinat. āā Scrup. duos, Spir. Nitri dulc. Scrup. unum.

MIXTURA ANTISPASMODICA INFANTUM. Wendt.

Rec. Liq. Cornu Cervi succinat. Drachm. unam, Aq. Tiliae Unc. duas, Syr. Naphae Unc. unam.

MIXTURA ANTISPASMODICA RESOLVENS Ph. paup. Hamb.

Rec. Infusi Valerian. Unc. octo, Mell. Liquirit. Unc. unam, Vini antim. Huxh. Drachm. duas, Liq. anod. min. Hoffm. Drachm. unam.

MIXTURA ANTISPASMODICA SIMPLEX.

Swediaur: Rec. Liq. anodyn. vegetabil. Drachm. unam, Aq. Menth. pip. Unc. sex — Meliss. comp., Syr. Papav. āā Unc. unam. Brugnatelli: Liq. anodyn. vegetabil., Tinct. Castorei Unc. semis, Olei Valer., Laudani liq. Sydenh. āā Drachm. semis.

MIXTURA ANTISYPHILITICA.

Brugnatelli, Cadet: Rec. Ungt. aegyptiaci Drachm. duas et semis, Aq. purae Unc. duas. de Haen: Mercur. sublimati corros. Gran. tria, Extr. Gratiol. Drachm. duas, Extr. Aconiti Drachm. unam, Roob Sambuci Unc. sex.

MIXTURA ANTIVOMITIVA Piderit.

Rec. Olei Absinthii Drachm. unam, Alcohol. rectific., Liq. anodyn. min. Hoffm. āā Unc. semis.

MIXTURA APERIENS.

Busch: Rec. Olei Ricini Unc. duas, Mucilag. Gummi Mimos. Unc. unam, Aq. Anethi Unc. unam, Tinct. Jalap. Drachm. unam. Disp. Fuld. Salis Ammoniaci Scrup. quatuor, Aq. Chamomill. Unc. decem, Vini antimon. Drachm. unam, Oxymel. simpl. Unc. duas.

MIXTURA APERIENS COMPOSITA Cooper.

Rec. Infusi Senn. Unc. quatuor, Tart. tartarisat. Drachm. sex, Tinct. Jalap Drachm. duas, Syr. Rhamni Drachm. tres.

MIXTURA IN APHTHIS.

Wendt: Rec. Extr. Chin. frig par. Drachm. unam, Gummi arabic. Scrup. duas, Aq. Tiliae Unc. tres, Spir. Salis s. Nitri dulcis Drachm. semis, Syr. Cort. Citri Unc. unam. Lentin: Extr Chin. frig. par. Drachm. unam et semis, Ligni Campech. Drachm. unam, Borac. Drachm. semis, Decocti Salep. ten. Unc. quatuor, Syr. Alth. Unc. unam.

MIXTURA APOPLECTICA. Fuller.

Rec. Balsam. peruv. Gutt. triginta duas, Ol. Nuc. Moschat. Gutt. duas, — Caryophyll. Gutt. duas, Sacch. alb. Drachm. duas, Vitell. Ovi unius, rite commixtis, adde Spir. Lavand. comp. Drachm. unam, — Cochlear. Drachm. semis, Sal. Ammoniaci Gutt. octodecim, Aq. Cerasor. nigr. Unc. unam et semis.

MIXTURA AQUAE LAURO-CERASI.

Brera: Rec. Emuls. semin. Citri Unc. quatuor, Aq. Lauro-Cerasi Gutt. quadraginta. Schlegel: Infusi frig. Lign. Quassiae Unc. quatuor, Aq. Lauro-Cerasi Gutt. sexaginta, — Menth. pip. Unc. duas.

MIXTURA AROMATICA s. PIPERITA. Ph. Genevens.

Rec. Elix. Vitriol. Drachm. duas, Syr. Zingib. Unc. duas, Aq. Menth. pip. Unc. octo. Ph. Nosoc. St. Barth.: Confect. aromat. Drachm. duas et semis, Aq. Piment. dilut. Unc. octo.

MIXTURA ASAE FOETIDAE vid. Emulsio Asae foetid. (p 352).

MIXTURA IN ASTHMATE MILLERI.

Rec. Asae foetid. Drachm. semis, Moschi Gran. octo, Mucil. Gumm. arabic. Unc. semis, Aq. destill. Unc. duas et semis, Sacch. albi Drachm. duas.

MIXTURA BALSAMI COPAIVAE vid. Emuls. Balsami Copaivae (p. 352).

MIXTURA BALSAMI PERUVIANI GRAY.

Rec. Balsami Peruviani, Mell. despumati āā Drachm. duas, Decocti Liquirit. Unc. sex, Elixir Vitrioli MYNSICHTI Gutt. viginti, Tinct. Aurant. Unc. semis.

MIXTURA BALSAMICA BORIES.

Rec. Terebinth. Drachm. duas, Vitell. Ovi unius, Extr. Rhei, Salis Prunell. āā Drachm. unam, Infusi Liquirit. Unc. decem, Syr. Althaeae Unc. unam.

MIXTURA BECHICA vide Mixtura Ammoniaci composita.

MIXTURA BOERHAVII vide Mixtura expectorans.

MIXTURA BORAXATA vide Gargarisma Boracis (p. 445).

MIXTURA CUM CALOMELLE SAUNDER.

Rec. Mercurii dulcis Scrup. semis, Syr. Fumariae Unc. duas, Aq. Fumar. Libr. unam.

MIXTURA CAMPHORAE vide Julapium e Camphora (p. 486).

MIXTURA CAMPHORAE AMMONIATA RICHARD.

Rec. Mixtur. Camphor. Unc. unam, Spir. Ammon. foetid. Unc. semis.

MIXTURA CAMPHORAE COMPOSITA Ph. Lusitanic.

Rec. Camphorae Drachm. semis, Spir. Nitri dulc. Drachm. duas, Infusi Serpent. Unc. quatuor, Sacch. alb. Drachm. duas.

MIXTURA CAMPHORAE CUM MYRRHA Ph. Nosoc. St. Barth.

Rec. Camphorae, Myrrhae āā Drachm. semis, Aq. comm. Unc. octo.

MIXTURA E CAMPHORA CUM ACETO vid. Julapium e Camphora acetosum (p. 486)

MIXTURA CAMPHORATA vid. Julapium e Camphora (p. 486).

MIXTURA CAMPHORATA AETHEREA s. Haustus incitans nervinus s. Potio aetherea camphorata.

AUGUSTIN: Rec. Camphor. Scrup. unum, Naphth. Vitrioli Drachm. duas, Aq. Cinnam. Unc. sex, Laudani liq. SYDENH. Gutt. viginti. BRERA: Decocti Chinae saturati c. Serpentar. Unc. sex, Camphor. Scrup. duos, Naphth. Vitriol. Gutt. triginta.

MIXTURA CAMPHORATO-SPIRITUOSA, s. Potio alcoholica camphorata AUGUSTIN.

Rec. Camphor. Drachm. duas et semis, Spir. Vini rect. Drachm. tres, Gummi arabici, Sacch. albi āā Drachm. duas, Aq. fluviat. ferv. Unc. octodecim.

MIXTURA CAMPHORICA VAN MONS.

Rec. Olei Camphorae Drachm. semis, Nitri Drachm. duas, Sacch. albi Unc. semis, Mell. albi Unc. unam, Aq. Foeniculi Unc. octo.

MIXTURA CARBONATIS CALCIS COMPOSITA vid. Mixtura Cretae.

MIXTURA CARBONATIS POTASSAE s. Absinthii stomachica s Julapium stomachicum.

Ph. Hisp.: Rec. Salis Absinth. Scrup. quatuor, Aq. Citri, — Menth., — Absinth. āā Unc. quatuor, — Cinnam. Unc. duas, Tinct. Ligni Aloës Unc. duas, Syr. Cort. Citri Unc. unam.

MIXTURA CARBONATIS POTASSAE s. Absinthii vid. Potio RIVERII.

MIXTURA CARDIACA SWEDIAUR.

Rec. Tinct. Cinnam., Syr. Cinnam. āā Unc. unam, Electuarii cardiac. Drachm. duas, Aq. Menth. pip. Unc. quinque.

MIXTURA CARMINATIVA.

SAINTE-MARIE: Rec. Rhei aquos. Unc. sex, Liq. anod min. HOFFM. Drachm. unam. GRAY: Salis amari Unc. unam et semis. Magnes. carbonic. Drachm. duas et semis, Tinct. Cardam. comp. Drachm. unam et semis, — Castorei Gutt. quadraginta, Ol Anisi Gutt. decem, Aq. Anethi Unc. duodecim, — purae Unc. octo. Ejusdem: Magnes. ustae Gran. triginta quinque, Pulv. Rhei Gran octo. Sacch albi Drachm. unam et semis, Ol. Anisi Gutt. quinque, Tinct. Castorei Gutt. quindecim, — Opii Gutt. quatuor, Aq. fontanae Unc. duas.

MIXTURA CASCARILLAE COMPOSITA. Ph. Lond. 1836.

Rec. Infusi Cascarill. Unc. septemdecim, Aceti Scillae Unc. unam, Tinct. Camphorae composit. Unc. duas.

MIXTURA CASTOREI AETHEREA.

AUGUSTIN: Rec. Tinct. Castor. Drachm. duas, Liq. anodyn. min. HOFFM. Drachm. unam, Aq. Meliss. Unc. sex, Syr. Cort. Aurant. Drachm. sex. GRAY: Tinct. Castorei Drachm. unam, Naphth. Vitrioli Gutt. decem, Tinct. Opii Gutt. septem, Aq. Cinnam. Unc. unam et semis.

MIXTURA CASTOREI AMMONIATO-SPIRITUOSA.

AUGUSTIN: Rec. Sal. Cornu Cervi volat. Castorei āā Gran. quinque, Essent. Cort. Aurant. Drachm. semis, Aq. Cinnam. Unc. unam

et semis, Tinct. Opii simpl. Gutt quinque. SAUNDER: Spirit. Cornu Cervi, Tinct Castorei āā Scrup. unum, Aq. Cort. Aurant. Unc. unam et semis, Syr. Cort Aurant. Unc. semis.

MIXTURA CATHAERETICA vid. Collyrium LANFRANCI (p. 190).

MIXTURA CATHARTICA AMMONIATA GRAY.

Rec. Ol. Menth. virid. Gutt duodecim, Sacch. alb. Drachm. tres, Infusi Senn. comp. Unc. septem, Sal. mirab. GLAUB. Unc. unam, Tinct. Sennae Drachm. quinque, Spir. Ammon. aromat. Drachm. tres.

MIXTURA CATHARTICA ARABICA CADET.

Rec. Aq. Flor. Naphae, Syr. Flor. Persic. āā Unc. unam, Spir. Rorismarini Drachm. unam, Scammonii Gran. duodecim.

MIXTURA CEREA vid. Emulsio cerea (p. 353).

MIXTURA CHELIDONII AUGUSTIN.

Rec. Extr. Chelidon. Drachm. duas et semis, — Hyoscyami Scrup. unum, Aq. Sambuci Unc. sex, Arcani duplicati Unc.. unam, Tart. emetici Gran. unam, Oxymell. scillit. Unc. unam.

MIXTURA CHINAE. Chinamixtur.

Ph. castr. Ruthena: Rec. Cort. Chinae fusc. pulv. Unc. unam, Extr. Liquirit. Drachm. unam., vel Mucilag. Gumm. arabici Unc. duas, Aq. font. Unc. duodecim, Tinct. aromatic. Unc. semis. VOGT: Cort. Chinae fusci alcoh. Unc. unam, Vini rubri Gallici Unc. novem, Syr. Cinnam. Unc. unam, Naphth. Acet. Drachm. unam.

MIXTURA CHINAE ACIDA AUGUSTIN.

Rec. Extr. Chin. frig. par. Unc. semis, Aq. Cinnam. simp. Unc. sex. Ol. Vitriol Gutt. triginta, Tinct. Cinnam. Drachm. duas.

MIXTURA CHINAE PHOSPHORATA AUGUSTIN.

Rec. Aq. Cinnami Unc. tres, Extr. Chinae Unc. semis, Phosphor. in Naphth. Vitrioli soluti Gran. tria, Syr. Cort. Aurant. Unc. tres.

MIXTURA CHINAE SPIRITUOSA AUGUSTIN.

Rec. Pulv. subtil. Cort. Chinae reg. Unc. unam, Spir. Vini Unc. octo, Naphth. Vitrioli Drachm. duas.

MIXTURA CHOPARTI.

Rec. Aq. Menth. crisp., Spir. Vini rectific., Bals. Copaivae, Syr. Flor. Naph. āā Unc. duas, Aq. Flor. Naphae Unc. unam, Spir. Nitri dulc. Drachm. duas.

MIXTURA CICUTAE s. E CONIO. Schierlingmixtur.

AUGUSTIN: Rec. Extr. Conii macul. Gran. quindecim, Aq purae, — Menth. pip. āā Unc. quatuor, Sacch. albi q. s. ad gratum saporem. SAUNDER: Extr. Cicutae Unc. semis, Aq. Flor. Tiliae Unc. sex, Laud. liq. SYDENH. Gutt. triginta, Syr. Rubi Idaei Unc unam. ELLIS: Extr. Cicutae Drachm. semis, Syr. Diacodii Unc. unam, Aq. font. Unc. septem.

MIXTURA CINCHONAE APERIENS GRAY.

Rec. Confect. Rosae Gallic. Unc. unam, contere cum Decocti Cinchon. fervent. Unc octo, stent simul per horam, tum liquori colato adde Spir. Vitrioli Drachm. unam, Sal. amari Drachm. quatuor et semis, Spir. Myristic. Unc. semis.

MIXTURA CINNAMOMEA CUM ALUMINE PLENCK sec. AUGUSTIN.

Rec. Aq. Menth. Unc. sex, Tinct. Cinnam. Unc. unam, Alumin. crudi Scrup. unum, Syr. opiati Unc. unam.

MIXTURA COLCHICI AUGUSTIN.

Rec. Aq. Petrosel. Unc. sex, Spir. MINDERERI, Oxymel. Colchic. āā Unc. duas.

MIXTURA CONTRA COLICAM SATURNINAM GENDRIN.

Rec. Alumin. crudi Drachm. unam, Aq. font. Unc. quatuor, Syr. gummos. Unc. duas.

MIXTURA CONTRA COLICAM SPASTICAM HORNII.

Rec. Aq. foetid. antihysteric. Ph. B. Unc. duas, Aq. Menth. pip. Unc. tres, Naphth. Aceti Drachm. semis, vel Tinct. Valer. aether. Drachm. unam.

MIXTURA COLUMBAE ALKALINA Ph. Nosoc. St. Barthol.

Rec. Inf. Columb. Unc. septem et semis, Sal. Sodae Drachm. unam, Tinct. Aurant. Unc. dimidiam.

MIXTURA CONTRA CONGELATIONES HOT. DIEU.

Rec. Bals. peruv Unc. semis, Alcohol. Unc. quatuor, Acid. Salis Drachm. unam, Tinct. Benzoës Unc. semis.

MIXTURA CONII COMPOSITA GRAY.

Rec. Extr. Conii Drachm semis, Sal. Sodae Gran. quadraginta quinque, Decocti Liquirit. Unc. quinque et semis, Spir. Pimentae Drachm. tres.

MIXTURA E CONIO vid. Mixtura Cicutae.

MIXTURA COPAIVAE vide Emulsio Balsami Copaivae (p. 352).

MIXTURA CORNU CERVI vide Decoctum album (p. 215).

MIXTURA COSMETICA GRAY.

Rec. Olei Amygdal. Unc. quatuor, — Tartari per deliq. Unc. duas, — Rhodii Gutt. quatuor.

MIXTURA CRETAE s. cretacea s. Carbonatis Calcis, Mucilago cretica, Potio cretacea. Kreidemixtur. *Mixture de Craie.*

Ph. Lond. (1836): Rec. Cretae praeparat. Unc. dimidiam, Sacch. alb. Drachm. tres, Mucilag. Gummi arabic. Unc. unam et semis, Aq. Cinnam. Unc. octodecim. Ph. Hamb. (1835): Conchar. praeparat., Gummi arabici āā Drachm. duas, Aq. Cerasor, — destill. āā Unc. tres, Syr. Sacch. Unc. unam. Ph. Suec. et Dubl.: Cret. praep. Unc. semis, Sacch. alb. Drachm. tres, Gummi Arabic. Unc. semis, Aq. font. Unc. duodecim. (Ph. Lond. 1816 et 1824: Aq. Unc. sedecim, cet. par.) Ph. Edinb.: Cret. praep. Unc. unam, Sacch. alb. Unc. dimidiam, Mucilag. Gummi Arabici Unc. duas, Aq. Libr. duas et semis, Spir. Cinnam. Unc. duas. Ph. Americ.: Cret. praep. Unc. semis, Sacch. albi Gummi arabic. āā Drachm. duas, Aq. Cinnam., — font. āā Unc. quatuor. Ph. castr. Ruthen.: Cret. praep. Gummi Arabici, Sacch. albi āā Drachm duas, Vini Ipecac. Drachm. unam et semis, Tinct. Opii Drachm. unam, — aromatic. Unc. unam et semis, Aq. font. vel Menth. crisp. Unc. octo.

MIXTURA CUBEBARUM vide Emulsio Cubebarum (p. 354).

MIXTURA CUPRI AMMONIO-MURIATICI vide Aqua antimiasmatica (p. 44).

MIXTURA Delpechi.

Rec. Aq. Menth. crisp., — Flor. Naph., Syr. Succi Citri, Bals. Copaiv. āā Unc. unam, Spir. Vitrioli Drachm. unam.

MIXTURA DEMULCENS. Besänftigende Mixtur.

Ph. paup. Hamb.: Rec. Rad. Salep. Scrup. duos, Aq. fervid. Unc. decem, solut. adde Sacch. albi Unc. semis. Sainte-Marie: Radic. Salep. Drachm. unam, solve in q. s. Aq. bullient. ad colat. Unc. quatuor, adde Laud. Liq. Sydenh. Gutt. quindecim, Syr. Diacod. Unc. semis. Gray: Spermat. Ceti Drachm. duas, Vitell. Ovi semis, Syr. Sacch. Unc. semis, Aq. Cinnam. Unc. duas, — font Unc. quatuor.

MIXTURA DEMULCENS AMMONIACALIS Ph. paup. Hamb.

Rec. Mixtur. demulc. Unc. quinque, Sal. Ammoniac. depur. Drachm. unam et semis, Infusi Rhei Unc. unam.

MIXTURA DEPRIMENS Brera.

Rec. Emuls. Amygdal. amar. Unc. duodecim, Folior. digital. Scrup. unum, Nitri Drachm. duas.

MIXTURA DEPRIMENS ET EXPECTORANS Brera.

Rec. Fol. Digit. Drachm. dimidiam, infunde Aq. bullient. q. s. ad colat. Unc. quatuor, adde Emuls. Gummi Arabici Unc. tres, Kermet. mineral. Gran. sex, Syr. Alth. Unc. unam.

MIXTURA DESOBSTRUENS Swediaur.

Rec Tart. tartarisat., Mell. āā Unc. semis, Aq. Cinnam. Unc. octo, Liq. anod. min. Hoffm. Drachm. unam.

MIXTURA DETERGENS Sainte-Marie.

Rec. Aq. Rosarum Unc. tres, Cremor. Lactis, Albumin., Syr. Violarum āā Unc. unam.

MIXTURA DIAPHORETICA, Mixtura Liquoris Ammonii acetici, Potio antiasthmatica. Schweißtreibende Mixtur. *Mixture sudorifique.*

Ph. paup. Hamb.: Rec. Infus. Flor. Sambuc. Unc. sex, Tartari emet. Gran. unum, Spir. Mindereri Unc. tres, Mell. Liquirit. Unc. unam. Augustin: Spir. Minder, Aq. comm. āā Unc. quatuor, Roob. Sambuci Unc. unam, Tinct. aromat. Drachm. duas. Cadet: Spir. Minder. Unc. quatuor, Aq. Flor. Sambuc. Unc. semis, Antimon. diaphoret. abluti Drachm. duas. Brera: Infus. Fl. Sambuc. Unc. quatuor, Spir. Minder. Unc. tres, Camphor. Drachm. semis, Oxymell. simpl. Unc. unam; vel: Infus. Flor. Sambuc. Unc. sex, Spir. Minder. Unc. duas, Vini Antimon. Unc. unam, Mell. despum. Unc. semis. — *Potio antiasthmatica:* Aq. Menth. pip., — Raphani rusticani āā Unc. tres, Spir. Mindereri Drachm. duas, Sacch. alb. Unc. semis, Acidi Succin. Scrup. unum. Fenner: Liq. Tart. emet. Unc. semis, Nitri dep. Scrup. duos, Aq. Menth. Unc. sex, Syr. Rosar. Unc. semis. Ungnad: Mixt. pyro-tartaric. Drachm. duas ad Unc. semis, Aq. Sambuci Unc. quatuor, Syr. Althaeae Unc. duas et semis. Kaempf: Liq. Terrae foliat. Tart. Unc. semis, Spir. Nitri dulc. Drachm. duas, Oxymel. Colchic. Unc. quinque. Consbruch: Salis Cornu Cervi Drachmas duas, Aceti camphorat. q. s. ad saturat., Aq. Sambuci Unc. sex, Succi Sambuci insp. Unc. unam. Cf. Haust. diaphoreticus (p. 461).

MIXTURA DIAPHORETICA ANODYNA Gray.

Rec. Liq. Minder. Unc. quatuor, Vini Antimon., — Ipecac. āā Drachm. duas, Spir. Nitri dulc. Unc. semis, Syr. Diacodii Unc. unam, Extr. Conii Gran. viginti quatuor, Aq. destill. Unc. duodecim.

MIXTURA CONTRA DIARRHOEAM.

Wendt: Rec. Extr. Columb. Drachm. unam, Decocti Salep ten. Unc. tres, Elaeosacch. Foenicul. Scrup. duos. Gray: Olei Cinnam. Gutt. octo, Sacch. alb Drachm. duas, Decocti Tormentill. Unc. sex, Pulv. Cretae comp. cum Opio Drachm. duas, Tinct. Ratanh. Unc. semis.

MIXTURA DIATRION vide Mixt. simplex.

MIXTURA DIGITALIS CAMPHORATA Augustin.
Rec. Tinct. Digital. Drachm. unam et semis, — Hyoscyam. Drachm. unam, Emuls. camphorat. Unc. quatuor.

MIXTURA DIURETICA. Harntreibende Mixtur.
Vogler Weilb.: Rec. Aq. font. Unc. septem, Gumm. Ammoniac. dep., Nitri dep. āā Drachm. duas, Pulv. Scillae Drachm. semis ad Scrup. duos, Oxymel. simpl. Drachm. sex. Wendt: Terebinth. laric. Drachm. unam, Mucilag. Gumm. Arabic. Unc. semis, Aq. Petrosel. Unc. quatuor, Syr. Sacch. Unc. unam. Quarin: Extr. Scillae Gran. sedecim, Liq. Terr. foliat. Tartari, Aq. Petrosel Unc. quatuor, Syr. Rhei Unc. unam. Burdach: Tinct. Cantharid. Drachm. semis ad unam, Cremor. Tart. solub. Unc. unam, Aq. Petrosel. Unc. octo, Syr. Alth. Unc. duas. Berends: Aceti scill. Drachm. sex, Sal. Alcali volat. q. s. ad saturat., Aq. Junip. Unc. quatuor, Tinct. Calami Drachm. duas, Syr. Cort. Aurant. Unc. unam (Cf. Haustus diureticus p. 461).

MIXTURA DIURETICA FORTIOR, Potio diuretica.
Hosp. Car. Paris: Decocti Parietariae Unc. quatuor, Tinct. Digit. Drachm. semis, Vini scillitici Drachm. duas, Spir. Nitri dulc. Gutt. viginti quatuor, Syr. quinq. Radic. Drachm. unam. Ellis: Infusi Digital. Unc. quatuor, Tinct. Digital., Terr. foliat. Tart. āā Drachm. unam, Tinct. Opii Gutt. decem.

MIXTURA DIURETICA et TONICA Gray.
Rec. Infusi Gentian. comp. Unc. sex, Terr. foliat. Tartari Drachm. unam et semis, Spir. Junip. comp., — Armorac. comp. āā Unc. semis, Spir. Nitri dulc. Drachm. duas et semis.

MIXTURA Durandi s. resolvens, s. Naphtha terebinthinata, Soubeiran.
Rec. Olei Terebinth. Drachm. duas, Naphth. Vitriol. Drachm. tres. Ph. milit. Danic. et Cadet: Ol. Terebinth. part. unam, Naphth. Vitrioli part. duas.

MIXTURA AD DYSENTERIAM Swediaur.
Rec. Opii Gran. duo ad tria, Syr. Diacodii Unc. unam, Aq. Chamomill. Rom. Unc. sex.

MIXTURA AD DYSLOCHIAM Swediaur.
Rec. Ocul. Cancr. praep. Unc. semis, Syr. Diacodii Unc. unam, Aq. Chamomill. vinos. Unc. octo, Liq. anod. m. Hoffmanni Drachm. unam, Laud. liq. Sydenh. Drachm. dimidiam.

MIXTURA ECCOPROTICA Vogler Weilb.
Rec. Aq. font. vel Flor. Acac. Unc. tres, Rad. Rhei Scrup. duos, Nitri dep. Drachm. unam, Crystall. Tart., Syr. Rosar. solut. āā Drachm. duas. Addas quoque Sal. Friedericiani. Drachm. duas.

MIXTURA EFFERVESCENS Gray.
Rec. Emuls. Amygdal. Unc. unam, Vini Ipecac. Gutt. decem, Sal. Tart. Gran. decem, Succi Citri Drachm. tres.

MIXTURA EMETICA. Brechmixtur.
Vogt: Rec. Pulv. Rad. Ipecac. Drachm. semis, Tart. emetic. Gran. unum, Oxymel. scill., — simpl. āā Unc. semis, Aq. Chamomil. Unc. duas et semis. Berends: Tart. emet. Gran. duo ad quatuor, Aq. Chamomill. Unc. duas, Oxymel. simpl. Unc. semis. Armstrong: Rad. Ipecac. Gran. decem ad viginti, Vini antimon. Huxh. Drachm. unam, Aq. destill. Drachm. duas, Oxymel. scill., Syr. Rubi Idaei āā Unc. semis. Sundelin: Vitrioli coerul. Gran. decem, Aq. Chamom. Unc. tres, Naphth. Vitrioli Gutt octo. Ellis: Tart. emetic. Gran. unum, Vini Ipecac. Unc. unam.

MIXTURA EMETICA CUM EMETINA.
Magendie: Rec. Emetin. pur. Gran. unum, solve in pauxillo Acid. nitr., adde Aq. Flor. Tiliae Unc. tres, Syr. Althaeae Unc. unam. Richard: Emetini Gran. quatuor, Infus. tenuis Flor. Aurant. Unc. duas, Syr. Flor. Naph. Unc. semis.

MIXTURA EMETO-ANODYNA Ratier.
Rec. Kermet. mineral. Gran. duo, Naphth. Vitrioli, Laud. liquid. Sydenh. āā Scrup. unum, Syr. Sacch. Unc. unam, Aq. comm. Unc. quatuor.

MIXTURA s. POTIO EMMENAGOGA.
Ellis: Rec. Tinct. Martis adstringent., — Aloës comp. āā Unc semis, — Castorei Drachm. duas. Gray: Aq. Cinnam. Unc. unam, Mixtur. Ferri comp. Unc semis.

MIXTURA EMOLLIENS Richard.
Rec. Cerae alb. (flav.) Drachm. tres, Sapon. duri Drachm. unam, Aq. destill. Unc. unam. Liquefiant lento igne in vase ferreo agitata spathula lignea; in mortarium effusis adde paulatim Aq. dest. Libr. duas et Unc. octo, Syr. Alth., Spir. Cinnam. āā Unc. unam.

MIXTURA EXCITANS.
Ph. paup. Hufeland.: Rec. Rad. Valerian. Unc. semis, — Angelic., Flor. Arnic. āā Drachm. duas; digere c. Aq. fervid. per hor. dimid. in vase clauso, colat. Unc. octo adde Spir. Salis Ammon. anisat., Liq. anod. Hoffm. āā Drachm. unam, Syr. commun. Unc. semis. Sundelin: Aceti concentr. Drachm. duas ad tres, Aq. Rubi Idaei Unc. quinque, Syr. Rubi Id. Unc. duas, Naphth. Aceti Drachm. semis.

MIXTURA EXCITANS MITIS. Ph. paup. Hufeland.
Rec. Rad. Valerian. Unc. semis, digere cum Aq. fervid. per hor. dimid. in vase clauso. Colat. Unc. octo, adde Spir. Minder. Drachm. sex, Liq. anod. Hoffm., Syr. comm. Unc. semis.

MIXTURA EXPECTORANS Gray.
Rec. Gummi Asae foetid. Scrup. duas, Aq. Menth. sativ. Unc. tres, Syr. Tolut. Unc. unam.

MIXTURA EXTRACTI ARNICAE Augustin.
Rec. Extr. Arnic. Drachm. duas, Tinct. Castor. Drachm. unam, Syr. Cort. Aurant. Drachm. sex, Aq. Menth. pip. Unc. sex.

MIXTURA EXTRACTI RHOIS RADICANTIS AUGUSTIN.
Rec. Extr. Rhois radic. vel Toxicodend. Drachm. unam, Aq. destill. Unc. unam.

MIXTURA FEBRIFUGA GRAY.
Rec. Julep e Camphora Unc. viginti tres, Tartari emet. Gran. quatuor, Nitri depur. Drachm. sex, Spir. Nitri dulc., Syr. Succ. Citri āā Unc. semis.

MIXTURA FERREA.
SWEDIAUR: Rec. Ferri muriat. oxydul. Drachm. unam, Aq. Menth. crisp. Unc. octo, — Cinnam., Syr. Sacch. āā Unc. unam. CADET: Croci Drachm. semis, Aq. Unc. quatuor, f infus. colat. adde Ferri muriat. oxydul. Drachm. semis, Syr. Valer. Unc. duas.

MIXTURA FERRI COMPOSITA,

Mixtura tonico-antihectica GRIFFITHI, **Emulsio Ferri composita, Mistura Myrrhae ferrata, Mistura Myrrhae** GRIFFITHI. **Zusammengesetzte Eisenmixtur.** *Mixture de fer composée.*

Ph. Lond. 1824, Amer., VAN MONS cet. Rec. Myrrhae contritae Drachm. unam, Salis Tartari Grana viginti quinque, Aq. Rosar. Unc. octo (Lond. 1836 Unc. novem), Vitrioli viridis dep. Scrup. unum (Lond. 1836 Gran. viginti quinque), Spir. Nucis Moschat. (s. Myristicae) Unc. semis, Sacch. Drachm. unam. Ph. Suec.: Rec. Myrrh. Drachm. unam, solve terendo in Aq. Menth. pip. Unc. sex et semis, colatis adde Salis Tartari Gran. viginti et quinque, Vitrioli virid. Scrup. unum, Tinct. Lavend. Drachm. sex, Syrup. simpl. Drachm. duas. Ph. Hamb. 1835: Myrrh. Drachm. unam, Sal. Tartari Grana viginti quinque, Aq. Menth. crisp. Unc. octo, Vitrioli virid. Scrup. unum, Sacch. albi Unc. semis. CADET, SWEDIAUR: Rec. Myrrh. Drachm. duas, Sal. Tartari Drachm. unam, Aq. Menth. Unc. tredecim, Spir. Menth. Unc. unam et semis, Vitrioli virid. Scrup. unum ad Drachm. semis, Syrup. Balsam. Tolutan. NIEMANN: Rec. Myrrhae Drachmam unam, Aq. alexiter. simpl. Unc. sex et semis, — spirituos. Drachm. sex, Sal. Tartari Drachm. semis, Vitrioli viridis Gran. duodecim, Syrup. simpl. Drachm. duas. SWEDIAUR: Rec. Myrrhae Drachm. unam, Gummi Arab. Drachm. unam et semis, cum Aq. pauxillo fiat emuls., cui adde Vitriol. virid., Sal. Tartari āā Scrup. unum, Sacchar. alb. Drachm. unam, Aq. Rosar. Unc. septem et semis, Spir. Nuc. Moschat. Unc. semis. ELLIS: Rec. Myrrhae, Sal. Tartari āā Drachm. unam, Sacchar. Drachm. duas, Aquae Unc. sex. AUGUSTIN: Rec. Myrrh. Drachm. unam, Aq. aromat. Unc. sex et semis, Cinnamom. Drachm. sex, Sal. Tartari Drachm. semis, Vitriol. virid. Gran. duodecim, Syr. simpl. Drachm. duas; vel: Rec. Myrrh. Drachm. unam, Infus. Chamomill. Unc. sex, Aq. Chamomill. Unc. unam, Vitriol. virid. Gran. quindecim, Syrup. Cort. Aurant. Unc. unam.

MIXTURA FOETIDA.
SWEDIAUR: Rec. Tinct. Asae foetid. volat. Unc. unam, Aq. Menth. pip. Unc. septem. PIERQUIN: Castor. Gran. duodecim, Spir. Cornu Cervi Drachm. semis, Aq. Tiliae, Aq. Menth. āā Unc duas, Laud. liq. SYDENH. Gutt. sex. BORIES: Aq. Artemis., — Matric., Aq. Flor. Naph. āā Unc. duas, Electuar. Theriac. Drachm. unam, Castorei Gran. viginti.

MIXTURA FRIGORIFICA vid. Fomentatio frigida SCHMUCKERI. (p. 438).

MIXTURA CONTRA GASTROMALACIAM PITSCHAFT.
Rec. Acidi pyrolignosi Drachm. unam, Aq. Naphae Unc. duas, Syr. emulsiv. Unc. unam.

MIXTURA GENTIANAE COMPOSITA.
Zusammengesetzte Enzianmixtur.
Ph. Lond. 1836: Rec. Infusi Gentian. comp. Unc. duodecim, Infus. Sennae comp. Unc. sex, Tinct. Cardam. comp. Unc. duas. Ph. Nosoc. St. Barthol. (Mixt. Gentian. c. Senna) Infusi Gentian. comp. Unc. decem, Infusi Sennae comp. Unc. quinque, Tinct. Cardam Unc. unam.

MIXTURA AD GONORRHOEAM.
DELPECH: Rec. Aq. Menth. crisp., — Naphae, Syr. Succi Citri, Bals. Copaiv. āā Unc. unam, Spir. Vitriol. Drachm. unam. CHAPORT: Aq. Menth. crisp., Spir. Vini rect., Bals. Copaiv., Syr. Flor. Aurant. āā Unc. duas, Aq. Naphae Unc. unam, Spir. Citri dulc. Drachm. duas.

MIXTURA GUAJACI ALKALINA GRAY.
Rec. Res. Guajaci, Calc. vivae āā Unc. unam; contrit. simul adde Aquae Libram unam.

MIXTURA GUAJACI AMMONIATA GRAY.
Rec. Gumm. Guajac. Drachm. duas, Spir. Sal. Ammoniaci aquos. Drachm. duas et semis, Decocti Hordei Unc. octo.

MIXTURA GUAJACINA.
Rec. Sacch. alb. Libr decem, Vanill. Unc. decem, Rad. Ginseng (Panax Quinquefolium Linn.) pulv. Unc. quinque, Ol. Cinnamomi Gutt. unam, Tinct. Ambr. Gutt. decem, Mucilag. Tragacanth. q. s. ut fiant morsuli granor. 24 ad 30.

MORSULI IMPERATORIS vid. Morsuli aromatici.

MORSULI MARTIALES Reuss.

Rec. Sacch. albi, ad consistentiam tabularem coquendi, Unc. quatuor, Limaturae Martis alcoholisatae Unc. unam, Cort. Cinnamom. Drachm. unam, m. f. morsuli.

MORSULI MENTHAE PIPERITAE. Disp. Fuld.

Rec. Sacchari ad tabulati consistentiam cocti Unc. sex, Pulv. Hb. Menth. pip. Drachm. sex, mixtis in ipso effundendi momento adde Ol. Menth. pip. Gutt. triginta, fiant morsuli No. triginta. De ceteris varietatibus cf. Pastilli Menth. pip.

MORSULI OCULORUM CANCRORUM vid. Pastilli.

MORSULI PECTORALES Ph. Ferrar.

Rec. Mucilag. Lichenis Island., — Gummi Arab. āā Libr. unam, Sacch. albi Libr. duas, Opii Drachm. unam et semis, f. morsuli Gran. 24.

MORSULI PURGANTES Ph. Wirt., Palat., Brunsv.

Rec. Resinae Jalapp. Drachm. unam, contere cum Amygd. dulc. Drachm. tribus, Cardamom. min. Scrup. unum, Cinnamomi Scrup. duos, Sacch. albi ad consist. tabulandi cocti Unc. septem et semis.

MORSULI RESTAURANTES Kunkelii vid. Morsuli antimoniales Kunkelii.

MORSULI DE RHEO Ph. Hamb. 1835.

Rec. Sacch. albi Unc. octo, coque ad plumam et adde Rad. Rhei Unc unam, Elaeosacch. Citri Unc. semis.

MORSULI RHOEADOS Ph. Ferrar.

Rec. Infus. Rhoeados Libr. sex, Sacch. Libr. quatuor, coque ad aptam consistentiam effunde in laminam marmoream et in morsulos concide.

MORSULI ROBORANTES Bruckner.

Rec. Pulv. Cort. Cinnamom., Cardamom. minor., Pulv. Nuc. Jugland. āā Drachm. unam, Sacch. ad consistent. tabulandi cocti Unc. duas et semis, f. morsuli No. 12.

MORSULI AD SCABIEM, Tabellae antipsoricae. Krätzmorsellen.

Rec. Flor. Sulph. Unc. unam, Antimonii crudi praep., Spec. Imperat. āā Drachm. duas, Amygd. dulc. concis. Unc. unam, Sacch. albi ad plumam cocti Unc. octo, Ol. de Cedro Gutt. decem.

MORSULI AD SITIM RESTINGUENDAM. Ph. Gall. 1818. Rec. Acid. tartaric. pulv. Drachm. unam, Sacch. alb. Libr. semis, Ol. de Cedro Gutt. duodeviginti, Mucilaginis Gummi Tragacanth. q. s. ut f. mors. Gran. 12. Van Mons: Acidi tartarici pulv. Unc. unam, Sacch. ad plumam cocti Unc. sedecim. Ph. Gall. 1837. Salis Acetosell. Drachm. tres, Sacch. albi Unc. sedecim, Mucilag. Gummi Tragacanth. q. s., Ol. de Cedro Gutt. sedecim, f. morsuli Gran. duodecim.

MORSULI AD SODAM vid. Morsuli ad Ardorem Ventriculi.

MORSULI STIBIATI vel **STIBII** vid. Morsuli antimoniales.

MORSULI STIMULANTES.

Spielmann: Rec. Cinnamomi Drachm. duas, Nuc. mosch. Drachm. unam, Caryophyll. Scrup. duos, Macid. Scrup. unum, Zingiberis Drachm. sex, Sacch. alb. Unc. sedecim. Sainte-Marie: Zingiberis Drachm. duas, Croci Drachm. unam, Moschi, Caryophyll. āā Drachm. semis, Mastich. Drachm. tres, Ambr. gris. Gran. duodecim, Sacch. alb. Unc. octo.

MORSULI STOMACHICI vid. Morsuli aromatici.

MORSULI TARTAREI Disp. Vienn.

Rec. Cremor. Tart. Drachm. sex, Faeculae Acetosell. Drachm. unam, Sacch. alb. Libr. unam, Succi Citri rec. q. s.

MORSULI TEMPERANTES Schubberth.

Rec. Sacch. alb. Unc. duas, Aq. comm. q. s., Succ. Citri Drachm. duas, Elaeosacch. Citri Drachm. unam.

MORSULI CONTRA VERMES vid. Morsuli anthelminthici.

MOSCHUS ARTIFICIALIS, Resina Succini balsamica, Oleum Succini oxydatum, Succinum oxygenatum. Künstlicher Moschus. Künstlicher Bisam.

Disp. Lipp. Rec. Ol. Succini rect. Unc. duas, in vas capax immisso affunde Acidi Nitri fumantis Unc. sex; admixtione peracta vitrum cum resina nata quiescat per horas 24, tum resina exemta primum cum aqua frigida, deinde cum calida abluatur, donec acidum penitus amiserit. Resina odoris moschatini servetur in vitro bene clauso. Moschi nativi remedium excitans vicarium esse, quondam praedicabatur, nunc plane derelictum. Codices de Acidi copia parum discrepant, quod omittamus.

MUCHARUM ROSARUM vid. Infusum Rosarum solutivum (p. 478).

MUCILAGO ACACIAE vid. Mucilago Gummi Arabici.

MUCILAGO ALTHAEAE, s. Radicis Althaeae. Altheeschleim. *Mucilage de Guimauve.*

Rec. Radicis Althaeae minutim concisae et contusae Unc. unam, Aquae communis tepidae Unc. sex, mixta in locum tepidum interdum concutienda sepone, donec humor albumine paulo lentior evadat; per pannum trajice et leviter tantum exprime. Ph. Gall. 1818 hanc formulam praecepit, cum qua Ph. Ferrar. congruit. Coctio in paranda Mucilagine Althaeae plane est evitanda. Ph. Bor. castr. ex Unc. una Radicis decocti Unc. octo, hasque ad Unciarum quatuor remanentiam, Ph. Oldenb. ad Unc. duarum remanentiam decoqui vult.

MUCILAGO AMYLI. Stärkeschleim.

Ph. Edinb., Lond. 1824 (1836 omisit): Amyli Drachm. tres, Aq. comm. Unc. sedecim, misce, distende et inter agitationem semel coque.

Ph. Dubl. Amyli Unc. semis, cet. par.

MUCILAGO ASTRAGALI vid. Mucilago Gummi Tragacanthae.

MUCILAGO CAMPHORATA Swediaur.

Rec. Camphor. Unc. unam, Mucilaginis Gummi Arabici Libr. unam. In ulceribus putridis.

MUCILAGO CANTHARIDUM Augustin.

Rec. Tinct. Cantharid. Gutt. quatuor, Mucilaginis Gummi Arabic. Unc. quatuor. In gonorrhoea.

MUCILAGO CONSOLIDAE MAJORIS Ph. Sard.

Rec. Rad. Consolidae maj. Libr. unam, Aq. ferv. Libr. quatuor, macerata exprime.

MUCILAGO CORALLINAE CORSICAE. s Helminthochort. vid. Gelatina Helminthochorti (p. 452).

MUCILAGO CRETICA vid. Mixtura Cretae (p. 560).

MUCILAGO CYDONIORUM, s. Seminum Cydoniorum, Mucilago cum Seminibus Cydoniorum. Quittensamenschleim. *Mucilage de semences de coings.*

Rec. Seminum Cydoniorum integrorum Drachm. unam, Aquae communis tepidae Unc. octo, mixta interdum concute per aliquot dies, tum cola.

Ph. Bor. ed. 5, Hann. Aquam Rosarum, cet. paribus, praescribit. Haec seminum copia sufficit ad reddendam aquae tantam molem mucilaginosam. Plurimi Codices nimiam Seminum copiam adhibent, quam quae penitus extrahi posset; e. gr. Ph. Ferrar., Fuld., Hass., Lipp., Oldenb. Seminum Drachm. unam, pro Aquae Uncia una sumunt. Coctio vel Seminum conquassatio non laudanda, quae mucilaginem turbidam reddunt. Ph. Austr., Lusit. seminum rationem habent 1:24, Belg. 1:48, Bavar., Saxon. 1837 1:40, Hass. 1:32, quae varietates parvi sunt momenti. *Vis:* involvens, leniter adstringens. *Usus:* externus in ophthalmiis. Improprium est, salia metallica, e. gr. Plumbum aceticum, admiscere simul, quippe quae decomponerentur plurimum.

MUCILAGO CYDONIORUM ACIDULATA, s. Linctus acidus. Säuerlicher Quittenkernschleim.

Rec. Sem Cydonior. Drachm. semis, Aq. comm. Unc. tres, f. mucilago, cola, Unciis duabus adde Acidi sulphurici diluti Drachm. unam, Syrupi Ribium nigror. Unc. unam.

MUCILAGO FOENUGRAECI. Foenugrecsamenschleim.

Ph. Sard. Rec. Sem. Foenugraeci Unc. unam, Aq. comm. Unc. decem, macerata cola.

MUCILAGO GLYCYRRHIZAE. s. LIQUIRITIAE vid. Pasta Liquiritiae.

MUCILAGO GUMMI ARABICI, Mucilago Mimosae s. Acaciae, Mistura Acaciae (Lond. 1836). Arabisch Gummischleim, Gummischleim. *Mucilage de gomme arabique.*

Rec. Gummi Arabici pulv. Unc. unam, Aquae dest. Unc. duas, triturando in mortario solve. Conveniunt cum hac formula Ph. Austr., Antw., Bavar., Dubl., Edinb., Lond. 1824, Fenn., Hann., Hass, Slesv.-Hols., Suec., Saxon.; Aquae Uncias tres pro singulis Gummi Arab. Unciis habent Ph. Boruss. ed. 5, Oldenb., quatuor Disp. Lipp.; Gummi et Aquae par pondus volunt Ph. Amstel., Batava et Gall. 1837; Gummi duas, Aquae tres partes Disp. Fuld. et Ph. Lusit.; Gummi quinque, Aquae octo partes Ph. Lond. 1836.

Sit fere limpida, pallide flava, saporis fatui. Limpidior prodit si e frustulis electis totis Gummi Arabici paratur, quod quidem licet, quando tempus tibi est. *Vis:* demulcens, involvens.

MUCILAGO GUMMI TRAGACANTHAE, s. Tragacanthae, s. Astragali, Mucago cum Gummi Tragacantha. Tragantschleim. *Mucilage de gomme Adraganthe.*

Rec. Gummi Tragacanth. pulv. Drachm. unam, in mortario citissime misce cum Aq. comm. frigidae Unc. duabus et assidua trituratione mixtionem aequabilem promove. Codices de aquae adhibendae copia passim discrepant. Pro parandis rotulis atque pastillis consistentiae densioris aptae modus ex tempore dignoscitur atque curatur. Ph. Gall., Fuld., Lusit. pro Gummi parte una Aquae habet partes octo (nimium crassa fit mucilago), Lipp. duodecim, Bat., Belg. quatuordecim, Hass. duodequinquaginta, Bavar., Saxon. sexaginta, cet. — Mucilago tenacior, densior atque uberior ex Gummi Tragacanthae integro nec pulverisato prodit. Pro parandis rotulis saccharinis crassior mucilago conducit, quam pro oleis subigendis.

MUCILAGO HELICUM sec. MOUCHON. Schneckenschleim. *Mucilage de Limaçons.*

Rec. Helicum Pomatiarum No. quatuor; intestina nigra aufer, carnem lava, disseca in frustula, per quadrantem horae virga salicina exagita et succum exprime, adde Syrupi simpl. Drachm. septem, Aq. Naphae Drachm. duas, Aq. comm. Unc. tres.

MUCILAGO HELMINTHOCHOR vid. Gelatina Helminthochorti (p. 452).

MUCILAGO LICHENIS ISLANDICI paratur sicut Gelatina Lichenis Islandici, attamen congelescentia majore aquae copia admixta evitatur, e. gr. Lichen. Islandici Unc. una cum Aq. comm. Libr. una decocta ad colat. Unc. octo inspissatur.

MUCILAGO MERCURIALIS PLENCKII, s. Mucilago Gummi Arabici mercurialis. Plenck's Quecksilberschleim.

Ph. Wirt. Rec. Mercurii vivi Drachm. unam, Gummi Arabici Unc. semis, Aq. comm. Unc. unam, trituratione assidua subige Mercurium, donec penitus disparuerit. Cf. Mercurius gummosus PLENCKII (p. 545).

MUCILAGO OLEOSA vid. Linctus oleosus (p. 508).

MUCILAGO PSYLLII s. Seminis Psyllii. Flohsamenschleim.

Rec. Sem. Psyllii Drachm. duas, Aq. tepidae Unc. unam et semis, digere interdum concutienda et exprime.

MUCILAGO SALEP, s. Radicis Salep. Salepschleim. *Mucilage de Salep.*

Ph. Bor. ed. 5. Rec. Rad. Salep. pulv. Drachm. unam, Aq. comm. frigidae Unc. duas, bene agitando misce, donec a Radice fere imbuta fuerit, tunc admisce Aquae comm. ferv. Unc. decem et miscelam conquassa, donec frigefacta sit. Cf. Gelatina Salep (p. 454).

MUCILAGO TRAGACANTHAE vid. Mucilago Gummi Tragacanthae.

MURIAS. Salzsaures Salz. *Muriate* vid. Nomina antiqua vel a basi derivata. Usitatiora hic indicabimus, qua voce reperiantur.

MURIAS AMMONIAE vid. Sal Ammoniacum.

MURIAS AMMONIAE FERRICUS vel **MARTIATUM** vid. Sal Ammoniacum martiatum.

MURIAS ANTIMONII vid. Butyrum Antimonii (p. 140).

MURIAS BARYTAE vid. Terra ponderosa salita.

MURIAS CALCIS vid. Calx salita (p. 148).

MURIAS FERRI vid. Ferrum muriaticum (p. 429).

MURIAS HYDRARGYRI s. hydrargyricus vid. Mercurius sublimatus corrosivus (p. 550).

MURIAS HYDRARGYRI PRAECIPITATUS vid. Calomel via humida (p. 147).

MURIAS HYDRARGYROSUS vid. Calomel (p. 146).

MURIAS MAGNESIAE vid. Magnesia muriatica (p. 537).

MURIAS MERCURII vid Calomel (p. 146) et Mercurius sublimatus corrosivus (p. 550).

MURIAS POTASSAE vid. Sal digestivum SYLVII.

MURIAS POTASSAE HYPEROXYGENATUS vid. Kali chloricum (p. 492).

MURIAS STIBII vid. Butyrum Antimonii (p. 140).

MURIAS ZINCI vid. Butyrum Zinci (p. 143).

MUSCERDAE vid. Trochisci Catechu.

NAPHTHA ACETI. Essigäther. *Éther acétique.*

Synon.: Aether aceticus. Essignaphtha.

Rec. Sacchari Saturni Unc. quadraginta;
in sartaginem cupream vel porcellaneam immissae calore liquefiant, et inter assiduam agitationem igne sub finem moderatiore in pulverem siccissimum, a glebulis plane liberum, redigantur; tum admisce
Salis mirabilis GLAUBERI bene siccati Uncias duas.
Seorsum recipe
Spiritus Vini rectificatissimi Uncias quindecim,
in quem in gyrum agitatum per vices affunde
Olei Vitrioli Uncias viginti;
miscelam adhuc calidam affunde Saccharo Saturni interdum in retortam ingesto, agitatione bene misce liquorem cum pulvere, retortam in balneum arenae colloca et excipulum bene refrigerandum

appone. Quum ebullitio ex mixtione sponte enata cessaverit, igne supposito destillationem usque ad siccum institue.

Destillatum conquassatione misce cum Liquore Kali carbonici usque dum reactio acida disparuerit. Miscelam totam ex retorta vel ex cucurbita leni calore rectifica, quamdiu Naphtha satis pura prodit. *Part. const.* Acidi acetici anhydri, et Naphthae Vitrioli aequalia Pond. Mixt.

Vis: maxime analeptica, excitans, nervina.

Sit liquor limpidissimus, mobilissimus, decolor, ab omni acido liber, odoris fragrantissimi maxime grati atque recreantis, odorem Naphthae Vitrioli non prae se ferat, ex toto sit volatilis, in aquae destillatae minore quantitate quam septupla non solubilis. Pond. spec. 0,88 — 0,89. —

Usus: ad instigandas vires vitales in febribus adynamicis, lipothymia, asphyxia.

De paranda Naphtha Aceti Codices multum inter sese discrepant, et liquores edunt majores minoresve Aquae et Spiritus Vini copias continentes. Quando Olei Vitrioli non sufficiens copia adest, Acidum aceticum multum emergit et destillatum acidi gravidum est; quando Olei Vitrioli nimia vis adest, Naphtha Vitrioli pura destillato immixta erit. Sal mirabile, quod formulae nostrae addidimus, duos simul scopos habet. Sub finem destillationis Olei Vitrioli excedentis vis hoc sale infringitur, quia Natrum bisulphuricum enascitur, quod difficilius decomponitur quam Acidum sulphuricum liberum, deinde placenta Plumbi sulphurici facilius ex retorta abluitur, quia particulis Natri sulphurici interpositis et solutis cohaesio Salis non solubilis tollitur. Quaedam pharmacopoeae Natrum aceticum, aliae Kali aceticum adhibent, at hoc quidem parvi est momenti, si justae copiae sumuntur. Kali aceticum vero semper acidum muriaticum continet, si ex Cineribus clavellatis praeparatum est. Acidum aceticum et Oleum Vitrioli adhibere duos jam exigit labores, qui simul exerceri possunt. Saccharum Saturni simul vilissimum atque purissimum Acidi acetici Sal ubique prostat. Ingredientium rationes Soubeiran tales esse sistit, Saccharo Saturni posthabito, scilicet Kali acetici sicci Partes tres, Spiritus Vini rectss. Partes tres, Olei Vitrioli duas; vel Natri acetici siccati Part. quinque, Spiritus sex, Olei Vitrioli quatuor. Lixivium causticum in acido tollendo atque rectificatione evitandum est, quia Naphtham Aceti decomponit.

NAPHTHA ACETICA MARTIATA vid. Tinctura Ferri acetici aetherea.

NAPHTHA AMMONIACALIS, Aether ammoniacatus (Suec.). Ammoniaknaphtha. *Éther ammoniacal.*

Ph. Suec. Rec. Sal. Ammoniaci Unc. unam, solve in pari pondere Aq. communis et admisce Calcis vivae, aqua nuper extinctae, Unc. unam; denique adjice Naphthae Vitrioli Unc. unam, et destillatione Unciam unam evoca. Citius paratur sola mixtione ex Spiritus Salis Ammoniaci et Naphthae Vitrioli pari pondere.

NAPHTHA CAMPHORATA vid. Naphtha Vitrioli camphorata.

NAPHTHA CHLORI s. chlorica, Aether bichloricus. Chloräther, schwerer Salzäther.

Rec Calcariae chlorosae optimae notae Unc. sex, Aquae communis Libr. duas et semis, solve et filtra; liquori filtrato adde Spiritus Vini rectificatissimi Unc. unam, et miscelam in retortam percapacem ingere. Igne supposito destillatio instituatur, tum ignis iterum auferatur, quia reactio sua sponte perget, donec liquor aethereus prodire cessaverit. Vas excipiens bene frigefiat. Liquores duo eliciuntur, quorum gravior atque inferior Naphtham Chlori exhibet. Haec cum Mercurio vivo, qui Chlorum cohibeat, conquassetur atque novae destillationi subjiciatur.

Est liquor limpidus, decolor, odoris penetrantis nec ingrati, saporis calefacientis simulque dulcis, aqua gravior, fervet ad 56° R., cum Spiritu Vini facillime miscetur. *Vis:* eximia analeptica, excitans. A medicis Americanis multum adhibetur in asthmate, affectionibus adynamicis. Continetur Naphtha Chlori in Spiritu Salis dulci mixta cum Spiritu Vini.

NAPHTHA FORMICICA, Aether formicicus. Ameisenäther, Ameisennaphtha. *Éther formique.*

Rec. Natri formicici bene siccati Unc. septem, in retortam ingestis infunde per tubulum miscelam Spiritus Vini rectificatissimi Unc. sex, et Olei Vitrioli Unc. decem, tubulum extemplo claude, quia reactio atque destillatio sponte sua incipiet. Naphthae dimidium destillabit antequam ignem supponere

opus est Liquorem prolectum cum Unc. decem Lactis calcarei bene lavá, et Naphtham in vas optime muniendum ingere, in quo Calcariae muriaticae fusae frustula insunt. Odorem habet nucleorum Persicorum.

NAPHTHA HYDROCYANICA s. prussica, Aether prussicus. Blausäureäther, Aethylcyanür. *Éther prussique.*

Rec. Kali sulphovinosi (ätherschwefelsaures Kali sive schwefelsaures Aethyloxyd-Kali) et Kalii cyanati par pondus, bene mixta in retorta vitrea blandae destillationi expone, caute evitans vapores forsitan hinc inde ex retortae juncturis emergentes. Liquor obtinetur decolor vel saltem leviter colore flavo tinctus in strata duo separatus, quorum superius Naphtham hydrocyanicam exhibet. Haec cum quintuplo pondere Aquae bene lavetur, tum per aliquod tempus calori Grad. 40—50 R exponatur, denique cum frustulis Calcariae muriaticae fusae iterum destillet.

Est liquor decolor, volatilis, odoris ingrati graviter alliacei, Pond spec. 0,78, ebullit ad 65° R., Aqua non dissolvitur, sed facile Spiritu Vini et Naphtha Vitrioli.

Usus: In locum Acidi hydrocyanici hanc Naphtham substituere tentatum est; propter odorem summopere nauseosum aegroti hoc remedium adeo perhorruerunt, ut iterum plane derelictum sit. *Vis:* Acidi hydrocyanici.

NAPHTHA MERCURIALIS.

Rec. Mercur. sublimat. corrosiv. Gran quatuor, Naphthae Vitrioli Unc. semis, solve

NAPHTHA NITRI s. nitrica. Salpeteräther, salpetersaures Aethyloxyd. *Éther nitrique.*

Rec. Spiritus Vini rectificatissimi Unc. novem, immitte in lagenam cylindricam, altam nec minus amplam; ope tubi vitrei in apicem tenuem desinentis et in Spiritum Vini usque ad lagenae fundum immersi infunde Aquae destillatae Unc. quatuor, cavendo ne Aqua cum Spiritu commisceatur, sed strati instar sub Spiritu extendatur. Simili modo per eundem tubum vitreum infunde Acidi Nitrici fumantis Unc. octo, cavendo quoque ne acidum cum Aqua commisceatur. Lagenam, in eum locum antea constitutam, in quo mansura erat per totum operationis tempus, intactam derelinque. Orificium lagenae antea epistomio suberino muniatur, per quod tubus vitreus angustus, bis in angulum rectum recurvus, et altero crure in Spiritum Vini immersu, commissus est. Lagenae altitudo diametrum triplo superet. Operatio in loco temperato non nimis calido fiat. Post aliquod tempus strata commisceri incipient, denique strata tria priora in duo mutata erunt, quorum superius flavum Naphtham Nitri exhibebit. Haec lege artis a liquido acido inferiore separata cum solutione Kali carbonici usque ad neutralisationem commisceatur, tum in retortulam remissa rectificetur blandissimo calore et refrigerio optimo vasis excipientis. Hic labor tempore tantum biberno, si fieri potest, instituatur. Naphtha Nitri pura levi colore flavo tincta est, facillime ebullit ipso manus calore, odorem aethereum gratum pomorum reginae non absimilem prae se fert. Remedium supervacaneum propter Spiritum Nitri dulcem, quod merum nunquam propinari potest. Sunt qui Spiritum Nitri dulcem ex Naphtha Nitri et Spiritu Vini commisceri volunt, hac quidem in re nimis solliciti et ex Scilla in Charybdim incidentes, quia Naphthae Nitri praeparatio jam copiosioribus casibus adversis obnoxia est, atque Spiritus dulcis.

Liebigius alteram parandi methodum proposuit, chemico experto commodam quidem, at in officinis pharmaceuticis propter suppellectilis constituendae difficultatem non exercendam. Tempore aestivo absque glacie adhibita nil fere ea obtinetur, quare in Codice pharmaceutico praetereundam censeo.

NAPHTHA PETROLEI vid. Oleum Petrae (I, p. 197).

† NAPHTHA PHOSPHORATA, Naphtha Vitrioli phosphorata, Aether sulphuricus phosphoratus, Tinctura aetherea cum Phosphoro (Gall.). Phosphornaphtha, phosphorhaltiger Aether. *Éther phosphoré, Teinture éthérée de Phosphore.*

Rec. Phosphori Drachm. unam, immitte in vitrum Unciarum trium capax et affunde Spiritus Vini rectificatissimi Unc. unam; vitrum in aquam calidam impone, ut Phosphorus liquefiat, tum vitrum optime concute, donec phosphorus iterum solidefactus et in pulverem granulosum mutatus fuerit. Spiritum Vini effunde, Phosphorum cum portiunculis minutis Naphthae Vitrioli bene lava, Naphtham lavatoriam iterum effunde, et adde Naphthae Vitrioli purissimae, a Spiritu Vini et Aqua plane liberae, Uncias tres. Miscelam interdum concutiendam sepone per septimanas aliquot, denique Naphtham phosphoratam in lagenulas vitreas, optime muniendas, aqua submersas, in loco frigido atque obscuro conservandas ingere. *Vis:* maxime excitans. *Usus:* in stadio febrium paralytico.

Est liquor limpidus, decolor vel pallide flavus, odoris fortis Naphthae atque Phosphori, in loco obscuro vapores lucidos emittit.

Naphtha Vitrioli phosphorata Phosphoro sit saturata opus est. Hac de causa Naphtha Vitrioli ab omni Spiritu Vini sit liber-

rima, quo scilicet admixto vis solvens Naphthae summopere diminuitur. Conducit parvam Naphtha Vitrioli copiam ad hunc scopum denuo cum Aqua lavatam destillationi submittere. Hoc praeparatum facillime decomponitur, nec quod ante longum tempus paratum est, in usum vocetur. Uncia una Phosphori grana circiter quatuor continet. Pharmacopoeorum dissensum afferre non opus est. Ph. Antw., Boruss., Danic., Gall. 1837 receperunt.

NAPHTHA TEREBINTHINATA, Mixtura Durandi. Terpenthinölnaphtha. *Éther térébinthiné.*

Rec. Ol Terebinth. Drachm. duas, Naphthae Vitrioli Drachm. tres. Calculos biliosos expellere praedicatur.

NAPHTHA VITRIOLI.
Schwefeläther. *Éther sulfurique.*

Synon.: Naphtha sulphurica, Aether sulphuricus, Aether vitriolicus. Schwefelnaphtha, Aethyloxyd. *Hydrate d'éthérene, Oxyde d'éthyle.*

Rec. Spiritus Vini rectificatissimi, qui Alcoholis absoluti partes centesimas voluminis nonaginta contineat

Libras quinque,

immitte in vas ferreum fusum, quod in aquam frigidam immersum est, et inter assiduam agitationem sensim admisce

Olei Vitrioli Libras novem

et operculo imposito miscelam refrigerandam sepone. Frigefactam in retortam, in balneum arenae collocatam, per tubulum infunde, et in eundem tubulum ope epistomii suberini tubum vitreum adapta, qui subter miscelae superficiem parum submergat, externe vero bis in angulum sit recurvus. Tali modo fit, ut Spiritus Vini in retortam sensim affluere queat, absque vaporum deperditione. Vas refrigeratorium, cui externe aqua frigida vel nix large circumdetur, cum collo retortae jungatur, et tubo quodam vitreo in ultima refrigeratorii parte affixo aëri exitus pateat ex retorta, ne explosionis periculum immineat. His bene praeparatis destillatio igne vivido et cum ebullitione perspicua instituatur, et per tubum vitreum tanta

Spiritus Vini rectificatissimi

moles in retortam guttatim affluat, quanta destillati copia ex refrigeratorio effluit, vel in ipso colligitur. Ope chartae gummosae signum retortae affigatur, quo liquoris bullientis superficies adnotetur; haecque per totam operationem eandem semper habere curam gere, idque Spiritu largius vel parcius affluente, quod ope epistomii ahenei versatilis obtineri licet, fiat; destillatio eo perducatur, quamdiu destillatum cum pari pondere aquae mixtum Naphthae Vitrioli stratum satis altum secernat, vel donec Spiritus Vini adhibiti totius copia Olei Vitrioli quintuplum sit. Improprium est majorem Spiritus copiam injicere, quippe quae minima ex parte in Naphtham convertitur.

Destillatum misce cum pari volumine Aquae, cui Lactis calcarei parva copia, ad acidum sulphurosum figendum, admixta est, miscelam concute et absque decanthatione in retortam satis amplam (vel vesicam cupream destillatoriam immitte. Rectificatio igne moderatissimo instituatur, et

destillatum in portiunculas minutas diffractum obtineatur, quamdiu justum pondus specificum = 0,725 exhibetur. Post hoc sequitur Naphtha, quae crudae et non rectificatae similis est; haec cum aqua mixta iterum destillatione subjiciatur; protinus Spiritus Vini novae parationi adjiciendus, denique aqua obtinetur. — *Part. const.* Carbonei **4**, Hydrogenii **10**, Oxygenii **1** Pond. Mixt. *Vis:* nervina, excitans, antispastica, carminativa.

Sit liquor decolor, limpidissimus, mobilissimus, pond. spec. 0,725 (ad 10° R.), odoris grati fortis, excitantis, aetherei, odore Olei Vini, qui ex palma irrigata atque paene siccata dignoscitur, plane liber; sit acidi omnino expers, cum flamma valde lucente, deflagrans, cum Spiritu Vini facillime omni proportione miscetur, aqua nonnisi decimam sui ponderis partem abripiat.

Usus: guttatim frustulo Sacchari imbuta sumitur pro analeptico in lipothymia; in febribus nervosis, flatulentia.

In paranda Naphtha Vitrioli summa cum cura et circumspecte agendum, propter vaporum vim explodentem atque incendii periculum, quod ex levissima incuria enasci potest. Naphtha servetur in urceis minoribus, vel vitris viridibus fortissimis, quae securitatis causa in olla figulina cum serramentis ligni conduntur. Epistomia suberina funiculis ad vitri orificium alligentur, ne forte vaporum vi subleventur, et flamma admota explosio exoriatur. Naphtha temporis lapsu in vasis non omnino repletis acorem levem contrahit, et cum aqua novae destillationi est subjicienda. Rectificationem facilius atque perfectius cedere inveni, si vapores in vase interposito, quod aqua tepida ad Grad. 29—30 R. calefactum est, primum Spiritum et Aquam deposuerunt, deinde in refrigeratorio vero penitus condensantur. Apparatum propter nimias ambages atque difficultatem construendi in formulam superiorem introducere non ausus sum, at quibus dexteritas operandi adest, vel qui majorem Naphthae vim praeparandam habent, etiam atque etiam commendo. Naphtha Vitrioli enim abrupte cessat fluere, et Spiritus Vini cum Aqua mixtus in vase anteriore subcalido condensatur.

NAPHTHA VITRIOLI CAMPHORATA, Solutio Camphorae spirituoso-aetherea (Suec.), Tinctura aetherea camphorata, Liquor nervinus Banghi, Spiritus sulphurico-aethereus camphoratus. Campheräther.

Ph. Danic., Suec. Rec. Camphorae Scrup. quatuor, Liquoris anodyni mineralis Hoffm. Unc. unam. Ph. Hamb. 1835 Camphorae Scrup. duos, cet. par. Ph. Hann. Camphor. Drachm. duas, Liquor. anodyn. Hoffm. Unc. unam et semis. *Vis:* nervina, antispastica, diaphoretica. *Usus:* in spasmis, doloribus rheumaticis, cardialgia.

NAPHTHA VITRIOLI CUM HYDRARGYRO IODATO RUBRO.

Magendie: Rec. Naphth. Vitrioli Unc. unam et semis, Mercurii iodati rubri Scrup. unam, solve.

NAPHTHA VITRIOLI IODATA.

Magendie: Rec. Naphth. Vitrioli Drachm. unam, Iodi puri Gran. sex.

NAPHTHA VITRIOLI CUM OLEO CHAMOMILLAE.

Marcus: Rec. Ol. Chamomill. Drachm. unam, Naphth. Vitrioli Drachm. duas.

NAPHTHA ZINCI s. zincica. Zinkhaltiger Äther. *Ether zincé.*

Rec. Zinci muriatici sicci Drachm. unam, Spir. Vini rectss. Drachm. duas, Naphthae Vitrioli Unc. semis.

NARCOTINUM, Opianum, Narcotin, Opian, Derosnisches Salz. *Narcotine, Sel de Derosne.*

Rec. Placentam Opii ex paratione Morphii residuam et cum aqua pura exhaustam, digere cum aqua ope Acidi muriatici acrefacta; filtra, praecipita cum Spiritu Salis Ammoniaci, et praecipitatum coque cum Spiritu vini rectificatissimo, fervidum filtra in infundibulo bene tecto, et liquorem refrigerandum sepone. Crystalli Narcotini sensim concrescunt. Liquorem innatantem iterum coque cum residuo, quamdiu refrigeratus crystallos demittet. Si Opium cum Aqua acida extractum est, Narcotinum optime Lixivio caustico kalino praecipitatur, a quo Morphium iterum dissolvitur. Praecipitatum quoque ope Spiritus Vini ferventis in crystallos abeat. Vis medica nulla. Usus nondum factus est.

NASALIA vid. Errhina (p. 371).

NATRIUM BROMATUM. Bromnatrium. *Bromure de Jodium.*

Rec. Bromi q. v., adde Aquae sextuplum et affunde Lixivium causticum natrinum, donec liquor colorem amiserit. Solutionem ad siccum evapora, in crucibulo platineo obtecto leviter ure, quamdiu Oxygenium extricatur; massam frigefactam solve in aqua destillata, filtra, et leni evaporatione in crystallos redige. Crystalli cubicae difficulter exoriuntur; solutionem ergo ad siccum evaporare licet.

NATRIUM IODATUM. Jodnatrium. *Iodure de Sodium.*

Rec. Limaturae Ferri Unc. semis, Aquae dest. Unc. duas, Iodi Unc. duas; misce in sartagine ferrea fusa, et sepone donec color Iodi soluti disparuerit. Absque filtratione solutionem Ferri Iodati calefac ad ebullitionem, et admixta solutione Natri carbonici exacte praecipita Ferrum, quod levi reactione alcalina dignoscitur, filtra, solutionem evaporatione in crystallos redige. Crystalli ex liquore calido oriundae anhydrae sunt, ex frigido hydratae. Nonnisi anhydrae praeparentur atque adhibeantur. *Vis et usus*: Kalii iodati. Est plane supervacaneum, et propter deliquescentiam incommodum atque rejiciendum.

NATRIUM SULPHURATO-STIBIATUM, Sulphuretum Natrii et Stibii, Sal Schlippianum, Sulpho-Stibias natricus (BERZELIUS), Natrium sulfantimoniatum. Schwefelantimonnatrium, Antimonschwefliges Schwefelnatrium, Schlippe'sches Salz, Schwefelhaltiges Hydrothionsaures Antimonoxyd-Natron, Antimonpersulfid-Natrium. *Sulfure de Sodium et d'Antimoine.*

Rec. Calcariae ustae optimae notae Libram unam, affunde Aquae communis tepidae Libras sex, et sepone ut in pultem mollem dilabatur. Seorsum recipe Salis Sodae crystallisatae Libras quatuor et semis, immitte in sartaginem ferream fusam, adjice Aquae communis Libras viginti, et fac ut ebulliant. Sali Sodae ferventi sensim admisce pultem calcaream, interdum coque, donec Sal Sodae a calcarea penitus causticum factum sit; solutioni adhuc ferventi adjice Florum Sulphuris Uncias sex, et Antimonii crudi laevigati Libram unam et semis, et denuo coque per horam integram. Vas obtectum seponatur ut sedimentum imum petat, tum liquorem limpidum innatantem siphonis vitrei ope in lagenas rite claudendas transmitte. Residuum denuo coque cum Aquae communis Libris sex vel octo, et liquidum a sedimento purum iterum per siphonem abstrahe. Liquores limpidos collectos in sartaginem ferream fusam illam, interdum mundefactam, refunde et igne vivido ad crystallisationem decoque. Crystallos exemtas charta bibula alba ablue, et leviter siccatas conde. *Part. const.* Antimonii supersulphurati unum, Natrii sulphurati unum, Aquae duodecim Pond. Mixt.

Refert Crystallos tetraëdras, quam plurimum confertas, splendentes, ex re ipsa coloris expertes, at plurimum parum flavescentes, in Aquae fervidae pari pondere solubiles, ex hac solutione acidis dilutis aurantiacum praecipitandas. Asservatae flavescunt, et maculis rubellis hinc inde adpinguntur.

Hoc Sal per se nunquam adhibetur, sed inservit Sulphuri aurato Antimonii parando. Absque decompositione gliscente non asservari potest, quare nunquam praesto habetur, sed, quando opus eo est, praeparatur. Proportiones chemicas ingredientium facile est ad calculum referre; sed rarius hae cum praxi congruunt, quia partes aliquantulae extra actionem chemicam ponuntur, e. gr. Antimonii crudi, nisi satis laevigatum fuerit.

NATRUM ACETICUM vid. Terra foliata Tartari crystallisabilis.

† **NATRUM ARSENICICUM,** Arsenias Sodae, s. sodicus. Arseniksaures Natron. *Arseniate de Soude.*

Rec. Nitri cubici depurati (Natrum nitricum) Unc. (vel Drachmas ubique) duodecim et semis, intime misce cum Arsenici albi pulverati Unc. quatuordecim et semis, mixta in crucibulum ingere et prudenter ure, nimiam et superfluam furni anemii viciniam, caute evitans. Massam frigefactam crucibulo diffracto exime solve in aqua destillata, et solutionem acidam satura cum solutione Natri carbonici, ad quem usum Unciae circiter viginti solvantur, usque tum reactio alcalina fortiter atque distincte praevaleat. Evaporatione crystalli concrescant, lixivia matris denuo cum Natro carbonico saturata iterum crystallos edunt. Crystalli prismata hexaëdra exhibent, reactione alcalina gaudent. *Vis*: venenosissima. *Usus*: in Liquore arsenicali PEARSONI (p. 520).

† **NATRUM ARSENICOSUM,** Arsenis Natri. Arsenigsaures Natron. *Arsenite de Soude.*

Rec. Arsenici albi subtilissime pulverati Drachm. unam, Natri carbonici crystallisati Drachm. unam et semis, Aquae dest. Unc. unam et semis; assidua coctione solve, filtra, et ad siccum redige. Usus nullus. HARLESS solutionem Natri arsenicosi proposuit, propter Liquorem arsenicalem FOWLERI supervacaneam.

NATRUM BORACICUM vid. Borax (I, p. 22).

NATRUM BICARBONICUM. Doppelt kohlensaures Natron. *Bicarbonate de Soude.*

Synon.: Natrum carbonicum acidulum, Bicarbonas Sodae s. natrinus cum Aqua, Carbonas neutrum Sodae, Alkali minerale perfecte saturatum, Sal Sodae aëratum. Gesättigt luftsaure Soda.

Rec. Salis Sodae in vase fictili vel ferreo mundissimo penitus exsiccati

Libras tres,

Salis Sodae crystallisati

Libram unam,

intime mixta et laxe strata in vas idoneum ingere, in quo torrentem

Gas carbonici

ex Cretae frustulis totis et Acido muriatico crudo cum duplo Aquae diluto a fundo superum versus per Sal Sodae transmitte. Ab initio Gas carbonicum tardius absorbetur, et Acidi muriatici in Cretam instillatio hac de causa moderetur. Quum vero Gas carbonicum a Sale citius absorberi incipiet, Sal sensim calefiet, et nunc Acidum largius in Cretam affundatur, ut saturatio quam brevissimo tempore efficiatur. Calor exortus quum per totam massam salinam migraverit, quod torrente copioso cito fit, acidi affusionem in Cretam intercipe, et apparatum gas carbonico repletum aliquot dies sibi derelinque. Massam salinam deinde exime, in pulverem contere, cum Aquae destillatae parva copia in pultem redige, hanc in infundibulum satis capax interne nodulo gassypino obstructum ingere et pauxillo Aquae destillatae ad methodum elixiviatoriam lava, ut Aqua tota adhibita Sal Sodae aequiparet. Massam salinam ablutam et a vestigiis Natri sulphurici vel muriatici nunc liberam aëri expositam penitus exsicca. ***Part. const.***: Natri unum, Acidi carbonici duo, Aquae unum Pond. Mixt.. — ***Vis:*** incidens, solvens, digestiva, lithontriptica.

Sit pulvis albus, saporis mitis non alcalini nisi sub finem degustationis, aëre persistens, solutus cum solutione Salis amari non generans praecipitatum, solutus cum Acido nitrico excedente mixtus neque cum Liquore Argenti nitrici vel Barytae nitricae turbidus fiat. *Usus*: in calculis urinariis, digestione debilitata, soda stomachi.

In exhibenda formula pro parando Natro bicarbonico dubio locus esse nequit. Secundum modum illum mox descriptum Sal citissime vilissimique pretii obtinetur, quod quidem in tanta consumtione summopere spectetur. De singulis apparatus partibus accuratius legem dicere, inconcinnum esse duximus, quia singuli ex vasis, quae sunt in promtu, haec ad arbitrium suum construere debent. At in adnotatione quaedam hac de re afferri oportet.

Vas, in quo saturatio fiat, sit cylindricum, nec orificium habeat contractum, quia massa salina saturatione in molem integram duram concreta aliter ex eo desumi nequit. Ex lagena colli angustioris absque ruptura Sal non exit. Idem fere valet de tubis vitreis longis. Satis bene quadrat lagena cynlindrica fundo ope carbonis ruptorii (Sprengkohle) demto, et margine in lapide cum arena iterum laevigata. Haec inversa in suppellectili idonea constituatur, per orificium, nunc inferum, Gas ope tubi vitrei vel plumbei per epistomium suberinum admittatur. In fundo lagenae, ubi in collum contractum abire incipit, tabulam ligneam rotundam, foraminibus multis perviam, colloca, in hanc chartam bibulam rotundam expansam, inque hanc denique Sal saturandum absque concussione leviter sterne. Orificium amplum superum vesica bubula humida expansa et acu passim perforata praecludatur, per quam aër atmosphaericus exeat. Operculum e lamina cuprea confectum et ope fasciarum chartae adglutinatum quoque conducit. Per foramen parvum in hoc operculo, ad libitum claudendum, aëri atmosphaerico exitus pateat.

Acidum muriaticum vel sulphuricum sumas, nil interest; ergo hac in re pecuniae

parsimoniam consule; amborum pari pretio Acidum muriaticum anteponatur, quum commodius est in usu. Scriptores Gallici Sal Sodae crystallisatum nec partim desiccatum, saturari proponunt. Hoc satis bene fit in suppellectili idoneo forti metalleo; aqua crystallisationis saturatione extricata effluit et salium alienorum vestigia secum abripit. At saturatio multo tardius cedit quam inSale rite siccato, quare hanc methodum pro laboratoriis pharmacopolarum commendare non audeo. Commodissimum est Sal Sodae crystallisatum in sacculum chartaceum inclusum tamdiu in locum tepidum disponere, donec ponderis dimidium amiserit. Sal tali modo anhydrum mundissimum obtinetur a quisquiliis et coloris candidissimi; quod vero in igne aperto desiccatur, facile cinerascit. Denique adnotatione dignum est Sal Sodae aëratum in mercatura optimae notae atque vilioris pretii vendi, quam a pharmacopoeo parari potest.

NATRUM CARBONICUM ACIDULUM vid. Natrum bicarbonicum.

NATRUM CARBONICUM CRUDUM s. **CRYSTALLISATUM** vid. Sal Sodae emale (I, p. 303).

NATRUM CARBONICUM DEPURATUM, Carbonas Sodae depuratus. Gereinigtes kohlensaures Natron. *Carbonate de Soude depuré.*

Natrum carbonicum, quod ab officinis chemicis in commercium immittitur satis purum pro usu pharmaceutico obvenit, nec depuratione ulteriore eget. Quod quidem si impurius prostat, vel casu quodam fortuito inquinatum est, crystallisatione repetita depuratur. Hunc in finem Sal emale dissolve in quintupla copia aquae pluvialis fervidae, filtra, et liquores filtratos ad crystallisationis densitatem evaporatione reductos in locum frigidum sepone, ut crystalli nascantur. Lixivia matris iterum evaporent, quamdiu crystallos satis puras edunt; ultimo nascentes pro altera depuratione serva. — Natrum carbonicum chemice, quod vocant, purum tali modo obtinetur. Sal Sodae emale bonae notae dissolve in Aquae destillatae fervidae ea copia, quae a Sale penitus saturetur, et ulteriorem Salis copiam dissolvere recuset. Solutionem refrigerescentem continuo agita, ut crystalli minimae aciculares oriantur. Pultem liquidam in infundibulum satis capax conjice, et minutis Aquae destillatae copiis lava, donec liquores transgressi cum Acido nitrico mixti neque a Baryta nitrica neque ab Argento nitrico turbentur. Crystallos in charta bibula expansas sicca. Usus chemicus reactorius.

NATRUM CARBONICUM DEPURATUM SICCUM. Trocknes kohlensaures Natron. *Carbonate de Soude dessecché.*

Plures Pharmacopoeae Natrum carbonicum depuratum in loco tepido fatiscere suadent; at haec praeparati forma incertas aquae et salis partes continere potest. Aut Natrum carbonicum crystallisatum integrum, vel calore fortiore penitus exsiccatum atque anhydrum est adhibendum, neque dubio facile evitando locus concedendus. Ph. Bor. ed. 5, Hann., Hamb. 1835, Slesv.-Hols. illam superiorem methodum praeceperunt.

NATRUM HYDROIODICUM vid. Natrium iodatum.

NATRUM HYPOSULPHUROSUM, Hyposulphis Sodae s. sodicus. Unterschwefligsaures Natron. ***Hyposulfite de Soude.***

Rec. Salis Sodae emalis Unc. octo, dissolve in Aquae destillatae Unc. sedecim, in hanc solutionem injice Florum Sulphuris Unc. unam, et torrentem Gas sulphurosi, ex pulvere grossiusculo Carbonum Ligni cum Oleo Vitrioli irrorato caloris ope extricati, per solutionem transmitte. Quando aër sulphurosus protinus suscipi recusabitur, solutionem per breve tempus fac ebullire, filtra, et blando calore ad crystallisationis densitatem consume. Tum sepone ut crystalli concrescant Ph. Gall. 1837 proposuit Quid sibi velit in re medica nescio; in methodo heliographica Daguerrei magnas partes agit.

NATRUM MURIATICUM HYPEROXYGENATUM s. chloricum, Chloras natricus cum Aqua. Hyperoxygenirt salzsaures Natron, Chlorsaures Natron. ***Chlorate de Soude.***

Ph Slesv.-Hols. Rec. Acidi tartarici Unc. quinque, solve in Aq dest. fervidae Libr. duabus, adde Natri carbonici depurati cryst. Unc. quatuor cum Drachm quinque et dimidia; seorsum recipe Kali chlorici Unc quatuor cum Granis quindecim, solve in Aquae fervidae Unc. sedecim, solutiones adhuc fervidas commisce et in loco frigido sepone. Tum liquor a praecipitato (Cremore Tartari) filtratione separetur, ad cuticulam evaporet, et lege artis in crystallos redigatur.

Sint crystalli rhomboideae, seu tetragonotabulares, decolores, saporis parum austeri, pungentis, in tribus partibus aquae etiam in Spiritu Vini rectificatissimo solubiles, in aëre humido paullulum humescentes. Ne confundatur cum Liquore Labarraque vel Natro chlorato.

NATRUM MURIATICUM DEPURATUM vid. Sal commune depuratum.

NATRUM NITRICUM DEPURATUM, Nitrum cubicum depuratum. Gereinigtes salpetersaures Natron. Reiner Chilesalpeter. *Nitrate de Soude épuré.*

Rec. Nitri de Chili crudi (roher Chilesalpeter) q. v., dissolve in aquae pluvialis dupla copia ope caloris, filtra per pannum linteum, et ad crystallisationem fac evaporare. Lixivia matris denuo evaporata iterum crystallos emittunt, crystalli ultimo concretae pro depuratione nova reserventur. Nunc nemini in mentem veniet Nitrum cubicum purum ex Acido nitrico et Natro carbonico parare. Quodsi vero unica depuratione non satis purum exit, alteri crystallisationi subjiciatur. Propter pretii vilitatem haec methodus ubique facillima atque crumenae commodissima.

Sint crystalli decolores, pellucidae, rhomboido-cubicae, saporis Nitri communis non absimiles, in aëre sicco persistentes, in humido humorem colligentes atque deliquescentes, dissolvuntur in dupla copia Aquae frigidae, et aequali minore fervidae.

Usus: rarus hinc inde in Nitri communis loco, propter hoc supervacaneum esse videtur in materia medica.

NATRUM PHOSPHORICUM. Phosphorsaures Natron. *Phosphate de Soude.*

Synon.: Phosphas Sodae, Subphosphas Sodae, Phosphas natricus, Alcali minerale phosphoratum, Sal catharticum Pearsoni, Sal mirabile perlatum, Soda phosphorata.

Rec. Acidi phosphorici ex Ossibus parati q. v.,
dilue cum Aquae communis pondere sextuplo vel octuplo; calefactis sensim adde
Natrum carbonicum depuratum
in frustis totis, quamdiu effervescentia exoritur, et donec reactio alcalina perspicua appareat. Liquor calefactus et filtratus evaporet, donec gutta lapidi vel laminae metallicae instillata crystallos edat, tum in vase porcellaneo per viginti quatuor horas in loco frigido ad crystallisationem seponatur. Liquor effusus a crystallis ortis iterum evaporet, quamdiu crystallos largitur, quas bene siccatas in vase vitreo vel figulino clauso serva. ***Part. const.*** Natri duo, Acidi phosphorici unum, Aquae Oxydi vicariae unum, Aquae hydraticae viginti quatuor Pond. Mixt. — ***Vis:*** blande laxans, refrigerans.

Sint crystalli prismatico-tetragonae, recentes pellucidae, celeriter fatiscentes, saporis subamari, subsalsi mitis, refrigerantis, in Aquae partibus quatuor, fervidae partibus duabus solubiles. Solutio aquosa addito liquore barytae nitricae praecipitatum album, liquore argenti nitrici praecipitatum pallide flavum demittat, utrumque in acido nitrico maxima ex parte iterum solvendum; gase hydrosulphurato vel ammonio hydrosulphurato solutio ne turbetur. Reactio leviter sit alcalina, nec tamen acidis affusis effervescentia cieatur.

Usus: in sanguinis aestu, febribus.

Acidum phosphoricum ne ante saturationem ignitum sit, curam gere; crystalli enim difficulter concrescentes obtinentur mixtae metaphosphoricae et phosphoricae. Praeparatio ex Acido phosphorico et Sale communi male cedit, propter intumescentiam mixtorum et ponderum incertitudinem.

NATRUM PHOSPHORICUM SICCUM. Trocknes phosphorsaures Natron. *Phosphate de Soude desecché.*

Ph. Hamb. Sal crystallisatum moderato hypocausti calore fatiscat.

NATRUM SUBBORACICUM vid. Borax (I, p. 22).

NATRUM SUBCARBONICUM vid. Natrum carbonicum.

NATRUM SULPHURATUM vid. Hepar Sulphuris natrinum (p. 464).

NATRUM SULPHURICUM vid. Sal mirabile Glauberi (I, p. 302) et depuratum infra.

NATRUM TARTARICUM, Tartras natricus neutralis. Neutrales weinsaures Natron. *Tartrale de Soude.*

Rec. Acidi tartarici Unc. quatuor, Aquae destillatae Libr. unam, dissolve caloris ope, et sensim adjice Sal Sodae crystallisatum, donec solutio neutralis facta fuerit, quod chartis exploratoriis tinctis dignoscitur. Salis Sodae duplum fere, quod erat Acidum tartaricum, requiritur. Solutionem cauta evaporatione in crystallos redige

Crystalli aëre persistentes, aquae frigidae quintuplo solubiles. Loco Salis Seignette et Tartari tartarisati in usum vocatum. At supervacaneum propter haec esse videtur.

NATRUM TARTARICUM ACIDULUM; Tartras natricus acidus. Saures weinsaures Natron. *Tartrate acide de Soude.*

Rec. Acidi tartarici Unc. quatuor, Aquae destillatae Libr. unam, Salis Sodae q. s. ad neutralisationem, quae simili modo atque in voce praecedente efficitur. Solutioni adjice Acidi tartarici Unc. quatuor, solve, (filtra si opus est), et in crystallos redige. Saporis acidi, parum salsi.

NATRUM TARTARISATUM vid. Sal Seignette.

NATRUM VITRIOLATUM vid. Sal mirabile Glauberi.

NECTAR NEAPOLITANUM, Nettare di Napoli, est aphrodisiacum nocivum, virtutem suam stimulantem a Cantharidibus derivans.

† NEPENTHES AUREUM, Laudanum pretiosum Disp. Norimb.

Rec. Extr. Opii Unc. unam, — Croci Drachm. duas, Croci Scrup. duos, Resinae Ligni Aloës, Ambr. gris. āā Scrup. unum, misce.

† NICOTIUM, Nicotinum. Nicotin.

Herbam Nicotianae siccam extrahe cum aqua ope Acidi sulphurici leviter acrefacta; liquorem ad extracti spissitudinem fac evaporare; extractum cum Spiritu Vini (0,817) digere, spiritum destillatione evoca, adde residuo Lac Calcariae et destillationem institue. Destillatum cum Naphtha Vitrioli concute, solutionem aetheream cum Calce salita fusa concute, quamdiu haec irrigatur, tum Naphtham blanda destillatione elice. Residuum caute ex balneo Calcis salitae semel destillet. *Vis*: eximie narcotica, venenosa; oculi irin non dilatat. *Usus:* nullus adhuc. Herbae Nicotianae vis summopere in Nicotio habitare videtur.

NIHILUM ALBUM vid. Flores Zinci (p. 434).

NITRAS vide nomina antiqua sive a basi derivata

NITRAS AMMONIAE vid. Nitrum flammans

NITRAS ARGENTI vid. Argentum nitricum (p. 100) et Lapis infernalis (p. 501).

NITRAS ARGENTI AMMONIACALIS vid. Argentum ammoniato-nitricum (p. 100).

NITRAS BISMUTHI vid. Magisterium Marcasitae (p. 536).

NITRAS CALCIS vid. Calcaria nitrica (p. 145).

NITRAS CHINII vid. Chinium nitricum (p. 176)

NITRAS CUPRI vid. Cuprum nitricum (p. 212).

NITRAS HYDRARGYRI vid. Mercurius nitrosus (p. 546).

NITRAS KALICUS = Nitrum depuratum.

NITRAS NATRICUS = Natrum nitricum depuratum.

NITRUM ALCALISATUM vid. Nitrum fixum.

NITRUM AMMONIACALE vid. Nitrum flammans.

NITRUM ANTIMONIATUM ex aquis lavatoriis Antimonii diaphoretici obtinetur; mixtio Kali sulphurici, antimonici atque nitrici.

NITRUM CACHECTICUM CHALYBEATUM Disp. Hamb. cet. cet.

Rec Vitrioli Martis Unc. quatuor, Arcani duplicati Unc. quinque, Nitri purificati Unc. septem, mixta ad rubedinem calcina.

NITRUM CALCAREUM vid. Calcaria nitrica (p. 145).

NITRUM CATHARTICUM vel Terra foliata Nitri est Kali aceticum.

NITRUM CUBICUM DEPURATUM vid. Natrum nitricum depuratum.

NITRUM DEPURATUM.

Gereinigter Salpeter. ***Salpêtre purifié.***

Synon.: Kali nitricum depuratum, Nitras Potassae kalicus s. purus, s. crystallisatus. Salpetersaures Kali. ***Nitre, Sel de Nitre purifié.***

Rec. Nitri crudi quantum vis, dissolve in aquae fervidae duplo, et solutioni instilla Liquorem Cinerum clavellatorum

quamdiu haec turbatur, tum liquor filtretur et seponatur, ut crystalli concrescant. Liquor residuus ad dimidium evaporatione reductus denuo seponatur, quae operatio repetenda est, quamdiu crystalli satis purae inveniuntur. Quae sub finem crystallisationis prodeunt, alteri depurationi iterum subjiciantur. Crystallos siccatas conde. ***Part. const.*** Kali et Acidi nitrici aequalia Pond. Mixt. — ***Vis:*** refrigerans, antiphlogistica, diuretica.

Sint crystalli decolores, prismatico-hexagonae, siccae, compressae strepentes, in septem partibus aquae frigidae, minore quam pari quantitate bullientis solubiles, aëre persistentes, saporis salsi amari refrigerantis, pond. spec. 1,93. Nitrum caloris ope primum funditur absque aqua, calore auctiore decomponitur. Sit a salibus terrenis, quae adjecto Liquore Salis Tartari turbiditate alba, vel metallicis, quae Ammonio hydrosulphurato dignoscuntur, plane liberum. A Chloro vel Sale communi sit paene liberum, et cum solutione Argenti nitrici turbiditatem nullam vel ad summum levem opalescentiam exhibeat.

Nitrum depuratum in commercio satis purum obvenit, et absque ulteriore labore in usum medicum potest adsciscі. Quodsi verum, quod depuratum dicitur, nimia Chlori vel Salis communis copia adhuc pollet, facile per hanc methodum depuratur. Nitrum in pulverem grossiusculum conquassatum cum Aquae pluvialis sufficiente copia in pultem humidam redigatur, haec in vas figulinum, in quibus Saccharum concrescere solet (vel infundibulum aut vas quodvis aptum) immittatur et foramen inferius ope epistomii suberini obturetur per viginti quatuor horas; tum epistomio demto liquor totus a crystallis comminutis effluat. Superne Nitro impone Chartam bibulam rotundam marginibus in altum rectis; hanc ubicunque aequaliter adprime, et Aquae destillatae portiunculas minutas chartae infunde, quae lixiviationem Nitri conficiunt per methodum depulsoriam. Nitrum post hoc exsiccetur, vel si a quisquiliis non sit liberum, per crystallisationem depuretur. Denique Nitrum venale, quod praeter Chloruretі parvam immixtionem purum est, ab hoc facillime ope Acidi nitrici liberatur. Rec. Nitri depurati venalis, quale in mercatura prostat, crystallisati non immundi q. v., contunde in mortario aheneo vel lapideo in pulverem subtilissimum, hunc per cribrum trajice. Hujus pulveris quantum vis immitte in patinam porcellaneam (vel ferream encausto obductam) satis capacem, et adsperge Acidi nitrici puri et decoloris partem sedecimam Nitri, optime pistilli ope pulverem disterge, denique igne moderato inter assiduam agitationem (vapores nitricos evitans) in pulveris siccissimi speciem redige. Sub finem vapores nitrici evolvi cessavisse opus est. Pulvis aqua solutus chartam exploratoriam coeruleam non tingat.

NITRUM FIXUM, Fluxus albus, Nitrum per Tartarum fixum, Nitrum carbonibus fixum s. alcalisatum.
Fixirter Weinstein.

a) *carbonibus fixum*: Rec. Nitri depurati q. v., in crucibulo Hassiaco fundatur ut rubescat paene, et carbones injecti ignem corripiant; tum sensim carbones grossiuscule comminutos in crucibulum conjice, quamdiu deflagratio fit; residuum per horae quadrantem igniatur, refrigeratum aqua solvatur, filtretur et ad siccitatem iterum evaporet. b) *per Tartarum fixum*: Rec. Nitri depurati, Cremoris Tartari āā par pondus, intime misce, in mortarium ferreum ingere, et carbone urente admoto accende; residuum dissolve in aqua, filtra et iterum ad siccum redige.

Nitrum fixum quondam loco Salis Tartari adhibitum est; quod carbonibus configitur quisquilias cinerum continere potest scilicet Kali muriaticum, sulphuricum, Siliciam, et propter jacturam non evitandam sumtuosum est, quod vero cum Tartaro ad albedinem uritur facillime Nitrite kalico inquinatum est. Pro Nitro fixo impuro melius quadrant Cineres clavellati depurati, pro Nitro fixo puro Sal Tartari, quas voces consule.

NITRUM FLAMMANS, Ammonium nitricum, Nitras Ammoniae, Sal Ammoniacum nitrosum, Alcali volatile nitratum, Nitrum inflammabile s. ammoniacale. Flammender, brennbarer Salpeter, salpetersaures Ammoniak. *Nitrate d'Ammoniaque, Nitre inflammable.*

Rec Acidum nitricum purum aqua parum dilutum satura cum Sale volatili (Ammonio carbonico) vel Spiritu Salis Ammoniaci usque ad reactionem leviter alcalinam,

tum evaporatione in crystallos redige; liquidum remanens iterum evaporet. Crystallos collectas sicca et serva in vase bene clauso. *Part. const.* Ammonii duo, Acidi nitrici unum, Aquae unum Pond. Mixt. *Vis:* diuretica ut ajunt. Non amplius adhibetur. Aquam ex aëre colligit, quare bene praecludatur.

NITRUM FUSUM vid. Lapis Prunellae (p. 502).

NITRUM INFLAMMABILE vid. Nitrum flammans

NITRUM PAPAVERATUM est Nitrum ex Infuso Papaveris crystallisatum.

NITRUM PERLATUM Ph. Wirt.

Rec. Nitri depurati Unc. quatuor, Matris Perlarum praeparatae Unc. semis. m.

NITRUM PONDEROSUM vid. Baryta nitrica (p. 127).

NITRUM PURIFICATUM, PURISSIMUM vid. Nitrum depuratum.

NITRUM RHOMBOIDALE vid. Natrum nitricum depuratum.

NITRUM ROSATUM Ph. Wirt.

est Nitrum ex Infuso Rosarum rubrarum crystallisatum.

NITRUM SATURNINUM Ph. Wirt.

Rec. Nitri crudi Unc. tres, Sacchari Saturni Unc. duas, soluta in Aq. Rosarum ad siccum evaporent.

NITRUM TABULATUM vid. Lapis Prunellae (p. 502).

NITRUM TARTARISATUM est Nitrum verum ex Oleo Tartari per deliquium et Acido nitrico recompositum.

NITRUM TERRAE PONDEROSAE vid. Baryta nitrica (p. 127).

NITRUM VITRIOLATUM vid. Arcanum duplicatum (p. 99).

NODULUS PURGANS Saunder.

Rec. Hb. Trifolii, — Fumariae āā Unc. semis, Rad. Pimpinell. Drachm. tres, — Gentian., Cort. Cascarill. āā Unc. semis, Cort. Aurant. Drachm. sex, Sem Dauci, — Anethi āā Drachm. duas, Rad. Rhei Unc. semis, Fol. Senn. Drachm. sex, Sal. amari Unc. duas.

OCULI CANCRORUM CITRATI parentur ex Oculis Cancrorum sicut Conchae citratae (p. 193).

OCULI CANCRORUM PRAEPARATI vid. Lapides (p. 500).

ODORAMENTUM SICCUM PRO INFIRMITATE. Räucherung bei Ohnmachten.

Rec. Sal. Ammon. Drachm. unam, Calcar. ust. Drachm. duas, seorsim pulverata misce et immitte in vitrum obturamento vitreo munitum; vel: Kali sulphur. acidul. Drachm. duas, Kali acetici Drachm. unam, misce et Aceto radicali humecta; vel: Sal. Cornu Cervi depur. Scrup. unum, Sacch. albi Unc. semis, Ol. Menth. pip. Gutt. duodecim.

OESYPUS PRAEPARATUS. Gereinigtes Wollfett.

Oesypus crudus (I, p. 191) in aqua fervida dissolvitur, colatur et ad extracti mollis consistentiam redigitur.

OFFA ALBA Helmontii Disp. Brunsv.

Rec. Salis Alcali volatilis sicc. q. v., instilla lenissime ac in loco frigido Spiritus Vini rectificatissimi q. s. ut nascatur coagulum.

OLEO-CERATUM AQUA SUBACTUM vid. Ceratum Galeni refrigerans.

OLEO-SACCHARUM vid. Elaeosaccharum (p. 253).

OLEUM ABSINTHII. Wermuthöl. *Huile essentielle d'Absinthe.*

Synon.: Oleum Absinthii aethereum s. essentiale s. stillatium, Aetheroleum Absinthii. Wesentliches Wermuthoel.

Rec. Herbae (summitatum) Absinthii vulgaris cum semine fere maturo recens siccatae quantum vis, in vesicam cupream immissae affunde Aquae communis quantum satis ut haec large superemineat herbae humectatae, neque adustionis periculum immineat (quod ut evitetur conducit cratem ferream fusam rotundam ubique venalem, vel laminam ferream foraminibus parvis perviam in fundo vesicae ponere, ne herba fundum ipsum tangat.). Destillatio cum continua ebullitione instituatur, donec aquae adhibitae dimidia pars transgressa fuerit. Oleum aethereum aquae in lagena Florentina innatans lege artis separetur. Aqua destillata oleo saturata cum nova Herbae Absinthii copia, addita aqua fontana sufficiente denuo destillet et oleum iterum separetur, haecque operatio repetatur, donec Olei justa copia obtenta fuerit.

Serva in vitro probe clauso ex toto fere replendo.

Sit coloris saturate viridis, lucis vi in fuscum mutantis, spissiusculum; pond. spec. 0,960, saporis aromatico-amari, ingrati.

OLEUM ABSINTHII COCTUM s. INFUSUM. Gekochtes Wermuthöl. *Huile gras d'Absinthe.*

Rec. Hb. Absinthii recentis siccatae Libram unam, concide ope cultri oscillatorii, tum optime contunde in mortario cum Spiritus Vini rectificatissimi pauxillo, ut herba parce irrigata appareat. Massam humectatam digere in vase clauso per aliquot horas, tum adde Olei Olivarum Libras tres et coque in vase ferreo vel porcellaneo, donec Spiritus penitus avolaverit, et herba bene siccata fuerit, quod strepitu quodam sicco herbae agitandae dignoscitur. Exprime ex linteo. Residuum digere cum Olei Olivarum Libra una, et iterum exprime. Olea expressa mixta filtra per chartam emporeticam. Serva in vase non nimium capace, bene clauso, at non ultra annum

Sit limpidum, coloris e flavo viridis, odoris Absinthii, non rancidi.

Olea cocta rancorem facile contrahunt. Nostra formula, viam mediam inter Codices dissentientes secuta, quoad ponderum rationem ex Ph. Slesv.-Hols. derivatur. Cum hac conveniunt Ph. Bat., Belg. et Parm. Pro singulis lib. Absinthii recentis Unciis duas Olei Uncias Ph. Fuld., Sard. proponunt; Hb. Absinthii sicc. Unc. unam, Ol. Olivar. Unc. octo Ph. Bor. ed. 6, Hann., Ol. Olivar. Unc. tres, Ph. Dan., Oldenb., Polon., Palat., Ceterarum varietates in re tam exigua perlustrare vix opus est. Qui Herbam recentem praecipiunt, ad humiditatis consumtionem coqui volunt, id oleo prunis ardentibus insperso eo dignoscitur quod absque crepitatione deflagret. Herba sicca nostra praeparatione in herbae recentis virtutem fere reducitur. Ph. Saxon. 1837 in locum Olei cocti Oleum, quod nominat mixtum, proposuit. Hoc paratur ex Olei Olivar. Unc una, et Olei Absinthii aetherei Gutta una.

OLEUM ABSINTHII MIXTUM Ph. Saxon. vid. antecedens.

OLEUM ABSINTHII TEREBINTHINATUM Ph. Hann.

Rec. Hb. Absinthii cum semine fere maturo, modice siccatae Libr. duodecim, Ol. Terebinth. Unc sex, Aq. comm. q. s.; destillatio fiat ex vesica, Oleum innatans lege artis secernatur. *Vis*: anthelminthica, antiepileptica. *Usus*: in dysuria spastica, contra vermes, in morbo caduco.

OLEUM ACORI vid. Oleum Calami.

OLEUM ACUSTICUM s. ad aures. Ohröl. CADET: Rec Balsami tranquill. Drachm. duas. Ol. Rutae coct Unc. semis, Balsami Sulphur. terebinth., Tinct. Asae foetid., Tinct. Ambr. gris., — Castorei, Ol. Succini rect. āā Drachm. duas. MAULE: Ol. Terebinth. Gutt. 40, Ol. Amygdalar. dulc. Unc. semis.

OLEUM AETHEREUM vid. nomina Oleorum absque cognomine aetherei. Quod a Ph. Lond. aethereum dicitur vid. voce Oleum Vini dulce.

OLEUM AGRIPPAE vid. Oleum Bryoniae compositum.

OLEUM ALOES

Rec. Aloës Soccotr. q. s., destillet (absque aqua) ex retorta, donec massa carbonacea supersit Est Oleum empyreumaticum plane rejiciendum.

OLEUM ALTHAEAE Ph. Hisp.

Rec. Rad. Althaeae Unc. tres, Olei Olivar. Unc. octo, digere per tres dies aut quatuor, tum coque ad humidi consumtionem et exprime.

OLEUM AMMONIACI Ph. Wirt.

Rec. Gummi Ammoniaci Libr. unam, Arenae lotae Libr. unam et semis; destillatio fiat, Oleum supernatans a reliquo liquore separetur.

OLEUM AMMONIATUM vid. Linimentum volatile (p. 514).

† OLEUM AMYGDALARUM AMARARUM, Oleum essentiale Amygdalarum amararum. Bittermandelöl. *Huile d'amandes amères.*

Rec. Amygdalarum amararum q. v., contunde in mortario in pulverem grossiusculum, quem sacculis cannabinis inclusum in prelo torculari fortiter exprime. Placentas expressas cum aqua communi frigida in pultem liquidam redige, quam per noctem macerandam sepone. Destillatio instituatur ex vase idoneo per vapores aquae, qui per massam tenuem amygdalaceam transducantur, et in serpente stannea condensentur. Destillatio fiat, quamdiu Aqua satis fragrans prodit. Oleo innatante separato, Aqua novae destillationi subjiciatur vel cum novis Amygdalarum placentis commisceatur *Vis*: maxime venenosa. *Usus*: sicuti Acidi hydrocyanici.

Nisi apparatus idoneus ad evolvendos vapores aquosos tibi est in promtu, vesica ordinaria tali modo in eundem usum advocatur. In vesicae fundo stratum straminis, digitos duos ad tres altum, est conjiciendum, in hoc tela cannabina grossioris texturae, marginibus ad parietes vesicae rectis, expandatur, et Aquae communis tanta copia in vesicam immittatur, ut aliquantulum supra telam cannabinam emi-

neat. Tum caute pultem amygdalinam in vesicam infunde, cavens, ne sub telam submergat, atque vesicae fundum attingat. Destillationis initium summa cum cura gere ne massa sublevetur atque in gyrum serpentinum transmigret, quod igne sensim sensimque augendo obtinetur. Plures pharmacopoeae Sal commune pulti addiderunt; at quidem experimentis non constat sumtum Salis lucro majore Olei aetherei aequiparari. Aqua simul obtenta iteratae destillationi subjecta Olei copiam auget.

Est Oleum pallide flavum, odoris fortis hydrocyanici, pond. spec. 1,043, aëris contactu oxygenium attrahens, sensimque in acidum benzoicum mutabile. Propter incertam chemicam mixtionem, acidi hydrocyanici contenti varietatem et mutabilitatem ex re medica ejiciendum est, eoque magis, quod vires in eo contentae aliis remediis quoque insunt.

OLEUM AMYGDALARUM CAMPHORATUM. Kampherhaltiges Mandelöl. *Huile d'amandes camphrée.*

Ph. Saxon. 1837: Rec. Ol. Amygd. dulc. Unc. unam, Camphor. Drachm. unam.

OLEUM AMYGDALARUM DULCIUM. Süßmandelöl. *Huile d'amandes douces.*

Synon.: Oleum Amygdalae s. amygdalinum.

Rec. Amygdalarum dulcium q. v., ope cribri metallici strenua agitatione pulverem externum corticum excute, tum in mortario in pulverem grossiusculum redige, quem sacculis cannabinis vel trilicinis inclusum in prelo torculari fortiter exprime. Placentas expressas in mortario denuo contunde, iterumque exprime. Placentarum bis expressarum margines, oleo gravidas, cultro deseca et iterum contusas tertium exprime, parte intermedia placentarum relicta. Oleum expressum per chartam bibulam albam filtratum serva.

Vis: demulcens, involvens, emolliens, laxans.

Sit oleum limpidum, subflavescens, tenue fluidum; pond. spec. 0,914 — 0,920, odoris et saporis amygdalarum dulcium, non rancidum, acidi plane expers, tempore glaciali non congelescens, vix in quadraginta alcoholis absoluti partibus solubile, cum Naphtha Vitrioli omni proportione miscendum. Temporis lapsu oxygenium attrahit, rancidum fit et spissescit.

Usus: in tussi catarrhali, colica spastica. Plerumque emulsionis forma propinatur.

Quaedam pharmacopoeae laminas preli immergendo in aquam fervidam calefieri proponunt. Oleum uberius effluit, at facilius rancescit. Praestat Oleum tempore aestivo calido, absque calore artefacto adhibito, exprimi. Amygdalas contusas in patina calefacere vituperandum est, quia adustionis et coloris intensioris periculum secum fert. Aqua placentis adjecta Olei parva copia insuper extricatur, sed sacculi placentis humectatis facile dirumpuntur. Pulverem corticibus adhaerentem excutere oeconomiae est, scilicet qui oleo absorpto jacturam efficeret. Oleum ex Amygdalis amaris expressum ejusdem indolis est atque ex dulcibus, imo etiam quod ex nucleis Persicorum atque Armeniacorum obtinetur.

OLEUM ANAGALLIDIS. Gauchheilöl.

Ph. Wirt., Palat. Rec. Hb. Anagallidis arvensis, Ol. Olivar. āā q. v., coque ad consumtionem humidi, cola cum expressione.

OLEUM ANACARDII ex fructibus Anacardii orientalis paratur expressione calida sicut Butyrum Cacao.

OLEUM ANETHI s. Oleum essentiale Anethi graveolentis Dillsamenöl. *Huile de Fenouil puant.*

Destillatione ex vesica paretur sicut Oleum Absinthii aethereum ex Seminibus Anethi graveolentis.

OLEUM ANETHI COCTUM s. Infusum. Gekochtes Dillöl.

Rec. Herbae Anethi graveolentis recentis, Ol Olivar. āā q. v., ad humidi consumtionem, cola cum expressione. Ph Fuld., Wirt., Palat., Brunsv., cet.

OLEUM ANGELICAE. Angelikawurzelöl.

Rec. Radicis Angelicae Archangelicae partes quatuor, Aquae communis part. sedecim, Salis comm. part. unam. Destillent lege artis. Oleum supernatans separetur.

OLEUM ANIMALE DIPPELII. Dippel's Thieröl. *Huile animale de Dippel.*

Synon.: Oleum pyroanimale depuratum, Oleum Cornu Cervi rectificatum v. destillatum, Oleum volatile animale, Pyroleum ossium rectificatum. Aetherisches Thieroel, Dippel's thierisches Oel. *Huile volatile de Corne de Cerf.*

Rec. Olei Cornu Cervi crudi q. v., infunde retortae vitreae justae capacitatis per tubulum, hanc in balneum arenae colloca, excipulum appone et blando calore destillationem institue, donec Olei quarta fere pars transierit, vel quamdiu oleum tenue coloris expers transierit. Oleum hoc modo obtentum eadem cautione cum Aquae quadruplo novae destillationi ex retortula subjiciatur, quamdiu' Oleum limpidissimum plane decolor transit. Hoc lege artis ab aqua separatum immittatur in lagenulas parvas Unciae dimidiae capaces, ex toto replendas, optime claudendas, et sub aqua inverse immersas loco obscuro servandas. ***Vis:*** antispastica, anodyna, diaphoretica, externe incitans.

Sit Oleum tenue limpidissimum, coloris expers, vel levissime tantum flavum, agile, pond. spec. 0,750, odoris gravissimi aromatici, Spiritu Vini rectificatissimo et Naphtha Vitrioli solubile, in aqua parum solubile.

Usus: in febribus intermittentibus, in ipsa epilepsia, hysteria, externe in paralysibus extremitatum.

Oleum animale aethereum temporis, aëris atque lucis vi colorem primum flavum deinde fuscum sensim induit. Nova destillatione cum aqua iterum depuratur. Maxime inconcinnum est, quod plures Pharmacopoeae (Austr., Bat., Bavar., Fenn., Suec., cet.) proponunt, Oleum destillandum corporibus siccis, sicuti Carbone, Arena, Cornu Cervi, Calce, Pulvere latericio suscipere, quia denuo corpora pyrogenea colorata progignuntur, quae rectificatione excerni debebant. Oleum pluries insequenter destillare supervacaneum est, quia facultas colorem induendi non tollitur. Oleum obtentum non improprie in tubis vitreis parvis in acum desinentibus et ope tubi ferruminatorii clausis servatur. Hi tubi calefacti et sub Oleum immersi deinde refrigerati Oleum sponte imbibunt.

OLEUM ANISI. Anisöl. *Huile d'Anis.*

Synon.: Oleum Seminum Anisi, Aetheroleum Anisi.

Rec. Seminis Anisi probe contusi q. v.,
Aquae communis octuplum.
Destillatio instituatur ex vesica, donec Aquae dimidium vel trientes duae transierint. Aqua gyro serpentino circumdata sensim tepescat, ne Oleum Anisi in refrigeratorio congelescat. Aqua destillata, demto Oleo, novae Seminum copiae infundatur et, addita tantae Aquae copia ut ex toto octuplum sit seminum, nova destillatio fiat, quae operationes tamdiu repetantur, donec justa Olei copia obtenta fuerit. Vis: flatus ventris pellens, incitans.

Est Oleum coloris straminei, pond. spec. 0,977, odoris fortis proprii, saporis primum dulcis mitis, dein acriusculi, frigore concrescens in massam crystallinam foliatam.

Stearoptenum inest, totius ponderis quadrans fere, ad Grad. 16 R. liquatum.

OLEUM ANISI EXPRESSUM. Ausgepreßtes Anisöl.

Semina Anisi contusa, vapore aquae calefacta, sacculis linteis inclusa, inter laminas preli calefactas summa cum vi exprimuntur. Olei destillatio est anteponenda.

OLEUM ANISI STELLATI, Oleum Badiani. Sternanisſaamenöl.

Ex Seminibus Anisi stellati destillatione cum Aqua obtinetur, sicut Oleum Anisi.

OLEUM ANISI SULPHURATUM vid. Balsamum Sulphuris anisatum (p. 121).

OLEUM ANODYNUM Vogler Weilb.

Rec. Laud. liquid. Sydenh. Scrup. quatuor, Ol. Olivar. Scrup viginti.

OLEUM ANTHELMINTHICUM vid. Oleum contra Taeniam Chaberti.

OLEUM ANTHEMIDIS vid. Oleum Chamomillae.

OLEUM ANTIMONII vid. Butyrum Antimonii (p. 140).

OLEUM APPARITII vid. Balsamum Apparitii (p. 109).

OLEUM ARECONIS vid. Oleum Conyzae compositum.

OLEUM AROMATICO-NARCOTICUM vid. Balsamum tranquillans (p. 123).

OLEUM ARTEMISIAE Ph. Wirt. Beifußöl. *Huile d'Armoise commune.*

Paretur ex Herba Artemisiae vulgaris recente sicut Oleum Absinthii.

OLEUM ARTHANITAE COMPOSITUM Ph. Hisp.

Rec. Succi Momordicae Elaterii Radicis Libr. duas, Succi Cucumeris agrestis Unc. octo, Colocynth. Unc. duas, Polypodii Unc. tres, Euphorbii Drachm. duas, contusa digere cum Ol. Irini Libr. duabus per dies quatuor, coque ad humiditatis consumtionem, cola.

OLEUM ARTHRITICUM Van Mons.

Rec. Balsami Peruvian., Ol. Sassafras āā Drachm. unam, Resin Guajaci Unc. unam, Spir. Salis Ammoniaci vinosi Unc. tres, Spir. Vini rectis. Unc. sex.

OLEUM ASPHALTI. Asphaltöl. *Huile d'Asphalt.*

Rec. Asphalti pulverati Libr. unam, Arenae lotae Libr. unam et semis, mixta destillationi ex retorta subjiciantur usque ad siccitatem. Oleum nigrum ultimo prodiens (pix liquida) a liquore aquoso separetur.

OLEUM ASPHALTI RECTIFICATUM.

Ph. Hamb. 1835 Oleum praecedens destillatione rectificari vult. Sit flavescens, odoris fortis empyreumatici-bituminosi.

OLEUM AD AURES Spielmann.

Rec. Ceparum minutim concisarum Unc. unam; Asellor. vivent. No. 60, Fell. Tauri Drachm. duas, Ol Amygdal. dulc. Unc. unam, macera primum, coque paululum et adde colaturae Ol. Rutae, — Majoranae, — Anthos āā Gutt. tres.

OLEUM AVELLANARUM. Haſelnußöl.

Oleum pingue ex nucleis Coryli Avellanae expressum sicuti Oleum Amygdalarum dulcium.

OLEUM BALATINUM vel Ol. Been vid. I, p. 192.

OLEUM BALSAMI COPAIVAE. Flüchtiges Copaivaöl. *Huile essentielle de Copahu.*

Balsamum Copaivae ex retorta vitrea cum Aqua destillationi subjiciatur, et aqua transgressa sexties vel octies in retortam ad cohobationem refundatur, ut tota olei copia eliciatur. Oleum a liquido separetur. Est Oleum pallide flavum, pellucidum, pond. spec. 0,88, Spir. Vini rectss. solubile. Oleum volatile difficulter ex Balsamo ope destillationis extrahitur. Facilius res cedere dicitur, si Balsami partes 100 cum aequali pondere Balsami Copaivae agitatur, miscelae 37½ partes Lixivii caustici adjiciuntur, denique liquor aquae partibus 150 diluitur. Oleum sensim excerni dicitur.

OLEUM BASILICI. Baſilicumoel. *Huile de Basilic.*

Paretur sicut Oleum Absinthii ex Herba Basilici recente cum flore.

OLEUM BELLADONNAE s. Oleum Belladonnae coctum. Belladonnaöl. *Huile de Belladone.*

Ph. Gall. 1837. Paretur ex Hb. Belladonnae recent. part una et Olei Olivar. part duabus digestione usque ad humiditatis consumtionem, colatione et filtratione.

OLEUM BENZOES Benzoëöl. *Huile de Benjoin.*

Ph. Wirt. hoc Oleum destillatione sicca Benzoës parari docuit. Simul aqua et Flores Benzoës ab oleo separanda prodeunt.

OLEUM BETULINUM s. Oleum empyreumaticum Betulae, Balsamum lithuanicum. Birkenöl. *Huile de Bouleau blanc.*

Destillatione sicca descendente paratur ex libro sub cortice Betulae albae posito, vel ex cortice toto cum libro In Rossia et Lithuania paratur et in mercatura obtinetur. Corium quod Juften dicitur, odorem ab hoc oleo desumit. *Usus*: in morbis cutaneis, herpete, eczemate chronico, phtiriasi, cancro, cet. Medicamentum domesticum in Rossia.

OLEUM BEZOARDICUM Wedelii. Ph. Brunsv., cet.

Rec. Ol. Amygdal. dulc. Unc. duas, Camphor. Drachm duas, solve, tinge cum frustulo Radicis Alcannae, adde Ol. Bergamott. Drachm. semis.

OLEUM BRITANNICUM, British Oil anglice dictum.

Rennie: Rec. Camphor. Unc. unam, Spir. Vini rect. Unc. quatuor, Ol. Olivar. Libr. unam, Ol. Cornu Cervi Unc. quinque.

OLEUM BRYONIAE COMPOSITUM s. Agrippae. Ph. Hisp.

Rec. Rad. recent. Bryoniae, — Cucumeris agrest. ana Libr. unam, — Scill., — Irëos German., — Sambuci Ebuli ana Libr. semis, coque cum Ol. Olivar. Libr. quatuor ad humidi consumtionem, cola.

OLEUM BUFONUM vid. Balsamum tranquillans (p. 123).

OLEUM BUXI ET GUAJACI.

Ph. Wirt. E scobe Ligni per retortam destillatur; prodit primum phlegma; postea spiritus acidus et tandem Oleum nigrum crassum ad instar picis liquidae, quod rectificatur.

OLEUM CACAO vid. Butyrum Cacao (p. 142).

OLEUM CADINUM. Cadeoel. *Huile de Cade.*

destillatur ex ligno Juniperi Oxycedri in Callia meridionali. Odorem ingratum prae se fert. *Usus*: in morbis cutaneis animalium domesticorum.

OLEUM CALAMI. Kalmusöl. *Huile d'Acorus odorant.*

Synon.: Oleum Calami aromatici s. destillatum, Oleum Acori, Aetheroleum Calemi.

Ex Radice Acori Calami Oleum destillet sicuti de Oleo Anisi praeceptum est.

Coloris e rubro-flavescentis, pond. spec. 0,89—0,90, fragrantissimum, saporis amari, aromatici, subcamphorati.

OLEUM CAMPHORATUM. Kampheröl. *Huile camphrée.*

Synon.: Oleum Camphorae, Solutio Camphorae oleosa, Linimentum Camphorae (Lond.).

Rec. Olei Olivarum Uncias octo, Camphorae tritae Unc. unam, in lagenam ingesta leni calore fove, donec Camphora soluta fuerit. *Vis:* resolvens, discutiens.

Oleum liquidum Camphoram valde redolens.

Usus: ad dissipandos humores stagnantes.

De eligenda formula inter Codicum dissensum Pharm. Borussicam secuti sumus. Hujus enim ponderum rationem quoque Ph. Slesv.-Hols., Fuld., Hamb. receperunt, et Ph. Gall. 1837 non multum abest, quae septem scilicet Olei Olivarum Uncias ceteris paribus praecepit. Camphorae Unc. unam et Olei Olivar. vel Papaveris Unc. quatuor habent Ph. Amer., Dan., Dubl., Edinb., Hann. et Lond. — Olei Lini duas Uncias et Camphorae unam habent Ph. Fenn., Suec.

OLEUM CAMPHORAE LIQUIDUM ET BUTYRACEUM.

Ph. Wirt. Rec. Camphorae Libr. semis, Boli rubr. vel Argillae Libr. duas et semis, permixta in retorta destillationi subjiciantur. Oleum liquidum quod primum prodit a butyraceo, quod in collo retortae condensatur, separetur.

OLEUM CANNABIS Hanföl. *Huile de Chanvre.*

Ex Seminibus Cannabis contusis expressione paratur sicut Ol. Amygdal. dulc. Ph. Hisp.

† OLEUM CANTHARIDUM. Cantharidenöl, Spanischfliegenöl. *Huile de Cantharides.*

Ph. Slesv.-Hols., Hamb. 1835. Rec. Cantharidum in pulverem grossiusculum contusarum Unc. quatuor, Olei Olivar. Unc. sedecim, digerantur per 24 horas in vase vitreo, tunc oleum per linteum coletur. Ph. Gall. 1837 Cantharid. Unc. quatuor, Ol. Olivar. Unc. triginta duo.

OLEUM CAPPARUM s. de Capparibus.

Ph. Hisp. Rec. Capparidum condit. Unc. octo, Cort. Rad. Capparid. Unc. duas, Rad. Cyperi longi Unc. unam, Hb. Rutae recent. Drachm. duas, Ol. Olivar. Libr. tres, Vini albi Unc. sex, post tres dies coque ad consumtionem humidi et cola. Ph. Wirt. Cort. Rad. Capparid., Cort. Tamarisci, Hb. Ceterach., — Rutae ana Drachm. unam, Semin. Agni casti Drachm. duas, Vini Unc. semis, Ol. Olivar. Libr. unam, coque ad humidi evaporationem, cola. Varietates Ph. Sard. et Palat. omittamus.

OLEUM CARDAMOMI MINORIS, Oleum Seminis Cardamomi. Cardamomenöl.

Ex Seminibus Cardamomi leviter contusis paratur sicut Oleum Absinthii, cet. Ph. Brunsv., Wirt.

OLEUM CARMINATIVUM s. ad tormina ventris.

Ph. Wirt. Rec. Hb. recent. Anethi, — Menth., — Absinth., — Pulegii, Flor. Chamomill ana Unc. quatuor, incisa coque cum Ol. Olivar. Libr. duabus ad humiditatis

consumtionem, adde Ol. Laurini expressi Unc. tres.

OLEUM CARMINATIVUM AETHEREUM SPIELMANN.

Rec. Ol. Chamomill., — Menth. pip. aa Unc. duas, — Carvi, — Cumini, — Foeniculi aa Drachm. semis.

OLEUM CARPATHICUM vid. Oleum templinum (I, 200)

OLEUM CARVI. Kümmelöl. *Huile de Cumin.*

Synon.: Oleum Seminis Carvi, Aetheroleum Carvi.

Paretur ex Seminibus Cari Carvi LINN. probe contusis sicut Oleum Anisi.

Coloris pallide flavi, lucis accessu fuscescens, pond. spec. 0,905 — 0,914, saporis calidi, acris, longe persistentis.

OLEUM CARYOPHYLLORUM. Gewürznelkenöl. *Huile de Girofles.*

Synon.: Oleum Caryophyllorum destillatum s. aethereum, Aetheroleum Caryophylli.

Rec. Caryophyllorum contusorum Libras sex,
Aquae communis Libr. viginti; maceratis per biduum adde
Salis communis Libras duas,
et destillationem institue, donec Aquae trientes duae transierint. Post 24 horas Oleum in fundo subsederit. Liquorem innatantem in vesicam refunde, et addita Aquae s. q. denuo destillationem institue, idque ter quaterque repete, quamdiu Oleum adhuc elicitur. Sepone destillatum ad subsidentiam per 24 horas, tum Oleum lege artis collige. *Vis:* stomachica.

Oleum recens coloris straminei, dein flavi, tandem rubri, sit limpidum, pond. spec. 1,03 — 1,04, fragrantissimum, saporis aromatici, proprii vehementer linguam urentis.

OLEUM CASCARILLAE. Cascarillaöl. *Huile de Cascarille.*

Paretur sicut Oleum Caryophyllorum. Ph. Polon. recepit.

OLEUM CASSIAE vid. Oleum Cinnamomi.

OLEUM CASTOREI. Bibergeilöl. *Huile de Castoreum.*

Ph. Hisp. Rec. Castorei Unc. duas, Ol. Olivar. Libr. duas, Vini albi generosi Unc. quatuor, coque ad humiditatis consumtionem. Ph. Wirt. Castorei Drachm. duas, Cyperi rotundi, Pyrethri, Sabinae, Schoenanthi aa Drachm. duas et semis, Spicae Nardi, Cinnamomi. Costi Arab., Cubebarum, Croci aa Drachm. duas, Piperis longi, — nigri aa Drach. duas et semis, Vini albi, Ol. Olivar. aa Libr. semis, coque ad humidi consumtionem.

OLEUM CATAPUTIAE MINORIS, s. Lathyridis. Springkörneröl. *Huile d'Epurge.*

Semina Cataputiae minoris (Euphorbiae Lathyridis LINN.) contusa in prelo torculari ex sacculo linteo exprimantur. Oleum decanthatione et filtratione depuretur Ope Naphthae Vitrioli quoque elici potest. Semina contusa Naphthae pari pondere irrigentur, tum exprimantur. Destillatione ex balneo aquae Naphtha elicitur et Oleum remanet *Vis:* drastica. Ph. Gall. 1837 recepit.

OLEUM CATELLORUM. Hundeöl. Praeparatum ineptissimum ex canibus neonatis, oblivioni tradendum.

OLEUM DE CEDRO RECTIFICATUM. Rectificirtes Citronenöl.

Oleum de Cedro venale bonae notae rectificatione minime eget pro usu officinali, at si tempore vel casu quodam fortuito adulteratum fuerit destillatione cum aqua ex retorta rectificetur.

OLEUM CERAE s Cerae empyreumaticum. Wachsöl. *Huile de Cire.*

Rec. Cerae flavae Libr. unam, in retortam ingere ut haec dimidia fere repleatur; reliquum spatium arena lota reple, et destillationem institue igne primum moderatiore tum sensim aucto ut cera tota decomponatur. Aquam acidulam, Oleum et deinde Butyrum, ut ajunt, Cerae separata excipe, et Oleum altera destillatione rectifica Vis diuretica quondam praedicabatur.

Alii Codices loco Arenae Calcariam ustam sumi volunt.

OLEUM CEREFOLII destillet ex Herba Chaerophylli silvestris sicut Oleum Absinthii.

OLEUM CHAMOMILLAE. Kamillenöl. *Huile de Camomille.*

Synon.: Oleum Chamaemeli, s. Anthemidis coeruleum, Aetheroleum Chamomillae.

Destillet ex Floribus Chamomillae vulgaris sicut Oleum Absinthii. *Vis*: excitans, antispasmodica.

Oleum coloris saturate coerulei, consistentiae butyraceae, saporis amari, odoris Florum Chamomillae.

Oleum Chamomillae aethereum saepius in laboratoriis pharmacopolarum in paranda Aqua Chamomillae parergon obtinetur.

OLEUM CHAMOMILLAE CITRATUM. Citronenölhaltiges Kamillenöl.

Ph. Slesv.-Hols. Rec. Flor. Chamomillae vulgaris eodem anno collectorum Libr. triginta, in vesicam destillatoriam immissis insperge Olei Corticis Citri Unc. semis (Ph. Bor. ed. 5 Unc. unam et semis) et affunde Aq. comm. q. s. et fiat lege artis destillatio. Oleum destillatum et Aquam destillatam cum nova Florum Chamomillae et Olei de Cedro praescripta copia, addita Aquae comm. s. q., tamdiu destillet, donec Olei desiderata copia obtenta fuerit. Sit coloris saturate coerulei, odoris fragrantis Florum Chamomillae, saporis penetrantis longe persistentis. Hoc Oleum sec. Ph. Slesv.-Hols. et Bor. dispensetur, nisi Oleum Chamomill. simplex vel purum praescriptum fuerit, quae quidem ordinatio satis inconcinna videtur, quia medicus justum nomen, addito cognomento citrati, conscribere potest.

OLEUM CHAMOMILLAE COCTUM s. infusum Gekochtes Kamillenöl. *Huile gras de Camomille.*

Paretur sicut Oleum Absinthii coctum. Varietas lectionum eadem quoque sicut voce citata. Plane supervacaneum est. Rancorem cito contrahit et colorem amittit.

OLEUM CHAMOMILLAE ROMANAE, Oleum Anthemidis. Römischkamillenöl. *Huile de Camomille romaine.*

Ph. Lond. Oleum Chamomillae ex Anthemide nobili parari jubet. Est Oleo Chamomillae vulgaris persimile.

OLEUM CHAMOMILLAE TEREBINTHINATUM. Terpenthinölhaltiges Kamillenöl. *Huile de Camomille terebinthinée.*

Ph. Bor. ed. 5. Rec. Florum Chamomill. Libr. sexaginta, in vesicam destillatoriam immissis affunde Olei Terebinthinae Unc. duodecim, Aq. comm q. s. Destillationem instttue et Oleum coloris dilutioris coerulei l. a. separa. Color coeruleus facile amittitur. Formula inconcinnissima.

OLEUM CHEIRI. Goldlacköl.

Ph. Palat., Wirt. Flor. Cheiri, Ol. Olivar. par pondus ad humidi consumtionem coqui volunt.

OLEUM CHENOPODII. Gänsefußöl.

Destillatione paretur ex Seminibus contusis Chenopodii anthelminthici sicut Oleum Absinthii.

OLEUM CHRYSOMELINUM. Aprikosenöl.

Est Oleum expressum ex nucleis Pruni Armeniacae, ad modum Olei Amygdalarum dulcium parandum, in cujus locum quoque adhibetur.

OLEUM CICINUM s. Oleum Ricini americani s. Jatrophae Curcadis. Barbadosnußöl.

Expressione paratur ex Seminibus Jatrophae Curcadis contusis.

† OLEUM CICUTAE. s. Conii coctum. Gekochtes Schierlingsöl.

Coctione paretur ex Herba recente siccata Conii maculati cum Oleo Olivarum sicut Oleum Absinthii coctum.

OLEUM CINNAMOMI. Zimmtöl. *Huile de Canelle.*

Synon.: Oleum Cassiae Cinnamomeae, Oleum Cinnamomi Zeylanici, Aetheroleum Cinnamomi.

Destillatione paretur ex Cortice Cinnamomi acuti sicut Oleum Caryophyllorum.

Coloris lutescentis, mox fulvi, pond. spec. 1,035 — 1,044, fragrantissimum, saporis primum dulciusculi, dein calidi, peraromatici, pungentis.

OLEUM CINNAMOMI INDICI s. Cassiae aethereum. Zimmtkassienöl.

Paretur ex Cortice Cassiae Cinnamomeae (Cinnamomum indicum) sicut Oleum Caryophyllorum. Minus fragrans quam antecedens, cetera ipsi persimile.

OLEUM CITRI BIGARRAGIAE.

Ph. Gall. 1837. Destillatione cum aqua communi paretur sicut Oleum Absinthii ex fructibus Citri Bigarragiae.

OLEUM CITRI RECTIFICATUM. Rectificirtes Citronenöl.

Codices quidam Oleum de Cedro venale iterum destillare suadent, alii ex ipso cortice parari volunt. At Oleum de Cedro (I, p. 192) satis purum atque genuinum in mercatura obvium est, quam quod tali repurgatione egeat. Si oleis aethereis vilioribus mixtum est, destillatione ab illis non liberatur. Accedit quod Oleum de Cedro odoramentum atque condimentum potius est, quam medicamentum.

† OLEUM COCOGNIDII s. Mezerei. Seidelbastsamenöl. *Huile de semences de Garou.*

Ph. Hamb. 1835. Rec. Sem. Mezerei re-

centiorum caute decorticatorum q. v., contunde lege artis et frigide exprime.

OLEUM COCOIS BUTYRACEAE vid. Oleum Palmae (I, p. 197).

OLEUM COLOCYNTHIDIS s. anthelminthicum, s. Habacuci. Coloquintenöl.

Ph. Brunsv., Wirt. Rec. Ol. Absinth. coct., — Rutae coct. Fellis Tauri Libr. semis, Colocynthid., Rad. Hellebori nigri āā Drachm. unam, Aq. commun. Unc. duas, coque ad humiditatis evaporationem, cola cum expressione. Ph. Herbip. Hb. Absinth. rec. Unc. sex, Rad. Hellebori nigr., Pulp. Colocynth., Sem. Cinae āā Unc. unam, incisis et contusis affunde Ol. Olivar. Libr. tres et semis, macerata per 8 dies coque ad humidi evaporationem, colatis adde Ol. Petrae rubr., — Ricini āā Drachm. decem.

OLEUM CONII, Oleum cum Foliis Cicutae. Schierlingöl. *Huile de Ciguë.*

Ph. Gall. 1837. Rec. Hb. Conii recent. contus. Libr. unam, Ol. Olivar. Libr. duas, igne leni coque ad humidi evaporationem, tum digere per horas duas et cola cum expressione.

OLEUM CONYZAE COMPOSITUM, s. Momordicae compositum, Oleum Aregonis.

Ph. Hisp. Rec. Folior. Conyzae majoris (Erigeron. viscosum Linn.), — Laureolae, — Cucumeris agrest., — Calaminth., — Rorismar., — Majoran., — Thymi, — Rutae, — Lauri, Sabinae, — Salviae āā Unc. quatuor, Rad. Bryoniae, — Ari, — Cucumer. agrest. āā Unc. duas, Ol. Olivar. Libr. decem, macerata per 4 dies coque ad humidi dissipationem, cola cum expressione.

OLEUM CORIANDRI. Korianderöl. *Huile de Coriandre.*

Destillatione cum aqua paratur ad modum Ol. Absinthii ex Semine Coriandri sativi.

OLEUM CORNU CERVI RECTIFICATUM vid. Oleum animale Dippelii.

OLEUM CORYLI est Oleum pingue expressum ex Nucleis Coryli Avellanae. Ph. Gall. 1837 recepit.

OLEUM COSTINUM Ph. Wirt.

Rec. Costi amari Unc. duas, Hb. Majoranae florent. Unc. octo, Ol. Olivar. Libr. unam et semis, Vini albi Unc. duas, digere ad siccum, cola cum expressione.

OLEUM CROCI. Safranöl. *Huile de Safran.*

Rec. Croci Unc. unam, Rad. Calami, Cardamomi min. āā Unc. unam et semis, Vini alb. Libr. semis, Ol. Olivar. Libr. unam et semis, coque ad siccum, exprime. Ph. Palat. Croci Unc. semis, Myrrh. Drachm. duas, Cardamom. Unc. semis et Drachm. semis, Ol. Olivar. Unc. novem, coque ad siccum...

OLEUM CUBEBARUM. Kubebenöl. *Huile de Cubèbes.*

Destillatione paretur ex Cubebis contusis sicut Oleum Absinthii. Coloris subflavescentis, spissiusculum, pond. spec. 1,035. Ph. Hamb. 1835 et Saxon. receperunt. Ph. Sard. quoque habet.

OLEUM CUCUMERIS SEMINUM est Oleum expressum ex Seminibus Cucumeris sativi.

OLEUM CUCURBITAE vid. Balsamum pleuriticum (p. 119).

OLEUM CUMINI. Römischkümmelöl. *Huile de Cumin.*

Destillatione paretur ex Seminibus Cumini Cymini contusis. Coloris e virescente flavi, pond. spec. 0,975, odoris gravis, saporis fervidi aromatici.

OLEUM DICTAMNI CRETICI. Cretisch Diptamöl.

Destillatione paretur ex Herba Origani Dictamni.

OLEUM Dippelii vid. Oleum animale Dippelii.

OLEUM EMPYREUMATICUM ANIMALE vid. Oleum Cornu Cervi (I, p. 193) et Oleum animale Dippelii (II, p. 591).

OLEUM EMPYREUMATICUM E LIGNO FOSSILI. Braunkohlenöl. *Huile de Lignite.*

Rec. Ligni fossilis (Braunkohle) q. v., immitte in retortam vitream (vel ferream) et destillatione sicca Oleum extrica, quamdiu hoc prodit. Oleum, pix quasi liquida, a liquore pyracetico simul prodeunte separetur, tum destillatione altera ex retortula munda rectificetur, Oleum tenue, decolor, tempore colorem fuscum induens, odoris empyreumatici penetrantis. Continet Creosotum et Paraffinum. *Vis*: antarthritica eximia. *Usus*: in arthritide, paralysi, hysteria. Vide Pilulae Dis Lucas.

OLEUM ENULAE COMPOSITUM Ph. Hisp.

est mixtio absurda oblivione dignissima.

OLEUM EUPHORBIAE LATHYRIDIS vid. Oleum Cataputiae minoris.

OLEUM EUPHORBII. Euphorbiumöl. *Huile d'Euphorbe.*

Ph. Wirt. Rec. Euphorbii triti Unc. semis, Olei Cheiri (vel Olivarum) Unc. quinque, coque, additis Vini Unc. duabus, ad humiditatis dissipationem.

OLEUM FABARUM PICHURIM. Pichurimöl.

est oleum unguinosum expressione ex Fabis Pichurim obtentum.

OLEUM FILICIS vid. Extractum Filicis Maris aethereum (p. 400).

OLEUM FLORUM AURANTII vid. Oleum Neroli (I, p. 195).

OLEUM FLORUM SAMBUCI. Hollunderöl. *Huile de Sureau.*

Ph. Gall. 1837. Oleum coctum est ex Flor. Sambuci siccis Unc. una et Ol. Olivarum Unc. octo paratum.

OLEUM FLORUM SLOTANI Ph. Wirt. est mixtio ineptissima

OLEUM FOENICULI. Fenchelöl. *Huile de Fenouil.*

Synon.: Oleum Seminis Foeniculi, Aetheroleum Foeniculi.

Destillatione paretur ex Seminibus Foeniculi sicut Oleum Anisi.

Coloris flavescentis, pond. spec. 0,974, saporis dulciusculi, proprii mitis, similisque odoris.

OLEUM FORMICARUM. Ameisenöl.

Disp. Brunsv., Ph. Wirt.: Rec. Formicarum Unc. quatuor, Ol. Olivar. Unc. unam, digesta per 20 dies cola.

OLEUM FOENUGRAECI Foenugrecöl. *Huile de Fenugrec.*

Ph. Gall. 1837. Rec. Sem. Foenugraeci cont. Unc. unam, Ol. Olivar. Unc. octo, digere, filtra.

OLEUM FULIGINIS Rußöl. *Huile de suie.*

Destillatione sicca Fuliginis splendentis obtineri suadetur.

OLEUM GALBANI, Galbanetum Paracelsi, Oleum Galbani compositum. Mutterharzöl.

Oleum Galbani purum destillatione Galbani cum aqua obtinetur. At hoc quidem non praescriptum invenitur; Oleum compositum Ph. Hisp. paratur destillatione circa Galbani, Gummi Hederae, Elemi, Olei laurini āā pond. aequalium. Usus externus. Ph. Sard. Galbani Libr. unam, Gummi Hederae Unc. tres, Ol. Laurini, — Lavendul. āā Unc. unam; mixta destillent. Ph. Wirt. Galbanum cum arena destillari vult.

OLEUM GUALTHERIAE. Canadischtheeöl. *Huile de Gaulthérie couchée.*

Destillatione cum aqua ex Herba Gaultheriae procumbentis paretur. Ph. Amer.

OLEUM GUMMI GALBANI vid. Ol. Galbani, cet.

OLEUM HABACUCINUM vid. Oleum Colocynthidis

OLEUM HELENII vid. Ol. Enulae.

OLEUM HELIANTHI Erdartischockenöl. *Huile de Topinambour.*

Oleum pingue expressum ex seminibus Helianthi tuberosi.

OLEUM HERBARUM Willeri. Willer's Kräuteröl.

Fraude insolente per totam Germaniam contra capillorum jacturam laudibus elatum ex Oleo Olivarum (Unc. duabus) cum Rad. Alkannae (Gran. decem) tinctum et Ol. Bergamottae (Scrup. uno) conditum constat.

OLEUM HYOSCYAMI COCTUM s. INFUSUM. Bilsenkrautöl. *Huile de Jusquiame.*

Paretur ex Herba Hyoscyami sicut Oleum Absinthii coctum. Est coloris intense viridis. Usus externus. Virtutibus anodynis narcoticis an gaudeat, ignoratur.

† **OLEUM HYOSCYAMI EXPRESSUM.** Bilsensamenöl. *Huile de semences de Jusquiame.*

Expressione paretur ex Seminibus Hyoscyami bene contusis sicut Oleum Amygdalarum dulcium. Ex placentis semel expressis Aquae pauxillo addito alteram olei vim elici affirmatur.

OLEUM HYPERICI COCTUM, Balsamum Hyperici simplex, Oleum perfoliatae infusum. Johannisöl.

Ex floribus Hyperici paretur sicut Oleum Absinthii coctum. Est coloris laete rubelli, in quem finem a Codicibus permultis frustulo Radicis Alkannae tingi praecipitur. Oleum pingue in ipso spectandum.

OLEUM HYPERICI COMPOSITUM. Ph. Parm.

Rec. Summitat. Hyperici Libr. duas, Ol. Olivar. Libr. duas et semis, digere, exprime, in colatura solve Olibani Drachm. tres, Terebinth Venet. Unc. sex, adde Croci Scrup. quatuor; digestum decantha a Croco.

OLEUM HYSSOPI. Hyssopöl. *Huile de Hysope.*

Destillatione cum aqua paretur sicut Oleum Absinthii.

OLEUM IREOS s. irinum. Veilchenwurzelöl. *Huile d'Iris florentine.*

Ph. Palat. Rec. Rad. et Florum Ireos, Ol. Olivarum āā par. pond., coque leni igne ad humidi consumtionem. Ph. Hisp. Rad. recent. Ireos Libr. unam, Ol. Olivar. Libr. duas, coque uti supra; Disp. Brunsv. Succi Rad. Ireos, Ol. Olivar. āā par. pondus, coque uti supra dictum est.

OLEUM JASMINI. Jasminöl. *Huile de Jasmin.*
Est odoramentum ex Oleo Olivarum et Floribus Jasmini per macerationem longam paratum.

OLEUM JATROPHAE vid. Oleum cicinum.

OLEUM JUGLANDIS REGIAE. Baumnußöl. *Huile de Noix.*
Oleum pingue ex nucleis maturis bene siccatis Juglandis regiae, putaminibus remotis, in prelo torculari expressum.

Oleum saporis mitis, facile rancescit atque resinascit. Nuclei non satis bene siccati sacculos rumpunt.

OLEUM JUNIPERI. Wachholderbeeröl. *Huile de Fruits de Genèvrier.*

Synon. Oleum baccarum Juniperi, Oleum Juniperi ex baccis. Oleum catharticum, Oleum Alchitri, Aetheroleum baccarum Juniperi.

Destillatione cum aqua paratur ex baccis maturis, recenter collectis, contusis Juniperi communis.

Oleum tenue, coloris pallidi, pond. spec. 0,860 — 0,871. In spiritu vini rectificatissimo difficulter dissolvitur, in alcohole absoluto facile.

OLEUM JUNIPERI E LIGNO. Oleum Ligni juniperini. Wachholderholzöl. *Huile de bois de Genèvrier.*
Destillatione cum aqua ex Ligno Juniperi communis obtinetur.

OLEUM KERVIUM vid. Oleum Ricini (I, p. 198).

OLEUM LATERICIUM vid. Oleum philosophorum.

OLEUM LAURINUM (I, p. 194.

† OLEUM LAURI CERASI. Kirschlorbeeröl. *Huile de Laurier-cerisier.*
Destillatione ex foliis recentibus Pruni Lauro-Cerasi cum aqua obtinetur. Cohobitione opus est. Oleum venenosissimum quoad vires et qualitates Olei Amygdalarum amararum persimile, cautissime servetur in vitris parvis optime munitis sub Aqua submersis.

OLEUM LAXATIVUM Vogleri Weilb.
Rec. Resin. Jalapp. Gran. novem, Sapon. Venet. Gran. tria ad novem, bene mixta subige cum Ol. Olivar. Unc. una et semis.

OLEUM LIGNI FOSSILIS vide Oleum empyreumaticum Ligni fossilis.

OLEUM LIGNI SANTALI CITRINI. Santelholzöl.
Ph. Wirt. E ligno Santali citrino cum Aqua et Salis communis parte sexta destillare jubet.

OLEUM LILIORUM ALBORUM. Weißlilienöl. *Huile de Lis blanc.*
Rec Petalorum Liliorum alborum recentium, Olei Olivarum par pondus, digere parum in balneo Mariae, tum exprime.

Codices non nisi de ponderum ratione discrepant, quod accuratius discutere in re tam exigua operae pretium non est.

OLEUM LINI RECENS PARATUM. Frischbereitetes Leinöl.
Ph. Slesv.-Hols. Oleum ex Semine Lini contuso ad modum Olei Amygdalarum dulcium recens exprimi jubet.

OLEUM LINI SULPHURATUM vid. Balsamum Sulphuris simplex (p. 122).

OLEUM LINI CUM CALCE vid. Linimentum ad ambustiones (p. 509).

OLEUM LUMBRICORUM Regenwürmeröl. *Huile de vers de terre.*
Rec. Lumbricorum terrestrium vino lotorum Libr. unam, Ol. Olivarum Libr. duas, digere per tres dies et cola.

OLEUM MACASSAR ARTIFICIALE Henkenii.
Rec. Ol. recentis Helianthi grandiflori Unc. tres, Axung. Anseris, — Porci aa Unc. semis, Storac. liquid., Ol. Ovor. aa Drachm. duas, Ol Neroli Drachm. unam, Ol. Thymi Drachm. duas, Balsami Peruv. Gran. decem, Ol. Rosar. Gran. unum, Butyr. Cacao Drachm. duas; misce leni calore.

OLEUM MACIDIS. Macisöl. *Huile de fleurs de Macis.*

Synon. Oleum Nucistae aethereum, Oleum Nucis moschatae destillatum. *Huile de fleurs de Muscade.*

Destillatione cum aqua paretur ex Macide sicut Oleum Anisi.

Coloris fulvi, paululum spissum, pond. spec. 1,040, odoris Macidis grati, saporis ab initio mitis, postea acris.

OLEUM MAJORANAE. Majoranöl. *Huile de Marjolaine.*

• Destillet ex Herba Majoranae florente concisa sicut Oleum Absinthii.

Recens coloris viridi-flavescentis, tandem fusci, facile lentescens, pond. spec. 0,980, odoris minus grati quam herba.

OLEUM MAJORANAE INFUSUM. Aufgegossenes Majoranöl.

Ph. Wirt., Brunsv. Rec. Hb. Majoranae recent., Ol. Olivar. Libr. unam, macerata coque ad humidi evaporationem, tum cola expressione.

OLEUM MANDRAGORAE COCTUM paretur sec. Ph. Gall. 1837 sicut Oleum Conii ejusdem Pharmacopoeae ex Herba recente Atropae Mandragorae.

OLEUM MARTIS, s. Oleum Martis per deliquium, Liquamen Martis, Lixivium Martis, Liquor Ferri muriatici oxydati, Liquor subbichloreti Ferri, Liquor stypticus Lofi, Eisenöl, salzsaure Eisenoxydflüssigkeit. *Muriate de Fer liquide.*

Rec. Ferri muriatici oxydati crystallisati, secundum nostram formulam (p. 429) parati Unc. unam, solve in Aquae destillatae Unc. una. Filtratione plerumque non opus est. Liquor intense rubro-fuscus, impellucidus fere in vitris amplioribus, reactionem acidam prae se ferens.

Ph. Slesv.-Hols. Ferri muriatici sublimati partes quatuor, Aq. dest. part. sex.

Ph. Boruss. ed 5. Ferri oxydati rubri Unc. quatuor, coque in Acidi Salis Unc. sedecim per horas duas in cucurbita vitrea, liquor in balneo vaporis evaporet, donec pond. spec. sit 1,495 — 1,505. Haec methodus operosa atque inconcinna est. Liquor enim tali modo paratus acidum sulphuricum continet ex oxydo Ferri rubro abreptum; praeterea peracidus est, et majorem Alkali copiam pro decompositione requirit, quam pro Oxydo Ferri praecipitando opus est. Ph. Saxon. 1837 hac in re temere Borussicam secuta est. Plures denique codices per varias ambages Oleum Martis parare docent, pro rei summa vero productum cum nostro convenit, quare has varietates praeteriri aequum est. Ferrum muriaticum oxydatum crystallisatum deliquescentiae spontaneae expositum sui ponderis dimidium Aquae tantum ex aëre colligit.

OLEUM MASTICHINUM s. Mastichis. Mastixöl.

Ph. Wirt. Rec. Ol. rosati Libr unam, in qua leniter coquendo dissolve Mastichis Unc. tres.

OLEUM MELILOTI s. Meliloti coctum. Steinkleeöl, Melilotenöl.

Ph. Gall. sicut Oleum Belladonnae suum.

OLEUM MENTHAE CRISPAE. Krausemünzöl. ***Huile de Menthe crepuë.***

Destillet ex Herba recente concisa Menthae crispae sicut Oleum Absinthii.

Est coloris flavescentis, interdum viriduli, perliquidum, pond. spec. 0,898, fragrans, saporis proprii, amariusculi, subrefrigerantis.

OLEUM MENTHAE CRISPAE TEREBINTHINATUM. Terpenthinölhaltiges Krausemünzöl. *Huile de Menthe crepuë terebinthinée.*

Rec. Hb. Menth. crisp. recent. Libr. triginta, Ol. Terebinthinae Libr. duas, Aq. comm. q. s., destillent, Oleum innatans Aquae separetur.

OLEUM MENTHAE PIPERITAE. Pfeffermünzöl. ***Huile de Menthe poivrée.***

Paretur ex Herba Menthae piperitae recente concisa sicut Oleum Absinthii.

Coloris flavescentis, pond. sp. 0,909, fragrans, saporis camphoracei, aestum ori excitantis, dein refrigerantis.

OLEUM MENTHAE PULEGII. Poleiöl. *Huile de Pouliot.*

Ph. Lond. 1836, ex Herba recente Menthae Pulegii destillare jubet.

OLEUM MENTHAE VIRIDIS. Gartenmünzöl. Frauenmünzöl.

Ph. Lond. ex Herba recente Menthae viridis parari docet.

† OLEUM MEZEREI. Seidelbastöl. *Huile de Garou.*

Rec. Corticis Mezerei Libr. unam, grossiuscule concisum et cum Spiritu Vini s. q. humectatum in mortario ferreo vel aheneo summa cum vi in massae fibrosae tumidae speciem contunde, cui infunde in vase apto Olei Olivarum Libr. duas, et post justam digestionem fortiter exprime; expressum filtra.

Hanc praeparandi methodum Coldefy docuit, quae ad finem extrahendi optime conducit. Alii Corticem cum aqua primum digeri, tum cum Oleo coqui volunt. At Mezerei virtutes vesicantes absque Aquae adminiculo ab Oleo suscipiuntur.

† OLEUM MEZEREI SEMINUM vid. Oleum Cocognidii.

OLEUM MILLEFOLII s. **Millefolii aethereum.** Schaafgarbenöl. *Huile de Millefeuille.*

Destillatione paretur ex Summitatibus florentibus Millefolii per destillationem. Ph. Saxon. 1837, Fuld., Wirt.
Coloris cyanei est.

OLEUM MIXTUM Ph. Saxon.

Haec pharmacopoea in locum Oleorum coctorum miscelam non inconcinne proposuit, quae ex Unc. una Olei Olivarum, et Gutta una Olei aetherei cujusvis e. g. Absinthii, vel Chamomillae conflatur.

OLEUM MIXTUM STAMFORDI. Lord Stamford's mixed oil. Stamford's Gemengöl.

Rec. Ol. Origani Drachm. sex, Ol. Terebinth. Unc. viginti, Spir. Vini rect. Unc. quatuordecim, Ol. laurin. Libr. sex, Camph. Unc. tres.

OLEUM MOMORDICAE. Eselsgurkenöl. *Huile de Cocombre sauvage.*

Cod. veteres: Rec. Fruct. matur. Momordicae Elaterii part. unam, Ol. Olivar. part. duas, digere, exprime.

OLEUM MONARDAE Ph. Amer.

Ex Herba Monardae punctatae destillatione paretur.

OLEUM MOSCHATUM.

TADDEI ex Moschi Drachm. duabus et Olei Olivar. Unc. una et semis digestione et expressione parari proponit.

OLEUM MUCILAGINOSUM s. de mucilaginibus. Schleimsamenöl.

Ph. Sard. Rec. Rad. Althaeae, Bulb. Lilior., Sem. Foenugraeci āā Unc unam, Aq. comm., Ol. Olivar., — Lini āā Libr. duas; primum mucilaginem para cum Aqua, deinde hanc cum oleo ad humidi consumtionem coque, denique colaturam digere cum Flor. Lilior., — Chamomill. āā Libr. una, digere et exprime. VAN MONS: Sem. Foenugraeci, — Lini āā Unc. unam, Ol. Olivar. Unc. octo, digesta in balneo arenae exprime.

OLEUM MYRRHAE. Myrrhenöl. *Huile de Myrrhe.*

Ph. Bor. ed. 5. Rec. Myrrhae Libr. duas, Aq. comm. Libr. sedecim, fiat destillatio ex vesica destillatoria, quamdiu Oleum a empyreumate liberum prodit. Oleum a liquido separa. Sit coloris albidi flavescentis. (Conf. praeterea Liquamen Myrrhae p. 515). Alii Myrrham cum arena destillationi siccae exponi inepte suaserunt.

OLEUM MYRTINUM. Myrthenöl. *Huile de Myrte.*

Ph. Sard. Rec. Bacc. Myrt. cont. Libr. duas, Fol. Myrt. concis. Unc. unam, Ol. Olivar. Libr. quatuor, Aceti Libr. unam; coque ad humidi consumtionem. Ph. Hisp. Fol. ex Fruct. Myrt. Libr. tres, Ol. Olivar. Libr. octo, digere per triduum ad humidi evaporationem et exprime.

OLEUM MYRTI PIMENTAE, Aetheroleum Pimentae, Oleum Piperis Jamaicensis. Jamaicapfefferöl, Pimentöl. *Huile de Poivre de la Jamaique.*

Destillatione paretur ex Seminibus Amomi (Myrti Pimentae I, p. 308) sicut Oleum Absinthii vel Anisi. Alii Sal commune in vesicam adjicere suadent. Oleum subfuscum pond. spec. 1,021. *Vis*: excitans. *Usus*: in stomacho debili, colica, tympanitide.

OLEUM DE NARCOTICIS vid. Balsamum tranquillans (p. 123).

OLEUM NICOTIANAE. Tabacksöl.

Ph. Wirt. Rec. Hb. Nicotianae recent. Libr. unam, Ol. Olivar. Libr. sedecim, coque ad humidi evaporationem et exprime.

OLEUM NUCUM JUGLANDUM vid. Oleum Juglandis.

OLEUM ORIGANI. Dostenöl. *Huile d'Origan commun.*

Destillet cum Aqua ex Summitatibus florentibus Origani communis vel cretici, si desideratur. In dentium doloribus gossypio imbutum dentibus adesis immittitur.

OLEUM OVORUM, s. e vitellis Ovorum, Oleum ovorum expressum. Eieröl. *Huile d'oeufs.*

Rec. Vitellos ovorum gallinaceorum q. v., immitte in sartaginem stanneam vel argenteam, hanc in balneum aquae vel calcariae muriaticae impone, et inter assiduam agitationem eo usque humiditatem consume, ut oleum digitorum vi facile exprimi possit. Tum massam in sacculum linteum conjice, et inter laminas, immersione in aqua fervida calefactas, fortiter exprime. Oleum expressum in loco tepido filtra, et in lagenulis parvis ex toto repletis, optime clausis, sub aqua immersis serva.

Est oleum coloris citrini, odoris ovorum, saporis dulcis grati, spissiusculum, calore facillime liquescens.

Alii Codices vitellos coctione induratos et nunc ex ovis exemtos in sartagine leni calore usque ad rufescentiam calefieri, tunc sacculo inclusos exprimi proponunt. Oleum hac methodo paratum colorem intensiorem induit atque ad rancorem pronissimum est. Denique Oleum Ovorum cum Naphtha Vitrioli paratur. Ph. Gall. 1837 tali modo procedi jubet. Vitelli Ovorum recentes in sartagine leni calore eo usque exsiccentur, donec in pultem semi-

liquidam abierint. Hanc frigefactam in lagenam immitte et adde Naphtham Vitrioli et miscelam bene concute. Post horas 24 totum in infundibulum vel tubum vitreum inferne in apicem desinentem infunde et solutionem aethercam fac emanare. Naphtham iterum infunde, quamdiu haec colore citrino tincta prodit, denique ope aquae infusae Naphtham expelle. Naphtham destillatione evoca, et oleum remanens per chartam bibulam adhuc calidum filtra. Alii denique vitellos ovorum recentes cum trigintupla copia aquae fortiter conquassari, tum adjecto septuplo pondere Naphthae Vitrioli iterum conquassari jubent, et Naphtham oleosam, aquae innatantem destillatione elici, oleum residuum denique filtrari volunt.

OLEUM OXYDI CUPRI VIRIDE vid. Balsamum viride (p. 123).

OLEUM PALMAE CHRISTI vid. Oleum Ricini.

OLEUM PAREGORICUM Disp. Fuld.

Rec. Ol. Hyoscyami Sem. express. Unc. semis, — Petr. alb Drachm. duas, — Bacc. Juniperi aeth., — Succini ⁞⁞ Gutt. decem.

OLEUM PERFOLIATAE INFUSUM vid. Oleum Hyperici.

OLEUM PETRAE RECTIFICATUM. Rectificirtes Steinöl. *Pétrole rectifié.*

Ph. Hamb.: Oleum Petrae album in retorta cum aquae sextuplo destillet, quamdiu coloris expers prodit. Oleum ab aqua separatum leni calore siccetur in vase vitreo aperto in balneo aquae. Destillatio citius cedit absque aqua. Oleum Petrae cum Oleo Vitrioli conquassatum colorem quoque amittit et absque destillatione repurgari potest. Sed haec methodus non adeo certe eundem finem consequi concedit, et variis casibus obnoxia est.

OLEUM PETROSELINI s. Petroselini aethereum. Petersiliensamenöl. *Huile de Persil ordinaire.*

Destillet cum Aqua ex Seminibus Apii Petroselini contusis sicut Oleum Anisi.

OLEUM PEUCEDANI AETHEREUM. Saufenchelöl. *Huile de Fenouil de porc.*

Ph. Sard. Destillet cum aqua ex Radice Peucedani officinalis.

OLEUM PHILOSOPHORUM, Oleum latericium s. laterum, Oleum Olivarum empyreumaticum, s. empyreumaticum commune. Ziegelöl, brenzliches Olivenöl. *Huile empyreumatique*, *Huile de briques.*

Rec. Laterum contusorum q. v., impraegnentur Oleo Olivarum, quantum ab eis imbibitur, ex retorta (ferrea si est in promtu) destillatio instituatur igne sensim aucto, quamdiu liquida prodeunt. Oleum a phlegmate separatum iterum destillet ut rectificetur. Obsolevit.

† OLEUM PHOSPHORATUM. Phosphoröl. *Huile phosphoré.*

Rec. Olei Amygdalar. dulc. Unc. unam, immitte in lagenulam vitream, quae tota fere ab oleo repleatur, adde Phosphori Gran. duodecim et epistomium impone, cavens ut aëris parva copia lagenulae adhuc insit. Hanc in balneum aquae fervidae impone, interdum bene concute, et has operationes per horae quadrantem perge. Oleum refrigeratione limpidefactum in lagenulas minutas ex toto replendas, et subter aqua servandas immitte, cavens ut Phosphorus in fundo concretus relinquatur. Ph. Bor. ed. 5 et Slesv.-Hols. hanc formulam secutae sunt. Ph. Hamb. 1835 Phosphori Gran. decem, Camphor. Scrup. unum, Ol. Amygdal. Unc. unam, misce uti supra.

Lescot: Phosphori Unc. unam (nimium), Ol. Olivar. Unc. sedecim, reposita in locum obscurum interdum concute per dies quatuordecim, adde Ol. Bergamottae guttulas aliquot.

OLEUM PIMENTAE vid. Oleum Myrti Pimentae.

OLEUM PINGUE VIRIDE ASPARAGI. Grünes Spargelsprossenöl.

Rec. Turiones Asparagi, exprime succum et residuum ad aërem exsicca; digere per 3 dies cum Spiritus Vini rectificatissimi pondere triplo, Spiritum e tinctura destillatione evoca, et oleum ab extracto aquoso separa. Est oleum intense viride, mox flavescens, spissiusculum, glutinans odoris proprii aromatici, saporis fatui, facile Spiritu Vini, Naphtha et Oleis dissolvitur.

OLEUM PIPERIS JAMAICENSIS vid. Oleum Myrti Pimentae.

OLEUM PIPERIS NIGRI. Schwarzpfefferöl. *Huile de Poivre noire.*

Paretur sicut Oleum Caryophyllorum ex Pipere nigro contuso. Subflavum est.

OLEUM PISTACIARUM. Pistacienöl. *Huile de Pistaches.*

Exprimatur in prelo torculari ex Nucleis Pistaciarum sicut Oleum Amygdalarum dulcium.

OLEUM PLUMBI vid. Acetum Saturni.

OLEUM PULEGII, Aetheroleum Pulegii. Poleiöl. *Huile de Pouliot.*

Ph. Lond 1836. Destillet ex Herba recente Menthae Pulegii sicut Oleum Absinthii.

OLEUM PURGANS

Rec. Scammonii Scrup. quatuor, dissolve in Ol. Amygdalar. dulc. Unc. quatuor

OLEUM PYRO-ANIMALE vid. Oleum animale DIPPELII.

OLEUM DE RANIS Cod. veterum.

Ranae cum triplo Olei ad dissolutionem (?) coquantur.

OLEUM RHABARBARI FULLER.

Oleum Amygdalarum dulcium cum pari pondere Rad. Rhabarbari comminutae stratim mixtum digeratur per noctem, tum exprimatur.

OLEUM RICINI ARTIFICIALE Künstliches Ricinusöl. *Huile de Ricins artificielle.*

HUFELAND: Rec. Ol. Papaveris Unc. unam, Ol. Crotonis Guttam unam. VOGLERI: Resin. Jalapp. Gran. novem, Sapon. Veneti Gran. tria, Ol. Amygdal. dulc. Unc. unam et semis.

OLEUM RORISMARINI vid. Oleum Anthos (I, p. 191).

OLEUM ROSATUM s. cum petalis Rosarum. Fettes Rosenöl. *Huile de Roses pales, Huile rosat.*

Ph. Gall. 1837. Rec. Petalorum Rosae centifoliae recentium Libr. unam, contusis in mortario marmoreo, adde Ol. Oliv. Libr. quatuor macera per tres dies et exprime. Oleum expressum cum nova copia petalorum Rosarum alterum atque tertium contundatur et exprimatur, tunc filtretur. Alii Codices Petala contusa cum Oleo ad humiditatis consumtionem coqui volunt, sicuti Brunsv. et Wirt.

OLEUM RUTAE. Rautenöl. *Huile de Rue.*

Destillet cum Aqua ex Herba florente recente Rutae graveolentis sicut Oleum Absinthii.

Coloris lucide flavi, pond. spec. 0,890, graveolens, saporis ingrati, acriusculi.

OLEUM RUTAE COCTUM s infusum. Gekochtes Rautenöl. *Huile gras de Rue.*

Rec Hb. Rutae recentis Libr. unam, contunde, adde Ol. Olivar. Libr. duas, leni calori exponantur, donec humiditas abierit, tum digere adhuc per horas duas, cola cum expressione.

OLEUM SABINAE. Sevenbaumöl. *Huile de Sabine.*

Destillet ex Ramulis Sabinae recentibus sicut Oleum Absinthii.

Coloris ex albido-flavescentis, perliquidum, pond. spec. 0,924, graveolens, saporis amaro-acris, resinosi.

OLEUM SALVIAE s. Salviae officinalis. Salbeiöl. *Huile de Sauge.*

Destillet ex Herba Salviae officinalis florente concisa sicut Oleum Absinthii.

Coloris flavescentis, perliquidum, pond. spec. 0,864, fragrans, saporis proprii aciduli subcamphorati.

OLEUM SALVIAE SCLAREAE. Scharlachkrautöl. *Huile de Sauge sclarée.*

Destillatione paretur ex Herba florente concisa Salviae Sclareae sicut Oleum Absinthii.

OLEUM SAMBUCI COCTUM Fliederblumenöl. *Huile de Fleurs de Sureau.*

Ph. Gall. 1837. Rec. Flor. Sambuci sicc. Unc. duas, Ol. Olivar. Unc. sedecim, digere per duas horas et exprime.

OLEUM SAMBUCI VIRIDE ex Foliis recentibus Sambuci et Oleo Olivarum paratur sicut Oleum Conii.

OLEUM SANTALI CITRINI. Santelholzöl.

Ph. Wirt. Rec. Ligni Santali citrini Libr. sex, Aq. comm. Libr. triginta sex, Salis commun. Libr. unam, macerata destillent l. a. Oleum aqua gravius separetur ab aqua.

OLEUM SAPONIS. Seifenöl. *Huile de Savon.*

Rec. Saponis rasi Unc. unam, Arenae lotae Unc. tres, destillent ex retorta ferrea vel vitrea; Oleum obtentum supra cineres rectificetur.

OLEUM SATUREJAE. Saturelöl. *Huile de Sarriette de jardins.*

Ph. Palat. Destillet ex Herba Saturejae florente concisa sicut Oleum Absinthii.

OLEUM SCORBUTICUM Ph. Batean.

Rec. Rad Raphani rust. Unc sex, Hb. Cochlear. recent Unc. duas, Flor. Lavend. Unc. unam, Olei ex Pedibus Bovis Libr. unam, coque leni igne ad Succi consumtionem, expresso adde Acid. muriat. Drachm. sex, Spir. Cochlear. Drachm. unam, Ol. Cinnamom., — Caryophyll. āā Drachm. semis, Ol. Origani Scrup. quatuor.

OLEUM SCORPIONUM COMPOSITUM. Zusammengesetztes Scorpionöl. *Huile de Scorpions composée.*

Rec. Scorpionum No. quinquaginta, Ol. Olivarum Libr. unam, Rad. Aristoloch. rotund., — Gentian., — Cyperi, — Rad. Capparid. āā Drachm. sex, digere leni calore et exprime.

Ph. Sard. Scorpion. vivent. No. 300, Ol. Hyperici Libr. quatuor, Hb. Scordii, — Rutae, — Dictamni Cretici, Rad. Zedoar., — Aristoloch. rotund., — Angelicae, — Cro-

ci, Storacis Calamitae ãã Unc unam, Terebinth. Unc. duas, Elect. Mithridat., — Theriac. ãã Unc. semis, digere in balneo arenae per aliquot dies et exprime

OLEUM SCORPIONUM SIMPLEX. Einfaches Scorpionöl. *Huile simple de Scorpions.*

Rec. Scorpion. No. quinquaginta, Ol. Olivar. Libr. unam, digere per dies viginti in loco calido, tum ad usum serva (absque colatione).

OLEUM SCROPHULARIAE Van Mons.

Rec. Hb et Rad. Scrophulariae aquaticae part. tres, Ol. Olivar. part. unam, infunde, digere, exprime.

OLEUM SEMINUM FRIGIDORUM. Kaltsamenöl. *Huile de Semences froides.*

Exprimatur in prelo torculari ex seminibus frigidis (Citrulli, Cucumeris, Cucurbitae, Melonum) sicut Oleum Amygdalarum dulcium.

OLEUM SEPTEM FLORUM. Siebenblumenöl. *Huile de sept fleurs.*

Ph. Wirt. Rec. Flor. recent. Violar., — Sambuci, — Rosar., — Chamomill. vulg., — Lilior. albor., — Verbasci, Malvae arbor. ãã Libr. semis, Ol. Olivar. Libr. tres, coque ad humidi evaporationem et exprime.

OLEUM SERPYLLI. Quendelöl, Feldkümmelöl. *Huile de Serpolet.*

Destillet ex Herba Thymi Serpylli florente concisa sicut Oleum Absinthii.

OLEUM SESAMI ORIENTALIS. Sesamöl. *Huile de Sésame.*

Exprimatur ex Seminibus Sesami orientalis sicut Oleum Amygdalarum dulcium.

† OLEUM SINAPIS DESTILLATUM. Aetherisches Senfsamenöl. *Huile essentielle de moutarde.*

Destillatione paretur ex Seminibus Sinapis nigrae contusis et antea expressis sicut Oleum Amygdalarum amararum iisdem cautelis atque encheiresi observatis *Vis:* vesicans praesentissima.

Est flavescens, pond. spec. 1,038, odoris penetrantissimi caustici, nares et fauces pungentis, lacrimarum effluvium ex oculis ciens, cutem citissime atque fortissime irritans, spiritu vini rectificatissimo facile solubile.

OLEUM SINAPIS INFUSUM, Tinctura Sinapis Anglorum Ph. Hamb. 1835.

Rec. Sem. Sinap. nigr. pulv. Unc. unam, oleum antea exprime et digere per triduum cum Ol. Terebinth. Unc. octo.

OLEUM SOLANI NIGRI. Nachtschattenöl. *Huile de Morelle.*

Ph. Gall. 1837. Infusione paretur sicut Oleum Conii, ex Herba recente Solani nigri. Ph. Hisp. quoque exhibet.

OLEUM SPERMATIS RANARUM. Froschlaichöl. *Huile de Frai de Grenouilles.*

Disp. Brunsv., Wirt. Rec. Spermat. Ranar., Ol. Olivar. ãã part. aeq., coque ad humiditatis consumtionem et cola cum expressione.

OLEUM STOMACHALE Spielmann.

Rec. Ol. Absinth. coct. Libr. unam, Mastich. Unc. unam, Ol. aeth. Absinth., — Caryophyll., — Ligni Rhodii ãã Drachm. semis, — Nucis mosch., — Macid. ãã Scrup. duos.

OLEUM STRAMONII. Stechapfelkrautöl. *Huile de Stramonium.*

Paretur sec. Ph. Gall. 1837 sicut Oleum Conii ejusd. Pharm.

OLEUM SUCCINI CRUDUM, Ol. Succini empyreumaticum. Rohes Bernsteinöl. *Huile de Succin brut.*

Rec. Succini in fragmenta comminuti quantum vis, immitte in retortam vitream luto argillaceo loricatam, (vel in vas destillatorium cupreum sive ferreum, alembico vitreo munitum) ut haec dimidia fere repleatur Retortae excipulum tubulatum ope luti farinacei adjunge, et ex tubulo tubum vitreum bis in angulum rectum recurvum fac in aquam immergere. Destillatio ex balneo arenae leni igne instituatur. Succinum primum liquatur et parca copia olei aetherei transit. Deinde Succinum fusum intumescere incipit et destillatio rapidius procedit. Ignis eo moderatur ut Succinum in ebullitione continua aequabili obtineatur, nec adeo infletur, ut in vas excipiens transmigret. Quando intumescentia sensim cessabit, ignis augeatur iterum, ut producta pyrogenea large destillent. Operatio intercipiatur, quando igne sub finem aucto liquida evocari cessaverint Obtinentur hac operatione corpora tria bene distincta, scilicet Acidum Succinicum impurum (Sal Succini volatile), quod in collo retortae suspensum tenetur, Liquor aquosus acidus, dictus Spiritus volatilis Succini, in quo acidum succinicum et aceticum cum oleo empyreumatico inquinatum continetur, denique Oleum volatile Succini, quod hoc loco nobis spectandum est, et a liquido aquoso cauta effusione separatur.

Continet acidum succinicum et varia

corpora pyrogenea. Oleum empyreumaticum, spissiusculum, fuscum, odore bituminoso, ponderis spec. 0,886. Residuum in retorta nisi nimium calefactum fuerit (quod non est ex oeconomia prudente) Colophonium Succini audit, et inservit Vernice Succini parando. Hae operationes melius in officinis propriis chemicis exercentur, et ubi Succinum secundae notae vilioris pretii prostat. Pharmacopolae ergo liceat Oleum Succini crudum ex mercatura sibi comparare.

OLEUM SUCCINI RECTIFICATUM. Gereinigtes Bernsteinöl. *Huile de Succin depurée.*

Synon.: Oleum aethereum Succini.

Rec. Olei Succini crudi q. v., immitte in retortam vitream cum excipulo lege artis junctam, et destillationem blandissimo igne ex balneo arenae institue, donec oleum colore intensiore tinctum prodire incipiet; hoc plerumque accidit, quando olei trientes duae transierint. *Vis:* incitans, antispasmodica, diuretica, rubefaciens.

Sit oleum coloris flavescentis, odoris specifici bituminosi, pond. spec. 0,880, cum acido nitrico fumante magma resinosum generans, aëris contactu colorem fuscum induens.

Usus: in hysteria, epilepsia, mensibus impeditis, externe in affectionibus paralyticis, dolore faciei, cet.

Alii Codices Oleum Succini crudum cum sextupla vel octupla copia aquae destillatae jubent, sicut Ph. Slesv.-Hols. et Bor. ed. 5; alii denique cum Carbone Lignorum, Creta, Cineribus lignorum, Calcaria usta inepte destillationem institui volunt, quibus quidem admixtis corpora pyrogenea, quae excernere rectificationis studium est, denuo facillime progignuntur.

OLEUM SUCCINI SULPHURATUM vid. Balsamum Sulphuris succinatum (p. 122).

OLEUM SULPHURIS s. SULPHURATUM vid. Balsamum Sulphuris simplex (p. 122).

OLEUM TACAMAHACAE Ph. Wirt.

Rec. Tacamahacae part unam, Arenae part. unam et sesqui, destillationi siccae exponantur in retorta.

OLEUM CONTRA TAENIAM Chaberti, Oleum anthelminthicum. Chabert's Oel, Bandwurmöl. *Huile anthelminthique de Chabert.*

Rec. Olei Cornu Cervi crudi Unc. unam, Olei Terebinthinae Unc. tres; retortulae per tubulum immissa blanda destillatione destillent, donec Unc. tres prodierint.

Sit flavescens, limpidum, odoris foetidissimi et terebinthinacei.

OLEUM TANACETI. Rainfarrnöl. *Huile de Tanaisie.*

Destillatione paretur ex Floribus Tanaceti recentibus concisis sicut Oleum Absinthii.

Coloris lucide-flavi, pond. spec. 0,932—0,946, saporis acris, amari.

OLEUM THAPSIAE. Thapsienöl. *Huile de Thapsie.*

Ph. Hisp. Rec. Radicis Thapsiae Asclepii Linn., Hb. Rorismarini, Vini rubri āā Libr. unam, Ol. Olivar. Libr. quatuor, coque ad humidi consumtionem et exprime.

OLEUM TARTARI PER DELIQUIUM, Liquamen Tartari, Liquor Kali carbonici puri, Liquor Salis Tartari, Lixivium Tartari s. Alkali vegetabilis. Zerflossenes Weinsteinsalz, Weinsteinöl, reine kohlensaure Kalilösung. *Liqueur de Sel de Tartre.*

Rec. Salis Tartari q. v., in patina aperta in locum humidum (e. gr. cavam vel sub campanam cum vase altero aquae pleno) colloca, ut totum deliquescat, liquorem per chartam albam filtra.

Sit limpidum, decolor, cum acido nitrico excedente mixtum et ad siccum redactum siliciam non relinquat iterum aqua solutum, solutio acido nitrico acidefacta, neque cum Baryta nitrica neque cum Argento nitrico praecipitatum progignat; a posteriore leviter turbetur ad summum.

Oleum Tartari per deliquescentiam spontaneam paratum a solutione concentrata Salis Tartari nonnisi particulis Kali bicarbonici admixtis differt, quod quidem, quum incertam rationem sequeretur, nec ullius momenti esset pro virtute medica, plane rejiciatur, et Solutio Salis Tartari bene praeparati in ejus locum est supplenda. Haec praeparetur ex Salis Tartari et Aquae destillatae pari pondere atque filtratione. Codices veteres sc. Brunsv., Palat., Wirt., porro Dubl., Hass., Ruth. castr., Sard. illam in capite exhibitam formulam receperunt.

OLEUM TEREBINTHINAE RECTIFICATUM. Gereinigtes Terpenthinöl. *Essence de Térébinthine.*

Oleum Terebinthinae venale cum sextupla copia Aquae communis in retorta destillationi blandae subjiciatur, et oleum destillatum ab aqua separetur. Oleum Terebinthinae crudum non raro adeo purum in mercatura obvenit, quod rectificatione non egeat.

OLEUM TEREBINTHINAE SULPHURATUM vid. Balsamum Sulphuris terebinthinatum (p. 122).

OLEUM THYMI. Thymianoel. *Huile de Thym commun.*

Destillatione paretur ex Herba Thymi vulgaris florente concisa sicut Oleum Absinthii.

Coloris pallide flavescente-viriduli interdum rubescentis, perliquidum, pond. spec. 0,874, fragrans, saporis calidi acris.

OLEUM AD TORMINA VENTRIS vid. Ol. carminativum.

OLEUM DE TRIBUS Van Mons.

Rec. Ol. Terebinth., — Lavandul., — Philosophor. āā part aeq., m.

OLEUM UTERINUM Ph. Argent.

Rec. Ol. Castorei Unc. unam, Galbani Drachm. unam, — Succini, — Chamomill., — Asae foetidae āā Drachm. semis.

OLEUM VALERIANAE. Baldrianoel. *Huile de Valeriane.*

Destillatione paretur ex Radicibus Valerianae officinalis Linn. in vesica destillatoria sicut Oleum Absinthii.

Coloris lucide flavi vel viridiusculi, pond. spec. 0,947, facile lentescens, spissiusculum, graveolens, saporis amariusculi, subcamphorati, temporis lapsu colorem subfuscum induens. *Vis*: incitans, antispasmodica eximia.

Continet Acidum volatile, quod valerianicum dicitur, et olei instar fluit, simulque odore forti Valerianae gaudet.

OLEUM CONTRA VERMES Disp. Argent.

Rec. Rad. Gentianae, — Graminis, Sem. Rutae, — Colocynth., — Citri, — Cinae āā Drachm. unam et semis, — Lupini Drachm. duas, Hb. Gratiolae, — Scordii āā Manip. semis, Flor. Centaur. min., Tanaceti āā Pugill. tres, Myrrh. Drachm. duas, Ol. Absinth., — Rutae, — Laurini, Hyperici āā Unc. unam, Aceti scill Unc. tres, Ol. Lilior. convall. Unc. unam et semis, incisa et contusa digerantur per 4 dies, tum ad Aceti consumtionem coquantur.

OLEUM VINI DULCE, Oleum aethereum, Aetheroleum. Süßes Weinöl, Aetheröl. *Huile de vin douce.*

In destillatione Naphthae Vitrioli sub finem operationis Spiritus Vini instillationem intercipe, et destillationem per se perge donec spuma nigra succrescat, et massa tumida sublevari coeperit. Destillatum nunc obtentum seorsum excipe et misce cum Aqua calida in vitro claudendo. Oleum flavum sensim excernitur aqua levius, quod lege artis cum tubo aspiratorio a liquido separetur. Semel adhuc cum aqua calida leviter alcalina elotum iterumque separatum servetur.

Ex parergo obtinetur in officinis chemicis, in quibus Naphtha Vitrioli praecipue paratur. De consilio parari potest, si Spiritus Vini rectificatissimi pars una cum Olei Vitrioli partibus duabus eo destillatione consumuntur, ut massa carbonacea exsurgere incipiat. Oleum innatans superficiei destillati modo mox descripto separetur. Ph. Lond. 1836 recepit.

Vis: summopere excitans, nervina.
Usus: in morbis nervosis.

OLEUM VIOLARUM. Veilchenöl.

Disp. Brunsv., Wirt. Rec. Flor. Violar., Ol. Olivar. āā par pondus, eoque ad humidi consumtionem.

OLEUM VIRIDE vid. Balsamum viride (p. 123).

† OLEUM VITRIOLI RECTIFICATUM. Rectificirte Schwefelsäure. *Acide sulfurique destillé.*

Synon.: Acidum sulphuricum purum, s. destillatum, s. rectificatum, s correctum, s. purificatum, Acor Sulphuris merus. Reine Schwefelsäure, destillirte Schwefelsäure, abgezogenes Vitriolöl. *Huile de Vitriol rectifiée.*

Rec. Olei Vitrioli crudi Libras duas vel tres,

immitte in retortam vitream non tubulatam, externe lorica argillacea munitam, quae ad trientes duos tantum acido repleatur. Retortulam impone in cylindrum e lamina ferrea nigra incurvatione confectam, inferne et superne apertam, diametri pollicum trium, altitudinis pollicum quatuor ad quinque. Retortula cylindri diametrum tertia circiter parte superet, ut ejus fundus in cylindro insit, parietes vero laterales supra cylindri parietes promineant. Cylindrum cum retortula in cratem furni impone, ut retortae collum supra marginem furni promineat. Collo retortae appone tubum vitreum tri- vel quadripedalem, et talis amplitudinis, quae collum accurate amplectatur nec spatium intermedium relinquat. Rebus ita constitutis carbones ardentes in furno circa cylindrum ferreum conjice, cavens ne retortam ipsam tangant, sed haec ab aëre calido assurgente tantum calefiat, tum capitellum fictile vel ferreum supra retortam colloca, ut haec undique ab aëre calido foveatur. Igne sensim aucto acidum calefiat, ut destillatio incipiat; Uncias duas primum prodeuntes separatim excipe, tum vas alterum mundum siccumque tubo vitreo longo appone. Ignis per totum destillationis tempus summa cum cura aequabilis obtineatur, ne ebullitio nimium crescat, nec vapores acidi sulphurici emergant. Destillatio intercipiatur si acidi superficies in retorta ad marginem cylindri fere advenerit.

Vis: corrosiva, deleteria.

Sit liquidum consistentiae oleosae, plane decolor, pond. spec. 1,85, ex toto volatilis, Acidi muriatici, quod solutione Argenti sulphurici diluta dignoscitur, liberum.

Usus: per se nullus; pro usu interno medicinali nonnisi Oleum Vitrioli destillatum sumatur; accedit ad Elixir acidum Halleri, Spiritum Vitrioli, Elixir Vitrioli Mynsichti, cet.

Encheiresis destillationis Olei Vitrioli difficillima propter caloris gradum et periculum imminens rupturae vasorum. Vitrum retortae viride sit optimae indolis, parietes crassitiei aequabilis, absque bullis vel lapillis innatis. Balneum arenae non commodum est, quia metalli vi calorem facillime perducente ebullitio a fundo retortae quoque fit, quod summa cum cura evitetur. Lorica e luto macro humido inducta atque sicca praesidii satis affert ad retortam contra vim rapidiorem ignis protegendam. Ebullitio secundum nostram methodum nonnisi a parietibus efficitur, ideoque eructamenta, quae fiunt a sedimento excreto, facillime evitantur. Laudatur fila platinea vel fragmenta vitri in retortulam simul immittere; conducit sane, at non exigitur. Tubus vitreus longus oblique constitutus refrigerationem sufficientem affert absque aqua circumdata, qua ruptura facile induceretur Destillationem Olei Vitrioli ex urceo lapideo quoque eventu secundo instituere ausus sum. In collum urcei tubum vitreum brevissime recurvatum, altera parte obliqua longum ope luti gypsei adaptavi, totum in Cylindrum ferreum inferne clausum imposui et arenam circumjeci, eademque cura, quae supra descripta est, destillationem effeci. Quod in retorta vel urceo remanet pro Oleo Vitrioli crudo adhibeatur.

OLEUM VOLATILE ANIMALE

vid. Oleum animale Dippelii.

OLEUM VULPINUM Ph. Wirt.

Ineptiae commemoratione non dignae.

OLEUM ZEDOARIAE. Zedoaröl.

Huile de Racine de Zédoar.

Paretur sicut Oleum Caryophyllorum destillatione cum Aqua ex Radice Zedoariae contusa. Disp. Brunsv., Palat., Wirt.

OLEUM ZINGIBERIS. Ingweröl. *Huile de Gingembre.*

Idem valet pro radice Zingiberis sicut in voce praecedente.

OPIATUM ADSTRINGENS.

Sainte-Marie. Rec. Terebinth. Venet. Unc. semis, Rad. Rhei Drachm. tres, Calomell. Scrup. semis, Syr. Consol. maj. q. s.

Boriès: Conserv. Cynarrhodi Unc. sex, Gland. Quercus pulv. Unc. tres, Corall. rubr. praep., Catechu āā Unc. unam et semis, Cinnamomi Drachm tres, Syr. Rosar. rubr. q. s.; vel Pulv. Rad. Salicariae, — Rad. Arnicae āā Drachm. semis, — Alumin Gran. sex, Conserv. Cynarrhodi q. s.

OPIATUM ANTIAPOPLECTICUM Bergii.

Rec. Croci Mart aperitiv. Unc. semis, Croci, Rad. Rhei āā Drachm. unam et semis, Antimonii diaphoretici, Salis Tamarisci, Terebinthinae, Salis Ammoniaci, Jalappae, Rad. Ireos Florent. āā Drachm. unam, Scammonii, Rad. Helleb nigri Scrup. duos, Syr Rosar. pallid. q. s., ut fiat opiatum i. e. electuarium crassum.

OPIATUM ANTICACHECTICUM vid. Electuarium antihaemorrhoidale (p. 260).

OPIATUM ANTICHLOROTICUM Pierquin.

Rec. Croci Martis aperitiv., Asellor. praep., Succini alb. āā Gran. decem, Extr. Rhei, Extr. Juniperi āā Scrup. unum, Conserv. Cynarrhodi, — Enulae āā Drachm. semis, Syr. Absinthii q. s.

OPIATUM ANTIDYSENTERICUM Cadet.

Rec. Rad. Ipecacuanh. Drachm. semis, Rad. Tormentill. Drachm. unam, Extr. Opii aq. Gran. quatuor, Conserv. Rosar. rubr., Syr. Myrtill. āā Drachm. sex.

OPIATUM ANTIEPILEPTICUM Van Mons.

Rec. Opii Drachm. semis, Rad. Valerian. Unc. unam et semis, Syr. Papav. q. s.

OPIATUM ANTIGONORRHOICUM Boriès.

Rec. Elect. lenitiv. Unc. duas, Cremor. Tartari, Pulv. Rhei āā Unc. semis, Balsami Copaiv. Unc. unam et semis, Syr. Rosar. q. s.

OPIATUM ANTIGONORRHOICUM Labbey.

Rec. Aq. Rosar. Drachm. duas, Vitrioli albi Scrup. unum, Balsami Copaiv., Sacch. albi āā Unc. quatuor, Ol. Anisi, Flor. Rosar. pulv. q. s.

OPIATUM ANTIGONORRHOICUM Sainte-Marie.

Rec. Balsami Copaivae Unc. duas, Ossium Sepiae Drachm. tres, Oculor. Cancr., Corall. rubr. āā Drachm. duas, Conserv. Enulae q. s. (Cf. Opiatum balsamicum).

OPIATUM ANTIHAEMORRHOIDALE vid. Electuarium antihaemorrhoidale (p. 260.)

OPIATUM ANTIHERPETICUM Pierquin.

Rec. Limaturae Martis alcohol., Myrrh., Gummi Ammoniaci āā Drachm. sex, Extr. Hellebor. nigr. Drachm duas, Rad. Jalapp., Milleped. praep. āā Drachm. quinque, Syr. Fumar. q. s.

OPIATUM ANTIODONTALGICUM Augustin.

Rec. Opii, Camphor. āā Gran. duo, Ol. Caryophyll., Tinct. Sem. Amomi āā Gran. unum, fiat pasta; vel: Extr. Belladonn., — Hyoscyami, Opii āā Gran. sex, Tinct. Rad. Pyrethri, Olei Caryophyll. āā Gutt. viginti, fiat pasta.

OPIATUM ANTIPERIODICUM TONICUM Pierquin.

Rec. Antimonii diaphoretici Drachm. unam, Cassiae lign. Drachm. semis, Extr. Juniperi Drachm. duas, — Chinae Drachm. unam, Conserv. Enulae, — Cynarrhodi āā Drachm. tres, Syr. Cichor. comp. q. s.

OPIATUM ANTIPHTHISICUM Pierquin.

Rec. Cetacei, Flor. Sulph., Oculor. Cancror. āā Drachm. duas, Conserv. Rosar. Unc. semis, Mellis q. s

OPIATUM ANTISYPHILITICUM Pierquin.

Rec. Calomell. Unc. duas et semis, Aethiop. mineral. Unc. duas, Sapon. Venet. Unc. octo, Gummi Tragacanth. q. s. ut fiat massa homogenea, cui adde Extr. Boragin., — Bugulae āā Unc. tres, Camphor. Drachm. semis, Syr. Sacchari q. s.

OPIATUM ANTISYPHILITICUM Vavasseur.

Rec. Calomell. Drachm. duas, Opii Gran. duodecim, Conserv. Rosar. Unc quatuor, m.

OPIATUM APERIENS ET PURGANS Boriès.

Rec. Croci Martis aperit Unc. semis, Croci, Rad. Rhei āā Drachm. unam et semis, Antimon. diaphoret., Sal. Tartari, Terebinth., Salis Ammoniaci, Jalapp., Rad. Ireos Florent. āā Drachm. unam, Scammonii, Extr. Hellebor. nigri āā Scrup. duos, Syr. Rosar. pall. q. s.; vel: Aethiop. mineral Unc. semis, Elect. lenitiv. Unc. unam, Pulv Senn., Pulv. Rhei, — Jalapp., — Asellor. āā Drachm. duas, Scammon. Drachm. unam, Sal. amar. Unc. semis, Syr. quinque Radic. q s.

OPIATUM ARABICUM Pierquin.

Rec. Sarsaparill., Chinae, Nuc. Avellanar. tost. āā Unc. quatuor, Caryophyll. Unc. quinque, Mell. q. s.

OPIATUM BALSAMICUM CONTRA BLENNORRHACHIAM Barton.

Rec. Bals. Copaivae, Cubebar. āā Unc. duas, Alum. crud. pulv. Unc. unam, Extr. Opii aq. Gran. quinque ad sex, massam homogeneam divide in doses Drachmae unius.

OPIATUM CONTRA CANCRUM BARBEIRAC.
Rec. Chinae, Rosar., Cornu Cervi, Corall. rubr. āā Unc. unam. et semis, Ocul. Cancror. praep. Drachm. duas, Syr. Nymph. q. s.

OPIATUM CONTRA CHLOROSIN BARBEIRAC.
Rec. Croci Mart. aperit. Drachm. unam, Rad. Rhei Scrup. duos, Cinnamomi, Diacrydii āā Drachm. semis, Syr. Cichor. q. s., divide in 4 part. aequales.

OPIATUM CARDIACUM Disp. Lugdunens.
Rec. Bacc. Juniperi Unc. quatuor, Macid., Pulv. Viperar., Rad. Angelic., — Aristoloch. long., — Osmundae, — Bistortae, — Carlinae, Contrayervae, Mei Athamanth. āā Unc. unam, Mell. q. s.

OPIATUM CARDIACUM BIBRLING.
Rec. Confect. Alkermes Unc. semis, Conserv. Rad. Bugloss. Unc. unam, Flor. Rosar. Unc. semis, Spec. Diamargarit. frigid. Drachm. unam, Syr. de Pomis q. s.

OPIATUM CARDIACUM PRO PAUPERIBUS.
Rec. Conserv. Rosar. Unc. unam, Rad. Enulae Drachm. unam et semis, Boli Armen. Drachm. semis, Syr. Acetosi q. s.

OPIATUM CEPHALICUM RENADAL.
Rec. Conserv. Betonicae Drachm. sex, Conserv. Rosar. Unc. semis, Confect. Alkerm. Scrup. quatuor, Pulv. Elect. Dianth. Scrup. duos, Specier. Electuar. Diamargarit. frigid., — Dionisi, — Diamoschi āā Scrup. unum, Syr. Stoechad. q. s.

OPIATUM DENTIFRICIUM BORIES.
Rec. Myrrh., Olibani āā Drachm. unam, Mellis albi Unc. duas.

OPIATUM DENTIFRICIUM SPIELMANN.
Rec. Myrrh., Olibani āā Unc. semis, Cetacei Drachm. duas, tere cum vitello ovi, adde Pulv. Rad. Liquir. q. s.

OPIATUM DENTIFRICIUM VAN MONS.
Rec. Caryophyll. Scrup. unum, Cinnamomi Drachm. unam et semis, Laccae Florent. Unc. unam, Cornu Cerv. ust. Unc. duas et semis, Syr. Acetositatis Citri q. s.

OPIATUM DESALTERANS PIERQUIN.
Rec. Conserv. Eryngii, — Bugloss. āā Unc. duas, — Boragin. Unc. unam, Confect. Alkerm. Unc. semis, Syr. Pomor. q. s.

OPIATUM DYSENTERICUM SPIELMANN.
Rec. Theriacae ANDROMACHI, Diascordii āā Unc. duas, Gummi Arab. Unc. semis, Boli Armen. Unc. tres.

OPIATUM DYSENTERICUM BALSAMICUM.
adde praecedenti formulae Balsami LOCATELLI Unc. duas.

OPIATUM EMMENAGOGUM PIERQUIN.
Rec. Limatur. Mart. alcohol. Drachm. sex, Pulv. Sennae, — Rhei, — Jalapp. āā Drachm. duas, Aethiopis mineralis Unc. semis, Extr. Castor. Scrup duos, Asellor. Drachm. duas, Sal. Ammon Drachm. unam, Syr Diacodii q. s. ejusdem: Croci Mart. aperitiv, Aloës Succotr., Gummi Ammoniaci āā Unc. unam, Cinnamomi, Nucis moschat. Unc. semis, Arcani duplicat. Drachm duas, Extr. Gentian. Unc. tres, Syr. Absinthii q. s.

OPIATUM FEBRIFUGUM BARBEIRAC.
Rec. Cort. Chinae Unc unam, Flor Chamomill. Drachm. duas, Sal. Tartari Scrup. quatuor.

OPIATUM FEBRIFUGUM CADET.
Rec. Pulv. Hb. Absinth., — Centaur. min., — Myrrh., Roob Juniperi āā Unc. unam, Syr. Absinth. q s.

OPIATUM FEBRIFUGUM DESBOIS DE ROCHEFORT.
Rec. Chin. flav. Unc. unam, Sal. Tartari Drachm. unam, Tart. emet. Gran. sedecim, Syr. Absinth. Unc. tres.

OPIATUM FEBRIFUGUM BORIES.
Rec. Chinae Unc unam, Sal. Absinth., Sal. Ammoniaci, Flor. Sal. Ammon. martiat., Rhei āā Drachm. semis, Syr. quinque Radicum q. s

OPIATUM FEBRIFUGUM PIERQUIN.
Rec. Chinae Drachm. sex, Rhei, Cascarill., Sal. Ammon āā Drachm. duas, Rad Ireos Florent. Drachm. unam, Syr. Cichorei q. s.

OPIATUM FEBRIFUGUM PURGANS SPIELMANN.
Rec. Chinae Unc. quatuor, Jalapp., Nitri āā Drachm. tres, Conserv. Rosar. rubr. Unc. duas, Syr. Cichor. c. Rheo q. s.

OPIATUM HYDRAGOGUM PIERQUIN.
Rec Croci Mart. adstr. Gran. septem, Pulv. Millepedum, — Rhei āā Gran. duodecim, Jalapp. Gran octo, Scammonii Gran. quatuor, Boracis Gran. quinque, Syr. Alth. q. s.

OPIATUM LENIENS s. SEDANS PIERQUIN.
Rec. Sacch. Saturni Drachm. semis, Nitri Drachm sex, Conserv. Cynarrhodi Unc. duas, Syr. Capill. Ven. q. s.

OPIATUM MESENTERICUM vid. Electuarium mesentericum (p. 273).

OPIATUM NEAPOLITANUM BARBEIRAC.
Rec. Calomell, Jalapp. āā Drachm. unam et semis, Scammon. Scrup. unum, Rhei, Sennae āā Drachm. duas, Lign. Guajaci, Rad. Sassaparill., — Chinae āā Unc. semis, Syr. Rosar. solutiv. q. s.

OPIATUM PAJOT-LAFORESTI.
Rec. Mercur. sublim. corros., Pulv. Gummi Kino, Bals. Copaiv. āā Unc. semis, Gum-

mi Arab. Unc. unam et semis, Sacch. albi Unc. quinque, Aq. Menth. q. s.

OPIATUM PECTORALE PIERQUIN.

Rec Conserv. Enulae Unc. unam, Flor. Sulph Drachm. duas, Croci Scrup. duos, Chinae Drachm. sex, Balsam. Copaiv. Unc. semis, Syr. Capill. Ven. q. s.

OPIATUM PECTORALE TONICUM PIERQUIN.

Rec. Limatur. Mart. alcohol. Drachm. tres, Chinae, Rhei āā Drachm. unam, Arcan. duplicat. Drachm. semis, Roob Enulae, Mell. despum. āā Unc. semis.

OPIATUM PURGANS PIERQUIN.

Rec. Calomell., Extr. Aloës āā Gran. decem, Ciner. Clavell. depur. Gran. duo, Syr. Fumar. q. s.

OPIATUM PURGANS ET TONICUM PIERQUIN.

Rec. Calomell., Pulv Asellor. āā Drachm. duas, Croci Mart. aperit., Chinae āā Unc. semis, Extr. Junip. q. s.

OPIATUM DE ROCCAMORE vid. Electuarium DE ROCCAMORE (p. 278).

OPIATUM SALOMONIS CORRECTUM sec CHARAS.

Rec. Cort. Citri Sacch. cond. Unc octo, Conserv. Oxalis, — Borismar., — Buglossi āā Unc. duas, Mithridati veteris Unc. unam, Rosar. rubr., Rad. Enulae, Dictamni, Hb. Dictamni cretici, Sem. contra Vermes, — Citri mund., — Card. bened., Rasur. Cornu Cervi āā Unc. semis, Cort. Citri sicc., Ligni Santali citrini, Rad. Gentian., Ossis e Corde Cervi āā Drachm. duas, Cinnamomi, Macid., Caryophyll., Cinnamom. minor āā Drachm. unam, Junip. No. 24, f. electuarium.

OPIATUM SEDANS vid. Opiat. leniens.

OPIATUM STIMULANS PIERQUIN.

Rec. Limatur. Mart. alcohol., Gummi Ammoniaci āā Unc. unam, Milleped. praepar. Drachm. sex, Extr. Aloës Drachm. tres, Jalapp. Unc. semis, Castor., Croci āā Drachm. tres, Extr. Gentian. q. s.

OPIATUM STOMACHICUM PIERQUIN.

Rec. Rad. Zingib. cond. Unc. duas, Cort. Citri cond., Caryophyll. cond. āā Unc. unam, Opiati SALOMONIS Unc. semis, Nuc. moschat. condit., Cinnamomi āā Drachm. tres, Cascarill. Drachm semis, Ol. Caryophyll. Scrup. duos, — Cinnamom. Gutt. decem, Syr. Caryophyll. rubr. q. s.

OPIATUM SULPHURATUM.

Rec. Flor Sulph. Unc. unam, Mell. alb. Unc. duas.

OPIATUM TEREBINTHINATUM DR. MARTINET.

Rec. Ol. Terebinth. Unc. unam, Magnes. ust. Scrup. duos et semis, Tinct. Menth. crisp. Gutt. octo.

OPIATUM VERMIFUGUM PIERQUIN.

Rec. Aethiop. mineral., Sem. Hyperici, — Rutae, — Absinth., — Tanaceti āā Unc. semis, Syr. Absinth. q. s.

OPIUM COLATUM s. DEPURATUM s. GUMMOSUM vid. Extractum Opii aquosum (p. 413).

OPIUM PRAEPARATUM LANGELOTTI vid. Extractum Opii cydoniatum (p. 414).

OPODELDOC vid. Balsamum Opodeldoc (p. 118).

ORVIETANUM. Orvietan. *Orvietane.*

Rec. Radic. Angelicae, — Aristolochiae utriusque, — Bistortae, — Carlinae, — Contrajervae, — Fraxinellae, — Gentianae, — Imperatoriae, — Pentaphylli, — Serpentariae, — Virgin., — Tormentillae, — Valerianae, — Zedoariae, Foliorum Cardui benedicti, — Pulegii, — Rutae hortensis, Sabinae, — Scordii, — Scabiosae, Florum Hyperici, Corticum Aurantiorum, — Citri, — Cinnamomi, Baccarum Juniperi, — Lauri āā Unc. unam, Viperarum exsiccatarum Unc. duas. Fiat omnium pulvis, qui excipiatur Roob Juniperi, Mellis despumati āā Libr. tribus; optime mixtis addantur Theriacae Andromachi, Mithridatii āā Unc. duae, Olei Rutae destillati, — Succini albi, — Caryophyllorum, — Juniperi āā Scrup. unus. Reponantur in vase figulino probe vitreato.

OS SEPIAE PRAEPARATUM sicut Conchae praeparatae.

OSSA USTA PRAEPARATA sicut Conchae praeparatae.

OXALAS AMMONIAE vid. Ammonium oxalicum (p. 35).

OXALAS MERCURII ex solutione Mercurii nitrosi ope Acidi oxalici praecipitatus. Usus nullus.

OXALAS POTASSAE ACIDULUS = Sal Acetosellae (I, p. 298).

OXALAS POTASSAE ET FERRI vid. Extractum Martis aperiens MYNSICHTI (p. 409).

OXODES = Oxydum.

OXYCHLORURETUM CALCIS vid. Calcaria chlorosa (p. 145).

OXYCRATUM. Oxycrat, Sauertrank. *Oxycrat.*

Rec. Aceti Unc. unam, Aquae Libr. unam. Ad libitum ab aegroto praeparatur. *Vis:* leviter diuretica.

OXYCRATUM SIMPLEX PLENCKII.

Rec. Aceti Vini, Aq. comm. āā par pondus.

OXYCRATUM SPIRITUOSUM.

Rec. Oxycrati simpl. Libr. unam, Spir. Vini camph. Unc. duas, pro fomento.

OXYDULUM ANTIMONII vid. Antimonium oxydatum (p. 37).

OXYDULUM FERRI vid. Aethiops martialis (p. 29) et Ferrum oxydulato-oxydatum Woehleri (p. 430).

OXYDULUM HYDRARGYRI s. MERCURII vid. Mercurius solubilis Hahnemanni (p. 549) et Mercurius cinereus.

OXYDULUM STIBII HYDROSULPHURATUM vid. Kermes minerale (p. 496).

OXYDUM ANTIMONII vid. Antimonium oxydatum (p. 37).

OXYDUM ANTIMONII CUM SULPHURE PER NITRATEM POTASSAE vid. Crocus Metallorum (p. 210).

OXYDUM BISMUTHI vid. Magisterium Marcasitae (p. 536).

OXYDUM CUPRI vid. Cuprum oxydatum (p. 213).

OXYDUM FERRI vid. Crocus Martis aperitivus et adstringens (p. 209).

OXYDUM FERROSO-FERRICUM vid. Aethiops martialis (p. 29).

OXYDUM HYDRARGYRI s. MERCURII vid. Mercurius praecipitatus ruber (p. 548).

OXYDUM STANNI vid. Cinis Stanni (p. 182).

OXYDUM ZINCI vid. Flores Zinci (p. 434).

OXYGENIUM vid. Aër vitalis (p. 27).

OXYMEL ACETATIS CUPRI s. AERUGINIS vid. Unguentum aegyptiacum.

OXYMEL ALLII s. alliatum. Knoblauchsauerhonig. *Oxymel d'ail.*

Aceti Allii part. unam, Mellis albi part. duas, coque lento igni absque ebullitione ad Syrupi spissitudinem.

OXYMEL ANTISPASMODICUM Pierquin.

Rec. Asae foetid. Scrup unum, Hb Digital. purpureae Gran. sex, Oxymell. scillit. Unc. duas, Aq. Tiliae Unc. quatuor.

OXYMEL BELLADONNAE Ph. Herbip. Tollkrautsauerhonig. *Oxymel de Belladonne.*

Rec. Aceti Belladonnae (Ph. Herbip.) part. unam, Mellis albi part. duas, coque leni igne absque ebullitione ad Syrupi consistentiam.

OXYMEL CHALYBEATUM s. MARTIALE Spielmann.

Rec. Aceti martialis, Mellis crudi albi aa part. aequales, coque ad Syrupi consistentiam.

OXYMEL COLCHICI, Mel Aceti Colchici. Zeitlosensauerhonig. *Oxymel colchique.*

Rec. Aceti Colchici partem unam, Mellis despumati partes duas, dissolve, fac evaporare ad syrupi spissitudinem, cola.

OXYMEL CUPROSUM s. CUPRI vid. Unguentum aegyptiacum.

OXYMEL DIGITALIS Augustin.

Rec. Hb. Digital. purp. Unc. unam, Acet. Vini Libr. unam, digere, colaturae adde Sacch. albi q. s. ad edulcorationem Aceti (?)

OXYMEL HELLEBORATUM. Nieswurzsauerhonig. *Oxymel d'Ellébore noir.*

Rec Aceti Hellebori part. unam, Mell. despum. part. duas, coque ad Syrupi spissitudinem.

OXYMEL MARTIALE vid. Oxymel Chalybeatum.

OXYMEL NARCISSI PRATENSIS s. Pseudo-Narcissi Van Mons.

Rec. Aceti Narcissi part. unam, Mell. albi part. quatuor.

OXYMEL NICOTIANAE s. Tabaci Ph. Herbip.

Rec Aceti Nicotianae part. unam, Mell. albi part. duas, evaporent ad Syrupi consistentiam.

OXYMEL PECTORALE Disp. Brunsv.

Rec. Rad. Enulae Unc. unam, — Ireos Florent. Unc. semis, coque cum Aq. comm. Libr. tribus ad Libr. duarum remanentiam, colaturae adde Mellis despumati Libr. unam, Gummi Ammoniaci Unc. unam, in Aceti Vini Libr. semis solutum, misce parum coquendo.

OXYMEL PRIMULAE Ph. Herbip.

Aceti Primulae part. unam, Mell. alb. part. duas, coque in Syrupum.

OXYMEL SACCHARINUM Van Mons.

Rec. Aceti part. unam, Sacchari Candi part. semis, Mell. albi part. unam et semis, coque in Syrupum.

OXYMEL SAMBUCI Ph. Herbip.

Aceti Sambuci part. unam, Mell. albi part. duas, coque in Syrupum.

OXYMEL SCILLITICUM.
Meerzwiebelsauerhonig. *Oxymel scillitique.*

Synon. Oxymel Scillae.

Rec. Aceti scillitici Libram unam, Mellis despumati Libr. duas,

leni calore absque ebullitione fac evaporare ad Syrupi spissitudinem, cola.

Vis: expectorans, diuretica, laxans, majori dosi emetica.

Usus: in asthmate humido, tussi, hydrope.

Pharmacopoearum maximum agmen in formula illa consentiunt. Ph. Lond. 1836: Aceti scillit. Libr. duas, Mellis Libr. tres. Ph. Dan. milit. amborum par pondus. Ph. Genev., Hass. Aceti part. unam, Mellis part. quatuor.

OXYMEL SIMPLEX.

Sauerhonig. *Oxymel simple.*

Synon. Mel Aceti simplex, Oxymellitum simplex.

Rec. Aceti Vini albi Libr. unam, Mellis despumati Libr. duas, evaporent leni igne absque ebullitione ad Syrupi consistentiam, tum colentur per manicam vel pannum laneum.

Vis: refrigerans, diaphoretica.

Usus: in febribus, inflammationibus; potionibus et gargarismatibus adjicitur.

Plurimi Codices in formula illa conveniunt. Ph. Edinb.: Mellis tres, Aceti duas partes. Disp. Fuld., Lipp. amborum partes aequales. Ph. Hass. Aceti unam, Mellis quatuor. Belg. Aceti unam, Mellis tres partes.

OXYMEL TABACI vid. Oxymel Nicotianae.

OXYMEL TARTAROSUM Swediaur.

Rec. Cremor. Tartari part. unam, Mell. despumati part. duas, m.

OXYMURIAS POTASSAE = Kali chloricum.

OXYRHODINUM Gray.

Rec. Olei rosati Unc. duas, Aceti rosati Unc. unam, m. pro linimento in herpete.

OXYSACCHARUM s. Syrupus Aceti.

Rec. Sacch. albi Libr. tres, Aceti Vini q. s. ad Syrupi consistentiam.

OXYTARTARUS = Terra foliata Tartari.

PANACEA DUPLICATA s. de Holstein = Arcanum duplicatum.

PANACEA Kornmanni vid. Aurum horizontale Zwinger ((p. 104).

PANACEA MERCURIALIS est Calomel aliquoties sublimatum, nec tamen eo melius.

PANACEA MERCURIALIS RUBRA = Mercurius praecipitatus ruber.

PANACEA TARTAREA vid Tinctura Tartari composita.

PANADA ANGLORUM Augustin.

Rec Panis secalini tosti Unc. sex, Cinnamomi Drachm. semis, Cort. Citri rec. Drachm. duas, Vini albi Libr. duas, coctis colatis adde ad lubitum Vitellum Ovi vel Aromata.

PANCHYMAGOGUM MERCURIALE = Calomel

PANCHYMAGOGUS QUERCETANUS = Calomel.

PANES PURGANTES ET VERMIFUGI Pierquin.

Rec. Calomell. Unc. unam et semis, Pulv. Jalapp. Unc. tres, — Coriandri Drachm. unam, Farinae Tritici Libr. unam, Sacch. albi Libr. unam et semis, Ova No. 24, Aq. Naphae Unc. unam, f panes Unc. unius.

PANES SACCHARATI PURGANTES Pierquin.

Rec. Jalapp. Unc. duas et semis, Farinae Tritici Unc. duas, Ova No. 24, Sacch. albi Libr. unam, fiant panes sexagiata.

PANIS CYDONIORUM CUM AROMATIBUS vid. Diacydonium aromaticum (p. 252).

PARAGUAY-ROUX, Pararoux, Tinctura Spilanthis composita.

Pararoux, Tinctur der Parakresse, Roux's Zahnmittel. *Paraguay-Roux.*

Rec. Herbae et Florum Enulae bifrondis Unc. unam, Herbae et Florum Spilanthis oleraceae (Cresson de Para) Unc. quatuor, Rad. Pyrethri gross. contusi Unc. unam, Spiritus Vini rectificatissimi Unc. sex; digere per 14 dies, tum fortiter exprime; residuo infunde Spiritus Vini rectificatissimi Unc. duas, denuo digere in vase clauso per aliquot dies et iterum exprime. Liquores mixtos filtra.

Arcanum a Roux excogitatum et in legum tutelam susceptum, postea publici juris factum. *Vis:* antodontalgica praesentissima. Remediis dolores dentium lenientibus ceteris, sicuti Oleo Cajeputi, — Caryophyll., Creosoto multum anteferendum.

PASSULAE ANTHELMINTHICAE s. vermifugae. Wurmrosinen.

Rec. Passular. minor. Unc. octo, Rhei in nodulo inclusi Unc. semis, Helminthochorti in nodulo Unc. unam, Aq. Portulaccae Unc.

quatuor, in furnum immitte pane cocto inde remoto, et vas ibi relinque, donec passulae intumuerint et mollefactae sint.

PASSULAE LAXATIVAE s. Confectio passulata (p. 198).

Ph. Wirt. Rec. Fol Sennae Unc. quatuor, Rad. Zingiberis Drachm. unam et semis, Cinnamomi Drachm. duas, Aq. ferv. Unc. decem, in colatura expressa solve Sacch. albi Libr unam, solutionem infunde Passularum minorum, in aqua communi ad mollitiem coctorum et a superflua humiditate modica exsiccatione liberatarum Librae uni. Ph. Palat. Fol. Senn. Unc. octo, Sem. Foeniculi Unc. semis, Cinnamom. Drachm. duas, Aq. comm. ferv. q. s. ad colaturam Libr. unius et semis, Sacchari ad plumam cocti, Passular. minor. mundatar. āā Libr. unam et semis. Ph. Dan. Fol. Senn. Unc. quatuor, coque in Aq. comm. Unc. decem, sub finem coctionis adde Cinnamomi Drachm. tres, expressa bullient cum Sacch. albi Libr. una, colaturam superfunde Passularum Librae uni. Mynsichtius formulam prolixiorem prodidit sed omittendam.

PASTA, Paste, Teig. *Pâte.* Medicamenta tenacia, subsolida, digitis non adhaerentia, ex Saccharo et Gummi arabico maxima ex parte conflata; nonnunquam corpora salutaria efficacia admiscentur. Gummi arabicum integrum aliquoties aqua frigida externe abluatur, ut materia amara externe frustulis gummi adhaerens, auferatur. In solvendo Gummi integro ne nimium aquae addatur, quo evaporationi diutinae praecavetur. Si in pasta praescribitur infusum vel decoctum plantarum, hoc pro solvendo Gummi sumendum est, denique Saccharum in frustula majora contusum addatur. Quando pasta pellucida manere debet, solutio inter agitationem calefiat usque ad ebullitionem; quum ebullire inceperit, agitationem desine, et fac evaporare leni coctione. Tali modo solutio pastae inspissetur, absque adustionis periculo a Gummi arabico. Si pasta extracti mollioris consistentiam contraxerit, aromatibus condienda est; spuma blando motu a superficie removeatur, et pasta in modulos e ferro laminato stannato confectos, obiter Oleo Amygdalarum illitos, effundatur, et in tepidario penitus siccetur. In modulis summa imum vertantur antequam penitus siccata fuerit pasta, ne in unum latus curvatum remaneat. Moduli nonnisi levissime Oleo illinantur, quia pasta per illud rancescere potest; CHAUFFARD Mercurii vivi guttulis quibusdam Stannum in Amalgama mutari proposuit, a quo pasta facillime tollitur. Pastae, quae pellucidae manere non debent, inter assiduam agitationem inspissentur; sub finem aromata addantur; effundantur in tabulam ligneam amylo pulverato conspersam, vel marmoream oleo inunctam.

PASTA ADSTRINGENS BORIES.

Rec. Terrae sigillatae Drachm. tres, Boli Armenae Drachm. unam, Succi Plantaginis q. s. ut fiat pasta

PASTA ALTHAEAE. Altheepaste. *Pâte de Guimauve.*

Synon. Pasta de Althaea, Pasta gummosa, Massa cum Gummi arabico, Tabellae Althaeae. Brustleber, Gummileberzucker, Gummiteig.

Rec. Gummi arabici electi toti
Uncias sedecim,
Aquae communis Uncias
triginta duas,
in vase fictili vitreato leni calore fove interdum agitanda donec Gummi penitus solutum fuerit, aqua evaporatione consumta interdum restituenda, tum cola per cribrum setaceum arctioris texturae vel per pannum laneum mundissimum; colaturae adde
Sacchari albi in frustula minora contusi Unc. sedecim,
calore solve et leni evaporatione ad mellis spissioris consistentiam redige.
Interdum
Albumina Ovorum sex,
cum
Aquae Naphae Unciis duabus,
assidua pulsatione in spumam

densam redige, quam portiunculis minutis in pastam gummosam adhuc valde calidam ingere, et strenua agitatione subige. Inter assiduam exagitationem fac evaporare, donec pastae portiuncula exemta in lamina vix effluat. Pastam effunde in modulos chartaceos; vel ferreos amylo conspersos. *Vis:* demulcens, involvens.

Sit alba, levis, non nimium indurata, vel tenax, in ore facile tota solvatur.

Quondam usus fuit dissolvere Gummi Arabicum in Infusione ex Unciis duabus Radicis Althaeae parata pro dosi supra exhibita. At color hac encheiresi facilius in griseum vel subflavum vergit. Praeterea mucilaginis copia ex tantillo Radicis prolecta, quid sibi vult contra tantam Gummi et Sacchari vim. Jure ergo eam omiserunt Codices recentiores. Althaeam habent Ph. Gall. 1818, Bor. ed. 3, Oldenb., Bavar., Dan., Lipp., Ferrar, Hass., Hisp., Sard., Brunsv., Fuld., Palat., Wirt., Ross., Batav., quarum varietates perstringere vix operae pretium est. Althaeam omisere Ph. Bor. ed. 5, Gall. 1837, Slesv.-Hols., Saxon., Parm., cet. — Nonnulli Codices in eo peccaverunt, quod Gummi in nimia aquae copia dissolvi suaserunt, e. gr. quadruplo pondere. Aquae tantum est adhibendum, ut Mucilago calida colari possit. Colatio per cribrum setaceum facillime atque citissime cedit, et colationi per pannum est anteponenda. Criterium justae spissitudinis, quod a Codicibus multis indicatur, pastam ante effusionem in dorso manus non amplius agglutinare debere, nimiam evaporationem, et inde adustionis periculum affert. Praestat citius quam serius pastam effundere, et aquae nimiam vim tepidarii calore modico absumere. Agitatio cum spathula lignea mundissima atque lata exerceatur, ut omnes fundi sartaginis partes exagitentur.

Ph. Gall. 1837 Gummi cultro depurari, in pulverem contundi, cribrari et absque colatione adhiberi vult. At minorem operam affert mucilaginem tenuiorem parum inspissare, quam tantam Gummi molem pulveratam per cribrum trajicere.

PASTA AMYGDALARUM, Butyrum Amygdalarum dulcium, Pasta regia. Mandelnteig, feste Mandelnmilch. *Pâte d'amandes.*

Ph. Suec., Fenn.: Rec. Amygdalarum dulcium decorticatarum Libram unam, Amygdalarum amararum decoct. Unc. semis, mixta contunde in mortario lapideo, adjecta Aquae Naphae suffic. quantitate, deinde admisce Sacchari albi Libram unam, fiat massa manibus tractata eis non adhaerens. Disp. Lipp. Amygdal. dulc. excoct. Libr. unam, — amarar. excoct. Unc. unam, Aq. Naphae et Sacch. albi āā Libr. unam et semis.

PASTA ANTICEPHALALGICA Cadet.

Rec. Pulv. Hb. Hyoscyami, — Flor. Rhoead. āā Unc. unam, Opii Gran. sex, fiat cum Aceto pasta.

PASTA ANTIMONIALIS.

Rec Butyri Antimonii Unc. unam, Zinci muriat. Unc duas, Farin. Tritici Unc. quinque, Aq. dest. Scrup. duos, f. pasta, ex qua formentur tabulae.

PASTA APII Boudet.

Rec. Rad. Apii recent. Unc. octo, Aquae comm. q. s., coque leniter, per linteum cola adde Gummi Arabici pulv. Unc. sedecim, Sacch. albi Unc. octo, solve cola, et in balneo aquae ad pastae justam consistentiam consume.

† PASTA ARSENICALIS Dupuytren. Dupuytren's Arsenikteig.

Rec. Arsenici albi, Calomell. āā Unc. unam, Gumm. Arabic. pulv Unc. duas, Aq. dest. Unc. unam, f. pasta.

† PASTA ARSENICALIS Pierquin.

Rec. Aq. fortis Unc. unam, Mercur sublim. corros. Unc. quatuor, Sal. Ammon. Unc. duas, Arsenici albi Drachm. unam, destillent ad siccum, adde residuo Aceti dest. q. s. ad pastam formandam.

PASTA CACAOTINA vid. Chocolada simplex (p. 179).

PASTA CACAOTINA CUM LICHENE ISLANDICO vid. Chocolada cum Lichene islandico (p. 179).

PASTA CACAOTINA SACCHARATA vid. Chocolada medica (p. 179).

PASTA CARICARUM. Feigenteig. *Pâte de Figues.*

Rec. Caricarum q. v., absque coctione praevia in mortario in pulpam contunde, quam per cribrum setaceum trajice. Huic pulpae adde quadruplum pondus Sacchari albi, et coctione in pastam redige in lamina lignea ope cylindri lignei extendendam.

† PASTA CAUSTICA Ellis.

Rec. Lixivii Saponariorum Unc. octo, decoque ad Unc. duarum remanent., liquori fervido adde Extr. Opii Drachm. duas, Calc. vivae Drachm. sex vel q. s., ut humidum absorbeatur.

† PASTA CAUSTICA Canquoini.

No. 1. Rec. Zinci muriatici (Butyrum Zinci p. 143) fusi et pulverati part. unam, Farinae

Tritici part. duas. No. 2. Zinci muriatici part. unam, Farinae Tritici part tres. No. 3. Zinci muriatici part. unam, Farinae Tritici part. quatuor; in mortario cum sufficiente copia Aquae communis, guttatim adjiciendae, pastas forma, quas denique in tabula lignea ope ligni cylindrici hinc inde manubrio instructi, ad modum conditorum pastas depsentium, in laminas tenues planas extende, ex quibus laciniae aptae exsecantur. Aliam denique formulam, eandemque fortiorem, prodidit: Rec Butyri Antimonii partem unam, Zinci muriatici part. duas, Farinae q. s.

PASTA COSMETICA Ph. Bor. ed. 5

Rec. Amygdal. amarar., — dulc. sing. excorticat. āā Unc. quatuor, contunde cum s q. Aq. Rosar., adde Mellis albi Unc unam, Cetacei Drachm. unam, Camphor Drachm semis. Spielmann: Amygdal. dulc. excort. Unc. octo, Farin. Fabar. Unc. sedecim, Myrrh. Unc duas, Camphor. Unc. unam et semis, Sapon. Venet. Unc. viginti, m.

PASTA DACTYLORUM s. de Dactylis. Dattelnteig. *Pâte de dattes.*

Rec. Dactylorum Libras duas, enucleatas et concisas coque cum Aq comm. Libr. sex et semis, cola cum expressione; colaturae adde Sacchari albi Libras sex et dimidiam, et Albumina Ovorum duorum, despuma lege artis et cola. Seorsum recipe Gummi arabici Libr. octo, solve in Aq. comm. frigidae Libr. undecim, et cola per pannum laneum Decoctionem Dactylorum saccharatam ad Syrupi consistentiam decoque, adde solutionem gummosam et lege artis in pastam evapora; sub finem adjectis Aquae Naphae Uncias octo.

† PASTA DEPILATORIA. Haarätzteig. *Pâte dépilatoire.*

Rec. Auripigmenti Unc. unam, Calcis vivae Libr. unam, Amyli Unc. decem; pulverem mixtum serva in vitro bene clauso; ad usum cum aqua in pastam redige. Cf. Rhusma.

PASTA EMULSIVA vid. Pasta Amygdalarum.

PASTA EPISPASTICA vid. Cataplasma Cantharidum (p. 154).

PASTA ESCHAROTICA Canquoini vid. Pasta caustica Canquoini.

PASTA GLYCYRRHIZAE vid. Pasta Liquiritiae.

PASTA GUMMOSA vid. Pasta Althaeae.

PASTA HELICUM Ph. Slesv.-Hols. Schneckenteig. *Pâte de limaçons.*

Rec. Helicum viventium q. v., concisa contunde in pastam pultaceam, quam sacculo linteo inclusam exprime. Hujus jusculi gelatinosi Libris singulis adde Pulv. Gummi arabici Unc. duas, Sacch. albi pulv. Unc. quatuor, et lenissimo igne fac evaporare ad justam pastae consistentiam, in modulos effundendae.

PASTA HELMINTHOCHORTI. Wurmmoosteig. *Pâte de Helminthochorton.*

Paretur cum Decocto Helminthochorti sicut Pasta Lichenis Islandici.

PASTA IREOS FLORENTINAE. Veilchenwurzelteig.

Van Mons: Rec. Rad. Ireos Florent. cont. Unc. unam, cum Aq. comm. frigid. Unc. sedecim cola, colaturam calefac cum Gummi Arab. Unc. viginti, solutioni adde Sacch. albi Unc. quindecim; lege artis despuma cum Albumine Ovi et coque ad pastae consistentiam.

PASTA JOVIALIS, Amalgama Stanni. Zinnamalgam.

Rec. Stanni puri Unc. duas, fusas in pyxidem ligneam ingere, simulque adjice Mercurii vivi Unc. tres, et operculo ligneo imposito cito et fortiter concute. Amalgama exortum in mortario contere. Ph. Hisp. illam miscendorum rationem tradidit. Alii par pondus utriusque metalli misceri volunt.

PASTA JUJUBARUM, s. de Jujubis. Brustbeerenteig, Brustteig. *Pâte de Jujubes.*

Ph. Gall. 1837: Rec. Jujubarum Libr. unam, coque per horam dimidiam cum Aq. comm. Libr. quinque, cola cum expressione, et sepone ad subsidentiam. Seorsum recipe Gummi arabici Libras octo, bis cum Aq. comm. frigidae pauxillo lava, tum solve in Aquae communis frigidae Libr. undecim, et cola sine expressione. Decoctionem saccharatam Jujubarum in catino lege artis cum Albumine Ovorum clarifica, adde solutionem gummosam, et inter agitationem calefac ad ebullitionem; quum ebullire coeperint, agitationem intercipe, et lenem ebullitionem obtine, donec in extracti mollioris consistentiam abierint, tunc adde Aq. Naphae Unc. sex, et catinum in vas alterum aqua fervida plenum impone; post horas duodecim spumam in superficie concretam caute exime, et pastam lentam in modulos ferri stannatos, Mercurii vivi pauxillo illitos, effunde. In tepidario penitus exsicca. Non raro in Pasta Jujubarum Jujubae ipsae plane omittuntur, sicut Radix Althaeae in Pasta Althaeae. Eodem modo procedatur, posthabita coctione Jujubarum. Henry ponderum rationes tales esse sistit: Gummi arab., Sacchari albi āā Libras novem, Aq. comm. Libr. decem, Aq. Flor. Aurant. Libr. semis.

PASTA LICHENIS ISLANDICI, s. lichenifera, s. lichenata. Isländischmoosteig. *Pâte de Lichen.*

Rec. Lichenis Islandici, ab amaritie liberati, Unc. sedecim, decoque cum Aq. commun. s. q. (Libr. sex), cola cum expressione, in colatura solve Gummi arabici Libr. sex et Unc. octo, et Sacchari albi

Libr. quinque et Unc. quatuor, soluta fac evaporare blando igne in pastae durioris formam, quam in marmoream tabulam, Olei pauxillo illitam, effunde et tabula demtam absterge, ut Oleum auferas.

Formulas, quae Cacao continent, vide voce Chocolada Lichenis Islandici (p. 179).

PASTA LIQUIRITIAE.
Latritzenteig. *Pâte de Réglisse.*

Synon. Gelatina Liquiritiae, Mucilago Liquiritiae, Saccharum glycyrrhizatum, Glycyrrhiza lucida, Gluten pectorale. Brustleder, Lederzucker, Reglise, Brustteig. *Pâte de réglise blanche.*

Rec. Radicis Liquiritiae decorticatae concisae Unc. quatuor, macera per noctem in
Aquae communis Libris octo, in infuso colato sensim solvantur
Gummi arabici Librae duae cum dimidia
Sacchari albissimi Libra una cum dimidia.
Stent per duodecim horas, iterumque colata leni igne sine agitatione, empyreumate caute evitando, evaporent, dum pellicula de superficie nonnunquam detrahatur, donec gutta laminae metallicae frigidae instillata gelatinae instar consistat. Tunc detracta pellicula caute effunde in sartaginem calidam et ex hac postquam bullae disparuerint, in cistulas planas e laminis ferreis stanno obductis paratas, et tantillo Olei Amygdalarum inunctas. Pastam modico calore sufficienter exsiccatam et in taleolas scissam loco sicco serva.
Vis: demulcens, leniens.

Sit coloris e fusco-flavi, diaphana, ab empyreumate libera, et in ore facile solvatur.

Usus: in tussi.

Hanc formulam bene concinnam Ph. Bor. ed. 3, Hann., Hass., Oldenb., Polon., Slesv.-Hols. secutae sunt. Ph. Bor. ed. 5 Radicis Liquiritiae Unc. duas, cet. par. Ceteri Codices ab hac formula non nisi ponderum rationibus discrepant, nec tamen adeo, quam quarum varietates in re tam exigua accuratius perstringendae esse viderentur.

PASTA LIQUIRITIAE ANISATA, Succus Liquiritiae de Blois.

Adde formulae praecedenti Rad. Ireos pulv. Drachm. unam et Olei Anisi Gran. viginti quatuor.

PASTA LIQUIRITIAE FUSCA,
Massa fusca cum Succo Glycyrrhizae. Brauner Brustteig, brauner Lederzucker. *Pâte de Réglisse brune.*

Ph. Gall. 1837: Rec. Succi Liquiritiae venalis Unc. tres, solve in Aq. comm. frigid. Libr. sex et semis, in colatura solve Gummi arabici Libr. quatuor, Sacchari albi Libr. duas et Unc. octo, Extr. Opii aquos. Grana duodeviginti, blando calore ad pastam evaporent, l. a. in modulos effundendam.

PASTA LIQUIRITIAE NIGRA,
Massa nigra cum Succo Liquiritiae. Schwarzer Brustteig, schwarzes Brustleder. *Pâte de Réglisse noire.*

Rec. Succi Liquiritiae venalis Libram unam, dissolve in Aquae comm frigidae Libr. quatuor, in colatura solve Gummi arabici Libr. duas, Sacchari albi Libr. unam, et lege artis in pastam redige.

PASTA LIQUIRITIAE CUM OPIO s. OPIATA vid. Pasta Liquiritiae fusca.

PASTA AD NAEVOS Spielmann. Muttermalteig.

Rec. Sapon. Venet., Calcis vivae āā par pondus, tritura simul.

PASTA PECTORALIS Cadet.

Rec. Gummi Arab. Libr. duas et Unc. octo, Aq. comm. q. s. (pondus duplum), solutioni adde Sacchari Uvarum Unc. viginti octo, rite ad pastam coctis adde Aq. Naphae Unc. octo, effunde l. a.

PASTA CONTRA PERNIONES. Leichdornteig.

Cadet: Rec. Amygdal. dulc. excort. contus. Libr. unam, Mell. puri Unc. sex, Spirit. camphorat., Farinae Sem. Sinap. āā Unc. semis, Alumin usti, Olibani āā Drachm duas, Vitell Ovor No octo. Planche: Amygdalar. amarar., Mell. albi āā Unc. octo, Alumin. ust., Olibani, Benzoës āā Drachm. tres, Farin. Sem. Sinap. Unc. unam, Spir. camphorat. Drachm. quinque, Vitellos Ovorum quinque.

PASTA REGIA vid. Pasta Amygdalarum.

PASTA RUBEFACIENS Bories.
Rec. Summitat. recent. Rutae Unc. duas, Pulv. Sem. Sinap. Drachm. duas., contunde simul.

PASTA PRO SYRUPO HORDEATO vid. Pasta Amygdalarum.

PASTA VESICATORIA vid. Cataplasma Cantharidum (p. 154).

PASTA ZINCI MURIATICI vid. Pasta caustica.

PASTILLI, Tabellae, Rotulae, Trochisci. Zeltchen. *Pastilles*, *Tablettes*, sunt medicamenta sicca, fragilia, ex Saccharo plerumque et aromatibus mixta. Sive cum Saccharo rite cocto, sive cum mucilagine parantur. Pastilli absque calore tali modo praeparantur. Pulveres et aromata immiscenda primum cum Sacchari justa copia trituratione commiscentur; altera ex parte praeparetur Mucilago satis spissa, plerumque e Gummi Tragacanthae, cujus tanta copia pulveribus mixtis inter strenuam percussionem immisceatur, quanta ad pastam mollem efficiendam requiritur. Pastilli ex hac pasta duabus praecipue methodis formantur. Cylindrus hujus massae justi ponderis in machina pilularum ad totam machinae latitudinem aequabilis formatur, et leni pressione in cratem canaliculatam in triginta partes aequales dividitur. Partes singulae ope cultri in incisura desecantur, digitorum ope in globulos formantur, hique modulo ligneo in pastillos laeves vel signo notatos comprimuntur. Altera pastillorum formandorum methodus eo consistit, quod pasta in machina pilularum ope cylindri lignei manubriis duobus instructi in tabulam aequabiliter crassam extenditur, ex qua ope tubi ferrei pastilli pressione levi exsecantur. Si pulveres plantarum pastillis immiscentur, mucilagine crassiore opus est, ne partes extractione et coloratae solvantur, eoque pastilli minus candidae prodeant. Mucilago plerumque ex Gummi Tragacanthae praeparatur. Hoc gummi, ope cultelli ad calamos temperandos apti depuratum, in vase murrhino cum octuplo vel duodecuplo pondere Aquae misceatur, et in cineribus adhuc calidis digeritur. Post aliquot dies massa tumida per linteum exprimatur, et mucilago in mortario baculo caedatur. Ex gummi integro praeparata mucilago tenacior atque purior prodit, quam ex pulverato. Sunt qui mucilagini Tragacanthae aliquantulum Gummi arabici vel Albuminis Ovorum addant, ut Pastilli pellucidiores exeant. Hoc jam magis Gummi arabico mero obtinetur. Sumatur Gummi arabici pars una et Aquae partes tres; hujus mucilaginis pars una plerumque sufficit ad subigendas Sacchari partes octo. Mucilaginis adhibendae copia in omnibus formulis non eadem semper est. Si Salia, Acida, Sulphur, Magnesia immiscentur, mucilaginis major copia, at spissioris est adhibenda. Summopere eo in omnibus pastillis studendum est, ut quam minima mucilaginis parte parentur, ne nimium scilicet exsiccatione indurescant, eoque tardius in ore solvantur. Nunquam pastillis immiscenda sunt corpora saporis atque odoris ingrati nauseosi, quia masticatione nausea producitur.

Pastilli cum Saccharo cocto tali modo praeparentur. Saccharum contusum per cribrum trajiciatur, trajectum denuo cribro arctioris texturae immittatur, et pulvis subtilissimus separatum pro usu ulteriore servetur. Quod vero in cribro remanet, pastillis parandis inservit. In cacabum parvum, ore effusorio angusto, in latus sinistrum verso, instructum Sacchari granulati partem immitte et cum aqua aromatica pastam fac; haec calefiat ad levem ebullitionem, tum novam Sacchari copiam adjice, ut justa consistentia ad effusionem obtineatur; cito immisce Oleum aethereum, manubrium cacabi manu sinistra corripe, et os effusorium aversum a te tene; manu dextra filum metallicum ad os effusorium admove, ut pasta liquida in filo metallico defluat, et guttatim in tabulam marmoream incidat, in qua indurescat. Saccharum ad plumam coctum jam nimis spissum est et tardius in massas majores effluit. Si acida immiscentur, non nisi parvae copiae simul misceantur, quia Saccharum citissime acidorum vi chemice immutatur. Pastilli compositi eo parantur, quod Saccharo rite cocto et semirefrigerato pulveres immisceantur, pasta effundatur, cylindro ligneo extendatur, et cultello in tabulas quadratas dissecetur. Sunt morsuli minoris voluminis.

PASTILLI ABSORBENTES, Tabellae absorbentes, Tabellae de Magnesia, Trochisci antacidi, Rotulae cum Subcarbonate Magnesiae Absorbirende Zeltchen. *Tablettes de Magnésie.*

Rec. Magnesiae albae Unc. quatuor, Sacchari albi Unc. duodetriginta, l. a. subige cúm Mucilagine ex Cummi Tragacanthae, Gummi Arabici ãã Unc. semis, Aq Naphae Unc. quatuor vel q s parata; fiant pastilli Gran. sedecim. Ph. Gall. 1837 Magnesiam ustam pro carbonica exhibet, scilicet Magnesiae ustae Unc. tres, Sacchari albi Unc. tredecim, Mucilag Tragacanth. q. s.; f. pastilli Gran. sedecim Schmidt: Magnes. alb. Unc. unam, Lap. Cancrorum Unc. semis, Cinnamom. Drachm. unam, Sacch. alb. Unc. sex, Mucilag Gumm. Tragacanth. q. s.; f. pastilli Gran. 10. Ph. Amer. Magnesiae alb. Unc. quatuor, Nuc. moschat. Drachm. unam, Gummi Arab. Unc. unam, Sacch. alb. Unc. sex, Aq. q. s.; f. past. Gran. 10. Alii alias ponderum rationes exhibuere.

PASTILLI ACIDI CITRICI. Citronensaure Zeltchen. *Tablettes d'acide citrique.*

Ph. Gall. 1837. Rec. Acidi citrici cryst. Drachm. tres, Sacch. albi Unc. sedecim, Ol. de Cedro Gutt. sedecim, Mucilag. Tragacanth. q. s.; f. pastilli Gran. duodecim.

PASTILLI ACIDI LACTICI s. cum Acido lactis. Zeltchen von Milchsäure.

Henry: Rec. Acidi lactici cryst. Drachm. duas, Sacchar. alb. pulv. Unc. unam, Tinct. Vanill. Gutt. quatuor, Mucilag. G. Tragacanth. q. s., f. pastilli Drachm. semis

PASTILLI ACIDI OXALICI vid. Morsuli.

PASTILLI ACIDI TARTARICI Ph. Gall. 1837.

parentur sicut Pastilli Acidi citrici.

PASTILLI ALCALINI vid. Pastilli digestivi.

PASTILLI ANISI COMPOSITI vid. Trochisci bechici albi.

PASTILLI ANTACIDI vid. Pastilli absorbentes.

PASTILLI ANTICATARRHALES Tronchini, Tabellae Kermetis mineralis.

Cadet: Rec. Gummi Arab. Unc. octo, Kermet. mineral., Sem. Anisi ãã Scrup. quatuor, Succi Liquir. Unc. duas, Sacch. albi Libr. duas, Extr. Opii Gran. duodecim, Mucilag. Tragacanth. q. s., ut f. pastilli Gran. sex. Van Mons: Ol. Anisi Gutt. sex, Extr. Opii Gran. duodecim, Kermet. Drachm. unam, Extr. Liquir. Unc. duas, Gummi Arab. Unc. octo, Sacchar. albi Unc. triginta duas, Syr. Sacch. q. s. ad formandos pastillos.

PASTILLI ANTICHLOROTICI vid. Pastilli martiales.

PASTILLI ANTIMONIALES vid. Morsuli antimoniales Kunkelii.

PASTILLI APHRODISIACI Brera.

Rec. Confect. Alkermes Drachm. duas, Ambr., Moschi ãã Drachm. unam, Sacch. alb. Libr. unam, f. past. Scrupuli unius.

PASTILLI AURI CYANATI sec. Soubeiran.

Rec. Auri cyanati Gran unum, Chocoladae q. s. ut fiant pastilli sedecim.

PASTILLI AURI NATRO-MURIATICI, Pastilli Chloreti Auri et Natrii Chrestien.

Rec. Auri muriatici natronati Gran. quinque, Sacchari albi Unc. unam, Mucilag. Gummi Tragacanth. q. s.; fiant pastilli 60.

PASTILLI BALSAMI TOLUTANI. Tolubalsamzeltchen. *Tablettes de Baume de Tolu.*

Ph. Gall. 1837. Rec. Bals. Tolutani Unc. unam, dissolve in Spirit. Vini rectss. Unc. una, adde Aq. dest. Unc. duas, calefac in balneo aquae et filtra, adde Sacch. albi Unc. sedecim, f. pastilli cum Mucilag. Tragacanth.

PASTILLI AD BOTIUM vid. Trochisci Spongiae ustae.

PASTILLI BERBERUM, Rotulae Berberum. Säuerlingskügelchen.

Ph. Wirt., Brunsv. Rec. Sacch. albi Libr. unam, in pulverem redactum leni igne calefac et adde Succi Berberum bene depurati Unc duas; effunde in pastillos Conditorum est hos pastillos praeparare.

PASTILLI CALABRICI vid. Trochisci Mannae.

PASTILLI CUM CALOMELLE, Tabellae cum Chlorureto hydrargyroso. Calomelzeltchen. *Tablettes de Mercure doux, Pastilles vermifuges.*

Ph. Gall. 1837. Rec. Calomell. vaporibus praep. Unc. unam, Sacch. albi Unc. undecim, Mucilag Tragacanth. q. s., f. pastilli Gran. duodecim.

PASTILLI CHINAE, Tabellae cum Kinakina. Chinakügelchen. *Tablettes de Quinquine.*

Ph. Gall. 1837. Rec. Pulv. Cort. Chin. Unc duas, — Cinnamom. Drachm. duas, Sacch. alb. Unc. quatuordecim, Mucilag. Tragacanth. q. s., f. Pastilli Gran. 16.

PASTILLI CUM COFFEA MOCCAENSE Pierquin.

Rec. Sacch. albi Unc. quatuor, Coffeae Moccaëns. tostae et pulv. Drachm. semis, Kalii iodati Gran. septuaginta quinque, Mucilag. Tragacanth. c. infuso forti Coffeae paratae q. s.; f pastilli trecenti.

PASTILLI DESALTERANTES Pierquin.

Rec. Arcani duplicat. Drachm. tres, Sacch. albi Libr. unam, Ol. de Cedro Gutt. octo, Mucilag. Tragacanth. q. s.

PASTILLI DIGESTIVI d'Arcet, Pastilli Natri bicarbonici, Tabellae cum Bicarbonate sodico. Digestivzeltchen, d'Arcets Sodakügelchen, *Tablettes de Bicarbonate de Soude, Tablettes de Vichy, Tablettes de d'Arcet.*

Ph. Gall. 1837. Rec. Natri bicarbonici Unc. unam, Sacchari albi Unc. undeviginti, Mucilag. Tragacanthae q. s., fiant pastilli Granorum viginti. d'Arcet guttulas duodecim Olei Menthae piperitae adjecit, at sapor saponaceus post aliquod tempus hoc condimento relinquitur. Exstant horum pastillorum varietates, quae ab Oleo aethereo immixto rosati, sive cum Oleo Neroli, Menthae piperitae, Balsamo Tolutano etc., denominantur. Gummi Arabico pastilli nitidiores fieri dicuntur. Soubeiran hanc formulam commendat: Rec. Balsami Tolutani Drachm. duas, dissolve in Spir. Vini rectss. Unc. semis, adde Aquae Unc. unam et semis, coque parum et filtra; cum hoc liquore Mucilago paratur ex Gummi Arabici Drachm. sex, qua mucilagine subigantur Natri bicarbonici Unc. una, Sacch. albi Unc. undeviginti.

PASTILLI EUPHORBIAE LATHYRIS. Springkrautölpastillen. *Tablettes d'Euphorbia Lathyris, Tablettes d'Épurge.*

Rec. Chocoladae c. Vanill. Drachm. duas, Sacch. alb. Drachm. unam, Amyli Scrup. unum, contere cum Oleo Lathyr. Gutt. triginta, adde Cinnamom. Gran. decem, caloris ope f. pastilli triginta.

PASTILLI FERRI vid. Trochisci martiales.

PASTILLI FERRI IODATI, s. Hydroiodatis Ferri. Jodeisenpastillen. *Pastilles avec l'hydriodate de fer.*

Rec. Ferri iodati Drachm. unam, Croci Unc. semis, Sacch. alb. Unc. octo, Mucil. Tragacanth. q. s. f. trochisci 240. cf. Trochisci emmenagogi.

PASTILLI AD FOETOREM ORIS, s. contra halitum foetidum, s. carbonis, s. pro desinfectione animae foetidae. Pastillen gegen riechenden Athem, Kohlenpastillen.

Chevalier: Pulv. Carbon., Sacch. albi āā Unc. unam, Chocoladae Unc. tres, Mucilag. Tragacanth. q. s.; f. trochisci Gran. duodeviginti. Alii addunt Vanillae Drachm. unam. Ph. Gall. 1837. Pulv. Carbon. Unc. quatuor, Sacch. albi Libr. unam, Mucilag. Tragacanth. q. s.; trochisci Gran. sedecim. Magendie: Calcar. chloros. Drachm. duas, Sacch. Unc. octo, Amyli Unc. unam. Gummi Tragacanth. Drachm. unam, Coccionell. Gran. tria, f. past. Gran. trium. Hic quoque referendum ad Trochiscos Catechu cum Ambra.

PASTILLI GUMMI ARABICI s. gummosi.

Ph. Gall. 1837. Rec. Gummi Arab. Unc. sedecim, Sacch. albi Libr. quatuor, Aq. Naphae Unc. duas. Mucilago fiat ex parte Gummi ex Aqua Naphae tota, deinde cetera adjiciantur. Ph. Edinb. Gummi Arab. Unc. semis, Amyli Drachm. unam, Sacch. alb. Drachm. unam et semis. (Vergunt in Trochiscos bechicos).

PASTILLI HELICIATI s. helicum. Schneckenpastillen. *Tablettes de Limaçons.*

Rec. Sacchar. heliciati Mouchon. Unc. sedecim, Gummi Tragacanth. Drachm. unam, Aq. Naphae Unc. unam et semis, f. pastilli Gran. 16.

PASTILLI HELMINTHOCHORTI Deschamps

Rec. Sacchari Helminthochorti Unc. quindecim, Gummi Arab. Unc. unam, Mucilag. Tragacanth. q. s., f. pastilli Gran. 20.

PASTILLI OCULORUM CANCRORUM, Tabellae de Concrementis Cancri. Krebsaugenpastillen.

Ph. Gall. 1818: Rec. Ocul. Cancror. praep. Unc. unam, Sacch. albi Unc. quatuor, Mucilag. Tragacanth. q. s.

PASTILLI OLEI CROTONIS. Crotonölpastillen.

Rec. Chocoladae cum Vanill. Drachm. duas, Sacch. albi Drachm. unam, Amyli Scrup. unum, Ol. Croton. Gutt. quinque, f. l. a. pilulae No. 30, in lamina ferrea calefacta in pastillos complanandae. Wolfers: Ol. Croton Gutt. quinque, Pulv. Rad. Liquir., Sacch. albi āā Drachm. unam, Mucilag. Gummi Arab. q. s., f. pastilli No. 20.

PASTILLI CUM OXALATE POTASSAE, s. ad sitim restinguendam. Kleesalzpastillen, Durstpastillen. *Pastilles pour la soif, Tablettes de Suroxalate de Potasse.*

Ph. Gall. 1817: Rec. Sal. Acetosell. Drachm. tres, Sacch. alb. Unc. sedecim, Ol. de Cedro Gutt. sedecim, Mucilag. Tragacanth. q. s.; f. trochisci Gran. duodecim; simili modo parentur pastilli cum Sale essentiali Tartari (Acido tartarico), et Acido citrico. Ph. Gall. 1818 Acidum oxalicum habuit.

PASTILLI RHABARBARAE s. RHEI. Rhabarberpastillen.

Ph. Gall. 1837: Rec. Rad. Rhei Unc. unam, Sacch. albi Unc. undecim, Mucilag. Tragacanth. q. s.; f. trochisci Gran. duodecim. Ph. Parm.: Rec. Granulor. ex Sacch. et Amylo parat. Unc. duas, Sacch. albi Libr. sex, Amyli Libr. unam, Rad. Rhei Unc. duas, Aq. comm. q. s.

PASTILLI DE SCAMMONIO ET SENNA COMPOSITA vid. Trochisci Diacarthami.

PASTILLI AD SITIM vid. Pastilli cum Oxalate Potassae.

PASTILLI SPITZLAGI.

Rec. Pulv. Sem. Anisi part. tres, Sacch. alb. part. quingentas, Extr. Opii part. dimidiam, Gummi Arab. part. sexaginta quatuor, — Tragacanth., Succi Liquirit. āā part. octo.

PASTILLI SULPHURIS. Schwefelpastillen. *Tablettes de Soufre.*

Ph. Gall. 1837. Rec. Sulphur. loti Unc. duas, Sacch. albi Unc. sedecim, Mucilag. Tragacanth. cum Aq. Rosar. q. s., f. pastilli Gran. duodeviginti.

PASTILLI SULPHURIS COMPOSITI. Zusammengesetzte Schwefelpastillen. *Tablettes de Soufre composées.*

Rec. Sulphur. loti Drachm. sex, Flor. Benzoës Drachm. semis, Rad. Ireos Flor. Drachm. unam et Scrup. duos, Ol. Anisi Scrup. unum, Sacchari albi Unc. sedecim, Mucilag. Tragacanth. q. s.

PASTILLI DE TRIBUS SAUNDER.

Rec. Nitri Unc. unam, Cremor. Tart. Unc. semis, Sacch. albi Libr. unam, Mucilag. Tragacanth. q. s.

PASTILLI VANILLAE. Vanillenpastillen.

Rec. Vanillae Unc. unam, contunde cum Sacch. albi Unc. septem, f. pastilli cum Mucilag. Tragacanth.

PASTILLI VERMIFUGI vid. Pastilli cum Calomelle et Trochisci anthelminthici.

PASTILLI VIOLARUM Ph. Sard.

Rec. Succi Violar. Unc. tres, Sacch. alb. Libr. duas, Rad. Ireos Unc. unam, Mucilag. Tragacanth. q. s.

PASTILLI WOLFERS vid. Pastilli Olei Crotonis.

PASTILLI ZINGIBERIS. Ingwerpastillen. *Pastilles de Gingembre.*

Rec. Pulv. Zingiberis Unc. duas, Sacch. albi Unc. sedecim, Mucilag. Tragacanth. q. s.

PASTILLI, qui hoc nomine non reperiuntur, voce Trochisci exhibiti sunt.

PEDICULUS ELEPHANTI. Elephantenlaus. Dicitur in Germania septentrionali remedium sympatheticum in inflammationibus oculorum scrophulosis. Est fructus maturus Anacardii occidentalis (Cajubaum) nec ab elephante vel animali quovis oriundus.

PEDILUVIUM ALCALINUM. Alkalisches Fußbad. *Pédiluve alcalin.*

Rec. Cinerum clavell. depur. Unc. quatuor ad octo, Aquae comm. tepidae q. s.

PEDILUVIUM ARMORACIAE s. irritans. Mährrettig-Fußbad.

Rec. Rad. Armoraciae rasae Unc. duas ad quatuor, Aq. tepidae q. s.

PEDILUVIUM MURIATICUM. Salzsaures Fußbad. *Pédiluve hydrochlorique.*

Rec. Acidi Salis crudi Unc. quatuor ad octo, Aq. comm. tepid. q. s.

PEDILUVIUM NITRO-MURIATICUM. Salpeter-salzsaures Fußbad. *Pédiluve nitro-muriatique.*

Rec. Aquae Regis Unc. quatuor ad octo, Aq. comm. tepidae q. s.

PEDILUVIUM SALINUM.

Rec. Sal. communis Manipulum unum, Aq. tepidae q. s.

PEDILUVIUM SEDATIVUM.

Rec. Lactucae sativae plantas integras totas octo vel decem, Aq. comm. q. s., digestae coquantur paululum.

PEDILUVIUM SINAPEOS. Senffußbad.

Rec. Sem. Sinap. nigri contus. Unc. tres ad quatuor, Aq. tepidae q. s.

PERLAE PRAEPARATAE sicut Conchae praeparatae.

PERÔXYDUM vide Nomina antiqua et a Metallo derivata.

PERSULPHURETUM POTASSICUM Ph. Gall. vid. Liquor Hepatis Sulphuris salini (p. 524).

PERSULPHURETUM STANNI vid. Aurum mosaicum (p. 104).

PETROLEUM SULPHURATUM vid. Balsamum Sulphuris barbadense (p. 121).

PHILLYRINUM. Phyllirin.

Materia chemice distincta ex Cortice Phillyreae latifoliae paranda. A CAMPONA propter vires febrifugas commendabatur, sed nondum in usum vocabatur. Paratur ex decoctione corticis aquosa, quae lacte calcareo praecipitatur. Sedimentum elotum atque siccatum Spiritu Vini rectss. fervido extrahitur, et ex solutione spirituosa crystalli nascuntur squamosae, aqua parum solubiles, Spiritu Vini persolubiles, saporis amari adstringentis.

PHILONIUM ROMANUM vid. Electuarium Philonium Romanum (p. 276).

PHLORHIZINUM, Phlorhizin. *Phloricine.*

Materia chemice distincta ex cortice radicis Pomi praeparanda. Nomen a vocibus graecis φλοῖος, cortex, et ῥίζα, radix derivatur, et originem indicat. Quod ut praepares, recipe corticem recentem (in vetusto nil fere adesse dicitur) radicis Pomi, et coque cum tantillo Aquae communis ut cortices plane submersi sint, et cola, iterum cola et separatim cola. Ex colatura priori saepius altera die crystalli enatae inveniuntur, has exime et liquores collectos fac evaporare ad quintam voluminis partem, sub finem cum Ebore usto clarifica et cola fervida. Post aliquot dies Phlorhizinum totum concreverit. Crystalli collectae, si opus fuerit, altera crystallisatione

depurentur. Phlorbizinum quoque, cum Spiritu Vini extrahi potest, idque uberius. Infundatur corticibus recentibus Spiritus Vini rectificatus per horas octo, effundatur, et Spiritus destillatione abstrahatur. Ex liquore residuo crystalli quoque nascuntur.

Sunt crystalli sericeae, aciculares, plerumque leviter flavae, aqua frigida parum, fervida persolubiles, Spiritu Vini fervido quoque persolubiles, pond. spec. 1,429, saporis amari, postea adstringentis. *Vis*: febrifuga praedicabatur, a Salicino non multum differt. Usus: in febribus tentatum, at nondum receptum est, quum propter Chinium sulphuricum, quod certius et citius ubique agit eoque vilius est, gloriolam sibi comparare non potuit.

PHOSPHAS AMMONIAE CUM SODA s. ammoniaco-mineralis vid. Sal microcosmicum.

PHOSPHAS BARYTAE vid. Baryta phosphorica (p. 128).

PHOSPHAS CALCIS STIBIATUS vid. Pulvis antimonialis Jacobi.

PHOSPHAS CHINII vid. Chinium phosphoricum (p. 176).

PHOSPHAS CUPRI vid. Cuprum phosphoricum (p. 213).

PHOSPHAS FERRI vid. Ferrum phosphoricum (p. 430).

PHOSPHAS MAGNESIAE vid. Magnesia phosphorica (p. 537).

PHOSPHAS MERCURII vid. Mercurius phosphoricus (p. 547).

PHOSPHAS NATRICUS s. SODAE vid. Natrum phosphoricum (p. 585).

† PHOSPHORUS PULVERATUS s. COMMINUTUS. Verkleinerter Phosphorus.

Rec. Phosphori q. v., immitte in vitrum, affunde Aq. destillatae q. s., ut vitri quadrantes tres repleantur. Vitrum in aquam calidam impone, donec Phosphorus liquatus fuerit, tum assidua conquassatione exagita, donec aqua frigefacta et Phosphorus solidefactus fuerit. Extempore praeparetur quando eo opus est ad Oleum phosphoratum vel Naphtham phosphoratam.

PICROTOXINUM vid. Cocculinum (p. 185).

PILULAE, Pillen, *Pilules*.

Medicamenta solida vel subsolida sunt, ex massa satis tenaci ut in globulos parvos formari possit. Nomen diminutivum a pila, Ballen, derivatum est et globulum, Kügelchen, Bällchen, significat, quia globulorum formam semper habent. Pilularum mixtio varia est, ut totum rei medicae thesaurum amplectantur. Insunt plerumque pulveres, extracta, pulpae, resinae, balsami, gummi resinae, materiae minerales, cet. Sunt qui per se in pilularum formam redigi possunt, alii nimis dura vel nimis mollia sunt. Pulveres plerumque extractis subiguntur, Sapones oleo; aliae pilularum massae Syrupo, Oxymelle, Mucilagine fiunt. Mucilaginosae nimium temporis lapsu indurescunt, et pilulae exsiccatae vel indigesta per intestina transmigrant, vel major copia simul dissolvitur in stomacho et graves casus afferre potest. Pilularum parandarum finis ubique est, medicamenta nauseosa vel gravia uno haustu in stomachum ingerere. Hac de causa ex cochleari cum aquae pauxillo cito absorbentur, vel charta farinacea (Hostie) madefacta involutae devorantur.

Pilulae plerumque ad hanc methodum parentur: Pulveres praescipti primum misceantur; horum ii antea conterantur, qui temporis lapsu facile conglobantur, sicut Gummi-Resinae, vel qui in frustulis obveniunt, sicut Resina Jalappae, Aloë et Extractum Aloës. Tunc extracta praescripta adjiciantur, et strenua contusione subigantur. Si extracti copia sufficiens praescribitur, haec caute addatur et postea ex massae pilularum pondere dignoscatur, si vero extracti certa copia additur, massa pilularum, nisi ex ipsa formula exit, ope Pulveris Liquiritiae, — Althaeae vel Gentianae conspissetur et rite depsatur. Ad massas solidefaciendas pulveres sumantur, quorum extracta in ipsa formula obveniunt, in dubio Rad. Althaeae vices implet. Materiae resinosae quaedam vel calore ipso vel guttulis Spiritus Vini emollescunt. Justa massae spissitudo adest, si fundo adglutinare desinit, digitis parum adhaeret et in pilulas formata non ipso pondere comprimitur et in pastillum reducitur. Mortarius plerumque aheneus vel ferreus est, si salia metallica et acida pilulis insunt, lapideus, pro Mercurio vivo ferreus vel lapideus Pilularum in machina fabricatio institutione practica melius quam verbis ediscitur; consperguntur pilulae ut externe siccescant, nec inter sese cohaereant. Nisi pulvis conspersorius praescriptus fuerit, Lycopodium sumatur; praeterea Pulvis Rad. Liquiritiae et Ireos, Amylum, Cinnamomum, cet. Pilulae auro vel argento obducuntur in pyxide lignea operculo munita; ne nimis molles vel durae sint hunc in finem. Eo enim fit, ut auri nimium imbibant, nec splendorem induant, vel ut metallum sibi inducere plane recusent. Pilulae, quae Mercurium vivum vel Hepar Sulphuris continent, neque auro neque argento obduci possunt.

PILULAE ABSORBENTES Ellis.

Rec. Sal Sodae, Rad. Rhei, Extr. Gentian. āā Scrup. unum, Mercur. dulc. Gran. tria, f. pilul. 20.

PILULAE ABSORBENTES s. rhabarbarinae antacidae Swediaur.

Rec. Rhei, Magnes. ust. āā Drachm. duas, Extr. Gentian. q. s., f. pilulae Gran. quinque.

PILULAE ACETATIS MERCURII vid. Pilulae Keyseri.

PILULAE ACETATIS PLUMBI.

Rec. Sacchar. Saturni, Pulv. Althaeae āā Drachm. unam, Syr. Sacch. q s., f. pil. 36.

PILULAE ACETATIS PLUMBI ET IPECACUANHAE Vavasseur.

Rec. Sacch. Saturni, Ipecacuanh. āā Drachm. unam, Opii Gran. decem, Syr. Sacch. q. s., f. pilul. 40.

PILULAE ACIDI PHOSPHORICI Sundelin.

Rec. Acid phosphor sicc. Drachm. duas, Pulv. Rad. Alth. Drachm. tres, f. pil. Gran. duorum.

PILULAE ACONITI MERCURIALES Pierquin.

Rec. Mercur. sublim. corros. Gran. duo, Extr. Aconit. Scrup. unum, f. pil. 20.

PILULAE ADSTRINGENTES Burdach.

Rec. Olibani, Cort. Aurant. āā Drachm. unam, Cort. Quercus Drachm. semis, Extr. Gentian. q. s., f. pil. Gran. duorum.

PILULAE ADSTRINGENTES Capuroni s. aluminato-opiaceae.

Rec. Catechu Gran. duodecim, Alumin. Gran. sex, Opii Gran. duo, Syr. Rosar. q. s.

PILULAE ADSTRINGENTES Formey.

Rec. Sal. Ammon. martiat., Alumin., Pulv. aromat., Extr. Chinae frig. par. Drachm. semis, Ol. Cinnamom. aeth. Gutt. duodecim, f. pil. Gran. duorum.

PILULAE ADSTRINGENTES Ph. Ferr.

Rec. Extr. Ratanh. Drachm. unam, Aq. comm. q. s., f. pil. 12.

PILULAE ADSTRINGENTES Henry et Guibourt.

Rec. Pulv. adstring. q. s., Syrup. Rosar. q. s., f. pil. Gran. sex.

PILULAE ADSTRINGENTES Morandi.

Rec. Calomell Gran. octo, Catechu Scrup. unum, Oculor. Cancror. Scrup. duos, Bals Copaiv. Scrup. semis, Syr. Chinae q. s., f. pil. Gran. quatuor.

PILULAE ADSTRINGENTES Quarini.

Rec. Extr. Tormentillae Drachm. unam, Mastich. Drachm. duas, Gummi Arab. Unc. semis, Terebinth. Coct. q. s., f. pil. Granor. quatuor.

PILULAE ADSTRINGENTES Sainte-Marie.

Rec. Balsami de Mecca Gutt. octo, Opii Gran. unum, Terebinth coct. q. s., f. pilulae duae; vel: Terebinth. coct., Sang. Dracon. āā Drachm. duas, Terebinth. Venet. q. s., f. pil. Gran. quatuor.

PILULAE ADSTRINGENTES Ph. Sard.

Rec. Alumin. crud. Unc. semis, Catechu Sanguin. Dracon. āā Drachm. duas, Syr. Papav. alb. q s

PILULAE ADSTRINGENTES Swediaur.

Rec. Kino Unc. semis, Balsami Canadens. Unc. duas, Rad. Tormentill. pulv. q. s., f. pil. Gran. quinque.

PILULAE ADSTRINGENTES Tronchini.

Rec Gummi Arab, Extr. Liquir. āā Drachm. duas, Catechu Drachm. semis, Mastich. Drachm unam, Syr. Alth. q. s., f. pil. Gran. trium.

PILULAE ADSTRINGENTES Weitz.

Rec. Kino, Myrrh., Extr. Marrub. āā Drachm duas, Vitrioli Martis Drachm. duas, f. pil. Gran. duorum.

PILULAE ADSTRINGENTES ET TONICAE Werlhofi

Rec. Vitriol Mart. Drachm. duas, Extr. Absinth. Unc. semis, Syrup. Croci q. s., f. pil. 150.

PILULAE AETHIOPICAE s. aethiopicae compositae.

Ph. Wirt. Rec. Aethiop. mineral. Unc. unam, Reguli Antimon, Gummi Guajaci āā Unc. semis, Extr. Sarsaparill. Unc. unam. Ph. Dan. Rec. Mercur. vivi Drachm. sex, Sulphur. aurat Antimon. Unc. semis, Sapon. medical., Resin. Guajaci āā Unc. semis, Syr. comm. q. s.

PILULAE CONTRA AGRYPNIAM Vogt.

Rec. Opii Grani quadrantem, Extr. Lactuc. Gran. duo, Pulv. Croci Gran. unum et semis, f. pilula una, auro obducenda.

PILULAE ALBAE Cadet.

Rec. Calomell. Drachm. semis, Rad. Jalapp. Unc. semis, Croci Mart. aperitiv. Drachm. duas, Milleped. Scrup. duos, Syr. quinque Radic. q. s., f. pil. Gran. quatuor.

PILULAE ALLII SATIVI. Knoblauchpillen. *Pilules d'ail.*

Rec. Rad. Allii, Sapon. Venet. āā Unc. semis, Pulv. Liquirit. q. s., f. pilul. Gran. quinque.

PILULAE ALOEPHANGINAE Ph. Wirt.

Rec. Specier. aromat. Caryophyll. Unc. unam, Myrrh. elect., Mastich āā Drachm. tres, Croci Drachm. unam et semis, Extr. Aloës Unc. duas, f. pil. Mynsichtius prolixiorem formulam tradidit.

PILULAE ALOES s. aloëticae s. Aloës simplices. Aloëpillen. *Pilules d'Aloès.*

Rec. Aloës q. v., contunde in pulverem subtilssimum et cum pauxillo Mellis albi in pilulas Gran. duorum redige.

Extant legiones formularum pilularum aloëticarum, quae hodie quoque non plane exoleverunt. Inter has Pilulae Aloës simplices anteponi merentur. Ph. Amer.: Aloës et Sapon. āā Unc. unam in pilulas 240 redigi vult. Aloë cruda quoque cum guttulis Spiritus Vini in pilulas redigitur, idque duriores atque nitidiores, quam cum Melle et Syrupo. Alii quoque Aloën coctione et evaporatione emollitam in pilulas formari praescribunt, quae quidem procedendi methodus majorem operam secum fert.

PILULAE ALOES APERITIVAE Clin. Chirurg. Berol.

Rec Aloës Drachm. duas, Extr. Gratiolae, Pulv. Hb Gratiolae āā Drachm. semis, f pil. Gran. duorum, consp. Sem. Lycopod.

PILULAE ALOES CUM AGARICO vid. Pilulae Hierae cum Agarico.

PILULAE ALOES AMARAE, Pilulae e Gentiana crocatae Ph. Suec.

Rec. Massae Pilularum Rufi Unc unam et semis, Extr. Gentian. Unc. unam, f. pilul. No. 1200.

PILULAE ALOES CUM ASA FOETIDA.

Ph. Amer., Edinb.: Rec. Aloës, Asae foetidae, Sapon. Venet. āā part aequales, f. pil. cum Mucilag. Gummi Arab pilulae 180. Saunder: Rec. Aloës Drachm. unam, Asae foetidae Drachm. semis, Ol. Carvi Gutt. quindecim, Syr. Sacch. q. s., f. pil. No. 30.

PILULAE ALOES CUM CHINA vid. Pilulae ante cibum.

PILULAE ALOES CUM COLOCYNTHIDE, s. Colocynthidis compositae (quas confer).

Ph. Edinb. Rec. Aloës, Scammonii āā Unc. unam, Pulp. Colocynth. Unc. semis, Kali sulphurici, Ol. Caryophyll. āā Drachm unam. Ph. Hisp.: (Pilulae Aloës compositae s. Cochiae) Aloës Unc. duas, Pulp. Colocynth. Drachm. sex et semis, Scammonii Unc. unam et semis, Rad. Jalapp., Sal. amari āā Drachm. decem.

PILULAE ALOES COMPOSITAE, Zusammengesetzte Aloëpillen. *Pilules d'Aloès composées.*

Ph. Lond. 1836. Rec. Aloës Unc. unam, Extr. Gentian. Unc. semis, Ol. Carvi Scrup. duos, Syr. Sacch. q. s., f. massa pilul. Ph. Hisp. vid. vocem antecedentem.

PILULAE ALOES CROCATAE vid. Pilulae Rufi.

PILULAE ALOES EMOLLIENTES Henry et Guibourt.

Rec. Aloës Drachm. sex, Succ. Violar. Drach. duodecim, Pulv. Rad Alth., — Liquir. āā Drachm. tres, f. pil. Granor. quatuor.

PILULAE ALOES CUM GUMMI AMMONIACO.

Rec. Extr. Aloës aq. Unc. semis, Sapon. Venet, Gummi Ammoniaci āā Unc. unam, f. massa pil.

PILULAE ALOES CUM GUMMI GUTTI vid. Pilulae Andersoni.

PILULAE ALOES MARTIATAE s. benedictae Fulleri.

Ph. Hisp. Rec. Aloës Unc. semis. Fol. Senn. Drachm. duas, Asae foetid., Myrrh., Galbani āā Drachm. unam, Vitrioli Mart. Drachm. sex, Croci, Macidis āā Drachm. semis, Ol. Succini Gutt. quadraginta, Syr. Artemisiae q. s., f. pil. 160.

PILULAE ALOES CUM MYRRHA

plerumque Codicibus novis Pilulae Rufi dicuntur, quas vide. Augustin habet: Rec. Extr. Myrrh. aquos., - Rhei, — Aloës āā Drachm unam, f. pil. Gran. duorum.

PILULAE ALOES CUM MYRRHA ET GUAJACO Cadet.

Rec. Antimon. diaphoret., Aloës, Resinae Guajaci āā Unc. semis, Croci, Myrrh. āā Drachm. duas, Bals. Copaiv. q. s. ad massam pil.

PILULAE ALOES CUM RHEO Bruckner.

Rec. Aloës Scrup. semis, Pulv. Rad. Rhei Scrup. unum, Ol Chamom. aeth. Gutt. duas, Extr Valerian. Scrup. unum, f. pil. 30.

PILULAE ALOES RHEO SAPONATAE Henry Guibourt.

Rec. Aloës, Rad. Rhei āā Drachm. unam, Sapon. medicat. Drachm. duas, f. pil. Gran. quatuor.

PILULAE ALOES CUM SAPONE s. Saponis aloëticae. Aloëseifenpillen, Aloëpillen mit Seife. *Pilules d'Aloès et de Savon.*

Ph. Gall. 1818. Rec. Aloës Unc. semis, Sapon. Amygdal. Drachm. sex, Ol. Anisi Gutt. octo, Syrup. domest. q. s., f. massa pilularum. Ph. Edinb. Henry-Guibourt: Aloës, Sapon. medicat. āā part. aequales, f. pilulae Gran. quatuor. Nosoc. St. Barth. Extr. Aloës, Sapon. āā Grana viginti quatuor, f. pil. 12. Ph. Dubl. vid. Pilulae Aloës cum Zingibere.

PILULAE ALOES CUM SCAMMONIO ET HELLEBORO Henry-Guibourt.

Rec. Colocynth. Unc. semis, Fol. Senn

Rad. Hellebori nigri ₐₐ Unc. duas, Agarici Unc. unam, macera, coque ad Syrupi consistentiam adde Pulv. Scammonii Unc unam, Extr. Aloës Unc. duas, Pulv. Diarrhodon. Unc. unam, f. mass. pil.

PILULAE ALOES CUM TARTARO EMETICO Ratier.

Rec. Aloës Scrup. unum, Tartari emet. Gran. tria, Extr. Gentian. Drachm. semis, f. pil. 20.

PILULAE ALOES CUM ZINGIBERE.

Ph. Dubl. Rec. Aloës Unc. unam, Rad. Zingiberis Drachm. unam, Sapon. Venet. Unc. semis, Ol. Menth. pip. Drachm. semis, f. mass. pil.

PILULAE ALOETICAE vid. pilulae Aloës etc.

PILULAE ALTERANTES Berends.

Rec. Mercur. sublim. corros. Gran. sex, Sal. Ammon. Gran. quindecim, solve in pauxillo aquae adde Pulv. Rad. Alth. Drachm. duas et semis, f. pil. 96.

PILULAE ALTERANTES CICUTAE Disp. Fuld.

Rec. Extr. Conii Drachm. duas, Calomell. Grana quindecim, Sulph. aurat. Antimon. Drachm. semis, Balsami Copaivae (rectius Pulv. Hb. Conii q. s. ad pilulas formandas.

PILULAE ALTERANTES COMPOSITAE vid. PILULAE alterantes Plummeri.

PILULAE ALTERANTES Graefi.

Rec. Mercur. subl. corros. Gran. decem, Opii, Camphor. ₐₐ Scrup. semis, Pulv. Rad. Liquir., Succi Liquir. ₐₐ Drachm. unam, f. pil. 60.

PILULAE ALTERANTES Hartmanni vid. Pilulae alterantes Cicutae.

PILULAE ALTERANTES Hospit. St. Ludovici.

Rec. Ungt. Neapolit. Unc. semis, Sapon. medicat. Scrup. octo, Amyli Drachm. tres, f. pil. Gran. quatuor.

PILULAE ALTERANTES Kaempfi.

Rec. Extr. Taraxaci, — Millefol., — Cardui benedict., — Arnic ₐₐ Drachm. duas, Terrae foliat. Tartari, Gummi Ammoniac. ₐₐ Unc. semis, Pulv. Rad. Rhei Drachm. duas, f. pil. Gran. duorum.

PILULAE ALTERANTES Magendie.

Rec Hydrargyr. iodati rubri Gran. unum, Roob Junip. Gran duodecim, Pulv. Rad. Liquir. q. s., f. pil. 8.

PILULAE ALTERANTES Meurer.

Rec. Mercur. sublim. corros. Gran. duo, Naphth. Vitrioli Drachm. semis, cito adde Pulv. Rad. Liquir. Drachm. unam, Succi Liquir. insp. q. s., f. pil. 60.

PILULAE ALTERANTES Molwitz.

Rec. Mercur. vivi Scrup. duos, Terebinth. Scrup. unum, tere ad extinctionem, adde Flor. Zinci Scrup. duos, f. pil. Gran duorum.

PILULAE ALTERANTES Plummeri, Pilulae Hydrargyri Chloridi compositi (Lond.), Pilulae Hydrargyri Submuriatis cum oxysulphureto Antimonii, Pilulae resolventes cum Mercurio, etc. Plumer's eingreifende Pillen. *Pilules alterantes de Plumer.*

Ph. Wirt. Rec. Calomell., Sulphur. aurat. antimon. ₐₐ Drachm. duas, Gummi Guajaci Drachm. tres, Resin. Guajaci Drach. unam, Balsami Copaiv. q s., f. pil. Gran. quinque. Aliter: Pulv. alterant. Plummeri (Calomell. et Sulphur. aurat. ₐₐ), Resinae Guajaci ₐₐ Unc. semis, Bals. Copaiv. q. s. Ph. Lond. 1836 hanc ultimam formulam absque Balsamo Copaivae recepit. Disp. Fuld. Calomell. Gran quindecim, Sulph. aurat. antimon. Drachm. semis, Extr. Conii Drachm. duas, Bals. Copaiv. q. s. — Innumerae extant harum pilularum varietates, quas enumerare longum est.

PILULAE ALTERANTES Sundelin.

Rec. Mercurii nitrosi cryst. Gran. sex, Aq. dest. parum, Pulv. Rad. Alth. Drachm. unam et semis, f. pil. 60.

PILULAE ALTERANTES Vogleri Weilb.

Rec. Succi Liquir. depur. Drachm. unam, Spec. Diatragacanth. Scrup. duos, Mercur. sublim. corros. Scrup. semis, f. pil. 100.

PILULAE ALUMINATAE Helvetii.

Rec. Alumin. pulv. Drachm. duas, Sanguin. Dracon. Drachm. unam, Mell. rosat. q. s., f. pil. Gran. sex.

PILULAE ALUMINIS Augustin.

Rec. Extr. Chin. frig. par., Alumin. crud., Sal. Ammon. martiat., Pulv. aromat. ₐₐ Drach. unam et semis, Ol. Cinnam. Gutt. duodecim, f. pil. Gran. duorum.

PILULAE AMARAE Rennie.

Rec. Extr. Gentianae, Sapon. albi ₐₐ part. unam, Rad. Rhei part. unam et semis, f. mass. pil. Aliter: Extr. Gentianae, Fell. Tauri, Extr. Lupuli ₐₐ par pond.

PILULAE AMARO-CATHARTICAE vid. Pilulae polychrestae balsamicae.

PILULAE CONTRA AMAUROSIN Rusti.

Rec. Pulv. Rad. Valerian., Flor. Arnic., Asae foetid. ₐₐ Drachm. duas, Extr. Pulsatill. Drachm. semis, Tartari emetici Gran. duodecim, f. pil. Gran. duorum.

PILULAE CONTRA AMAUROSIN Schmucker.

Rec. Tartari emet. Gran. sedecim, Aq. dest.

pauxillum, Galbani, Sagapeni āā Drachm. unam et semis, cum Sapon. medic. Drachm. una et semis subact., Pulv. Rad. Rhei Drachm. unam et semis, Succ. Liquir. q. s., f. pil. Gran. trium, consp. pulv. Nucum moschat.

PILULAE AMBRAE Augustin.

Rec Ambr gris., Conserv. Cort. Aurant., Extr. Chinae āā Drachm. unam, Opii Gran. duo, f. pil. Gran. duorum.

PILULAE AMMONIACI s. de Ammoniaco Quercetani. Ammoniakpillen. *Pilules d'Ammoniaque.*

Ph. Wirt. Rec. Extr. Aloës Unc. duas, Gummi Ammoniaci, cum Aceto scillitico ad extracti consistentiam redigendi, Unc. unam et semis, Myrrh., Mastich., Benzoës, Rad. Rhei āā Drachm duas, Croci Scrup. duos, Sal. Absinthii (Sal. Tartari) Drachm. unam, f mass. pilul. Ph. Taurin. 1833 Gummi Ammoniaci pulv. Unc. duas, Aloës, Kali sulphurici āā Unc. semis. Spir. Vini q. s. ut f. mass. pilul. Ph. Parm. Ammoniaci Unc. unam et semis, Pulv. Rad. Rhei, Sapon. Venet., Terrae foliat. Tart. āā Unc. unam, Extr. Absinth q. s.

PILULAE AMMONIACI BALSAMICAE Ph. Hisp.

Rec. Milleped. praep Drachm. sex, Ammoniaci Drachm. tres, Flor. Benzoës Scrup quatuor, Croci Balsami Peruv. nigr. āā Scrup. unum, Bals. Sulphur. terebinth. q. s., f. mass. pilular.

PILULAE DE AMMONIACO Quercetani vid Pilulae Ammoniaci formulam Ph. Wirt.

PILULAE AMMONIACI ET SULPHURIS AURATI Schmidt.

Rec. Gummi Ammon. Drachm unam, Sulph. aurat. antimon. Scrup. unum, Extr. Gramin Unc semis, f. mass. pilul. Augustin: Ammoniaci, Succ. Liquir. dep. āā Drachm. duas, Sulph. aurat. Gran. duodecim, f. pil. Gran. duor.

PILULAE AMMONIACI Schmidt.

Rec Extr. Taraxaci Drachm tres, Ammoniaci Drachm. unam, f. pil. Gran. trium.

PILULAE AMMONIACI CUM TEREBINTHINA Augustin.

Rec. Gummi Ammon. Drachm. duas, Extr. Quass., Tereb. Venet. āā Drachm. unam, f. pil. Gran. duorum.

PILULAE AMMONIACI s. AMMONIACALES Vogler Weilb.

Rec. Gummi Ammoniaci, Kali sulphurici āā Drachm. duas, Extr. Taraxaci q. s., f. pil. Gran. duorum. Aliter: Ammoniaci, Kali sulphurici āā Drachm. unam et semis, Pulv. Rad. Valer. Drachm. unam, Extr. Trifol. fibr. q. s., f. pil. Gran. duorum.

PILULAE EX AMMONIO Marcus.

Rec. Sal. Cornu Cervi Scrup. duos, Extr. Aconit. Scrup. unum, Extr. Liquir. Scrup. duos, f. pil Gran. duorum.

PILULAE AMMONIURETI CUPRI vid. Pilulae Cupri ammoniacalis.

PILULAE ANALEPTICAE s. Pilulae analepticae Jamesii (i. e. Jacobi).

Gray: Rec. Pil. Rufi, Calcis Antimonii lotae, Gummi Guajaci āā Unc. octo, f. pil. Gran. duorum. Swediaur: Pulver. Jacobi, Resin Guajaci, Massae Pilul. Rufi āā Drachm. duas, Syr. Sacch. q. s., f. pil. Gran. quinque.

PILULAE Andersoni, Pilulae scoticae. Anderson's schottische Pillen. *Pilules écossaises d'Anderson.*

Soubeiran, Gray: Rec. Aloës Libram unam, Pulv. Jalapp., Flor. Sulphur., Ebor. usti, Rad. Liquir. āā Unc. duas, Ol. Anisi Drachm. unam, Gummi Gutti Drachm. duas, Sapon. Venet. Drachm. duas, Syr. domest. q. s., f. pil. Gran. quatuor. Ph. Gall. 1837: Aloës, Gutti āā Drachm. sex, Ol. Anisi Drachm. unam, Syr. Sacch. q. s., f. pil. Gran. quatuor.

PILULAE ANETHINAE Ph. Palat., Disp. Vienn.

Rec. Aloës, Diagrydii Sulphur., Trochiscor. Alhandal. āā Drachm. duas, Extr. Hellebori Unc. unam, Ol. Anisi Drachm. unam et semis, Spir. Anisi q. s.

PILULAE ANGELICAE Ph. Wirt.

Rec. Aloës Libr. unam, solve in Succ. depur. Cichorii, — Endiviae, — Fumariae, — Rosar. Damasc. āā Libr. una. Solutio clarificetur, postea leni igne ad justam consistentiam coquatur, et cum Pulv Rad Rhei Unc. una, Trochisc. Alhandal Unc. semis, Cinnam. Drachm. duabus fiat mass. pil.

PILULAE ANODYNAE Pierquin.

Rec. Extr. Hyoscyami, — Opii, — Cicutae, Belladonnae āā Unc. unam, f. pil. Grani unius.

PILULAE ANODYNAE Sainte-Marie.

Rec. Rad. Columbo Scrup. quatuor, Opii Gran. quatuor, Ol. Menth. pip. Gutt. decem, Syrupi Dianthi q. s., f. pil. 30. Aliter: Sulphur. aurat. Antimon., Extr. Aconiti āā Drach. unam, Syr. Dianth. q. s., f. pil. Gran. duorum. (Cf. Pilulae opiatae.)

PILULAE ANODYNAE ET SUDORIFICAE.

Rec. Tartari emet. Scrup. unum, Opii Scrup. duos, Amyli Drachm. unam, Extr. Gramin. q. s., f. pil. 360.

PILULAE ANTE CIBUM, Pilulae Aloës et Chinae. Pillen vor Tisch. *Pilule antecibum, Pilules gourmandes, Grains de Vie.*

Ph. Gall. 1837. Rec. Aloës Drachm. sex,

Extr. Chinae Drachm. tres, Pulv. Cinnamomi Drachm. unam, Syr. Absinth q. s, f. pil. Gran. quatuor. Cadet: Aloës, Sal. Chinae essential., Resin. Guajaci āā Gran. octo, Gummi Ammoniaci Gran. sex, Aethiop. martial. Gran. quatuor, Sapon. Gran. viginti quinque, f. pil. 12. Henry-Guibourt: Aloës Drachm. sex, Mastich., Pulv. Rosar. āā Drachm. duas, Syr. Absinth. Drachm. sex, f. pil. Gran. quatuor.

PILULAE ANTHELMINTHICAE s. vermifugae. Wurmvertreibende Pillen. *Pilules vermifuges.*

Ph. paup. Hamb., Disp. Fuld.; Rec. Asae foetid., Extr. Nuc. Jugland. āā Scrup. quatuor, Extr. Aloës, Calomell. āā Scrup. unum, f. cum Essentia Tanaceti (?) massa pil.

PILULAE ANTHELMINTHICAE Augustin.

Rec. Extr. Rhei, — Nuc. Jugland., Asae foetid., Calomell. āā Drachm. semis, f. pil. Gran. unius.

PILULAE ANTHELMINTHICAE Niemann.

Rec. Gummi Ammoniaci, Sapon. Venet., Resin. Jalapp. āā Scrup. unum, Extr. Nuc. vomic. spir. Scrup. semis, Ol. Succini rect. q. s., f. pilulae Gran. unius.

PILULAE ANTHELMINTHICAE Nufferi.

Rec. Calomell., Sulphur. aurat. Antimon., Extr. Rhei comp., Asae foetid āā par pondus, f. pil. Gran. unius.

PILULAE ANTHELMINTHICAE Rosenstein.

Rec. Extr. Tanacet, Sem. Cinae āā Gran. sex, Vitrioli Martis Gran. quatuor, Resin. Jalapp. Gran. sex, Olei Tanaceti Gutt. unam, f. pil. Gran. duodecim.

PILULAE ANTHELMINTHICAE Swediaur.

Rec. Sem. Sabadill., Mell. āā Unc. semis, f. pil. vel Trochisci Granor. viginti. Aliter: Aloës, Rad. Rhei āā Drachm. duas, Sem. Cinae, Fell. Tauri insp. āā Drachm. unam, Extr. Absinth. q. s.

PILULAE ANTHELMINTHICAE Van Mons.

Rec. Amalgamatis Stanni q. s., inter cineres calidos metalia oxydentur, tum adde Extr. Absinth. q. s., f. pil. Gran. sex.

PILULAE ANTHELMINTHICAE PURGANTES Disp. Fuld.

Rec. Extr. Tanacet., — Aloës, — Rhei āā Gran. sex, Calomell. Gran. tria.

PILULAE ANTIARTHRITICAE. Gichtpillen. *Pilules antarthritiques.*

Disp. Fuld. Rec. Sapon. Venet., Gummi Guajaci āā Drachm. duas, Extr. Aconit. Scrup. duos, f. cum Tinctura Lignorum mass. pil. Ph. paup. Hamb. Tart. emetici Gran. tria addit.

PILULAE ANTIARTHRITICAE Augustin.

Rec. Antimon. crudi, Resin. Guajaci, Asae foetid., Sapon. Jalapp āā Drachm. unam, Opii Gran sex, Rad. Rhei Drachm. semis, Syr Sacch. q. s., f. pil. Gran. trium. Aliter: Mercur. solubilis Moscati Gran. unum et semis, Opii, Extr. Cicutae āā Gran. quinque, Sulph. aurat Antimon. Scrup. unum, Balsami Copaiv. q. s., f. pil. Gran. unius. Aliter: Resin. Guajaci nat. Drachm. duas, Natri carbon. sicc. Drachm. unam, Aq. q. s., f. pil. Gran. duorum.

PILULAE ANTIARTHRITICAE Bories.

Rec. Sal. volat. sicc. Drachm. sex, Sapon. medicat. Unc. quatuor, Extr. Opii Drachm. unam, Pulv. Rad. Scill. Drachm. tres, Syr. Sacch. q. s., f. pil. Gran. quatuor.

PILULAE ANTIARTHRITICAE Saunder.

Rec. Sulph. aurat. Antimon. Gran. duodecim, Extr. Aconiti Drachm. unam, Pulv. Rad. Liquir. q. s., f. pil. 30.

PILULAE ANTIASTHMATICAE Heimii.

Rec. Extr. Aloës Acido sulph. correct. Drachm. unam, Pulv. Rad. Ipecacuanh. Scrup. semis, Ol. Menth. pip. Gutt. quinque, f. pil. No. 30.

PILULAE ANTIASTHMATICAE CUM MYRRHA.

Rec. Gummi Ammoniaci dep. Unc. semis, Myrrh. Drachm. unam et semis, Balsami Sulphur. terebinth. Scrup. unum, Syr. Alth. q. s., f. pil. Gran. duorum.

PILULAE ANTIBILIOSAE Barclayi.

Rec. Extr. Colocynth. Drachm. duas, — Jalapp. Drachm. unam, Sapon. Amygdal. Drachm. unam et semis, Resinae Guajaci Drachm. tres, Tartari emetici Gran. octo, Ol. Juniperi, Ol. Carvi, — Rorismarini āā Gutt. quatuor, Syr. domest. q. s., f. pil. 60.

PILULAE ANTICATARRHALES Vavasseur.

Rec Tart. emet., Opii āā Gran. tria, Gummi Tragacanth. Gran. decem, Conserv. Rosar. q. s., f. pil 50.

PILULAE ANTIDIARRHOICAE Ellis.

Rec. Kino Scrup. unum, Opii Gran. duo, Mucilag. Gummi Arab. q. s., f pil. quatuor.

PILULAE ANTIDYSENTERICAE Pierquin.

Rec. Pulv. Chinae rubr. Drachm. unam, Camphor. Gran. quatuor, Rad. Ipecac. Gran. duo, Conserv. Rosarum, Syr. Acetositat. Citri āā q. s. ut f. massa pil.

PILULAE ANTIEMETICAE Pierquin.

Rec. Pulv. Menth. Drachm. duas, — Absinth. Scrup. duos, — Granator. Scrup. unum, Ol. Cinnamomi Gutt. duas, Diascordii Drachm. unam, Syr. Cydon. q. s.

PILULAE ANTIEPILEPTICAE Hotel Dieu.

Rec. Castorei Gran. quatuor, Rad. Valerianae Drachm. semis, Flor. Zinci Scrup. unum, Syr. Sacch. q. s., f. pil. No. sex.

PILULAE ANTIEPILEPTICAE Henry Guibourt.

Rec. Argent. nitric. cryst. Gran. unum, Micae Panis Drachm. unam, f. pil. No. 16. Löwenstein: Argent. nitric. cryst Gran decem, Extr. Hyosc. Scrup. unum, — Valer. Drachm. unam, Pulv. Rad. Valer q. s., f. pil. 90.

PILULAE ANTIEPILEPTICAE Vogt.

Rec. Pulv. Rad. Valer. Drachm. quinque, Vitrioli Zinci puri Scrup. unum, Extr. Nuc. vomic. spir. Gran. quindecim, Extr. Valerian. Unc. semis, f. pil. Gran. trium.

PILULAE ANTIFEBRILES Saunder.

Rec. Extr. Chinae, — Trifol. fibr. āā Drachm. duas, — Rhei Scrup. unum, f. pil. Gran. duor.

PILULAE ANTIGALACTICAE s. lac pellentes Boriès.

Rec. Camphor. Drachm. unam et Scrup duos, Nitri Drachm. duas et semis, Milleped. Drachm. unam et semis, Syr. Sacch. q. s., f. pil. 50.

PILULAE ANTIGONORRHOICAE Cadet.

Rec. Camphor., Nitri āā Unc. semis, Sapon. medicat. Unc. unam, Extr. Opii Drachm. unam, Syr. Nymph. q. s., f. pil. Gran. quatuor.

PILULAE ANTIGONORRHOICAE Pierquin.

Rec. Balsami Copaiv., Amyli āā Unc. unam, Gummi Arab. Unc. semis, Aq. comm. q. s., f. pil. Gran. decem. Aliter: Balsami Copaiv, Magnesiae ust. āā part. aequales, f. mass. pil.

PILULAE ANTIHERPETICAE Boriès.

Rec. Rad. Ipecac. Scrup. unum, Magnes. alb. Unc. unam, div. in 24 part. aeq.

PULVIS FERRATUS SWEDIAUR.

Rec. Aethiop. martial. Unc. unam, Rad. Ari Drachm. duas, Cretae Unc. semis, Cinnamomi Scrup. quatuor, Sacch. albi Unc. duas.

PULVIS FERRI ALCOHOLISATUS vid. Limatura Martis olcoholisata (p. 504).

PULVIS FERRI CUM CINNABARI VAN GESSCHER.

Rec. Croci Mart. aperitiv. Unc. unam, Lapid. Cancror. Unc. semis, Cinnab. Drachm. unam. M., div. in 50 part. aeq.

PULVIS FERRI LIMATI AUGUSTIN.

Rec. Limat. Mart. alcohol., Pulv. Cinnam. āā Drachm. semis, Sacch. albi Drachm. tres. M. f. pulv., div. in 12 part. aeq.; vel: Rec. Flor. Chamom. Rom., Cort. Winter., Limat. Mart. alcohol. āā Drachm. duas. M. f. pulv., div. in 24 part. aeq.

PULVIS E FERRO TARTARISATO PEARSON.

Rec. Ferr. tartaris. Gran. decem, Pulv. Rad. Columb. Gran. quindecim. M. f. pulv.

PULVIS AD FLATUS Ph. Wirt., Palat.

Rec. Semin. Coriandri, — Carvi, — Anisi, — Foeniculi āā Unc. unam, Cort. Aurantic., Zingiberis āā Drachm. sex, Lapid. Cancror. praeparat. Unc. semis, Macid. Drachm. unam, Sacch. albi Unc. sex

PULVIS CONTRA FLUOREM ALBUM Ph. paup. Hamb.

Rec. Pulv. Fabar. Pichurim, Sacch. alb. āā Unc. semis, div. in 12 part. aeq.

PULVIS AD FLUOREM ALBUM Ph. Pal.

Rec. Rad. Ireos Flor. Unc. semis, Cornu Cervi usti, Gummi Arab., Oss. Sepiae. Corall. alb. praep., Lapid. specularis, Olibani, Mastich. āā Drachm. unam.

PULVIS FOENICULI COMPOSITUS vid. Pulvis galactopoeus.

PULVIS FOLIORUM BELLADONNAE MOSCHATUS Münch sec. Augustin.

Rec. Pulv. Hb. Belladonn. Gran. unum ad tria, Moschi, Camphor. āā Gran. quinque, Sacch. albi Gran. decem. M. f. pulv.

PULVIS FOLIORUM BELLADONNAE CUM RHEO Lentini sec. Augustin.

Rec. Pulv. Hb. Belladonn. Gran. unum, Rad. Rhei Gran. quindecim. M. f. pulv.

PULVIS Fontanbillesii.

Rec. Arsenici albi Gran. duo, Calomell. Gran. sedecim, Opii crudi Gran. duo, Gummi Arab., Sacch. albi āā Gran. septuaginta duo.

PULVIS Fordyce.

Rec. Sal. Seignett. Gran. decem, Pulv. Rhei Gran. sex, div. in 2 part. aeq.

PULVIS Frankii.

Rec. Cremor. Tartari Drachm. unam, Tart. emet. Gran. unum.

PULVIS Frenzelii **AD TUSSIM INFANTUM.**

Rec. Sacch. albi Unc. tres, Spec. Diatragacanth., — Diaireos āā Unc. semis, Pulv. Rad. Paeon. Drachm. duas, — Rad. Liquir. Drachm. unam, Croci, Opii āā Gran. decem.

PULVIS FUMALIS BALSAMICUS Henry-Guibourt.

Rec. Mastich., Oliban., Benzoës, Bacc. Juniper. āā Part. aequales.

PULVIS FUMALIS FOETIDUS Henry-Guibourt.

Rec. Cornu rasp. Drachm. octo, Asae foetid. Drachm. duas. M. f. pulvis grossiusculus.

PULVIS FUMALIS Haugii Ph. Wirt.

Rec. Rad. Cyperi rotundi, — Iridis Florentinae, Hb. Rorismarini āā Unc. quatuor, Flor. Rosar. rubr. Unc. sex, — Lavendul. Unc. duas, Semin. Coriandri Drachm. sex, Baccar. Junip. Libr. duas, Ligni Aloës Unc. unam et semis, Santali citrini Unc. quatuor, Juniperi Libr. duas, Cort. Thymiam. Unc. quatuor, Nucis moschatae, Caryophyll. aromat., Cinnamomi āā Unc. unam, Benzoës, Styracis āā Unc. quatuor, Olibani Libr. dimidiam, Mastichis Libr. unam, Rasur. Succini Libr. duas, Elemi, Sandaracae, Ladani āā Unc. tres, grosso modo pulverata misce.

PULVIS FUMALIS ODORATUS Ph. Wirt., Brand., Prag. cet.

Ree. Flor. Lavendul., — Rosar. rubr. āā Drachm. duas, Caryophyll. Unc. unam, Benzoës Unc. duas, Styrac. Unc. quatuor, Succini Unc. sex, Olibani Unc. octo, Mastich. Unc. viginti, f. pulv. grossus.

PULVIS FUMALIS REGIUS s. Berolinensis. Königsräucherpulver.

Rec. Flor. Lavandul. concis. Libr. tres et semis, — Rosar. rubr. Libr. duas et semis, — Paeoniae, Cinnamomi āā Libr. unam et semis, Succini Libr. unam, Cort. Cascarill. Unc. octo, Rad. Ireos, Caryophyll. āā Libr. unam, Ol. Bergamott., — de Cedro, — Lavendul. āā Unc. tres, Moschi Scrup. unum, Styrac. liquid. Unc. octo, Balsam. Indic. nigri, Balsami Vitae Hoffmanni āā Unc. tres, Tinct. Moschi e sacculis, Spir. Lavend. āā q. s., s. pulvis grossior. Alia formula: Ligni Rhodii, — Santali rubr., — Sassafras, — Juniperi, Rad. Ireos Flor., Flor. Cyani, Cort. Cassiae Caryophyll. — Cascarill, Sem. Coriandri, Storac. āā Unc. semis, Caryophyll., Flor. Cassiae, Rad. Calami āā Drachm. duas, Benzoës Unc. duas et semis, Olibani, Succini āā Unc. tres, Baccar. Junip. Unc. unam, Moschi Gran. duo, Sacch. alb. Drachm. duas, Balsam. Vit. Hoffm. Drachm. unam.

In parando pulvere fumali variae praescriptiones hinc inde traduntur, idque aeque concinnae. At naso hac in re summum arbitrium est tribuendum. Quod ut melius fieri possit corporibus odoratis substratum quasi iners est subjiciendum. Hunc in finem optime serramenta ligni sumuntur. Recipe ergo serramenta grossiuscula ligni quercini vel fagini, et per cribrum laxius trajice ut ligni frustula et quisquiliae secernantur; tum in cribro arctioris texturae concute, ut pulvis subtilissimus per cribrum cadat, quem tibi inutilem rejice. quid vero in cribro remanebit, serramenta scilicet aequabilia grossiuscula, in dolio aqua frigida bene ablue, quamdiu aquam colore fusco tingent. Aquam fac emanare. Serramenta adhuc humida diversis coloribus tinge, ut oculo placeant, e. gr. colore rubro tinge serramenta humida solutione Stanni muriatici imbuens, tum decoctione Ligni Fernambuci colorans, colore coeruleo serramenta imbuens solutione Kali borussici et solutione Ferri muriatici oxydati colorans, colore flavo imbuens decoctione Radicis Curcumae et colorem Acido sulphurico diluto figens, colore viridi dum serramenta colore coeruleo tincta denique colore flavo supertingas materiis mox expositis. Serramenta variis coloribus, tincta denique fac exsiccare. Horum denique ad oculorum arbitrium fac

miscelam, ut colorum varietas oculo non displiceat. Hoc substratum denique irrora oleis aethereis odoratis, Balsamo Indico, Balsamo Vitae Hoffmanni, ceteris, antea mixtis et Spiritu Vini dilutis. Serramenta sicca avide abripient odoramenta liquida; quum penitus mixta fuerint, conde in vasis vitreis vel figulinis bene clausis.

PULVIS FUMALIS ORDINARIUS vel resinosus.

Disp. Brunsv.: Rec. Succini Unc. viginti, Olibani Unc. decem, Mastich. Unc. quatuor, Ladani, Benzoes, Storacis, Ligni Rhodii, — Santali citrini aa Unc. duas, Flor. Rosar. rubr. Unc. quatuor, — Lavendul. Unc. tres, Bacc. Juniperi Libr. unam. Disp. Lipp.: Baccar. Juniperi, Mastichis, Succini aa Unc. quatuor, Cascarillae Unc. unam. Ph. Bor. castr.: Olibani, Succini aa par pondus. (Vide etiam Species ad suffiendum)

PULVIS AD FUNCICULOS Kluge.

Rec. Borac. Scrup. unum, Sacch. alb. Scrup. duos.

PULVIS AD FUMIGATIONEM OXYMURIATICAM vid. Fumigatio.

PULVIS GALACTOPOEUS Rosensteinii, s Foeniculi compositus (Slesv.-Hols.) Rosenstein's Milchpulver.

Disp. Brunsv.: Rec. Magnes alb. Unc. unam, Flaved. Cort. Aurant., Sem. Foeniculi aa Drachm. unam, Sacch. albi Drachm. duas. Ph. Ross., Slesv.-Hols., Hamb. 1815, Hann. receperunt.

PULVIS GALACTOPOEUS Ph. Wirt., Pal.

Rec. Semin. Anisi, — Foeniculi aa Unc. unam, — Nigellae, Lactis Lunae, Oculorum Cancror. praep., Matris Perlarum praep. aa Drachm. tres, Lumbricor. terrestrium praep. Drachm. duas, Sacch. albi Unc. duas.

PULVIS AD GANGRAENAM SENILEM EX ERETHISMO.

Rec. Opii puri Gran. semis ad tres quadrantes, Sal. Cornu Cervi Gran. quatuor ad sex, Pip. nigri Gran. quatuor, Elaeosacch. Menth. pip. Gran. decem. Disp dos. tal. duodecim.

PULVIS GASIFERUS vid. Pulvis aërophorus et Pulvis Sedlitzensis.

PULVIS GENTIANAE COMPOSITUS, Pulvis antiarthriticus, s. Ducis Portlandiae.

Rec. Rad. Gentianae, — Aristoloch. rotund., Ivae arthriticae, — Hb. Chamaedr., — Centauris min. aa par pond. Bories: Rad. Gentian., — Rhaponthici, — Aristoloch. aa Unc. semis, Hb. Chamadryos, — Chamaepityos aa Drachm. duas, — Centaurii min. Drachm. tres, Croci Mart. aperitiv. Unc. unam, Sal. Absinth. Drachm. tres, — essent. Chinae Drachm. duas.

PULVIS de Godernaux est Calomel praecipitatione paratum.

PULVIS CONTRA GONORRHOEAM Eisenmanni.

Rec. Flor. Sal. ammon. mart. Gran. quinque, Gummi Ammoniac. Gran. tria, Rad. Seneg. Gran. quinque, Rad. Liquirit. Scrup. unum. M. div. in part. 12 aeq.

PULVIS GRAPHITICUS Ph. Ferrar.

Rec. Graphitae, Flor. Sulphur. aa par pond.

PULVIS GRATIOLAE CUM HYDRARGYRO Augustin.

Rec. Hb. Gratiolae Scrup. duos, Calomel. Gran. quinque, Asae foetid. Drachm. semis, Ol. Menth. pip. Gutt. tres.

PULVIS GRAVIDARUM Fulleri.

Rec. Croci Mart. adstring. Scrup. semis, Spic. Nardi, Specier. de Hyacinth. aa Gran. quinque.

PULVIS GREGORIANUS vid. Pulv. Sennae compositus.

PULVIS Grimaldii.

Rec. Croci Mart. aperitiv. Unc. quatuor et semis, Scammonii, Margarit, Aegagropilar. aa Unc. unam, Fuligin. Drachm. sex, Magnes. alb., Cremor. Tart. aa Unc. semis, Ol. Juniperi, Balsam. Copaiv. aa Drachm. tres.

PULVIS Griffithii.

Rec. Pulv. Amyli, Rad. Liquir. aa Unc. unam, Gummi Arab., Sacch. alb. aa Unc. duas.

PULVIS GRISEUS Ph. Batean.

Rec. Oculor. Cancror., Hb. Salviae aa Unc. duas, Cretae alb. Unc. unam, Nuc. Mosch. Drachm. unam.

PULVIS GUAJACI CUM SENNA vid. Pulvis antiictericus.

PULVIS GUAJACI Stark.

Rec. Gummi Guajaci Drachm. duas, Flor. Sulphur. Drachm. unam, Calomel. Scrup. unum, Rad. Ireos flor., Sem. Foenic. aa Drachm. unam semis, Fol. Senn. Alexandr. Drachm. duas ad Unc. semis, Laudan. puri Gran. duo, Sacch. albi Unc. semis.

PULVIS GUAJACINUS Augustin.

Rec. Resin. Guajaci nat. Drachm. semis ad unam, Elaeosacch. Foenic. Drachm. semis. M. — Vel: Rec. Pulv. Res. Guajaci nat., Tartari dep. aa Gran. quindecim. M. f. pulv.

PULVIS Guarini.

Rec. Kermet. mineral. Gran. duo ad quatuor, Gummi Arab., — Tragacanth. aa Drachm. semis, Flor. Sulphur. Drachm. unam, Extr. Liquir., Sacch. albi aa Drachm. duas.

PULVIS GUMMOSUS Ph. Bor. ed. 5, Hann.

Rec. Gummi Arab. Unc. tres, Rad. Liquir. Unc. unam, Sacch. albi Unc. duas. (Vid. Species Diatragacanthae.)

PULVIS GUMMOSUS ALCALINUS, Sapo vegetabilis.

Rec Gummi Arab. Unc. unam, Sal Tartari Drachm. unam.

PULVIS GUMMOSUS CUM LIQUIRITIA ET SULPHURE STIBIATO Augustin.

Rec. Sacch. Lactis Unc. semis, Gummi Arab. pulv., Pulv. Sem. Anisi, Rad. Liquir., Arcani dupl. āā Drachm. duas, Sulph. aurat. Antim. Scrup. unum. Mi, f. pulv.

PULVIS GUMMOSUS STIBIATUS Ph. Suec.

Rec. Sulphur. aur. Antimon. part. unam, Sacch. albi part. septem, Pulv. gummosi part. triginta duas.

PULVIS GUMMOSUS SULPHURATUS Ph. Dan. mil.

Rec. Gummi Arab., Flor. Sulphur., Elaeosacch. Foenic. āā Gran. decem.

PULVIS CONTRA GUTTAM SERENAM Sainte-Marie.

Rec. Extr. Pulsatill. Gran. sedecim, Pulv. Valerianae Unc. unam et semis; div. in 32 part aeq.

PULVIS AD GUTTETAM vid. Pulvis epilepticus ad guttetam.

PULVIS HAEMAGOGUS Vogler Weilb.

Rec. Flor. Sulphur., Nitri āā Drachm. duas, Sacch. Lact. Unc. semis.

PULVIS AD HAEMOPTYSIN St.-Marie.

Rec. Sang. Dracon. Drachm. duas, Magnes. alb. Unc. semis, div. in part. 12.

PULVIS HAEMOSTATICUS Bonafoux.

Rec. Colophon. pulv. Unc. semis, Gummi Arab., Pulv. Carbon. Lignor. āā Drachm. unam.

PULVIS HAEMOSTATICUS Vogt.

Rec. Gummi Arab., Colophon. āā Unc. semis. M. — Vel: Gummi Arab., Colophon., Kino āā Drachm. tres, Alumin. dep. Drachm. duas.

PULVIS HALY CONTRA PHTISIN Ph. Wirt.

Rec. Semin. Papav. albi Drachm. duas, Portulac., Cydon., Malvae, Bombacis āā Drachm. unam semis, Gummi Arab., — Tragacanthae, Amyli āā Drachm. duas, Cornu Cervi usti, Rasurae Eboris, Cicerum rubr. āā semis, Liquir. Drachm. duas, Sacchari Unc. duas.

PULVIS HEPATICUS RUBER Ph. Wirt.

Rec. Cremor. Tart. Unc. quatuor, Ligni Santali rubri, Rosar. rubr. āā Unc. semis, Spiritus Vitrioli Drachm. duas. Flores Rosarum subtilissime triti, irrorantur Spiritu Vitrioli, probe mixtis additur Pulvis Santali et Cremoris Tartari.

PULVIS HERMODACTYLATUS vid. Pulvis Scammonii compositus.

PULVIS AD HERPETEM Ph. paup. Hamb.

Rec. Aethiop. Antimon., — mineral. āā Drachm. semis, Pulv. Gummi Guajaci, — Rad. Liquir., Magnes. alb. āā Drachm. unam.

PULVIS HIERAE PICRAE vid. Species Hierae picrae.

PULVIS HYDRAGOGUS Bauder.

Rec. Rad. Jalapp. Unc. semis, — Mechoacann. Drachm. duas, Cinnamomi, Rhei āā Scrup. quatuor, Flor. Soldanell., Sem. Anisi, — Ebuli āā Drachm. unam.

PULVIS HYDRAGOGUS Swediaur.

Rec. Sapon. Jalappin., Cremor. Tartari āā part. aeq.

PULVIS HYDRARGYRI CUM CAMPHORA Augustin.

Rec. Calomel. Gran. viginti quatuor, Camphor., Conch. praep. āā Scrup. duos.

PULVIS HYDRARGYRI CINEREUS vid. Mercurius cinereus Moscati.

PULVIS HYDRARGYRI CUM OPIO Augustin.

Rec. Opii Gran. duo, Calomel Gran. sex, Sacch. albi Drachm. unam. M. f. pulv., div. in sex part. aeq. (Cf. Pulv. Mercurii Opiatus.)

PULVIS HYDRARGYRI OXYDATI RUBRI Augustin.

Rec. Mercur. praec. rubri Gran. unum, Antimon. crudi laev. Drachm. duas. M. f. pulv., div. in octo part. aeq.

PULVIS HYDRARGYRI OXYDULATI NIGRI Augustin.

Rec. Mercur. solubil. Hahnemanni Gran. tria, Sacch. albi Drachm. unam semis, Opii puri Gran. duo. M. f. pulv., div. in sex part. aeq.

PULVIS HYDRARGYRI STIBIATUS CUM HYOSCYAMO Augustin.

Rec. Calomel, Extr. Hyosc. āā Gran. unum, Sulph. Antim. aur. Gran. tria, Sacch. Canar. Drachm. semis. M., d. tal. dos. 22.

PULVIS HYDRARGYRI SULPHURATI NIGRI Augustin.

Rec. Aethiop. miner. Gran. unum ad decem, Magnes. carb. Gran. quatuor, Elaeosacch. Foenic. Drachm. semis. M. f. pulv. d. t. dos. q. pl.

PULVIS HYPNOTICUS = Aethiops mineralis.

PULVIS HYSTERICUS Ph. Wirt.

Rec. Rad. Dictamni, — Paeoniae āā Unc. semis, — Zedoar., Cort. Citri, Succini, Matris Perlar. āā Drachm. duas, Castorei Drachm. unam, Antophyll., Croci āā Scrup. unum semis.

PULVIS IMPERATORIS vid. Pulvis aromaticus.

PULVIS IMPERIALIS Lemery.
Rec. Cinnamomi Drachm. decem, Rad. Zingib. Drachm. octo, Caryophyll. Unc. semis, Rad. Calang., Macid., Nuc. mosch. ãã Drachm. duas, Moschi Gran. quatuordecim.

PULVIS INCIDENS Stahlii Ph. Wirt.
Rec. Lapid. Cancror. citrat. Unc. quatuor, Rad. Ari Unc. duas.

PULVIS INCISIVUS Boriès.
Rec. Kermet. miner. Gran. quatuor, Gummi Ammoniaci, Rad Ireos Flor. ãã Drachm. semis.

PULVIS INCISIVUS Cadet.
Rec. Tart. emet. Gran. unum, Kermet. min. Gran. duo, Rad. Ireos Scrup. unum, Gummi Arab., Sacch. alb. ãã Drachm. unam.

PULVIS INCISIVUS Saunder.
Rec. Cremor. Tartari, Sal. Ammon., Magnes. alb. ãã Unc. semis, Rad. Ari Drachm. duas.

PULVIS INCITANS Berends.
Rec. Resin. Guajac. nativ. Drachm. duas, Tartar. dep. Unc. semis, Sacch. alb. Drachm. sex. M. f. pulv.

PULVIS INCITANS Burdach.
Rec. Calomel. Gran. duo, Resin. Guajac. nat. Scrup. unum, Rad. Liquir. Drachm. unam. M. f. pulv., div. in quatuor part. aeq. — Vel: Rec. Resin. Guajaci nat. Drachm. duas, Sulph. dep., Tartar. dep. ãã Unc. semis, Ol. Foenic. Gutt. sex. M. f. pulv.

PULVIS INCITANS Phoebus.
Rec. Flor. Sulph. Drachm. duas, Resin. Guajac. Drachm. tres, Tartar. dep., Elaeosacch. Foenic. ãã Unc. semis.

PULVIS INCITANS Schmalz.
Rec. Rad. Seneg. Unc. semis, Kali Tartar. Drachm. sex, Magnes. carb. Drachm. duas. M.

PULVIS PRO INFANTIBUS Hufeland.
Rec. Rad. Valer. min. Drachm. unam, Ireos Flor. Drachm. unam semis, Liquir. Drachm. duas, Sem. Anisi Drachm. semis, Croci Gran. octo, Magnes. carb. Drachm. unam.

PULVIS INFANTUM CUM RHEO, Pulvis Rhei et Magnesiae (Suec.), Pulvis catharticus absorbens, Pulvis Magnesiae cum Rheo (Slesv.-Hols.).
Ph. Dan.: Rec. Magnes. alb., Elaeosacch. Foen., Pulv. Rhei ãã Unc. semis. Ph. Suec.: Rad. Rhei Unc. semis, Magnes. alb., Semin. Foenic., Sacch. alb. ãã Drachm. duas. Disp. Lipp.: Rad. Rhei Unc. semis, Visci quercini, Rad. Liquir. ãã Drachm. sex, Magnes. alb. Unc. duas et semis.. Ph. Slesv.-Hols.: Magnes. alb. Unc. duas et semis, Rad. Rhei Unc. unam et semis, Sacch. albi Unc. semis., Ol. Foenic. Gutt. quindecim. Ph. Saxon. 1837 (Pulvis Infantum) Sapon. medicat., Magnes. alb., Rad. Rhei, Sacch. alb. ãã Drachm. duas, Ol. Foeniculi Gutt. duas.

PULVIS INULAE AROMATISATUS Saunder.
Rec. Pulv. Rad. Inulae part. sex, Pulv. Rad. Angelicae part. unam.

PULVIS IPECACUANHAE COMPOSITUS s. opiatus, s. thebaicus, vid. Pulvis Doveri (p. 684).

PULVIS IPECACUANHAE HYDRARGYRATUS Ph. Suec.
Rec. Rad. Ipecac. part. quatuor, Calomel. part. unam.

PULVIS IREOS CUM NITRO Augustin.
Rec. Pulv. R. Ireos Flor. Unc. unam, Nitri dep. Drachm. unam, Cetacei Drachm. duas, Sacch. albi Unc. unam.

PULVIS IREOS CUM SCILLA Augustin.
Rec. Pulv. R. Scill. Gran. quindecim, Ireos Flor., Liquir. ãã Gran. decem, Sacch. Lactis Scrup. duos, Ol. Anisi Gutt. tres.

PULVIS JALAPPAE COMPOSITUS vid. Pulvis Jalappae salinus.

PULVIS JALAPPAE CUM MERCURIO s. hydrargyratus.
Ph. Suec.: Rec. Rad. Jalapp. Drachm. tres, Calomell. Drachm. unam. Ph. Dan. mil.: Rad. Jalapp. part. sex, Calomel. part. unam. Ph. Ruth. castr.: Rad. Jalapp. Scrup. unum, Calomel. Gran. quinque.

PULVIS JALAPPAE SALINUS s. compositus.

Ph. Suec.: Rec. Rad. Jalapp., — Gentian. ãã Unc. unam, — Zingib. Drachm. duas, Sal. amari Unc. duas. Ph. Dan.: Rad. Jalapp. Unc. duas, Arcani duplic. Unc. unam. Ph. Bor. castr.: Rad. Jalap. Drachm. semis, Arcan. dupl. Scrup. semis, Ol. Foenic. Gutt. unam. Ph. Gen.: Rad. Jalapp. Unc. unam, Nitri Unc. semis.

PULVIS JALAPPAE TARTARICUS.
Ph. Suec.: Rec. Rad. Jalapp. part. unam, Cremor. Tart. part. duas. Disp. Fuld. (P. purgans) Rad. Jalapp. Drachm. semis, Cremor. Tart. Scrup. unum. Ph. Lond. 1836: Rad. Jalapp. Unc. tres, Cremor. Tartari Unc. sex, Rad. Zingib. Drachm. duas. (Cf. Species Diajalappae.)

PULVIS Jamesii vid. Pulvis Antimonialis Jacobi.

PULVIS Johannis de Vigo = Mercurius praecipitatus ruber.

PULVIS JOVIALIS Henry-Guibourt.
Rec. Rad. Galang. min., — Zedoar., Lign. Aloës, Caryophyll., Macid., Nuc. Moschat., Croci, Flaved. Citr., Styrac. calam. ãã Drachm. sex, Sem. Basilic., Thym., Lap. Cancror. ppt. ãã Drachm. quinque, Camphor., Ambr. gris., Mosch. ãã Drachm. unam. M. f. pulv.

PULVIS PRO JUSCULO EXTEMPORANEO CADET.

Rec. Gelatinae sicc., Extr. Carnis sicci āā Unc. unam, Gummi Arab. Drachm. duas, Caryophyll., Piper. nigri, Sem. Apii graveol., — Dauci āā Gran. duodecim.

PULVIS KENTIANUS vid. Pulvis bezoardicus anglicus.

PULVIS KERMETIS CUM CAMPHORA Ph. Dan. mil.

Rec. Kermet. min. Gran. semis, Pulv. Camphor. Gran. unum, Sacch. albi Scrup. unum.

PULVIS KINO COMPOSITUS, s. adstringens.

Ph. Lond. 1836: Rec. Kino Drachm. quindecim, Cinnamomi Unc. semis, Opii Drachm. unam.

PULVIS KOROXII.

Rec. Sal. commun. Unc. unam, Calcariae chlorosae Drachm. tres.

PULVIS LAC AUGENS vid. Pulvis galactopoeus.

PULVIS LAURI CARBONICUS P. FRANK.

Rec. Pulv. Bacc. Lauri Unc. sex, cingantur Massa panis et coquantur in fornace ad mitigandum saporem acrem, quo facto adde Pulv. Nuc. Mosch., Cornu Cervi ust. āā Unc. sex, R. Liquir. Unc. triginta sex.

PULVIS LAXANS BEHRENDS.

Rec. Sal. mirab. GLAUBERI Unc. unam, Cremor. Tart. Unc. semis, Sacch. alb. Drachm. sex.

PULVIS LAXANS BURDACH.

Rec. Rad. Jalapp., Tart. dep., Elaeosacch. Flav. Citri āā Scrup. unum. — Vel: Rad. Rhei, Scammon. āā Scrup. unum, Elaeosacch. Anisi Scrup. semis. M. f. pulv., div. in tres part. aeq.

PULVIS LAXANS CONSBRUCH.

Rec. Calomel. Gran. tria, Rad. Jalapp. Scrup. unum. M.

PULVIS LAXANS KAUSCH.

Rec. Pulv. Fol. Sennae Unc. semis, Flaved. Cort. Aurant. Fruct., Pulv. Sem. Carvi āā Drachm. duas, Sacch. albi Drachm. sex.

PULVIS LAXANS CUM MERCURIO vid. Pulvis Jalappae cum Mercurio.

PULVIS LAXANS NICOLAI.

Rec. Resin. Jalapp. Gran. tria ad sex, Amygd. dulc. cortice liberat., Sacch. albi āā Scrup. unum, Ol. de Cedro Gutt. unam.

PULVIS LAXANS VOGLER.

Rec. Resin. Jalapp. Gran. unum semis ad tria, Amygd. dulc. excort., Sacch. albi āā Gran. decem. Conterantur exactissime.

PULVIS LAXANS WEDELII.

Rec. Rad. Jalapp., Cremor. Tart. āā Unc. duas, Resin. Jalapp. Drachm. tres et Gran. duodecim, Scammonii Drachm. duas et semis, Cinnamomi Drachm. unam et semis.

PULVIS LENIENS KLEINII vid. Pulvis digestivus KLEINII.

PULVIS LENIENS BURDACH.

Rec. Magisterii Marcasitae Gran. viginti quatuor, Extr. Lactuc. vir. Gran. duodeviginti, Rad. Ipecac. Gran. sex, Magnes. carb. Drachm. semis, Elaeosacch. Menth. crisp. Drachm. duas. M. f. pulv. div. in 12 part. aeq.

PULVIS LENIENS FORMEY.

Rec. Opii crudi Gran. tria, Ammon. carb. sicci Drachm. semis, Elaeosacch. Menth. crisp. Drachm. unam. M. f. pulv. div. in sex part. aeq.

PULVIS LENIENS THEDENII.

Rec. Nitri, Conchar. praep., Sal. mirab. GLAUB. sicc., Rad. Rhei āā par. pond.

PULVIS LENIENS UNGNAD.

Rec. Extr. Opii aq. Gran. duo, Acidi succin. Gran. viginti quinque, Sacch. alb. Drachm. unam. M. f. pulv. div. in sex part. aeq.

PULVIS LENIENS VOGLER.

Rec. Extr. Hyosc., Flor. Zinci āā Scrup. semis, Magnes. alb. Drachm. semis, Sacch. Lact. Drachm. duas semis. M. f. pulv. div. in 10 part. aeq.

PULVIS LENITIVUS TARTARISATUS Ph. Wirt.

Rec. Cremor. Tartari, Fol. Sennae āā Unc. duas, Cinnamomi, Sem. Anis., — Foenic. āā Drachm. quinque. M. f. pulv., qui pro lubitu saccharo edulcorari potest. Ph. Hann. 1833 recepit.

PULVIS LEYSONI vid. Collyrium siccum (p. 192).

PULVIS PRO LIMONATA s. ex acido tartarico, s. refrigerans (Oldenb.).

Disp. Fuld.: Rec. Sacch. albi Unc. octo, abradatur illo a quatuor pomis citreis flavedo, raspetur tunc saccharum flavedine imbutum in pulverem, eique succus ex quatuor pomis citreis expressus admisceatur, et massa ad solis radios exsiccetur, adde Salis essentialis Tartari Unc. quatuor. Ph. Oldenb.: Sal. essent. Tartari Unc. semis, Sacch. albi Libr. semis, Ol. de Cedro Gutt. tres. Ph. Bor. castr.: Sal. essent. Tartari part. unam, Sacch. albi part. duodecim. Disp. Lipp.: Sacch. albi Unc. octo, Sal. essent. Tartari Unc. duas, Ol. de Cedro Gutt. octo. Ph. Hann. 1833: Sal. essent. Tart. Unc. duas, Elaeosacch. Citri recent. parati, Sacch. albi āā Unc. quatuor.

PULVIS LIQUIRITIAE COMPOSITUS s. pectoralis, s. Sennae cum Sulphure, s. Glyzyrrhizae.

Zusammengesetztes Süßholzpulver.

Ph. Hann. 1833, Slesv.-Hols., Hamb.

1835, Polon., Hass.: Rec. Rad. Liquir., Fol. Sennae āā Unc. duas, Sem. Foenic., Flor. Sulphur. āā Unc. unam, Sacch. albi Unc. sex. Ph. Bor. ed. 5: Fol. Senn., Rad. Liquir. āā Unc. sex, Sacch. albi Libr. tres, Sem. Anisi Unc. duas, Flor. Sulph. Unc. quatuor. Ph. Bor. mil. 1828: Rad. Liquir. Unc. duas et semis, Flor. Sulph. Unc. unam, Fol. Senn. Unc. semis, Sem. Anisi Unc. unam.

PULVIS LITHONTRIPTICUS Ellis.

Rec. Hb. Uvae Ursi, Cort. Chin. āā Drachm. duas, Opii Gran. tria.

PULVIS AD LONGAM VITAM.

Rec. Fol. Senn., Rasur. Ligni betulini āā Libr. unam, Sem. Anisi, — Portulacc. āā Libr. duas, Ligni Santali albi, — — rubri āā Libr. semis.

PULVIS LUMBRICORUM COMPOSITUS Disp. Vienn. vet.

Rec. Lumbric. praep. Unc. unam, Crystall. montan., Bezoar. orient., Cornu Cervi praep., Ungulae Alcis praep., Sacch. albi āā Unc. tres, Ol. Macid., — Nucis mosch. āā Scrup. semis.

PULVIS LUPULINI Magendie.

Rec. Lupulini part. unam, Sacch. alb. part. duas. Tere Lupulin. in mortario porcellaneo dein adde gradatim saccharum et misce accuratissime.

PULVIS AD MACULAS CORNEAE vid. Pulvis ophthalmicus.

PULVIS MAGNESIAE CUM RHEO s. compositus vid. Pulvis epilepticus Marchionis et Pulvis infantum cum Rheo.

PULVIS MAGNESIAE TARTARICUS vid. Pulvis aërophorus cum Magnesia.

PULVIS MAMILLARIS s. ad mamillas.

Rec. Conch. praep. Drachm. tres, Gummi Arab. Drachm. duas, Mastich. Drachm. unam. Aliter: Gummi Arab. Unc. semis, Alumin. Scrup. unum ad duos. Kluge: Borac. Ven. Drachm. unam, Sacch. albi Drachm. duas.

PULVIS MAMMILLARIS Gavarret.

Rec. Gummi Arab. Unc. sedecim, Balsam. Peruv. Unc. unam, Semin. Cydon. Unc. unam et semis, Sacch. Lact. Unc. tres, Radicis Alth. Unc. duas, Coccionell. q. s.

PULVIS MANTUANUS Ph. Wirt.

Rec. Radic. Contrayervae, Scorzonerae āā Drachm. duas, Terrae Sigill. griseae, Boli Armenae, Lapidum quinque pretios., Corallior. rubr. praep., Margarit. praep., Cornu Rhinocerotis āā Drachm. unam, Lapid. Bezoar orientalis, — — occidentalis āā Drachm. duas.

PULVIS MANUALIS vid. Pulvis cosmeticus ad manus.

PULVIS MARCHIONIS vid. Pulvis epilepticus Marchionis.

PULVIS Mareschalli.

Rec. Pulv. Caryophyll. Unc. decem et semis, Amyli Libr. viginti octo.

PULVIS MARTIALIS ANGLICUS Ph. Wirt.

Rec. Limatur. Martis alcohol. Drachm. sex, Cassiae lign., Nucum Moschat. āā Unc. semis, Caryophyll., Macid. āā Drachm. duas, Sacch. albi Unc. duas.

PULVIS MERCURIALIS Ph. Gen.

Rec. Calomel. Unc. duas, Pulv. laxant. Unc. unam, Magnes alb. Unc. quinque.

† PULVIS MERCURIALIS ARSENICALIS Dupuytren.

Rec. Calomel. part. 199, Arsenici albi part. unam.

PULVIS MERCURIALIS CUM OPIO s. Muriatis hydrargyrosi Thebaicus (Suec.)

Rec. Calomel. Gran. duo, Opii Gran. unum, Amyli Gran. septemdecim.

PULVIS MERCURII SACCHARINUS Lagneau vid. Mercurius saccharatus (p. 549).

PULVIS CONTRA METRORRHAGIAM ATONICAM Hildebrandt.

Rec. Rad. Rhei, Magnes. carb., Boli Armen. āā Drachm. unam. M. f. pulv., div. in duodecim part. aeq.

PULVIS CONTRA METRORRHAGIAM Rust.

Rec. Rad. Rhei Drachm. unam, Boli Armenae, Magnes. alb., Elaeosacch., Macid. āā Drachm. duas.

PULVIS MEZEREI.

Cortex Mezerei in taleolas transversas scissus bene siccatus in pulverem subtilissimum contundendo redigitur, donec nonnisi partes fibrosae remaneant. Soubeiran.

PULVIS AD MICTUM INVOLUNTARIAM s. adstringens Ph. Palat.

Rec. Croci Mart. adstr. Scrup. quatuor, Flor. Rosar. rubr., Pelliculorum Gulae gallinaceae āā Drachm. duas, Monocerotis fossilis, Terrae sigill., Corall. praep., Sem. Agrimon., — Hyperic. āā Drachm. unam, Ol. Nucis mosch. Scrup. unum, Sacch. alb. Unc. unam.

PULVIS MITIGANS Wepferi vid. Pulvis ad dysuriam.

PULVIS AD MORSUM CANIS RABIDI Ph. Wirt.

Rec. Hb. Rutae, — Verbenae, — Salviae, — Plantaginis, — Polypodii, — Absinthii vulgaris, — Menthae, — Melissophylli, — Betonicae, — Hyperici, — Centauri minoris āā Unc. semis. Legantur singula eo tempore, quo viribus pollent maximis, papyro seorsim inclusa, in umbra siccentur et in pulverem terantur.

PULVIS MOSCHI COMPOSITUS August.

Rec. Moschi Gran. sedecim, Pulv. R. Valer. min. Scrup. unum, Camphor. Gran. sex. M. f. pulv.

PULVIS MOSCHI OPIATUS Augustin.

Rec. Opii Gran. quatuor, Moschi Gran. triginta duo, Sacch. albi Drachm. unam. M. f. pulv.. div. in 12 part. aeq.

PULVIS MUCILAGINOSUS vid. Pulvis Tragacanthae compositus.

PULVIS MURIATIS HYDRARGYRI THEBAICUS Ph. Suec. vid. Pulvis mercurialis cum Opio.

PULVIS MYRRHAE COMPOSITUS Ph. Bat.

Rec. Myrrh. Unc. semis, Opopan., Sagapani, Castorei āā Drachm. duas, Ol. Menth., — Rutae āā Gutt. quatuor.

PULVIS NASALIS ODORATUS Ph. Pal.

Rec. Flor. Rosar. rubr. Drachm. sex, Flor. Calcitropae, — Calendul., — Caryophyll. āā Drachm. unam, Rad. Ireos Flor. Drachm. duas, Hb. Majoran., — Serpylli, — Thymi āā Scrup. unum, Ol. Ligni Rhodii Gutt. quatuor, — Caryophyll. Gutt. sex.

PULVIS NAUSEAM CIENS Augustin.

Rec. Rad. Ipecac. Gran. quadrantem, Sacch. albi Gran. quindecim. Brera: Rad. Ipecac. Gran. unum, Gummi Arab., Sacch. albi āā Scrup. unum.

PULVIS NEPHRITICUS Charas.

Rec. Ocul. Cancror. praep., Ossium petreorum Percarum, Millepedum, Sanguin. hirci praep., Sem. Milii Solis āā Unc. unam.

PULVIS NEPHRITICUS Fulleri.

Rec. Rad. Apii, — Saxifrag. āā Drachm. duas, Oculor. Cancror. Drachm. unam, Arcani duplic., Lapid. Prunell. āā Scrup. duos, Cremor. Tart. Scrup. quatuor, Ol. Junip. Gutt. quatuor.

PULVIS NEPHRITICUS Poterii.

Rec. Fol. Herniariae, — Betonicae, — Argentinae, — Ceterach. āā Unc. semis, Sem. Rusci, — Rosae caninae āā Drachm. unam.

PULVIS NEPHRITICUS PRETIOSUS Ph. Wirt.

Rec. Lap. Cancror. Acido citrico saturat., Lapid. Judaici praep. āā Unc. unam, — Lyncis praep., Margarit. Orient. praep., Operculor. Cochlear. āā Drachm. unam.

PULVIS NERVINUS nomen satis vagum, quo interdum Pulvis antispasmodicus, — epilepticus, — Valerianae, similes, indicantur.

PULVIS NITRATIS POTASSAE COMPOSITUS Ph. Ruth. castr.

Rec. Nitri, Sacch. albi āā Unc. semis, Gummi Arab. Unc. unam.

PULVIS NITRI OXALICUS Ph. Suec.

Rec. Nitri Unc. tres, Sal. Acetosell. Unc. unam, Sacch. albi Unc. decem.

PULVIS NITRI TARTARICUS.

Ph. Suec.: Rec. Nitri part. decem, Sal. essent. Tartari part. duas, Magnes. alb. part. unam, Sacch. alb. part. triginta. Ph. Fenn.: Nitri, Cremor. Tartari āā Unc. unam, Sacch. alb Unc. tres.

PULVIS NITRI THEBAICUS Ph. Suec.

Rec. Opii Scrup. semis, Nitri Scrup. quinque et semis, Sacch. alb. Unc. unam.

PULVIS NITROSUS CINNABARINUS vid. Pulvis antispasmodicus Stahlii.

PULVIS NOBILIS CELLENSIS vid. Pulvis cordialis Cellensis.

PULVIS NUCIS VOMICAE Augustin.

Rec. Pulv. Nuc. Vomic. Gran. tria, Gummi Arab., Sacch. albi āā Scrup. semis. M. f. pulv. d. tal. dos. q. l.

PULVIS NUCUM MOSCHATARUM COMPOSITUS vid. Pulvis antihectico-scrophulosus.

PULVIS NUTRICUM vel Pulvis epilepticus Marchionis, vel Pulvis galactopoeus hinc inde nuncupatur.

PULVIS OCYTICUS s. partum accelerans Pierquin.

Rec. Sem. Lavend. Drachm. semis, — Plantag., — Endiviae āā Scrup. duos, Piper. nigri Scrup. unum.

PULVIS OLIBANI COMPOSITUS Heberden.

Rec. Pulv. Olibani, — Cort. Aurant. āā Gran. decem, — Cort. Quercus Gran. quinque.

PULVIS OPHTHALMICUS Baldinger.

Rec. Sacch. albi, Tart. dep., Boli alb. āā Drachm. unam. Ph. Ross, Suec., Disp. Fuld. habent.

PULVIS OPHTHALMICUS Kranz.

Rec. Sal. commun., Conch. ppt. āā Drachm. unam.

PULVIS CONTRA OPHTHALMIAM CHRONICAM Vogt.

Rec. Rad. Seneg., Tartari dep., Elaeosacch. Anisi āā Gran. quindecim. M. f. pulv, disp. dos. tal. duodecim.

PULVIS OPIATUS s. thebaicus (Suec.)

Ph. Suec.: Opii part. unam, Sacchari albi part. duas, Pulv. Gummosi part. duodecim. Ph. Bor. ed. 3: Opii part. unam, Pulv. Gummos. part. novem.

PULVIS OPII COMPOSITUS = Pulvis Doveri.

PULVIS OXYDI STIBII COMPOSITUS vid. Cornachinus.

PULVIS PAEONIAE COMPOSITUS = Pulvis epilepticus Doveri.

PULVIS PANNONICUS MINUS PRETIOSUS Ph. Wirt.

Rec. Boli Armen. praep., Terr. Lemniae āā Unc. unam, Corall. utriusque, Spodii, Cornu Cervi praep., Rasur. Eboris āā Drachm. sex, Matris Perl., Acido Citri satur. Unc. duas, Rad. Cotrayerv. Unc. unam, Croci Oriental. Drachm. unam.

PULVIS PANNONICUS RUBER ORDINARIUS Ph. Wirt.

Rec. Boli Armen. praep. Unc. tres, Terrae Lemn. Unc. duas, Corallior. alb. praep. Drachm. sex, — rubr. praep. Drachm. quatuor, Margarit. praep. Drachm. quinque, Lapidum Hyacinthi, — Smaragdi, — Rubini, Saphiri, Cornu Cervi praep. āā Unc. semis, Rasurae Eboris Drachm. tres, Spodii Drachm. quinque, Cinnamomi Drachm. duas, Caryophyll., Croci āā Drachm. unam, Sem. Acetosae, Santali rubri āā Drachm. duas, — albi, Corticum Citri āā Drachm. unam semis, Foliorum Auri Nro. viginti quatuor.

PULVIS CONTRA PANNUM OCULI Schmalz.

Rec. Rad. Senegae Unc. semis, Tartari tartar. Drachm. sex, Magnes. alb. Drachm. duas.

PULVIS AD PARTUM Ph. Wirt.

Rec. Boracis Unc. semis. Olei Cinnamomi Gutt. octo, Succini Gutt. sex.

PULVIS PAREGORICUS Vogler Weilb.

Rec. Amyli Scrup. quatuor, Mastich. Scrup. duos, Opii Gran. tria ad sex, div. in 6 part. aeq. — Vel: Sacch. alb., Amyli āā Drachm. duas, Opii Gran. quatuor, div. in doses granor. quinque ad decem.

PULVIS PECTORALIS ANTISPASMODICUS Vogler Weilb.

Rec. Pulv. pectoral. Voglea (infra) Unc. unam, Rad. Ipecacuanh. Gran. tria, Nitri Drachm. duas.

PULVIS PECTORALIS BALSAMICUS Wedelii Ph. Wirt.

Rec. Rad. Liquir. Unc. unam, Ireos Florent. Drachm. duas, Flor. Sulphuris Unc. semis, Benzoes Scrup. unum, Sacch. candi albi Unc. duas, Olei Anisi, — Foenic. āā Gutt. decem.

PULVIS PECTORALIS Fritze.

Rec. Fol. Senn., Sem. Anisi, Rad. Liquir. āā Unc. semis, Sacch. alb. Unc. duas et semis.

PULVIS PECTORALIS Niemann.

Rec. Sal. Ammon., Succi Liquir. āā Drachm. duas, Elaeosacch. Foenic. Drachm. tres, Sacch. Lact. Drachm. quinque; aliter: Sacch. Lact. Unc. unam, Gummi Arab. Drachm. quinque, Elaeosacch. Foenic. Drachm. tres.

PULVIS PECTORALIS Pierquin.

Rec. Antimon. diaphor., Nitri tabulat. āā Drachm. unam, Oculor. Cancr.. Flor. Sulph., Rad. Enulae āā Drachm. duas, Kermet. min. Gran. sex; aliter: Benzoes, Sacch. alb. āā Unc. quatuor.

PULVIS PECTORALIS Sellii s. Arnicae opiatus.

Rec. Pulv. Flor. Arnic., Nitri antimoniat., per inspissationem parati, āā Unc. unam, Opii Gran. quatuor, Camphor. Gran. decem.

PULVIS PECTORALIS RESOLVENS Wedelii Ph. Wirt.

Rec. Rad. Ari, Ireos Florent., Antimon. diaphoret., Flor. Sulphur., Cinnab. nativ., Ocul. Cancr. āā Unc. semis.

PULVIS PECTORALIS ROBORANS Vogler Weilb

Rec. Pulv. pectoral Voglebi Unc. semis, Cort. Chinae Drachm. duas.

PULVIS PECTORALIS TEMPERANS Vogler Weilb.

Rec. Pulvis pectoral. Voglebi Drachm. sex, Nitri Drachm. duas.

PULVIS PECTORALIS Tros.

Rec. Gelatin. Lich. Isl. Libr. semis, Sacch. albi Unc. quatuor, Gummi Arab. Unc. unam. M. et exsicca leni calore, donec massa in pulverem redigi potest.

PULVIS PECTORALIS Voglebi Weilb.

Rec. Spec. Diaireos Drachm. sex, Rad. Paeoniae Drachm. duas, — Liquir., Flor. Sulph. āā Drachm. unam et semis, Magnes. alb. Drachm. unam, Croci Drachm. semis, Sacch. alb. Unc. tres et semis.

PULVIS AD PEDICULOS s. pediculorum.

Rec. Rad. Hellebor. alb. Unc. duas, Sem. Staphidisagriae, Baccar. Lauri, Cocculi indic., Hb. absinth. āā Unc. unam, Semin. Sabadill. Unc. semis, f. pulv. grossiusc.

PULVIS PHELLANDRII AQUATICI Augustin.

Rec. Pulv. Sem. Phellandr. aq. Gran. quinque, Sacch. Lact. Gran. decem, Nitri dep. Gran. sex, Gummi Arab. Gran. octo.

PULVIS AD PHRENESIM POTATORUM Vogt.

Rec. Opii puri Gran. unum ad duo, Nitri dep. Gran. sex ad decem, Pip. albi Gran. quatuor, Rad. Liquir Gran. decem. M. f. pulv. dent. dos. tal. duodecim.

PULVIS PLEURITICUS Ph. Wirt., Palat.

Rec. Mandibul. Lucii piscis, Dentium Apri, sine igne praep., Lapid. Percar., Talor. Lepor., āā Unc. semis, Ocul. Cancr. praep. Unc. unam, Sem. Cardui bened. Drachm. duas.

PULVIS PLEURITICUS Mynsichti Ph. Wirt.

Rec. Flor. Sulph. Unc. semis, Dent. Apri, Mandibul. Lucii piscis āā Unc. unam, Flor. Papav. Unc. semis.

PULVIS PLUMBI COMPOSITUS Swediaur.

Rec. Cerussae Unc. unam, Cort. Quercus Libr. unam.

PULVIS AD POLLUTIONES NOCTURNAS PIERQUIN.

Rec. Cornu Cervi ust., Oss. Sepiae āā Unc. semis.

PULVIS PORCORUM Disp. Brunsv.

Rec. Baccar. Lauri, Rad. Aristoloch. āā Libr. unam, — Hellebori albi, — — nigri āā Unc. quatuor, — Cardopat., — Gentian. rubr., — Enulae āā Unc. duas, Sem. Siler. montan. Unc. decem, Flor. Sulph. Libr. octo.

PULVIS AD POTUM s. refrigerans, s. temperans Ph. Saxon. 1837.

Rec. Nitri Unc. unam, Cremor. Tart. Unc. tres, Sacch. alb. Unc. sex.

PULVIS PRAECIPITANS STAHLII Ph. Wirt.

Rec. Conchar. praep., Matr. Perlar., Cornu Cervi ust., Oculor. Cancr. praep. āā Unc. semis, Antimon. diaphor. Drachm. unam, Cinnabar. Drachm. semis.

PULVIS PRINCIPIS = Mercurius praecipitatus ruber.

PULVIS PRINCIPIS DE CARIGNAN = Pulvis epilepticus MARCHIONIS.

PULVIS AD PROLAPSUM ANI SWEDIAUR.

Rec. Boli Armenae, Flor. Granat. sicc. āā par pond.

PULVIS AD PTYALISMUM s. ad salivationem HAHNEMANN.

Rec. Hepat. Sulphur. salini Scrup. quatuor, Cremor. Tart. Unc. semis, div. in 24 part. aeq.

PULVIS PUERORUM CITRINUS Disp. Brunsv.

Rec. Rad. Ireos Flor. Unc. octo, — Liquir. Drachm. sex, Sem. Anisi, — Foeniculi āā Drachm. tres, Croci Drachm. duas. Ph. Hann. 1833: Magnes. alb. Drachm. sex, Rad. Ireos Flor., Sem. Anisi, Sacch. albi āā Drachm. duas, Croci, cum Spir. Vini pauxillo terendi, Scrup. unum.

PULVIS PUERORUM EVACUANS Disp. Brunsv.

Rec. Calomel. Unc. semis, Resin. Jalapp., cum Amygdal. dulc. excorticatarum Scrup. quatuor subigendae, Drachm. duas, Sacch. albi Unc. unam, Antimon. diaphoret. Scrup. duos, Olei de Cedro Gutt. duas.

PULVIS PUERORUM CUM RHEO vid. Pulvis infantum cum Rheo.

PULVIS PURGANS.

Disp. Fuld.: Rec. Pulv. Jalapp. Drachm. semis, Cremor. Tart. Scrup. unum. Ph. Dan. vid. Pulvis Jalappae salinus. Ph. Ferrar.: Magnes. alb. Unc. unam, Rad. Rhei Drachm. unam. Ph. Succ. vid. Pulvis Jalappae cum Mercurio. Confer praeterea Pulv. Rhei comp., Pulv. Sennae comp., Pulp. Scammonii comp., Ph. paup. Hufel.: Rad. Jalapp., Cremor. Tart., Elaeosacch. Foenic. āā par pond.

PULVIS PURGANS ABSORBENS SWEDIAUR.

Rec. Cretae praep., Flor. Sulph. āā Unc. unam.

† PULVIS PURGANS ANTHELMINTHICUS SWEDIAUR.

Rec. Calomel. part. unam, Cinnamomi part. duas.

PULVIS PURGANS RICHARD.

Rec. Sal. SEIGNETT. Gran. decem, Rad. Rhei Gran. quinque; vel: Rad. Rhei Scrup. unum, Scammon. Scrup. unum.

PULVIS PURGANS SUNDELIN.

Rec. Natr. phosphor. Unc. unam, Elaeosacch. Macid. Drachm. duas.

PULVIS PURIFICANS BOERHAVE.

Rec. Pulv. Hb. Scordii Unc. duas, Vitrioli alb. Drachm. sex, Aloës Drachm. unam.

PULVIS PURIFICANS Ph. paup. HUFEL.

Rec. Resin. Gajaci Drachm. semis, Aethiop. antimon., Magnes. alb. āā Gran. decem, Elaeosacch. Foenic. Drachm. semis.

PULVIS PURIFICANS JASSERI.

Rec. Antimon. crudi laevig, Flor. Sulph., Nitri, Rad. Ireos āā Gran. sex.

PULVIS PURIFICANS KAEMPFII.

Rec. Antimon. crudi laevig., Magnes. alb. āā Drachm. unam, Cort. Aurant. Drachm. semis.

PULVIS PURIFICANS VOGLER Weilb.

Rec. Antimon. crudi laevig. Unc. semis, Magnes. alb. Drachm. unam, Sacch. albi Drachm. quinque.

PULVIS PURIFICANS STAHLII Disp. Brand.

Rec. Conchar. praep. Drachm. duas, Calomel. Drachm. unam.

PULVIS PURPUREUS ANGLICUS Ph. Wirt.

Rec. Ocul. Cancror., Chelar. Cancr. āā Unc. duas, Corall. rubr., Nacrae Perlar., Succin. alb., Cornu Cervi sine igne praep. āā Unc. unam, Coccionell. Scrup. duos, Croci Scrup. unum. Coccionella et Crocus cum Aceto primum irrorentur.

PULVIS PYRICUS DE STRUENSEE.

Rec. Nitri part. sex, Sulphuris, Carbon. āā part. unam.

PULVIS CONTRA PYROSIN HEIMII.

Rec. Carbon. ppt. Unc. unam semis, Lign. Quass., Magnes. carbon. āā Drachm. duas.

PULVIS CONTRA QUARTANAM.

Rec. Limatur. Ferri alcohol. Drachm. unam, Chinae Drachm. unam et semis, Calomel., Sal. Absinth., Arcani duplic. āā Drachm. semis, Opii Gran. unum et semis.

PULVIS QUERCINUS COMPOSITUS AUGUSTIN.

Rec. Cort. Querc. tenerior. Scrup. unum, Rad. Calami arom., — Gentian. rubr. āā Gran. quinque. M., f. pulv. d. tal. dos. q. pl..

PULVIS AD RABIEM = Pulvis antilyssus.

PULVIS RADICIS BELLADONNAE RAHLEIS.

Rec. Pulv. Rad. Bellad. Gran. tria ad quinque, Rad. Liquir., Sacchari āā Drachm. tres, Pulv. Ipecac. comp. Gran. duodecim, Sulph. dep. Gran. viginti ad viginti quinque, Ol. Anisi, Succini āā Gutt. duas ad tres. M.

PULVIS CONTRA RHACHITIDEM GOELIS.

Rec. Limatur. Mart. alcoh. Drachm. unam, Lap. Cancror. Unc. semis, Sacch. alb. Drachm. duas.

PULVIS REFRIGERANS vid. Pulvis pro Limonata.

PULVIS REFRIGERANS SUECICUS.

Rec. Sacch. alb, Unc. octo, Acid. tartaric. Unc. duas, Ol. de Cedro Gutt. septem.

PULVIS RESOLVENS ANTIPHLOGISTICUS Disp. Fuld.

Rec. Pulv. Rad. Senegae, Nitri āā Drachm. unam.

PULVIS RESOLVENS BERENDS.

Rec. Sap. medic. Drachm. unam, Magnes. carb. Drachm. unam semis, Rad. Rhei opt. Drachm. semis, Elaeosacch. Foenic. Drachm. tres; vel: Sulph. dep. Drachm. duas, Tart. dep. Drachm. sex. Sacch. alb. Drachm. duas; vel: Sulph. dep. Drachm. duas, Sem. Foenic, Sacch. alb. āā Drachm. tres; vel: Sulph. praecip. Drachm. unam ad unam et semis, Magnes. carb. Drachm. duas, Elaeosacch. Menth. crisp. Drachm. tres.

PULVIS RESOLVENS Ph. Slesv.-Hols., s. stibiatus.

Rec. Arcani duplic. Unc. quatuor, Nitri, Antimon. diaphoret. āā Unc. duas.

PULVIS RESOLVENS COMPOSITUS Ph. Wirt.

Rec. Pulv. resolvent. STAHLII Unc. tres, Extr. Cascarill. Unc. unam.

PULVIS RESOLVENS RICHTER.

Rec. Natri sulph. sicci Drachm. duas, Macid. Scrup. unum, Rad. Columbo Unc. semis.

PULVIS RESOLVENS STAHLII Ph. Wirt.

Rec. Concharum sine igne praep., Antimonii diaphoret., Nitri crudi puriss. āā Unc. duas. Misce fiat pulvis.

PULVIS RESOLVENS VOGLER.

Rec. Natr. carb. sicci Drachm. duas, Tart. dep. Drachm. sex, Sacch. alb. Drachm. tres.

PULVIS RESTAURANS Ph. paup. Hamb.

Rec. Pulv. Cacao tost. Unc. octo, — Oryzae, Sacch. alb. āā Unc. quatuor, Cinnam. Drachm. unam.

PULVIS RHEI COMPOSITUS Ph. Bor. mil. 1828.

Rec. Rad. Rhei part. unam, Arcani duplic. part. tres.

PULVIS RHEI CUM MAGNESIA vid. Pulvis Infantum cum Rheo.

PULVIS RHEI OPIATUS Hosp. St. Barth.

Rec. Rad. Rhei Gran. quindecim, Pulv. Cretae cum Opio Gran. decem.

PULVIS RHEI SALINUS s. Pulvis digestivus Ph. Suec.

Rec. Sal. amar., Rad. Rhei āā par pond.

PULVIS RHEI CUM TARTARO Ph. Dan. mil.

Rec. Rad. Rhei, Cremor. Tart. āā Unc. semis, cf. Pulvis lenitivus tartarisatus.

PULVIS RHEUMATICUS ANODYNUS s. stibiato opiatus AUGUSTIN.

Rec. Opii puri Gran. quatuor, Tart. emet. Gran. duo, Rad. Valer. min. Drachm. duas. M., div. in sex part. aeq.

PULVIS ROBORANS ANTISPASMODICUS Ph. paup. Hamb.

Rec. Rad. Valerian. Unc. unam, Ligni Quassiae Unc. semis..

PULVIS ROBORANS BERENDS.

Rec. Rad. Valer. min. Drachm. duas, Fol. Aurant. Unc. semis, Sacch. alb. Drachm. sex; Cort. Chin. Drachm. sex, Elaeosacch. Flaved. Aurant. Drachm. tres, Laudan. SYDENH. Gutt. 24, div. in 12 part. aeq.

PULVIS ROBORANS CAMERARII vid. Pulvis confortans CAMERARII.

PULVIS ROBORANS GOELIS.

Rec. Ferri pulv., Resin. Guajaci nat. āā Drachm. semis, Conch. praep. Unc. semis, Sacch. albi Drachm. duas. M. f. pulv.

PULVIS ROBORANS HEIM.

Rec. Pulv. Carbon. Unc. unam semis, Ligni Quass., Magnes. carb. āā Drachm. duas.

PULVIS ROBORANS MARTIALIS Ph. paup. Hamb.

Rec. Cort. Chinae Unc. unam, Flor. Cass. Drachm. unam, Limatur. Martis. alcohol. Drachm. duas.

PULVIS ROBORANS WENDT.

Rec. Extr. Myrrh. aq. Gran. duodecim, Lap. Cancr. praep. Drachm. semis, Sacch. albi Drachm. unam semis; vel: Aethiop. Martial. Gran. duodecim, Elaeosacch. Macid. Drachm. duas. M., f. pulv., div. in 12 part. aeq.

PULVIS RUBIAE TINCTORUM COMPOSITUS.

Rec. Rad. Rubiae Unc. semis, Myrrh., Boracis āā Drachm. unam.

PULVIS RUBIAE TINCTORUM CUM SPONGIA USTA AUGUSTIN.

Rec. Pulv. Rub. tinct. Scrup. unum, Rhei, Lap. Spong. mar. ust. āā Scrup. semis. M. — Vel: Pulv. Rub. tinct. Scrup. unum, Spong. marin. ust. Scrup. semis. M.

PULVIS RUDINGII.

Rec. Antimonii cathartici WILSONI Gran. duo, Tartari emet. Gran. unum.

PULVIS SABINAE CUM AERUGINE Hosp. St. Barth.

Rec. Fol. Sabinae, Aerugin. āā Unc. unam.

PULVIS SACCHARI ACIDULUS = Pulvis pro Limonata.

PULVIS SABINAE COMPOSITUS Ph. Ruth. castr.

Rec. Pulv. Hb. Sabinae, Croci Mart. aperitiv., Zingiberis, Pulv. aromat. āā par pond.

PULVIS SALICIS COMPOSITUS Ph. Ruth. castr.

Rec. Cort. Salicis Unc. novem, — Quercus Unc. duas, Rad. Gentianae Unc. unam.

PULVIS SALINUS COMPOSITUS vid. Pulvis Cheltenhamensis, vel Pulvis antispasmodicus STAHLII.

PULVIS AD SALIVATIONEM vid. Pulvis ad ptyalismum.

PULVIS SALIS AROMATICUS HENRY-GUIBOURT. *Poudre saline aromatique.*

Rec. Sal. marin. decrepitat. Libr. quadraginta octo, Gallar. Alepp., Aloës Succotr. āā Libr. duodecim, Gum. Benzoës, Ladan., Myrrh., Tacamahac. flav., Cinnamom. Ceylan., Cort. Winteran., Zingiber., Caryophyll., Nuc. Moschat., Piper. Jamaicens., Piper. nigr., Lign. Lign. Santal. citr. āā Libr. duas. Contusa misc.

PULVIS SANGUINIS DRACONIS DENTIFRICIUS vid. Dentifricium siccum (p. 251).

PULVIS SAPONATUS PRO MANU.

Rec. Sap. Venet. albi Unc. semis, Farin. Fabar. Unc. unam semis, Rad. Irid. Flor., Natri carb. sicci āā Drachm. duas, Ol. Citri Gutt. sex. (Cf. Pulvis cosmeticus.)

PULVIS SAPONIS COMPOSITUS AUGUST.

Rec. Pulv. Sapon. med. Gran. decem ad viginti, Magnes. carb., Sacch. albi, Rhei āā Drachm. semis. M. f. pulv. — Vel: Rec. Fell. Tauri insp. Gran. unum, Sapon. med., Rad. Ari āā Gran. tria.

PULVIS CONTRA SCABIEM s. antipsoricus.

Ph. paup. Hamb.: Rec. Flor. Sulphur., Antimon. crud. praep. āā Unc. semis, Magnes. alb. Drachm. duas. CADET: Flor. Sulphur., Carbon. Lignor., Pulv. Laterum āā par. pond. Ph. Herbip.: Flor. Sulph., Aethiop. antimon., — mineral. āā Unc. unam.

PULVIS AD SCABIEM JASSERI.

Rec. Flor. Sulphur. lot., Antimon. crud. praep., Rad. Ireos Flor., Nitri dep. āā Gran. sex.

PULVIS SCAMMONII COMPOSITUS, s. hermodactylatus, s. Diacarthami, s. purgans. Zusammengesetztes Scammoniumpulver. *Poudre de Scammonée composée.*

Ph. Lond. 1836: Rec. Scammonii, Extr. Jalapp. duri āā Unc. duas, Zingiberis Unc. semis. Ph. Edinb.: Scammonii, Cremor. Tart. āā part. aeq. Ph. Parm.: Hermodactylorum, Sacch. alb. āā Drachm. decem, Rad. Turpethi, Scammonii āā Drachm. sex, Rad. Zingib. Drachm. tres. Ph. Sard.: Sem Carthami Drachm. sex, Gummi Tragacanth., Hermodactyl., Scammonii aa Unc. semis, Cinnamomi, Rad. Liquir. āā Drachm. duas, Rad. Turpethi Unc. unam.

PULVIS SCAMMONII CUM HYDRARGYRI SUBMURIATE Ph. St. Barthol.

Rec Scammonii, Calomel, Sacch. albi āā Drachm. duas.

PULVIS SCAMMONII CUM ALOE GRAY.

Rec. Scammonii Drachm. sex, Extr. Jalapp., Aloës āā Unc. unam et semis, Zingib. Drachm. semis.

PULVIS SCILLAE COMPOSITUS. Zusammengesetztes Meerzwiebelpulver. *Poudre de Scille composée.*

Ph. Fenn., Suec.: Rec. Pulv. Scill. part. unam, Cremor. Tart. part. quatuor, Nitri dep. part. tres, Pulv. aromat. part. duas. Ph. Dan. mil.: Scill. part. unam, Cremor. Tartari part. viginti quinque, Elaeosacch. Foenic. part. quinque. Disp. Fuld.: Scill., Zingiberis aa Gran. duodecim, Arcani duplic. Drachm. duas.

PULVIS SCILLAE COMPOSITUS STAHLII Ph. Wirt., Palat., Sard., Brunsv.

Rec. Rad. Scillae recent. Libr. unam, — Vincetoxici sive Hirundinariae pulv. Unc. quatuor. Scilla recens in mortario marmoreo, pistillo ligneo, in pultem contundatur, cui addatur Vincetoxici radix siccata et recens pulverisata, impastentur; postea leni calore exsiccatae rursus pulverisentur.

PULVIS SCILLAE CUM NATRO CARBONICO s. diureticus Ph. Bor. mil. 1828.

Rec. Natri carbon. sicci Drachm. semis, Rad. Scill. Gran. sex, — Calami aromat. Drachm. semis, Sacch. alb. Drachm. duas, Ol. Junip. Gutt. novem.

PULVIS SCORDII CUM OPIO vid. Species Diascordii.

PULVIS SEDATIVUS VOGLERI Weilb.

Rec. Sacch. Lact. Drachm. sex et semis, Magnes. alb. Drachm. unam, Flor. Zinci, Extr.

Hyoscyami āā Scrup. unum; vel: Sacch. Lact. Drachm. duas ad tres, Amyli Drachm. unam, Rad. Ipecacuanh., Opii āā Gran. duo.

PULVIS SEDATIVUS WETZLERI.

Rec. Pulv. Rad. Belladonn. Scrup. unum, Sacch. alb. Scrup quatuor, div. in 96 part. aeq.

PULVIS SEDLITZENSIS. Seltferpulver. *Poudre de Seltz. Soda powder* (anglice).

Rec. Acidi tartarici Drachm. quinque et semis, divide in duodecim partes aequales (Granorum $27\frac{1}{2}$) et immitte singulas in capsulas chartaceas albas. Seorsum recipe Natri bicarbonici Drachm. sex, divide in duodecim partes aequales (Drachm. dimidiae) singulas immitte in capsulas coeruleas.

Usus: Dissolve Acidi tartarici portiunculam in poculo capaci ad tertiam partem aquae fontanae frigidiusculae pleno, tum una vice Natri bicarbonici portiunculam injice, circumagita et potum effervescentem uno haustu absorbe.

Saccharum pro lubitu addi potest.

Nomen Sedlitzensis interpretatione falsa et soni similitudine a Sedlitz, ubi aqua soteria laxans amara prosilit, derivatum est, loco a Selters in ducatu Nassoviae, ubi Aqua alcalina carbonica, per totum orbem terrarum notissima, scaturit. Pulvis gasiferus laxans et jure majore Sedlitzensis dictus tali modo paratur: Rec. Acidi tartarici Drachm. sex; divide in novem part. aequales, dentur ad capsulas albas; Rec. Natri bicarbon. Drachm. sex, Sal. SEIGNETT. Drachm. duodeviginti, divide in part. novem; simili encheiresi miscentur et absorbentur.

PULVIS SEMINIS SANTONICI AUGUSTIN.

Rec. Sem. Santonici Gran. decem ad viginti, Calomel Gran. quinque ad decem. M. — Vel: Sem. Santon. Gran. decem ad viginti, Flor. Zinci Gran. unum ad tria.

PULVIS SENNAE ET AURANTIORUM KAUSCH.

Rec. Fol. Senn. Unc. semis, Flav. Cort. Aurant., Sem. Carvi sicc. āā Drachm. duas, Sacch. albi Drachm. sex. M. f. pulv.

PULVIS SENNAE COMPOSITUS.

Ph. Suec., Fenn.: Rec. Fol. Senn. Unc. duas, Scammonii Unc. unam, Cremor. Tartari Unc. quatuor. Ph. Lond. 1809: Fol. Senn., Cremor. Tartari āā Unc duas, Scammonii Unc. semis, Rad. Zingib. Drachm duas. Ph. Sard.: Fol. Senn. Unc. unam et semis, Cremor. Tart., Mechoacann. āā Unc. semis, Rhei Drachm. duas. Ph. Oldenb.: Fol. Senn., Sem. Anisi, Sacch. albi, Cremor. Tartari āā Unc. unam.

PULVIS SENNAE CUM SULPHURE vid. Pulvis Liquiritiae compositus.

PULVIS SIALAGOGUS vid. Pulvis Angelicae compositus.

PULVIS SODAE TARTARICUS v. tartarisatus vid. Pulvis aërophorus et Pulvis Sedlitzensis.

PULVIS SOLUTIVUS VOGLER Weilb.

Rec. Tart. emet. Gran. unum, Nitri, Cremor. Tartari āā Drachm. duas, Sacch. Lact. Unc. semis; vel: Tart. emet. Gran. unum, Arcani duplicat., Nitri, Cremor. Tartari, Sacch. Lact. āā Drachm. duas.

PULVIS IN SPASMATE VENTRICULI VOGT.

Rec. Bismuthi nitr. praec., Extr. Nuc. Vomic. spir. Gran. duo, Magnes. carb. Gran. tria, Sacch. alb. Gran. duodecim, Ol. Menth. pip. Gutt. duas; dent. dos. duodecim.

PULVIS SPONGIAE USTAE vid. Pulvis strumalis.

PULVIS STANNI SIMPLEX Ph. Gall. 1837.

Rec. Stannum purum, dictum Banca, leni calore liqua in cochleari ferreo, infunde in mortarium ferreum praevie calefactum, tum pistillo contere donec solidefactum fuerit. Pulverem subtilissimum cribri ope separa, et residuum eadem encheiresi repetenda in pulverem redige.

PULVIS STANNI MARTIATUS AUGUSTIN.

Rec. Stanni subt. pulv. Drachm. duas, Vitrioli Mart. Gran. quinque. M., div. in octo part. aequales.

PULVIS STERNUTATORIUS ALBUS, s. Elaeosaccharum Cephalicum CAMERARII Ph. Wirt.

Rec. Olei Majoranae, — Caryophyllorum, — Ligni Rhodii āā Gutt. tres, — Cinnamomi, — Citri, — Foeniculi Lavend. āā Gutt. duas, Moschi Gran. tria, Sacchari albiss. Unc. tres semis. Mixta exactissime in vitro serventur.

PULVIS STERNUTATORIUS ALBUS, s. Elaeosaccharum Cephalicum GMELINI.

Rec. Sacch. alb. Unc. duodecim, Ambrae griseae, Moschi āā Scrup. semis, Olei Cinnamomi, Caryophyll. āā Gutt. quindecim, — Anisi, — Anthos, — Lavendulae, — Majoranae āā Drachm. semis, — Ligni Rhodii, — Succini āā Scrup. unum. Ambra dissolvitur in oleis; Moschus vero in parva quantitate aquae Rosarum, quae postea Sacoharo commiscentur.

PULVIS STERNUTATORIUS AUGUSTIN.

Rec. Calomel Gran. decem, Camphor., Resin. Guajaci āā Gran. quinque, Sacch. albi Drachm. semis., Chinae Scrup. unum, div. in 20 part. aeq.

PULVIS STERNUTATORIUS GRIFFITH.

Rec. Sang. Dracon. Drachm. semis, Alumin., Boli Armen. āā Drachm. unam, Croci Mart. adstring. Drachm. duas.

PULVIS STERNUTATORIUS HUFELANDI.

Rec. Hb. Major., Flor. Lavend., Sacch. alb. āā Drachm. unam, Flor. Convall. maj., Sapon. medic. āā Drachm. semis, Ol. Caryophyll. et Bergamott. āā Gutt. duas.

PULVIS STERNUTATORIUS Nopsii Ph. Wirt.

Ph. Bor. ed. 2 et 5, Genev., Hann., Hass., Lipp., Oldenb., Ross. castr., Saxon. 1820, Slesv.-Hols. Baccae Juniperi maturae recenter collectae et contusae coquantur cum Aqua fontana donec mollescant tum modice exprimantur. Liquor expressus subsidendo et colando depuratus primo leni calore deinde in balneo aquae ad mellis consistentiam inspissetur. Ph. Bavar., Hisp., Parm., Sard., Saxon. 1837. infusione aquae fervidae parari proponunt — Ph. Gall. 1818 et 1837 aquae tepidae graduum triginta circa pondere triplo vel quadruplo bis extrahi praecipiunt. Ph. Polon., Fenn. atque Ferrar. quoque macerationem, ebullitione omnino evitata, commendant. SWEDIAUR residuum a destillationi Spiritus Juniperi clarificari et inspissari prave commendat. VAN MONS addito Fermento Cerevisiae fermentationem primum fieri, tum succum exprimi et consumi docet. Ph. Austr. 1820, Bat., Belg., Dan., Hamb. paup., Palat., Herbip. Baccas coctione in pulpam redige, quam per cribrum setaceum trajice. Succi expressi Libris quaternis adde Sacchari albi Libr. unam et ad mellis consistentiam consume. Disp. Brunsv., Fuld., Ross., Wirt. Succi expressi Libris octonis Libram unam Sacchari albi addunt. (Coctione baccarum contusarum nimia resinae copia extrahitur, quae acrimonium extracto affert. Maceratione baccarum integrarum nimia extracti jactura efficitur. Extractum aqua calida vel tepida ex baccis contusis paratum, nec viribus, nec sapore aliter parati superatur.)

ROOB DE LAFFECTEUR vid. Roob antisyphiliticum de LAFFECTEUR.

ROOB MORORUM, Roob Diamorum, Succus Mororum inspissatus. Maulbeerensaft. *Rob de Mûres.*

Ph. Wirt., Brunsv., Dan., Lipp. Rec. Succi Mororum expressi Libr. quatuor, Sacch. albi Libr. unam, coquantur ad mellis consistentiam. Ph. Palat.: Succi Libr. quinque, cet. par. Ph. Sard., Succi Libr. quinque, Mellis despum. Libr. unam.

ROOB MYRTILLORUM. Heidelbeerenmuß. *Rob de raisins de bois.*

Disp. Fuld., Lipp.. Rec. Baccas Myrtillorum q. v., contunde in mortario marmoreo, sepone per aliquot dies in cella, tum succum per linteum exprimo. Hujus succi Libris quaternis adde Sacchari albi Libr unam, et cauta evaporatione ad mellis consistentiam redige.

ROOB NUCUM JUGLANDIUM, s. Roob Nucum. Wallnußmuß. *Roob de Noix.*

Disp. Brunsv., Ph. Wirt.: Rec. Nucum Jugland. immaturarum, circa festum Joannis Baptistae collectarum, q. l., contunde, succum exprime. Hujus Succi et Mellis despumati āā Libr. una ad pastae consistentiam redigantur. Disp. Fuld.: Nuc. jugland. contus. Libr. unam coque cum Aq. comm. Libr. duabus, exprime, adde Mellis despumat. pondus aequale juste evaporent. Ph. Austr. 1820, Pal., Herbip.: Rec. Succi expressi Libr. duas, Mellis despumati Libr. unam, inter coctionem spumam adime, tum balneo aquae ad justam Roob consistentiam redige. Ph. Slesv.-Hols.: E nucleis immaturis in mortario lapideo contusis exprime succum, quem cum Mellis despumati pari pondere in lebete stanneo ad consistentiam mellis inspissa, sub finem addendo pro quavis Libra Succi Cinnamomi Drachm. duas.

Vis: resolvens, mundificans, leviter adstringens. Conf. Extr. Juglandis Nucum (p. 405).

ROOB OXYCOCCI. Moosbeerenmuß. *Roob de Canneberge des marais.*

Ph. Ross.: Succi expressi Baccarum Vaccini Oxycocci Libr. sex, et Sacchari albi Libr. una simul ad roob consistentiam evaporent.

ROOB PRUNORUM vid. Pulpa Prunorum.

ROOB PRUNORUM SILVESTRIUM. Schlehenmuß. *Rob de Prunelles.*

Rec. Fructus Pruni silvestris q. v., contunde in mortario et succum exprime, hunc addita quarta sui ponderis parte Sacchari albi in Roob consistentiam redige.

ROOB PURIFICANS AMARUM DEVERGIE.

Rec. Rad. Bardan., — Lapath., Hb. Sapon., Lign. Guajac. āā Libr. duas, Fol. Senn. Unc. octo, Mellis, Sacch. alb. āā Libr. decem, Aq. comm. Libr. triginta, f. l. a. roob.

ROOB RIBIUM vid. Gelatina Ribium (p. 454).

ROOB RIBIUM NIGRORUM. Schwarz-Johannisbeerenmuß.

Disp. Lipp.: Baccae Ribium nigrorum contusae per duos dies in cellam seponantur, tum succus exprimatur, per subsidentiam et colationem per pannum laneum depuratur, et addita quarta parte Sacchari albi in roob consistentiam evaporet.

ROOB ROSÆ CANINÆ vid. Roob Cynosbati.

ROOB RUBI IDÆI vid. Gelatina Rubi Idaei (p. 454).

ROOB SAMBUCI. Hollunderbeerenmuß. *Rob de Sureau.*

Synon.: Succus Sambuci inspissatus et depuratus, Roob Baccarum Sambuci sine Saccharo et cum Saccharo. Pulpa Sambuci. Fliedermuß, Hollundermuß. *Extrait de baies de sureau.*

Rec. Baccas maturas Sambuci nigrae contunde in mortario lapideo ope pistilli lignei, Succum preli ope ex sacculo linteo exprime, sepone ut faeces subsidant per dies aliquot, tum cola.
Hujus Succi Libris sedecim adde
Sacchari albi Libram unam, et leni calore ad Roob consistentiam inspissa.
Vis: diaphoretica.

Sit pulpa coloris intense rubri vel fusci, in aqua solutione parum turbida e nigrescenti-fusca solubilis, saporis dulcis aciduli, sambucini. Cuprum ne contineat, quod facillime ope spathulae ferreae immersae exploratur.
Usus: in refrigerio.

Cum formula superiore conveniunt Ph. Bavar., Slesv.-Hols., Lipp., Hass., Oldenb., Polon., Saxon. 1837, Bor. ed. 3. Succi Libras quinque et unam Sacchari vult Ph. Edinb., Succi Libr. quatuor Ph. Dan., Disp. Fuld., Succi Libr. sex Disp. Brunsv., Ph. Ross., Wirt., Succi Libras novem Ph. Austr. praecipit. Ph. Bor. ed. 5, hac in re non bene consulta, praecipit Succum Sambuci crudum iterum Aqua solvi, post decanthationem colari, ad syrupi consistentiam evaporare, et partem sedecimam Sacchari albi (pro ratione Succi crudi) addi. Minime enim probandum est medicamenta ex culina rustica coemi et repurgatione tantum ad usum medicum adaptari. Pharmacopola ipse Succum Sambuci inspissatum et non quidem crudum, sed purum statim ab ovo praeparet. Ph. Dubl., Gall. 1818 et 1837, Genev., Lipp., Sard. Succum absque Saccharo admixto in roob formam inspissari volunt.

ROOB SAMBUCI DEPURATUM Ph. Bor. ed. 5. vid. vocem antecedentem.

ROOB SORBI AUCUPARIAE. Vogelbeerenmuß. *Rob de Sorbes.*

Disp. Fuld., Lipp.: Baccae Sorbi aucupariae in mortario contusae, coquantur, addita aqua ut pollicem superemineat, per horam dimidiam, tum exprimantur. et succus expressus ad roob consistentiam evaporet.

ROOB SPINAE CERVINAE s. Rhamni. Kreuzbeerenmuß. *Rob de Nerprun.*

Ph. Gall. 1837: Rec. Baccas Rhamni cathartici contunde et sepone in locum separatum ut fermentationem subeant, tum exprime et leni calore ad roob consistentiam fac evaporare. Ph. Austr. 1834: Succi expressi Libr. novem, Sacchari albi Libr. unam, redige evaporando ad roob consistentiam.

ROOB TONICUM ET ANTIPERIODICUM PIERQUIN.

Rec Cort. Citri, — Aurant. āā Unc. unam et semis, Infus. Fol. Ulmariae Libr. semis, Aq. Naphae Unc. unam, contunde, cola, adde Chinae Drachm. duas, Syr. Cort. Aurant. Unc. duas.

ROOB UVARUM, Sapa Uvarum. Traubenmuß. *Rob de raisins.*

Succus uvarum expressus, qui mustum (Most) audit, leni calore ad roob consistentiam evaporet.

ROOB VITIS IDAEAE. Preißelbeerenmuß. *Rob de Canneberge ponctuée.*

Disp. Fuld.: Succus expressus baccarum Vitis Idaeae cum quadrante Sacchari albi ad roob consistentiam evaporet. Disp. Lipp. absque Saccharo.

ROTULAE, *Synon.* Trochisci, Pastilli, Tabellae, Zeltchen, Kügelchen, Rädchen, *Pastilles*, *Tablettes*, *Trochisques*, vide Pastilli et Trochisci; omnia de Rotulis valent, quae de illis dicta sunt. Rotula diminutiva vox est a rota derivata et rotam parvam a similitudine formae significat; ergo idem est latine, quod graece τροχίσκος dicitur.

RUBRUM HISPANICUM vid. Carthamium (p. 151).

SABADILLINUM vid. Veratrinum.

SACCULUS OPHTHALMICUS CHELII. Chelius Augensäckchen.

Rec. Flor. Chamom., — Sambuc. āā Unc. unam, Farin. Fabar. Unc. semis.

SACCULUS RESOLVENS SOUBEIRAN.

Rec. Sal. Ammon. pulv., Calcar. ustae extinctae āā par pondus, mixta condantur inter strata duo gossypii, quae omnia sacculo gossypino suscipiantur.

SACCHARUM ALUMINATUM s. Aluminis Ph. Bor. ed. 5.

Rec. Sacchar. albi, Alumin. pulv. āā par pondus.

SACCHARUM ANTHELMINTHICUM vid. Mercurius saccharatus (p. 549).

SACCHARUM ASPARAGI AQUOSUM. Spargelzucker. *Saccharolé d'Asperges aqueux.*

Rec. Turionum Asparagi recentium quantum vis, exprime succum, sepone, decantha et liquorem calefac in balneo Mariae, ut albumen coeat, filtra, evapora lenissimo calore ad mellis consistentiam, tum adjice Sacchari albi pulverati aequalem Succi recentis copiam, et in furno exsiccatorio penitus exsicca.

SACCHARUM ASPARAGI SPIRITUOSUM. Weingeistiger Spargelzucker. *Saccharolé d'Asperges alcoolique.*

Rec. Turiones Asparagi expressos, ex praeparatione antecedente residuos, extrahe cum Spiritu Vini rectificato sufficiente ut eos contegat. Macerentur per tres dies, tum exprimantur. Residuum iterum coquatur cum nova copia Spiritus Vini rectificati et exprimatur. Liquores commisceantur, et quadrantes tres destillatione eliciantur. Post refrigerium eandem Sacchari albi copiam, sicut in formula antecedente, admisce, et penitus exsicca.

SACCHARUM AURANTIACUM PURGANS. Gelber Laxirzucker. *Sucre orangé purgativ.*

Rec. Rad. Jalapp. Unc. semis, Tartari solubilis Drachm. unam, Sacchari albi Unc. tres et semis, Ol. Aurantior. Drachm. semis.

SACCHARUM CLARIFICATUM. Geklärter Zucker. *Sucre clarifié* (vid. Syrupus Sacchari).

Ph. Wirt.: Rec. Sacchar. albi Libr. duas, solve in Aquae comm. Libr. una, cola.

SACCHARUM GLYCYRRHIZATUM vid. Pasta Liquiritiae.

SACCHARUM HELICIATUM MOUCHON. Mouchon's Schneckenzucker. *Sucre helicié de Mouchon.*

Rec. Carnis Limacum, intestinis nigris rejectis, Unc. tres, aqua parum lava, disseca cultri ope adde Aquae communis Unc. octo, et per quadrantem horae ope virgulae salicinae pulsa. Tum cola cum expressione per linteum, adde Sacchari albi Unc. octo et evapora leni calore, denique exsicca in tepidario; serva in vitris bene clausis.

SACCHARUM HELMINTHOCHORTI. Wurmmooszucker. *Saccharolé de mousse de Corse.*

Rec. Helminthochorti Unc. sedecim, coque cum Aquae communis suff. quantitate per horas duas, cola, decantha, evapora, denique adde Sacchari albi Uncias triginta duas, Aq. Naph. Unc. quatuor; exsicca in tepidario.

SACCHARUM HORDEATUM. Gerstenzucker. *Sucre d'orge.*

Rec. Hordei Unc. octo, Aq. comm. Unc. centum, coctis per horam et colatis adde Sacch. albi Unc. sedecim, coque iterum ad filum, in tabulam marmoream vel aheneam effunde et justo tempore in fascias concide. Disp. Brunsv.: Sacch. albi Libr. duas, solve in decocti tenuis Hordei Libr. una et semis, clarifica albuminis ope, coque ad tabulandi consistentiam et effunde. Simplicius fit: Sacchari albi Libr. duas, coque cum tertia parte Aquae communis ad consistentiam tabulandi, adde Tinct. Croci Gutt. decem, Ol. de Cedro Gutt. duas, effunde in tabulam et concide in fascias.

SACCHARUM LICHENIS ISLANDICI. Isländischmooszucker. *Saccharolé de Lichen.*

Rec. Lichenis Island. ab amaritie liberati (quam vocem vide) Libr. unam, coque cum Aq. comm. suff. quantitate per longum temporis spatium, cola cum expressione, adde Sacchari albi Libr. unam, inter assiduam agitationem humorem consume evaporando, effunde iu tabulam, et penitus in tepidario exsicca, et in pulverem redige.

SACCHARUM MARTIS. Stahlzucker. *Sucre martial.*

Disp. Vienn.: Rec. Limaturae Martis Libr. quatuor, Cerevisiae albae, non nimis dulcis, Libr. octo, mixta stent in loco calido per mensem, cola, in vase ferreo evapora ad mellaginem, effunde in patellas vitreatas terreas et in loco calido penitus exsicca. Sit nigrum, splendidum.

SACCHARUM MERCURIALE vid. Mercurius saccharatus

SACCHARUM MERCURIALE COMPOSITUM Disp. Brunsv.

Rec. Sacch. albi Unc. duas, Mercurii vivi Unc. semis, contere ad extinctionem, adde Rad. Jalapp. Unc. semis.

SACCHARUM MERCURIALE VERMIFUGUM BAUME.

Rec. Aethiopis mineral. Unc. duas, Mercurii vivi Unc. tres, Sacch. albi Unc. septem, triturentur usque ad extinctionem.

SACCHARUM MYRRHATUM s. Myrrhae Myrrhenzucker. *Sucre myrrhé.*

Disp. Fuld., Lipp.: Rec. Extr. Myrrh. Unc. unam, Sacch. albi Unc. quatuor.

SACCHARUM NITRATUM SAUNDER.

Rec. Nitri Unc. unam, Cremor. Tart. Unc. semis, Sacch. albi Libr. unam, Mucil. Gummi Tragacant. q. s. ut fiant tabellae.

SACCHARUM PENIDIUM Disp. Brunsv. Gerstenzucker.

Saccharum album cum tertia parte aquae in consistentiam tabulandi coctum, in laminas marmoreas effusum, in lacinias dissectum, quae funiculi instar contorquentur. Pro virtute cum Saccharo hordeato convenit.

SACCHARUM ROSATUM TABULATUM Ph. Wirt.

Rec. Pulv. Flor. Rosar. rubr Drachm. duas, Sacchari albi in Aq. Rosar. soluti et ad consistentiam tabulati cocti Unc. quatuor, f. confectio in tabulis.

SACCHARUM VERMIFUGUM vid. Saccharum mercuriale vermifugum.

SAL ABSINTHII, Sal Herbarum, Sal Tachenianus, Sal Lixiviae TACHENII. Wermuthsalz. *Sel d'Absinthe.*

Ph. Wirt. et Cod. veteres Herbam Absinthii siccam in sartagine ferrea primum in carbonem deinde in cineres verti praecipiunt. Cineres aqua frigida exhauriantur et solutiones evaporatione ad siccum redigantur. Est Kali carbonicum impurum nec hodie adhuc praeparatur. Cineres clavellati depurati et Sal Tartari in ejus locum substituuntur.

SAL ABSINTHII CITRATUM vid. Kali citratum (p. 492).

SAL ACETI BARYTICUM vid. Baryta acetica (p. 126).

SAL ACETOSUM MINERALE vid. Terra foliata Tartari crystallisata.

SAL ALCALI VEGETABILE SICCUM vid. Alcali vegetabile causticum (p. 32).

SAL ALCALI VOLATILE SICCUM. Trocknes flüchtiges Alcali. *Alcali volatil concret.*

Synon.: Ammonium carbonicum purum, Subcarbonas Ammoniae s. Ammoniaci, Carbonas Ammoniae, Sesquicarbonas Ammonicus alcalinum solidum, Flores Salis Ammoniaci volatiles, Sal ammoniacus volatilis, Sal volatile, Sal urinosus purissimus, cet. Flüchtiges Salz, Reines kohlensaures Ammoniak. *Carbonate d'Ammoniaque.*

Rec. Salis Ammoniaci pulverati,
Cretae albae pulveratae,
antea bene exsiccatorum, āā quantum vis; intime mixta in retortam (fictilem et bene loricatam si adest) ingere, cujus capacitatis quadrantes tres repleantur. Impone retortam in balneum arenae furni anemii. Collo brevi atque amplo adaptetur excipulum vitreum vel fictile idoneum, capacitatis sufficientis, et in extremo fine parvo foramine perforatum, per quod aëri expandi permissum sit.

Ignem primum moderatum sensim augendum accende, donec vapores albi ex foramine emergi coeperint, tum hoc foramen leviter obtura, et aqua frigida circumfusa vel instillata excipulum refrigera. Ignis aequabilis nec nimis fortis obtineatur, donec vapores, primum nivei denique pellucidi facti fuerint. Ignis nunc portis furni claudendis suffocetur. Post refrigerationem apparatus dirimatur, ex excipulo parva copia liquidi, non rejiciendi, effundatur; retorta evacuetur et nova copia miscelae Salis Ammoniaci et Cretae immittatur; excipulum idem, sublimato sale non exemto, apponatur et sublimationis opera iisdem cautelis observandis, repetatur.

Hoc tertium quoque fiat, donec Salis volatilis crustae satis densae fuerint. Tum excipulum diffrange, Sal volatile exime et in lagenis ampli orificii bene obturandis conde et in cella serva. Ne sublimatione altera repurgetur, quia mixtio chemica variatur.

Part. const. Ammoniaci 2, Acidi carbonici 3, Aquae 2, Pond. Mixt. — ***Vis:*** nervina, diaphoretica, absorbens.

Sint frustula compacta, dura, albissima, texturae fibrosae crystallinae, odoris peculiaris insignis, Ammonium forte redolentia.

In igne plane avolet, solvatur in aquae duplo. Solutio cum acido hydrothionico colorem non monstret, cum acido nitrico saturata neque cum salibus baryticis, neque cum salibus argenteis praecipitatum gignat.

Usus: in febribus nervosis, rheumatismo chronico, paralysi, cet.; pharmaceuticus pro parando Spiritu MINDERERI et salibus Ammonicis diversis.

Sal volatile siccum in mercatura tantae bonitatis atque puritatis obvenit, ut pharmacopolae liceat hoc coemere. Coemtum imo melius est, quam quod ipse confeceris, quia in praeparandis magnis copiis experientia colligitur, quae singulo deest, tum quia praeparandi conditiones aequabiliores sunt. Sal volatile denique tam vilis pretii in Anglia ex pice liquida lithanthracum et aquis ipsi innatantibus praeparatur, quod id vilioris pretii praeparare nequeas. At caveas in coemendo Sale volatili ne Plumbum contineat, quod ex vasis refrigeratoriis plumbeis simul abraditur, et sensim in Plumbum carbonicum convertitur.

† SAL ALEMBROTH. Alembrothsalz. *Sel Alembroth, Hydrochlorate de Mercure et d'Ammoniaque.*

Ph. Gall. 1837: Rec. Mercurii sublimati corrosivi, Salis Ammoniaci āā partes aequales, intime triturando misce. Haec mixtio bene in locum salis duplicis crystallisati substituitur, quod difficilius et crystallisationibus repetitis obtinetur. Olim haec mixtio sublimationi subjiciebatur, quo factum est, ut Salis Ammoniaci magna pars primum avolaverit, denique Sal mixtum ex Sale Alembroth et Mercurio sublimato corrosivo obtentum fuerit.

† SAL ALEMBROTH INSOLUBILE vid. Mercurius praecipitatus albus.

SAL AMARUM DEPURATUM. Gereinigtes Bittersalz. *Sel amer depuré.*

Synon.: Magnesia sulphurica depurata, cetera Synonyma vide Part. I, p. 296.

Rec. Salis amari venalis quantum vis, solve in Aquae communis pari pondere, cola per linteum (vel si opus fuerit, filtra) et ad crystallisationis punctum fac evaporare. Crystallos collectas et in linteo eguttatas sicca ad aërem et serva. Vis, qualitates et usus vid. Part. I, p. 299.

SAL AMMONIACUM DEPURATUM vid. Flores Salis Ammoniaci simplices (p. 433).

SAL AMMONIACUM FIXUM s. salitum vid. Calx salita (p. 148).

SAL AMMONIACUM MARTIATUM. Eisensalmiak. *Fleurs martiales ammoniacales.*

Synon.: Ammonium muriaticum martiatum s. martiale, Ferrum ammoniatum, Flores Auri, Flores martiales, Flores Salis Ammoniaci martiales s. haematisati, Hydrochloras ammonicus cum sesquichloreto Ferri, Ferri Ammonio-chloridum, Murias Ammonii ferricus, Aroph PARACELSI, Calendulae minerales, Ens Martis, Ens Veneris BOYLEI, cet. Eisenhaltiger Salmiak. *Muriate de Fer et d'Ammoniaque.*

Rec. Salis Ammoniaci Uncias sedecim,
Ferri muriatici oxydati crystallisati Unciam unam,
in vase porcellaneo solve in quam minima Aquae destillatae copia, tum leni calore inter assiduam agitationem agitaculo vitreo, fictili vel ligneo ad siccum redige. Servetur in vasis bene clausis. Partes const. ex praeparatione patent. *Vis:* resolvens, tonica, diuretica, anthelminthica, emmenagoga.

Sit massa salina aurantiaca, saporis austeri pungentis, aqua ex toto solubilis, ad aërem humescens, cum bacillo liquore Ammonii caustici humectato admoto vapores albos non gignat, cum Ammonio caustico liquido praecipitatum fuscum exhibeat et liquor colatus coloris sit expers, nec coeruleus.

Usus: in obstructione lienis aliorumque viscerum, chlorosi, mensibus impeditis, febribus intermittentibus.

In parando Sale Ammoniaco martiato multum inter sese discrepant et auctores et Codices. Jam pridem sublimatione parabatur Salis Ammoniaci communis cum Li-

matura Martis, Lapide haematitio, Oxydo Ferri puro. Hac ratione praeparatum inaequabile, coloris lutei variabilis, obtinebatur. Postea sublimatio cum Sale Ammoniaco et Ferro muriatico oxydato instituebatur. Haec methodus in eandem vituperium incurrit, atque prior: sublimatum diversis stratis est coloratum. Crystallisatio quoque a multis laudata est, sed in hoc sale crystallisationis vis non magnas partes agit, quia crystalli coloratae tantum, neque Sal chemica affinitate junctum obtinetur. Tum quoque crystallisatione ipsa singula salia iterum secerni possunt. Sal crystallisatum vero colorem rubicundum splendidum fert, quia a pellucidate crystallorum magna Salis ferrici copia perspicitur. Certissima praeparandi ratio in evaporatione consistit, neque enim deperditio fit, neque varietatis periculum adest. Simile semper praeparatum obtinetur.

Ph. Boruss., Saxon. 1837 Sal. Ammoniaci Unc. octo, Liq. Ferri muriat. oxydat. Unc. unam et semis, crystallisatione paretur. Ph. Hann. Ferri muriat. oxyd. cryst. Unc. unam, Sal. Ammon. Unc. septem, evaporent ad siccum. Ph. Hamb. 1835 Sal. Ammon. Unc. octo, Liq. Ferri muriat. oxyd. Unc. tres, Aq. Libr. duas, evaporent ad siccum. Ph. Lond. 1836 Oxydi Ferri Unc. tres, Acid. Salis Unc. octo, Sal. Ammon. Libr. duas et semis, Aq. dest. Libr. quatuor, evaporent ad siccum. Ph. Austr. 1834 Sal. Ammon., et Ferr. muriat. oxyd. simul sublimentur. Ph. Dubl, Edinb. Crocus Mart. adstr. et Sal. Ammon. simul sublimentur. Ceteras varietates omittamus.

SAL AMMONIACUM MARTIATUM OXYDULATUM. Eisenchlorür-Salmiak. *Protochlorure de Fer et d'Ammoniaque.*

Rec. Ferri muriatici oxydul. Unc. unam, Salis Ammoniaci Unc. octo, solve in quam minima aquae fervidae copia, extemplo filtra, et liquorem in vase obturando loco frigido sepone ut crystalli concrescant. Liquorem crystallis innatantem vel integrum si crystallos demittere negaverit, cito evapora, iterumque refrigerandum sepone. Crystallos collectas charta bibula siccatas in vitro optime claudendo serva.

Crystalli anhydrae, coloris expertes, aqua persolubiles, saporis salini acris, expost subdulcis styptici atramentarii, aëris contactu in vasis clausis oxygenium, ideoque colorem flavum assumunt, quare in rem medicam suscipi aequum non est.

Ph. Gall. 1837 praecipit Ferri muriatici oxydulati (Chlorureti ferrosi) partem unam et Salis Ammoniaci partes tres simul evaporare, quae formula minime laudanda est, propter indolis chemicae incertitudinem.

SAL AMMONIACUM NITROSUM vid. Nitrum flammans (p. 587).

SAL AMMONIACUM SECRETUM GLAUBERI, Ammonium sulphuricum, Sulphas ammonii s. ammoniacale, Vitriolum ammoniacale. Glauber's geheimer Salmiak, schwefelsaures Ammoniak. *Sulphate d'Ammoniaque, Sal secret de Glauber.*

Rec. Olei Vitrioli quantum vis, dilue lege artis cum septuplo vel octuplo pondere aquae communis, satura cum Sale Alcali volatili sicco (Ammonio carbonico) ut hoc aliquantulum praevaleat, tum rite ad crystallisationem consume.

Crystallos collectas et siccatas conde. Lixivia matris evaporatione denuo crystallos gignunt.

Sit sal album, inodorum, saporis pungentis subamari, in aquae duplo solubile, in spiritu vini non solubile, ex toto volatile sed decompositum; solutio aquosa longa ebullitione acescit. *Part. const.* Ammoniaci 1, Acidi sulphurici 1, Aquae 2 Pond. mixt. *Usus:* hodie obsoletus, olim inter salia aperitiva habitum est.

Vilioris pretii hoc sal paratur ex Spiritu Cornu Cervi crudo et Gypso pulverato. Haec corpora decompositione gignunt Ammonium sulphuricum et Calcariam carbonicam, quae filtratione separantur; ex liquore filtrato crystallisatione Ammonium sulphuricum obtinetur. Praeparari denique potest ex Sale Ammoniaco et Oleo Vitrioli, si Acidum Salis destillatione abegeris. Residuum cum Spiritu Salis Ammoniaci neutralisatum idem Sal crystallisatione largitur. Denique ex Vitriolo Martis et Ammonio carbonico simul Crocus Martis aperitivus et Ammonium sulphuricum praeparantur.

SAL AMMONIACUM TARTARICUM vid. Tartarus ammoniatus.

SAL AMMONIACUM VOLATILE vid. Sal Alcali volatile siccum.

SAL ANGLICUM vid. Sal amarum.

† SAL ARSENICALE MACQUERI vid. Kali arsenicicum (q. 490).

SAL ASTRACHANENSE ARTIFICIALE, Sulphas Sodae et Magnesiae. Künstliches Astrachansalz. *Sulphate de Soude et de Magnésie.*

Rec. Sal. mirabilis Glauberi crystall. Unc. quatuor, Sal amari Unc. tres, intime misce.

SAL AURI PHILOSOPHICUM = Kali sulphuricum acidum (p. 493).

SAL BENZOES ACIDUM vid. Flores Benzoës (p. 481)

SAL BORACIS ACIDUM vid. Sal sedativum Hombergi.

SAL CARDUI BENEDICTI vel CENTAURII MINORIS idem quod Sal Absinthii (Cineres clavellati depurati).

SAL CATHARTICUM AMARUM vid. Sal amarum.

SAL CATHARTICUM PEARSONI = Natrum phosphoricum (p. 585).

SAL CHALYBIS = Vitriolum Martis.

SAL CHELTENHAMENSE BENNIE.

Rec. Sal. mirab. GLAUB. Gran. 120, Sal. amari Gran. 66, Sal. commun. Gran. 10, Vitrioli Mart. Grani quadrantem.

SAL CHINAE ESSENTIALE = Extractum Chinae frigide paratum.

SAL COMMUNE DEPURATUM, Natrum muriaticum depuratum. Gereinigtes Kochsalz. *Sel commun epuré.*

Sec. Salis communis quantum vis, dissolve in Aquae communis frigidae pondere triplo vel quadruplo, adde Solutionem Natri carbonici, quamdiu turbatio solutionis fit, filtra et evaporatione in crystallos redige, quas sicca.

SAL CORALLIORUM est Calcaria acetica vid. Sal Matris Perlarum.

SAL CORNU CERVI DEPURATUM. Gereinigtes Hirschhornsalz. *Sel de corne de cerf repurgé.*

Synon. vid. Sal Cornu Cervi I, p. 301.

Rec. Salis Cornu Cervi crudi partes octo,
Pulveris Carbonum Lignorum partem unam,
intime mixta in retortam ingere, et ex balneo arenae leni igne sublima. Ex retorta caute diffracta crustam Salis sublimati exime et in vasis vitreis, orificio amplo instructis, bene obturandis in cella serva. — *Vis:* nervina, diaphoretica.

Sit Sal coloris parum flavi vel decolor adeo, odoris fortis empyreumatici animalis et ammoniacalis, in luce colorem fuscum intensiorem induit, calore ex toto avolat, aqua facillime dissolvitur.

Usus: in febribus nervosis, asthmate, epilepsia, hypochondria, rheumatismo.

Codices de repurgando Sale Cornu Cervi passim discrepant. Sunt qui Sal absque additione alterum sublimari volunt. Ph. Bor. ed. 5. sublimationem cum duplo pondere Boli albae vult institui. Ph. Bor. ed. 3, Dan., Oldenb., Palat., cet. cum duplo pondere Cretae mixtum sublimari jubent; Ph. Bat., Bavar., Belg. octavam partem Carbonum, quam formulam secuti sumus, ante sublimationem admisceri suadent, Ph. Fenn., Suec., quartam partem habent. Ph. Wirt. Cretae quartam partem sumit, Ph. Fuld. tertiam. Sed haec parvi momenti sunt. Ph. Slesv.-Hols., Hamb. 1835 permittunt, Hann. 1833 praescribit Sal tali modo praeparari: Salis alcali volatilis sicci Unciae octo, et Olei animalis DIPPELII Drachmae duae bene mixtae simul sublimentur. Obtinetur Sal decolor et odoris semper aequabilis Sed experientia nondum compertum est, huic praeparato easdem virtutes medicas inesse, quae sali ad formulam veterem parato insunt.

SAL DENTIUM BOVIS = Sal Cornu Cervi.

SAL DIGESTIVUM SYLVII, Kali muriaticum, Murias Potassae, Chloretum Potassii, Chloretum Kalicum, Hydrochloras Potassae. Sylvius Digestivsalz, trocknes salzsaures Kali, hydrochlorsaures Kali. *Sel febrifuge de Sylvius, Chlorure de Potassium, Muriate de Potasse.*

Rec. Cinerum clavellatorum q. v., solve in Aquae frigidae sextuplo vel octuplo, filtra, satura cum Acido Salis crudo diluto, cavens ne hoc praevaleat, evapora ad crystallisationem.

Sit Sal decolor, in aëre persistens, saporis salsi pungentis amariusculi, calore rubicundo liquandus, aqua frigida non adeo facile, fervida facillime solubile.

Sal digestivum hodie e thesauro medico jure ejectum est. Raro accidet, ut hoc Sal ad formulam illam superiorem, normalem si rem solam adspicis, paretur. Saepius ex parergo obtinetur, sed laboribus non in omnibus laboratoriis obvenientibus, e. gr. Si Sal Ammoniacum cineribus clavellatis destillatur pro parando Sale volatili, in parando Sale Sodae ex Kali carbonico et Sale communi (rarius fiet), in parando Kali chlorico et Sale essentiale Tartari, in parando sapone domestico ad modum germanicum.

SAL DIURETICUM = Tartarus tartarisatus, — boraxatus, Terra foliata Tartari.

SAL DE DUOBUS = Arcanum duplicatum (p. 99).

SAL EBSHAMENSE = Sal amarum.

SAL ENIXUM = Kali sulphuricum acidum.

SAL ESSENTIALE BENZOES = Flores Benzoes.

SAL ESSENTIALE GALLARUM = Acidum gallicum.

SAL ESSENTIALE TARTARI. Weinsteinsäure. *Acide tartrique.*

Synon.: Acidum tartaricum, Acor tartaricus. Wesentliches Weinsteinsalz. *Sel essentielle de Tartre.*

Rec. Cremoris Tartari Libras duodecim,
Cretae albae pulveratae Libras quatuor.

In sartagine cuprea stanno obducta aquae communis sufficientem copiam (e. gr. Cremoris triplum vel quadruplum), ut capacitatis quadrans vacua remaneat fac ebullire, tum injice Cremoris Tartari Libras tres et Cretae Libram unam. Inter lenem agitationem effervescentia subsidat. Tunc denuo Tartari Libras tres et Cretae Libram unam injice et iterum agita donec effervescentia cessaverit. Hoc tertium et quartum repete ut Cremor Tartari et Creta tota invicem sese decomposuerint. Miscelam albam turbidam leni igne fove per aliquot horas, tentans interdum, utrum charta Lacmus coerulea a liquore in rubrum vertatur. Quod si fit, Cretae nova portiuncula adjiciatur. Creta optime ope cribri parvi in liquidum conspergitur.

Sedimentum sine subsidere, tum liquidum limpidum effunde, sedimentum collige in linteo expanso, et aqua fervida inspersa bene lava. Aquas lavatorias una cum liquore in sartaginem refunde et calefac ad ebullitionem et inter assiduam agitationem solutionem Calcis salitae (Lixivia matris fontium salinorum) instilla, quamdiu praecipitatum album efficitur. Solutionis Calcis salitae aliquid superaddere non nocet, sed certitudinem decompositionis totius secum fert.

Miscelam albam turbidam fac subsidere, decantha liquorem, in linteum expansum conjice et sedimentum collectum sedulo aqua fervida lava.

Liquores transgressos rejice, vel pro Sale digestivo Sylvii parando in crystallos redige.

Sedimenta ambo juncta in patinam plumbeam vel fictilem murrhinam, quam lapideam vocant, immitte, dilue cum aquae communis sufficiente copia in pultis liquidae formam, et inter strenuam agitationem sensim instilla

Olei Vitrioli crudi Libras octo.

Miscelam digere lenissimo calore per dies duos interdum totam agitaculo ligneo antea bene loto exagitans. Post dies sex vel octo liquidum innatans effunde et sedimentum (Gypsum) aqua lava, aquam lavatoriam filtrato superiori jungens. Liquores collectos ebulliendo in patina plumbea consume, donec pondus spec. 1,210 habeant, tum refrigescant et decanthatione atque filtratione a sedimento gypseo denuo excreto separentur.

Evaporationem nunc absque ebullitione in balneo aquae perge, donec pond. spec. 1,384 factum fuerit, i. e. ad pelliculam; nunc tota refrigerio et crystallisationi transmitte. Post dies tres

vel quatuor lixivia matris innatantia secerne et crystallos siccandas collige. Lixivia nova evaporatione ad pond. spec. 1,5 reducta novas crystallorum, jam magis magisque coloratarum, copias edunt. Lixivia ultima in urceis lapideis sibi derelicta postremum crystallorum agmen edunt.

Crystalli, quae primae obtentae sunt, saepius satis purae sunt; serius excretae repurgatione egent, quae solutione in aquae destillatae quam minima copia et crystallisatione efficitur. Part.. const. Carbonei 8, Hydrogenii 8, Oxygenii 10, Aquae 2 Pond. mixt. — *Vis:* temperans, analeptica, diuretica.

Sint crystalli, vel crustae crystallinae, decolores, inodorae, saporis acidi grati, in aëre persistentes, in aquae pondere duplo facile solubiles. Solutio diluta cum gas hydrothionico nullum praecipitatum, cum salibus baryticis nullum vel leve tantum praecipitatum gignat. Aëris accessu ignitae penitus comburantur.

***Usus:* in febribus pituitosis; praesertim vero pro potibus effervescentibus, Pulvere aërophoro et Sedlitzense parando adhibetur.**

In parando Sale essentiali Tartari, quod vero melius et certius in officinis chemicis praeparatur, et a pharmacopola coematur et de bonitate investigetur, Codicum dissensum facile omittimus. Proportiones quaedam, longo usu probatae, hic adnotentur, Calcariae tartaricae bene siccatae Unciae viginti sex ad decompositionem perfectam requirunt Olei Vitrioli Uncias decem. Oleum Vitrioli sit duplum pondus Cretae adhibitae, si nullibi jactura facta est.

SAL FEBRIFUGUM SYLVII = Sal digestivum SYLVII.

SAL GUINDRE.

Rec. Sal mirab. GLAUBERI sicci Drachm. sex, Nitri Gran. duodecim, Tart. emet. Gran. semis.

SAL JUNIPERI E LIGNO = Cineres clavellati depurati.

SAL DE LAGARAYE = Extractum Chinae frigide paratum.

SAL LIXIVIALE TACHENIANUM = Cineres clavellati depurati.

SAL MARGARITARUM est Calcaria acetica.

SAL MARTIALE LAGRESIE, Sulphas acidus Potassae ferruginosus. Lagresie's Eisensalz.

Rec. Vitrioli Mart. Drachm. sex, Arcani duplicati Libr. unam, Ol. Vitrioli Gutt. triginta sex.

SAL MARTIS MURIATICUS = Ferrum muriaticum oxydatum.

SAL MARTIS AMMONIACALE = Sal Ammoniacum martiatum.

SAL MATRIS PERLARUM, Sal Coralliorum, Sal Margaritarum, Sal Oculorum Cancrorum, Magisterium Margaritarum, Calcaria acetica. Perlmuttersalz, Corallen-, Krebsaugensalz, Essigsaurer Kalk. *Acetate de Chaux, Sel de nacre de perles.*

Rec. Matris Perlarum pulveratae (vel Concharum pulv., Coralliorum, Oculorum Cancrorum, vel denique Cretae albae) q. v., dissolve in Aceto destillato vel concentrato, filtra, et evaporatione ad siccum redige.

SAL MERCURIALE ACETATUM = Mercurius acetatus.

SAL MICROCOSMICUM, Sal nativum urinae, Sal fusibile urinae, Phosphas ammoniacus et natricus. Phosphorsalz, Phosphorsaures Natronammoniak. *Phosphate de Soude et d'Ammoniaque.*

Rec. Acidi phosphorici ex ossibus, nondum igniti, quantum vis, satura exacte cum Natro carbonico; seorsum recipe Acidi phosphorici ejusdem eandem copiam, satura exacte cum Sale volatili sicco vel cum Spiritu Salis Ammoniaci, liquores ambos junge, filtra et ad crystallisationem fac evaporare. Crystallos obtentas serva. Paratur etiam ex solutione partium sex Natri phosphorici crystallisati, et unius Salis Ammoniaci crystallisatione. Lixivia matris continent Sal commune. Sal ipsum facilius Chlori continet vestigia, ergoque minus purum est. *Usus:* reactorius cum tubo ferruminatorio.

SAL MIRABILE GLAUBERI **DEPURATUM.** Gereinigtes Glaubersalz. *Sel de* GLAUBER *epuré.*

Rec. Salis mirabilis GLAUBERI venalis Libras duodecim,
Aquae pluvialis Libras duodecim,

ambo immitte in sartaginem aheneam vel cupream et calefac ad ebullitionem fere. Solutionem per linteum expansum cola et vasis fictilibus suppositis suscipe, quando limpidissima transire coeperit. Vasa fictilia in locum frigidum sepone, et liquorem, si crystallos emittere initium faciet, spathula interdum agita ut crystalli tenues minutae obtineantur, quae in medicamentorum dispensatione propter solubilitatem sunt aptissimae. Liquor stet per noctem.

Crystallos spathulae ope exagitatas atque diffractas (ne cohaereant et lixivium coerceant) collige in linteo expanso, vel cono argillaceo in quibus Saccharum concrescere solet (Zuckerform), et ad eguttationem per dies aliquot interdum agitandas sepone. In liquorem a crystallis separatum calefactum iterum injice ad oculorum arbitrium Salis mirabilis crudi, quantum crystallorum depuratorum ex ipso collegeris; solve caloris adminiculo, per linteum cola, ad crystallisationem sepone, crystallos collige et sicca, hasque operationes cum liquore remanente repete, donec nimium colorem induerit. — ***Vis et Usus*** vid. I, p. 302.

Crystallos eguttatas in cribris salicinis supra chartam bibulam expande, et ad aërem desiccandas expone, donec in apicibus fatiscentia observabitur. Conde in vasis fictilibus capacibus, ligno obtegendis et in cella servandis. (Liquor sordidus residuus cum carbone ossium decoloratus iterum crystallos emittit, residuum ultimum penitus exsiccatum pro operationibus chemicis aliis inservit.)

SAL MIRABILE GLAUBERI **SICCUM.** Trocknes Glaubersalz. *Sel de Glauber sec.*

Rec. Salis mirabilis GLAUBERI depurati quantum vis, immitte in sacculum chartaceum et in furnum exsiccatorium (tepidarium) pone ad caloris gradus 30 ad 35, donec in pulverem subtilissimum dilapsum fuerit. Serva in vitris bene obturandis. Humorem ex aëre colligit et non raro in molem duram concrescit.

SAL MODENENSE ARTIFICIALE, Sulphas Magnesiae et Sodae. Künstliches Modenasalz.

Rec. Sal. amar. Libr. duas, Sal. mirab. GLAUBERI Libr. unam, una solve in Aq. comm. Libr. sex, et ad crystallisationem mixtam fac evaporare.

SAL NITRI = Nitrum.

SAL OCULORUM CANCRORUM vid. Sal Matris Perlarum.

SAL ONONIDIS = Cineres clavellati depurati.

SAL OPII ESSENTIALE = Extractum Opii aquosum.

SAL OSSIUM = Sal Cornu Cervi.

SAL PETRAE = Nitrum.

SAL PHILOSOPHORUM Ph. Batean.

Rec. Sal. commun. decrepit., — Gemmae āā Unc. unam et semis, Rad. Galangae, Macidis, Cubebarum āā Unc. semis.

SAL PLACENTINUS = Sal mirabile GLAUBERI.

SAL PLUMBI = Saccharum Saturni.

SAL POLYCHRESTUM GLASERI, vel LEMERYI vel **PARISIENSE** vid. Arcanum duplicatum (p. 99).

SAL POLYCHRESTUM RUBRUM Disp. Prag.

Rec. Arcani duplic. Unc. semis, Nitri antimoniati Unc. unam, Arcani dupl. Drachm. sex, Cinnab. Unc. semis, Salis Prunellae, — Absinthii āā Drachm. duas.

SAL POLYCHRESTUM Seignette. Seignettesalz. *Sel de Seignette.*

Synon.: Tartarus natronatus, Tartras Potassae et Sodae, Tartras kalico-natricus cum aqua, Sal Rupellense, Alcali minerale tartarisatum, Soda tartarisata, Tartarus solubilis de Seignette. Natronisirter Weinstein, Weinsteinsaures Kali-Natron. *Sel de Rochelle, Tartrate de Potasse et de Soude.*

Rec. Cremoris Tartari Libras quatuor,
Salis Sodae emalis crystallisati Libras tres,
Aquae communis frigidae Libras duodecim,

simul ingere in vas fictile, et interdum agitanda sepone per noctem ut lente effervescant. Altera die miscela calefiat et de neutralitate exploretur. Sit, quantum fieri potest, neutralis, vel leviter tantum alcalina. Liquorem refrigerandum sepone per noctem, ut Calcariam tartaricam deponat.

Liquorem, altera die decanthatum et filtratum, lege artis in crystallos redige. Lixivia evaporatione nova crystallos iterum demittunt. Lixivia ultima, si adjecto pauxillo Cremore Tartari crystallos edere recusant, sepone. *Part. const.* Acidi tartarici, Kali et Natri singulorum unum, Aquae decem Pond. mixt. — *Vis:* laxans.

Sint crystalli prismaticae, coloris expertes, pellucidae, in aquae pondere duplo solubiles, saporis amaricantis salsi. Solutio neque ab aqua hydrothionica, neque a Sale Tartari turbetur. *Usus:* in hydrope.

Sal Seignette facile ex Tartaro crudo vel semidepurato, qui in mercatura obvenit, paratur. Codicum dissensus nullus. Ex lixiviis ultimis acido muriatico addito Cremor Tartari recuperatur, vel solutione Calcis salitae addita Calcaria tartarica praecipitatur.

SAL PRUNELLAE = Lapis Prunellae.

SAL RHABARBARI ESSENTIALE est Extractum Rhei frigide paratum siccum.

SAL RUPELLENSE = SAL POLYCHRESTUM Seignette.

SAL SAPIENTIAE = Sal Alembroth.

SAL SCHLIPPIANUM = Natrium sulphuratum stibiatum.

SAL SEDATIVUM Hombergi, Acidum boracicum, Sal acidum Boracis, Sal Vitrioli narcoticum, Flores Boracis. Homberg's Sedativsalz, Boraxsäure. *Acide borique, boracique, Sel sedativ de Homberg.*

Rec. Boracis Libram unam, solve in Aquae destillatae fervidae Libr. quatuor, solutioni fervidae filtratae per vices et sub continua agitatione immisce Olei Vitrioli Uncias tres antea cum duplo pondere Aquae destillatae dilutas. Sepone liquorem, ut crystalli refrigerio concrescant. Liquidum separatum evaporet, ut novam crystallorum copiam evaporatione demittat, idque repete donec lixivium crystallos lamellares non amplius demittat. Crystallos obtentas aqua destillata frigida probe ablutas et iterum siccatas serva. Part. const. Acidi boracici 1, Aquae 6 Pond. mixt. *Vis:* antiseptica, sedans putabatur.

Sint crystalli lamellares, albae, sericeum nitentes, talcicae, siccae, subpellucidae, saporis vix ullius, nec perspicue acidi, Aqua fervida facile ex toto solvantur, sicut et Spiritu Vini, quae solutio flamma viridi deflagrat. Calore facile liquantur. Acidi sulphurici aliquid semper crystallis inest, quod in solutione fervida ope salium baryticorum detegitur. Cave ne sit nimium. Calore rubro avolat, sed haec operatio pro praeparato medicinali non requiritur.

Usus: hodie obsoletus paene, jam pridem in morbis febrilibus, epilepsia, convulsionibus.

De parando Acido boracico pauca animadvertenda. Olei Vitrioli plus adesse debet, quam ad saturandum Natrum in Borace stricte requiritur. Absque hac cautela minor acidi boracici copia obtinetur. Acidum boracicum purum crystallulos prismaticas refert, medicinale, quod materiam pinguem continet, lamellares, sericeas. Borax indica hac materia scatet, italica purior est. Si cum Borace italica agendum est, tali modo crystalli lamellares, sicut ex Borace indica, obtinentur. Solutio Boracis cum Aluminibus Ovorum clarificetur et coletur, Olei Vitrioli tum portiuncula addatur et praecipitatum floccosum nova colatione separetur, liquori colato cetera pars Olei Vitrioli adjiciatur, et agatur uti supra.

SAL SEDLITZENSE = SAL amarum.

SAL Seignette = Sal polychrestum Seignette.

SAL SODAE ACIDATUM = Terra foliata Tartari crystallisabilis.

SAL SODAE DEPURATUM. Gereinigte Soda. *Sel de Soude épuré.*

Synon.: Natrum carbonicum depuratum, Carbonas Sodae depuratus, Natrum subcarbonicum.

Rec. Salis Sodae emalis quantum vis, in catino ferreo fuso dissolve in Aquae pluvialis vel communis fervidae sufficiente sed quam minima quantitate, filtra fervida et ad crystallisationis punctum fac evaporare, Lixivia secunda remove (pro usu chemico, cui quadrant etsi impura). Part. const. Natri unum, Acidi carbonici unum, Aquae decem Pond. Mixt. — *Vis:* incidens, antacida, lithontriptica.

Sint crystalli coloris expertes, aquae duplo facile solubiles, saporis alcalini, austeri, aëri expositae facile fatiscentes et Aquae crystallisationis quadrantes tres amittentes, calore ipso absque aqua addita fusibiles. Solutio cum acido nitrico puro acrefacta cum Argento nitrico soluto et cum Baryta nitrica nullum vel leve tantum praecipitatum producat.

Usus: in soda stomachi, calculis urinariis.

Quomodo Sal Sodae chemice purum praeparetur, voce Natrum carbonicum depuratum exposuimus. Hoc loco, mutato consilio, praeparatum illud primi ordinis esse voluimus, quare illam vocem nunc supervacaneam habemus

SAL SODAE PERFECTE SATURATUM = Natrum bicarbonicum.

SAL SUCCINI VOLATILE CRUDUM, Acidum succinicum depuratum. Flüchtiges Bernsteinsalz, Bernsteinsäure. *Sel volatil de Succin.*

Instituatur destillatio sicca Succini ad modum voce Oleum Succini crudum (p. 603) descriptum.

Sal Succini volatile in collo retortae suspensum reperitur, et retorta diffracta vel diremta eximatur. Liquor aquosus acidus, qui dicitur Spiritus volatilis Succini novam acidi crudi copiam evaporatione exhibet.

Sunt crustae durae coloris variabilis grisei imo fusci, saporis empyreumatici fortis et acidi, odoris penetrantis empyreumatici. *Vis:* antispastica, diaphoretica. *Usus:* in parandis medicamentis quibusdam compositis; tum quoque per se.

SAL SUCCINI VOLATILE DEPURATUM. Gereinigte Bernsteinsäure. *Acide succinique purifié.*

Sal Succini volatile crudum (voc. antecedent.) solvatur in aqua destillata, solutio filtretur per chartam, et evaporatione in crystallos redigatur. Liquor residuus denuo evaporet, quamdiu crystallos non nimis flavas exhibet. Part. const. Carbonei 4, Hydrogenei 4, Oxygenii 3, Aquae 1 Pond. Mixt. — *Vis:* antispastica, diaphoretica, nervina.

Sint crystalli tabulares, coacervatae, albae, vix flavedulae, in Spiritu Vini rectificatissimo solubiles, in igne plane avolantes.

Usus: in typho, affectionibus convulsivis, paralysi.

Cave ne Sal Succini depuratum purum credas, vel purum reddere studeas. Continet semper et contineat Oleum empyreumaticum, cui virtutis nervinae excitantis magnam partem debet. Solutionem ergo ne carbone animali vel vegetabili decolores. Sal crudum varias et incertas Olei empyreumatici copias continet.

SAL TACHENIANUM = Cineres clavellati deparati.

SAL TARTARI. Weinsteinsalz. *Sel de Tartre.*

Synon.: Kali carbonicum purum s. e. Tartaro, Carbonas Potassae purus. Reines kohlensaures Kali. *Carbonate de Potasse pur.*

Rec. Tartari crudi, qualis in commercio obvenit, Libras quatuor ad sex, immitte in sartaginem ferream fusam, latam, parietum vero humilium, et fundi leviter tantum concavi. Hanc in furno anemio nudam igni flammanti ex ligno vel lithanthrace ex-

pone. Ignem sensim auge donec sartaginis fundus calore obscure rubro rubeat. Massam interdum spathula ferrea exagita, et ignem obtine quamdiu Tartarus fumum vel flammam emittit. Massae carbonaceae exemtae (si convenit, novam Tartari copiam in vas jam rubentem injice) Aquam destillatam instilla ut in pultem nigram dilabatur, tum aquae destillatae sufficiente copia (e. gr. pondere duplo, quod erat Tartari) carbonem elixiva. Liquores limpidos plane decolores in patina sinensi vel argentea ad siccum redige. Sal siccum quam minima aquae destillatae copia redissolve, filtra et iterum ad siccum fac evaporare. Serva in lagenis vitreis optime claudendis. *Part. const.* Kali et Acidi carbonici aequalia Pond. Mixt. — *Vis:* antacida, diuretica, resolvens.

Sit pulvis albissimus, siccus, saporis fortis alcalini pungentis, odoris nullius, in aqua facillime ex toto solvatur, nec residuum calcareum vel siliceum relinquat. Acido nitrico puro saturatum cum Argento nitrico et cum Baryta muriatica praecipitatum nullum vel levissimum tantum producat. Cum acido muriatico vel alio quovis saturatum, odorem hydrocyanicum non exhalet, solutio ad siccum redacta aqua iterum addita siliciam ne relinquat.

Usus: in soda stomachi, ad gas carbonicum evolvendum in Potione Riveri; singulis praeparatis additur.

Sunt qui in praeparando Sale Tartari nimias minutias captavere, et solum Tartarum depuratum adhiberi posse, judicarunt. Non ubique a pharmacopola exigi potest, quod chemicum satisfaciat. Vestigia minima Kali muriatici vel Calcariae carbonicae usum medicum non excludunt. Affirmatur, a fermento Tartaro crudo adhuc inhaerente Kalium cyanatum produci. Hoc minus fit in sartagine ferreo fuso in quo aëri accessus multus patet, et calore moderatiore, qui calorem fortem rubicundum nunquam attingat. Tartarus crudus eandem vel minorem copiam Calcariae tartaricae continet, quam Tartarus depuratus, quod experimentis multis compertum habeo. Juvat massam carbonaceam aqua irroratam per aliquot dies ad aërem exponere, quo fit ut Kalium cyanatum decomponatur, si quid inerat. In eligendis nominibus Sal Tartari et Sal essentiale Tartari culpam me non ferre, sed citationibus praeviis Geigeri coactum fuisse profiteor. Persuasum enim mihi habeo nomina Sal Tartari et Sal essentiale Tartari facilius posse confundi, quam Kali carbonicum et Acidum tartaricum.

SAL TARTARI VOLATILE = Sal Ammoniacum volatile siccum.

SAL THERMARUM CAROLINARUM, Sal Fridericianum. Karlsbadersalz.

Est Sal lenta evaporatione et filtratione ex Aqua fontium Carolinarum obtentum. Calore ipso fontis evaporationem fieri, vix adnotatione dignum est. Constat plerumque e Natro sulphurico et carbonico cum vestigiis Salis communis. Pretio insolente pro indole chemica divenditur, nam hominum stultitiae atque superstitioni confidetur.

SAL URINAE FUSIBILE vel NATIVUM = Sal microcosmicum.

SAL URINAE VOLATILE = Sal Cornu Cervi.

SAL VITAE = Sal Alembroth.

SAL VITRI = Sal digestivum Sylvii.

SAL VOLATILE AMMONIACI vel ANGLICUM = Sal Ammoniacum volatile siccum.

SAL VOLATILE AROMATICUM Ph. Ferrar.

Rec. Sal Ammon. volat. sicc. Unc. duas, Cort. recent. Aurant., — Citri āā Drachm. sex, Vanillae, Macid. āā Drachm. duas, Cinnamomi Drachm. unam, Caryophyll. Drachm. semis, mixta sublimentur.

SAL VOLATILE CONCRETUM vel CORNU CERVI vid. Sal Cornu Cervi.

SAL VOLATILE OLEOSUM s. Spiritus volatilis oleosus. Flüchtig Salz mit Oelen. *Esprit volatil huileux.*

Ph. Wirt.: Rec. Cort. Cinnamomi Unc. unam, Macid., Nuc. moschat. āā Drachm. sex, Caryophyll. arom. Drachm. duas et semis, Cort. Aurant., — Citri āā Unc. duas, Cardamom. min., Cubebar. āā Drachm. duas, Spir. Vini rect. Libr. tres, stent per tres dies, tum adde Sal. Ammon. Unc. quatuor, Ciner. clavell. Unc. sex, Aq. comm.

Libr. unam, destillent ad remanentiam Libr. unius et semis. Disp. Brunsv.: Cinnamom. Unc. duas, Macid., Caryoph., Cardamom. āā Unc. semis, Cubebar., Sem. Anisi āā Drachm. duas, Cort. Citri recent. Unc. unam, Ciner. clavell. Libr. unam, Sal. Ammon. Libr. semis, Spir. Vini rect., Aq. commun. āā Libr. tres, destillet dimidium. Ph. Pal., Sard. non multum discrepant. (Cf. Spiritus Salis Ammoniaci aromaticus, cujus Sal volatile oleosum est simillimum, vide quoque, quae loco citato de praeparatione adnotavimus.)

SAL VOLATILE OLEOSUM ANGELICAE BOERHAVE.

Ph. Wirt.: Rec. Rad. Angelicae recent., mense Februario effossar., concisar. Unc. duas, Sal Ammoniae. Unc. unam, Spir. Vini bonae notae Libr. duas, fiat destillatio, destillatum iterum cum Rad. Angelicae Unc. una destillet. *Vis:* cardiaca, sudorifera.

SAL VOMITORIUM VITRIOLI est Vitriolum album.

SAL WESTENDORFI.

Rec. Terrae foliatae Tartari crystallisabilis q. v.. crystallis grossiuscule contusis instilla Ol. Vitrioli guttulas aliquot.

SALICINUM. Salicin. *Salicine.*

Rec. Corticis Salicis Helicis vel praecocis, novi quantum vis, coque cum sufficiente copia aquae communis, cola per pannum cum expressione. Liquori adde Lactis calcarei quantum requiritur, ut nova additione color non amplius auferatur. Liquores filtra et evaporatione in Syrupi consistentiam redige. Huic adde Spiritus Vini rectificatissimi q. s., ut partes gummosae, mucilaginosae praecipitentur. Denuo liquores filtra, Spiritum Vini destillatione abstrahe et residuum destillationis in locum frigidum crystallisationis causa sepone. Crystallos obtentas nova solutione in aqua fervida, decoloratione cum carbone animali bene praeparato et crystallisatione repurga. *Part. const.* Carbonei 21, Hydrogenii 24, Oxygenii 9, Aquae 2 Pond Mixt. — *Vis:* tonica, febrifuga ab initio multum jactabatur, at hodie magis magisve in dubium vocatur.

Sint crystalli tenues compresse-aciculares, nitoris sericei odoris expertes, saporis amari salicini, ad aërem persistentes. Reactionem in colores sensibiles nullam fert salicinum, in lamina platinea ignitum ex toto avolet. Aqua facillime dissolvitur et Spiritu Vini, sed non Naphtha Vitrioli. Oleo Vitrioli colorem laete coccineum induit.

Usus: in febribus intermittentibus et mucosis, diarrhoea, digestione debilitata.

Cortices Salicis de ubertate Salicini investigandi guttulis Olei Vitrioli irrorantur; nonnisi qui colorem laete rubellum induunt, eligantur pro praeparatione. Alii aliam parandi Salicini methodum laudaverunt; e.gr.: Decoctiones Salicis coque cum Lithargyro laevigato donec decolores paene factae fuerint, tum filtra; Oxydum Plumbi solutum primum Oleo Vitrioli separa, denique Baryo sulphurato (vel gas hydrothionico) praecipita; Plumbum sulphuratum filtratione excerne, ex liquore crystallisatione Salicinum praepara. Cortex Salicis recenter exutus Salicini ditissimus est. Salicini usus, ab initio laudibus immoderatis elatus, novissimis temporibus multum diminutus est.

SALSILAGO est Solutio salina.

SANGUIS HIRCI PRAEPARATUS. Präparirtes Bocksblut.

Sanguis Hirci missus leni calore spissescat tum in clibano plane siccescat.

SANTONINUM. Santonin. *Santonine.*

Rec. Seminis Cinae grossiuscule contusi Libras quatuor, Calcariae extinctae Libr. unam, mixtis affunde Spiritus Vini rectificatissimi q. s. ut hic digitos aliquot superemineat; miscelam digere in balneo aquae tum exprime; hanc operationem ter repete. Liquores expressos in vas destillatorium (e. gr. retortam) filtra, spiritum destillatione evoca, residuum filtra, ad dimidium volumen evaporatione redige et adde Aceti concentrati q. s. ad reactionem distincte acidam, coque per minuta aliquot, et miscelam refrigerandam sepone. Crystallos plumosas nova Spiritus Vini copia digere et solve, carbone animali colorem, quantum poteris, aufer, et nova evaporatione crystallos fac concrescere, quod nisi fit, totum liquorem fac evaporare, solve in Lixivio caustico vegetabili, filtra si opus est, adde Acidi acetici parum ut resina primum praecipitetur, tum filtra et evaporatione continuata crystallos elice. — *Vis:* vermifuga.

Sunt crystalli decolores, insipidae, inodorae; solutio spirituosa saporem habet amarum; aqua frigida non dissolvitur, fervida parum, Spiritu Vini facile. Vim vermifugam totam Seminis Cinae in Santonino habitare, non statuendum est, sed partem non exiguam, eamque liberam a viribus excitantibus non exoptatis. Sapore et odore illud carere, et efficacissimum esse in parva dosi inter commoda maxima habendum.

SAPA ACETI est residuum ab Aceto destillato.

SAPA UVARUM = Roob Uvarum.

SAPA VOMITORIA SYLVII remedium vomitorium Codicum veterum ex Musto Uvarum et Vitro Antimonii paratum.

SAPO ACIDUS VITRIOLATUS, Unguentum Acidi sulphurici s. sulphuricum. Vitriolölseife, schwefelsaure Seife. *Savon acide sulphurique.*

Rec. Ol. Olivar. Unc. octo, mortario vitreo vel sinensi immissis successive et parvis portionibus sub perpetua agitatione cum pistillo vitreo et evitanda incalescentia admisce Olei Vitrioli Unc. quinque. Sapo acidus Achardi prope ad hanc formulam accedit, consistit enim ex Ol. Oliv. part. tribus, Ol. Vitrioli part. duabus.

SAPO AETHERIS ACETICI, s. Linimentum Saponis aethereum, s. Solutio Saponis aetherea. Essigäther-Seife, Essignaphtha-Seifenlösung.

Van Mons: Rec. Saponis medullae bovinae natrici Unc. unam, solve in Naphth. Acet. Unc. quinque. Bories: Naphth. Acet. Unc. duas, Cadet octo cet. par.

SAPO ALCOHOLICO-AMMONIATUS vid. Balsamum Opodeldoc (p. 118).

SAPO AMMONIACALIS = Linimentum volatile.

SAPO AMMONIACALIS CAMPHORATUS = Balsamum Opodeldoc.

SAPO AMYGDALARUM. Mandelnseife. *Savon d'Amandes.*

Rec. Sapon. albi Libr. quatuor, Aquae pluvialis Libr. duodeviginti, leni igne solutis adde Albumina Ovorum octo, Amygdalar. amarar. excorticat. et contusar. Unc. quatuor, fiat emulsio cum Aq. Rosar., — Lavend. ãã Libr. tribus, Liq. Kali carbon. Unc. quatuor, Ol. Caryophyll. q. s.

SAPO AMYGDALINUS. Mandelnölseife. *Savon amygdalin.*

Rec. Lixivii caustici mineralis pond. spec. 1,34 Unc. decem, Ol. Amygdalar. Unc. viginti et unam, mixta et bene exagitata sepone in vase fictili vel sinensi per aliquot dies in locum tepidum et interdum iterum agita donec consistentiam unguinosam induerint, tum in modulos fictiles vel orbes, ex quibus edere solent, distribue, in quibus perfecte solidefiat. Hic sapo non nisi post menses aliquot in usum vocetur, donec Natrum causticum attracto Acido carbonico hebetatum fuerit. Sapo cum Calomel mixtus non cinerescat. Ph. Gall. 1837: Saponem amygdalinum habet pro medicato, quem ceteri Codices ex Oleo Olivarum parari jubent.

SAPO ANIMALIS vide Sapo medullae bovis.

SAPO ANTIMONIALIS, s. Antimonii, Sapo stibiatus, Sulphur auratum saponatum, Sapo Hydrosulphureti Oxyduli Stibii. Spiesglanzseife. *Savon antimoniale ou stibié.*

Rec. Sulphuris aurati Antimonii Unciam unam, digerendo solve in Lixivii caustici vegetabilis sufficiente quantitate, solutioni adde Aquae destillatae pondus triplum, tum filtratae admisce Saponis medicati rasi Uncias sex, et leni igne ad massae pilularis consistentiam redige. Si coloris rubelli aliquantulum superest, admisce Lixivii caustici vegetabilis guttulas ut dispareat et color albidus cinereus prodeat. In vasa minuta, expost optime claudenda, ingere.

Sit coloris cinerei, in aqua perfecte solubilis, acidis additis rubescat et gas hydrothionicum emittat, sit saporis non nimis alcalini.

Hanc formulam Ph. Bor. ed. 5, Dan., Hamb. 1835, Hann. 1833, Oldenburg., Polon., Saxon. 1837 secutae sunt.

Ph. Slesv.-Hols. praescribit: Natrii sulphurati stibiati caute desiccati Unc. unam, Aq. destill. Unc. quinque, Sapon. medicat. Unc. tres. Haec formula difficulter in parvis copiis parandis exercetur. Nil attinet Codicum dissensum referre, quum una formula ubique fere praevaluit.

SAPO ANTISIALAGOGUS Singeri, Sapo sulphurato-ceratus Ph. Bavar. Geschwefelte Wachsseife, Singer's Speichelseife.

Rec. Hepat. Sulphur. salini Unc. unam solve in Aq. dest. Unc. duabus, filtra, solutioni adhuc fervidae adde Cerae flavae concisae Unc. unam. Fac evaporare donec Sapo solidefactus fuerit. Serva baculos charta cerata involutos.

SAPO AROMATICUS. Riechseife. *Savon aromatique.*

Rec. Solut. Sapon. aquosae concentr. Unc. sex, Ol. Bergamott., — Lavend., — Rorismar. ãã Drachm. duas. Multae varietates in admiscendis Oleis aethereis, excogitari et ad olfactus arbitrium componi possunt. Sed has suffitoribus relinquamus.

SAPO AROMATICUS PRO BALNEIS Ph. Bor. ed. 5.

Rec. Sapon. Venet. pulv. Unc. quatuor, Amyli Unc. duas, Rad. Ireos pulv. Unc. unam, Balsam. Indici nigr. Gutt. septem, Ol. Bergamott., — de Cedro, — Lavandul. aa Scrup. unum.

SAPO ARTHRITICUS Pottii vide Linimentum muriatico-therebinthinatum (p. 512).

SAPO CACAOTINUS, Sapo Butyri Cacao. Cacaoseife. *Savon de Cacao.*

Rec. Lixivii caustici mineralis justi ponder. specifici partem unam, Butyri Cacao partes duas, in vase fictili liqua et inter agitationem fove donec perfecte sint commixta et sapo factus fuerit. Sub finem, si lixivii aliquid a sapone separatum appareat, aquam destillatam calidam affunde ut iterum coeant, tum fove per aliquot horas et rite

inspissatum in modulos effunde et imprime. Ceterum vide Sapo medicatus.

Est Sapo durus albissimus, saponi ex medulla bovis vel e sevo parato similis.

SAPO CALCAREUS s. calcicus vid. Linimentum ad ambustiones (p. 509).

SAPO CAMPHORATUS Wetzler. Wetzler's Campherseife. *Savon camphré de Wetzler.*

N° 1. Rec. Sapon. domest. pur. ras. Unc. sedecim. Coq. cum Aq. dest. ferv. Unc. octo in vase terreo vitreato leni igne et sedulo agitata ad consistentiam pultis. Adde Ol. Olivar. Provinc. Unc. quinque. Coque eodem igne sub continua agitat. ad consistentiam pultis tenuis. Massae ab igne remotae ac semirefrigeratae admisce Camphor., in Ol. Oliv. Prov. Unc. duabus solutae, Unc. unam. Miscelam per aliquot momenta agitatam effunde in formas.

N° 2 pari modo paratur, nisi quod Ol. Olivarum Unc. septem, Camphorae Unc. duas in eadem copia Ol. Oliv. solutas addas.

SAPO CEREUS. Wachsseife. *Savon de cire.*

Rec. Cerae flavae partes tres, Lixivii caustici mineralis partes duas, caloris ope in saponem verte encheiresi voce Sapo medicatus praescripta.

SAPO CHEMICUS vide Offa alba Helmontii.

SAPO CHIMICUS Dippelii vid. Mixtura topica (p. 570).

SAPO COCONEUS, Sapo Olei Cocos. Cocosnußölseife, Cocosölsodaseife, Palmölseife. *Savon de Cocos.*

Oleum expressum Fructuum Cocos nuciferae cum Lixivio caustico minerali in saponem vertatur methodo voce Sapo medicatus praescripta. Si saponem splendidum albissimum odoris hircini plane expertem vis adhibere, melius saponem coconeum cosmeticum ubique mercabilem coemas, quam ipsum tibi praepares; non enim singulis licet eas vias indagare, quibus odor nauseosus, manibus diu inhaerens, destruitur; qui vero hanc rem penitius explorarunt, ne tibi aliquid ea de re canant, satis bene cavent.

SAPO COSMETICUS Ph. Bor. ed. 5. Toilettenseife. *Savon cosmetique.*

Rec. Sapon. Venet. Unc tres, Rad. Ireos Flor. Unc. unam, Ol. Lavend. Drachm. semis, — Bergamott. Scrup. unum, Aq. Rosar. q. s. ut fiat globulus.

SAPO ENCAUSTICUS s. Cerae. Encaustische Seife.

Rec. Cerae flavae part. 1250, Sapon. alb. part. 165, Ciner. clavell. depur. part. 125, Aq. fervid. part. 4000.

SAPO GUAJACINUS, Balsamum Guajaci saponaceum. Guajacseife. *Savon de Gayac.*

Rec. Lixivii caustici vegetabilis duplo aquae diluti (vel melius in praeparatione Lixivium nondum concentratum repone) et leniter ebulliente sub continua agitatione per vices insperge Resinae Guajaci pulveratae quantum ab illo dissolvitur. Liquorem cola per linteum laxioris texturae et balneo vaporis evaporandum ad massae pilularis consistentiam redige.

Sit coloris viridi-fusci saporis et odoris resinae guajaci, non nimis alkalini, solutione in aqua viridi-fusca limpida. Ph. Bor. ed. 5, Hamb. 1835, Hass., Oldenburg., Polon., Slesv.-Hols. receperunt.

SAPO GUMMI AMMONIACI, Gummi Ammoniacum alcalisatum Disp. Lipp.

Rec. Gummi Ammoniaci Unc. sex, Alcali vegetabilis caustici sicci (Kali caustici) Drachm. tres, Aq. dest. Unc. novem, coque donec coire coeperint, adde Alcali vegetabilis caustici sicci Drachm. duas et semis, Aq. dest. Unc. quatuor, coctione misce et fac evaporare ad siccum.

SAPO GUMMI GUTTI. Guttiseife. *Savon de Gomme Gutte.*

Secundum Disp. Lipp. paretur ad eandem regulam sicuti Sapo Gummi Ammoniaci. Soubeiran melius docet, Gummi Gutti partem unam, Sapon. medicat. part. duas, Spir. Vini rect. q. s. ad solutionem simul solvantur, tum Spiritus destillet et residuum consumatur ad consistentiam pilularum. Blandius agere dicitur Sapo Gutti quam resina per se.

SAPO HYDRARGYRI vid. Sapo mercurialis.

SAPO HYDROSULPHURATI OXYDULI STIBII SULPHURATI vid. Sapo antimonialis.

SAPO JALAPPINUS. Jalappenseife. *Savon de Jalap.*

Rec. Resinae Jalappae pulv.,
Sapon. medic. rasi āā partes aequales,
solve in sufficiente copia Spiritus Vini rectificati, liquata blando calore evaporent continue agitata ad massae pilularis consistentiam. — *Vis:* purgans.

Sit e fusco-griseus, tritus ex albo griseus, in Spiritu Vini rectificatissimo et Liquore Kali caustici solubilis.

Omnes Codices Germaniae in hac formula conveniunt. Voglerus Saponem et Resinam tritam intime mixta cum Spiritu Vini irrorari vult. Hoc quoque sufficere crediderim.

SAPO LIQUIDUS RENNIE.

Rec. Sapon. Venet. Libr. duas, Spir. Vini Libr. decem, Ol. Rorismar. (Ol. Lavand.) Unc. semis, soluta per gossypium trajice.

SAPO MEDICATUS. Medicinische Seife. *Savon médicinal.*

Synon.: Sapo medicinalis, s. amygdalinus.

Rec. Olei Olivarum Uncias viginti,
Lixivii caustici mineralis justi pond. spec. 1,34 Uncias undecim,

bene mixta digere in balneo aquae (vel leni in igne) donec spissescant, quod post horas duas vel citius accidet. Si Lixivium a Sapone secedet, adsperge Aquae destillatae sufficientem copiam (e. gr. Unc. tres ad quatuor) ut intime misceantur, tum sepone in locum temperatum per dies aliquot.

Saponem nunc induratum Aquae sufficiente copia addita (e. gr. dimidio pondere) leni igne liqua, tum solutionem saturatam fervidam Salis communis affunde, quae sufficiat ut Sapo a Lixivio salino secedat et in superficie innatet. Miscelam coque per horae quadrantem, tum refrigerandam sibi derelinque. Saponem in superficie induratum exime, lixivio aqua adspersa abluto in taleolas scissum sicca in loco non nimis calido. — *Vis:* solvens, antacida, involvens.

Sint taleolae albissimae, durae, laeves contactu, odoris debilis, minime rancidi, saporis blandi non acris alcalini nec rancidi diu persistentis; ne sit oleosus vel exsiccationem respuens. *Usus:* in obstructione viscerum abdominalium, soda stomachi, scrophulis, adiposi.

In parando Sapone medicato summa circumspectione opus est ne praeparatum pravum atque vitiosum obtineas, ergo hac de re pauca adnotatione digna referam.

Prae caeteris eo nitendum est, nullum saponi inesse oleum pingue, quod non connubium habeat cum Natro. Hac enim re sapo rancidus fit, flavescit, odorem penetrantem nauseosum exhalat, exsiccari et pulverari respuit. Facilius fertur alcali aliquid superesse, quam olei.

In parando sapone non sapore alcalino miscelae dignosci potest, alcali copiam suppetere, nam longum per tempus simul Alcali excedere et Oleum non saponificatum adesse potest. Certius ages, si saponem recenter parandum bene alcalinum reponas.

Sapo semiparatus magnam Olei immutati copiam includere et aqua penitus dissolvi potest; cave ergo ne his signis fallaris.

Codices plurimi praecipiunt Saponem medicatum sola mixtione lixivii et olei (Ph. Gallica Amygdalarum, ceterae Olivarum) parari. Sed hac methodo et Glycerinum, quod Olei dulce dicitur, et Alcali superstes Saponi immixta manent. Certius est saponem fieri cum Alcali perspicue superstite, et hoc salitione excerni. Si lixivium nimis spissum est a Sapone jam formato accedit, quia sapo lixivio non solvitur. Huic incommodo Aqua addita curatur, lixivium diluitur et cum Sapone misceri potest.

Si Sapo cum Lixivio non sufficiente paratur et per aliquot dies aëri exponitur, nova solutione, valde flavescit imo fuscescit. Hic color salitionibus iteratis aufertur. Sapo cum pari vel duplo pondere Aquae pluvialis emollitur et coquitur, tum Salis communis tanta copia adjiciatur ut sit tertia fere pars aquae adhibitae. Coloris plurimum in lixivio salino remanet, sapo jam est decoloratus. Operatio aliquoties repetatur, quod quidem in sapone ab initio alcalino et rite parato non opus est.

Lixivium natrinum, quod est pond. spec. 1,34 continet Natri anhydri partes centesimas 24½ ex tabula Daltoniana, quae unica est hac de re elaborata. Brevi calculo reperies, in proportione Lixivii partis unius pro Olei partibus duabus, Natri anhydri partem unam respondere Olei partibus octo. Protinus calculo probabis pro Olei Olivarum Unciis viginti saponificandis requiri Lixivium, quod ex Unciis undecim et dimidia Natri carbonici crystallisati parari possit. Si ergo Lixivium natrinum praeparatur primum, quod multo praestat quam vetustum adhibere, Olei copiam ex Natro carbonico adhibito computabis, et Lixivium adhibebis antequam ad pondus specificum illud sit redactum. Lixivium eo facilius purum ab acido carbonico et colore prodit. Si Lixivium praesto est, quod non justam densitatem habeat, et tabula sequente copiam adhibendam computabis.

Sumantur enim pro viginti Unciis Olei Olivarum Lixivii caustici mineralis, quod habet

Pond. spec.	Unciae	Drachmae
1,47	7	3
1,44	8	½
1,40	8	5
1,36	9	5
1,34 — 1,35	10	»
1,32	10	7½
1,29	13	1½
1,23	15	5
1,18	19	2
1,12	27	6

SAPO MEDICATUS AMYGDALINUS est Sapo medicatus cum Oleo Amygdalarum dulcium paratus. Ph. Gall. 1837 praecipit Lixivii caustici mineralis Unc. decem, Ol. Amygdalar. dulc. Unc. viginti et unam, mixtione et digestione in saponem verti. Omnia, mutato nomine, valent, quae voce antecedente exposuimus.

SAPO MEDULLAE BOVIS, s. **animalis**. Ochsenmarkseife. *Savon de moelle de boeuf, Savon animal.*

Rec. Medullae bovis eliquatae partes duas, leni igne liquescant in vase sinensi, adde Lixivii caustici mineralis justi pond. spec. partem unam, intime misce et miscelam per aliquot horas leni igne fove, ut medulla liquida maneat; saponem in modulos effunde quos per septimanam sepone. Simili modo Sapo paretur ex sevo et axungia porci. Paretur si sapo domesticus satis purus non prostat pro Balsamo Opodeldoc.

SAPO MEDULLAE BOVINAE AMMONIACALIS CAMPHORATUS = Balsamum Opodeldoc.

SAPO MERCURIALIS CHAUSSIER. Chaussier's Quecksilberseife. *Savon mercurial de Chaussier.*

Rec. Ungt. Neapolitan. Unc. tres et semis, Lixivii caustici mineralis Unc. tres, in mortario intime misce triturando donec miscela tenacitatem induerit, tum in chartam pone, ut saponis consistentiam nanciscatur.

SAPO MERCURIALIS VOLATILIS vid. Linimentum mercuriale (p. 512).

SAPO OLEACEUS WETZLER. Wetzler's Oelseife. *Savon huileux de Wetzler.*

Rec. Sapon. domest. conc. Unc. sedecim, Aq. fervid. Unc. octo. Coq. in vase terreo vitreato leni igne sedulo agitando ad consistentiam pultis. Adde Ol. Oliv. Provinc. Unc. sex; coque eodem igne sub continua agitatione per quadrantem horae. Massam effunde in formas.

† **SAPO OLEI CROTONIS.** Crotonölseife. *Savon d'huile de Croton.*

Rec. Ol. Crotonis Drachm. duas, Lixivii caustici saponar. Drachm. unam; mixta mox in pilularum consistentiam concrescunt.

SAPO OLEI TEREBINTHINAE ET POTASSAE = Sapo Starkeyanus.

SAPO STARKEYANUS s. **Starkeyi**, **Sapo Tartari**, s. **tartari**, s. **chemicus pro usu externo**, **Sapo Potassae terebinthinatus**, **Sapo Olei volatilis Terebinthinae et Potassae**. Starkey'sche Seife, Terpenthinölseife. *Savon de Starkey, Savon de Térébinthine.*

Rec. Cinerum clavellatorum depuratorum recenter siccatorum Unc. unam, in mortario tritis adde Olei Terebinthinae Unc. unam, denique Terebinthinae Venetae Unc. unam admisce, mixta bene tritura donec mellis spissioris consistentiam induerint. In vase fictili serva. Olim Lixivium causticum vegetabile ad saponificationem adhibebatur, quae cum nihilominus non efficiatur, methodus certior est anteponenda. Exempli gratia Ph. Hass. vet. praecepit Lixivii partem unam, cum tribus partibus Olei Terebinth in saponem verti; AUGUSTIN: Ol. Terebinth. Unc. semis, Terebinth. Venet., Ol. Amygdalar. dulc., Lixivii caustic. vegetab. āā Unc. unam.

SAPO STIBIATUS vid. Sapo antimonialis.

SAPO SULPHURATO-CERATUS vid. Sapo antisialagogus.

SAPO SULPHURETI SODAE VAN MONS.

Rec. Saponis Medullae part. unam. Hepat. Sulphur. natrini part. duas, Spir. Vini rectss. part. sex, solve, cola.

SAPO SUPERAMMONIACATUS vid. Unguentum GONDRETI.

SAPO TARTAREUS = Sapo Starkeyanus.

SAPO TEREBINTHINATUS vid. Balsamum Vitae externum (p. 124) et Sapo Starkeyanus quorumdam.

SAPO TIGLII vid. Sapo Olei Crotonis.

SAPO UNGUINOSUS HANDSCHUH. Schmierseife.

Rec. Lixivii caustici vegetabilis (pond. spec. 1,33,) part. unam, Adipis suilli part. duas, calore saponificationem adjuva. In locum Saponis viridis plerumque foetidi substituitur in scabie sananda.

SAPO WOLOGDENSIS s. Sapo rossicus est Sapo durus domesticus in urbe Wologda Rossiae et aliis urbibus paratus.

SATURNUS ACETOSUS = Saccharum Saturni.

SCAMMONIUM PRAEPARATUM vid. Diacrydium (p. 252).

SCILLA PRAEPARATA est Pulvis Scillae contusione Radicis caute siccatae obtentus.

SCOBS FERRI = Limatura Ferri.

SEBUM CACAO vid. Butyrum cacao (p. 142).

SERICUM ADHAESIVUM = Emplastrum Anglicum.

SERICUM VESICATORIUM. Blasentafft. *Taffetas vésicant.*

Rec. Naphth. Aceti Unc. duas, solve in illis Colophonii Drachm. duas, admisce Cantharidum subt. pulv. Drachm. unam et semis, hanc miscelam in sericum expansum illine. Alia formula est: Cantharides extrahe Naphtha Vitrioli, Tincturam abstrahe e retorta, crassum residuum oleosum cum duplo pondere cerae liqua et in serico expande.

SERUM LACTIS ACETOSUM. Essigmolken. *Petit lait à vinaigre.*

Rec. Lactis vaccini, Aquae commun. āā Libr. unam, coquentibus adde Aceti crudi Drachm. sex, post coaguli secretionem cola.

SERUM LACTIS ACIDUM vid. Serum Lactis commune.

SERUM LACTIS ALUMINATUM s. aluminosum. Alaunmolken. *Petit lait à l'alun.*

Ph. Bor. ed. 5: Rec. Lactis vaccini Libr. tres, coquentibus injice Aluminis pulverati Drachm. unam. Cola, colaturam cum sufficiente copia Albuminis ovorum in nivem pulsati clarifica, colaturae Conchis praeparatis aciditatem aufer et filtra. Ph. Hass.: Lactis Libr. quatuor, Aluminis Scrup. quatuor, Albumina Ovorum duorum. Ceteri Codices nonnisi de Aluminis adhibendi copia differunt.

SERUM LACTIS ALUMINOSUM CUM CINNAMOMO. Alaunmolken mit Zimmt. *Petit lait aluné à canelle.*

Rec. Alumin. pulv. Drachm. unam, Sacch. Lact. Drachm. semis, Cort. Cinnamom. pulv. Gran. quindecim, Lactis vaccin. Libr. unam et semis, coque, cola.

SERUM LACTIS ANTISCORBUTICUM. Antiscorbutische Molken. *Petit lait antiscorbutique.*

Ferrarini: Rec. Lact. vaccini rec. Libr. unam, Succi antiscorbut. Unc. quatuor, coque, cola post coagulationem. Disp. Palat.: Tamarind. Unc. semis, Hb. Acetosellae sesquimanipulum, Hb. Betonicae, Cerefolii āā manip. semis, Seri Lact. Libr. tres, infunde fervida, colaturae adde Syr. Acetos. Citr., — Rubi Idaei, — Violar. āā Unc. unam.

SERUM LACTIS APERITIVUM Sainte-Marie.

Rec. Seri clarificat. Unc. sedecim, Rad. et Hb. Taraxaci, Hb. Fumar., — Nasturt., — Chærophyll. āā pugill. unum, parum ebulliant, colentur, addatur Sal. Seignett. Drachm. una, Mell. alb. Drachm. sex.

SERUM LACTIS CHALYBEATUM Disp. Brunsv.

In sero lactis pluries extingue Ferri rudes rubro-candentes et filtra.

SERUM LACTIS COMMUNE, s. clarificatum, s. depuratum. Gewöhnliche Molken. *Petit lait.*

Rec. Lactis vaccini Libr. duas, calefiant ad ebullitionem, tum sensim et caute instilla solutionis Acidi tartarici (part. 1 in part. 8 Aquae) quantum sufficit, ut coagulum facile separetur. Cave ne solutionis acidae nimium addas, quo clarificatio impeditur aliquid. Serum absque expressione cola per telum laxioris texturae. Seorsum Albumen ovi ope virgae salicinae in spumam pulsa cum pauxillo Aquae, serum pedetentim adde, calefac ad ebullitionem ut albumen iterum coeat. Post subsidentiam filtra per chartam bibulam antea bene cum aqua lotam. *Vis:* temperans, laxans, diuretica, solvens. *Usus:* in sanguinis phlogistica, phthisi pulmonali, tuberculosa, obstrictione viscerum abdominalium.

Serum Lactis eo consilio paratur, ut e lacte materiae caseosae et butyraceae excernantur, nec nisi saccharum lactis, acidum et salia remaneant. Acido quovis coagulatio casei efficitur, sed aliis plus minusve concinne. Acido acetico et Aceto facile sapor nauseosus quidam affertur, Acida mineralia dentes rodunt, Cremor Tartari incommodum secum fert, quod Serum clarificatum post horas aliquot opalescat a calcaria tartarica expost secreto. In oeconomia, nec non hinc inde in laboratoriis stomachus vitulinus (Laabmagen, *présure*) inservit ad caseum coagulandum, cui cum hac de re priores deferre nullo modo possumus, causam dicere nolumus, cur in rem pharmaceuticam introducatur. Acidum tartaricum et commodius et citius adest. Res vero tali modo agitur. Stomachi vitulini sicci Scrupulum unum cum Aq. comm. Uncia una dilue et adde Lactis vaccini Libras duas; in loco stent tepido, donec coierit caseum. Cola et si vis clarifica uti supra.

SERUM LACTIS COMPOSITUM Bories.

Rec. Seri Lactis Libr. duas et semis, Succi Citri Unc. unam, Conserv. Rosar. vitriolat. Drachm. sex.

SERUM LACTIS DEPURATUM vid. Serum Lactis commune.

SERUM LACTIS DULCE Hoffmanni.

Rec. Lact. vaccini q. v., evaporet ad siccum in pelvi stannata blando igne assidue agitatum; partem oleosam effunde a pulvere, ceterum coque cum pari pondere aquae, qualis erat lactis, et filtra.

SERUM LACTIS DULCIFICATUM. Versüßte, entsäuerte Molken. *Petit lait doux.*

Rec. Lactis vaccini Libr. tres, coquenti adde Tartari depur. Drachm. unam, cola post coagulationem, clarifica cum albumine, iterum cola, acidum cum conchis praeparatis aufer, denuo filtra.

SERUM LACTIS HAGUENOTI.

Rec. Lactis vaccini Unc. sedecim, ope stomachi vitulini coagulet, coletur, clarificetur albumine, infundatur fervidum in Hb. Hederae terrestr. pugill. septem, adde Sacchari albi q. s.

SERUM LACTIS MANNATUM s. purgans.

Rec. Mannae Unc. unam, Cremor. Tart. Unc. semis, Seri Lact. clarific. Unc. sex; vel: Pulp. Tamarind., Mann. āā Unc. unam et semis, Seri Lactis q. s. ad colat. Libr. duarum.

SERUM LACTIS PULVERATUM.

Rec. Sacch. Lactis Drachm. duas, — albi Unc. unam, Gummi Arab. Drachm. semis.

SERUM LACTIS PURGANS = Serum Lactis mannatum.

SERUM LACTIS SINAPINUM s. cum Sinapi. Senfsamenmolken. *Petit lait sinapisé.*

Disp. Lipp.: Rec. Lact. vaccini Libr. duas, Sem. Sinap. Unc. duas, coque ad coagulationem, cola. Disp. Fuld.: Sem. Sinap. Unc. sesqui cet. par.

SERUM LACTIS SINCERUM s. praeparatum = Serum Lactis commune.

SERUM LACTIS VAN SWIETENII.

Rec. Rad. et Hb. Taraxaci, Hb. Fumar., Fol. Nasturtii, — Cerefolii āā Manip. unum, coque eum Seri Lactis clarif. Unc. sedecim, colat. adde Sal. Seignett. Drachm. duas, Mell. alb. Drachm. sex.

SERUM LACTIS TAMARINDINATUM s. temperans. Tamarindenmolken. *Petit lait à tamarindes.*

Ph. Bor. ed. 5: Rec. Lact. vaccini Libr. tres, coquentibus adde Pulpae Tamarindorum Drachm. unam, cola, et Albumine clarifica.

SERUM LACTIS TARTARISATUM. Weinsteinmolken. *Petit lait tartreux.*

Rec. Lact. vaccini Libr. tres, fervefactis in vase fictili adde Tart. dep. pulv. Drachm. tres Coque ad perfectam casei separationem. Colaturae refrigeratae admisce Album. Ovor. duo. Denuo coque per breve tempus. Cola.

SERUM LACTIS VINOSUM. Weinmolken. *Petit lait vineux.*

Ph. Brunsv., Fuld.: Rec. Lactis vaccini part. quatuor, Vini albi aciduli part. unam, coque, post coagulationem cola. Disp. Lipp. Lactis part. tres pro una Vini.

SERUM LACTIS WEISSII. Weiß's Molken. *Petit lait de Weiss.*

Rec. Folliculor. Senn., Sal. amar. āā Unc. semis, Flor. Sambuc., Summit. Hyperici perfol., — Galii veri āā Drachm. unam, Seri Lact. clarific. Libr. unam, infunde leni calore per horas duas, cola.

SESQUICHLORETUM FERRI vid. Ferrum muriaticum oxydatum (p. 429).

SIEF ALBUM Disp. Brunsv.

Rec. Gummi Arab., — Tragacanth., Amyli āā Unc. semis, Cerussa. Drachm. sex, Sarcocollae Drachm. tres f. pulv.

SIEF ALBUM CUM OPIO.

Cuivis Scrupulo antecedentis adde Opii Gran. unum.

SINAPISMUS COMMUNIS s. simplex, Cataplasma epispasticum s. irritans, Linimentum rubefaciens. Senfteig, Senfaufschlag. *Sinapisme.*

Rec. Seminis Sinapis nigri contusi q. v., Aquae communis tepidae par pondus vel quantum satis ad pulticulam efficiendam; intime misce extempore.

In parando Sinapismo communi non raro peccatur de consilio rem melius faciendi. Plurimum jubetur Sinapismum parari cum Aceto, at quidem hac additione vires vesicantes Sinapis magis infringuntur, quam adjuvantur quod facillime ex comparatione saporis odoris et efficaciae in cutem dignoscitur. Aqua communis, eaque frigida vel tepida nec tamen fervida optime inservit ad virtutem epispasticam in semine excitandam. Sinapismus fit fortior, si Oleum pingue praevie ex seminibus expresseris, subintellige calore non adhibito; hoc vero non sine medico conscio et consentiente fiat, nam in consilio esse potest vim aliquantulum oleo diminui, Ph. Bor. ed. 5, Slesv.-Hols.: Sem. Sinap. Unc. unam, Farinae Secalis Unc. semis, Aceti q. s., Ph. Lond. 1836: Sem. Lini, — Sinapis āā Libr. semis, Aceti fervidi q. s., Ph. Hann. 1833 ad nostram formulam accedit. Aliae Pharmacopoeae nonnisi de Farinae quantitate discrepantes, praetereantur.

Vis: irritans, rubefaciens, derivans.

Usus: in lipothymia, inflammationibus derivandis, ad resuscitandam vim vitalem.

SINAPISMUS ACRIOR PLENCKII.

Rec. Sinapismi simpl. Unc. sex, Fol. Rutae Unc. semis, Sal. Gemm. Unc. unam, Acet. scillit. q. s. ad consistentiam.

SINAPISMUS FORTIOR. Schärfer Senfteig. *Sinapisme forte.*

Ph. Hann. 1833, Slesv.-Hols.: Rec. Pulv. Semin. Sinapis nigr. Unc. semis, Piperis nigri Drachm. unam, Rasurae Radicis Armoraciae, Fermenti Panis āā Unc. unam, Aceti concentrat q. s. ut fiat cataplasma. Ph. Hass.: Sem. Sinap., Ferment. Panis āā Unc. tres, Piper. nigri Unc. unam, Aceti q. s. Ph. Ferrar.: Ferment. Panis Unc. duas, Sal. commun., Sem. Sinap. āā Unc. semis, Aceti q. s. Ph. Hisp.:

Fermenti Panis Unc. unam et semis, Sem. Sinap. Unc. quatuor, Sal. Ammon. Drachm. unam, Hb. Rutae cont. Unc. semis, Aceti q. s. Disp. Brunsv. (Cataplasma epispasticum) Ferment. Panis, Sapon. nigr. āā Drachm. duas, Sem. Sinap., Hb. Rutae āā Unc. semis, Ceparum contus. Unc. unam, Sal. commun. Unc. semis, Aceti q. s.

SMEGMA CEPHALICUM FULLER.

Rec. Sapon. Venet Unc. duas, Ol. Rorismar., — Lavend., — Nuc. mosch. āā Gutt. sedecim, Ol Caryophyll., — Origani āā Gutt. octo, Aquae parum; formentur pilae ad caput lavandum.

SODA = NATRUM, ejus salia nomine Salis natrici vel nomine antiquo reperiuntur, sicut pro Soda phosphorica vide Natrum phosphoricum, Soda sulphurica vid. Sal mirabile GLAUBERI.

SODA POWDER vid. Pulvis aërophorus cum Soda.

SOLAMEN HYPOCHONDRIACUM KLEINI.

Rec. Tart. tartaris. Drachm. tres, Lact. Sulph. Scrup. duos, Rad. Rhei Drachm. unam, Elaeosacch. Foenic. Drachm. tres, Cort. Aurant, Magnes. alb. āā Drachm. unam et semis.

SOLANINUM. Solanin. *Solanine.*

Sarmenta Solani tuberosi, quae vere in cellis e tuberibus excrescere solent bene contunde et macera cum aqua leviter Acido sulphurico acrefacta. Exprime. Liquorem praecipita solutione Sacchari Saturni, quamdiu praecipitatum efficitur, tum filtra. Liquorem filtratum cum lacte calcareo misce, praecipitatum ablue cum aqua et siccatum extrahe Spiritu Vini rectificatissimo fervido. Crystallos tennes floccosas vel aciculares refrigeratione et evaporatione obtentas novis crystallisationibus depura. — Sint crystalli decolores vel pulvis lamellosus, aqua non solubilis, Spiritu Vini parum, Acidis facile solubilis. Usus medicus adhuc nullus.

SOLUTIO ACETATIS AMMONIAE vid. Spiritus MINDERERI.

SOLUTIO ACETATIS CUPRI et MURIATIS AMMONIAE vid. Aqua ophthalmica coerulea (p. 82).

SOLUTIO ACETATIS KALICI Ph. Suec., Mixtura salina Ph. paup.

Rec. Ciner. clavell. depur. Drachm. tres, Aceti Vini Unc. novem, vel q. s. ad saturandum, Aq. fluviat. Libr. unam, Syr. Sacch. Unc. duas, filtra.

SOLUTIO ACETATIS KALICI CARBONICA Ph. Suec.

Rec. Aceti Vini Unc. novem, Aqua dest. Libr. unam, Syr. Sacch. Unc. duas, in lagenam vitream immissis adde Salis Tartari in frustulis Drachm. tres, lagenam subere claude et in loco frigido sepone.

† SOLUTIO ACETATIS MORPHINAE, s. Guttae anodynae, Guttae lenientes, deprimentes. Essigsaure Morphiumlösung.

Ph. Ferrar.: Rec. Morphii acet. Gran. sedecim, Acidi acetici Gutt. quatuor, Aq. dest. Unc. unam, Spir. Vini rect. Drachm. unam.

SOLUTIO ACETATIS ZINCI s. Zinci Acetatis. Essigsaure Zinklösung. *Solution d'Acetate de Zinc.*

Ph. Edinb.: Rec. Vitrioli Zinci Drachm. unam, solve in Aq. dest. Unc. decem; seorsim solve Sacchari Saturni Scrup. quatuor in Aq. dest. Unc. decem, liquores misce, fac seponere et filtra.

SOLUTIO ACIDI PHOSPHORICI Ph. Suec. paretur, malo admodum consilio, ex Acido phosphorico crudo, quod cum Ammonio saturetur, ad siccum redigatur et in vase argenteo uratur. Residuum in tripla copia Aquae destillatae solvatur.

SOLUTIO ALCOHOLICA POTASSAE vid. Tinctura kalina.

SOLUTIO ALUMINIS KINOSATA.

Rec Kino Drachm. duas, Aq. comm. ferv. Unc. sex, colaturae adde Alumin. Unc. semis.

SOLUTIO ANTIPSORICA CUM CHLORURETO CALCIS MAGENDIE.

Rec. Chlorureti calcis Unc. tres, Aq. dest. Unc. sedecim, solve, filtra.

SOLUTIO ANTISCROPHULOSA AUGUSTIN.

Rec. Ferri muriat. oxyd., Baryt. muriat. āā Drachm. semis, Aq. dest. Unc. unam.

SOLUTIO ANTISTRUMALIS PIERQUIN.

Rec. Ferri iodati Gran. quinquaginta, Aq. dest. Unc. quatuor.

† SOLUTIO ANTISYPHILITICA WEICKARD.

Rec. Mercur. sublim. corros., Sal. Ammon. āā Gran. quatuor, Aq. dest. Unc duas, Laudan. liq. SYDENH. Gutt. triginta sex, Ol. Cinnamom. Gutt. unam.

† SOLUTIO ARSENIATIS AMMONIAE RATIER.

Rec. Arseniatis Ammoniae Gran. octo, Aq. dest. Libr. semis, Spir. Angelicae Unc. semis.

† SOLUTIO ARSENICALIS AMARA, s. Solutio Arsenitis Kalicae amara Ph. Suec.

Rec. Arsenici albi, Sal Tartari āā Drachm. unam et Gran. quatuor, Aq. fluviat. Unc. quatuor et semis, coque ad solutionem, filtra, adde Aquam ut Pondus Unc. decem et dimidiae expleatur, tum adde Tinct. Absinth. comp. Unc. unam et semis.

† SOLUTIO ARSENICALIS BRERAE.

Rec. Arsenici albi, Sal. Tartari āā Drachm. semis, Aq. dest. Unc. sex, Aq. Cinnamomi simpl. Unc. duas.

† SOLUTIO ARSENICALIS FOWLERI vid. Liquor arsenicalis FOWLERI (p. 520), et PEARSONI eadem pagina.

† SOLUTIO ARSENICALIS HARLESS.

Rec. Natri carbon. dep., Arsenici albi āā Drachm. semis, coque cum Aq dest. Unc. sex, solutioni adde Aq. Cinnamomi simpl. q. s. ut pondus Unc. octo expleatur.

† SOLUTIO ARSENITIS KALICI = Liquor arsenicalis FOWLERI.

SOLUTIO ATROPHICA MAGENDIE. Atrophische Solution. *Solution atrophique.*

Rec. Aq. Lactuc. Unc. octo, Aq. Menth. Drachm. duas, Kali hydroiodinici Unc. semis, Syr. Alth. Unc. unam. Alia formula: Aq. Lactuc. Unc. octo, Aq. Naphae Drachm. duas, Kali hydroiodinici Unc. semis, Tinct. Digital. spirit. Drachm. unam vel duas, Syr. Alth. Unc. unam et semis.

SOLUTIO BALSAMICA ALCALISATA SWEDIAUR.

Rec. Natri carbon. dep., Sacchari alb., Myrrh. āā Unc. unam et semis, Balsami Peruv. Unc. semis, — Canad. Drachm. decem, Aq. comm. Libr. unam et semis.

SOLUTIO BARYTAE MURIATICAE. Salzsaure Barytlösung. *Solution de Muriate de Baryte.*

Ph. Edinb.: Rec. Terrae ponderosae salitae part. unam, Aq. dest. Unc. tres, solve, filtra. Ph. Parm.: Aq. part. sex. Plurimum pro reagente in usum sumitur; dilutio fiat ad arbitrium.

SOLUTIO BELLADONNAE ELLIS.

Rec. Extr. Belladonnae Scrup. unum, Aquae Unc. tres.

SOLUTIO CALCARIAE CHLOROSAE ANGELOT.

Rec. Calcariae chloros. Gran. sedecim ad viginti, Mucilag. Gummi Arab. Unc. unam, Syr. Flor. Naph Unc. semis (Cf. Liquor Calcariae chlorosae p. 521).

SOLUTIO CALCARIAE CHLOROSAE CUM ALCOHOLE MAGENDIE.

Rec. Calcar. chloros. Drachm. tres, Aq. dest., Spir. Vini rectss. āā Unc. duas.

SOLUTIO CAMPHORAE AETHEREA vid. Naphtha Vitrioli camphorata (p. 581).

SOLUTIO CAMPHORAE AQUOSA vide Aqua Camphorae (p. 51) et Julapium e Camphora (p. 486).

SOLUTIO CAMPHORAE OLEOSA vide Oleum camphoratum (p. 593).

SOLUTIO CATHAERETICA vid. Collyrium LANFRANCI (p. 190).

SOLUTIO CITRATIS KALICI, Mixtura salina.

Rec. Sal. Tartari Drachm. tres, Succi Citri Libr. semis, vel q. s. ad saturationem, Aq. comm q. s. ut pondus Libr. unius expleatur, Syr. Sacch. Unc. unam. Si Sal Tartari ultimum ceteris additur, obtinetur Solutio citratis Kalici carbonica

SOLUTIO COHENII.

Rec. Lixivii caust. vegetab. Gutt. decem ad viginti, Decoct. Junip. Libr. unam.

SOLUTIO CREMORIS TARTARI vid. Decoctum Tartari (p. 249).

SOLUTIO CORALLIORUM Ph. Wirt.

Rec. Corall. rubr. pulv., solve in aceto destillato, filtra, liquorem evaporatione consume.

SOLUTIO CUPRI AMMONIACALIS vid. Aqua ophthalmica coerulea (p. 82).

SOLUTIO CUPRO ARSENIATA vid. Collyrium LANFRANCI (p. 190).

SOLUTIO ELATERII vid. Mixtura hydragoga (p. 563).

SOLUTIO EPISPASTICA PIERQUIN.

Rec. Tart. emet. Scrup. unum, Aq. comm. Unc. sedecim.

SOLUTIO FERRI ALUMINOSA vid. Liquor stypticus WEBERI (p. 528).

SOLUTIO FOWLERI = Liquor arsenicalis FOWLERI.

SOLUTIO FULIGINIS ALCALINA, Tinctura Fuliginis.

Rec. Fuliginis splendent. Unc. duas, Ciner. clavell. depur. Libr. semis, Sal. Ammon. Unc. unam, Aq. comm. Libr. tres.

SOLUTIO FULIGINIS FOETIDA Ph. Suec

Rec. Asae foetidae Drachm. sex, solve in Solutionis Fuliginis Unc. sex, cola per linteum.

SOLUTIO GELATINOSA SWEDIAUR.

Rec. Ichthyocollae Unc. unam et semis, Aq. fervid. Libr. tres, coque ad Libr. duarum remanent., colat. adde Aq. Cinnam. Unc. duas, Sacch. alb. Unc. unam.

SOLUTIO GUMMI GUTTAE ALCALINA vid. Elixir Cambogiae alcalinum (p. 292).

† SOLUTIO HEINECKII.

Rec. Arseniatis Sodae Gran. sex, Aq. Menth. pip. Unc. duas, Aq. Cinnamom. Unc. unam et semis, Tinct. Opii Drachm. unam.

SOLUTIO HEPATIS SULPHURIS Ph. paup. Hamb.

Rec. Hepat. Sulph. salini Unc. semis, Aq. dest. Unc. tres, filtra.

SOLUTIO HYDRARGYRI vid. Solutio mercurialis.

SOLUTIO HYDRATIS KALICI = Lixivium causticum vegetabile.

SOLUTIO HYPNOTICA SWEDIAUR.

Rec. Extr. Opii Drachm. unam, Aq. dest. Unc. semis, Spir. Vini rect. Drachm. semis.

SOLUTIO IODATA RUBEFACIENS LUGOL.

Rec. Iodi Unc. semis, Kalii iodati Unc. unam, Aq. dest. Unc. sex.

SOLUTIO KALII IODATI MAGENDIE.

Rec. Kalii iodati Drachm. semis, Aq. dest. Unc. unam.

SOLUTIO LITHONTRIPTICA AUGUSTIN.

Rec. Salis Tartari Drachm. tres, Aq. comm. Libr. duas.

SOLUTIO LITHONTRIPTICA DELLA LENA.

Rec. Terr. foliatae Tartari Unc. duas et semis, Sal. Tartari Unc. unam, Aq. dest. Unc. quatuor, Spir. Vini rectss. Unc. duas, solve, filtra.

SOLUTIO MALATIS FERRI vid. Tinctura Martis pomata.

† SOLUTIO MARRYATI.

Rec. Mercur. sublim. corros., Acidi Salis āā Gran. decem, Spir. Lavend. comp. Unc. unam.

SOLUTIO MERCURIALIS Ph. paup. Hamb.

Rec. Mercur. sublim. corros. Gran. tria, Aq. dest. Unc. unam, Sal. Ammon. Scrup. unum, Mixt. demulcent. Unc. decem et semis.

SOLUTIO MERCURII BIIODATI MAGEND.

Rec. Mercurii iodati rubri Scrup. unum, Spir. Vini rectss. Unc. unam.

† SOLUTIO MERCURII GUMMOSI MARCUS.

Rec. Mercur. vivi Drachm. unam, Gummi Arab. Drachm. tres, extingue cum Syr. Alth. Unc. semis, adde Aq. Cerasor. Unc. quatuor, Syr. Alth. Unc. semis.

SOLUTIO MINERALIS FOWLERI vid. Liquor arsenicalis FOWLERI.

† SOLUTIO MORPHII CITRICI MAGEND.

Rec. Morph. puri Gran. sedecim, Acid. citric. cryst. Gran. octo, Aq. dest. Unc. unam, Tinct. Coccionell. Drachm. duas.

SOLUTIO MUCILAGINOSA SWEDIAUR.

Rec. Mucilag. Gummi Tragacanth. Unc. duas ad tres, Aq. ferv. Libr. unam. Syr. Alth. Unc. unam.

SOLUTIO MURIATIS CALCIS HYDRARGYRATA vid. Aqua phagedaenica (p. 84).

SOLUTIO MURIATIS FERRICI AETHEREA Ph. Suec.

Rec. Ferri muriat. oxydat., Aquae dest. āā part. unam, Naphthae Vitrioli totius voluminis triplum, agita et Naphtham tinctam colore luteo defunde.

SOLUTIO MURIATIS FERRICI SPIRITUOSA, Tinctura Martis Ph. Suec.

Rec. Ferri muriatic. oxydati part. unam, Spir. Vini rectss. part. sex.

SOLUTIO MURIATIS FERRICI SPIRITUOSO-AETHEREA vid. Tinctura nervino-tonica BESTUSCHEFFI.

SOLUTIO MYRRHAE AQUOSA Ph. paup. Hamb.

Rec. Myrrh. Unc. quatuor, Aq. dest. Unc. sedecim, digere, cola.

SOLUTIO PROPHYLACTICA CONTRA SCARLATINAM HAHNEMANNI.

Rec. Extr. Belladonn. Gran. duo, Aq. dest. vel Cinnamomi Unc. duas.

SOLUTIO RESINAE GUAJACI AQUOSA vid. Emulsio Guajaci (p. 355).

SOLUTIO RESOLVENS NIEMANNI.

Rec. Sal. Ammon. Drachm. duas, Aq. Sambuci Unc. sex, Spir. Lavend., — Rorismar. āā Unc. unam et semis, Aceti Vini Unc. tres.

SOLUTIO RESOLVENS VOGLERI.

Rec. Sal. Ammon. Drachm. quatuor ad sex, Aq. comm. Unc. viginti, Spir. Vini Unc. duas.

SOLUTIO ROOB JUNIPERI VAN SWIETEN.

Rec. Roob Juniperi Unc. quatuor, Aq. Junip. Libr. duas, Tinct. Junip. Unc. duas, Spir. Nitri dulc. Unc. semis.

SOLUTIO SALINA GELATINOSA CADET.

Rec. Aq. comm. Unc. sedecim, Sal. Sodae, Collae Flamand. āā Unc. unam, Sal. mirab. GLAUB., — commun. āā Unc. semis, Petrolei Gutt viginti.

SOLUTIO SAPONIS vid. Spiritus saponatus.

SOLUTIO SAPONIS AETHEREA vid. Sapo Aetheris acetici.

SOLUTIO SAVIARDI.

Rec. Alcali caustici vegetabil. sicci Drachm. duas, Camphor. Scrup. duos, Sacch. alb. Unc. duas, Aq. comm. Libr. duas.

SOLUTIO SEDANS TROUSSEAU.

Rec. Kalii cyanati Gran. octo ad decem, Aq. dest., Spir. Vini rectss., Naphth. Vitrioli āā Unc. unam.

SOLUTIO AD STRUMAM PIERQUIN.

Rec. Ferri iodati Drachm. quatuor et Gran. quadraginta, Aq. dest. Unc. quatuor.

SOLUTIO SULPHATIS ZINCI vid. Aqua vitriolica p. 96).

SOLUTIO SWIETENI vid. Aqua SWIETENI (p. 91).

SOLUTIO TASCHERI.

Rec. Sal volatil. sicc. Drachm. unam, Gummi Arab. Drachm. duas, Sacchar. alb. Drachm. unam, Aq. comm. Unc. quatuor.

SOLUTIO TARTARI DEPURATI vid. Decoctum Tartari (p. 249).

† SOLUTIO VERATRINI MAGENDIE.
Rec. Veratrini sulphur. Gran. unum, Aq. dest. Unc. duas.

SPARADRAP, Sparadrap, *Sparadrap* dicuntur fasciae telae linteae vel sericeae vel gossypinae vel chartaceae altero latere strato empastico medicamentoso obductae. Praeparantur ope supellectilis simplicis ad hunc usum aptae. Ligna duo, serie cuspidum acutarum munita, in jugamento ligneo mobilia, ita configuntur, ut tela in cuspidibus inhaerens, adstricte expansa teneatur. Cultrum longum et antea calefactum in extremo telae transverse imponitur et massa empastica liquefacta prope hoc in telam effunditur, tum uno ductu continente et audaci ope cultri in linteo expanditur. Extrema, in quibus emplastrum per linteum penetraverit, et margines torulo emplastri obsitae, forfice desecantur, Sparadrap post refrigerationem in cylindrum convolvitur.

SPARADRAP ALBUM. Weißer Sparadrap.
VAN MONS: Rec. Terebinth. coct. part. unam, Sevi part. duas, Cerae alb. part. sex, Cerussae contritae part. unam. Fasciae linteae in hanc massam liquefactam immergantur et expansae deguttentur. Dicta TELA GUALTHERI Ph. Wirt.: Empl. Diapalm., — Diachyl. simpl. āā Libr. unam, — Ceruss. Libr. semis, Pulv. Rad. Iridis Flor. Unc. unam et semis, massam liquatam in fasciis linteis tenuiter expande quomodo voce generali Sparadrap expositum est.

SPARADRAP AROMATICUM. Gewürzhaftes Sparadrap. *Sparadrap aromatique.*
Rec. Cerae alb. Libr. octo, Ol. Nucist. Libr. unam, Ol. Citri, — Lavend., — Neroli, — Thymi āā Unc. quatuor, Essentiae regalis Drachm. duas, f. Sparadrap.

SPARADRAP CEREUM. Wachssparadrap. *Toile de mai.*
Ph. Gall. 1837: Rec. Cerae alb. Unc. octo, Ol. Amygd. dulc. Unc. quatur, Terebinth. Ven. Unc. unam, in massam liquatam fasciae linteae immergantur et inter ligna duo recta compressa perducantur, ut massae empasticae, quidquid excedat, abradatur.

SPARADRAP CETACEI VAN MONS.
Rec. Cetacei, Terebinth. clarae, — coctae āā part. unam, Cerae alb. part. tres, liqua et supra chartam glutine praeparatam extende.

SPARADRAP COMMUNE. Gemeiner Sparadrap. *Sparadrap commun.*
Ph. Gall. 1818: Rec. Terebinth. part. unam, Ol. Olivar. part. quatuor, Cerae flav. part. octo, in fascias linteas extende ad modum voce generali Sparadrap expositum. VAN MONS: Terebinth. part. unam, Sevi part. unam et semis, Cerae alb. part. quatuor. Ph. Gall. 1837: Emplastrum Diachylon simplex (tempore hiberno adjecto pauxillo Terebinthinae) in telam linteam lege artis extendi vult.

SPARADRAP AD CORPUS CONDITUM INVOLVENDUM SPIELMANN.
Rec. Cerae alb. Libr. decem et Unc. octo, liquatae et semirefrigeratae adde Ol. Nucist. Unc. octo, — Citri, — Neroli, — Lavend., — Thymi āā Unc. quatuor, Ambr. gris. Gran. quindecim, Moschi Gran. octo, Zibethi Gran. quatuor, in linteo extende.

SPARADRAP DIACHYLI vid. Sparadrap commune.

SPARADRAP DIACHYLON CUM GUMMI.
Rec. Empl. Diachylon comp. Libr. unam, Terebinth. Unc. duas, extende in linteo.

SPARADRAP DIAPALMAE.
Rec. Empl. Diapalm. Libr. unam, Ol. Oliv., Cerae flav. āā Unc unam, Terebinth. Unc. duas.

SPARADRAP EXSICCANS VAN MONS.
Rec. Ol. Olivar. part. unam, Medull. bov. part. unam et semis, Cerae flav. part. duas, Sevi part. tres, liquatis simul adde Pulv. Lap. Calamin. part. unam, — Ceruss. part. unam et semis. CADET: Ol. Olivar. Unc. sex, Cerae Unc. quatuor, Cerussae, Lap. calamin. āā Unc. unam et semis.

SPARADRAP DE EMPLASTRIS Ph. Gall. 1818.
Rec. Empl. Diachyl. simpl., — — comp., āā part. quindecim, Cerae flav., Terebinth. āā part. quinque.

SPARADRAP EPULOTICUM.
Rec. Empl. epulot. Libr. duas, Cerae alb. Libr. semis, extende in linteo.

SPARADRAP PRO FONTICULIS dicitur hinc inde Sparadrap commune, vel de emplastris.

SPARADRAP GOULARDI s. Pellis GOULARDI.
Rec. Ol. Olivar. Unc. quatuordecim, Cerae flav. Libr. duas, Extr. Saturni Unc. unam, Camphor. Drachm. semis, linteum in massam liquatam immerge.

SPARADRAP ORDINARIUM vid. Sparadrap commune.

SPARADRAP PALLIDUM = Sparadrap epuloticum.

SPARADRAP RESINOSUM VAN MONS.
Rec. Resinae Pini, Terebinth. āā part. unam, Cerae alb. part. quatuor, extende in linteo.

SPARADRAP RESOLVENS Pierquin.

Rec. Cerae flav. Unc. octo, Ol. Olivar. Unc. sedecim, Camphor., Sal. Ammon. āā Drachm. unam, Sacch. Saturni Unc. unam, fascias linteas in mixturam liquatam immerge.

SPARADRAP RUBRUM. Rother Sparadrap. *Sparadrap rouge.*

Rec. Cinnabar. part. unam, Terebinth. part. sex, Cerae albae part. duodecim, linteum in massam immerge. Ph. Palat.: Cerae flav. Unc. sex, Sevi Unc. duas, Terebinth., Ol. Lilior. alb. āā Unc. unam et semis, Minii Unc. quatuor.

SPARADRAP VESICANS Van Mons.

Rec. Cerati Cantharidum (ejusdem), Resinae Pini āā part. aequales.

SPARADRAP DE Vigo.

Rec. Emplastri de Vigo Libr. unam, Terebinth. Venet. Drachm. sex, Elemi Drachm. unam.

SPARADRAP VIRIDE Van Mons.

Rec. Cerae alb. Libr. unam, Terebinth. coct. Unc. sex, Aeruginis Drachm. sex.

SPECIES, Species, *Espèces* dicuntur miscelae partium plantarum concisarum, sicut Radicum, Corticum, Herbarum, Florum et in partes aequales divisae. Inserviunt species pro parando potu ope decoctionis et infusionis, pro parando enemate, cataplasmate, fomentatione. Non misceantur partes texturae et molis nimis diversae, sicut Radices et Flores, quorum singuli partes medicatas diverse aquae cedunt. Plantae, earumque partes singulae praevie concidantur vel contundantur, et cribri ope partes grossiores atque pulverulentae secernantur.

SPECIES ACIDI OXYMURIATICI vid. Fumigatio oxymuriatica (p. 441).

SPECIES ACIDI NITRICI vid. Fumigatio Smithiana. (p. 442).

SPECIES ADSTRINGENTES. Adstringirende Species. *Espèces adstringentes.*

Ph. Gall. 1837: Rec. Rad. sicc. Bistortae, — Tormentill, Cort. Granator. āā Unc. unam. Ph. Palat.: Hb. Millefolii Unc. novem, Hb. Tormentill. cum Radice, — Pimpinell. alb., — Plantag., — Virgaureae, Flor. Rosar. rubr. āā Unc. unam et semis. Piderit: Rad. Bistort., Hb. Agrimon., — Pervincae, Flor. Malv. arbor., — Balaustior āā Unc. duas.

SPECIES ALEXICACAE Disp. Prag. vet.

Rec. Rad. Buglossae, — Acetosae, — Tormentill., — Scorzonerae āā Unc. tres, Fol. Endiviae, — Cichorii, — Acetosae, — Pimpinell. āā Manip. tres, Tamarindor. Unc. quatuor, Rasur. Cornu Cervi Unc. unam et semis, Flor. Boragin. Manip. duos, Sem. Nap. Drachm. decem, m.

SPECIES ALEXIPHARMACAE Disp. Vienn. vet.

Rec. Rad. Levistici, — Vincetoxici āā Libr. unam, Hb. Galegae, — Scordii āā Libr. semis. Cort. Citri Unc. unam et semis, m.

SPECIES DE ALTHAEA Disp. Vienn. vet.

Rec. Rad. Althaeae Unc. octo, — Graminis, — Asparagi, — Liquirit., Uvarum passarum arund., Hb. Alth. āā Unc. duas, — Scolopendrii veri, — Malvae, — Parietar., — Pimpinell., — Plantaginis, — Adianthi albi, — — nigri āā Unc. unam, Cicer. rubror. Unc. quatuor, Semin. quatuor frigid. major. Unc. tres, m.

SPECIES AMARAE. Bittere Species. *Espèces amères.*

Ph. Hass. 1827: Rec. Hb. Centaur. minor., — Menth. pip., — Trifol. fibrin., Summitat. Millefol., Sem. Foenic. āā part. aeq. Ph. Gall. 1837: Hb. Chamaedr., — Centaur. min., — Absinth. āā Unc. unam. Ph. Parm.: Hb. Absinth., — Chamaepith., — Scordii āā part. aeq. Ph. Palat.: Hb. Absinth. pugill. tres, — Cardui bened., — Scolop, — Centaur. min. āā pugill. unum, Rad. Enulae Unc. semis, — Iridis Flor. Unc. unam, Calami arom. Unc. semis, Cort. Aurant. Drachm. sex. Ph. Herbip.: Hb. Absinth., — Card. bened. āā Unc. unam, Rad. Columb., Rasur. Ligni Guajaci, Cort Aurant. āā Unc. semis, Cinnamomi Drachm. duas.

SPECIES AMARAE Hornii.

Rec. Fol. Aurant., Hb. Trifol. fibr., Lign. Quass. āā Drachm unam ad duas, Sem. Carvi Scrup. unum, Fol. Senn. Drachm. semis.

SPECIES ANODYNAE.

Ph. Palat.: Rec. Rad. Capparid. Unc. duas, Sem. Lini Unc. unam, Hb. Hyoscyami, — Linariae, — Millefol., — Verbasci āā Manip. duos. Swediaur: Capit. Papav. Drachm. duas, Hb. Menth. pip., Flor. Chamom. āā manip. semis.

SPECIES ANODYNAE Trilleri.

Rec. Hb. Meliss., — Menth., — Millefol., — Salviae āā manip. unum, Flor. Chamom. vulg., — — Roman. āā pugill. duos, Flor. Verbasci, — Papav. Rhoead., — Sambuci, — Tiliae āā pugill. unum, Sem. Cardamom., — Carvi, — Cumini, — Anisi, — Foenic. āā Drachm. unam, m.

SPECIES ANTARTHRITICAE Marcus.

Rec. Stipit. et Fol. Rhododendri Chrysanthi, Hb. Chamaedr., — Chamaepith., Capit. Papav., Lign. Guajac. āā Unc. duas, m.

SPECIES ANTIEPILEPTICAE Vogt.

Rec. Rad. Valer., Visci querni, Fol. Aurant. virid. āā Drachm. duas, Sem. Foenic. Drachm. unam, dentur in sextuplo.

SPECIES ANTHELMINTHICAE. Wurmspecies. *Espèces anthelminthiques.*

Ph. Palat.: Reç. Hb. Absinth. vulg., — Santolinae, — Tanaceti, — Sabinae āā pugill. unum, Pulp. Colocynth., Aloës āā Drachm. unam, Rad. Aristoloch. rot. Unc. unam. Henry-Guibourt: Summit. Absinth., — Tanacet. Flor. Chamomill., Sem. Cinae āā part. aeq. Cadet: Summitat. Absinth. maritim part. tres, — Tanaceti, Flor. Chamomill., Hb. Gratiol. āā part. unam. Ph. Gall. 1837: Summitat. Tanaceti, — Absinth., Flor. Chamomill. āā part. aeq.

SPECIES ANTIHAEMORROIDALES vid. Fomentatio antihaemorrhoidalis.

SPECIES ANTIHYDROPICAE Marcus.

Rec. Fol. Persicar., Rad. Junci silv. āā Unc. semis, Hb. Petroselin., — Hyssopi off., Fol. Lauri, Cinnamomi, Cort. aurant., Sem. Anisi āā Drachm. unam.

SPECIES ANTINEPHRITICAE vid. Species decocti nephro-cathartici.

SPECIES ANTIPHTHISICAE Boerhave.

Rec. Rad. Caryophyll. Unc. duas, — Liquirit. Unc. unam et semis, Hb. Veronicae, — Hederae terrestr. āā manip. unum, Flor. Hyperici Pugill. tres, Hb. Centaurii min. Pugill. duos, Sem. Foenic. Drachm. tres.

SPECIES ANTIPHTHISICAE Trillebi.

Rec. Hb. Tussilagin., — Pulmonar., — Veronic., — Hederae terrest, — Rutae murar., — Hyssopi āā Manip. unum, Rad. Althaeae, — Liquirit. āā Unc. unam, — Caryophyll. Unc. semis, — Iridis Flor. Drachm. duas, Sem. Anisi stell., — Foeniculi āā Drachm. unam.

SPECIES ANTISCORBUTICAE.

Rec. Hb. Cochlear., — Nasturtii aquat., — Beccabungae, — Marrubii albi, — Fumar., — Trifolii āā Unc. semis, Rad Armoraciae Unc. sex, — Polypodii, — Sarsaparill. āā Unc. tres, Sem. Anisi Drachm. sex.

SPECIES ANTISPASMODICAE Hufeland.

Rec. Rad. Valer., — Caryoph., Hb. Menth. pip., Fol. Aurant. āā part. aeq. Piderit: Rad. Valerian. Unc. tres, Fol. Aurant. Unc. duas, Hb. Millefolii Unc. unam.

SPECIES APERIENTES, Radices quinque aperientes.

Disp. Brunsv.: Rec. Hb. Absinth., — Menthae, — Rutae, — Salviae, — Sabinae, — Scordii āā Libr. semis, Flor. Lavand. Libr. unam, — Rorismarin. Unc. sex, — Sambuci, — Chamomill. āā Libr. unam et semis, — Rosar. rubrar. Unc. octo. — Ph. Bor. ed. 5, Hann.: Hb. Meliss., — Origani vulg. āā Unc. sex, Fl. Chamom., — Lavand., — Samb āā Unc. duas. Ph. Dan., Hamb. 1835: Hb. Majoran., — Meliss., — Menth. pip., — Origani vulg. āā Libr. semis, Flor. Chamomill., — Lavand., — Sambuci āā Unc. tres. Ph. Slesv.-Hols.: Hb. Absinth.. — Meliss., — Menth. pip., — Origani āā Unc. quatuor, Flor. Chamom. vulg., — Sambuci āā Unc. tres, Bacc. Lauri Unc. duas. Ph. Suec.: Hb. Absinth., — Menth. crisp., Flor. Lupuli āā Libr. semis. Ph. Ross.: Hb. Absinth., — Menth. crisp., — Rutae āā part. sex, Flor. Sambuci part. duas, vel: Hb. Abrotani, — Absinth. āā part. quatuor, — Tanaceti, — Serpyll. āā part. duas. Ph. Saxon. 1827: Hb. Menth. pip, — Origani, Flor. Chamomill. vulg., — Lavandul., Sambuci āā Unc. unam. Ph. Bor. castr. 1828: Hb. Absinth., — Menth. crisp. āā Unc. unam, Flor. Chamom., — Sambuci āā Unc. semis. Hufeland Ph paup.: Rad. Taraxaci, — Saponar., — Gramin., — Rubiae tinct., Hb. Fumar., — Millefol. āā part. aeq. Ph. Polon.: Hb. Absinth., — Menth. pip.,

— Origani vulg. āā Libr. semis, Flor. Chamomill., — Lavandul. āā Unc. duas. Ceteras codicum varietates silentio praeteream us.

SPECIES RESOLVENTES BURDACH.

Rec. Fol. Senn., Sem. Foenic. āā Drachm. tres, Rad. Liquir. Unc. semis, — Gramin. Unc. tres, m.; vel: Stip. Dulcamar. Drachm unam ad duas, Spec. Lignor. Unc. unam, Rad. Liquir. Unc. semis. F. Spec. dent. in quadruplo.

SPECIES RESOLVENTES GOELIS.

Rec. Stip. Dulcamar., Rad. Liquir. āā Unc. semis, Hb Alth. Unc. unam. C m. f. Spec.

SPECIES RESOLVENTES MARCUS.

Rec. Flor. Arnic. Unc. unam, — Chamomill. Unc. duas, Camphor. Drachm. unam; m. f. pulv. grossus. Vel: Hb. Menth. pip., — Majoran., Hb et Flor. Lavend., Flor. Sambuc. āā Unc. unam. Conc. f. Species.

SPECIES RESOLVENTES STEINBRÜCK.

Rec. Fol. Senn. Drachm. tres, Hb. Trifol. fibr. Unc. semis, — Menth. pip. Drachm. duas, Cort. Aurant. Drachm. unam et semis.

SPECIES ROBORANTES BERENDS.

Rec. Hb. Trifol. fibr. Unc. semis, Cort. Aurant. Drachm. duas, Fol. Aurant. Unc. unam, Hb. Menth. pip. Drachm. tres.

SPECIES ROBORANTES PHOEBUS.

Rec. Cort. Cascarill., Hb Centaur min. āā Unc. tres, Cass. Cinnamomi Unc. semis. Vel: Cort Peruv. fusci, Lign. Quass. āā Unc. unam et semis, Cass. Cinnam. Drachm. duas.

SPECIES ROBORANTES RICHARD.

Rec. Hb. Tussilag. Unc. unam, Rad. Polygal amar. Drachm. semis, Spec. pector. Unc. unam et semis. Vel: Summit. Chamaedr., — Centaur., Fumar., Hb. Trifol. fibr., Strobil. Humuli āā Unc. semis.

SPECIES ROBORANTES SUNDELIN.

Rec. Cort. Peruv. reg. Drachm. sex, — Aurant. Drachm. tres, Rad. Gentian. rubr. Unc. semis, — Calam. ar. Drachm. duas, Cinnam Drachm. unam et semis. Vel: Cinnamom. Drachm. tres, Summit. Millefol. Drachm. sex, Flor. Chamomill. Unc. semis.

SPECIES ROBORANTES VOGT.

Rec. Flav. Cort. Aurant., Ligni Quass. āā Unc. unam et semis, Canell. alb. Drachm. duas.

SPECIES E SCORDIO vid. Species Diascordii.

SPECIES SOPIENTES VOGLERI Weilb.

Rec. Sem. Cannabis Unc. duas, Flor. Chamom., — Sambuci āā Unc. semis.

SPECIES CONTRA SPUTUM SANGUINIS vid. Species adstringentes.

SPECIES STERNUTATORIAE vid. Pulvis.

SPECIES SUDORIFICAE.

Ph. Oldenb.: Rec. Ligni Sassafras, Stipit. Dulcamar. āā part. duas, Rad. Liquirit. part unam. Ph. Gall. 1837: Ligni Guajac., Rad. Sarsaparill., — Chin. āā part. aeq.

SPECIES DE St. GERMAIN.

Rec. Fol. Senn. Unc. quatuor, Flor. Samb Unc. duas et semis, Sem. Foen. rom. Drachm. duas, — Anis. Drachm. decem, Cremor. Tartari Drachm. sex, m.

SPECIES AD SUFFIENDUM, s. fumales, s. pro suffitu. Räucherspecies. *Espèces fumales.*

Ph. Bor. ed. 5: Rec. Olibani, Benzoës, Succini āā Libr. semis, Flor. Lavendul. Unc. duas. Ph. Hann. addit Flor. Rosar. Unc. duas. Ph. Hamb. 1835: Baccar. Juniperi, Olibani, Benzoës, Succini āā Libr. semis, Cort. Cascarill., Flor. Lavandul., — Rosar. rubr. āā Unc. duas. Ph. Dan.: Storac., Benzoes āā Unc. duas, Olibani, Succini āā Unc. unam, Olei de Cedro, — Lavendul. āā Gutt. decem. Ph. Batav., Polon.: Olibani, Benzoes, Mastich., Succini āā Libr. unam, Cort. Cascarill. Unc. unam. Ph. Bor. ed. 3, Sard.: Baccar. Junip., Benzoes, Olibani, Succini āā Libr. semis., Cort. Cascarill., Flor. Lavendul., — Rosar. rubr. āā Unc. duas.

SPECIES TABACI, PRO FUMO CAMERARII Ph. Wirt.

Rec. Styracis, Mastiches, Benzoes, Succini āā Unc. semis, Olibani, Sem. Foeniculi, — Anisi āā Drachm. duas, Caryophyll. aromat., Cubebar. āā Drachm. tres, Fol. Tabaci Unc. octo, Majoranae Unc. unam, Flor. Calendul., — Cyani, — Rosar. rubr. et Damascen., — Lavend. āā Unc. semis, — Lilior convall. Drachm. duas. Incid. grosso modo.

SPECIES TABACI, PRO FUMO, OFFICINALES.

Rec. Fol. Tabaci Unc. sedecim, — Majoranae, — Basilici āā Unc. semis, Flor. Rosar., — Lavend., — Lilior. convall. āā Drachm. duas, Sem. Anisi Unc quatuor, — Foenic. Unc. unam, Styracis, Benzoes āā Drachm. quinque, Ligni Rhodii, Santali citr., Caryophyll. arom., Cubebar. āā Drachm. tres. Incid. et contundantur grosso modo.

SPECIES PRO THEA. Theespecies.

Ph. Hass. et Ph. paup. HUFELANDI 1827: Rec. Hb. Meliss Unc. unam, Sem. Foenic. Drachm. tres, Rad Liquir. Drachm. duas. HENRY-GUIBOURT: Hb. Veronic., — Hederae terrestr., — Tussilag., — Scabios. āā Unc. tres, — Meliss., — Salviae āā Unc. quatuor.

SPECIES PRO THEA AMARA Ph. Dan. mil.

Rec. Hb. Trifol. fibrin., Fol. Senn., Rad Bardanae, Bacc. Junip. āā Unc. unam.

SPECIES PRO THEA HELVETICA vid. Thea helvetica.

SPECIES TURIONUM PINI COMPOSITAE Ph. Ruth. castr.

Rec. Turion. Pini, Hb. Millefol., — Fumar., — Trifol. fibr., Ligni Junip., Rad. Calami ãã part. aeq.

SPECIES PRO VAPORIBUS ACIDI ACETICI Ph. Suec.

Rec. Sacch. Saturni part. tres, Ol. Vitrioli part. unam, separatim dentur.

SPECIES PRO VAPORIBUS ACIDI MURIATICI Ph. Suec.

Rec. Salis commun. part. duas, Ol. Vitrioli part. unam.

SPECIES PRO VAPORIBUS NITRICIS, et OXYMURIATICIS vid. Fumigatio Smithiana (p. 442) et oxymuriatica (p. 441).

SPECIES VERMIFUGAE vid. Species anthelminthicae.

SPECIES VISCERALES AD ENEMA Kaempfii.

Ph. Hass.: Rec. Rad. Valer., — Taraxaci, — Saponariae, Furfur. Tritici ãã Unc. duas, Hb. Centaurii min., — Marrubii albi, — Cardui bened. ãã Unc. unam, Flor. Verbasci, — Chamomill., — Arnicae, Summit. Millefol. ãã Unc. semis. concisa misce. Ph. Sax. 1837: Rad. Taraxaci, — Saponar.; — Valerian., — Graminis, — Marrub. alb., Flor. Chamomill. vulg., Farinae Tritici ãã Unc. quatuor. Cf. Species ad enema viscerale.

SPECIES VULNERARIAE.

Ph. Lusit. ed. Pinto: Rec. Hb. Hyperici, — Balsaminae, — Rutae ãã Unc. duas. (Cf. Species pro decocto vulnerario, Species infusi vulnerarii et Thea helvetica.)

SPECIFICUM ANTATROPHIUM Wepferi Ph. Wirt.

Rec. Sacchari albi Unc. quatuor, Fuliginis splendent. Unc. unam, Rad. Iridis Florent. Unc. semis, — Ari praep., Diaphoretici Jovialis, — Martialis, Lapid. Cancror. praep ãã Drachm. duas, m.

SPECIFICUM ANTEPILEPTICUM Weismanni = Cuprum ammoniacale.

SPECIFICUM ANTIFEBRILE Crollii Ph. Wirt.

Rec. Testar. concharum oblongarum acuminatarum, quae in stagnis aut lacubus reperiuntur, quantum placet. Macerentur in aceto forti, ut ab impuritatibus mundari queant, quas, aqua fontana lota, et rursus exsiccatas, in pulverem subtilissimum redige. Crollius Conchas calcinari et ita in calcem veram redigi jubet.

SPECIFICUM CEPHALICUM Michaelis.

Rec. Cinnabaris Unc. tres, Rad. Paeoniae Unc. unam et semis, Cranii humani, Ungularum Alcis, Cornu Cervi sine igne praep., Smaragdi praep, Coralliorum rubr. praep. ãã Drachm. duas, Margarit. orient. praep., Unicornu marini, Succini praep. ãã Drachm. semis, misce, fiat longa trituratione pulvis subtilissimus.

SPECIFICUM FEBRIFUGUM Cranii = Regulus Antimonii medicinalis.

SPECIFICUM JALAPPINUM Ph. Wirt.

Rec. Resin Jalappae, Scammonii ãã Drachm. tres, Pulv. Jalappae Unc. unam et semis, Cremor. Tart., Arcani duplicat. ãã Unc. unam, Ol. Cinnamomi Scrup. unum.

SPECIFICUM Paracelsi = Arcanum duplicatum.

SPECIFICUM STOMACHICUM Poterii vid. Bezoardicum martiale (p 129).

SPECIFICUM TARTARI PHARYNGICUM Zobelii Ph. Wirt.

Rec. Crystallorum Tart. Unc. quatuor, Alumin. crudi, Nitri crystall. ãã Unc. tres, Aceti Vini destill. Libr. quatuor; solvantur et rursus coagulentur.

SPECILLA CEREA vid. Cereoli exploratorii (p. 170).

SPERMA MERCURII = Mercurius acetatus.

SPERNIOLA CROLLII Ph. Wirt.

Rec. Myrrhae, Olibani ãã Unc. duas, Croci Unc. semis. Misceantur, fiat omnium pulvis subtilissimus, cui in patina vitrea aqua spermatis ranarum vel aliqua quacunque, per saccum destillata, vicies et tricies irroretur et exsiccatur, tandem adduntur Camphorae Drachmae tres.

SPIRITUS, Geist, Spiritus, *Esprit* est medicamentum liquidum spirituosum, destillatione Spiritus Vini cum corporibus medicatis, odoratis, volatilibus obtentum. Haec operatio encheiresi satis nota vel ex vesica cuprea destillatoria vel ex retorta vitrea instituitur. In hunc ordinem plurimae Spirituum formulae cadunt. Alii, qui dicuntur Spiritus, solutione in Spiritu Vini tantum praeparantur, si corpora ex toto sunt solubilia nec colorem intensiorem habent, sicut Spiritus camphoratus, saponatus. Alii Spiritus dicuntur nominibus antiquatis ab indole volatili, qua gaudent, sicut Spiritus Vitrioli, Salis, Nitri. Spiritus Mindereri denique solutio aquosa est nec odore praegnante vel volatilitate eximia gaudet, nomen duxit a Spiritu Salis Ammoniaci, ex quo paratur.

SPIRITUS ABSINTHII.

Ph. Sard.: Rec. Hb. Absinth. recent. part. unam, Spiritus Vini rect. part. quatuor, destilla, destillatum in nova copia herbae cohoba.

SPIRITUS ABIETIS Ph. Suec.

Rec. Turionum abietis part. tres, Spiritus Frumenti, Aquae comm. ãã partes sex, destillatione prodeant part. quatuor.

SPIRITUS ACETI vid. Acetum radicale (p. 11).

SPIRITUS ACETI DILUTUS vid. Acetum concentratum (p. 6).

SPIRITUS ACETICO-AETHEREUS vid Liquor anodynus vegetabilis (p. 519).

SPIRITUS AERUGINIS v. Viridis Aeris est Acidum aceticum impurum destillatione sicca usque ad retortae excandescentiam Aeruginis crystallisatae obtentum. Maxima ex parte ex acido acetico diluto et Spiritu pyroacetico constat. Hodie non amplius praeparatur.

SPIRITUS AERUGINIS COMPOSITUS Disp. Brand.

Rec. Virid. aeris Unc. quatuor, Cummi Ammon. Unc. duas, Flor. Sulph. Unc. unam et semis; ex retorta fiat destillatio sicca, destillatum semel rectificetur.

SPIRITUS AETHEREUS NITROSUS = Spiritus Nitri dulcis.

SPIRITUS AETHEREUS SULPHURICUS = Liquor anodynus mineralis HOFFMANNI.

SPIRITUS ALCALI VOLATILIS = Spiritus Salis Ammoniaci vinosus.

SPIRITUS ALKERMES Ph. Batean.

Rec. Spir Cinnamomi, — Citri, — Cerasor. nigr., — Rorismar. ana Unc. quatuor, Succi Chermesin Unc. duas, mixta filtrentur, adde Sacch. alb. Unc. duas, Fol. Auri N° decem.

SPIRITUS ALUMINIS est Acidum sulphuricum dilutum, destillatione sicca Aluminis obtentum.

SPIRITUS AMMONIAE vid. Spiritus Salis Ammoniaci et varietates.

SPIRITUS AMMONIAE FOETIDUS vid. Tinctura Asae foetidae ammoniata.

SPIRITUS AMMONII TEREBINTHINATUS Clin. Chir. Berol.

Rec. Spir. Sal. Ammon. caust. Unc. duas, Ol. Terebinth. Unc. unam, Spir. Menth. Unc. novem.

SPIRITUS AMMONIATO-AETHEREUS Clin. Chir. Berol.

Rec. Spir. Menth., — Serpyll., — Rorismar., — Lavendul. ana Unc. duas, Balsami Vitae HOFFM. Unc, semis, Spir. Sal. Ammon. anisat. Unc. unam.

SPIRITUS ANGELICAE cod. vet.

Rec. Rad Angelicae Unc. quatuor, Spir. Vini rect. Libr. duas, Aq. comm. Libr. unam, destillent.

SPIRITUS ANGELICAE COMPOSITUS et COMPOSITUS CAMPHORATUS, Spiritus theriacalis, Essentia s. Tinctura theriacalis. Zusammengesetzter Engelwurzelgeist, Theriakgeist. *Esprit thériacal.*

Rec Rad. Angelicae Libr. unam, Hb. Scordii, Rad. Valer., Bacc. Juniperi ana Unc. tres, Spir. Vini rect. Libr. sex, Aq. comm. q. s., destillatione eliciantur Librae sex, in quibus solve Camphorae Unciam unam et semis.

Sit limpidus, aqua addita valde turbetur. *Vis:* nervina, diaphoretica. *Usus:* ad vires vitales excitandas, erigendas.

Hanc formulam Ph. Bor. ed. 3 et 5, Slesv.-Hols., Hamb. 1835, Polon., Oldenb., Saxon. 1837. habent. Ph. Hann. 1833 duas habet formulas, alteram sine Camphora nomine hujus vocis designatam, alteram, formulam illam integram cum Camphora, nomine Spiritus Angelicae compositi camphorati. Ph. Hass. quoque Camphoram omisit. Ph. Wirt. et Codices vet.: Rec. Rad. Angelicae, — Imperatoriae, — Serpentariae Virgin., — Zedoariae ana Unc. unam, Hb. Scordii Unc. duas, Cort. Citri, Baccar. Juniperi, Myrrhae rubr. ana Unc. unam, Croci orient. Unc. semis, Theriaci Andromachi Libr. semis, Spir. Vini simpl. Libr. septem. Radices Herba et reliqua, pulverisata spiritu vini infusa, digerantur et lento igne spiritus Librae quatuor abstrahantur. Cui pro lubitu ad Unciam unam Camphorae Scrupulus unus additur.

SPIRITUS ANGELICAE COMPOSITUS CAMPHORATUS vid. Vocem antecedentem.

SPIRITUS ANHALTINUS vid. Aqua Anhaltina (p. 48).

SPIRITUS ANISI. Anisspiritus. *Esprit d'Anis, Alcoolas d'Anis.*

Ph. Wirt., Palat., Brunsv.: Rec. Seminis Anisi contusi Unc. unam, Spirit. Vini rectificat. Unc. novem, macerata destillent. Pro una parte Seminis Anisi HENRY-GUIBOURT praescribit Spiritus part. octo, Ph. Austr. sex et dimidiam, et Aquae sex; conducit ubique Aquae aliquid miscelae addere ne adustio fieri possit.

SPIRITUS ANISI COMPOSITUS. Zusammengesetzter Anisspiritus. *Esprit d'Anis composé.*

Ph. Dubl.: Rec. Sem. Anisi, Rad. Angelicae ana Libr. semis, Spir Vini rect. Libr. decem, aquae q. s., destillent. Ph. Genev.: Sem. Anisi, Rad. Angelicae ana Unc. tres, Spir. Vini Libr. quatuor, Aq. q. s. ad prohibendam adustionem.

SPIRITUS ANTHOS vid. Spiritus Rorismarini.

SPIRITUS ANTICOLICUS DOLAEI.

Rec. Spir. Rorismar. Unc. semis, — Lumbr. Drachm. duas, — Cornu Cervi, Sal. Succini volat., — Viperar. volat. ana Scrup. unum, Tinct. Opii Drachm. unam.

SPIRITUS ANTICOLICUS Tentzelii.

Rec. Sem. Anisi, — Foeniculi, — Carvi, — Cumini āā Unc. quatuor, Flor. Chamom. Manip. duos, Spir. Frumenti q. s. (Libr. octo ad decem), destillent.

SPIRITUS ANTIHYSTERICUS Disp. Fuld.

Rec. Asae foetid. Unc. duas, Castor. siber. Unc. unam, Hb. Cotulae, — Rutae āā Unc. tres, Vini Gallici generosi albi Libr. octo, macerentur per horas 24, tum destillent. Libr. quatuor.

SPIRITUS ANTIICTERICUS.

Rec. Ol. Terebinth. Unc. unam et semis, Spir. Vini rectss. Unc. octo, destillent, et oleum innatans servetur.

SPIRITUS ANTIMONII vid. Clyssus Antimonii (p. 185).

SPIRITUS ANTISCORBUTICUS Boerhave.

Rec. Sem. Sinap., — Raphani hortens., — Erucae, — Erysimi, — Nasturt. āā Unc. unam, Hb. Cochlear., — Lepidii, — Raphani rustic. āā Manip. duos, conc., cont. adde Sal. comm. Unc. duas, Flor. Cerevisiae Unc. unam, Spirit. Vini rect. q. s ad excessum digitorum duorum, destillent l. a.

SPIRITUS ANTISCORBUTICUS Dekkeri Disp. Leidens.

Rec. Rad. Raphani rustican. Unc. unam, — Angelic. Drachm. tres, Hb. Cochlear, — Scordii, — Menth. crisp. āā Manip. unum, Sem. Foenic., Flaved. Cort. Citri recent., Cort. Winteran. āā Drachm. tres, Sal. Ammon. Drachm. unam et semis, concis., contusis affunde Vini Gall., Spir. Vini rect. āā Libr. tres et semis, destillet dimidium. Cf. Spir. Cochleariae comp.

SPIRITUS ANTISCORBUTICUS Drawitzii s. Mixtura simplex antiscorbutica Ph. Wirt.

Rec. Vitrioli Martis calcin. Libr. duas, Tartari crudi Libr. tres, misceantur et immittantur retortae terreae et lege artis destillentur igne gradatim adhibito et sensim aucto usque dum nulli amplius vapores apparent. Deinde rec. Hujus Spiritus Libram unam, Spiritus Cochleariae Uncias quatuor. Misceantur.

SPIRITUS ANTISCORBUTICUS Disp. Brand.

Rec. Rad. Angelicae Unc. duas, — Polypod. quercin., — Filicis, — Raphani marini āā Unc. unam et semis, Hb. Cochlear. Manip. quatuor, — Nasturtii, — Beccabung. āā Manip. duos, — Menth. crisp., — Rutae, — Salviae āā Manip. unum et semis, Sem. Foeniculi, — Anisi āā Drachm. sex, Cinnam. acuti Drachm. unam, Rad. Zingib., Cort. Citri āā Drachm. semis, Vini Gallici Libr. octo, — Spirit. Vini rect. Libr. quatuor, destillet lege artis Spiritus. Plures denique formulae similes exstant, quas enumerare longum est.

SPIRITUS APERITIVUS Penoti Ph. Wirt.

Rec. Vitrioli Martis, ad albedinem calcinati Libr. quatuor, Tartari albi, solutione et crystallisatione depurati Libr. unam et semis, Pulverisata et mixta cellae humidae exponantur, ut paululum deliquescant, tum igne arenae e retorta destillent et Spiritus servetur.

SPIRITUS ARMORACIAE COMPOSITUS vid. Spiritus Cochleariae compositus.

SPIRITUS AROMATICUS.

Ph. Suec.: Rec. Cinnamomi Unc. duas, Cort. Citri, Sem. Foeniculi āā Unc. unam, Macid. Unc. semis, Hb. Menth. pip. Unc. tres, Spir. Vini gall. Libr. duodecim, destillent Libr. octo. Disp. Lipp.: Hb. Thymi Unc. tres, — Mari veri Unc. unam, Rad. Zedoar., Sem. Carvi āā Unc. duas, Spir. Vini rect. Libr. octo, macera per diem et noctem, adde Aqua commun. Libr. octo, destillent Libr. octo.

SPIRITUS AROMATICUS Lentilii.

Rec. Cinnamomi Unc. duas, Flor. Rosar. rubr., Ligni Santal. citrin., Nucis mosch., Cubebar. āā Scrup. duos, Granor. Paradisi, Rad. Zingib. āā Drachm. duas, Caryophyll., Rad. Galang. āā Unc. semis, Sem. Anisi, — Foeniculi āā Drachm. sex, Spir. Vini rect. Libr. sex, destillent l. a.

SPIRITUS AROMATICUS ACETATUS vid. Spiritus Millefolii acetatus.

SPIRITUS AROMATICUS COMPOSITUS Boerhave.

Rec. Cort. Aurant, — Citri, — Cinnamomi, — Pomor. sinens. dictor., — Limonum āā Unc. quatuor, Flor. recent. Aurant., — Citri, — Limon., — Lavendul., - Rosar. rubr., — Rorismarini āā Unc. duas, Rad. Angelic., — Ireos āā Unc. unam, Caryophyll., Macidis, Nucis mosch. āā Drachm. duas, Spir. Vini rect. Libr. quindecim; destillent quamdiu Spiritus limpidus prodit; insequitur Aqua aromatica spirituosa.

SPIRITUS AROMATICO-OLEOSUS Disp. Brand.

Rec. Cinnamomi, Cort. Citri, — Aurant., Nucis mosch., Macid. āā Drachm. duas, Caryophyll., Cardamomi min. āā Scrup. unum, Croci Scrup. semis, Sal. Tartari Unc. semis, Spir. Sal. Ammon. Unc. quatuor, digestis adde Spir. Vini gall. Libr. unam, tum destillationi subjiciantur.

SPIRITUS AROMATICUS AMMONIACALIS vid. Liquor oleosus Sylvii, et Spiritus oleosus aromaticus Sylvii.

SPIRITUS AROMATICUS CAMPHORATUS vid. Spiritus Angelicae compositus.

SPIRITUS ARTHRITICUS Drawitzii.

Rec. Flor. Lilior. convall. Manip. duos, — Rorismar. Manip. unum, Castorei, Sem. Cochlear. āā Drachm. sex, — Erucae Unc. semis, Spir. Vini rectss. Unc. octo, digere per 3 dies,

adde Spir. Lumbric. Unc. duas et semis, Camphor. Drachm. unam et semis.

SPIRITUS ARTHRITICUS POTTII vid. Linimentum muriatico terebinthinatum (p 512).

SPIRITUS ARTHRITICUS RUBER HENRICI Disp. Argent.

Rec. Rad. Sarsaparill. Unc. unam, Cort. Ligni Guajaci Unc. semis, Hb. Salviae, — Rorismar. ana Manip. unum et semis., Flor. Lavandul. Manip. semis, Baccar Lauri Unc unam, Sal. Tartari Drachm. unam et semis, Spir. Vini rectss. Libr. duas et semis, digere, cola.

SPIRITUS BALSAMI PERUVIANI Ph. Wirt.

Rec. Balsami Peruv. nigri Unc. tres, Sal. Tartari sicciss. Unc. unam. Terantur simul, et probe mixtis superaffundatur Spir. Vini rectss. Unciae quindecim; post digestionem per triduum, destillentur lento igne, e balneo, et spiritus prolectus fragrantissimus servetur.

SPIRITUS BALSAMICUS s. Balsamum Vitae album Ph. Wirt.

Rec. Olibani, Myrrhae, Galbani ana Unc. tres, Ligni Aloës, Caryophyll., Cinnamomi, Nucum mosch., Rad. Galang, — Zedoar., — Zingib. ana Unc. unam, Baccar. Lauri Unc. quatuor, Terebinth. Venet. Libr. unam, Spir. Vini rect. Libr, duodecim. M. destillentur post sufficientem digestionem ex balneo.

SPIRITUS BERGAMOTTAE Ph. Gall. 1837.

Rec. Cort. recent. Citri Bergam. Libr. unam, Spir. Vini rectss Libr. sex, destillent in balneo aquae ad siccum.

SPIRITUS BEGUINI vid. Liquor fumans BOYLEI (p. 523).

SPIRITUS BEZOARDICUS BUSSII Ph. Wirt., cet

Rec. Spir. Cornu Cervi volat., vel Eboris Unc. duas, Sal. Ammoniaci Unc. quatuor, Cinerum clavell. Unc. duodecim, Succini flavi pulv. Unc. sex, Ol. de Cedro Drachm. duas, mixceantur Sal Ammoniacum cum Succino et Oleo, quibus adde Cineres clavellatos in Libra una Aquae fontanae solutos, Spiritus Vini rectificati Libras tres his adjunge Spiritum Cornu Cervi, et per ignem arenae, e cucurbita luto probe munita, destilla.

SPIRITUS BRYONIAE ALBAE vid. Aqua Bryoniae composita (p. 49).

SPIRITUS CAMPHORATUS. Kampherspiritus. *Esprit camphré.*

Synon. Spiritus Vini camphoratus, Aqua Vitae rectificata camphorata, Spiritus vinosus camphoratus, Tinctura Camphorae, Alcohol camphoratum, Solutio Camphorae spirituosa. Kampfergeist.

Rec. Camphorae, in frustula majora diffractae, Libram unam,

in lagenam satis capacem orificii lati immissae affunde

Spiritus Vini rectificatissimi Libras octo,

sepone interdum concutienda donec Camphora soluta fuerit, tum adde

Aquae destillatae Libras quatuor,

agitando misce, sepone, decantha.

Vis: nervina excitans, diaphoretica; discutiens, resolvens.

Sit liquor limpidus decolor, nec acidus nec alcalinus, calore ex toto volatilis, Camphoram valde redoleat, aqua addita camphoram large demittat.

Usus: praecipue externus in contusionibus, sugillationibus.

Omnes Codices Germanici illam ponderum rationem habent, quamquam formulae a nostra discrepantes esse videntur; praecipiunt enim Camphorae Unciam unam in Spiritu Vini rectificati Libra una dissolvi. Solutio ad nostram formulam citius faciliusque efficitur. Ph. Bavar., Belg., Boruss. ed. 5, Edinburg., Hamb., Hann., Hass., Oldenb., Polon., Slesv.-Hols., Saxon. hac in re conveniunt. Ph. Austr., Dan. 1834. Camphor. Unc. unam, Spir. Vini rect. 0,85 Unc. sex. Ph. Lond., Ross. Campb. Unc. unam, Spir. Vini rect. Unc. octo. Ph. Brunsv., Fenn., Ferrar., Fuld., Hisp., Lipp., Parm., Suec., Wirt. Camphor. Unc. unam, Spir. Vini rect. Unc. sedecim.

SPIRITUS CAMPHORATO-CROCATUS Ph Hamb. 1835.

Rec. Spir. Camphor. Unc. unam, Tinct. Croci Gutt. decem.

SPIRITUS CANTHARIDUM AMMONIACALIS.

Rec. Spir. Sal. Ammon. caust. Drachm. unam et semis, Ol. Terebinth. Drachm. tres, Tinct. Cantharid. Unc unam.

SPIRITUS CARDIACUS KOENIGII.

Rec. Sem. Coriandri Unc. quatuor et semis, Benzoes Unc. tres, Nuc. mosch. N° septem, Caryophyll. N° novem, Pomor. Citri N° duo, Spir. Vini rect. Libr. quinque, — Rorismar. Libr. duas, Mell. opt. Libr. semis, spiritum destillare fac.

SPIRITUS CARMINATIVUS Dolaei.

Rec. Cort Aurant. Unc. unam et semis, Rad. Helenii, — Calami, — Ostruthii, — Galangae, Sem Anisi, Baccar. Lauri āā Unc. semis, Castor. Drachm. unam, Spirit. Juniperi Libr. duas, infunde, destillare fac.

SPIRITUS CARMINATIVUS Sylvii Ph. Wirt., cet., Cod. vet.

Rec. Rad. Angelicae Drachm. unam, — Imperatoriae, — Galangae āā Drachm. unam et semis, Flor. Rorismar., Hb. Majoran., — Rutae hortens., — Basil., Summit. Centaurii minor. āā Drachm. duas, Baccar. Lauri Drachm. tres, Sem. Angel, — Levistici, — Anisi āā Unc. semis, Rad. Zingib., Nucum moschat, Macidis āā Drachm. unam et semis, Cinnamom. Drachm. sex, Caryophyll., Cort. Aurant. āā Drachm. unam. Concisis et contusis affunde Vini albi generosi Libr. quatuor, Spir. Vini rect. Libr. unam. Digerantur per biduum in Mariae balneo, tum destillent.

SPIRITUS CARMINATIVUS DE TRIBUS Ph. Wirt. et Cod. vet.

Rec. Nitri cryst. crudi, Tartari albi puri āā Libr. duas. Misce, et per retortam tubulatam in adaptum magnum recipientem, cui Spiritus Vini rectificati Libr. duae antea infusae fuerint, destilla; hac tamen cautione, ut nunquam ultra Drachmae duae vel tres, una vice injiciantur per tubulum, hacque non nisi finita detonatione, repetatur. Peracta destillatione, spiritum in recipiente collectum, et ex cucurbita vitrea humili rectificatum, serva.

SPIRITUS CARVI s. Spiritus Cari Carvi.

Ph. Dubl., Edinb.: Rec. Sem. Carvi Libr. semis, Spir. Vini rect. Libr. novem, Aq. q. s. ut adustio evitetur, destillatio fiat

SPIRITUS CARVI COMPOSITUS Fuller.

Rec. Spir. Vini Gall. Libr. duas, Sem. Carvi Libr. semis, Spec. aromat., — laetificant. Galeni āā Scrup. duos, digere, cola, adde Moschi, Ambrae āā Gran. duo, Aq. Naph. Unc. quatuor.

SPIRITUS CASTOREI COMPOSITUS, Essentia antihysterica quorumdam, quam confer (p. 373).

Ph. Wirt. (dict. Londinensis): Rec. Castor. Unc. unam, Flor. Lavand. Drachm. sex, — Salv., — Rorismar. āā Drachm. tres, Cinnamomi Drachm. duas, Macid., Caryophyll. āā Drachm. unam, Spir. Vini rect. Libr. unam et semis, Aq. Lavend. Libr. semis, Sal. Ammon. Unc. duas, Sal. Tartari (vel Ciner. clavell.) Unc. tres; destillent Unc. quindecim quibus adde Camphor. Drachm. duas, Ol. aeth. Rutae, — Succin. āā Gutt. viginti. (Usus externus et internus; naribus admovetur.) — Gray: Castor. Moscov. Unc. quatuor, Flor Lavand. Unc. unam, Hb. Salv., Rorismar. āā Unc. semis, Cinnamom Drachm. sex, Macid., Caryophyll. āā Drachm. duas, Spir. Vini rect. Libr. sex; destillent ad sicc. Taddei non multum discrepat ab hac formula. — Cadet, Pierquin: Castor. Unc. semis, Spir. Vini rect. Unc. decem, Asae foetid. Drachm. duas, Ol. Succini Drachm. unam, — Sabin., — Rutae āā Drachm. semis, macera, destillatis adde Sal volat. Cornu Cervi Unc. duas, Camphor. Drachm. unam; destillent denuo. Van Monsii varias lectiones non attinet perstringere.

SPIRITUS CERASORUM. Kirschenwasser. *Eau de Cerises.*

Ph. Wirt: Rec. Cerasorum nigrorum, maturorum, quantum vis. Contundantur una cum nucleis, et doliolo querno, ad id accommodato, satisque capaci, indita, loco tepido, pauxillo foecum cerevisiae addito, stent, donec fermentando acidusculum, aut vinosum spirare coeperint odorem; tunc e vesica destillentur, et spiritus inde natus rectificetur.

SPIRITUS CINNAMOMI Henry-Guibourt.

Rec. Cort. Cinnamomi Libr. unam, Spirit. Vini rect. Libr. octo, macerata fac destillare.

SPIRITUS CITRI, s. Corticis Citri.

Ph. Gall. 1837: Rec. Cort. Citri recent. Libr. unam, Spir. Vini rectss. Libr. sex, destillent ex balneo aquae ad siccum. Ph. Brunsv.: Cort. Citri Libr. unam et semis, Spir. Vini rect. Libr. octo, Aq. comm. Libr. octo, destillent Libr. octo.

SPIRITUS COCHLEARIAE.

Löffelkrautgeist. *Esprit de cochléaria.*

Synon.: Alcohol Cochleariae.

Rec. Herbae Cochleariae florentis recentis Libras duodecim,
concisis affunde
Spiritus Vini rectificati Libras sex,
Aquae communis quantum satis, destillent Librae sex.

Vis: antiscorbutica.

Sit limpidus, coloris expers, odoris ac saporis Cochleariae insignis, spirituosi, pond. spec. 0,886—0,890.

Usus: in affectionibus scorbuticis oris, gingivarum.

Codices Germaniae, sc. Bavar., Bor., Hamb., Hann., Hass., Oldenb., Saxon., Slesv.-Hols., Polon. hanc formulam congruam habent. Ph. Austr. 1834 Rec. Hb. Cochlear. rec. Libr. unam, Spir. Vini

rect. Unc. viginti sex, Aq comm. Libr. duas, destillent Libr. duae. Ph. Gall. 1837: Hb. Cochlear. Libr. novem, Spir. Vini rectss. Libr. sex, Ph. Ross.: Hb. Cochlear., Spir. Vini, Aquae āā part. decem, destill. part. octo Ph. Wirt.: Hb. Cochlear. Libr. sex, Spir. Vini rect. Libr. quatuor, Aquae Libr unam, destill.

SPIRITUS COCHLEARIAE COMPOSITUS, Spiritus antiscorbuticus, Spirit. Armoraciae compositus. Zusammengesetzter Löffelkrautgeist. *Esprit antiscorbutique.*

Ph. Slesv.-Hols.: Rec. Spir. Cochlear. Libr. unam, Liquor. pyrotartar. Unc. octo, Olei Vitrioli Unc. unam, mixta destillent ex retorta vitrea ad siccum. Ph. Gall. 1837 (Spiritus ardens Cochleariae): Hb. Cochlear. Libr. quinque, Rad. Armoraciae concisae Unc. octo, Spir. Vini rectss. Libr. sex, destillent Libr. quinque. Ph. Lond. 1837: Hb. Cochlear. recent., Cort. Aurant. sicc. āā Unc. viginti, Nuc. mosch. Drachm. quinque, Spirit. Vini rect. Libr. novem, Aquae comm. Libr. tres, destillent Libr novem.

SPIRITUS COERULEUS.

Ph. Hann. 1833: Rec. Hb. Absinth., — Scordii, — Sabinae, Flor. Lavendul. āā Unc. quinque, Spir. Frumenti Libr. sedecim, destillent Libr. novem, adde Aeruginis Unc. unam et semis, Spir. Sal. Ammon caust. Libr. unam et semis. Ph. Hamb. 1835: Spir. Sal. Ammon. caust. Unc. tres, Spir. Lavendul., — Rorismar. āā Unc. quatuor et semis, Aeruginis Drachm. semis, digere donec liquor colorem coeruleum induerit.

SPIRITUS COLCHICI AMMONIATUS RENNIE.

Rec. Sem. Colchici Unc. duas, Spir. Sal. Ammon. aromat. Unc. sedecim, digere, filtra.

SPIRITUS AD CONDYLOMATA LEBRECHT.

Rec. Spir. Vini rect., Acet. concentr. āā Unc. semis, Mercur. subl. corros. Drachm. unam, Alumin., Camphor., Ceruss. āā Drachm. semis.

SPIRITUS CORNU CERVI CRUDUS. Roher Hirschhorngeist. *Esprit de corne de cerf brut.*

Rec. Cornu Cervi (vel Ossium Bovis) in fragmenta minuta contusi quantum vis, immitte in retortam (pro majoribus copiis parandis cylindrum) e ferro fuso confectam, quae penitus repleatur. Adaptetur excipulum, tubo ferreo intermedio interposito, satis amplum, ope tubi vitrei (vel ferrei angusti) ad aërem vel in ipsum ignem aperti Ignis primum lenis accendatur, quo liquor aquosus, inutilis, rejiciendus primus prodit, tum sensim ignem ad calorem rubicundum retortae urge et aqua refrigeratoria abunde affluente excipulum refrigera. Ignis eo usque obtineatur, donec excipulum sponte frigefieri coeperit et vapores inflammabiles ex tubo non amplius emergunt. Obtinentur simul tria corpora medicata, scil. Sal Cornu Cervi in tubo intermedio atque recipientis cavo condensatum, scorsum condendum, alterum liquidum ex duobus stratis mixtum. Superum stratum, Oleum Cornu Cervi, decanthatione separetur, inferum stratum Spiritus Cornu Cervi in chartam emporeticam antea madefactam conjiciatur et in lagenas ex toto replendas suscipiatur. Filtro denique pertuso Olei residuum in vas proprium effluit.

Spiritus Cornu Cervi crudus solutio est aquosa Ammonii carbonici, hydrocyanici, Olei Cornu Cervi, Eupionis ceterorumque corporum pyrogeneorum. Inservit praeparato insequenti parando.

Ph. Austr., Fenn., Suec. liquidum crudum sola filtratione repurgatum adhiberi permittunt.

SPIRITUS CORNU CERVI RECTIFICATUS. Gereinigter Hirschhorngeist. *Esprit volatil de corne de cerf.*

Synon.: Spiritus volatilis Cornu Cervi, Liquor Ammonii carbonici pyro-oleosi (Bor., Hamb., Slesv.-Hols.), Carbonas Ammoniae pyro-animale liquidum (Bat.), Subcarbonas Ammon. pyro-oleosus liq. (Bavar.), Carbonas Ammoniae pyrooleosus solutus (Austr.), Liquor Carbonatis Ammoniae cum Oleo empyreumatico, Liquor Cornu Cervi alcalinus s. cum Calce, s. Carbonatis Ammoniae cum Oleo empyreumatico, Spiritus Viperarum, Spiritus Ungulae Alcis s. Lumbricorum. Brenzlich-ölige kohlensäuerliche Ammoniumflüssigkeit. *Esprit d'ivoire, de vipère, de lombrics, Carbonate d'Ammoniaque huileux, liquide pyro-huileux.*

Rec. Spiritus Cornu Cervi crudi, ab oleo empyreumatico decanthatione vel filtratione per chartam madefactam separati, quantum vis, immitte in retortam vitream et blandissima destillatione quadrantes tres elice; destillatum lagenulis omnino replendis, optime claudendis, excipe, et loco umbroso serva. — ***Vis:*** nervina, systema sanguinis eximie excitans, diaphoretica, antihysterica.

Sit liquor limpidus, primum decolor, mox insigniter flavescens, odoris

atque saporis Salis Cornu Cervi, ex toto volatilis.

Usus: in febribus nervosis, affectionibus hystericis spasmodicis.

Sec. Ph. Gall. 1837. — Dimidium ponderis tantum transire volunt Ph. Bor. ed. 5, (pond. sp. 1,050 — 1,060), Bavar. (p. sp. 1,70). Depurationis studio Pulverem Carbonum ante destillationem addi proponunt Ph. Bat., Belg., Sax. 1820 (1837 omisit), Oldenb., vel Cretam Disp. Lipp. — Spiritum Cornu Cervi crudum filtratione tantum per chartam madidam, nec destillatione repurgari volunt Ph. Austr. (p. sp. 1,80), Fenn., Suec. Hoc praeparatum multo fortioris indolis est, imo quoque Cyanatum Ammonii continere potest. Expeditius hanc rem tractari permittunt Ph. Hamb., Hass., Slesv.-Hols., scilicet Sal. Cornu Cervi Unc. una in Aq. dest. Unc. septem, Ph. Hann. octo, cet. par. solvatur, filtrentur. Ph. Bat. (altera formula), Belg., Polon. Sal. Cornu Cervi Unc. unam, Aq. dest. Unc. quatuor.

SPIRITUS CORNU CERVI SUCCINATUS vid. Liquor (p. 522).

SPIRITUS CORNU CERVI AD USUM EXTERNUM Ph. Wirt.

Rec. Ol. Cornu Cervi foetidi Unc. unam, Cinerum clavell. Unc. duas. Misceantur et affundantur Spir. Vini non rectificati Librae octo, destillet spiritus ex cucurbita vitrea ad dimidias, et servetur in vase probe clauso.

SPIRITUS CORTICUM AURANTIORUM. Ph. Gall. 1837: Rec. Cort. Aurant. recent. Libr. unam, Spir. Vini rectss. Libr. sex, in balneo aquae destillent ad siccum. Ph. Wirt.: Cort. Aurant. Libr. unam et semis, Spir. Vini rect. Libr. octo, Aq. comm. Libr. duas, destillent Libr. octo.

SPIRITUS CROCI Ph. Wirt.

Rec. Croc. orient. Unc. duas, Spir. Vini rect. Libr. duas, Aq. font. Libr. semis. Misceantur et stent per aliquot dies in digestione, postea destillent leni igne e cucurbita vitrea, atque Spiritus Unc. viginti eliciantur. Ex residuo Extractum Croci parari potest.

SPIRITUS DIATRION vid. Spiritus carminativus de tribus.

SPIRITUS EBORIS = Spiritus Cornu Cervi.

SPIRITUS ELLERI vid. Liquor antarthriticus ELLERI (p. 519).

SPIRITUS FEBRIFUGUS CLUTTONI.

Rec. Naphth. Vitrioli part. quatuor, Spir. Sal. dulc. part. unam, m.

SPIRITUS FORMICARUM. Ameisenspiritus. *Esprit de fourmis.*

Rec. Formicarum viventium a quisquiliis mundatarum Libr. duas, Spir. Vini rect., Aq. comm. āā Libr. quatuor, destillatione lenta Libr. quatuor elice. — *Vis:* externe excitans, rubefaciens, interne aphrodisiaca, diuretica. *Usus:* externus ad paralysin, torporem.

Codices Germanici hanc formulam congruentem habent, sc. Ph. Bor., Hamb., Hann., Hass., Oldenb., Saxon. porro Polonica, Rossica. — Ph. Bavar. Formicarum, Spiritus et Aquae partes aequales destillationi subjici, et partem unam et trientem elici praecipit.

SPIRITUS FULIGINIS Ph. Wirt., Palat., Brunsv.

Fuligo splendens in balneo arenae destillationi siccae subjiciatur.

SPIRITUS FUMANS BEGUINI vid. Liquor fumans BOYLEI.

SPIRITUS FUMARIAE Ph. Pal., Brunsv.

Rec. Hb. Fumariae Libr. sex, Spir. Frumenti Libr. quatuor, Aquae Libr. unam, destillet Libr. una et semis.

SPIRITUS JASMINI SPIELMANN.

Olei pinguis Jasmini Unc. sedecim, Spir. Vini Libr. unam et semis, fortissime concutiantur, tum Spiritus defundatur.

SPIRITUS JUNIPERI, Alcohol juniperatus. Wachholdergeist. *Esprit de Genièvre, Alcoolat de Genièvre.*

Rec. Baccarum Juniperi maturarum contusarum Libr. unam, Spiritus Vini rectificati Libr. quatuor, Aquae communis q. s. ut adustio evitetur, destillent Libr. quatuor. Hanc formulam Ph. Bor. ed. 5, Hann., Hass., Slesv.-Hols. habent. — Ph. Wirt., Palat., Brunsv., Saxon. Spir. Vini duplum Baccarum, Disp. Fuld. duodecuplum. Ph. Hamb. 1835: Ol. Juniperi Drachm. unam et semis, Spir. Vini rectss. Unc. octo. — *Vis:* excitans, diuretica.

SPIRITUS JUNIPERI COMPOSITUS. Zusammengesetzter Wachholdergeist. *Esprit de Genièvre composé.*

Rec. Bacc. Junip. Libr. unam, Sem. Carvi, — Foeniculi āā Unc. unam et semis, Aq. Vitae Libr. sex et Unc. octo, Aq. comm. q. s., destillent Libr. sex et Unc. octo. Ph. Amer., Bat., Belg., Edinb., Lond., Suec.

SPIRITUS LAVENDULAE.

Lavendelgeist. *Esprit de Lavande.*

Rec. Florum Lavendulae recenter siccatorum Libram unam,
Spiritus Vini rectificati Libras quatuor,
Aquae communis q. s. ut adustio evitetur,
macerata per diem et noctem destillationi subjiciantur ut pro-

deant destillati Librae quatuor. *Vis:* nervina, analeptica.

Sit liquor spirituosus limpidus, odoris grati Lavendulae, chartas exploratorias non tingens, ex toto volatilis. *Usus:* in lipothymia.

Ph. Bor. ed. 5, Oldenb., Polon., Slesv.-Hols., Hann., Hass. in hac conveniunt. Ph. Austr. 1834 et Bavar Spir. Vini rect. Libras quatuor et semis, cet. par. Ph. Dan., Dubl. Flor Lavend. part. unam, Spir. Vini rect. part. sex. Ph. Fenn. Flor. Lavend. Libr. unam et semis, Spir. Vini rect. Libr. quatuor, Aq. comm. Libr. tres, prodeant Libr. tres et semis. — Ph. Ross.: Flor. Lavend. Libr. semis, Aq. Lavend. Libr unam, Spir. Vini rect. Libr. quatuor, prodeant Libr. tres. Ph. Amer., Lond. 1836: Hb. Lavendul. recent. Libr. duas et semis, Spir. Vini rect. Libr. novem, Aq. comm. q. s., destillent Libr. novem. Ph. Edinb., Brunsv., Palat., Wirt. Flor. Lavend. Libr. unam, Spir. Vini non rect. Libr. quatuor, dimidium destillet. Ph. Hamb. 1835: Ol. Lavendul. Drachm. unam et semis, Spir. Vini rectss. Unc. octo. Ph. Saxon. 1837: Ol. Lavend. Scrup. duos, Spir. Vini rectss. Unc. sex, Aq. dest. q. s. ut pond. spec. 0,885 — 0,895 efficiatur. Ph. Gall. 1837: Hb. et Flor. Lavend. rec. Libr. duas, Spir. Vini rectss. Libr. sex, Aq. Lavend. Libr. duas, macerentur per dies quatuor, tum destillatione prodeant Libr. quinque.

SPIRITUS LAVENDULAE AMMONIACALIS vid. Guttae anglicae cephalicae (p. 457).

SPIRITUS LAVENDULAE COMPOSITUS, Tinctura Lavendulae composita, Alcohol cum Lavandula Spica compositus. Zusammengesetzter Lavendelgeist. *Esprit de Lavende composé.*

Ph. Dubl.: Rec. Spir. Lavend. Libr. tres, — Rorismar. Libr. unam, Nucis mosch. contus., Cort. Cinnamom. āā Unc. semis, Caryophyll. Drachm. duas, Ligni Santal. rubr. Unc. unam, digesta per dies decem cola. Ph. Edinb.: Spir. Lavend. Libr. tres, — Rorismar. Libr. unam, Cort. Cinnamom. Unc. unam, Caryophyll. Drachm. duas, Nuc. mosch. Unc. semis, Ligni Santali rubr. Drachm. tres. Ph. Hamb. 1835, Slesv.-Hols.: Spir. Vini rectss. Libr. quatuor, Cinnamomi, Nuc. mosch. āā Unc. dimidiam (Ph. Hamb. Drachm. dimidiam, an lapsu calami?) Ligni Santali rubr. Drachm. tres, digestis, filtratis adde Ol. Lavendul. Drachm. sex, — Rorismar. Drachm. duas. Ph. Suec.: Spir. Lavend. Libr. tres, — Rorismar. Libr. unam, Cinnamomi, Nucis moschat. āā Unc. semis, Ligni Santali rubri (vel sine illo) Drachm. tres. Ph. Lond. 1836 Spir. Lavendul. Unc. triginta, — Rorismar. Unc. quindecim, Cinnamomi, Nuc. mosch. āā Drachm. duas et semis, Ligni Santali rubr. Drachm. quinque. Ceterae formulae plus minus ad hasce exhibitas assonant.

SPIRITUS LIGNI GUAJACI Ph. Wirt., Brand., cet.

Impleatur retorta scobe ligni sancti vel Guajaci, et igne arenae destilletur, sic prodiet primo phlegma, quod sequitur spiritus, et tandem oleum nigrum empyreumaticum. Formula ineptissima.

SPIRITUS LILIORUM CONVALLIUM.

Rec. Flor. Lilior. convall. Libr. unam, affunde Vini generosi albi Unc. decem, Spiritus Vini rect. Libr. unam et semis. Ad dimidias e cucurbita destilla, prolectam aquam spirituosam novis affunde floribus, et destilla iterum ad dimidias, atque spiritum serva.

SPIRITUS LUMBRICORUM VOLATILIS Ph. Wirt., cet.

Lumbrici terrestres destillationi siccae expositi Sal volatile et liquidum, quod Spiritus dicitur, praebent. Hoc chartae madefactae ope a sale separetur.

SPIRITUS LUMBRICORUM VINOSUS Ph. W.

Rec. Lumbric. terrestr. vivor. Libr. duas, superfunde Spir. Vini phlegmat. Libr. quinque et semis. Post digestionem per biduum, destillentur, leni igne ad dimidias ex vesica.

SPIRITUS MASTICHINUS Ph. Wirt.

Rec. Mastiches Unc. quatuor, Cinnamomi Unc. semis, Caryophyllor., Nucis mosch. āā Drachm. tres, Rad. Zingib., — Calang., Cardamomi minor., Cort. Winterani āā Drachm. duas, pulverisatis infundatur Spirit. Vini rect. Libr. decem. Stent per aliquot dies in digestione, postea, additis Aq. font. Libr. duabus e vesica destillent. Quodsi, Spiritus hujus prolecti Libr. duabus, Aquae font., in qua Sacchari Unc. decem solutae sunt, Libra una additur nominatur ELIXIR MASTICHINUM, quod loco aqua vitae haurire solent. Ne confundatur cum formula sequente, cujus est simillimum.

SPIRITUS MATRICALIS, s. Mastiches compositus, s. mastichinus. Zusammengesetzter Mastixgeist, Muttergeist. *Esprit matrical.*

Rec. Mastiches, Myrrhae, Olibani āā Unc. tres, Spir. Vini rect. Libr. sex, macera per horas viginti quatuor, tum destillent Libr. quatuor et semis. Hanc formulam Ph. Bor. ed. 5, Hann., Hamb., Oldenb., Slesv.-Hols., Saxon. 1837 habent. — Ph. Wirt., Palat.: Mastich., Myrrh., Olibani, Succini āā Unc. unam et semis, Spir. Vini rect. Libr. quatuor, destillent e balneo aquae ad siccum.

SPIRITUS MELISSAE. Einfacher Melissengeist. *Alcoolate de Mélisse.*

Ph. Gall. 1837: Rec. Hb. Meliss. recent. Libr. duas, Spir. Vini rectss. Libr. sex, Aq. Meliss. Libr. duas, destillent Libr. quinque. Ph. Ross.: Hb. Meliss. part. unam, Aq. Meliss. part. duas, Spir. Vini rect. part. octo, destillent part. sex. Ph. Palat., Wirt.,

Brunsv.: Hb. Meliss. part unam, Spir. Vini rect. part. quatuor, destillent l. a.

SPIRITUS MELISSAE COMPOSITUS vid. Aqua Carmelitarum (p. 52).

SPIRITUS MELLIS Ph. Wirt., Pal., Brunsv.

Rec. Mellis puri Libr. duas, Arenae mundae Libr. tres, misceantur; et e retorta, arenae igne, per gradus fiat destillatio. Liquor prolectus ab oleo separetur atque rectificetur, phlegmate prius prodeunte; et dein spiritu subsequente.

SPIRITUS MENTHAE PIPERITAE. Pfeffermünzgeist. *Esprit de Menthe poivrée.* Ph. Gall. 1838: Rec. Hb. Menth. pip. recent., Aq. Menth. pip. ana Libr. duas, Spir. Vini rectss. Libr. sex, destillent ex balneo aquae Libr. quinque. Ph. Lond. 1836: Ol. Menth. pip. Drachm. tres, Spir. Vini rect. Libr. novem, Aq. comm. Unc. viginti, destillent Libr. novem.

SPIRITUS MENTHAE PIPERITAE CONCENTRATUS ANGLORUM Ph. Hamb. 1835. Rec. Spir. Vini rectss. Unc. unam, Ol. Menth. pip. Drachm. duas.

SPIRITUS MENTHAE PULEGII, et VIRIDIS Ph. Lond. 1836. sicut Spiritus Menthae piperit. ejusd. pharm.

SPIRITUS MILLEFOLII ACETATUS, Spiritus aromaticus acetatus Ph. Fenn. Rec. Spir. Millefolii compositi Libr. duas. Aceti Vini gallici Libr. unam, m.

SPIRITUS MILLEFOLII COMPOSITUS, Spiritus aromaticus Ph. Fenn. Rec. Summit. Millefol. Libr. unam et semis, Hb. Rorismar., — Thymi ana Libr semis, Spir. Vini rect., Aq. comm. ana Libr. octo, stent per tres dies, tum destillent Libr. octo.

SPIRITUS MINDERERI. Mindererʼs Geist. *Esprit de Mindérérus.*

Synon.: Liquor Ammonii acetici, Alcali volatile acetatum, Acetas Ammoniae liquidus s. dilutus, Alcali Ammoniacum acetatum, Aqua Ammoniae Acetatis, Sal acetosus ammoniacalis. Essigsäure Ammoniakflüssigkeit, essigsaures flüchtiges Alkali. *Acetate d'Ammoniaque liquide, Acetate ammoniacal.*

Rec. Salis Alcali volatilis sicci, in frustis densis compactis, nec crusta farinacea circumdatis, quam cultro abrade, Uncias tres,
in pulverem contritum ingere in vitrum, cujus pondus antea notatum fuerit, adde Aquae communis par pondus et sensim adjice
Aceti concentrati quantum satis,
ut Sal Alcali plane neutrale fiat; vitrum sub finem operationis in Aquam calidam impone, ut gas carbonicum adhuc solutum evolvatur, dum denuo de neutralitate explora. Denique
Aquam destillatam
adde, ut liquor pondus Librarum duarum habeat.

Vis: diaphoretica.

Sit liquor decolor, limpidus, reactionem nullam neque alcalinam neque acidulam monstret, ex toto sit volatilis, solutione Barytae muriaticae non turbetur quamvis antea acido nitrico mixtus fuerit, solutione Argenti nitrici ne opalescat, aqua destillata quamvis dilutus et acido nitrico quoque acrefactus. Sit ponderis specifici 1,035 vel prope accedens. — *Usus:* in affectionibus catarrhalibus et rheumaticis, externe ad sugillationes.

Pharmacopoeae maxime in parando Spiritu MINDERERI discrepant. Quum hoc medicamentum ubique terrarum adhibetur, multum interest, diversorum Codicum formulas ad calculum posse referri. Inter sese non nisi dilutione discrepant, quo dicto intelligi volo, in omnibus praeter Ammonium aceticum et aquam nil aliud inesse. Ex praeparandi methodo et indole rerum adhibitarum medicamenti virtus ad calculum redigi potest. Methodus, quam in capite exposui, propter gravia argumenta ceteris anteponenda esse mihi visa est. Primum enim exordium est ab Ammonio sesqui-carbonico, nec ab Acido acetico, in quo pondus specificum qualitatem valde dubiosam atque incertam exhibet. Ammonium sesqui-carbonicum in commercio in crustis compactis obvenit, quae eandem semper mixtionem chemicam conservant. Si farinosae sunt, Ammonium bicarbonicum continent. Crustae farinosae tum cultro usque in nucleum durum abradantur, vel Sal omnino rejiciatur, si penitus farinosus est. Dilutio liquoris non tanta est, ut decompositionem facilius subeat. Sex Pharmacopoeae illam formulam congruam habent, scilicet Ph. Boruss. ed. 3, Danica, Fennica, Hamb. 1835, Oldenburg. et Polonica. Ceterarum

pharmacopoearum dissensum accuratius perstringamus, a liquoribus tenuioribus ad validiores progressuri.

Ph. Lond. 1836 Acetum destillatum Ammonio carbonico saturari vult. Aceti destillati vis numeris alcalimetricis non in Codice illo est definita; si vero Acetum destillatum ex aliis Codicibus computamus, Spiritus ille Mindereri continere debet partes centesimas 4.58 Ammonii acetici. — Ph. Austr. 1834 Acetatem Ammoniae solutum fortiorem habet, quem saturatione Ammonii carbonici sicci cum acido acetico concentrato (pond. sp. 1,03) parari vult; hic continet Ammonii acetici partes centesimas 26,55, tum habet Spiritum Mindereri dilutiorem, quem dilutione Unciae unius Liquoris antecedentis cum quatuor Unciis Aquae destillatae parari vult. Habet ergo quintam partem Ammonii acetici, ergo partes centesimas 5,310. — Ph. Hassiaca vult Acidi acetici sui (p. spec. 1,03) Unc. undecim cum Ammonio carbonico saturari, et totius pondus ad Uncias quadraginta octo expleri. Continet partes centes. 6.3 Ammonii acetici puri. — Ph. Amer. 1831 Acidum aceticum suum dilutum ammonio carbonico saturari vult. Part. centesimae Ammon. acet. insunt 6,41. — Ph. Batava 1805 Acetum dest. cum Ammon. saturari jubet. Part. cent. 6,478. — Ph. Hann. 1819; Slesv.-Hols. ex Ammonii carbonici Unc. tribus saturatione et dilutione ex toto fieri Unc. quadraginta octo jubet. Part. cent. Ammon. acet. 8,18. — Ph. Saxon. 1837 Liquorem Ph Boruss ed. 5. cum pari pondere aquae dilui vult. Part. cent. Ammonii acetici 9,6 ad 13,33. Pond. spec. 1,019 – 1,029. — Disp. Lipp. 1794 Ammonii acetici sublimati sicci (?) partem unam in aquae partibus octo solvi vult. Valor est p. cent. 11,11. — Ph Boruss. ed 5 et Hann. 1833 Spiritum Salis Ammoniaci causticum suum et Acetum concentratum ad neutralisationem misceri volunt. Valoris latitudo est inter 14,77 et 20,58 part. cent. Pond. spec. 1,03 – 1,04. — Ph. Gall. 1837 Acetum suum pond. spec. 1,022 cum Ammonio carbonico saturari vult. Valor est 18,46 part. cent. et pond. spec. 1,036. — Ph. Bavar. liquorem fortiorem habet, ex Aceto concentrato, qui sui ponderis dimidium Kali carbonici saturat, et Ammonio carbonico sicco neutralisatione parandum, qui continet part cent. Ammon. acetici 49,866 et pond. spec. 1,07 habet; tum dilutiorem habet, Acetatem Ammonii dilutum mixtione parium ponderum liquoris fortioris et aquae parandam, cujus ergo valor est 24,93 part. cent., et pond. spec. 1,04. — Ph. Suec. Acetum gelu concentratum cum Ammonio carbonico saturari vult; valor est p. cent. 34,7 Ammonii acetici. Tanta Codicum ergo varietas, quae non solum parum inter sese differunt, sed de octupla vel decupla copia corporis salutaris fluctuant.

SPIRITUS MURIATICO-AETHEREUS vid. Spiritus Salis dulcis.

SPIRITUS MYRISTICAE s. Nucis moschatae. Muscatnußgeist.

Ph. Lond. 1836: Rec. Nuc. moschat. Unc. duas et semis, Spir. Vini rect. Libr. novem, Aq. comm. Unc. sedecim, destillent Libr. novem. Ph. Dubl., Edinb., Lond. 1824: Nuc. mosch. Unc. duas, cet. par. Ph. Gall. 1837: Nucis mosch. Libr. unam, Spir. Vini rectss. Libr. octo, destillet ad siccum ex balneo aquae.

SPIRITUS MYRISTICAE COMPOSITUS VAN MONS.

Rec. Nuc. mosch. Drachm. duas. Cort. Citri, — Aurant., Hb. Meliss., — Menth. crisp. āā Drachm. unam, Spir Frument. Unc. octo, Aq. comm. Libr. duas, destillent Unc. decem.

SPIRITUS MYRTI PIMENTAE — vid. Spiritus Pimentae.

SPIRITUS NASTURTII AQUATICI Ph. Sard.

Rec. Hb Nastur. aquat., Succi Nasturtii, Aq. comm. āā Libr. sex, Spir. Vini Libr. duas, destillet dimidium, adde Hb. Nasturt. recent. Libr. tres, denuo destillet.

SPIRITUS NEPHRITICUS DEKKERI.

Rec. Rad. Ononid., — Saxifr. āā Unc. unam, — Glycyrrh. Unc. semis, Sang. Hirci Drachm. sex, Oculor. Cancror, Nuc. mosch., Cinnamom. āā Unc. unam, Croci Drachm. tres, Caryophyll. Drachm duas, Terebinth. Argentor. Unc. sedecim, Spir. Vini Malvatic. Libr. quinque, destillent l. a.

SPIRITUS NEPHRITICUS PARISIENSIS Disp. Argent.

Rec. Rad. Turbeth. Unc. duas, Mastich., Caryophyll., Nuc. mosch., Rad. Galang., Cubebar., Cinnamom. āā Unc. unam; Ligni Aloes Unc. semis, Terebinth Ven. Unc. tres, Mell. crud. Unc quatuor, Pulp. Cassiae Unc. unam et semis, Granor. Berber., Baccar. Aquifolii, — Rusci, — Hederae āā N° sexaginta, Fruct. Cynosbat., Milleped., Flor. Lavend., — Virgaureae, — Saxifrag. āā Unc. unam, Cancror. fluviat. N° duodecim, Spir. Vini Libr. sex, digerantur tum destillent l. a.

SPIRITUS NERVINUS EXTERNUS Ph. Hamb. 1835.

Rec. Spir. coerulei Unc. quatuor, Tinct. Cantharid. conc. Unc. semis.

SPIRITUS NITRI ACIDUS vid. Acidum Nitri (p. 21).

SPIRITUS NITRI ANTICOLICUS Ph. Wirt.

Rec. Acidi Nitri crudi Libr. semis, Spir. Carminativi Sylvii Libr. unam, Essentiae carminativae Wedelii Unc. duas Misceantur et post digestionem per triduum filtrentur.

SPIRITUS NITRI DULCIS.
Versüßter Salpetergeist. *Esprit de Nitre dulcifié.*

Synon.: Spiritus nitrico aethereus (Bor., Hamb., Hann., Slesv.-Hols., cet.), Aether nitricus spirituosus (Suec), Spiritus aethereus nitratus, Spiritus nitrico-alcoholicus (Batav.), Aether nitricus spirituosus, Acidum nitricum alcoolisatum (Gall.). Salpeterätherweingeist, versüßte Salpetersäure. *Acide nitrique alcoolisé.*

Rec. Spiritus Vini rectificatissimi Uncias viginti quatuor,
in retortam immissis et in gyrum agitatis sensim affunde
Acidi nitrici crudi fumantis Uncias sex.

Retortam in balneo Calcariae muriaticae impone et vas excipiens tubulatum ita adapta, ut aër per commissuram penetrare nequeat. In tubulum epistomium suberinum immitte, per quod tubus vitreus bis in angulum rectum recurvus immissus est. Vas excipiens in aquam frigidam ope ligaturae immerge, et tubi vitrei crus descendens quoque in vitrum externe frigefactum immitte. His bene praeparatis, igne blando supposito destillationem institue, donec Unciae viginti fere transierint.

In destillatum, chartas exploratorias coeruleas rubre tingens, injice Natri carbonici aciduli pulverati Unciam semis vel integram, et miscelam, interdum concutiendam, sepone, donec reactio acida cessaverit. Liquorem limpidum Sali intacto innatantem iterum refunde in retortam, hanc in balneo Aquae colloca, et vas excipiens, sicuti supra praeceptum est, appone. Destillatione blanda Spiritum elice, ut in retorta nonnisi Unciae duae supersint et Aqua balnei ebulliat. Liquorem limpidum prolectum in lagenulas Unciarum duarum vel trium capaces et ex toto fere replendas immitte, has epistomiis bene claude, et inversas in vase fictili colloca, aquam fontanam lagenulis circumfunde et totum serva in cella frigida. Constat ex Naphtha nitrosa, Aldehydo, Spiritu Vini et Aqua. — *Vis:* nervina, analeptica, antispasmodica, diuretica.

Sit liquor limpidus, in lagenulis coloris plane expers, volumina crassiora exhibens coloris laete flavi, odoris proprii grati excitantis, pomorum Borsdorfianorum odorem aliquid aemulantis; ex toto volatilis, reactionis acidae nullius vel saltem levis, ad aerem acorem denuo contrahens, aqua et Spiritu Vini solubilis, ponderis specifici 0,840 — 0,850.

Usus: in debilitate nervosa, spasmis, hydrope, morbis febrosis inflammatione liberis.

Codices multum inter sese discrepant de parando Spiritu Nitri dulci. De ponderum ratione consentiunt Ph. Boruss. ed. 5, Suec., Saxon., Hamb. et illam formulam supra exhibitam secutae sunt, Acidum Nitri vero crudum dilutius, pond. sp. 1,3, quod Scheidewasser vulgo dicitur, proponunt, Ph. Hann., nimis sollicita, Acidum purum vult. Ph. Danica pro Acidi simplo sumit Spiritus Vini rectificatissimi partes quinque, Bavarica sex, Brunsv., Palat., Wirt. octo, Lond. 1836 novem, Lond. 1824 decem. Alteras varietates omitti par est. De eo, quod additur ad acorem obtundendum, variae opiniones placuerunt. Laudantur Magnesia usta, Calcaria, Tartarus tartarisatus, Cineres clavellati, Liquor Cinerum clavell., Sal Sodae cet. — Magnesia usta, in vas destillatorium quoque immissa, quod minime laudandum est, eructationes vehementes efficit, Calcaria et Cineres clavellati chemice nimis vehementer agunt, quam quae inter destillationem adesse possint. Tartarus tartarisatus ad acidum absorbendum satis commodus est, sed tardius agit, ceterum laudandus. Natrum carbonicum acidulum, quod proposui, acidum cito hebefacit, nec, quid in Spiritu dissolvatur, praebet. Ergo absque rectificatione agi poterit, si usui tantopere obstare liceat.

SPIRITUS NITRICO-AETHEREUS vid. Spiritus Nitri dulcis.

SPIRITUS NUCIS MOSCHATAE vid. Spiritus Myristicae.

SPIRITUS OLEOSUS SYLVII vid. Liquor oleosus SYLVII (p. 526).

SPIRITUS ODORATUS vid. Aqua Coloniensis (p. 61).

SPIRITUS OPHTHALMICUS CHELII.

Rec. Bals. vitae HOFFM. Drachm. duas — tres, Spir. Serpill. Unc. tres — quatuor, Liq. Ammon. caust. Drachm. unam — unam semis, m.

SPIRITUS ODORATUS PRO FORNACE. Räucheressenz.

Rec. Caryophyll., Cort. Cascarill., Sem. amomi, Olibani āā Unc. semis, Rad. Iridis Flor., Benzoes, Cort. Cinn. Ceylan. āā Unc. unam, Nuc. mosch., Balsam. Peruv. (vel Opobals.) āā Drachm. duas, Styr. liq. Drachm. sex, Vesic. Mosch. Drachm. unam (vel Moschi Gran. quinque), Ol. Bergam. Drachm. unam, — de Cedro, — Lavend. āā Drachm. semis, — Foenic., — Rosar. āā Gutt. decem, Spir. Vini rectss. Libr. unam.

SPIRITUS OPHTHALMICUS HETTE.

Digerendo obtinetur Flores Rorismarini, et Herbam Euphrasiae officinalis (Augentrost) cum Spiritu Rorismarini (Aq. Hungarica dicta). Arcanum habebatur.

SPIRITUS OPHTHALMICUS HIMLY.

Rec. Bals. Peruv Gran. tria, Ol. Lavend., — Majoran., — Caryophyll., — Serpyll., — Rut., — Succin. āā Gran. duo, Spirit. Vini rectss. Unc. unam, m.

SPIRITUS PANIS Ph. Wirt.

Rec. Panis triticei bis cocti, optime siccati, quantum placet. Immittatur in frusta confractus retortae vitreae atque ex arena leni igne, per gradus aucto, destilletur. Spiritus post destillationem ab oleo separatus rectificetur.

SPIRITUS PIMENTAE s. Piperis Jamaicensis.

Ph. Lond. 1836: Rec. Sem. Amomi cont. Unc. duas et semis, Spir. Vini rect. Libr. novem, Aq. comm. Unc. sedecim, destillent Libr. novem. Ph. Dubl.: Sem. Amomi Unc. tres, Spir. Vini rect. Libr. novem, Aq. comm. q. s., dest. Libr. novem.

SPIRITUS POLYAROMATICUS vid. Balsamum FIORAVANTI (p. 113).

SPIRITUS POTASSATUS vid. Tinctura Kalina.

SPIRITUS PULEGII Ph. Lond. sicut Spiritus Menthae paratur ex Herba Menthae Pulegii.

SPIRITUS PYRETHRI.

Rec. Rad. Pyrethri Libr. unam, Spir. Vini rectss. Libr. quinque, Aq. comm. Libr. unam, dest. Libr. quinque.

SPIRITUS PYRETHRI COMPOSITUS.

Rec. Spir. Pyrethri Unc. sedecim, Cinnamomi Scrup. quatuor, Vanillae, Coriandri, Caryophyll. aa Drachm. unam, Macid., Coccionell., Croci, Sal. Ammon āā Gran. octodecim, Aq. Naph. Unc. semis, Ol. Anisi, — de Cedro āā Gutt. octodecim, — Lavendul., — Thymi, Tinct. Ambr. āā Gutt. novem, macerata per dies 14 filtra.

SPIRITUS RESOLVENS SCHMUCKERI.

Rec. Sal. Ammon. Unc. unam, Camphor. Unc. semis, Sapon. Venet. Drachm. sex, Spir. Vini rect. Libr. duas, digere, filtra.

SPIRITUS RIBIUM NIGRORUM VAN MONS.

Rec. Bacc. Ribium nigr. part. duas, contritas fermentationi in loco tepido subjice, adde Fol. Ribium nigror. quartam partem, Spir. Vini rect part. unam et semis, Aq. comm. part. duodecim, destillatione partes tres elice.

SPIRITUS RORISMARINI, Alcohol Rorismarini. Rosmaringeist. *Esprit de Romarin.*

Rec. Hb. Rorismar. cum floribus sicc. Libr. quatuor, Aq. comm totidem vel q. s. ut empyreuma evitetur, destillent Libr. quatuor. *Vis:* nervina, analeptica. *Usus:* in lipothymia.

Codicum varietas sicut in Spiritu Lavendulae. Ph. Bor. ed. 5, Hann., Hass., Oldenb., Polon., Suec. eandem formulam habent. Ph. Fenn. Hb. Rorismar. Libr. duas cet. par. Ph. Austr. 1834. Hb. Rorismar. Libr. unam, Spir. Vini rect. Libr. quatuor et semis, Aq. comm. Libr. sex, prodeant Libr. quatuor. Ph. Hamb. 1835: Ol. Rorismar. Drachm. unam et semis, Spir. Vini rectss. Unc. octo. Ph. Saxon. 1837: Ol. Rorismar. Scrup. duos, Spir. Vini rectss. Unc. sex, Aq. dest. q. s. ut pond. spec. sit 0,885 — 0,895. Ph. Lond. 1836: Ol. Rorismar. Drachm decem, Spirit. Vini rect. Libr. novem, Aq. comm. Unc. viginti, destillent Libr. novem. Ph. Gall. 1837 etc. sicut in Spiritu Lavendulae.

SPIRITUS RORISMARINI ACETATUS, Spiritus vulnerarius acidus vel aromaticus acetatus.

Ph. Suec.: Spir. Rorismar. comp. Libr. duas, Aceti Vini Libr. unam.

SPIRITUS RORISMARINI COMPOSITUS vid. Aqua hungarica (p. 69).

SPIRITUS ROSARUM.

HENRY-GUIBOURT: Rec. Flor. Rosar. pallid., Spir Vini rectss. āā Libr. decem, conquassata macera, tum destillent Libr. decem. Ph. Bor. ed. 5: Ol. Rosar. Scrup. unum, Spir. Vini Gall. fort. Unc. sex.

SPIRITUS ROSARUM PER FERMENTATIONEM Ph. Wirt., Palat.

Rec. Flor. Rosar., in mortario contusarum,

Libr. duodecim, Sacch. albi Libr. duas, Fermenti panis Libr. semis, Aq font. tepid. Libr. triginta. Stent in vase ligneo, donec fermentata odorem vinosum spirent, destillentur postea ex vesica, et spiritus rectificetur.

SPIRITUS RUBI IDAEI.

Henry-Guibourt: Rec. Bacc. Rubi Idaei contusar. Libr. sex, Spir. Vini rectss. Libr. duas, destillent Libr. duas.

SPIRITUS SABINAE.

Ph. Hann. 1819: Rec. Hb. Sabinae Libr. unam, Spir. Vini rect. Libr quatuor. Ph. Hamb. 1835: Ol. Sabinae Drachm. unam et semis Spir Vini rectss. Unc. octo, solve.

SPIRITUS SALIS ACIDUS = Acidum Salis.

SPIRITUS SALIS AMMONIACI ANISATUS. Anisölhaltiger Salmiakgeist. *Esprit de Sel Ammoniac anisé.*

Synon.: Liquor Ammonii anisatus, Alcohol Ammoniae anisatum, Alcali volatile anisatum, Lixivium ammoniacale anisatum. Flüchtiger Anisgeist. *Alcool ammoniacal anisé.*

℞ec. Spiritus Vini rectificatissimi Uncias duodecim,
Olei Anisi Unciam dimidiam,
solutis adde
Spiritus Salis Ammoniaci caustici Uncias tres,
serva in vitro bene clauso. — *Vis:* incitans, incidens, bechica.

Sit liquor limpidus, flavescens, odore Ammonii et Olei Anisi insignis, ex toto volatilis, ponderis spec. 0,875—0,885.

Usus: in atonia atque paralysi pulmonum.

Hanc formulam Ph. Bavar., Belg., Bor. ed. 3, Hann., Hamb. 1835, Oldenb., Polon., Slesv.-Hols. habent. Ph. Bor. ed. 5. et Saxon. 1827. Ol. Anisi Drachm. tres habent, cet. par. Ph. Wirt.: Sal. Ammon. Unc. sex, Cinerum clavell. Libr. unam, Sem. Anisi Unc. tres, Spir. Vini rect. Libr. tres, destillent Libr. duae et semis. Ph. Hass 1827: Spir. Sal. Ammon. vinosi Unc. octo, Ol. Anisi Drachm. duas. Disp. Lipp. Ol. Anisi Drachm. unam, Spir. Vini rectss. Unc. duas, Spir. Sal. Ammon. vinosi Unc sex.

SPIRITUS SALIS AMMONIACI AQUOSUS vid. Liquor Ammonii carbon. aquosus (p. 516).

SPIRITUS SALIS AMMONIACI AROMATICUS, Spiritus Ammoniae aromaticus, Alcoolatum aromaticum ammoniacale (Gall.), Alcohol ammoniatum aromaticum (Amer., Edinb.), Tinctura ammoniata aromatica, Guttae Salis volatilis. Gewürzhafter Salmiakgeist. *Alcoolat aromatique ammoniacal, Esprit volatil aromatique huileux de Sylvius, Tincture aromatique ammoniacée, Esprit aromatique ammoniacal.*

Ph. Wirt. sec. Disp. Edinb. vetus: Rec. Rad. Angelic., — Galang., Hb. Majoran., — Rorismar., Cort. Aurant., — Citri, — Cinnamomi āā Drachm. sex, Caryophyll., Nucis mosch., Macidis āā Drachm. tres, Spir. Vini rect. Libr. tres, digestis per triduum adde Cinerum clavell., Sal. Ammon. āā Unc. quatuor, destillent ad siccum. — Ph. Gall. 1818, 1837: Cort. Aurant. recent.: — Citri recent. āā Drachm. sex, Vanill. Drachm. duas, Caryophyll. Drachm. semis, Cort. Cinnam. Drachm. unam, Sal Ammon. Unc. quatuor, contusis et in retortam vitream immissis affunde Aq. Cinnamom. simpl., Spir. Vini rect. āā Unc. quatuor, digestis per triduum adde Ciner. clavell. depur. Unc. quatuor, destillent leni igne Unc. quatuor. — Ph. Lond. 1836: Sal. Ammon. Unc. quinque, Ciner. clavell. depur. Unc. octo, Cinnamom., Caryophyll. āā Drachm. duas, Cort. Citri Unc. quatuor, Spir. Vini rect., Aq. comm. āā Libr. quinque et Unc. quatuor, destillent Libr. octo. — Ph. Palat., Belg.: Cort. Citri rec. Unc. unam et semis, — Cinnamom., Nuc. moschat, Caryophyll. āā Drachm. duas, Sal. Ammon. Unc. unam, Ciner. clavell. depur. Unc. duas, Spir. Vini rect. Libr. duas, post macerat. dierum duorum destillent Unc. quatuordecim. — Ph. Amstel.: Cort. Aurant., — Citri āā Unc. duas, — Cinnamom. Unc unam et semis, Macid., Nuc. moschat. āā Drachm. sex, Caryophyll. aromat. Drachm. duas, Sal. Ammon. Unc. tres, Ciner. clavell. Unc. sex, Spir. Vini rect. Libr. sex, post duorum dierum macerationem destillent Libr. tres et semis. Van Monsii formulas praetereamus. Formulas Ph. Hann. 1819, Edinb., Dubl., Lusit., Saxon. vid. voce Liquor oleosus Sylvii (p. 526), cum quo, quod mixtionem, Spiritus noster aromaticus multum congruit. Confer quoque Sal volatile oleosum (p. 722). (In destillatione primum Sal Alcali volatile i. e. Ammonium carbonicum emergit, atque retortae collum, nisi satis capax est, obstruit. Spiritu expost prodeunte magna Salis sublimati vis redissolvitur, quamquam non semper tota. Spiritus lucis aditu cito colorem induit, quare servetur in lagenulis bene repletis et epistomiis vitreis bene munitis, et charta nigra involutis. Nonnisi parvae copiae praeparatae praesto sint.

Vis: nervina, diaphoretica, carminativa.

SPIRITUS SALIS AMMONIACI CAUSTICUS. Salmiakgeist. *Esprit de Sel Ammoniac.*

Synon.: Liquor Ammonii causticus, Ammonia pura liquida, Ammonia Aqua soluta, Ammoniacum causticum, Aqua Ammoniae causticae, Lixivium ammoniacale, Spiritus Salis Ammoniaci cum Calce viva. Aetzammoniumflüssigkeit, Wässeriger Salmiakgeist. *Ammoniaque liquide, Alcali volatil.*

Rec. Calcariae ustae Libras sex, adsperge Aquae communis Libras duas ut in pulverem subtilissimum fatiscat; seorsum recipe

Salis Ammoniaci Libras sex, in pulverem contunde et pulveres ambos citissime atque intime commisce, tum in vas idoneum e ferro fuso confectum conjice, Aquam communem caute adsperge et baculo ligneo assidue exagita, donec massa grumosa conglobari coeperit. Vasi ferreo destillatorio extemplo operculum adapta, ex quo tubus plumbeus in lagenam vitream, Librarum sex fere capacem, transducat. In hac lagena insint Lactis calcarei Unciae circiter sex. Ex hac lagena tubus vitreus bis in angulum rectum recurvus in lagenam alteram, Librarum viginti quatuor Aquae capacem, transeat; huic insint Aquae destillatae Librae duodecim; aqua frigida circumdata inter operationem totam bene refrigeretur. Vasi destillatorio et lagenae intermediae adaptentur quoque tubi securitatis dicti, quibus praecavetur, ne liquidum e vase altero in alterum transcendat.

Igne levi operatio incipiatur, ut bullae gaseae in excipula transeant, in quibus strepitu quodam peculiari condensantur. Igne sensim caute aucto operatio pergatur, donec sub finem fundus vasis ferrei fere rubescat. Lagena intermedia non refrigeretur. Cavendum, ut commissurae gas bene coerceant, quod baculo vitreo Acido muriatico humectato exploratur; nebulae scilicet exoriuntur circum baculum, ubi gas ammoniacum clam emergit. Liquori in lagena ultima contento Aquae destillatae tantum addatur, ut ejus pondus Libras duodeviginti, ponderis Salis Ammoniaci triplum scilicet, efficiat. — *Vis:* antacida, excitans, diaphoretica; externe rubefaciens.

Sit liquor limpidus, decolor, ex toto volatilis, odoris fortissimi ammoniacalis ab empyreumate liberi, Aqua Calcariae affusa non turbetur, nec Ammonio carbonico, nec Ammonio hydrothionico coloretur, sit ponderis specifici 0,96.

Usus: externus pro linimento volatili, internus in soda, tum pharmaceuticus.

Codices de virtute atque valore Spiritus Salis Amoniaci passim discrepant. De variis parandi methodis nil amplius afferamus, quam ut exhortemur, ne nimia aquae copia miscelae admisceatur; quod si fit, nulla vel extrema cura evitari potest, ne miscela in vasa ulteriora transmigret, et totius producti jactura fiat. In justa aquae addendae copia invenienda nodus haeret; si minor est, decompositio difficulter atque imperfecte efficitur, si major, miscela intumescit et vasa imo capacissima replentur. Calcariae major copia non nocet, sed praescripta sufficit. Lutum argillaceum cum Oleo lini vel ex farina seminis lini cum aqua paratum pro claudendis foraminibus et commissuris inservit.

Salis Ammoniaci adhibiti pondus triplum obtineri volunt Ph. Bavar., Boruss. ed. 5, Hamb., Hann., Hass., Oldenb., Polon., Saxon., Slesv.-Hols. Hi codices idem quoque pond. spec. = 0,96 statuunt, inter quos alii nimiam ponderis specifici latitudinem admittunt inter 0,96 et 0,97, quibus numeris discrimen de tribus partibus centesimis Ammoniaci conceditur, quæ dimidium fere totius copiae Ammoniaci contenti efficiunt, ergo singulam vel duplam copiam Ammoniaci concedunt.

Ph. Gall. 1837 pond. spec. 0,925. Ph.

Libr. duodecim, Sacch. albi Libr. duas, Fermenti panis Libr. semis, Aq font. tepid. Libr. triginta. Stent in vase ligneo, donec fermentata odorem vinosum spirent, destillentur postea ex vesica, et spiritus rectificetur.

SPIRITUS RUBI IDAEI.

HENRY-GUIBOURT: Rec. Bacc. Rubi Idaei contusar. Libr. sex, Spir. Vini rectss. Libr. duas, destillent Libr. duae.

SPIRITUS SABINAE.

Ph. Hann. 1819: Rec. Hb. Sabinae Libr. unam, Spir. Vini rect. Libr quatuor. Ph. Hamb. 1835: Ol. Sabinae Drachm. unam et semis Spir Vini rectss. Unc. octo, solve.

SPIRITUS SALIS ACIDUS = Acidum Salis.

SPIRITUS SALIS AMMONIACI ANISATUS. Anisölhaltiger Salmiakgeist. *Esprit de Sel Ammoniac anisé.*

Synon.: Liquor Ammonii anisatus, Alcohol Ammoniae anisatum, Alcali volatile anisatum, Lixivium ammoniacale anisatum. Flüchtiger Anisgeist. *Alcool ammoniacal anisé.*

℞. Spiritus Vini rectificatissimi Uncias duodecim,
Olei Anisi Unciam dimidiam,
solutis adde
Spiritus Salis Ammoniaci caustici Uncias tres,
serva in vitro bene clauso. — *Vis:* incitans, incidens, bechica.

Sit liquor limpidus, flavescens, odore Ammonii et Olei Anisi insignis, ex toto volatilis, ponderis spec. 0,875—0,885.
Usus: **in atonia atque paralysi pulmonum.**

Hanc formulam Ph. Bavar., Belg., Bor. ed. 3, Hann., Hamb. 1835, Oldenb., Polon., Slesv.-Hols. habent. Ph. Bor. ed. 5. et Saxon. 1827. Ol. Anisi Drachm. tres habent, cet. par. Ph. Wirt.: Sal. Ammon. Unc. sex, Cinerum clavell. Libr. unam, Sem. Anisi Unc. tres, Spir. Vini rect. Libr. tres, destillent Libr. duae et semis. Ph. Hass 1827: Spir. Sal. Ammon. vinosi Unc. octo, Ol. Anisi Drachm. duas. Disp. Lipp. Ol. Anisi Drachm. unam, Spir. Vini rectss. Unc. duas, Spir. Sal. Ammon. vinosi Unc sex.

SPIRITUS SALIS AMMONIACI AQUOSUS vid. Liquor Ammonii carbon. aquosus (p. 516).

SPIRITUS SALIS AMMONIACI AROMATICUS, Spiritus Ammoniae aromaticus, Alcoolatum aromaticum ammoniacale (Gall.), Alcohol ammoniatum aromaticum (Amer., Edinb.), Tinctura ammoniata aromatica, Guttae Salis volatilis. Gewürzhafter Salmiakgeist. *Alcoolat aromatique ammoniacal, Esprit volatil aromatique huileux de Sylvius, Tincture aromatique ammoniacée, Esprit aromatique ammoniacal.*

Ph. Wirt. sec. Disp. Edinb. vetus: Rec. Rad. Angelic., — Galang., Hb. Majoran., — Rorismar., Cort. Aurant., — Citri, — Cinnamomi āā Drachm. sex, Caryophyll., Nucis mosch., Macidis āā Drachm. tres, Spir. Vini rect. Libr. tres, digestis per triduum adde Cinerum clavell., Sal. Ammon. āā Unc. quatuor, destillent ad siccum. — Ph. Gall. 1818, 1837: Cort. Aurant. recent.: — Citri recent. āā Drachm. sex, Vanill. Drachm. duas, Caryophyll. Drachm. semis, Cort. Cinnam. Drachm. unam, Sal Ammon. Unc. quatuor, contusis et in retortam vitream immissis affunde Aq. Cinnamom. simpl., Spir. Vini rect. āā Unc. quatuor, digestis per triduum adde Ciner. clavell. depur. Unc. quatuor, destillent leni igne Unc. quatuor. — Ph. Lond. 1836: Sal. Ammon. Unc. quinque, Ciner. clavell. depur. Unc. octo, Cinnamom., Caryophyll. āā Drachm. duas, Cort Citri Unc. quatuor, Spir. Vini rect., Aq. comm. āā Libr. quinque et Unc. quatuor, destillent Libr. octo. — Ph. Palat., Belg.: Cort. Citri rec. Unc. unam et semis, — Cinnamom., Nuc. moschat, Caryophyll. āā Drachm. duas, Sal. Ammon. Unc. unam, Ciner. clavell. depur. Unc. duas, Spir. Vini rect. Libr. duas, post macerat dierum duorum destillent Unc. quatuordecim. — Ph. Amstel.: Cort. Aurant., — Citri āā Unc. duas, — Cinnamom. Unc unam et semis, Macid., Nuc. moschat. āā Drachm. sex, Caryophyll. aromat. Drachm. duas, Sal. Ammon. Unc. tres, Ciner. clavell. Unc. sex, Spir. Vini rect. Libr. sex, post duorum dierum macerationem destillent Libr. tres et semis VAN MONSII formulas praetereamus. Formulas Ph. Hann. 1819, Edinb., Dubl., Lusit., Saxon. vid. voce Liquor oleosus Sylvii (p. 526), cum quo, quod mixtionem, Spiritus noster aromaticus multum congruit. Confer quoque Sal volatile oleosum (p. 722). (In destillatione primum Sal Alcali volatile i. e. Ammonium carbonicum emergit, atque retortae collum, nisi satis capax est, obstruit. Spiritu expost prodeunte magna Salis sublimati vis redissolvitur, quamquam non semper tota. Spiritus lucis aditu cito colorem induit, quare servetur in lagenulis bene repletis et epistomiis vitreis bene munitis, et charta nigra involutis. Nonnisi parvae copiae praeparatae praesto sint.
Vis: nervina, diaphoretica, carminativa.

SPIRITUS SALIS AMMONIACI CAUSTICUS. Salmiakgeist. *Esprit de Sel Ammoniac.*

Synon.: Liquor Ammonii causticus, Ammonia pura liquida, Ammonia Aqua soluta, Ammoniacum causticum, Aqua Ammoniae causticae, Lixivium ammoniacale, Spiritus Salis Ammoniaci cum Calce viva. Aetzammoniumflüssigkeit, Wässeriger Salmiakgeist. *Ammoniaque liquide, Alcali volatil.*

Rec. Calcariae ustae Libras sex, adsperge Aquae communis Libras duas ut in pulverem subtilissimum fatiscat; seorsum recipe

Salis Ammoniaci Libras sex, in pulverem contunde et pulveres ambos citissime atque intime commisce, tum in vas idoneum e ferro fuso confectum conjice, Aquam communem caute adsperge et baculo ligneo assidue exagita, donec massa grumosa conglobari coeperit. Vasi ferreo destillatorio extemplo operculum adapta, ex quo tubus plumbeus in lagenam vitream, Librarum sex fere capacem, transducat. In hac lagena insint Lactis calcarei Unciae circiter sex. Ex hac lagena tubus vitreus bis in angulum rectum recurvus in lagenam alteram, Librarum viginti quatuor Aquae capacem, transeat; huic insint Aquae destillatae Librae duodecim; aqua frigida circumdata inter operationem totam bene refrigeretur. Vasi destillatorio et lagenae intermediae adaptentur quoque tubi securitatis dicti, quibus praecavetur, ne liquidum e vase altero in alterum transcendat.

Igne levi operatio incipiatur, ut bullae gaseae in excipula transeant, in quibus strepitu quodam peculiari condensantur. Igne sensim caute aucto operatio pergatur, donec sub finem fundus vasis ferrei fere rubescat. Lagena intermedia non refrigeretur. Cavendum, ut commissurae gas bene coerceant, quod baculo vitreo Acido muriatico humectato exploratur; nebulae scilicet exoriuntur circum baculum, ubi gas ammoniacum clam emergit. Liquori in lagena ultima contento Aquae destillatae tantum addatur, ut ejus pondus Libras duodeviginti, ponderis Salis Ammoniaci triplum scilicet, efficiat. — *Vis:* antacida, excitans, diaphoretica; externe rubefaciens.

Sit liquor limpidus, decolor, ex toto volatilis, odoris fortissimi ammoniacalis ab empyreumate liberi, Aqua Calcariae affusa non turbetur, nec Ammonio carbonico, nec Ammonio hydrothionico coloretur, sit ponderis specifici 0,96.

Usus: externus pro linimento volatili, internus in soda, tum pharmaceuticus.

Codices de virtute atque valore Spiritus Salis Amoniaci passim discrepant. De variis parandi methodis nil amplius afferamus, quam ut exhortemur, ne nimia aquae copia miscelae admisceatur; quod si fit, nulla vel extrema cura evitari potest, ne miscela in vasa ulteriora transmigret, et totius producti jactura fiat. In justa aquae addendae copia invenienda nodus haeret; si minor est, decompositio difficulter atque imperfecte efficitur, si major, miscela intumescit et vasa imo capacissima replentur. Calcariae major copia non nocet, sed praescripta sufficit. Lutum argillaceum cum Oleo lini vel ex farina seminis lini cum aqua paratum pro claudendis foraminibus et commissuris inservit.

Salis Ammoniaci adhibiti pondus triplum obtineri volunt Ph. Bavar., Boruss. ed. 5, Hamb., Hann., Hass., Oldenb., Polon., Saxon., Slesv.-Hols. Hi codices idem quoque pond. spec. = 0,96 statuunt, inter quos alii nimiam ponderis specifici latitudinem admittunt inter 0,96 et 0,97, quibus numeris discrimen de tribus partibus centesimis Ammoniaci conceditur, quæ dimidium fere totius copiae Ammoniaci contenti efficiunt, ergo singulam vel duplam copiam Ammoniaci concedunt.

Ph. Gall. 1837 pond. spec. 0,925. Ph.

Lond. 1836: productum sit sesquialterum ponderis Salis Ammoniaci adhibiti. Ph. Dubl. pond. spec. 0,936 et productum sit 1⅓ Salis Ammoniaci adhibiti. Ph. Fenn. pond. spec. 0,94, Ph. Suec. 0,9166, Ph. Amer. 0,914, Ph. Austr. 0,910.

Denique tabulam Davianam adjungamus ex qua pondus specificum in valorem verum computari potest.

Pondus specificum	Partes centesimae Ammoniaci anhydri
0,8720	32,50
0,8875	29,25
0,9000	26,00
0,9054	25,37
0,9166	22,07
0,9255	19,54
0,9326	17,52
0,9385	15,88
0,9435	14,53
0,9476	13,46
0,9513	12,40
0,9545	11,56
0,9597	10,82
0,9619	10,17
0,9619	9,60
0,9692	9,50
0,9639	9,09
0,9713	7,17

SPIRITUS SALIS AMMONIACI CUM CINERIBUS CLAVELLATIS vid. Liquor Ammonii carbonici (p. 516).

SPIRITUS SALIS AMMONIACI DULCIFICATUS vid. Spiritus Salis Ammoniaci vinosus.

SPIRITUS SALIS AMMONIACI FOENICULATUS paratur sicut Spiritus Salis Ammoniaci anisatus in locum Olei Anisi Oleum Foeniculi substituendo.

SPIRITUS SALIS AMMONIACI FOETIDUS s. Alcohol ammoniatum foetidum Ph. Edinb., s. Tinctura Asae foetidae Ammoniata Ph. Hann., s. Spiritus volatilis foetidus. Stinkender Salmiakgeist.

Ph. Hann.: Rec. Asae foetid. Unc. quatuor, Spir. Salis Ammon. vinos. Unc. sedecim; frigida digestione solve. Haec formula caeteris longe anteponenda, quae destillationem institui non jubeat. Ph. Lond.: Spir. Sal. Ammon. vinos. Unc. triginta duas, Asae foetid. Unc. duas; ex maceratis destillent Libr. duae. Ph. Edinb., Genev.: Spir. Sal. Ammon. vinos. Unc. octo, Asae foetid. Unc. semis, destillent Unc. octo. Ph. Dubl.: Spir. Sal. Ammon. vinos. Libr. duas, Asae foetid. Drachm. decem; destillent Libr. una et semis. GRAY: Sal. Ammon. Libr. unam, Ciner. clavell. Libr. duas, Asae foetid. Unc. sex, Spir. Vini rect. Libr. decem, Aq. q. s. ut destillent Libr. duodecim.

SPIRITUS SALIS AMMONIACI LACTEUS vid. Aqua Luciae (p. 75).

SPIRITUS SALIS AMMONIACI SUCCINATUS vid. Liquor Cornu Cervi succinatus (p. 522) et Aqua Luciae (p. 75).

SPIRITUS SALIS AMMONIACI SULPHURATUS = Liquor fumans BOYLEI (p. 523).

SPIRITUS SALIS AMMONIACI TARTARISATUS vid. Liquor Ammonii carbonici (p. 516).

SPIRITUS SALIS AMMONIACI VINOSUS. Weiniger Salmiakgeist. *Esprit de Sel Ammoniac vineux.*

Synon.: Liquor Ammonii vinosus, Alcohol Ammoniac, Lixivium ammoniacale vinosum, Alcali Ammoniacum spirituosum. Weingeistige Ammoniakflüssigkeit. *Alcohol ammonié, ammoniacal, Esprit vineux de corne de cerf.*

Rec. Spiritus Salis Ammoniaci caustici Unciam unam,
Spiritus Vini rectificatissimi Uncias duas,
misce. — *Vis:* incidens, diuretica, externe discutiens.

Sit liquor limpidus, coloris expers, odoris penetrantis volatilis, ex toto volatilis, ponderis spec. 0,900 — 0,910. *Usus:* in morbis atonicis, paralysi.

Plurimi Codices in hac formula consentiunt, scilicet Ph. Bavar., Boruss. ed. 5, Genev., Hass., Hann., Hamb., Saxon., Oldenb., Polon., Saxon., Slesv.-Hols., Suec.

SPIRITUS SALIS COAGULATUS est Sal febrifugum SYLVII (Kali muriaticum).

SPIRITUS SALIS DULCIS. Versüßter Salzgeist. *Esprit de sel dulcifié.*

Synon.: Spiritus muriatico-aethereus (Bor., Slesv.-Hols., cet.), Alcohol muriaticus aethereus, Aether muriaticus alcoolisatus (Gall. 1818), Aether hydrochloricus alcoholicus. Weingeistiger Salzäther. *Ether muriatique alcoolisé.*

Rec. Salis communis exsiccati Uncias sedecim,
Magnesiae Vitriariorum pulveratae Uncias sex;
intime mixta in cucurbitam vitream ingere et superfunde
Olei Vitrioli Uncias duodecim
caute antea cum

Spiritus Vini rectificatissimi
Unciis quadraginta octo
mixtas. Cucurbitae adapta epistomium suberinum probum, per quod tubus vitreus oblique fundum versus reflexus transmissus fuerit. Hujus extremo appone excipulum quodvis aptum, aqua frigida (vel glacie, si praesto est) externe frigefaciendum. Juncturas tubi et excipuli epistomio perforato parum obstrue nec tamen hermetice claude. Instituatur destillatio lento igne ex balneo Calcariae muriaticae (vel arenae) destillent Librae tres. Productum supra

Magnesiae ustae Uncia una
destillatione rectifica. In vitris parvis plane repletis, bene obturatis serva. — *Vis:* nervina, analeptica, diuretica.

Sit liquor limpidus, coloris expers, odoris proprii spirituoso-aetherei, saporis similis aromatici, pond. sp. 0,830 — 0,840, colorem chartae coeruleae exploratoriae ne permutet, cum aqua destillata mixtus affuso liquore argenti nitrici ne turbetur.

***Usus:* in debilitate nervosa, spasmis.**

Omnes Codices Germaniae scilicet Bor. ed. 5, Hamb., Hann., Hass., Oldenb., Slesv.-Hols. praeterea Polon., Fenn. receperunt. Ph. Bavar.: Spir. Vini Unc. quadraginta, cet. par. — Ph. Wirt.: Magnesiae Vitriarior. Unc. duas, Sal. comm. Unc. quatuor, Ol. Vitrioli Unc. tres, Spir. Vini rectss. Libr. unam.

SPIRITUS SALIS MARINI DEPHLOGISTICATUS vid. Aqua Chlori (p. 57).

SPIRITUS SALVIAE.

Ph. Ferrar.: Hb. Salviae Libr. unam et semis, Spir. Vini rect. Libr. octo, destillent Libr. sex.

SPIRITUS SAMBUCI s. Florum Sambuci.

Ph. Wirt., Palat., Brunsv.: Rec. Flor. Sambuci part. unam, Spir. Vini rect. part. quatuor, destillet totius dimidium.

SPIRITUS SAPONATUS. Seifenspiritus. *Esprit savoné.*

Synon.: Spiritus Saponis, Tinctura s. Solutio Saponis, Linimentum saponaceum, Solutio Saponis alcoholica.

Rec. Saponis Veneti albi Libram unam,
Spiritus Vini rectificati Libras tres,
Aquae Rosarum Libram unam,
solve digerendo et filtra. — *Vis:* resolvens, discutiens.

Sit liquor limpidus, coloris flavescentis, odoris rosarum.

***Usus:* ad contusiones, perniones.**

Codices Germanici omnes fere in hac formula consentiunt. Ph. Bor. castr. Aquam destillatam pro Aqua Rosarum sumit. Ph. Bavar. Saponis part. unam, Spir. Vini rect. part. quatuor.

SPIRITUS SAPONATUS CAMPHORATUS = Balsamum Opodeldoc.

SPIRITUS SAPONATUS COMPOSITUS = Balsamum Vitae externum.

SPIRITUS SATURNI = Acetum radicale.

SPIRITUS SERPYLLI. Quendelgeist. *Esprit de Serpolet.*

Rec. Hb. florentis Serpylli part. unam, Spir. Vini rect. Libr. quatuor, Aq. comm. q. s., destillent Libr. quatuor. — Ph. Boruss. ed. 5, Brunsv., Hann., Hamb., Hass., Pal., Polon., Saxon., Slesv.-Hols., Wirt. consentiunt de formula illa. Ph. Austr.: Hb. Serpylli part. unam, Spir. Vini part quatuor et semis, Aq. comm. part. sex, destillent Libr. quatuor.

SPIRITUS SUAVEOLENS PRO SUFFITU.

Rec. Ol. de Cedro, — Bergamott., — Lavendul. aa Drachm. unam, Naphth. Aceti Unc. semis.

SPIRITUS SUCCINATIS AMMONIAE vid. Liquor Cornu Cervi succinatus (p. 522).

SPIRITUS SULPHURICO-AETHEREUS vid. Liquor anodynus mineralis Hoffmanni (p. 518).

SPIRITUS SULPHURICO-AETHEREUS CAMPHORATUS vid. Naphtha Vitrioli camphorata (p. 581).

SPIRITUS SULPHURIS Beguini = Liquor fumans Boylei (p. 523).

SPIRITUS SULPHURIS PER CAMPANAM est nomen antiquum Acidi sulphurici diluti, methodo satis inepta atque incerta obtenti.

SPIRITUS TARTARI et SPIRITUS TARTARI RECTIFICATUS vid. Liquor pyrotartaricus (p. 527).

SPIRITUS TEREBINTHINAE COMPOSITUS vid. Balsamum Fioraventi (p. 113).

SPIRITUS THERIACALIS = Spiritus Angelicae compositus.

SPIRITUS THYMI. Thymiangeist. *Esprit de Thym commun.*

Sicut Spiritus Serpylli ex Herba florente Thymi vulgaris.

SPIRITUS TRAUMATICUS vid. Aqua vulneraria (p. 97).

SPIRITUS DE TRIBUS = Mixtura simplex.

SPIRITUS TRIFOLII FIBRINI.

Ph. Wirt.: Rec. Hb. Trifol. fibr. recent. part. sex, Spir. Vini rect. part. quatuor, Aq. comm. part. unam, destill. pars una et dimid.

SPIRITUS UNGULAE ALCIS s. URINAE = Spiritus Cornu Cervi.

SPIRITUS VANILLAE.

Rec. Vanillae Unc. sex, Ciner. clavell. Unc. unam et semis, Spir. Vini rect. Libr. sex, Aq. Libr. sex, destillent Libr. sex.

SPIRITUS VANILLAE ET PYRETHRI COMPOSITUS Henry-Guibourt. *Eau pour la bouche, ou Esprit de Pyrèthre composé.*

Rec. Cinnamom. Drachm. unam et Gran. viginti, Sem. Coriand., Vanill. āā Drachm. unam, Caryophyll., Macid., Coccionell., Croci, Sal. Ammon. āā Gran. undecim, Spir. Pyrethri Unc. viginti octo. Macera per dies 15, adde Aq. Naph. Drachm. quatuor, Ol. Anis., — Citr. āā Gutt. octodecim, — Lavendul., — Thym., Tinct. Ambr. gris. āā Gutt. novem, et filtra.

SPIRITUS VINI ABSOLUTUS. Absoluter Alkohol. *Alcohol pur.*

Rec. Calcis salitae in crucibulo Hassiaco calore rubicundo fusae, in laminam ferream effusae, et in frustula majora diffractae Libram unam, Spiritus Vini rectificatissimi (vel rectius alcoholisati) Libras duas, in lagena idonea misce, et per aliquot dies interdum concutienda, donec frustula Calcis salita soluta atque dilapsa fuerint, liquorem saturatum syrupiformem in retortam vitream immitte, in qua frustulorum Calcis salitae fusae dimidium quod erat pondus Spiritus adhibiti insit. Retortam in balneo arenae colloca et blanda destillatione tamdiu Spiritum elice, quamdiu pondus specificum 0,796 monstraverit. Unciam unam vel duas primum prodeuntes separatim collige, et reliquum quoque vasis recipientibus mutandis fractim excipe. Nonnunquam destillationes duae repetendae exiguntur.

Est liquor limpidus, decolor, volatilis, mobilissimus, ebulliens ad gradus 62,5 Therm. Reaumuriani, pond. spec. 0,7947 ad pondus 12,5 Therm. Reaum., facile inflammabilis. Usus medicus nullus, sed chemicus tantum.

SPIRITUS VINI ALCOHOLISATUS s. tartarisatus. Alkoholisirter Weingeist. *Esprit de Vin alcoolisé, Alcool à quarante degrès.*

Spiritus Vini rectificatissimus repetitis vicibus cum Cineribus clavellatis bene siccis (vel melius in sartagine ferrea fusa antea forti igne, nec tamen calore rubro, exsiccandis) in vase bene obturato conquassetur et per aliquot dies cum istis seponatur, quamdiu Cineres clavellati madefiunt. Liquor supernatans in vas destillatorium (retortam vel vesicam) effundatur, et blanda destillatione trientes duae eliciantur. Quod serius prodit separatim colligatur et pro pondere suo specifico computetur. Cineres clavellati iterum desiccentur.

Sit liquor qualitatum eandarum, sicut Spiritus Vini absolutus, sed ponderis specifici 0,820 — 0,810 ad gradus 12,5 Therm. Reaum., quod respondet 94 ad 96 partibus centesimis Voluminis Alcoholis, ad methodum Tralles computatum. Ph. Gall. 1837 Spiritus Vini rectificatissimi (89,6 part. cent.) Libr. quatuor, Terrae foliatae Tartari siccae Libr unam per horas 24 macerari tum ex balneo aquae destillare jubet. Pond. spec. 0,827 — 0,818 (91½ — 94½ part. cent.).

SPIRITUS VINI CAMPHORATUS vid. Spiritus camphoratus.

SPIRITUS VINI CAMPHORATUS CROCATUS vid. Aqua pestilentiatus Hartmanni (p. 85).

SPIRITUS VINI RECTIFICATISSIMUS. Höchstrectificirter Weingeist. *Alcool rectifié.*

Synon.: Alcohol depuratum, Alcohol Vini

Rec. Spiritus Vini rectificatissimi venalis q. v., immitte in vas destillatorium idoneum, et cauta destillatione trientes duas elice. Quod serius transit separatim collige et pro pondere suo specifico utere.

Sit liquor limpidus, coloris expers, ex toto volatilis, odoris puri spirituosi, inter manus fricatus et exhalatus non odorem ingratum olei fermentationis (Fuselöl) relinquat.

Pond. spec. 0,843—0,833 quod partibus centesimis voluminis TRALLESII 87 ad 90 respondet.

Usus: **pro parandis Tincturis, Spiritibus, Solutionibus spirituosis.**

Spiritus Vini rectificatissimus in commercio satis purus obvenit, ut in rem medicam possit introduci, si de qualitatibus suis rite exploratus fuerit. Oculorum indicio disces, num e dolio ligneo colorem attraxerit, chartis exploratoriis num acescat, araeometro num justam densitatem habeat, evaporatione in patina num corporibus fixis inquinatus fuerit. Quibus desideriis si satisfiet, Spiritus emalis medicinalis haberi poterit. Si destillationem ex Spiritu Frumenti incipere debes, quod quidem melius in officinis propriis destillatoriis fit, repetitis egetur destillationibus, vel cinerum clavellatorum usu. Habebis pondus specificum, rite exploratum, pro summo indicio virtutis. Oleum fermentationis optime Pulvere grossiusculo carbonis lignorum recens usti et digestione per aliquot dies, decanthatione et destillatione tollitur. Hoc corpore Oleum illud simpliciter aufertur, nec in odorem alium mutatur, sicut corporibus chemicis oxydantibus e. g. Calcaria chlorosa, Acido sulphurico, — nitrico, cet. Pro pondere spec. Codices passim discrepant, Ph. Bor. ed. 5, Slesv.-Hols. sistit 0,845—0,835 (85—89½ p. cent.), Hann., Hamb. 0,841 (87½ p. cent.), Hass. 1827. 0,850 (84½ p. cent.), Ph. Austr. 0,830 (91 p. cent.), Bat., Belg. 0,828 (91½ p. cent.).

SPIRITUS VINI RECTIFICATUS. Rectificirter Weingeist. *Esprit de Vin rectifié.*

Rec. Spiritus Vini rectificatissimi partes septemdecim,
Aquae destillatae partes septem,
misce.

Sit ponderis specifici 0,905—0,895 quod Spiritus Vini absoluti partibus centesimis voluminis respondet 63 ad 67½. Ceterum qualitates chemicas Spiritus Vini rectificatissimi habeat.

Si pro ratione oeconomica convenit, Spiritus Vini rectificatus ex Spiritu Frumenti (ex Cerealibus vel Bulbis Solani tuberosi obtenti) praeparatur. Hunc in finem Spiritus frumenti cum pulvere grossiusculo carbonis lignorum recens usti per aliquot dies mixtus agitetur interdum, tum decanthetur in vas destillatorium et destillet quamdiu justum pondus spec. observatur. Carbonis copia sufficiens ad olfactus arbitrium aestimatur. Spiritus nondum rectificatus inter manus fricatus odorem nauseosum Olei fermentationis non amplius monstret.

SPIRITUS VINI TARTARISATUS = Spiritus Vini alcoholisatus.

SPIRITUS VIPERARUM = Spiritus Cornu Cervi.

SPIRITUS VIRIDIS AERIS = Acetum concentratum.

SPIRITUS VITRIOLI. Verdünnte Schwefelsäure. *Acide sulphurique etendu.*

Synon.: Acidum sulphuricum dilutum, Acidum Vitrioli dilutum, Spiritus Vitrioli tenuis s. acidus.

Rec. Aquae destillatae Uncias quinque,
in gyrum agitatis sensim instilla
Olei Vitrioli rectificati Unciam unam,
cavens ne liquidum nimis cito incalescat. — ***Vis:*** antiseptica, adstringens.

Sit liquor limpidus, coloris expers, pond. spec. 1,110—1,120, e crucibulo platineo calore totus avolet, aqua protinus dilutum neque cum aqua hydrothionica, neque Spiritu Salis Ammoniaci caustico solo vel cum priore addito colorem induat vel praecipitatum gignat.

Usus: **in febribus putridis, haemorrhagiis.**

Plurimae Pharmacopoeae in hac formula conveniunt scilicet Bor. ed. 5 et castr., Bavar., Belg., Hamb., Hann., Hass., Oldenb., Parm., Polon., Saxon., Slesv.-Hols. — Olei Vitrioli part. unam, Aquae dest. part. sex habent Ph. Austr., Bat., Dan. (p. spec. 1,09). Ph. Amer., Dubl., Edinb. Acidi unum, Aquae septem partes. Ph. Amstel., Fenn., Hisp., Ross., Suec. Acidi unam, Aquae octo partes. Ph. Lond. 1836 Acidi Unc. unam et semis mensurae. Ph. Lusit. Acidi unam, Aquae viginti quatuor partes.

SPIRITUS VITRIOLI COAGULATUS = Arcanum duplicatum.

SPIRITUS VITRIOLI DULCIS = Liquor anodynus.

SPIRITUS VITRIOLI PHILOSOPHICUS est Acidum Salis incerta ratione dilutum.

SPIRITUS VOLATILIS AROMATICUS OLEOSUS vid. Liquor oleosus SYLVII et Spiritus Salis Ammoniaci aromaticus.

SPIRITUS VOLATILIS CAUSTICUS vid. Spiritus Salis Ammoniaci causticus.

SPIRITUS VULNERARIUS Ph. Gall. 1837. Geistiges Wundwasser. *Alcoolat vulneraire.*

Rec. Hb. recent. Basilic., — Calaminth., — Hyssop., - Origani, — Meliss., — Menth. pip. āā Unc. unam, — Origani vulg., — Rorismar., — Saturejae, — Salviae, — Serpyll., — Thymi, — Absinth., — Angelic., — Foeniculi, — Rutae, — Hyperici, — Lavendul. āā Unc. unam, Spir. Vini rect Libr. quatuor, macerentur per dies sex, tum destillent Unciae triginta duae.

SPODIUM = Ebur ustum nigrum.

SPONGIAE CERATAE, Spongiae praeparatae s. compressae cum Cera. Wachsschwämme, Preßschwämme. *Eponges préparées à la cire.*

Rec. Spongiae marinae, contextus tenuis, tenues ipsae, a lapillis ope mallei lignei bene mundatae, lotae et iterum exsiccatae Ceræ flavæ liquefactæ immergantur quamdiu aëris bullae exeant, exemtae inter laminas stanneas, ope aquae ferventis calefactas, comprimantur, compressae teneantur donec refrixerint, tum in lacinias longiores angustas dissectae vel integrae serventur. — *Usus:* in dilatandis vulneribus ac meatibus naturalibus. Omnes Codices hac in re conveniunt.

SPONGIAE COMBUSTAE vid. Spongiae tostae.

SPONGIAE PRAEPARATAE. Zubereitete Schwämme. *Eponges préparées.*

Spongiae marinae contextus tenuis in trunco ligneo ope mallei lignei a lapillis et conchis liberatae aqua tepida per horas viginti quatuor immergantur, tum caute laventur, hae operationes bis adhuc repetantur, tum spongiae singulae humidae adhuc funiculo cannabino tali modo constringantur, ut inter singulos gyros locus non detur; quum totae funiculo colligatae fuerint, nodulo facile solubile hunc stringa et Spongias exsicca.

SPONGIAE TOSTAE. Gebrannte Schwämme. *Charbon d'Eponges.*

Synon.: Spongiae combustae s. calcinatae, Carbo Spongiae, Pulvis Spongiae ustae. Schwammkohlen, geröstete Schwämme. *Eponges calcinées.*

Rec. Fragmentorum Spongiae marinae non lotorum quantum lubet, immitte in sartaginem ferream fusam amplam planam et humilem, operculo ferreo obtectam leni igne ure, interdum operculum subleva et spongias circumagita, donec portiuncula exemta in pulverem conteri queat Sartaginem ab igne remove, obtectam refrigerandam sepone, tum carbonem contere et per cribrum trajice. — ***Vis:*** antistrumalis, diuretica.

Sit pulvis e fusco niger, splendoris non graphitici, qui nimiam tostionem prodit, ignitus imo fumum edere licet, odoris empyreumatici.

Usus: in struma et scrophulis.

Ad tostionem Spongiarum calore opus est longo nec vehemente, ut aequabiliter nec nimium urantur, quo salia scilicet solubilia in fumos abiguntur. Ne inter ustionem Spongiae in cineres vertantur, operculo bene apto evitabis et calore rite moderato.

SPUMA MARTIS = Tartarus chalybeatus.

STANNAS AURI = Purpura Cassii.

STANNUM LIMATUM vid. Stannum raspatum.

STANNUM MURIATICUM, Chloretum Stanni, Murias Stanni. Zinnchlorür, salzsaures Zinnoxydul. *Muriate d'étain, protochlorure d'étain.*

Rec. Stanni purissimi liquati in virgam salicinam subter aquae superficiem fusi et comminuti q. vis, dissolve in Acidi muriatici crudi concentrati s. q. caloris ope, cavens ut aliquantulum intactum remaneat. Evaporatione crystallisationem adjuva Vasis plumbeis uti licet. Liquorem residuum iterum cum Stanno coque et novam crystallorum copiam compara. Sal Stanni quod dicitur in mercatura obvenit, quia in officinis tinctoriis adhibetur. Hoc ubique, si copia erit, uti licet.

STANNUM OXYDATUM = Cinis Stanni.

STANNUM PULVERATUM. Zinnpulver. *Poudre d'étain.*

Ph. Gall. 1837: Rec. Stanni puri de Banca dicti q. v., funde leni calore in cochleari ferreo, tum effunde in mortarium antea calefactum, tritura ope pistilli obtusi calidi usque tum solidefactum fuerit. Pulverem subtiliorem cribri ope a glebulis crassioribus separa, residuum simili operationi subjice donec pulveris justam copiam obtinueris. Est pulvis subgriseus, acido muriatico ex toto solubilis cum effervescentia. Siccum servetur.

STANNUM RASPATUM s. limatum, Pulvis Stanni, Limatura Stanni. Geraspeltes Zinn, Zinnfeile. *Limaille d'étain.*

Stannum purum dictum de Banca ope limae grossioris in scobem redige, hanc per cribrum metallicum justae texturae trajice, ut particulas nimis grossas separes.

STANNUM SULPHURATUM = Aurum mosaicum (p. 104).

STIBIIS POTASSAE = Antimonium diaphoreticum (p. 36).

STIBIUM = Antimonium.

STIBIUM MURIATICUM LIQUIDUM vid. Butyrum Antimonii (p. 140).

STIBIUM OXYDATUM ALBUM = Antimonium diaphoreticum (p. 36).

STIBIUM OXYDULATUM FUSCUM = Crocus Metallorum (p. 210).

STIBIUM OXYDULATUM GRISEUM = Antimonium oxydulatum (p. 37).

STIBIUM SUBSULPHURICUM vid. Antimonium subsulphuricum (p. 38).

STIBIUM SULPHURATUM PRAEPARATUM vid. Antimonium crudum praeparatum (p. 36).

STILLICIDIUM AROMATICUM Plenckii.

Rec. Spec. aromat. Unc. sex, Baccar. Lauri, — Juniperi āā Unc. duas, Aq. comm. Libr. quatuor, coque, colaturae adde Sal Ammon. Unc. quatuor, Spir. Juniperi Libr. unam.

STRAMONIINUM vidi Daturium (p. 213).

† STRYCHNINUM. Strychnin. *Strychnine.*

Rec. Nucum vomicarum pulveratarum q. v., in vesicam immissis affunde miscelam parium voluminum Spiritus Vini rectificatissimi et Aquae communis, ut Nuces vomicae plane immergantur, tum, imposito alembico, coque per horam, Spiritum destillatum massae redde, et hanc ad refrigerium sibi derelinque. Post refrigerium cola cum expressione. Decoctionem et colationem bis adhuc repete. Liquores elicitos repone, ut subsidant quisquiliae, limpidos in vesicam mundam remitte, quidquid turbidum remanserit, filtra et quoque in vesicam immitte. Tum lenta destillatione Spiritum evoca. Liquorem ex vesica effunde, vesicam aqua destillata pauca lava et hanc aquam liquori admisce. His sensim admisce Liquorem Kali caustici quamdiu praecipitatum efficitur. Praecipitatum post horas viginti quatuor in filtro collige et aqua destillata caute lava, tum sicca. Praecipitatum siccum in cucurbita coque cum Spiritu Vini rectificatissimi sufficiente copia ut solvatur paene, tum fervida filtra. Spiritum lenta destillatione elice. Strychninum in pulveris albidi forma in lixivio matris colorato depositum in filtro collige et Spiritu Vini tenui et frigido parum lava. Tum denuo coctione in Spiritu Vini rectificatissimo solve et evaporatione spontanea in crystallos majores redige. *Part. const.* nondum satis certe constant. Compositum creditur ex Azoti Pond. Mixt. 4, Carbonei 44, Hydrogenii 46, Oxygenii 4.

Strychninum crystallisatum crystallos refert prismaticas, plerumque parvas, decolores, in lamina platinea ignitas primum liquandas, deinde flamma lucida deflagrandas, denique sine cineribus relictis comburendas. Crystalli contritae saporem habent amarissimum, aqua fervida et frigida minime dissolvuntur, acidis dilutis calefactis facile solvuntur et salia exhibent saporis amarissimi, plerumque in crystallos aciculares coacervata, quarum solutio aquosa a Gas hydrothionico non turbatur, a Kali caustico puro penitus, a Spiritu Salis Ammoniaci partim praecipitatur; praecipitatum genitum iterum dissolvitur solutione Salis Ammoniaci large adjecta. Aquam non continet Strychninum crystallisatum, Spiritu Vini fervido dissolvitur Naphtha Vitrioli neutiquam. Acido nitrico concentrato adjecto color rubicundus progignitur. — *Usus:* per se rarior, sed potius ad Salia Strychnini paranda.

De parando Strychnino multa opera impensa est. Primum agitur de Nucibus vomicis in pulverem redigendis. Hoc in molendinis propriis absque praeparatione ulla Nucum vi sola fieri solet. Quibus cum parvis copiis pulveris agendum est, commendaverim pulverem emalem ex mercatura desumere. Qui vero magnas Nucum copias elaborandas suscipiunt hac methodo facilius pulverem sibi comparabunt. Nuces vomicas totas in aheno cupreo cum aqua coquant per diem ut penitus emolliantur. Tum Nuces ex aqua exemtas in cratibus textis aëri exponant ut penitus siccentur, denique in catino ferreo fuso vel cupreo igne moderato eo usque torrefiant, ut pistilli ope in pulverem grossiusculum possint contundi. Sufficit pulverem grossiusculum habere, qui a Spiritu penitus penetratur et facilius in sacculis exprimitur. De menstruo eligendo haec adnotanda. Sunt qui Aquam pro exhauriendis Nucibus vomicis commendaverint. Quamquam hoc menstruum vilissimi pretii est, nec tamen eo laudaverim, quippe quod laborem difficilem et ignis majorem sumtum gignat. Nuces cum aqua coctae in pultem mucilaginosam lentam abeunt, quae expressionem plane respuit et ex qua nonnisi larga dilutione et subsidentia liquidum secerni potest. Liquores copiosi obtinentur multo igne posthoc inspissandi. Spiritu Vini diluto, vel Spiritu Frumenti crudo, si vilioris pretii obtinetur, mucilago nucibus insidens non emol-

litur, et expressio massae refrigeratae facillime et sine magna Spiritus jactura suscipi potest. Liquores puriores, parum mucilaginosae, facile subsidentia et filtratione depurandi obtinentur, ex quarum destillatione Spiritus Vini maxima copia recuperatur. Liquores ex destillatione residuos Liquore Kali caustici praecipitari praecepimus, quia Strychninum hoc Alcali penitus praecipitatur. Spiritus Salis Ammoniaci minime adhibeatur, quia Strychnini nonnisi portiunculam praecipitat propter Salis ammoniacalis alicujus formationem. Strychninum ipsum praecipitatum a Sale Ammoniaco iterum dissolvi potest.

† **STRYCHNINUM ACETICUM.** Essigsaures Strychnin. *Acetate de Strychnine.*

Rec. Strychnini puri q. v., solve in Aceti concentrati suff. quantitate, ut liquor perfecte neutralis appareat, qui filtratur blandissimo calore ad crystallisationem evaporet.

Ph. Hamb. 1835 ad siccum evaporare vult. Ph. Hann. 1833 quoque recepit.

Sit pulvis albus, saporis amarissimi in aqua additis guttulis Acidi acetici solubilis.

Est plane supervacaneum et incertum propter qualitates suas.

† **STRYCHNINUM HYDROIODICUM,** Hydroiodas Strychnini. Jodwasserstoff-Strychnin. *Hydroiodate de Strychnine.*

Magendie praecepit solutionem concentratum Strychnini acetici solutione concentrata Kalii iodati praecipitari, quo pulvis crystallinus praecipitaretur. Supervacaneum, necdum in usum vocatum est.

† **STRYCHNINUM IODICUM.** Jodsaures Strychnin. *Iodate de Strychnine.*

Duflos: Rec. Strychnini Drachm. unam, in Aquae comm. calidae Unc una suspende, adde Olei Vitrioli diluti guttatim q. s. ut Strychninum solvatur, tum admisce solutionem fervidam Natri iodici Gran. quinquaginta in Aquae Unc. una. Refrigerio crystalli concrescunt, ex lixiviis residuis cauta evaporatione novae copiae obtinentur, vel evaporatione lixiviorum ad siccum et extractione residui cum Spiritu Vini rectss. et evaporatione spontanea. Hoc sale quoque res medica facile carere potest.

† **STRYCHNINUM MURIATICUM.** Salzsaures Strychnin. *Muriate ou Hydrochlorate de Strychnine.*

Ph. Hann. 1833: Rec. Strychnini puri q. v., dissolve in Acidi muriatici cum pari pondere aquae diluti sufficienti copia et crystallisationem justa evaporatione promove. Rectius paratur si Strychninum crudum Kali caustico praecipitatum (vide vocem Strychninum) in aqua destillata calida distenditur, adjecto acido muriatico dissolvitur et evaporatione in crystallos redigitur. Crystallos obtentas in linteo exprime et denuo solutione et evaporatione in crystallos redige; lixivia quantum fieri potest fac emanare, tum crystallos charta bibula involutas sponte siccandas sepone, ut liquores in crystallis contenti a charta bibula penitus absorbeantur. Liquores impuriores residuos simili encheiresi in crystallos redige, ex ultimis et impurioribus Strychninum purum ope Kali caustici praecipita. Strychninum muriaticum vices Salis Strychnici cujusvis implere potest, sed nondum saepe in usum receptum est.

† **STRYCHNINUM NITRICUM.** Salpetersaures Strychnin. *Nitrate de Strychnine.*

Rec. Nucum vomicarum pulveratarum Libras sex,
Spiritus Vini rectificatissimi,
Aquae communis singulorum Libras novem,

coque in vesica, imposito alembico, per horam, tum refrigeranda derelinque. Post refrigerium Spiritum destillatum massae restitue et cola cum expressione. Has operationes semel (vel bis) repete. Liquores elicitos sepone, ut subsidendo depurentur, limpidos in vesicam mundam remitte, quidquid turbidum remanserit filtra, et quoque in vesicam immitte. Tum blanda destillatione Spiritum evoca. Liquorem ex vesica effunde, vesicam aqua destillata pauca lava et hanc aquam liquori reliquo admisce. Tum sensim admisce

Lixivium causticum vegetabile (Liquorem Kali caustici)

quamdiu praecipitatum efficitur; hoc post horas viginti quatuor in filtro collige, aqua destillata caute lava, et adhuc humidum a filtro ope spathulae corneae in patinam porcellaneam transfer, aqua destillata distende et sensim adde:

Acidum nitricum purum

cum triplo pondere Aquae destillatae dilutum ut reactio acidula praevaleat. Caloris ope solutionem promove et filtra per idem filtrum, in quo praecipitati crudi adhuc particulae haerent. Refrigerando vel justa evaporatione totum in massam crystallinam abit, quam linteo involutam fortiter exprime. Liquores expressi evaporatione novam crystallorum copiam emittunt, quas simili modo exprime. Placentas expressas crystallorum denuo in aqua destillata calefacta dissolve, filtra si opus fuerit et iterum fac in crystallos concrescere. Has, lixivio effuso, spathula cornea in chartam bibulam impone, hac crystallos obtege ut liquor omnis a charta imbibatur et siccandas sepone. Crystallos bene siccatas caute conde secundum legem.

Ex lixiviis coloratis ultimis, filtris, charta siccatoria Strychninum in ipsis contentum solutione et praecipitatione Liquore Kali caustici obtineri potest. — ***Part. const.*** Strychnini, Acidi nitrici et Aquae proportiones nondum satis certe definitae. ***Vis:*** narcotica, nervos dorsales fortissime excitans, exigua jam dosi lethifera.

Sint crystalli aciculares, sericeae, coloris et odoris expertes, saporis amarissimi, acido nitrico concentrato colorem rubicundum generantes, ex toto combustibiles, Aqua et Spiritu Vini facile solubiles.

Usus: **in paralysi membrorum, amaurosi, dysenteria.**

Discussionem de Nucibus vomicis pulverandis, de eligenda praeparationis methodo vide voce Strychninum.

† STRYCHNINUM SULPHURICUM, Sulphas strychnicus. Schwefelsaures Strychnin. *Sulphate de Strychnine.*

Rec. Strychnini puri q. s., distende quintuplo pondere aquae destillatae, calefac ad ebullitionem, tum sensim admisce Acidum sulphuricum dilutum, donec Strychninum solutum fuerit. Filtra fervida, refrigerando vel evaporatione praevia crystalli concrescent. Sunt crystalli aciculares, stellatim coacervatae, decolores, aqua facile solubiles.

In Gallia potissimum adhibetur, in Germania praeparatum antecedens.

STYPTICUM RUSPINI
constat ex Acido Gallico, Opio et Vitriolo albo in Spiritu Vini solutis et colatis.

STYRAX DEPURATA Ph. Suec.
Rec. Storacis Calamitae q. v., solve in Spiritu Vini rectificato (caloris ope), cola et Spiritum evaporatione abige.

SUBACETAS PLUMBI = Acetum Saturni (p. 13).

SUBBORAS SODAE = Borax

SUBCARBONAS AMMONII EMPYRHEUMATICUS s. pyrosoleosus = Sal Cornu Cervi (p. 716).

SUBCARBONAS AMMONII = Sal volatile Salis Ammoniaci (p. 713).

SUBCARBONAS KALICUS s. Potassae = Sal Tartari (p. 721) et Cineres clavellati depurati (p. 181).

SUBCARBONAS NATRICUS sive sodicus s. Sodae = Natrum carbonicum (p. 584).

SUBCHLORURETUM ANTIMONII = Pulvis ALGAROTHI (p. 671).

SUBLIMATUS CORROSIVUS = Mercurius sublimatus corrosivus (p. 550).

SUBLIMATUS DULCIS = Calomel (p. 146).

SUBMURIAS AMMONIACO-HYDRARGYRICUS = Mercurius praecipitatus albus (p. 547).

SUBMURIAS ANTIMONII = Pulvis ALGAROTHI (p. 671).

SUBMURIAS HYDRARGYRI sive Mercurii = Calomel (p. 146).

SUBNITRAS BISMUTHI = Magisterium Marcasitae (p. 536).

SUBPHOSPHAS SODAE = Natrum phosphoricum (p. 585).

SUBSULPHAS AMMONIO-CUPRICUS = Cuprum ammoniacale (p. 211).

SUBSULPHAS STIBII = Antimonium subsulphuricum (p. 38).

SUCCINAS AMMONII PYRO-OLEOSUS = Liquor Cornu Cervi succinatus (p. 522).

SUCCINUM PRAEPARATUM. Präparirter Bernstein. *Ambre jaune preparé, Succin preparé.*

Succinum in pulverem subtilissimum teratur, atque addita aqua fontana, super marmore, optime laevigetur. Pulvis subtilissimus elutriatione separetur.

SUCCOLADA vid. Chocolada (p. 179).

SUCCUS, Saft, *Suc* est medicamentum liquidum ex herbis plantarum recentibus conquassatis expressione paratum. Succi aquosi ex foliis et stipitibus plantarum herbacearum plerumque parantur. Hae scilicet in mortario marmoreo ope pistilli lignei ex ligno Guajaco confecti optime pistentur, tum e sacculis cannabinis vel linteis strenue exprimantur, et succus, si opus fuerit, semel per colatorium trajiciatur. Continent plerumque Albumen vegetabile, materiam extractivam, Chlorophyllum et Salia soluta. Succi recenter expressi turbidi sunt a flocculis viridibus ex Albumine vegetabili et Chlorophyllo compositis. Ebullitione coeunt et sedimentum caseosum viride demittunt, ipsi subfusci limpidi relinquuntur. Succi recens filtrati colorem viridem quoque in filtro relinquunt; postea cocti albumen vegetabile album demittunt. Plantis parum succulentis viscosis aquae aliquantulum inter contusionem additur. Omnes succi nonnisi ad medici vel Codicum jussum neque decanthatione neque filtratione neque coctione clarificentur. Succi aquosi interdum dulces et sacchariferi sunt; si ex radicibus (e. gr. Dauci, Napi) obtinentur. Succi acidi ex baccis et fructibus expressione obtinentur; albumen vegetabile non continent, sed materiam aliam azoticam ex qua fermentationis causa in succis simul sacchariferis derivatur. Coctione coagulum non efficiunt. Acidi vegetabilis natura et copia inter sese differunt; continent acidum tartaricum Tamarindi, Uvae, Fructus Mori albae; acidum citricum continent Fructus Citri, — Aurantii, — Vaccinii Oxycocci et Vitis Idaeae, — Pruni Padi et Cynosbati; acidum malicum continent Poma, Pyra, Berberides, Baccae Sambuci et Sorbi aucupariae; simul acidum citricum et malicum continent Fructus Ribis rubrae, nigrae et Grossulariae, Vaccinii, Myrtilli, Fragariae vescae, Rubi fruticosi et Idaei, Cerasi, Sorbi torminalis. Hi succi colore plerumque gaudent peculiari, qui corporibus acidis et alcalinis facile mutatur. Denique acidum pecticum continent, quo fit ut facile in gelatinam abeant.

Fructus crassiores atque duriores non contusione sed rasione ad exprimendum praeparantur. Nonnunquam fructuum contusorum pulpa inexpressa per aliquot dies seponitur, ut color ex integumentis penitius abripiatur, e. gr. in Baccis Rhamni, —Rubi, —Mori. Hi Succi fermentatione levi clarificantur, quae non ulterius procedat, quam ut succi viscositas disparuerit; facile enim filtrantur. Succi Pomorum, Cydoniorum, Granatorum, Citri, Aurantii in loco frigido levissimam fermentationem subeant; alii vero, Sacchari ditiores, e. gr. Ribis Grossulariae, Mori, Rubi Idaei fermentationem longiorem subeant; cave ne eo usque procedat ut odor et sapor spirituosus appareat. Alii succi facillime clarificantur addito Succo Cerasorum, tales sunt Succus Ribis Grossulariae et Rubi Idaei, Succi Pomorum et Cydoniorum facile succum limpidum edunt, si simul cum Amygdalis dulcibus conquassantur. Succi color detrimentum aliquod hac encheiresi capit.

De succorum conservatione aliquod afferre conducit. Succi aquosi virides albumine vegetabili gravidi minime asservantur, sed cito in putrefactionem ruunt. Recentes in usum veniunt. Succi aciduli et dulces optime methodo Appertiana asservantur. Succos in lagenas vitreas fortes immitte, quae ad pollicem unum et dimidium usque repleantur. Epistomia suberina fortiter imprime et ligatura e ferreo filo confecta constringe. Has lagenas bene praeparatas in vas amplum cupreum vel ferreum in strato straminis vel cratem ferream, ne fundum tangant, colloca, stramine quoque interposito, ne lagenae collisione frangantur, Aquam lagenis circumfunde, et igne supposito fac aquam ebullire, ebullitionem obtine per minuta decem, tum totam suppellectilem, igne remoto, refrigerari concede. Lagenas in cella frigida serva. Oxygenium in his lagenis consumi, fabula est, sed germina vitalia in aëre suspensa, semina mucoris, similia, destrui, valdius ad veri speciem accedit. Hac de causa, ne aër novus accedat, cave et hermetice huic accessum praeclude. Olei stratum succo innatans similiter agit, si antea calore, quidquid ovi in succo esse poterat, destructum fuerit.

SUCCUS ACACIAE GERMANICAE INSPISSATUS = Roob Prunorum silvestrium.

SUCCUS ACETOSELLAE Ph. Pal., Wirt.

Rec. Hb. Oxalis Acetosellae q. v., contunde in mortario lapideo ope pistilli lignei, exprime ex prelo, succum decanthatione post quietem depura, et Oleo infuso serva.

† SUCCUS ACONITI INSPISSATUS = Extractum Aconiti.

SUCCUS AGRESTAE s. Omphacii. Unreifer Traubensaft. *Verjus.*

Rec. Uvarum immaturarum (Omphacii) quantum vis, contunde in mortario, cola per pannum, deponendo et decanthando clarifica, serva in lagena sub strato Olei Olivarum.

SUCCUS ANTISCORBUTICUS s. ad scorbuticos s. Cochleariae.

Ph. Ross., Hass. 1806 Succus Herbae Cochleariae recentis contusae subsidentia depuretur. RICHARD: Hb. recent. Nasturtii, — Cochlear., Trifol. fibrin. āā part. aeq., contusae exprimantur, succus subsidentia depuretur.

SUCCUS ARMORACIAE COMPOSITUS Ph. Suec.

Rec. Succi Armoraciae Unc. unam, Spirit. Frumenti Unc. sex, Aceti Unc. duas.

SUCCUS AURANTIORUM. Pomeranzensaft. *Suc d'Oranges.*

Poma Aurantiorum matura exprimantur, succus stet per aliquot dies, tum filtretur et sub Olei strato servetur.

SUCCUS E BACCIS MYRTILLORUM, VACCINII etc. vid. Succus Myrtillorum, Vaccinii, etc.

SUCCUS BECCABUNGAE.

Ex herba recente Veronicae Beccabungae contusione et expressione paratur.

† SUCCUS BELLADONNAE INSPISSATUS = Extractum Belladonnae.

SUCCUS BERBERUM. Berberitzensaft. *Suc d'epine vinette.*

Baccae Berberidis vulgaris maturae in mortario contundantur, per aliquot dies in cavam seponantur, tum exprimantur et filtrentur, denique in lagenis longicollibus sub strato olei serventur.

SUCCUS BETONICAE

expressione Herbae recentis Betonicae vulgaris contusae paratur.

SUCCUS BORAGINIS

expressione Herbae recentis contusae Boraginis officinalis paratur.

SUCCUS BRYONIAE Ph. Hisp.

Radicem Bryoniae albae recentem radendo in pultem redige, hanc sepone per aliquod tempus, tum exprime.

SUCCUS BUGLOSSI.

Flores Buglossi (Anchusae officinalis LINN.) contunde, exprime.

SUCCUS CARDAMINES AMARAE EXPRESSUS.

Rec. Hb. rec. Nasturt. aquat., Lepid. sat., Cardam. amar. et Rad. recent. Tarax. āā q. s. Contundantur in mortario marmoreo sensim addendo Aq. Cochlear. Unc. tres, in pultem et exprimantur prelo Succi Unc. sex. Succum cola per linteum et sepone ad decanthationem.

SUCCUS CERASORUM. Kirschensaft. *Suc de Cerises.*

Paratur ex Cerasis maturis acidulis ad methodum voce Succus descriptam.

SUCCUS CEREFOLII

paratur ex Herba recente Cerefolii contusione et expressione.

SUCCUS CICHORII

paratur ex Herba recente Cichorii.

SUCCUS CICUTAE INSPISSATUS vid. Extractum Conii.

SUCCUS CITRI, Succus Citreorum s. Limonum, Acetositas Citri. Citronensaft.

Poma Citri, corticibus et seminibus demtis, bene exprimantur, succus stet per aliquot dies, tum filtretur, et in lagenulis optime clausis, vel sub strato Olei servetur.

SUCCUS COCHLEARIAE vid. Succus antiscorbuticus.

SUCCUS CONII MACULATI = Extractum

SUCCUS CONSOLIDAE.

Radices recentes Consolidae majoris (Symphyti officinalis) contusae in mortario lapideo exprimantur; succus albumine et calore clarificetur.

SUCCUS CUCUMERIS.

Cucumeres recentes maturi, putaminibus et seminibus remotis, contundantur, exprimatur succus, seponendo depuretur et filtretur.

SUCCUS CYDONIORUM. Quittensaft. *Suc de Coings.*

Poma Cydonia vix bene matura, tomento externo defricato radulae ope radantur et in pulpam vertantur, nucleis exemtis cum stramine secalino conciso, antea aqua calida bene loto, mixta exprimantur. Succus stet per tres dies, donec clarificatus fuerit. Fermentatione levi, quam subit, materiae heterogeneae, suspensae antea, praecipitantur, succus filtratus methodo Appertiana (voce Succus) conservetur.

Succus quoque limpidus obtinetur, si pulpae a centum pomis Cydoniis obtentae Amygdalarum dulcium bene contusarum Uncias decem admiscueris ante expressionem. Expost vero levem fermentationem semper subit et turbidus fit.

SUCCUS DAUCI INSPISSATUS, s. Extractum Dauci vel Dauci Carotae, Roob Dauci, Roob Dauci Radicis. Möhrenextract, Möhrrübenextract. *Extrait de Carottes.*

Rec. Radicum Dauci recentium rasarum quantum lubet, contunde in mortario lapideo ope pistilli lignei addito aquae pau-

xillo, succum exprime, colando et ebulliendo clarifica, denuo cola et leni calore ad mellis spissitudinem redige.

Ph. Boruss. ed. 5, Hann. succum crudum in simplicibus, depuratum in praeparatis affert. Crudus majori incuria in negotiis domesticis paratur, depuratus ex crudo non ubique prostante, quare ad plantam pharmacopolae est recurrendum, solutione, decanthatione et inspissatione paretur. Ph. Boruss. ed. 3, Oldenb., Polon., Saxon. 1820. Radices Dauci sativi recentes, mundatae et concisae, dimidio Aquae superfusae in lebete stanneo coque, ut mollescant; exprime succum, semel ebulliendo clarificandum, et leni calore ad Mellis consistentiam evapora. Ph. Gall. 1837. Succum radicum sine aqua addita raspatarum expressum et filtratum, sine evaporatione servari jubet. Disp. Fuld., Lipp.: Succus expressus statim evaporet. Ph. Antwerp.: Succi expressi Libris novem unam addit Sacchari albi.

Vis: bechica, anthelminthica. *Usus:* in tussi, contra lumbricos.

Wackenroder affirmat vim anthelminthicum praecipue in albumine coctione coagulato et oleo pingui cum illo praecipitato habitare; albumen ergo ex succo inspissato hac de consilio non separetur.

SUCCUS DIURETICUS vid. Succus Armoraciae compositus, praeterea Succus Herbarum diureticus.

SUCCUS DOMESTICUS, Succus Rhamni cathartici, Succus Spinae cervinae s. Baccarum Spinae cervinae. Kreuzdornsaft. *Suc de Nerprun.*

Baccae maturae Rhamni cathartici manibus vel pistillo ligneo conterantur, puls obtenta seponatur per tres ad quatuor dies ut fermentationem subeat. Exprime, sepone ut faeces subsidant, decantha vel filtra et serva in lagenis bene clausis.

SUCCUS EBULI s. Baccarum Ebuli. Attichsaft. *Suc d'Hièble.*
paretur ex baccis maturis Sambuci Ebuli sicut Succus domesticus.

† SUCCUS ELATERII. Eselsgurkensaft. *Suc de Concombres sauvages.*

Fructus Momordicae Elaterii, seminibus exemtis, contundantur et exprimantur, succus subsidendo clarificetur.

SUCCUS FRAGARUM
ex baccis Fragariae vescae sicut Succus domesticus.

SUCCUS FUMARIAE
ex Herba recente Fumariae officinalis contusione, expressione, colatione paratur.

SUCCUS GLYCYRRHIZAE vid. Succus Liquiritiae.

SUCCUS GRAMINIS, s. Tritici repentis. Queckensaft. *Suc de Chiendent.*

Radices Graminis recentes, addita sedecima parte Aquae contundantur strenue, succus exprimatur, sepositus per aliquod tempus filtretur.

SUCCUS GRANATORUM. Granatensaft. *Suc de Grenades.*

Fructuum acidorum Granatorum q. v cortice externo separato transverse concide, tritura, spathula lignea ut semina separentur, contunde, exprime (antea cum stramine conciso mixta), succum sepone ut depuretur, tum decantha.

SUCCUS GRANORUM KERMES.

Grana Kermes contusa exprimantur et succus methodo Appertiana conservetur.

SUCCUS GROSSULARIAE vid. Succus Ribium.

SUCCUS HERBARUM, s. expressus, s. Plantarum expressus. Kräutersaft. *Suc des Herbes.*

Succi Herbarum ex Herbis recentibus vernalibus contusione et colatione, denique decanthatione parantur. Clarificatio per coctionem non fiat. Recentes adhibeantur, non ultra dies duos in cella serventur. Formulae a medico conscribuntur, vel tali modo ut Herbarum recentium, simul contundendarum, pondera definiantur vel ut succi singularum Plantarum ad pondus dispensentur.

Harum formularum nonnullas hic tradamus.

Rec. Hb. Millefolii, — Hederae terrestr. ãã q. s. ut succi justum pondus habeatur; aliter: Succi expressi Hb. Beccabungae, — Lactucae virosae, — Nasturt. aquat., — Taraxaci totius ãã Unc. unam, Syr. Cort. Aurant. Unc. duas; aliter: Hb. Tarax., — Cochlear, — Nasturt. aquat. ãã q. s. ut fiant Succi Unc. quatuor, colaturae adde Sacch. albi Unc. unam; vel: Taraxaci totius rec, Cichorei totius rec., Hb. rec. Trifol. fibr. ãã Unc. tres, Chelid. maj. Drachm. tres. Contunde in mortario lapideo et redige addendo Aq. Cinnam. s. v. Unc. duas in pultem, dein exprime fortiter et admisce Succo colato et decanthato Kali acet. Drachm. semis. Aliter: Hb. rec. Borag., — Cherefol., Fruct. Cucumeris ãã q. s. ut ex contusis exprimantur Succi Unc. tres, cui adde post decanthationem Natri sulphurici Drachm. tres ad quatuor. Aliter: Hb. Taraxaci totius, — Cichor., — Lactuc. sativ. ãã Unc. tres, contunde cum Aq. Menth. pip. Unc. tribus, cola; vel: Rad. rec. Graminis, — Dauci, — Betae rubr. ãã Unc. tres, ad scobinam adfrica, pultem cum Aq. Anisi Unc. tribus misce, exprime.

SUCCUS HERBARUM ANTISCORBUTICUS Vogt.

Rec. Rad. rec. Armorac., abrasa cuticula mundat. Unc. unam, Hb. rec. Nasturt. aq., Rumic. acetos. ãã Unc. quatuor; cont. exprime.

fortiter et succo decanthato adde Vini Rhenani gener. Libr. unam, Syr. Berber. Unc. duas; m.

SUCCUS HERBARUM DIURETICUS Vogt. Rec. Hb. et Rad. rec. Apii dulcis, — Petrosel., Hb. rec. Borrag. aa Unc. tres, Rad. rec. Bryon. Drachm. tres. In pultem contusis admisce terendo Aq. Junip. Unc. duas. Deinde exprime fortiter et cola per linteum. Succo decanthato adde Tartari boraxati Drachm. duas.

SUCCUS HISPANICUS = Succus Liquiritiae.

SUCCUS HYOSCYAMI INSPISSATUS = Extractum Hyoscyami.

SUCCUS HYPOCISTIDIS v. Part. I, p. 342.

SUCCUS JUNIPERI INSPISSATUS vid. Roob Juniperi (p. 709).

SUCCUS KERMETIS = Succus Granorum Kermes.

SUCCUS LACTUCAE VIROSAE INSPISSATUS vid. Extractum Lactucae (p. 405 et 406).

SUCCUS LIMONUM = Succus Citri.

SUCCUS LIQUIRITIAE ANISATUS. Anislakritz, Anislakritzstängelchen. *Suc de réglisse anisé.*

Succum Liquiritiae depuratum (vide hanc vocem) et in pilularum consistentiam redactum in lamina marmorea Oleo Amygdalarum leviter illita in baculos nitidos ad instar caulis pennae scriptoriae forma; hos in vitro cylindrico cum guttulis aliquot Olei Anisi in parietibus vitri expansis per aliquot dies interdum circumagitandos serva, tum in vas aliud ingere.

Alii Succo Liquiritiae crudo pulverato Saccharum admiscent, pulverem Oleo Anisi condiunt (e. gr. Uncias singulas Olei Guttis tribus) et pulverem Aqua vel Mucilagine addita in pastillos formant. Inprimis notandum est Olei Anisi saporem non nimis praevalere, quod palato ingratissimum est. Alii denique Succo rite inspissato Pulverem Radicis Ireos admiscent, antequam in baculos forment.

SUCCUS LIQUIRITIAE de Blois = Succus Liquiritiae anisatus et Pasta Liquiritiae.

SUCCUS LIQUIRITIAE DEPURATUS. Gereinigter Lakrizensaft. ***Suc de Reglisse épuré.***

Rec. Succi Liquiritiae crudi venanalis quantum vis, concide in frustula minora ad pollicis fere longitudinem. Immitte in vas fictile vel ligneum, prope fundum epistomio ligneo versatili instructum, supra stratum straminis secalini loti, vel supra pannum linteum texturae grossioris. Epistomii foramen fragmento vitri opposito a panni contactu defende, ne liquidum tardius emanet. Aquam communem affunde ut frustula suprema ea contegantur. Totam suppellectilem intactam per aliquot dies sibi derelinque, donec frustula penitus emollita fuerint, nec diffracta vel inter digitos contrita nucleum internum nigrum atque non solutum monstrent. Epistomium versatile parum contorque ut liquidum spissiusculum sed limpidissimum fili tenuis instar emanet. Postquam penitus eguttaverit, epistomium verte et novam Aquae copiam infunde, cavens ne frustula emollita lacerentur atque materia farinacea turbetur. Post duos dies liquidum per epistomium versatile iterum fac emanare. Liquores junctos, per colum trajectos, in balneo Aquae ferventis fac evaporare ad extracti spissitudinem. — ***Vis*** et ***usus*** et qualitates quales Extracti Liquiritiae.

Extractum Liquiritiae infusione Aquae tepidae ex Radicibus ipsis a pharmacopola paratum sapore blandiore, dulciore nec fauces sub finem degustationis fricante a Succo depurato differt, qui coctione fortiore paratus est. Succus depuratus propter pretii vilitatem ex re medica omitti nequit.

SUCCUS MALORUM CHALYBEATUS = Extractum Martis pomatum.

SUCCUS MARRUBII ALBI expressione Herbae recentis contusae paratur.

SUCCUS MILLEFOLII sicut antecedens ex Herba Millefolii paratur.

SUCCUS MOMORDICAE = Elaterium (p. 255).

SUCCUS MORORUM. Maulbeerensaft. *Suc de Mures.*

Fructus Mororum maturi pistillo ligneo

conterantur, seponantur per aliquot dies ut levem fermentationem subeant, tum exprimantur, succus colatus methodo Appertiana (vide vocem Succus) conservetur.

SUCCUS MYRTILLORUM. Heidelbeerensaft. *Suc d'Airelles.*

Paretur e baccis Vaccinii Myrtilli maturis sicut Succus Mororum.

SUCCUS NASTURTII
expressione Herbae recentis contusae Sisymbrii Nasturtii paratur.

SUCCUS OMPHACII = Succus Agrestae.

SUCCUS OXYCOCCI. Moosbeerensaft. *Suc de Canneberges des marais.*

Paratur ex baccis maturis Vaccinii Oxycocci sicut Succus Mororum.

SUCCUS OXYCOCCI CUM NITRATE POTASSAE Ph. Ruth. castr.

Rec. Nitri Unc. unam, Succi Oxycocci Libr. unam, m.

SUCCUS PARIETARIAE
contundendo, exprimendo Herbae Parietariae officinalis obtinetur.

SUCCUS PERSICORUM Ph. Sard.

Flores Persicae recentes a calicibus liberati contundantur et exprimantur.

SUCCUS PLANTAGINIS
ex Herba recente Plantaginis majoris contusione et expressione paratur.

SUCCUS PLANTARUM vid. Succus Herbarum.

SUCCUS POMORUM. Aepfelsaft. *Suc de Pommes.*

Paretur sicut Succus Cydoniorum ex Pomis Renetiis.

SUCCUS PRUNELLAE
expressione Herbae contusae Prunellae vulgaris paratur.

SUCCUS PRUNORUM SILVESTRIUM vid. Roob.

SUCCUS PULMONARIAE
expressione Herbae contusae Pulmonariae officinalis paratur.

SUCCUS RADICIS SAMBUCI NIGRAE.

Radices recentes Sambuci nigrae, Aquae pauxillo addito, contundantur et exprimantur. Vis diuretica eximia laudabatur a D^{re} Hospital.

SUCCUS RHAMNI CATHARTICI vid. Succus domesticus.

SUCCUS RIBIUM NIGRORUM. Schwarzer Johannisbeerensaft. *Suc de groseilles noires.*

Paretur ex Baccis maturis Ribis nigri sicut Succus Mororum.

SUCCUS RIBIUM RUBRORUM. Johannisbeerensaft. *Suc de Groseilles.*

Rec. Ribium rubrorum maturorum q. v., manibus in crinis contere, adde Cerasorum acidorum rubrorum contusorum decimam partem ponderis Ribium, mixta exprime in prelo, succum in cellam sepone per horas 24, quum in gelatinam abierit in linteum expansum conjice, ut eguttetur, succi residuum in linteo exprime. Hac encheiresi Succus Ribium, qui nonnisi pro condimento vel Syrupo parando adhibetur, facillime limpidus obtinetur. Cerasorum additio hoc consilio non condemnetur. Absque Cerasis ad modum Succi Rubi Idaei agitur. Sed nimia fermentatione facile sapor vinosus contrahitur, qui evitetur.

SUCCUS ROSARUM PALLIDARUM. Rother Rosensaft. *Suc de Roses.*

Rec. Petalorum recentium Rosae centifoliae q. v., contunde in mortario marmoreo ope pistilli (lignei (ferrum omnino evites), succum in prelo exprime, filtratum in lagenulis longicollibus sub strato Olei serva.

SUCCUS RUBI IDAEI. Himbeerensaft. *Suc de Framboises.*

Rec. Baccarum Rubi Idaei q. v., contunde in mortario lapideo ope pistilli lignei et contusas sepone per tres ad quatuor dies, ut liquidum limpidum supernatet. Succum exprime. Hic semel ebulliat, tum coletur per linteum, et adhuc calidus filtretur in lagenas longicolles, in quibus fortiter epistomiis subertnis munitus ad methodum Appertianam (vide vocem Succus) ad ebullitionem calefiat.

Vuaflard Succum Rubi Idaei additis Cerasis sicut Succum Ribium clarificari, sed Cerasorum quadrantem addi, suadet. Cerasorum sexta pars ponderis. quod erat Baccarum Rubi Idaei, sufficere dicitur.

SUCCUS SAMBUCI vide Roob Sambuci (p. 711).

SUCCUS SAPONARIAE
expressione Herbae recentis contusae Saponariae officinalis praeparatur.

SUCCUS SPINAE CERVINAE vid. Succus domesticus.

SUCCUS SPISSATUS in genere vide Extractum.

SUCCUS SPISSATUS MOMORDICAE vide Elaterium (p. 255).

SUCCUS STRAMONII vid. Extractum Stramonii.

SUCCUS TARAXACI
sicut Succus Herbarum ex planta tota Leontodontis Taraxaci paratur.

SUCCUS TRIFOLII FIBRINI
sicut Succus Herbarum ex Herba Menyanthis trifoliatae.

SUCCUS TRITICI REPENTIS vid. Succus Graminis.

SUCCUS URTICAE sicut Succus Herbarum.

SUCCUS VACCINII OXYCOCCI et MYRTILLI vid. Succus Oxycocci et Succus Myrtillorum.

SUCCUS VERONICAE
sicut Succus Herbarum ex Veronica Beccabunga.

SUCCUS VIOLARUM
sicut Succus Rosarum pallidarum ex floribus Violae odoratae.

SUFFITUS, SUFFUMIGATIO vid. Fumigatio.

SULPHAS, schwefelsaures Salz, Sulphat, *Sulphate*, vide Nomina a basi derivata vel antiqua, quorum usitatissima hic recitemus.

SULPHAS ALUMINAE ET POTASSAE = Alumen.

SULPHAS AMMONIAE vid. Sal Ammoniacum Glauberi.

SULPHAS AMMONIAE CUPRATUS = Cuprum ammoniacale (p. 211).

SULPHAS CHINICUS vid. Chinium sulphuricum (p. 176).

SULPHAS CINCHONII vid. Cinchonium sulphuricum (p. 181).

SULPHAS CUPRI = Vitriolum coeruleum.

SULPHAS CUPRI AMMONIACALIS = Cuprum ammoniacale (p. 211).

SULPHAS FERRI = Vitriolum Martis.

SULPHAS KALICUS = Arcanum duplicatum (p. 99).

SULPHAS MAGNESIAE = Sal amarum (p. 714).

SULPHAS NATRICUS = Sal mirabile Glauberi (p. 719).

SULPHAS POTASSAE = Arcanum duplicatum (p. 99).

SULPHAS SODAE = Sal mirabile Glauberi (p. 719).

SULPHAS ZINCI s. Zincicus = Vitriolum album.

SULPHIS, schwefligsaures Salz, *Sulphite*.

SULPHIS CALCICUS. Schwefligsaurer Kalk. *Sulfite de Chaux.*

Ph. Gall. 1837: Rec. Cretae albae totae et bonae notae q. v., diffrange in frustula minora, quae digiti fere crassitiem habeant, haec aquae destillatae immerge, ut eam imbibant, tum in vas vitreum cylindricum caute immitte, ne magis dilabatur. Seorsum recipe Olei Vitrioli pondus aequale Cretae siccae adhibitae, hoc pulvere Carbonum Lignorum immiscendo adeo suscipe, ut pastam fere solidam habeas, quam in cucurbitam vitream vel vas idoneum fictile ingeras, ex quo tubus vitreus, bis in angulum rectum recurvus, in Cretam transeat. Cucurbita in balneo arenae calefiat, ut gas acidum sulphurosum emergat, quod frustulis Cretae avide absorbetur. Si gas sulphurosum absorberi recusabitur, novam Cretae humectatae copiam impone, et ignem obtine, quamdiu gas extricabitur. Quod si fieri cessaverit, apparatum dirime, Cretam non decompositam, superne positam, colore pallido et mollitie dignoscendam, separa, Sulphitem calcicum vero, coloris grisei flavi et duriorem, suo nomine serva in vasis optime praeclusis.

SULPHUR AURATUM ANTIMONII. Goldschwefel. *Soufre doré d'Antimoine.*

Synon.: Sulphur stibiatum aurantiacum, Hydrosulphuretum luteum Oxydi Stibii, Hydrosulphuretum Antimonii sulphuratum, Oxydum Stibii hydrosulphuratum, Deutosulphuretum Antimonii, Antimonii Sulphuretum praecipitatum. Spiesglanzgoldschwefel, schwefelwasserstoffsaures schwefelhaltendes Spiesglanzoxydul. *Deutosulfure d'Antimoine, Oxyde d'Antimoine hydrosulfuré orangé, Hydrosulfate sulfuré d'Antimoine.*

Rec. Natrii sulphurato-stibiati (Salis Schlippiani) recens parati (p. 582) Uncias decem, dissolve in Aquae destillatae Libris quinque, filtra per chartam. Seorsum recipe
Olei Vitrioli Uncias tres,
dilue Aquae communis Libris octo ad decem, et miscelam sepone ut paene refrigescat.

Tum solutionem Natrii sulphurato-stibiati in Oleum Vitrioli dilutum inter agitationem strenuam infunde. Postquam sedimentum subsederit, Aquam decantha, novam Aquae copiam affunde, et agitatione misce. Post subsidentiam iterum decantha, hasque operationes aliquoties repete, donec praecipitatum penitus edulcoratum fuerit, vel donec Aqua effusa cum Salibus baryticis praecipitatum non amplius gignat.

SPIRITUS VOLATILIS AROMATICUS OLEOSUS vid. Liquor oleosus SYLVII et Spiritus Salis Ammoniaci aromaticus.

SPIRITUS VOLATILIS CAUSTICUS vid. Spiritus Salis Ammoniaci causticus.

SPIRITUS VULNERARIUS Ph. Gall. 1837. Geistiges Wundwasser. *Alcoolat vulneraire.*

Rec. Hb. recent. Basilic., — Calaminth., — Hyssop., - Origani, — Meliss., — Menth. pip. aa Unc. unam, — Origani vulg., — Rorismar., — Saturejae, — Salviae, — Serpyll., — Thymi, — Absinth., — Angelic., — Foeniculi, — Rutae, — Hyperici, — Lavendul. aa Unc. unam, Spir. Vini rect Libr. quatuor, macerentur per dies sex, tum destillent Unciae triginta duae.

SPODIUM = Ebur ustum nigrum.

SPONGIAE CERATAE, Spongiae praeparatae s. compressae cum Cera. Wachsschwämme, Preßschwämme. *Eponges préparées à la cire.*

Rec. Spongiae marinae, contextus tenuis, tenues ipsae, a lapillis ope mallei lignei bene mundatae, lotae et iterum exsiccatae Ceræ flavæ liquefactæ immergantur quamdiu aëris bullae exeant, exemtae inter laminas stanneas, ope aquae ferventis calefactas, comprimantur, compressae teneantur donec refrixerint, tum in lacinias longiores angustas dissectae vel integrae serventur. — *Usus:* in dilatandis vulneribus ac meatibus naturalibus. Omnes Codices hac in re conveniunt.

SPONGIAE COMBUSTAE vid. Spongiae tostae.

SPONGIAE PRAEPARATAE. Zubereitete Schwämme. *Eponges préparées.*

Spongiae marinae contextus tenuis in trunco ligneo ope mallei lignei a lapillis et conchis liberatae aqua tepida per horas viginti quatuor immergantur, tum caute laventur, hae operationes bis adhuc repetantur, tum spongiae singulae humidae adhuc funiculo cannabino tali modo constringantur, ut inter singulos gyros locus non detur; quum totae funiculo colligatae fuerint, nodulo facile solubile hunc stringa et Spongias exsicca.

SPONGIAE TOSTAE. Gebrannte Schwämme. *Charbon d'Eponges.*

Synon.: Spongiae combustae s. calcinatae, Carbo Spongiae, Pulvis Spongiae ustae. Schwammkohlen, geröstete Schwämme. *Eponges calcinées.*

Rec. Fragmentorum Spongiae marinae non lotorum quantum lubet, immitte in sartaginem ferream fusam amplam planam et humilem, operculo ferreo obtectam leni igne ure, interdum operculum subleva et spongias circumagita, donec portiuncula exemta in pulverem conteri queat Sartaginem ab igne remove, obtectam refrigerandam sepone, tum carbonem contere et per cribrum trajice. — *Vis:* antistrumalis, diuretica.

Sit pulvis e fusco niger, splendoris non graphitici, qui nimiam tostionem prodit, ignitus imo fumum edere licet, odoris empyreumatici.

Usus: in struma et scrophulis.

Ad tostionem Spongiarum calore opus est longo nec vehemente, ut aequabiliter nec nimium urantur, quo salia scilicet solubilia in fumos abiguntur. Ne inter ustionem Spongiae in cineres vertantur, operculo bene apto evitabis et calore rite moderato.

SPUMA MARTIS = Tartarus chalybeatus.

STANNAS AURI = Purpura CASSII.

STANNUM LIMATUM vid. Stannum raspatum.

STANNUM MURIATICUM, Chloretum Stanni, Murias Stanni. Zinnchlorür, salzsaures Zinnoxydul. *Muriate d'étain, protochlorure d'étain.*

Rec. Stanni purissimi liquati in virgam salicinam subter aquae superficiem fusi et comminuti q. vis, dissolve in Acidi muriatici crudi concentrati s. q. caloris ope, cavens ut aliquantulum intactum remaneat. Evaporatione crystallisationem adjuva Vasis plumbeis uti licet. Liquorem residuum iterum cum Stanno coque et novam crystallorum copiam compara. Sal Stanni quod dicitur in mercatura obvenit, quia in officinis tinctoriis adhibetur. Hoc ubique, si copia erit, uti licet.

STANNUM OXYDATUM = Cinis Stanni.

STANNUM PULVERATUM. Zinnpulver. *Poudre d'étain.*

Ph. Gall. 1837: Rec. Stanni puri de Banca dicti q. v., funde leni calore in cochleari ferreo, tum effunde in mortarium antea calefactum, tritura ope pistilli obtusi calidi usque tum solidefactum fuerit. Pulverem subtiliorem cribri ope a glebulis crassioribus separa, residuum simili operationi subjice donec pulveris justam copiam obtinueris. Est pulvis subgriseus, acido muriatico ex toto solubilis cum effervescentia. Siccum servetur.

STANNUM RASPATUM s. limatum, Pulvis Stanni, Limatura Stanni. Geraspeltes Zinn, Zinnfeile. *Limaille d'étain.*

Stannum purum dictum de Banca ope limae grossioris in scobem redige, hanc per cribrum metallicum justae texturae trajice, ut particulas nimis grossas separes.

STANNUM SULPHURATUM = Aurum mosaicum (p. 104).

STIBIIS POTASSAE = Antimonium diaphoreticum (p. 36).

STIBIUM = Antimonium.

STIBIUM MURIATICUM LIQUIDUM vid. Butyrum Antimonii (p. 140).

STIBIUM OXYDATUM ALBUM = Antimonium diaphoreticum (p. 36).

STIBIUM OXYDULATUM FUSCUM = Crocus Metallorum (p. 210).

STIBIUM OXYDULATUM GRISEUM = Antimonium oxydulatum (p. 37).

STIBIUM SUBSULPHURICUM vid. Antimonium subsulphuricum (p. 38).

STIBIUM SULPHURATUM PRAEPARATUM vid. Antimonium crudum praeparatum (p. 36).

STILLICIDIUM AROMATICUM PLENCKII.

Rec. Spec. aromat. Unc. sex, Baccar. Lauri, — Juniperi ãã Unc. duas, Aq. comm. Libr. quatuor, coque, colaturae adde Sal Ammon. Unc. quatuor, Spir. Juniperi Libr. unam.

STRAMONIINUM vidi Daturium (p. 213).

† STRYCHNINUM. Strychnin. *Strychnine.*

Rec. Nucum vomicarum pulveratarum q. v., in vesicam immissis affunde miscelam parium voluminum Spiritus Vini rectificatissimi et Aquae communis, ut Nuces vomicae plane immergantur, tum, imposito alembico, coque per horam, Spiritum destillatum massae redde, et hanc ad refrigerium sibi derelinque. Post refrigerium cola cum expressione. Decoctionem et colationem bis adhuc repete. Liquores elicitos repone, ut subsidant quisquiliae, limpidos in vesicam mundam remitte, quidquid turbidum remanserit, filtra et quoque in vesicam immitte. Tum lenta destillatione Spiritum evoca. Liquorem ex vesica effunde, vesicam aqua destillata pauca lava et hanc aquam liquori admisce. His sensim admisce Liquorem Kali caustici quamdiu praecipitatum efficitur. Praecipitatum post horas viginti quatuor in filtro collige et aqua destillata caute lava, tum sicca. Praecipitatum siccum in cucurbita coque cum Spiritu Vini rectificatissimi sufficiente copia ut solvatur paene, tum fervida filtra. Spiritum lenta destillatione elice. Strychninum in pulveris albidi forma in lixivio matris colorato depositum in filtro collige et Spiritu Vini tenui et frigido parum lava. Tum denuo coctione in Spiritu Vini rectificatissimo solve et evaporatione spontanea in crystallos majores redige. *Part. const.* nondum satis certe constant. Compositum creditur ex Azoti Pond. Mixt. 4, Carbonei 44, Hydrogenii 46, Oxygenii 4.

Strychninum crystallisatum crystallos refert prismaticas, plerumque parvas, decolores, in lamina platinea ignitas primum liquandas, deinde flamma lucida deflagrandas, denique sine cineribus relictis comburendas. Crystalli contritae saporem habent amarissimum, aqua fervida et frigida minime dissolvuntur, acidis dilutis calefactis facile solvuntur et salia exhibent saporis amarissimi, plerumque in crystallos aciculares coacervata, quarum solutio aquosa a Gas hydrothionico non turbatur, a Kali caustico puro penitus, a Spiritu Salis Ammoniaci partim praecipitatur; praecipitatum genitum iterum dissolvitur solutione Salis Ammoniaci large adjecta. Aquam non continet Strychninum crystallisatum, Spiritu Vini fervido dissolvitur Naphtha Vitrioli neutiquam. Acido nitrico concentrato adjecto color rubicundus progignitur. — *Usus:* per se rarior, sed potius ad Salia Strychnini paranda.

De parando Strychnino multa opera impensa est. Primum agitur de Nucibus vomicis in pulverem redigendis. Hoc in molendinis propriis absque praeparatione ulla Nucum vi sola fieri solet. Quibus cum parvis copiis pulveris agendum est, commendaverim pulverem emalem ex mercatura desumere. Qui vero magnas Nucum copias elaborandas suscipiunt hac methodo facilius pulverem sibi comparabunt. Nuces vomicas totas in aheno cupreo cum aqua coquant per diem ut penitus emolliantur. Tum Nuces ex aqua exemtas in cratibus textis aëri exponant ut penitus siccentur, denique in catino ferreo fuso vel cupreo igne moderato eo usque torrefiant, ut pistilli ope in pulverem grossiusculum possint contundi. Sufficit pulverem grossiusculum habere, qui a Spiritu penitus penetratur et facilius in sacculis exprimitur. De menstruo eligendo haec adnotanda. Sunt qui Aquam pro exhauriendis Nucibus vomicis commendaverint. Quamquam hoc menstruum vilissimi pretii est, nec tamen eo laudaverim, quippe quod laborem difficilem et ignis majorem sumtum gignat. Nuces cum aqua coctae in pultem mucilaginosam lentam abeunt, quae expressionem plane respuit et ex qua nonnisi larga dilutione et subsidentia liquidum secerni potest. Liquores copiosi obtinentur multo igne postboc inspissandi. Spiritu Vini diluto, vel Spiritu Frumenti crudo, si vilioris pretii obtinetur, mucilago nucibus insidens non emol-

litur, et expressio massae refrigeratae facillime et sine magna Spiritus jactura suscipi potest. Liquores puriores, parum mucilaginosae, facile subsidentia et filtratione depurandi obtinentur, ex quarum destillatione Spiritus Vini maxima copia recuperatur. Liquores ex destillatione residuos Liquore Kali caustici praecipitari praecepimus, quia Strychninum hoc Alcali penitus praecipitatur. Spiritus Salis Ammoniaci minime adhibeatur, quia Strychnini nonnisi portiunculam praecipitat propter Salis ammoniacalis alicujus formationem. Strychninum ipsum praecipitatum a Sale Ammoniaco iterum dissolvi potest.

† STRYCHNINUM ACETICUM. Essigsaures Strychnin. *Acetate de Strychnine.*

Rec. Strychnini puri q. v., solve in Aceti concentrati suff. quantitate, ut liquor per fecte neutralis appareat, qui filtratur blandissimo calore ad crystallisationem evaporet.

Ph. Hamb. 1835 ad siccum evaporare vult. Ph. Hann. 1833 quoque recepit.

Sit pulvis albus, saporis amarissimi in aqua additis guttulis Acidi acetici solubilis.

Est plane supervacaneum et incertum propter qualitates suas.

† STRYCHNINUM HYDROIODICUM. Hydroiodas Strychnini. Jodwasserstoff-Strychnin. *Hydroiodate de Strychnine.*

Magendie praecepit solutionem concentratum Strychnini acetici solutione concentrata Kalii iodati praecipitari, quo pulvis crystallinus praecipitaretur. Supervacaneum, necdum in usum vocatum est.

† STRYCHNINUM IODICUM. Jodsaures Strychnin. *Iodate de Strychnine.*

Duflos: Rec. Strychnini Drachm. unam, in Aquae comm. calidae Unc una suspende, adde Olei Vitrioli diluti guttatim q. s. ut Strychninum solvatur, tum admisce solutionem fervidam Natri iodici Gran. quinquaginta in Aquae Unc. una. Refrigerio crystalli concrescunt, ex lixiviis residuis cauta evaporatione novae copiae obtinentur, vel evaporatione lixiviorum ad siccum et extractione residui cum Spiritu Vini rectss. et evaporatione spontanea. Hoc sale quoque res medica facile carere potest.

† STRYCHNINUM MURIATICUM. Salzsaures Strychnin. *Muriate ou Hydrochlorate de Strychnine.*

Ph. Hann. 1833: Rec. Strychnini puri q. v., dissolve in Acidi muriatici cum pari pondere aquae diluti sufficienti copia et crystallisationem justa evaporatione promove. Rectius paratur si Strychninum crudum Kali caustico praecipitatum (vide vocem Strychninum) in aqua destillata calida distenditur, adjecto acido muriatico dissolvitur et evaporatione in crystallos redigitur. Crystallos obtentas in linteo exprime et denuo solutione et evaporatione in crystallos redige; lixivia quantum fieri potest fac emanare, tum crystallos charta bibula involutas sponte siccandas sepone, ut liquores in crystallis contenti a charta bibula penitus absorbeantur. Liquores impuriores residuos simili encheiresi in crystallos redige, ex ultimis et impurioribus Strychninum purum ope Kali caustici praecipita. Strychninum muriaticum vices Salis Strychnici cujusvis implere potest, sed nondum saepe in usum receptum est.

† STRYCHNINUM NITRICUM. Salpetersaures Strychnin. *Nitrate de Strychnine.*

Rec. Nucum vomicarum pulveratarum Libras sex,
Spiritus Vini rectificatissimi,
Aquae communis singulorum Libras novem,

coque in vesica, imposito alembico, per horam, tum refrigeranda derelinque. Post refrigerium Spiritum destillatum massae restitue et cola cum expressione. Has operationes semel (vel bis) repete. Liquores elicitos sepone, ut subsidendo depurentur, limpidos in vesicam mundam remitte, quidquid turbidum remanserit filtra, et quoque in vesicam immitte. Tum blanda destillatione Spiritum evoca. Liquorem ex vesica effunde, vesicam aqua destillata pauca lava et hanc aquam liquori reliquo admisce. Tum sensim admisce

Lixivium causticum vegetabile (Liquorem Kali caustici)

quamdiu praecipitatum efficitur; hoc post horas viginti quatuor in filtro collige, aqua destillata caute lava, et adhuc humidum a filtro ope spathulae corneae in patinam porcellaneam transfer, aqua destillata distende et sensim adde:

Acidum nitricum purum

cum triplo pondere Aquae destillatae dilutum ut reactio acidula praevaleat. Caloris ope solutionem promove et filtra per idem filtrum, in quo praecipitati crudi adhuc particulae haerent. Refrigerando vel justa évaporatione totum in massam crystallinam abit, quam linteo involutam fortiter exprime. Liquores expressi evaporatione novam crystallorum copiam emittunt, quas simili modo exprime. Placentas expressas crystallorum denuo in aqua destillata calefacta dissolve, filtra si opus fuerit et iterum fac in crystallos concrescere. Has, lixivio effuso, spathula cornea in chartam bibulam impone, hac crystallos obtege ut liquor omnis a charta imbibatur et siccandas sepone. Crystallos bene siccatas caute conde secundum legem.

Ex lixiviis coloratis ultimis, filtris, charta siccatoria Strychninum in ipsis contentum solutione et praecipitatione Liquore Kali caustici obtineri potest. — ***Part. const.*** Strychnini, Acidi nitrici et Aquae proportiones nondum satis certe definitae. ***Vis:*** narcotica, nervos dorsales fortissime excitans, exigua jam dosi lethifera.

Sint crystalli aciculares, sericeae, coloris et odoris expertes, saporis amarissimi, acido nitrico concentrato colorem rubicundum generantes, ex toto combustibiles, Aqua et Spiritu Vini facile solubiles.

Usus: in paralysi membrorum, amaurosi, dysenteria.

Discussionem de Nucibus vomicis pulverandis, de eligenda praeparationis methodo vide voce Strychninum.

† STRYCHNINUM SULPHURICUM, Sulphas strychnicus. Schwefelsaures Strychnin. *Sulphate de Strychnine.*

Rec. Strychnini puri q. s., distende quintuplo pondere aquae destillatae, calefac ad ebullitionem, tum sensim admisce Acidum sulphuricum dilutum, donec Strychninum solutum fuerit. Filtra fervida, refrigerando vel evaporatione praevia crystalli concrescent. Sunt crystalli aciculares, stellatim coacervatae, decolores, aqua facile solubiles.

In Gallia potissimum adhibetur, in Germania praeparatum antecedens.

STYPTICUM Ruspini constat ex Acido Gallico, Opio et Vitriolo albo in Spiritu Vini solutis et colatis.

STYRAX DEPURATA Ph. Suec.

Rec. Storacis Calamitae q. v., solve in Spiritu Vini rectificato (caloris ope), cola et Spiritum evaporatione abige.

SUBACETAS PLUMBI = Acetum Saturni (p. 13).

SUBBORAS SODAE = Borax

SUBCARBONAS AMMONII EMPYRHEUMATICUS s. pyrosoleosus = Sal Cornu Cervi (p. 716).

SUBCARBONAS AMMONII = Sal volatile Salis Ammoniaci (p. 713).

SUBCARBONAS KALICUS s. Potassae = Sal Tartari (p. 721) et Cineres clavellati depurati (p. 181).

SUBCARBONAS NATRICUS sive sodicus s. Sodae = Natrum carbonicum (p. 584).

SUBCHLORURETUM ANTIMONII = Pulvis Algarothi (p 671).

SUBLIMATUS CORROSIVUS = Mercurius sublimatus corrosivus (p. 550).

SUBLIMATUS DULCIS = Calomel (p. 146).

SUBMURIAS AMMONIACO-HYDRARGYRICUS = Mercurius praecipitatus albus (p. 547).

SUBMURIAS ANTIMONII = Pulvis Algarothi (p. 671).

SUBMURIAS HYDRARGYRI sive Mercurii = Calomel (p. 146).

SUBNITRAS BISMUTHI = Magisterium Marcasitae (p. 536).

SUBPHOSPHAS SODAE = Natrum phosphoricum (p. 585).

SUBSULPHAS AMMONIO-CUPRICUS = Cuprum ammoniacale (p. 211).

SUBSULPHAS STIBII = Antimonium subsulphuricum (p. 33).

SUCCINAS AMMONII PYRO-OLEOSUS = Liquor Cornu Cervi succinatus (p. 522).

SUCCINUM PRAEPARATUM. Präparirter Bernstein. *Ambre jaune preparé, Succin preparé.*

Succinum in pulverem subtilissimum teratur, atque addita aqua fontana, super marmore, optime laevigetur. Pulvis subtilissimus elutriatione separetur.

SUCCOLADA vid. Chocolada (p. 179).

SUCCUS, Saft, *Suc* est medicamentum liquidum ex herbis plantarum recentibus conquassatis expressione paratum. Succi aquosi ex foliis et stipitibus plantarum herbacearum plerumque parantur. Hae scilicet in mortario marmoreo ope pistilli lignei ex ligno Guajaco confecti optime pistentur, tum e sacculis cannabinis vel linteis strenue exprimantur, et succus, si opus fuerit, semel per colatorium trajiciatur. Continent plerumque Albumen vegetabile, materiam extractivam, Chlorophyllum et Salia soluta. Succi recenter expressi turbidi sunt a flocculis viridibus ex Albumine vegetabili et Chlorophyllo compositis. Ebullitione coeunt et sedimentum caseosum viride demittunt, ipsi subfusci limpidi relinquuntur. Succi recens filtrati colorem viridem quoque in filtro relinquunt; postea cocti albumen vegetabile album demittunt. Plantis parum succulentis viscosis aquae aliquantulum inter contusionem additur. Omnes succi nonnisi ad medici vel Codicum jussum neque decanthatione neque filtratione neque coctione clarificentur. Succi aquosi interdum dulces et sacchariferi sunt; si ex radicibus (e. gr. Dauci, Napi) obtinentur. Succi acidi ex baccis et fructibus expressione obtinentur; albumen vegetabile non continent, sed materiam aliam azoticam ex qua fermentationis causa in succis simul sacchariferis derivatur. Coctione coagulum non efficiunt. Acidi vegetabilis natura et copia inter sese differunt; continent acidum tartaricum Tamarindi, Uvae, Fructus Mori albae; acidum citricum continent Fructus Citri, — Aurantii, — Vaccinii Oxycocci et Vitis Idaeae, — Pruni Padi et Cynosbati; acidum malicum continent Poma, Pyra, Berberides, Baccae Sambuci et Sorbi aucupariae; simul acidum citricum et malicum continent Fructus Ribis rubrae, nigrae et Grossulariae, Vaccinii, Myrtilli, Fragariae vescae, Rubi fruticosi et Idaei, Cerasi, Sorbi torminalis. Hi succi colore plerumque gaudent peculiari, qui corporibus acidis et alcalinis facile mutatur. Denique acidum pecticum continent, quo fit ut facile in gelatinam abeant.

Fructus crassiores atque duriores non contusione sed rasione ad exprimendum praeparantur. Nonnunquam fructuum contusorum pulpa inexpressa per aliquot dies seponitur, ut color ex integumentis penitius abripiatur, e. gr. in Baccis Rhamni, —Rubi, —Mori. Hi Succi fermentatione levi clarificantur, quae non ulterius procedat, quam ut succi viscositas disparuerit; facile enim filtrantur. Succi Pomorum, Cydoniorum, Granatorum, Citri, Aurantii in loco frigido levissimam fermentationem subeant; alii vero, Sacchari ditiores, e. gr. Ribis Grossulariae, Mori, Rubi Idaei fermentationem longiorem subeant; cave ne eo usque procedat ut odor et sapor spirituosus appareat. Alii succi facillime clarificantur addito Succo Cerasorum, tales sunt Succus Ribis Grossulariae et Rubi Idaei, Succi Pomorum et Cydoniorum facile succum limpidum edunt, si simul cum Amygdalis dulcibus conquassantur. Succi color detrimentum aliquod hac encheiresi capit.

De succorum conservatione aliquod afferre conducit. Succi aquosi virides albumine vegetabili gravidi minime asservantur, sed cito in putrefactionem ruunt. Recentes in usum veniunt. Succi aciduli et dulces optime methodo Appertiana asservantur. Succos in lagenas vitreas fortes immitte, quae ad pollicem unum et dimidium usque repleantur. Epistomia suberina fortiter imprime et ligatura e ferreo filo confecta constringe. Has lagenas bene praeparatas in vas amplum cupreum vel ferreum in strato straminis vel cratem ferream, ne fundum tangant, colloca, stramine quoque interposito, ne lagenae collisione frangantur, Aquam lagenis circumfunde, et igne supposito fac aquam ebullire, ebullitionem obtine per minuta decem, tum totam suppellectilem, igne remoto, refrigerari concede. Lagenas in cella frigida serva. Oxygenium in his lagenis consumi, fabula est, sed germina vitalia in aëre suspensa, semina mucoris, similia, destrui, valdius ad veri speciem accedit. Hac de causa, ne aër novus accedat, cave et hermetice huic accessum praeclude. Olei stratum succo innatans similiter agit, si antea calore, quidquid ovi in succo esse poterat, destructum fuerit.

SUCCUS ACACIAE GERMANICAE INSPISSATUS = Roob Prunorum silvestrium.

SUCCUS ACETOSELLAE Ph. Pal., Wirt.

Rec. Hb. Oxalis Acetosellae q. v., contunde in mortario lapideo ope pistilli lignei, exprime ex prelo, succum decanthatione post quietem depura, et Oleo infuso serva.

† SUCCUS ACONITI INSPISSATUS = Extractum Aconiti.

SUCCUS AGRESTAE s. Omphacii. Unreifer Traubensaft. *Verjus.*

Rec. Uvarum immaturarum (Omphacii) quantum vis, contunde in mortario, cola per pannum, deponendo et decanthando clarifica, serva in lagena sub strato Olei Olivarum.

SUCCUS ANTISCORBUTICUS s. ad scorbuticos s. Cochleariae.

Ph. Ross., Hass. 1806 Succus Herbae Cochleariae recentis contusae subsidentia depuretur. RICHARD: Hb. recent. Nasturtii, — Cochlear., Trifol. fibrin. āā part. aeq., contusae exprimantur, succus subsidentia depuretur.

SUCCUS ARMORACIAE COMPOSITUS Ph. Suec.

Rec. Succi Armoraciae Unc. unam, Spirit. Frumenti Unc. sex, Aceti Unc. duas.

SUCCUS AURANTIORUM. Pomeranzensaft. *Suc d'Oranges.*

Poma Aurantiorum matura exprimantur, succus stet per aliquot dies, tum filtretur et sub Olei strato servetur.

SUCCUS E BACCIS MYRTILLORUM, VACCINII etc. vid. Succus Myrtillorum, Vaccinii, etc.

SUCCUS BECCABUNGAE.

Ex herba recente Veronicae Beccabungae contusione et expressione paratur.

† SUCCUS BELLADONNAE INSPISSATUS = Extractum Belladonnae.

SUCCUS BERBERUM. Berberitzensaft. *Suc d'epine vinette.*

Baccae Berberidis vulgaris maturae in mortario contundantur, per aliquot dies in cavam seponantur, tum exprimantur et filtrentur, denique in lagenis longicollibus sub strato olei serventur.

SUCCUS BETONICAE

expressione Herbae recentis Betonicae vulgaris contusae paratur.

SUCCUS BORAGINIS

expressione Herbae recentis contusae Boraginis officinalis paratur.

SUCCUS BRYONIAE Ph. Hisp.

Radicem Bryoniae albae recentem radendo in pultem redige, hanc sepone per aliquod tempus, tum exprime.

SUCCUS BUGLOSSI.

Flores Buglossi (Anchusae officinalis LINN.) contunde, exprime.

SUCCUS CARDAMINES AMARAE EXPRESSUS.

Rec. Hb. rec. Nasturt. aquat., Lepid. sat., Cardam. amar. et Rad. recent. Tarax. āā q. s. Contundantur in mortario marmoreo sensim addendo Aq. Cochlear. Unc. tres, in pultem et exprimantur prelo Succi Unc. sex. Succum cola per linteum et sepone ad decanthationem.

SUCCUS CERASORUM. Kirschensaft. *Suc de Cerises.*

Paratur ex Cerasis maturis acidulis ad methodum voce Succus descriptam.

SUCCUS CEREFOLII

paratur ex Herba recente Cerefolii contusione et expressione.

SUCCUS CICHORII

paratur ex Herba recente Cichorii.

SUCCUS CICUTAE INSPISSATUS vid. Extractum Conii.

SUCCUS CITRI, Succus Citreorum s. Limonum, Acetositas Citri. Citronensaft.

Poma Citri, corticibus et seminibus demtis, bene exprimantur, succus stet per aliquot dies, tum filtretur, et in lagenulis optime clausis, vel sub strato Olei servetur.

SUCCUS COCHLEARIAE vid. Succus antiscorbuticus.

SUCCUS CONII MACULATI = Extractum

SUCCUS CONSOLIDAE.

Radices recentes Consolidae majoris (Symphyti officinalis) contusae in mortario lapideo exprimantur; succus albumine et calore clarificetur.

SUCCUS CUCUMERIS.

Cucumeres recentes maturi, putaminibus et seminibus remotis, contundantur, exprimatur succus, seponendo depuretur et filtretur.

SUCCUS CYDONIORUM. Quittensaft. *Suc de Coings.*

Poma Cydonia vix bene matura, tomento externo defricato radulae ope radantur et in pulpam vertantur, nucleis exemtis cum stramine secalino conciso, antea aqua calida bene loto, mixta exprimantur. Succus stet per tres dies, donec clarificatus fuerit. Fermentatione levi, quam subit, materiae heterogeneae, suspensae antea, praecipitantur, succus filtratus methodo Appertiana (voce Succus) conservetur.

Succus quoque limpidus obtinetur, si pulpae a centum pomis Cydoniis obtentae Amygdalarum dulcium bene contusarum Uncias decem admiscueris ante expressionem. Expost vero levem fermentationem semper subit et turbidus fit.

SUCCUS DAUCI INSPISSATUS, s. Extractum Dauci vel Dauci Carotae, Roob Dauci, Roob Dauci Radicis. Möhrenextract, Mohrrübenextract. *Extrait de Carottes.*

Rec. Radicum Dauci recentium rasarum quantum lubet, contunde in mortario lapideo ope pistilli lignei addito aquae pau-

xillo, succum exprime, colando et ebulliendo clarifica, denuo cola et leni calore ad mellis spissitudinem redige.

Ph. Boruss. ed. 5, Hann. succum crudum in simplicibus, depuratum in praeparatis affert. Crudus majori incuria in negotiis domesticis paratur, depuratus ex crudo non ubique prostante, quare ad plantam pharmacopolae est recurrendum, solutione, decanthatione et inspissatione paretur. Ph. Boruss. ed. 3, Oldenb., Polon., Saxon. 1820. Radices Dauci sativi recentes, mundatae et concisae, dimidio Aquae superfusae in lebete stanneo coque, ut mollescant; exprime succum, semel ebulliendo clarificandum, et leni calore ad Mellis consistentiam evapora. Ph. Gall. 1837. Succum radicum sine aqua addita raspatarum expressum et filtratum, sine evaporatione servari jubet. Disp. Fuld., Lipp.: Succus expressus statim evaporet. Ph. Antwerp.: Succi expressi Libris novem unam addit Sacchari albi.

Vis: bechica, anthelminthica. *Usus:* in tussi, contra lumbricos.

Wackenroder affirmat vim anthelminthicum praecipue in albumine coctione coagulato et oleo pingui cum illo praecipitato habitare; albumen ergo ex succo inspissato hac de consilio non separetur.

SUCCUS DIURETICUS vid. Succus Armoraciae compositus, praeterea Succus Herbarum diureticus.

SUCCUS DOMESTICUS, Succus Rhamni cathartici, Succus Spinae cervinae s. Baccarum Spinae cervinae. Kreuzdornsaft. *Suc de Nerprun.*

Baccae maturae Rhamni cathartici manibus vel pistillo ligneo conterantur, puls obtenta seponatur per tres ad quatuor dies ut fermentationem subeat. Exprime, sepone ut faeces subsidant, decantha vel filtra et serva in lagenis bene clausis.

SUCCUS EBULI s. Baccarum Ebuli. Attichsaft. *Suc d'Hièble.* paretur ex baccis maturis Sambuci Ebuli sicut Succus domesticus.

† SUCCUS ELATERII. Eselsgurkensaft. *Suc de Concombres sauvages.*

Fructus Momordicae Elaterii, seminibus exemtis, contundantur et exprimantur, succus subsidendo clarificetur.

SUCCUS FRAGARUM

ex baccis Fragariae vescae sicut Succus domesticus.

SUCCUS FUMARIAE

ex Herba recente Fumariae officinalis contusione, expressione, colatione paratur.

SUCCUS GLYCYRRHIZAE vid. Succus Liquiritiae.

SUCCUS GRAMINIS, s. Tritici repentis. Queckensaft. *Suc de Chiendent.*

Radices Graminis recentes, addita sedecima parte Aquae contundantur strenue, succus exprimatur, sepositus per aliquod tempus filtretur.

SUCCUS GRANATORUM. Granatensaft. *Suc de Grenades.*

Fructuum acidorum Granatorum q. v cortice externo separato transverse concide, tritura, spathula lignea ut semina separentur, contunde, exprime (antea cum stramine conciso mixta), succum sepone ut depuretur, tum decantha.

SUCCUS GRANORUM KERMES.

Grana Kermes contusa exprimantur et succus methodo Appertiana conservetur.

SUCCUS GROSSULARIAE vid. Succus Ribium.

SUCCUS HERBARUM, s. expressus, s. Plantarum expressus. Kräutersaft. *Suc des Herbes.*

Succi Herbarum ex Herbis recentibus vernalibus contusione et colatione, denique decanthatione parantur. Clarificatio per coctionem non fiat. Recentes adhibeantur, non ultra dies duos in cella serventur. Formulae a medico conscribuntur, vel tali modo ut Herbarum recentium, simul contundendarum, pondera definiantur vel ut succi singularum Plantarum ad pondus dispensentur.

Harum formularum nonnullas hic tradamus. Rec. Hb. Millefolii, — Hederae terrestr. āā q. s. ut succi justum pondus habeatur; aliter: Succi expressi Hb. Beccabungae, — Lactucae virosae, — Nasturt. aquat., — Taraxaci totius āā Unc. unam, Syr. Cort. Aurant. Unc. duas; aliter: Hb. Tarax., — Cochlear., — Nasturt. aquat. āā q. s. ut fiant Succi Unc. quatuor, colaturae adde Sacch. albi Unc. unam; vel: Taraxaci totius rec., Cichorei totius rec., Hb. rec. Trifol. fibr. āā Unc. tres, Chelid. maj. Drachm. tres. Contunde in mortario lapideo et redige addendo Aq. Cinnam. s. v. Unc. duas in pultem, dein exprime fortiter et admisce Succo colato et decanthato Kali acet. Drachm. semis. Aliter: Hb. rec. Borag., — Cherefol., Fruct. Cucumeris āā q. s. ut ex contusis exprimantur Succi Unc. tres, cui adde post decanthationem Natri sulphurici Drachm. tres ad quatuor. Aliter: Hb. Taraxaci totius, — Cichor., — Lactuc. sativ. āā Unc. tres, contunde cum Aq. Menth. pip. Unc. tribus, cola; vel: Rad. rec. Graminis, — Dauci, — Betae rubr. āā Unc. tres, ad scobinam adfrica, paltem cum Aq. Anisi Unc. tribus misce, exprime.

SUCCUS HERBARUM ANTISCORBUTICUS Voigt.

Rec. Rad. rec. Armorac., abrasa cuticula mundat. Unc. unam, Hb. rec. Nasturt. aq., Rumic. acetos. āā Unc. quatuor; cont. exprime·

fortiter et succo decanthato adde Vini Rhenani gener. Libr. unam, Syr. Berber. Unc. duas; m.

SUCCUS HERBARUM DIURETICUS Vogt.
Rec. Hb. et Rad. rec. Apii dulcis, — Petrosel., Hb. rec. Borrag. aa Unc. tres, Rad. rec. Bryon. Drachm. tres. In pultem contusis admisce terendo Aq. Junip. Unc. duas. Deinde exprime fortiter et cola per linteum. Succo decanthato adde Tartari boraxati Drachm. duas.

SUCCUS HISPANICUS = Succus Liquiritiae.

SUCCUS HYOSCYAMI INSPISSATUS = Extractum Hyoscyami.

SUCCUS HYPOCISTIDIS v. Part. I, p. 342.

SUCCUS JUNIPERI INSPISSATUS vid. Roob Juniperi (p. 709).

SUCCUS KERMETIS = Succus Granorum Kermes.

SUCCUS LACTUCAE VIROSAE INSPISSATUS vid. Extractum Lactucae (p. 405 et 406).

SUCCUS LIMONUM = Succus Citri.

SUCCUS LIQUIRITIAE ANISATUS. Anislakriz, Anislakrizstängelchen. *Suc de réglisse anisé.*

Succum Liquiritiae depuratum (vide hanc vocem) et in pilularum consistentiam redactum in lamina marmorea Oleo Amygdalarum leviter illita in baculos nitidos ad instar caulis pennae scriptoriae forma; hos in vitro cylindrico cum guttulis aliquot Olei Anisi in parietibus vitri expansis per aliquot dies interdum circumagitandos serva, tum in vas aliud ingere.

Alii Succo Liquiritiae crudo pulverato Saccharum admiscent, pulverem Oleo Anisi condiunt (e. gr. Uncias singulas Olei Guttis tribus) et pulverem Aqua vel Mucilagine addita in pastillos formant. Inprimis notandum est Olei Anisi saporem non nimis praevalere, quod palato ingratissimum est. Alii denique Succo rite inspissato Pulverem Radicis Ireos admiscent, antequam in baculos forment.

SUCCUS LIQUIRITIAE DE BLOIS = Succus Liquiritiae anisatus et Pasta Liquiritiae.

SUCCUS LIQUIRITIAE DEPURATUS. Gereinigter Lakrizensaft. *Suc de Reglisse épuré.*

Rec. Succi Liquiritiae crudi venanalis quantum vis, concide in frustula minora ad pollicis fere longitudinem. Immitte in vas fictile vel ligneum, prope fundum epistomio ligneo versatili instructum, supra stratum straminis secalini loti, vel supra pannum linteum texturae grossioris. Epistomii foramen fragmento vitri opposito a panni contactu defende, ne liquidum tardius emanet. Aquam communem affunde ut frustula suprema ea contegantur. Totam suppellectilem intactam per aliquot dies sibi derelinque, donec frustula penitus emollita fuerint, nec diffracta vel inter digitos contrita nucleum internum nigrum atque non solutum monstrent. Epistomium versatile parum contorque ut liquidum spissiusculum sed limpidissimum fili tenuis instar emanet. Postquam penitus eguttaverit, epistomium verte et novam Aquae copiam infunde, cavens ne frustula emollita lacerentur atque materia farinacea turbetur. Post duos dies liquidum per epistomium versatile iterum fac emanare. Liquores junctos, per colum trajectos, in balneo Aquae ferventis fac evaporare ad extracti spissitudinem. — *Vis* et *usus* et qualitates quales Extracti Liquiritiae.

Extractum Liquiritiae infusione Aquae tepidae ex Radicibus ipsis a pharmacopola paratum sapore blandiore, dulciore nec fauces sub finem degustationis fricante a Succo depurato differt, qui coctione fortiore paratus est. Succus depuratus propter pretii vilitatem ex re medica omitti nequit.

SUCCUS MALORUM CHALYBEATUS = Extractum Martis pomatum.

SUCCUS MARRUBII ALBI
expressione Herbae recentis contusae paratur.

SUCCUS MILLEFOLII
sicut antecedens ex Herba Millefolii paratur.

SUCCUS MOMORDICAE = Elaterium (p. 255).

SUCCUS MORORUM. Maulbeerensaft. *Suc de Mures.*

Fructus Mororum maturi pistillo ligneo

conterantur, seponantur per aliquot dies ut levem fermentationem subeant, tum exprimantur, succus colatus methodo Appertiana (vide vocem Succus) conservetur.

SUCCUS MYRTILLORUM. Heidelbeerensaft. *Suc d'Airelles.*

Paretur e baccis Vaccinii Myrtilli maturis sicut Succus Mororum.

SUCCUS NASTURTII expressione Herbae recentis contusae Sisymbrii Nasturtii paratur.

SUCCUS OMPHACII = Succus Agrestae.

SUCCUS OXYCOCCI. Moosbeerensaft. *Suc de Canneberges des marais.*

Paratur ex baccis maturis Vaccinii Oxycocci sicut Succus Mororum.

SUCCUS OXYCOCCI CUM NITRATE POTASSAE Ph. Ruth. castr.

Rec. Nitri Unc. unam, Succi Oxycocci Libr. unam, m.

SUCCUS PARIETARIAE contundendo, exprimendo Herbae Parietariae officinalis obtinetur.

SUCCUS PERSICORUM Ph. Sard.

Flores Persicae recentes a calicibus liberati contundantur et exprimantur.

SUCCUS PLANTAGINIS ex Herba recente Plantaginis majoris contusione et expressione paratur.

SUCCUS PLANTARUM vid. Succus Herbarum.

SUCCUS POMORUM. Aepfelsaft. *Suc de Pommes.*

Paretur sicut Succus Cydoniorum ex Pomis Renetiis.

SUCCUS PRUNELLAE expressione Herbae contusae Prunellae vulgaris paratur.

SUCCUS PRUNORUM SILVESTRIUM vid. Roob.

SUCCUS PULMONARIAE expressione Herbae contusae Pulmonariae officinalis paratur.

SUCCUS RADICIS SAMBUCI NIGRAE.

Radices recentes Sambuci nigrae, Aquae pauxillo addito, contundantur et exprimantur. Vis diuretica eximia laudabatur a D[re] Hospital.

SUCCUS RHAMNI CATHARTICI vid. Succus domesticus.

SUCCUS RIBIUM NIGRORUM. Schwarzer Johannisbeerensaft. *Suc de groseilles noires.*

Paretur ex Baccis maturis Ribis nigri sicut Succus Mororum.

SUCCUS RIBIUM RUBRORUM. Johannisbeerensaft. *Suc de Groseilles.*

Rec. Ribium rubrorum maturorum q. v., manibus in crinis contere, adde Cerasorum acidorum rubrorum contusorum decimam partem ponderis Ribium, mixta exprime in prelo, succum in cellam sepone per horas 24, quum in gelatinam abierit in linteum expansum conjice, ut eguttetur, succi residuum in linteo exprime. Hac encheiresi Succus Ribium, qui nonnisi pro condimento vel Syrupo parando adhibetur, facillime limpidus obtinetur. Cerasorum additio hoc consilio non condemnetur. Absque Cerasis ad modum Succi Rubi Idaei agitur. Sed nimia fermentatione faciie sapor vinosus contrahitur, qui evitetur.

SUCCUS ROSARUM PALLIDARUM. Rother Rosensaft. *Suc de Roses.*

Rec. Petalorum recentium Rosae centifoliae q. v., contunde in mortario marmoreo ope pistilli (lignei (ferrum omnino evites), succum in prelo exprime, filtratum in lagenulis longicollibus sub strato Olei serva.

SUCCUS RUBI IDAEI. Himbeerensaft. *Suc de Framboises.*

Rec. Baccarum Rubi Idaei q. v., contunde in mortario lapideo ope pistilli lignei et contusas sepone per tres ad quatuor dies, ut liquidum limpidum supernatet. Succum exprime. Hic semel ebulliat, tum coletur per linteum, et adhuc calidus filtretur in lagenas longicolles, in quibus fortiter epistomiis subertnis munitus ad methodum Appertianam (vide vocem Succus) ad ebullitionem calefiat.

Vuaflard Succum Rubi Idaei additis Cerasis sicut Succum Ribium clarificari, sed Cerasorum quadrantem addi, suadet. Cerasorum sexta pars ponderis. quod erat Baccarum Rubi Idaei, sufficere dicitur.

SUCCUS SAMBUCI vide Roob Sambuci (p. 711).

SUCCUS SAPONARIAE expressione Herbae recentis contusae Saponariae officinalis praeparatur.

SUCCUS SPINAE CERVINAE vid. Succus domesticus.

SUCCUS SPISSATUS in genere vide Extractum.

SUCCUS SPISSATUS MOMORDICAE vide Elaterium (p. 255).

SUCCUS STRAMONII vid. Extractum Stramonii.

SUCCUS TARAXACI sicut Succus Herbarum ex planta tota Leontodontis Taraxaci paratur.

SUCCUS TRIFOLII FIBRINI sicut Succus Herbarum ex Herba Menyanthis trifoliatae.

SUCCUS TRITICI REPENTIS vid. Succus Graminis.

SUCCUS URTICAE sicut Succus Herbarum.

SUCCUS VACCINII OXYCOCCI et MYRTILLI vid. Succus Oxycocci et Succus Myrtillorum.

SUCCUS VERONICAE sicut Succus Herbarum ex Veronica Beccabunga.

SUCCUS VIOLARUM sicut Succus Rosarum pallidarum ex floribus Violae odoratae.

SUFFITUS, SUFFUMIGATIO vid. Fumigatio.

SULPHAS, schwefelsaures Salz, Sulphat, *Sulphate*, vide Nomina a basi derivata vel antiqua, quorum usitatissima hic recitemus.

SULPHAS ALUMINAE ET POTASSAE = Alumen.

SULPHAS AMMONIAE vid. Sal Ammoniacum GLAUBERI.

SULPHAS AMMONIAE CUPRATUS = Cuprum ammoniacale (p. 211).

SULPHAS CHINICUS vid. Chinium sulphuricum (p. 176).

SULPHAS CINCHONII vid. Cinchonium sulphuricum (p. 181).

SULPHAS CUPRI = Vitriolum coeruleum.

SULPHAS CUPRI AMMONIACALIS = Cuprum ammoniacale (p. 211).

SULPHAS FERRI = Vitriolum Martis.

SULPHAS KALICUS = Arcanum duplicatum (p. 99).

SULPHAS MAGNESIAE = Sal amarum (p. 714).

SULPHAS NATRICUS = Sal mirabile GLAUBERI (p. 719).

SULPHAS POTASSAE = Arcanum duplicatum (p. 99).

SULPHAS SODAE = Sal mirabile GLAUBERI (p. 719).

SULPHAS ZINCI s. Zincicus = Vitriolum album.

SULPHIS, schwefligsaures Salz, *Sulphite*.

SULPHIS CALCICUS. Schwefligsaurer Kalk. *Sulfite de Chaux.*

Ph. Gall. 1837: Rec. Cretae albae totae et bonae notae q. v., diffrange in frustula minora, quae digiti fere crassitiem habeant, haec aquae destillatae immerge, ut eam imbibant, tum in vas vitreum cylindricum caute immitte, ne magis dilabatur. Seorsum recipe Olei Vitrioli pondus aequale Cretae siccae adhibitae, hoc pulvere Carbonum Lignorum immiscendo adeo suscipe, ut pastam fere solidam habeas, quam in cucurbitam vitream vel vas idoneum fictile ingeras, ex quo tubus vitreus, bis in angulum rectum recurvus, in Cretam transeat. Cucurbita in balneo arenae calefiat, ut gas acidum sulphurosum emergat, quod frustulis Cretae avide absorbetur. Si gas sulphurosum absorberi recusabitur, novam Cretae humectatae copiam impone, et ignem obtine, quamdiu gas extricabitur. Quod si fieri cessaverit, apparatum dirime, Cretam non decompositam, superne positam, colore pallido et mollitie dignoscendam, separa, Sulphitem calcicum vero, coloris grisei flavi et duriorem, suo nomine serva in vasis optime praeclusis.

SULPHUR AURATUM ANTIMONII. Goldschwefel. *Soufre doré d'Antimoine.*

Synon.: Sulphur stibiatum aurantiacum, Hydrosulphuretum luteum Oxydi Stibii, Hydrosulphuretum Antimonii sulphuratum, Oxydum Stibii hydrosulphuratum, Deutosulphuretum Antimonii, Antimonii Sulphuretum praecipitatum. Spiesglanzgoldschwefel, schwefelwasserstoffsaures schwefelhaltendes Spiesglanzoxydul. *Deutosulfure d'Antimoine, Oxyde d'Antimoine hydrosulfuré orangé, Hydrosulfate sulfuré d'Antimoine.*

Rec. Natrii sulphurato-stibiati (Salis Schlippiani) recens parati (p. 582) Uncias decem, dissolve in Aquae destillatae Libris quinque, filtra per chartam. Seorsum recipe

Olei Vitrioli Uncias tres, dilue Aquae communis Libris octo ad decem, et miscelam sepone ut paene refrigescat.

Tum solutionem Natrii sulphurato-stibiati in Oleum Vitrioli dilutum inter agitationem strenuam infunde. Postquam sedimentum subsederit, Aquam decantha, novam Aquae copiam affunde, et agitatione misce. Post subsidentiam iterum decantha, hasque operationes aliquoties repete, donec praecipitatum penitus edulcoratum fuerit, vel donec Aqua effusa cum Salibus baryticis praecipitatum non amplius gignat.

Praecipitatum in linteo humectato collige, eguttatum exprime in prelo, tum ad aërem expone, ut quam citissime siccetur. *Part. const.* Antimonii duo, Sulphuris quinque Pond. Mixt. Insunt semper Oxydi Antimonii vestigia, quae inter siccationem ad aërem exoriuntur. *Vis:* diaphoretica, resolvens.

Sit pulvis rubro-aurantiacus, subtilis, digitis fere impalpabilis, valde depingens, insipidus, in Lixivio caustico vegetabili plane solubilis, in acido muriatico concentrato relicto Sulphure solubilis. Acidum tartaricum, imo dilutum atque sine calore Oxydum Antimonii ex eo dissolvit, quod Aqua hydrosulphurata dignoscitur. Hoc vitio non vertatur, nisi nimia copia indicatur.

De Sulphure aurato parando variae a Chemicis viae excogitatae sunt. Harum unica tantum, ea scilicet, quam elegimus, praeparatum semper idem atque aequabile exhibet. Praecipitetur ergo ex solutione Salis Schlippiani, quod quidem Sal variis methodis parari potest. Illa methodus quam pagina 582 docuimus, omnium commodissima atque producti uberrima esse videtur. Sal semper in crystallos redigatur, quacunque via solutio Salis primum facta fuerit. In medicamento tantae efficaciae, quam Sulphur auratum Antimonii, cujus tam minutae doses propinantur, nulla pretii ratio est habenda. Ergo hoc praeparatum non ex officinis chemicis coematur. sed a pharmacopoeo ipso praeparetur. In officinis chemicis vero propter majorem operam, majoresque rerum sumtus, nunquam ex Sale Schlippiano praeparatur, sed plerumque ex Lixivio praecipitatur, quod coctione Calcariae ustae, Antimonii crudi et Florum Sulphuris, adjectis interdum Cineribus clavellatis, paratur. Hoc praeparatum Sulphuris semper nimium continet et colorem habet nimis laetum, qualem Sulphur auratum Codicum veterum habuit. Color hodie aurantiacus jure dici non potest, sed magis in rubrum vergens. Color ille a Sulphure excedente derivatur, cujus copia excedens non ad certum calculum referri potest, quare elidendum esse putavimus. Nullius est momenti, Sulphuris aliquid in pulvere superesse, si cum Sulphureto Antimonii, cujus copia proportionalis diminuitur, comparabis. Ergo colorem laete aurantiacum certae mixtioni chemicae postbabendum putavimus.

Praecepimus supra Solutionem Salis Schlippiani in acidum esse infundendam, nec vice versa acidum in solutionem Salis. Hoc eo consilio factum est, ne acidi decomponentis defectu color et mixtio chemica mutetur. Sulphur auratum enim recens praecipitatum et cum solutione Salis Schlippiani digestum colorem induit sordide fuscum et Sulphuris portiunculam amittit, quae in solutionem suscipitur. Idem fit, si Acidi decomponentis copia non sufficiens adest; Sal ergo non decompositum praecipitatum valde mutat. Praecipitationibus tali modo fractis, et praecipitatis singulis separatis, pulveres obtinentur, qui scalam colorum a sordide fusco usque in citrinum exhibent. Hac ergo encheiresi ex Sale Schlippiano optime parato Sulphur auratum pessimum praeparari potest. Quod ut evites, duae viae iniri possunt. Acidi decomponentis copia sufficiens vel excedens una vice addatur, vel, quod certius agitur, Solutio Salis acido addatur. Hoc modo fit, ut praecipitatum nunquam cum solutione Salis Schlippiani in uno liquido adesse possit. Materiarum invicem se decomponentium copiam ad calculum accurate computavimus. Sal Schlippianum enim aliam mixtionem chemicam habet, quam quae voce et pagina illa citata relata est. Ex novissimis experimentis probatum est, constare ex Natrii sulphurati 3 Pond. Mixt., Sulphidi Stibici (Antimonii 2, Sulphuris 5 Pond. Mixt.) 1 Pond. Mixt., Aquae 18 Pond Mixt. Ad hanc formulam rerum adhibendarum copiae relatae sunt.

SULPHUR AURATUM LIQUIDUM vid. Tinctura Antimonii Jacobi.

SULPHUR DEPURATUM vid. Flores Sulphuris loti (p. 434).

SULPHUR IODATUM, Ioduretum Sulphuris. Jodschwefel. *Iodure de Soufre.*

Rec. Iodi Uncias quatuor; Florum Sulphuris Unciam unam, conterendo intime misce, tum in cucurbitam vitream ingere et lenissimo igne fove, ut miscelae color sensim in nigrum vertatur. Quod si per totam massam factum fuerit, calorem auge, ut liquetur, tum vas inclinando massam liquatam in parietibus expande, ut crystalli Iodi sublimati colligantur. Denique cucurbitam diffrange et praeparatum exime in vitro optime epistomio vitreo muniendo in loco frigido atque obscuro serva. Ph. Gall. 1837 recepit. In vitris, in quibus medicinae liquidae dispensari solent, quoque parari potest.

SULPHUR LOTUM = Flores Sulphuris loti (p. 434).

SULPHUR PRAECIPITATUM = Lac Sulphuris (p. 499).

SULPHUR STIBIATUM AURANTIACUM vid. Sulphur auratum Antimonii (p. 775).

SULPHUR STIBIATUM RUBEUM vid. Kermes minerale (p. 496).

SULPHURETUM AMMONIAE vid. Liquor fumans Boylei (p. 523).

SULPHURETUM ANTIMONII PRAECIPITATUM = Kermes minerale (p. 496).

SULPHURETUM BARYI vid. Baryum sulphuratum (p. 128).

SULPHURETUM CALCARIAE ET STIBII vid. Calx Antimonii cum Sulphure (p. 147).

SULPHURETUM CALCII vid. Hepar Sulphuris calcareum (p. 463).

SULPHURETUM CARBONEI vid. Carboneum sulphuratum (p. 151).

SULPHURETUM HYDRARGYRI NIGRUM vid. Aethiops mineralis (p. 30).

SULPHURETUM HYDRARGYRI STIBIATUM vid. Aethiops antimonialis (p. 25).

SULPHURETUM KALII s. KALICUM s. POTASSII vid. Hepar Sulphuris salinum (p. 465).

SULPHURETUM MERCURII NIGRUM vid Aethiops mineralis (p. 30).

SULPHURETUM NATRII vid. Hepar Sulphuris natrinum (p. 464).

SULPHURETUM NATRII ET STIBII vid. Natrium sulphurato-stibiatum (p. 582).

SULPHURETUM OLEI VOLATILIS ANISATUM vid. Balsamum Sulphuris anisatum (p. 121).

SULPHURETUM OLEOSUM FIXUM vid. Balsamum Sulphuris simplex (p. 122).

SULPHURETUM SODICUM CUM AQUA vid. Hydrosulphuretum Natri (p. 467).

SULPHURETUM STIBII NIGRUM PRAEPARATUM vid. Antimonium crudum praeparatum (p. 36).

SUPERCARBONAS, SUPERACETAS, SUPEROXYDUM et nomina cetera in super incipientia vide nominibus antiquis et a basi derivatis; e. gr. Supertartras Potassae = Cremor Tartari, Supersulphas Kalicus = Kali sulphuricum acidum.

SUPPOSITORIA, Stuhlzäpfchen, *Suppositoires* sunt medicamenta sicca formae conicae, quae in anum ingeruntur. Consistentiam sevi vel saponis non penitus exsiccati habent. Crassitiem caulis pennae scriptoriae usque ad digiti minoris habent. Corpora, quae plurimum hunc in finem adhibentur, sunt Butyrum Cacao, Sevum, Sapo, Mel satis coctione induratum. Sapo cultri ope in formam conicam secatur, Sevum et Butyrum Cacao in conum chartaceum funduntur, ut solidefiant.

SUPPOSITORIUM AD ALVUM SOLLICITANDUM Ph. Palat.

Rec. Sapon Unc. duas, Sal. communis Unc. unam, Mellis inspissati q. s., fiant coni suppositorii.

SUPPOSITORIUM ANODYNUM, s. sedativum, s. leniens, s. narcoticum. Schmerzstillendes Stuhlzäpfchen. *Suppositoire anodyne.*

Rec. Opii Gran. duo ad Scrupulum, Sapon. medic. Drachm. unam; vel: Opii Gran. duo ad quatuor, Extr. Hyosc. Gran. decem ad viginti.

SUPPOSITORIUM ANTHELMINTHICUM Ph. Palat.

Rec. Mell. inspissati Unc. quatuor, Aloes Unc. dimidiam, Ferri sulphur. cryst. Drachm. duas, fiant coni Gran. quindecim. Swediaur: Aloes Unc. semis, Sal. commun. Drachm. tres, Farinae Tritici Unc. duas, Mellis q. l., fiant coni suppositorii.

SUPPOSITORIUM ANTIHAEMORRHOIDALE Cadet.

Rec. Suberis usti, Cerae āā part. unam, Butyri recent. part. duas.

SUPPOSITORIUM CATHARTICUM s. Elaterii.

Rec. Sapon. Drachm. unam, Elaterii Gran. duo, fiat conus suppositorius.

SUPPOSITORIUM COMPOSITUM.

Rec. Specierum Hierae picrae Unc. semis, Salis Gemmae Scrup. unum, Mellis ad spissitudinem cocti Unc. duas. Misce et fiant suppositoria variae magnitudinis.

SUPPOSITORIUM EMOLLIENS.

Rec. Butyri Cacao, Cerae part. aeq.; vel: Butyri Cacao part. unam, Cerae quadrantem.

SUPPOSITORIUM MELLIS COMMUNE.

Rec. Mellis Unc. duas, coque igne blando ad justam spissitudinem, adde Sal. commun. Drachm. duas, misce et in lamina marmorea Oleo inuncta conos forma.

SUPPOSITORIUM MELLIS IRRITANS Ph. Hisp.

Rec. Colocynth pulverat. Drachm. semis, Sal. culinar. Drachm. unam, Mell. despum. Unc. unam, fiant coni.

SUPPOSITORIUM NARCOTICUM s. OPIATUM vid. Suppositorium anodynum.

SUPPOSITORIUM VERMIFUGUM Richard.

Rec. Aloës Succotr. Gran. decem, Sapon. Drachm. unam. M. f. Suppositorium.

SURINAMINUM, Geoffroyinum, Surinamin, *Surinamine* est principium proprium chemicum ex cortice Geoffroyae Suriná-

mensis obtentum. Cortex pulveratus Spiritu Vini exhauritur, liquidum Aceto Saturni praecipitatur, Plumbum Gas hydrothionico praecipitatur, et colatum evaporatur. Surinamінum partim in crystallos tenues aciculares coit. *Usus:* nullus in re medica.

SYRUPUS, Syrup, *Sirop* est medicamentum, vel saepe condimentum, liquidum, Saccharo eo spissefactum ut lentius fluat. Sacchari vehiculum variae est indolis, scilicet Aqua, Vinum, Emulsio, Succus, Solutiones, Decocta, Infusa. Nil in eo requiritur, nisi quod Saccharum solvat. Liquores spirituosi Saccharum difficilius solvunt. Hac de causa Liquores spirituosi vel Tincturae nonnisi tenues adhibentur, et Sacchari ratio diminuitur. Saccharum in Syrupo inservit ad condiendas materias medicinales, ut facilius absorbeantur, nec saporem nauseosum prae se ferant, tum vero ad conservandas materias, ne citius in fermentationem, putrefactionem vel decompositionem ruant. Solutiones aquosae simul de sapore corriguntur atque conservantur. Dilutione citius tisanae atque potiones praeparari possunt.

Syrupus limpidus sit, nec corpora heterogenea, pulverulenta, sedimentosa suspensa teneat. Facilius eo in pejus vertitur.

Syrupus bene limpidus solutionem exhibet aquosam limpidam; hoc certissimum est experimentum.

Saccharum adhibetur pro Syrupis decoloribus album, quod Melis in mercatura dicitur; pro Syrupis coloratis Saccharum quoque crudum, quod Cassonada dicitur, adhiberi potest. Saccharum albiss., quod Raffinada dicitur, adhibere, luxuria est.

Syrupi variis methodis parantur. Solutione simplice parantur Syrupi cum Aqua pura, Aquis destillatis aethereis, Infusis limpidis.

Saccharum in frustula majora diffractum calore ordinario in liquidis solvatur; si citius agendum calor blandus adhibeatur. Filtratio per chartam emporeticam vel citius per colum laneum instituatur. Alii coctione parentur et Albumine Ovi clarificentur. Hoc in Syrupis coloratis, vel saltem coloris non plane expertibus, fieri solet. Albumina ovorum primum cum liquidi adhibendi pauxillo misceantur, tum saccharum et liquidi, quid restat, addatur. Miscela lente ad ebullitionem calefiat, quo fit, ut materiae alienae certius ab albumine circumdatae abripiantur. Aquae adhibendae copia non ad calculum exactissimum redigatur, sed, ne nimium addas, quod coctione abigi deberet, cave, quia Syrupus longa coctione colorem induit et in Saccharum Uvarum vertitur. Spuma multa in superficie liquidi bullientis exsurgit, quae ope spumatorii adimitur. Sub finem coctionis, quando Albumen coagulatum fuerit, vas ab igne auferatur, et liquor per colatorium laneum sine expressione trajiciatur. Sunt qui Albumen liquido ferventi addunt; hoc in Saccharo non nimis impuro fieri licet. Quod primum per colatorium transit, non raro turbidum est, vas ergo alterum mundum supponatur, si Syrupus limpidus transire coeperit, et portiuncula primum transgressa iterum colo infundatur.

Pro magnis Syruporum copiis colandis inservit Manica Hippocratis, colatorium scilicet conicum vel cylindricum, cum sutura unica verticali, et in extremo infimo ligatura cannabina in formam conicam constrictum, Filum in extremo affixum et in spatio interiore productum inservit ad sublevandum apicem Manicae, quando liquor tardius transire coeperit, ut parietes altiores tangat. Colatorium Taylorianum melior forma est Manicae Hippocratis. Cylindrus e texto gossypino satis arcto confectus, stellatim dispositus, inferne ligatura arcte constringitur, superne ad tubum infundibuli tali stannei alligatur, sacculus arctus linteus vel gossypinus super colatorium plicatum inducitur, et ligatura quoque ad fundibulum affigitur. In volumine parvo magna colantis panni superficies contenta est. Colatorii longitudo quatuor ad quinque pedes attingit. Raro in officinis adhiberi potest, nec tamen ad mensuras minutas constructum, omnino negligatur.

SYRUPUS ABSINTHII, s. **de Absinthio.** Wermuthsyrup. *Syrop d'Absinthe.*

Ph. Gall. 1837: Rec. Summitat. Absinthii Unc. duas, Aq ferv Unc. sedecim, digerantur per horas duodecim, exprimantur, in colatura solve Sacchari albi Unc. triginta duas, iterum cola.

SYRUPUS DE ABSINTHIO COMPOSITUS Ph. Wirt.

Rec. Absinthii Pontic. sicci Libr. semis, Flor. Rosar. rubrar. Unc. duas, Nardi Ind. Drachm. tres, infundantur incisis Vini albi et Succi Cydoniorum āā Unc. octo; digerantur in loco calido per biduum postea exprimantur; Colaturae Unc. decem adde Sacchari albi Unc. sedecim. Fiat Syrupus per pannum colandus.

SYRUPUS ACACIARUM FLORUM Ph. Wirt.

Rec. Flor. Acaciar. (Pruni spinosae) recent. Libr duas, infundantur Aquae font. ferventis Libr. duae, stent in digestione per noctem, in vase figulino vitreato, probe tecto. mane leviter exprimantur et colentur. Colaturae Unciarum undeviginti adde Sacchari albi Uncias triginta duas Fiat unica ebullitione syrupus, per linteum colandus.

† SYRUPUS ACETATIS MORPHINAE.

Ph. Gall. 1837: Rec. Syrupi simpl. Unc. sedecim, Morphii acetici Gran. tria et Gran. trientem in aquae guttulis, addito Acidi acetici pauxillo, solvenda.

SYRUPUS ACETI s. **acetosus**, s. **cum Aceto**, s. **Acidi acetici**, **Oxysaccharum**. Essigsyrup. *Sirop de vinaigre.*

Ph. Austr., Hisp., Lusit., Parm., Ross., Suec.: Rec. Aceti Vini part. unam, Sacch. albi part. duas, solve calore, cola. Disp. Fuld.: Aceti part. duas, Sacch albi part. tres et semis. Ph. Amst.: Aceti part. unam et semis, Sacchari part. duas. Ph. Amer., Edinb.: Aceti part. quinque, Sacchari septem; Ph. Ferr.: āā part. aequales. Ph. Gall. 1837: Aceti Unc. sedecim, Sacch. Unc. triginta.

SYRUPUS ACETI ANTIMONIATUS.

SPIELMANN: Rec. Vitri Antimon. pulv. Unc. unam, Aceti Unc. duodecim, infunde per horas 20, filtra, in colatura solve Sacch. albi Unc. octo, coque ad Syrupi consistentiam.

SYRUPUS ACETI RUBI IDAEI.

Ph. Gall. 1837: Rec. Aceti Rubi Idaei Unc. sedecim, Sacch. albi Unc. triginta, solve, cola.

SYRUPUS ACETOSELLAE s. Acetosae.

Disp. Vet.: Rec. Succi Acetosellae depurati Unc. decem, Sacchari albi Unc. sedecim, solve, cola.

SYRUPUS ACETOSITATIS CITRI. Citronensaftsyrup. *Sirop de Limons.*

Synon.: Syrupus Succi Citri, Syrupus de Citreorum Succo, Syrupus Citri medicae. Citronenzuckersaft.

Rec. Succi Citri recenter expressi
Uncias viginti,
Sacchari albi in frustis totis
Libras tres,
in vase porcellaneo misce, sepone per horas aliquot ut Saccharum dilabatur, tum lenis caloris ope solve et cola.

Sit decolor, limpidus, saporis grati acidulo dulcis. Acidum sulphuricum ne contineat, si Acido citrico paratus fuerit, quod Salibus baryticis, addito Acido nitrico, exploratur. Cuprum ne contineat, si in vasis cupreis non bene mundatis paratus fuerit, quod Spiritu Salis Ammoniaci caustico, vel Kali borussico exploratur.

De Pharmacopoearum dissensu ne operam perdamus in Syrupo qui condimenti partes plerumque agit. Codices Germanici plurimi de formula illa consentiunt; Dispensatoria vet. Succi Unc. decem, Sacchari Unc. sedecim habent. Syrupus hic dilutior est, et facilius decomponitur. Coctio in Syrupis acidis non est laudanda, quippe qua Saccharum chemice mutatur et in Saccharum Uvarum partim vertitur. Si vasis cupreis uteris, haec guttulis acidi muriatici antea humecta et bene lava. In vitris orificii lati hic Syrupus bene parari potest, si balneo aquae uteris. Vasis stanneis quoque uti licet.

SYRUPUS ACIDI ACETICI s. ACETOSI vid. Syrupus Aceti.

SYRUPUS ACIDI CITRICI. Citronensäuresyrup. *Sirop d'Acide citrique.*

Ph. Gall. 1837: Rec. Acidi citrici cryst. Drachm. duas et semis, Aq dest. Drachm. quinque, Syr. Simplic. Unc. sedecim, m.

† SYRUPUS ACIDI HYDROCYANICI. Blausäuresyrup. *Sirop d'Acide hydrocyanique.*

Ph. Gall. 1837: Rec. Acid. hydrocyan. medicinal. Drachm. unam, Syr. simpl. Unc. sedecim.

SYRUPUS ACIDI PHOSPHORICI. Phosphorsäuresyrup. *Sirop d'Acide phosphorique.*

HENRY, SOUBEIRAN: Rec. Acid. phosph. medicinal. Unc. semis, Syr. Rubi Idaei Unc. triginta duas.

SYRUPUS ACIDI TARTARICI. Weinsteinsäuresyrup. *Sirop d'Acide tartrique.*

Ph. Gall. 1837: Rec. Acid. tart. Drachm. duas et semis, Aq. dest. Drachm. quinque, Syrup. simpl. Unc. sedecim, m.

SYRUPUS ACIDUS s. acidi sulphurici.

VOGLER Weilb.: Rec. Syrup. Rubi Idaei Unc. duas, Spir. Vitrioli acidi Drachm. unam.

SYRUPUS ADIANTHI vid. Syrupus Capillorum Veneris.

SYRUPUS ADIANTHI FERNELII Disp. Prag.

Rec. Adianth. albi Manip. tres, — nigri, Hb. Saxifrag., — Beton., — Pimpin., — Asplenii āā Manip. duos, coquantur cum Aqua ex Libr. octo ad Libr. quinque, in colatura expressa solve Sacch. albi Libr. quatuor, Mell. despum. Libr. semis.

SYRUPUS ADSTRINGENS MAGISTRALIS s. Rhei et Rosarum compositus.

Rec. Rosar. rubr Unc. duas, Rad. Rhei Unc. unam et semis, Myrobalanor. citrin, Flor. Granator āā Unc. unam, infunde Aq ferv. Libr. quatuor, digere per horas 24, cola et filtra per chartam; seorsum digere Cinnamomi, Ligni Santal. citrin. āā Drachm. duas, et Aq. Rosar. Unc. octo in balneo aquae; tum coque in catino Syrupi simpl. Libr. tres, cui adde decoctum illud adstringens, tum Succi Berberid., — Ribium āā Unc. quatuor, denique adde Infusum illud aromaticum.

SYRUPUS ADSTRINGENS SAINTE-MARIE.

Rec. Rad. Lopeziae Unc. unam, Aq. ferv. Libr. duas, digere per horas 48, coque ad Unç. sedecim remanentiam, in quibus solve Sacch albi Libr. unam.

SYRUPUS ADSTRINGENS JOUBERTI.

Rec. Bacc. Myrtill. Drachm. triginta, — Berberid., Fol. Rhois, Granator. āā Drachm. viginti, Fruct Mespili, — Sorbi immatur. āā Unc. tres, Succ. Granat., — Cydon. āā Libr. duas et Unc. octo, coque, colatur. adde Sacchari albi Libr. sex et Unc. octo, Ligni Santali citrin. Unc. semis, Cinnamomi Drachm. duas.

SYRUPUS AETHEREUS, s. cum Aethere sulphurico, s. cum Naphtha Vitrioli. Aetherſyrup. *Sirop d'éther.*

Rec. Syr. simpl. Unc. sedecim, Naphth. Vitrioli Unc. unam, conquassando misce et Syrupum limpidum separa.

SYRUPUS DE AGRESTA, Syrupus Omphacii, s. Succi Agrestae. Unreife Traubenſyrup. *Sirop de Verjus.*

Rec. Agrestae sive Succi Uvarum, quae paulo antequam maturuerint, expressi, Libr. unam et semis, Sacch. albi Libr. duas. Coquantur, in vase figulino vitreato ad justi Syrupi consistentiam.

SYRUPUS ALCALINUS Ph. Genev.

Rec. Sal. Tartari Drachm. tres, Syr. simpl. Unc. sex.

SYRUPUS ALKERMES vid. Syrupus Granorum Kermes.

SYRUPUS ALLII. Knoblauchſyrup. *Sirop d'Ail.*

Ph. Amer., Dubl.: Rec Rad. Allii sativi concis. Libr. unam, Aqua ferv. Unc triginta duas, infunde, cola, in colatura solve Sacch. albi pondus duplum colaturae, cola. Ph. Fenn., Lusit., Succ., Herbip.: Allii partem unam, Aq. part. duas Disp. Lipp. Alli part. sex, Aq. duodecim, Sacchari sedecim.

SYRUPUS DE ALLIO FULLERI.

Rec. Rad. Allii concis, Sem. Anisi contus. āā Unc. semis, Rad. Enulae Drachm. tres, — Liquir. Drachm. duas, Spir. Vini Gall. Libr. duas, digesta cola, adde Syrupi Libr. duas, flamma admota liquorem accende, agita rudicula donec extinguatur, cola.

SYRUPUS ALTHAEAE. Eibiſchſyrup. *Sirop de Guimauve.*

Aec. Radicis Althaeae concisae et
contusae Unciam unam,
in vitrum immissae affunde
Aquae destillatae frigidae
Uncias duodeviginti;
macerentur per noctem, tum
colentur per pannum laneum
sine expressione.
In colatura Unciarum quindecim
leni calore dissolve
Sacchari albi Libras duas.

Vis: demulcens, bechica.

Sit Syrupus limpidus, consistentiae tenacis coloris flavescentis, non acescat nec floccos demissos monstret.

De Pharmacopoearum discordantia parum loquamur. Omnes fere Codices Germaniae, excepto Hamburgensi, plerique alii aquam fervidam Radicibus Althaeae infundi jubent; ponderum ratione non mutata, quo fit, ut Amylon quoque solvatur, et solutio turbida, sedimentum demittens obtineatur. Jure ergo coctionem vel infusionem fervidam deseri putavimus. Auctorem quoque has in opinione habemus Ph. Gallicam 1837, quae methodum, in Gallia a CHEREAU, apud nos a WELCKERO excogitatam, secuta est. Syrupus Radice cocta vel fervide infusa paratus facillime aciditatem contrahit ex Amylo, quod continet, et medicamentum nauseosum exhibet. In mixturis cum Sulphure aurato mixtus Syrupus acidus odorem ovorum putrefactorum excitat, qui summopere perhorrescitur. Ph Gall. habet: Rad. Alth. Unc. unam, Aq. frigidae Unc. sex, macerentur per horas 12 sine expressione colentur, addantur Syrupi simplicis Unc. triginta duae. Asparagino, quod Radicibus Althaeae inest, virtutes medicae non adscribuntur. Syrupus frigide paratus limpidior est sed flavior quoque, nec sedimentum in vitris medicinalibus demittit. Mucilago vegetabilis optime Aq. frigida dissolvitur ex radice.

SYRUPUS DE ALTHAEA FERNELII, s. compositus. Zuſammengeſetzter Eibiſchſyrup. *Sirop de Guimauve composé.*

Ph. Wirt.: Rec Rad. Alth., — Gramin., — Asparagi, — Liquirit, Hb. Alth., — Parietar, — Pimpinell, — Plantagin., — Adianthi albi et nigri āā Drachm. tres, Passularum mund. Unc. semis, Cicer. rubr. Unc. unam, incisa coquantur ex Aquae Libris quatuor, usque dum Unciae viginti octo supersint, deinde cum Sacchari albi Libris quatuor, fiat Syrupus. Ph. Dan.: Rad. Althaeae Unc. tres, Aq. commun. Libr. sex, coque ad consumtionem tertiae partis, sub finem adde Rad. Liquir. Unc. tres, in colatur. solve Sacch. albi Libr. sex. Ph. Sard.: Rad. Alth. Unc. quatuor, — Pimpinell. alb.. Baccar. Alkekengi āā Unc. duas, Hb. Alth., — Parietar. āā Manip. tres, Aq. commun. Libr. decem, coque ad quartae partis consumtionem, in colatur. solve Sacch. alb. Libr. quatuor, coque ad Syrupum.

SYRUPUS AMMONIACI s. de Ammoniaco vinosus s. expectorans. Ammoniakſyrup. *Sirop d'Ammoniaque.*

Rec. Gummi Ammoniaci pulverati Unc. duas, dissolve leni calore in Vini albi generosi Unciis decem, adde Sacchari albi, ad consistentiam tabulati coquendi, Uncias sedecim. Agitentur dum refrigescant. Hanc formulam habent Ph. Wirt., Hann., Slesv.-Hols., Hamb.

SYRUPUS AMYGDALARUM vid. Syrupus emulsivus.

SYRUPUS AMOMI ZINCIBERIS vid. Syrupus Zingiberis.

SYRUPUS ANALEPTICUS Vogler Weilb.

Rec. Syrup. Rhoeados Drachm. quatuordecim, Elixir. Acid. Vogleri Drachm. duas.

SYRUPUS ANETHI vid. Syrupus Foeniculi.

SYRUPUS ANODYNUS Ph. Herbip.

Rec Sem. Stramonii grossiuscule contusorum Unc. unam, Aceti Libr. unam, digere, in colatura solve Sacch. albi Libr. duas.

SYRUPUS ANTHEMIDIS vid. Syrupus Chamomillae.

SYRUPUS ANTIARTHRITICUS et ANTIHYDROPICUS vid. Syrupus de Scammonio.

SYRUPUS ANTIMONIATUS vid. Syrupus emeticus.

SYRUPUS ANTISCORBUTICUS, s. de Barateau, Syrupus Cochleariae officinalis compositus. Antiſcorbutiſcher Syrup, Löffelkrautſyrup, Mährrettigſyrup. *Sirop antiscorbutique, Sirop de Raifort composé.*

Ph. Gall. 1837: Rec. Hb. recent. Cochleariae, — Trifol. fibrini, — Nasturtii, Rad. Raphani rusticani, Pomorum Aurantiorum recentium amarorum ãã Unc. sedecim, Cinnamomi Unc. semis, Vini albi generosi Libr. quinque et Unc. quatuor, macerentur per duos dies tum ex balneo aquae destillent Unc. sedecim, in quibus in vase clauso dissolve Sacchari albi Unc. triginta duas. Herbas in vase destillatorio residuas exprime, succum sepone ut clarificetur; adde Sacchari albi Unc. triginta duas et Albumine Ovorum clarificando in Syrupum coque, cui refrigerato liquorem illum priorem admisce. Brevius agitur, si absque destillatione Vinum exprimes et in colato totam Sacchari copiam leni calore solves.

SYRUPUS ANTISCORBUTICUS DE Portal. Portal's antiſcorbutiſcher Syrup. *Sirop de Raifort et de Gentiane composé.*

Rec. Rad. Gentian. Unc. duas, — Rub. tinct., Cort. Chin. ãã Unc. unam; infunde Aq. bull. q. s., colaturae adde Syrup. Sacchar. Libr. undecim. Coque ad consistentiam Syrupi. Tunc rec. Rad. Armorac. Unc. duas, Hb. Nasturtii, — Cochleariae ãã q. s. ad Succ. express. Unc. duodecim, quibus adde Sacchar. alb. Unc. viginti duas. Fiat Syrupus, et misce cum priore.

SYRUPUS ANTISCROPHULOSUS Bories.

Rec. Cort. Chinae rubr., Rad. Gentian. ãã Unc. tres, Cort. Mezerei Unc. unam et semis, Hb. Digitalis purpur. Drachm. duas et semis, Aq. comm Libr. duas, coque, cola, in colaturae Unc. sedecim infunde Cort. Aurant. Unc. unam, Caryophyll. Unc. semis, in colatura dissolve Sacchari albi Unc. triginta duas.

SYRUPUS ANTISYPHILITICUS Larreyi.

Rec. Rad. Sarsaparillae Unc. triginta duas, Aq. commun. Libr tredecim, macerata per horas 12 coque per duas et cola; residuum coquatur bis cum aequali copia aquae; colaturas tres junctas sepone; praeterea recipe Flor. Rosar. rubr. Unc. semis, Fol. Senn. Unc. duas, Sem. Anisi Drachm. duas, Aq. ferv. Libr. duas, Succi Boraginis depurati Unc. octo, infunde in balneo aquae per horas 12, cola cum expressione et sepone; interea decoctum Sarsaparillae ad Libr. octo evaporet, cui deinde addantur Infusum illud supra dictum et Sacchari albi, Meli albi ãã Libr. quatuor; Syrupum albuminibus ovorum clarificatum bullientem cola per manicam, rite fac evaporare tum refrigerare. Tunc recipe hujus Syrupi Libr. tres et Unc. quatuor, Sal. Ammon., Mercur. sublimat. corros., Extr. Opii ãã Gran. decem, Liquoris mineral. anodyn. Hoffm. q. s. ad solvendum Sal Ammoniacum et Sublimatum; misce.

† SYRUPUS ANTISYPHILITICUS s. ANTIVENEREUS St. Ildephont.

Rec. Mercur. sublim. corros. Gran. quindecim, Spir. Vini rectss. Drachm. duas, bene tritura ut bullae dispareant et Sal solvatur, tum infunde in Syr. Capill. Vener. Libr. duas; in balneo aquae Spiritus evaporet.

SYRUPUS APII s. Radicum Apii.

Rec. Rad. Apii graveolentis Unc. unam, Aq. Apii dest. Unc. triginta duas, digere in balneo aquae per horas duas, cola, filtra, in colatura solve Sacchari albi duplum pondus.

SYRUPUS APII COMPOSITUS vid. Syrupus de Quinque Radicibus.

SYRUPUS AQUILEGIAE Disp. Brunsv.

Rec. Flor. Aquilegiae recent Libr. duas, Aq. ferv. Libr. quatuor, digere, cola, colaturam bis in eandem Florum novorum copiam infunde; in colatura tertia solve Sacch. albi Libr. quatuor, clarifica et cola rite inspissatum.

SYRUPUS ARMORACIAE s. Raphani rusticani. Mährrettigſyrup. ***Sirop de raifort sauvage.***

Ph. Suec.: Rec. Succi recenter expressi Cochleariae Armoraciae q. v., Sacch. albi q. s. ad consistentiam Syrupi (e. gr. duplum). Disp. Fuld., Lipp.: Succi et Sacchari par pondus.

SYRUPUS ARMORACIAE COMPOSITUS vid. Syrupus antiscorbuticus.

SYRUPUS AROMATICUS vid. Syrupus Artemisiae compositus.

SYRUPUS ARTEMISIAE. Beifußsyrup. *Sirop d'Armoise.*

Ph. Gall. 1837: Rec. Hb. Artemisiae vulgaris Unc. duas, Aq. fervid. Unc. sedecim, in colatura solve Sacch. albi Unc. triginta duas. Ph. Wirt.: Rad. Rubiae tinct., — Rusci āā Unc. duas, Hb. Artemisiae Unc. unam, — Pulegii, — Melissae, — Dictamni Cretici, — Sabinae āā Drachm. tres, Flor. Hyperici Drachm. duas, Sem. Nigellae Unc. unam et semis, Cassiae ligneae Unc. unam. Radicibus incisis infunde Aquae fontanae Libr. tres; macerentur per noctem, mane leniter ebulliant, ad colaturae remanentiam Librarum duarum, quam infunde herbis et reliquis ingredientibus, minutim incisa facta digestione per viginti quatuor horas exprimantur; in colaturae Unciis novem dis solve Sacchari albi Uncias sedecim, et per pannum cola.

SYRUPUS ARTEMISIAE COMPOSITUS, s. aromaticus. Zusammengesetzter Beifußsyrup. *Sirop d'Armoise composé.*

Ph. Gall. 1837: Rec. Summitat. Artemisiae vulgaris Unc. sex, Rad. Enulae, — Levistici, — Foeniculi āā Unc. semis, Hb. Menth. Pulegii, — Nepetae catariae, — Sabinae āā Unc. sex, — Majoranae, — Hyssopi, — Matricariae, — Rutae, — Basilici āā Unc tres et semis, Sem. Anisi, Cinnamomi āā Drachm. novem, Mellis albi Unc. triginta duas, Aq. commun. Libr. viginti et unam; macera per dies tres, tum destillatione Unc. octo elice, in quibus solvas Sacchari albi Unc. sedecim. Residuum destillationis exprime, subsidendo clarifica, in liquore decanthato solve Sacchari albi Libr. quinque et Unc. quatuor, albumine clarifica tum adde Syrupum aromaticum priorem.

SYRUPUS CUM ARTEMISIA ET CASTOREO Lemery.

Rec. Hb. Artemisiae Unc. tres, Aq. comm. Libr. quatuor, Arcani duplic. Unc. semis, Cinnamomi Drachm. tres. Castorei, Spicae Nardi āā Drachm. unam, Sacch. albi Libr. duas. Artemisiam cum Aqua coque ad colaturam Libr. duarum, in qua Saccharum solve denique cetera admisce in nodulum ligata.

SYRUPUS AD ARTHRITIDEM ET HYDROPEM vid. Syrupus de Scammonio.

SYRUPUS DE ARUNDINE s. Calami.

Rec. Cort. Citri recent. Unc. sex, digere in Succi Pomorum Libr. semis, exprime, cola; Radicis Calami recentis concisae Unc. duodeviginti digere in Succi Pomorum Unc. duodeviginti et Aquae commun. Libr. sex, coque ad dimidiam, adde Flor. Farfarae Manip. duos, cola, exprime, solve Sacchari albi Libr. unam, Mellis albi Libr. tres, clarifica et decoque ad Syrupum.

SYRUPUS ASPARAGI, s. cum Succo Asparagi, s. Turionum Asparagi. Spargelsyrup, *Sirop de Pointes d'Asperges.*

Ph. Gall. 1837: Rec. Succi expressi et depurati Asparagorum Libr. unam, in balneo Aquae in illo dissolve Sacchari albi Libr. duas. Methodus de Rosiza per nimias ambages deducta illam simpliciorem minime superat.

SYRUPUS ASTHMATICUS Fuller.

Rec. Hb. Digital. Unc. duas, Aq. Hyssopi, — Pulegii āā Unc. octo, macerentur per horam adde colaturae Rad. Liquir. Unc. semis, Rad. Enulae, — Sem. Anisi āā Drachm. unam, Agarici Drachm. duas, fiat infusio calida per horam; in colaturae Unciis undecim solve Sacch. alb. Unc. duodeviginti; in colaturae non saccharatae Unc. una solve Gummi Ammon. Unc. semis, denique utrasque colaturas misce, adde Tinct. Benzoes Drachm. tres.

SYRUPUS ATRIPLICIS vid. Syrupus Chenopodii.

SYRUPUS AURANTIORUM s. e Succo Aurantiorum. Pomeranzensaftsyrup. *Sirop d'Oranges.*

Ph. Gall. 1833: Rec. Succi Aurantiorum depurati et filtrati Libr. duas, Sacchari albi Libr. tres et semis, leni calore solve et adde Elaeosaccharum Aurantiorum, quo jucundior fit. Ph. Gall. 1837. Succi Unc. sedecim, Sacchari Unc. triginta. (Cf. Syrupus Corticum Aurantiorum.)

SYRUPUS AURI Niel.

Rec. Auri pulver. praecipitati Scrup. unum, Syr. Sacch. Unc unam.

SYRUPUS AURI MURIATICO-NATRONATI Bories.

Rec. Auri muriatico-natronati Gran. unum, Syr. Sarsaparill. Unc. octo.

SYRUPUS BALSAMI PERUVIANI s. Balsami Indici nigri s. balsamicus. Perubalsamsyrup. *Sirop de Baume de Perou.*

Rec. Balsami Peruv. Unc. unam, Aq. fervid. Libr. unam, digere in vase clauso; post refrigerium decantha et in liquoris Unc. decem solve Sacch. albi Unc. duodeviginti. Hanc formulam Ph. Bor. ed. 3 et 5, Hann. et Polon. habent. Ph. Wirt. et Brunsv.: Julapii rosati Libr. unam, Tinct. Balsam. Peruv. Unc. semis.

SYRUPUS BALSAMI TOLUTANI s. balsamicus, s. Toluiferae Balsami, s. Tolutanus. Tolubalsamsyrup. *Sirop de Baume de Tolu.*

Ph. Gall. 1837: Rec. Balsami Tolut. Unc. quatuor, Aq. comm. Unc. sedecim, digere in balneo Aquae per horas duas interdum agitanda, filtra, adde Sacchari albi duplum, quod erat colatura, dissolve leni calore in vase clauso et cola. Ph. Hamb. 1835: Syr. simpl. Unc.

tres, Tinct. Balsami Tolutani Drachm. unam. Ph. Lond. 1836: Balsami Tolutani Drachm. decem, coque cum Aquae comm. Unc. sedecim, liquorem refrigeratum cola in quo solve Sacch. albi Libr. duas et semis. Ph. Edinb., Amer. 1820: Tinct. Balsami Tolutani Unc. unam, Syrupi simpl. vix refrigerati Libr. duas, Tincturam sensim Syrupo immisce.

SYRUPUS BECHICUS vid. Arcanum bechicum (p. 99).

SYRUPUS BELLADONNAE s. cum Extracto Belladonnae. Belladonnasyrup. *Sirop de Belladonne.*

Ph. Gall. 1837: Rec. Extr. Belladonnae Gran. viginti septem. solve in Aq. comm. Unc. dimidia, admisce Syrupi simplicis bullientis Unciis sedecim.

† SYRUPUS Belleti MERCURIALIS.

Rec. Mercurii nitrosi crystallisati Drachm. tres, solve in Aquae destill., cum Acido nitrico acidulatae, Drachm. decem, adde Syr. simpl. Libr. duas et semis, Spir. Nitri dulcis Drachm. unam.

SYRUPUS BELLIDIS E SUCCO. Gänseblumensyrup. *Sirop de petite Marguerite.*

Rec. Succi, e tota planta Bellidis minoris, depurati, et ad dimidias evaporati, Unc. novem, Sacchari albi Unc. sedecim. Fiat saccharo unica ebullitione solvendo syrupus, qui per pannum colatus servetur.

SYRUPUS BENZOES. Benzoesyrup, *Sirop de Benjoin.*

Ph. Gall. 1818: Rec. Benzoes Libr. semis, Aq. comm. Libr. duas, digere in balneo aquae per horas 12, cola, in colatura solve Sacchari duplum.

SYRUPUS BERBERIDIS, s. Berberidum. Berberitzensyrup. *Sirop de Berberis.*

Rec. Succi Berberidum depurati Uncias viginti, Sacchari albi Libras tres, solve unica ebullitione, cola per pannum laneum.

Codices Germaniae plurimi, scil. Bor ed. 5, Hass., Slesv.-Hols. tum Polon. hanc formulam habent. Ph. Wirt., Dan. Succi Unc. decem, Sacchari Unc. sedecim. Ph. Gall. 1837: Succi Unc. sedecim, Sacchari albi Unc. triginta. Ph. Bavar.: Saccharum duplum sit Succi.

SYRUPUS BETONICAE. Betoniksyrup. *Sirop de Betoine.*

Ph. Wirt.: Rec. Herbae Betonicae recens siccatae Unc. quatuor. Incisa macerentur in Aquae Betonicae destillatae Libr. una. Post sufficientem extractionem exprimantur et in expressi Unciis novem dissolve unica ebullitione Sacchari albi Unc. sedecim. Syrupus colatus per pannum, servetur.

SYRUPUS BETULAE.

Succus Betulae verno tempore ex cortice vulnerato collectus ad Syrupi consistentiam evaporet.

SYRUPUS BORAGINIS. Boratschsyrup, *Sirop de Bourrache.*

Ph. Wirt.: Flor. Borag. recent. Libr. semis. Infunde in Aquae fontanae ferventis Libra una; digerantur per noctem, exprimantur, et infusi clarificati Unciis novem, adde Sacchari albi Uncias sedecim. Ph. Gall. 1837: Succi expressi Hb. Borag. Libr. unam, Sacch. albi Libr. duas, solve.

SYRUPUS BOYLEANUS Spielmann.

Rec. Rad. Consolid. major. Unc. sex, Hb. Plantag Unc tres, contunde, exprime succum, quem purifica, tum coque cum Sacchari albi pari pondere in Syrupum.

SYRUPUS BRASSICAE RUBRAE.

Ph. Gall. 1837: Rec. Brassicae oleraceae rubrae q. v., contunde, succum exprime, quem cum duplo pondere Sacchari albi in Syrupum coque.

SYRUPUS BRYONIAE.

Ph. Wirt.: Rec. Succi radicum Bryoniae defaecati Libr. unam et semis, Sacchari Unc. triginta duas. Fiat, unica ebullitione, post Sacchari despumationem, Syrupus.

SYRUPUS BUGLOSSI Ph. Wirt.
sicut Syrupus Boraginis ejusd. Pharm.

SYRUPUS BYZANTINUS Mesues.

Rec. Succi Apii, — Endiviae āā Libr. duas, — Buglossi, — Lupuli āā Libr. unam, Sacch. albi Libr. quatuor.

SYRUPUS BRUNELLAE Ph. Wirt.
sicut Syrupus Boraginis.

SYRUPUS CAPILLORUM VENERIS. Capillärsyrup. *Sirop capillaire.*

Rec. Herbae Capillorum Veneris
concisae Uncias tres,
infunde Aquae communis fervidae Libras tres et dimidiam;
in infuso colato blando calore dissolve
Sacchari albi Libras quinque
ut fiat Syrupus, cui admisce
Aquae Naphae Uncias duas.

Hanc formulam Ph. Wirt., Brunsv., Hann. habent et non mutandam putavi. Ph. Hass.: Hb. Capill. Vener. Unc. unam, Aq. fervid. q. s. ut sit colatura Unc. duodeviginti, in quibus solve Sacch. albi Libr. tres et semis,

adde Syrupo Aq. Naphae Unc. sex. Ph. Gall. 1837: Hb. Adianthi pedati (Canadensis) Unc. sex, Aq. fervid. Libr. quatuor, in colatura solve Sacch. albi Libr. quinque et Unc. quatuor. Ceterorum Codicum varietatem omittamus. Non raro hic Syrupus ex Capillo Veneris nigro, qui ab Asplenio Adianto nigro Linn. derivatur, paratur. Hanc ego filicem pro dulcedine et suavitate odoris imo Capillo Veneris genuino vel Monspeliaco anteponendam censeo, nec vitio vertatur, si in parando Syrupus filix nostra abhibetur.

SYRUPUS CAPILLORUM VENERIS COMPOSITUS.

Rec. Capillorum Veneris Unc. quinque, Linguae Cervinae Unc. semis, Malvae Drachm. duas, Rad. Asparagi Unc. unam, Glyzyrrhizae Unc. duas. Macerentur in aquae fontanae simplicis Libris duabus et digerantur loco calido per noctem. Mane coquantur ad consumtionem circiter Unciarum sex. Residuo expresso, et albumine ovi clarificato, adde Sacchari albi Uncias triginta duas. Fiat unica ebullitione Syrupus.

SYRUPUS CAPITUM PAPAVERIS vid. Syrupus Diacodii.

SYRUPUS CAPRIFOLII Ph. Gall. 1818 et 1837.

Rec. Flor. Caprifolii recent. Libr. quatuor, Aq. ferv Libr. octo, infunde, cola, colaturam decanthatione depura, tum in ea solve Sacchari albi duplum pondus ut fiat Syrupus.

SYRUPUS CARDIACUS Ph. Wirt.

Rec. Vini generosi Unc. octo, Aq. Rosarum Unc. duas et semis, Cinnamomi Drachm. tres, Caryophyll. Drachm. unam, Rad. Zingiberis Drachm. semis. Infusa digerantur, ac sufficiente facta extractione exprimantur; in expresso solvantur Sacchari Unciae sedecim.

SYRUPUS CARDUI BENEDICTI Ph. Pal., Brunsv.

Rec. Succi Hb. Cardui bened. evaporatione ad dimidium redacti Unc. duodeviginti, Sacch. albi Unc. triginta duas, solve, cola.

SYRUPUS CARTHAMI SOLUTIVUS Ph. Hisp.

Rec. Sem. Carthami Unc. quatuor, Aq. commun. Libr. sex, decoquantur ad colatur. Libr. quatuor, sub finem adde Fol. Senn. Unc. quatuor, Sem. Anisi Unc. semis, in colatura solve Sacch. albi Libras duas.

SYRUPUS CARYOPHYLLI vid. Syrupus Dianthi.

SYRUPUS CASCARILLAE Ph. Wirt.

Rec. Cort. Cascarill. Unc. tres, infunde Vini albi Unc. viginti duas, in colatura solve Sacch. albi Unc. triginta duas.

SYRUPUS CATECHU. Catechusyrup. *Sirop de Cachou.*

Ph. Gall. 1837: Rec. Extr. Catechu purificat. Drachm. unam et Scrup. duos, solve, in Aq. comm. Unc. duabus, adde Syrupi simpl. ebullientis Unc. sedecim.

SYRUPUS CENTAURII MINORIS Ph. Wirt.

Rec. Flor. Centaurii minoris recent. Libr. unam; incisis infundatur Aquae fontanae ferventis Libra una; stent per noctem, mane exprimantur, et expressum Florum recent. Librae uni infundatur; post macerationem per noctem exprimantur; colaturae albumine ovi clarificatae Unc. novem adde Sacch. albi Unc. sedecim.

SYRUPUS CEPARUM. Zwiebelsyrup. *Sirop d'oignons.*

Rec. Ceparum albarum Unc. octo, coque in Aq comm. Libr. duabus et Unc. octo, in colatura solve Sacch. albi Libr. duas et Unc. octo, coque ad Syrupi consistentiam.

SYRUPUS CERASORUM. Kirschensyrup. *Sirop de Cerises.*

Synon.: Syrupus Cerasorum acidorum.

Rec. Cerasorum acidorum cum nucleis contusorum quantum placet, contusa stent per tres dies, deinde exprime, et succum quiete defaeca. In hujus
Succi Unciis viginti
solve leni calore
Sacchari albi Libras tres,
Syrupus per pannum laneum coletur.

Hanc formulam satis concinnam et usu probatam habent Ph. Bor. ed. 5, Hann., Hamb., Hass., Oldenb., Polon., Slesv.-Hols. Succi partem unam, Sacchari partes duas Ph. Fenn. et Lipp. habent. Ph. Gall. Succi Unc. sedecim, Sacchari Unc. triginta Ph. Dan., Wirt. Succi decem, Sacchari sedecim partes. Ph. Ferr. par pondus amborum.

SYRUPUS CHALYBEATUS.

Cadet: Rec. Vitrioli Mart. Unc. unam, solve in Aq. comm. ferv. Unc. octo, solutioni filtratae adde Sacch. albi Unc. sedecim, Gummi Arab. Unc. duas. Ph. Sard. Vini martial. Libr duas, Aq. Cinnam. vinos. Unc. semis, Syr. Sacch. Libr. duas, decoque in Syrupum.

SYRUPUS CHALYBEATUS Willisii.

Rec. Vitriol. Mart. Drachm. unam, Aquae Drachm. duas, Syr. Gummi Arab. Unc. septendecim et Drachm. tres.

SYRUPUS CHAMOMILLAE. Chamillensyrup. *Sirop de Camomille.*

Ph. Bor. ed. 5, Slesv.-Hols.: Rec. Flor. Chamomill. vulg. Unc. quatuor, Aq. ferv. q. s. ut colatura Unc viginti obtineatur, in qua

leni calore solve Sacchari albi Libr. tres. Ph. Hann.: Flor. Chamom. Unc. octo, Aq. dest. fervid. Libr. tres, in colatur. Unc. viginti octo solve Sacch. alb. Libr. quatuor. Ph. Hamb.: Flor. Chamom. Unc. unam, Aq. ferv. Unc. octo, in colatura Unc. septem solve Sacch. alb. Libr. unam. Ph. Gall. 1837: Flor. Chamom. Libr. unam, Aq. ferv. Libr duas, Sacchari duplum colaturae. Ph. Wirt., Palat.: Flor. Chamom. vulg. recent. Libr. unam, infunde Aq. font. fervent. Libr. unam. Stent in vase probe clauso, per duodecim horas, postea exprimantur; infusio repetatur in Flor. Chamom. Libr altera, post extractionem exprimatur et clarificetur infusum, atque ex ejusdem Unc. novem cum Sacchari albi Unc. sedecim fiat Syrupus.

SYRUPUS CHENOPODII s. Atriplicis Mexicanae Ph. Wirt.

Rec. Hb. Chenopodii sive Atriplicis suaveolentis Mexicanae Manip. quatuor, — Erysimi, — Urticae āā Manip. duos, — Farfarae manipulum. Infundatur Aquae fontanae bullientis Libra una et Succi Raparum alb. Libr. semis, post sufficientem extractionem exprimantur, expresso addantur Sacchari albi Librae duae, fiat Syrupus.

SYRUPUS CHEREFOLII P. Gall. 1837.

Rec. Succi depur. Scandicis Cherefolii Libr. unam, Sacch. albi Libr. duas, solve.

SYRUPUS CHINAE, s. Chinae-chinae, s. Cinchonae, s. Corticis Peruviani aquosus. Chinasyrup, Fieberrindezuckersaft. *Sirop de Quinquina.*

Ph. Gall. 1837: Rec. Pulv. gross. Chinae fusc., coque in vase obtecto per horam dimidiam cum Aq. comm Libr. duabus et Unc. octo, cola, consume evaporatione ad dimidium voluminis sui, solve in ipso Sacch albi Libr. duas et Unc. octo. Ph. Bat., Belg.: Chinae Unc. duas, Aquae Unc. viginti quatuor, coque ad colaturam Unc. duodeviginti, adde Sacchari albi Unc. sex et coque in Syrupum. Ph. Bavar.: Chinae fusc. part. unam, coque in Aq. comm. part. duodecim, donec octo remaneant, in decocto solve Sacch. albi Unc. sedecim, cola.

SYRUPUS CHINAE COMPOSITUS s. Radicis Chinae compositus.

Ph. Hisp.: Rec. Rad. Chinae, — Sarsaparill. āā Unc tres, Rasur. Ligni Guajaci, — Santal. rubr. āā Unc. unam, Aq. comm. Libr. duodecim, digere per horas 24, tum coctione ad dimidium redige et colaturae adde Sacch. albi Libr. quatuor, f. Syrupus.

SYRUPUS CHINAE VINOSUS, Syrupus cum Kina-Kina vino paratus. Weiniger Chinasyrup. *Sirop de Quinquina au vin.*

Ph. Wirt., Slesv.-Hols.: Rec. Cort. Chinae pulv. Unc. quatuor, Cinnamomi Unc. unam, Vini rubri generosi Libr. duas, macerentur vitro probe clauso, saepius vitrum movendo, per biduum; postea exprimantur ac colentur, in colatura unica ebullitione dissolve Sacchari albi Unc. triginta duas. Fiat Syrupus, qui per pannum colatus, servetur. Ph. Gall. 1837: Extr. mollis Chinae (frigide parati) Drachm. septem, solve in Vini Lunatensis (*Vin de Lunel*) Unc. sedecim, in solutione solve Sacch. albi Libr. duas. Ph. Sard.: Chinae Unc. duas, Vini Libr. duas, digere per dies duos, Liquori decanthato adde Chinae pulveratae Unc duas, iterum digere et cola, tum solve Sacch. albi Libr. quatuor. Ph. Hisp.: Pulv. gross. Chinae Unc. quatuor, Vini albi Libr. tres, Spir. Vini rect. Unc. tres, digere in retorta per horas viginti quatuor, post refrigerium cola, et singulis Libris colaturae adde Sacchari albi Libr. duas.

SYRUPUS CHININI CITRICI ACIDI MAGENDIE.

Rec. Syr. Sacch. clarif. Unc. sedecim, Chinin. citric. Drachm. semis.

SYRUPUS CHININI SULPHURICI.

Ph. Gall. 1836: Rec. Chinini sulphur. Gran. viginti septem, solve in Aq. dest Drachm. duabus, adde Syr. simpl. Unc. sedecim, Elixir acid. HALLERI Gutt. octo.

SYRUPUS CHLORURETI AURI ET SODII CHRETIEN.

Rec. Auri muriatico natronati Gran. unum, Syr. Sacch. simpl. Unc. sex.

SYRUPUS CICHORII SIMPLEX Ph. Hisp., Sard.

Rec. Succi recent. Cichorii, Sacch. albi āā Libr. quatuor, clarifica et coque in Syrupum. Ph. Ferrar.: Succi part. tres, Sacch. duas.

SYRUPUS CICHORII COMPOSITUS.

Rec. Succi expressi Cichorii, — Taraxaci, — Fumariae āā Unc. tres, Sacch. albi Libr. unam.

SYRUPUS DE CICHORIO CUM RHEO, Syrupus Cichorii et Rhabarbari, s. de Cichorio compositus.

Ph. Wirt., Brunsv., Palat.: Rec. Rad. Cichorii Unc. duas et semis, coque in Aquae fontanae Libra una et semis ad remanentiam Libr. unius, huic adde Rhabarbari minutim incisi Unc. unam, Sal. Tart Gran. viginti. Ebulliant lento igne, exprimantur et in expresso dissolve Sacch. albi Unc. sedecim; clarificato et colato Syrupo adde Aquae Cinnamomi spirituosae Unc. unam. Ph. Gall. 1837: Rad. Rhei Unc. sex, infunde Aquae communis fervidae Unc. sedecim, digere per noctem, tum cola et liquidum in locum frigidulum sepone. Residuo Rhei admisce Rad. Cichorii Unc. sex, Hb. sicc. Cichorii Unc. novem, Hb. Fumariae, — Scolopendr. āā Unc. tres, Bacc. Alkekengi

Unc. duas, affunde Aquae fervidae Libr. tredecim, digere, cola, liquidum decanthatione depura, adde Syrupi Sacchari simplicis Libr. duodecim, et coctione fac evaporare, sub finem adde Infusionem Rhei, consume ad justam consistentiam, denique Cinnamomi et Ligni Santali citrini āā Unc. semis in nodulum ligata digere in Syrupo per horas duodecim. Ph. Hisp. Hb. recent. Cichorii Unc. quatuor, Aq. comm. Libr. quatuor, coque ad tertiae partis consumtionem sub finem addendo Rad. Rhabarbari minutim concisae Unc. quatuor in colatura solve Sacch. albi Libr. quatuor, coque in Syrupum. Multae obveniunt hujus Syrupi varietates, quas enumerare longum est.

SYRUPUS CINCHONINI Magendie.

Rec. Cinchonini sulphur. Gran. quadraginta, Syr. simpl. Unc. sedecim.

SYRUPUS CINNAMOMI AQUOSUS. Wässeriger Zimmtsyrup. *Sirop de Canelle aqueux.*

Ph. Bat., Belg.: Rec. Pulv. gross. Cinnamomi Unc. quatuor, Aq. comm Libr. unam et semis, digerantur per triduum, colaturae adde Aq. Cinnamomi simpl. Libr. unam et semis, Sacch. albi Libr. tres, fiat leni calore Syrupus. Ph. Gall. 1837: Aq. Cinnamomi Libr. unam, Sacch. albissimi Libr. duas, solve.

SYRUPUS CINNAMOMI. Zimmtsyrup. *Sirop de Canelle.*

Synon.: Syrupus Cinnamomi vinosus s. alcoholicus.

Rec. Cinnamomi acuti in pulverem grossiusculum contusi Uncias duas,
Aquae Cinnamomi vinosae Libram unam,
Aquae Rosarum Uncias duas,
digerantur in vase clauso loco tepido per biduum. In colatura Unciarum undecim blando calore solve
Sacchari albi Libram unam et dimidiam.

Sit Syrupus coloris e rubente fusci, odoris et saporis Cinnamomi.

Hanc formulam Ph. Bor. ed. 3 et 5, Hamb., Hann., Hass., Oldenburg., Slesv.-Hols. habent. Disp. Brunsv., Palat., Wirt.: Rec. Cinnam. optimi grossiuscule contusi Unc. quinque; reponantur in cucurbitam vitream, addanturque Aq Cinnamomi optimae, cum vino destill., Libr. duae, Aq. Rosarum odoratiss. Unc. duae. Stent in loco calido, bene obturato vase, ne quid exspiret, horis viginti quatuor atque cum Sacch. albiss. clarificati ad consistentiam tabulati cocti Libr. tribus Unc. quatuor, fiat Syrupus. Ph. Ross. Aquam Rosarum ex hac formula omisit. Ph. Polon.: Cinnamomi Unc. duas, Aq. Cinnam. vinosae Unc. quatuordecim, Sacch. albi Libr. unam et semis. Ph. Saxon. 1837: Cassiae Cinnamomeae Drachm. tredecim, Aq. Cinnam. vinosae Unc. decem, — Rosar. Unc. duas, Sacch. albi Unc. sedecim.

SYRUPUS CITRI vid. Syrupus Acetositatis Citri.

SYRUPUS CITRI E TOTO Ph. Wirt.

Rec. Cort. Citri exteriorum recent. Unc. duas et semis, incisis infunde Succi Citri recent. Unc. viginti duas. Post digestionem exprimantur, in expresso dissolve Sacch. albi Unc. triginta. Servetur usui Syrupus.

SYRUPUS COCHLEARIAE Ph. Wirt.

Rec. Succi Cochleariae recenter expressi Libr. unam et semis; abstrahantur lento igne, in cucurbita vitrea, Unc. sex, residuum clarificetur et evaporet ad remanentiam Unc. sex, in quo dissolve Sacch. albi Unc. octodecim atque per pannum colato Syrupo, adde aquam abstractitiam. Ph. Gall. 1837 sicut Syrupus Asparagi ejusdem Pharm. ex Herba rec. Cochleariae.

SYRUPUS COCHLEARIAE COMPOSITUS vid. Syrupus antiscorbuticus.

SYRUPUS COERULEUS = Syrupus Violarum.

SYRUPUS COFFEAE. Kaffeesyrup.

Rec. Infusi Coffeae tostae concentrati partes quinque, Sacchari albi partes novem, solve. Ferrari: Coffeae tostae Unc. quatuor, infunde Aq. ferv. Libr. unam et semis, cola, residuo affunde Aq. ferv. Unc. sex, iterum digere et cola, in colaturis junctis solve Sacch. albi Libr. tres.

† SYRUPUS COLCHICI Ph. Edinb.

Rec. Sem. Colchici Unc. unam, extrahe cum Aceti Unc. sedecim, in colatura solve Sacch. alb. Unc. viginti sex et coque in Syrupum.

SYRUPUS COMITIS = Syrupus Carthami solutivus.

SYRUPUS COMMUNIS vid. Part. I, p. 344.

SYRUPUS CONSOLIDAE s. Symphyti. Beinwellsyrup. *Sirop de Consoude.*

Ph. Gall. 1837: Rec. Rad. Consolidae majoris Unc. unam, extrahe cum Aq. frigid. Unc. sex, adde Syrup. simpl. Unc. triginta duas et coque in Syrupum. Rectius erat addere Saccharum quam Syrupum, ut inspissatio evitaretur.

SYRUPUS CONSOLIDAE COMPOSITUS Richard.

Rec. Rad. Consol. maj. Drachm. sex, Hb. Consol. maj. et min. āā Unc. quatuor, — Pim-

pinell., — Polygon. avic., — Plantag. āā Unc. duas, Flor. sicc. Tussilag., — Rosar. rubrar. āā Unc. unam, Aq. Libr. octo ad quinque Decoct., Sacch. alb. Libr. quinque et Unc. quatuor. Cf. Syrupus e Symphyto FERNELII.

SYRUPUS CONTRAYERVAE Ph. Wirt., Brunsv.

Rec. Rad. Contrayervae minutim incisarum Unc. quatuor, infundantur per noctem Aquae fontanae ferventis Libr. duae, mane leniter ebulliant ad colaturae Libr. unius remanentiam adde Succi Citri Unc. octo, Sacch. albi Unc. triginta duas. Fiat, unica ebullitione, Syrupus.

SYRUPUS CONTRAYERVAE COMPOSITUS Ph. Wirt.

Rec. Pomorum Citri integrorum N° sex, concisis et cucurbitae vitreae injectis adde Rad. Contrayervae Unc. unam et semis, — Serpentariae Virginianae Unc. unam, Sem. Cardui bened., — Mariae āā Unc. unam et semis, Granorum Kermes Drachm. duas, Succi Granator. dulcium Libr. duas. Digerantur per viginti quatuor horas, tum, facta expressione additis Sacchari albi Libr. tribus fiat, Syrupus.

SYRUPUS COPAIVICUS s. balsamicus. Copaivasyrup.

Disp. Fuld.: Rec. Tinct. Balsami Copaivae Drachm. unam; Syrupi simpl calidi Unc. tres. Disp. Lipp.: Gummi Arab. Drachm. tres, Aq. comm. q. s. ut fiat mucilago, adde Balsami Copaivae Unc. unam et semis, tum sensim adde Syr. simpl. Unc. duodeviginti.

SYRUPUS CORALLINAE vid. Syrupus Helminthochorti.

SYRUPUS CORALLIORUM RUBRORUM Ph. Wirt.

Rec. Coralliorum rubr. pulveris. Unc. duas, Succi Berberum, perfectae maturitatis, depurati Libr. unam. Digerantur, calore moderato, per triduum, vel quousque corallia bullulas emittere cessant: dein succus, per inclinationem, separetur. Rec. Succi hujus, Coralliorum solutione impraegnati, Unc. decem, et Sacchari Unc. sedecim, lenta ebullitione, redigantur in formam Syrupi.

SYRUPUS CORDIALIS Ph. Parm.

Rec. Vini Malvatici Libr. duas, Sacch. pulv. Libr. quatuor, fiat Syrupus, cui adde Aquae Cinnamomi simpl. Unc. unam et semis.

SYRUPUS CORTICIS PERUVIANI vid. Syrupus Chinae.

SYRUPUS CORTICUM AURANTIORUM. Pomeranzenschalensyrup. *Sirop d'écorces d'oranges.*

Rec. Corticum Aurantiorum siccatorum a substantia interiore mundatorum et concisorum Uncias quatuor,

infunde

Vini albi generosi Libras duas et semis,

digere in vase clauso per biduum et exprime. Unciis viginti colaturae adde

Sacchari albi Libras tres,

et in balneo aquae solve.

Sit Syrupus coloris e flavescentis fusci, odoris et saporis gratissimi aromatici.

Hanc formulam ex Ph. Bor. ed. 5, cum qua Hann. et Slesv.-Hols. congruunt, desumsimus. Ph. Hamb. 1835: Flaved. Cort. Aurant. Unc. quatuor, minutim concisis affunde Aquae fervid. Libr. quinque, Spir. Vini rectis. Unc. tres, digere per biduum, cola, in colatura Libr. quatuor cum dimidia solve Sacchari albi Libr. octo, unica ebullitione fiat Syrupus, cui adde Tinct. Cort. Aurant. Unc. duas. Ph. Bavar.: Cort. Aurant. part. unam, Vini albi part. duodecim, digere cola, in colatura solve Sacchari pondus sesqui alterum. Ph. Gall. 1837: Cort. Aurant. Unc. tres, Aquae fervid. Unc. viginti duas, digesta per diem et noctem cola, adde colaturae pondus duplum Sacchari solve in balneo aquae. Haec Pharmacopoea alteram formulam hujus Syrupi ex corticibus recentibus parandi habet, scilicet Cort Aurant. recent. Unc. tres, Aquae fervid. Unc. sedecim, cola, adde Sacchari pondus duplum, quod erat colaturae. Ph. Lond. 1836: Cort. Aurant. rec. Unc. duas et semis, Aq. ferv. Unc. viginti, in colatura solve Sacchari albi Libr. tres. Ph. Edinb.: Cort. Aurant Unc. tres, Aquae Libr. unam et semis, Sacchari Libr. tres. Ph. Dubl.: Cort. Unc. octo, Aquae ferv. Libr. sex, in colatura solve Sacchari Libr. viginti novem. Ph. Wirt.: Cort. Aurant. recent. Unc. quatuor, Vini albi Libr. unam, colaturae adde Sacchari albi ad consistentiam tabellarum cocti Unc. duodeviginti. Ph. Saxon. 1837: Cort. Aurant. sicc. Unc. unam, Vini albi Libr. unam, Sacchari albi Unc. sedecim.

SYRUPUS CORTICUM CITRI. Citronenschalensyrup. *Sirop d'écorces de Citrons.*

Ph. Gall. 1837: Rec. Cort. Citri recent. Unc. tres, infunde Aq. ferv. Unc sedecim, in colatura solve Sacch. albi Unc. sedecim. Ph. Wirt.: Cort. Citri rec. Unc. quatuor, Granor. Kermes Drachm. duas, Vini albi Libr. unam, colaturae adde Sacchari albi ad consistentiam tabularum cocti Unc. duodeviginti.

SYRUPUS CROCI. Safransyrup. *Sirop de Safran.*

Ph. Gall. 1837: Rec. Croci Unc. unam,

infunde vini Malacensis Unc. sedecim, macerata cola, in colatura solve Sacch. albi Libr. duas. Ph. Bor. ed. 5, Hamb. 1835, Slesv.-Hols.: Croci Unc. semis, Vini Gallici albi Libr. unam, digerantur per aliquot horas, in colatura Unc. decem solve blando calore Sacch. albi Unc. duodeviginti. Ph. Lond. 1836: Croc. Drachm. decem, Aq. ferv. Unc. sedecim, Sacch. albi Libr tres. Ph. Wirt.: Croci Drachm. sex, Aq. fervid. Unc. decem, digesta per triduum exprimantur, in colatura solve Sacch. albi Unc. sedecim.

SYRUPUS DE CUCURBITA MESUES Ph. Wirt.

Rec. Cucurbitam sativam magnam, pasta pro pane involutam, coque cum pane in clibano, e calente adhuc succum exprime, et ex Unciis duodecim, ad novem usque, et Sacchari Unc. sedecim Syrupum para.

SYRUPUS CUISINIERI vid. Syrupus Sarsaparillae compositus.

SYRUPUS CYDONIORUM Ph. Wirt.

Succi Cydoniorum ad tertiam partem evaporatione reducti Libr. unam et semis, Sacchari albi Libr. duas et semis.

SYRUPUS CYNOGLOSSI Ph. Gall. 1837.

Rec. Rad. Cynoglossi officin. concisae Unc. unam, Aquae frigid. Unc. sex, macerata exprime adde Syr. Sacch. simpl. Unc. triginta duas.

SYRUPUS DEPURANS = Syrupus Sarsaparillae compositus.

SYRUPUS DEPURATIVUS MAJOULT.

Rec. Rad. Saponar. Unc. quatuor, Bacc. Junip., Rad. Cappar. spinos., — Chinae āā Unc. duas, Rad. Ari macul. Unc. unam, Hb. Arnic., — Fumar., — Trifol. fibr. āā Unc. quatuor, Flor. Sambuc., Lign. Guajac., — Sassafras. āā Unc. duas, Vini rubri Lagenas duodecim. Coque et adde Sacch. alb. Libr. quindecim, fac evaporare ad consistentiam Syrupi.

SYRUPUS DESESSART vid. Syrupus Ipecacuanhae compositus.

SYRUPUS DIACODION.

Mohnkopfsyrup. *Sirop Diacode.*

Synon.: Syrupus Capitum Papaveris, Syrupus Papaveris albi s. somniferi, Syrupus Meconii, Diacodion liquidum. Schlafsyrup, Kindersaft. *Sirop de Pavot blanc.*

Rec. Capitum Papaveris ante maturitatem plenam collectorum, siccorum et contusorum Uncias duas,

Siliquarum dulcium Uncias duas et semis,

affunde Aquae communis Libram unam et semis, et leni igne coque ad Unciarum decem remanentiam, sub finem coctionis adde

Radicis Liquiritiae concisae Unciam unam et semis,

in colatura dissolve

Sacchari albi Uncias sedecim.

Vis: somnifera.

Formulam illam usitatissimam satisque concinnam ex Pharm. Wirt. immutatam recepimus, cum qua Ph. Hann. 1833 et Palat. omnino, nec non Ph. Bor. ed. 5. pro rei summa congruit. Ph. Hamb. 1835. et Slesv.-Hols.: Capit Papav. Unc. sex, Rad. Liquir. Unc. quatuor, Aq. comm. ferv. Libr. sex, macerata per noctem evaporent ad Unc. triginta colaturam, in qua solve Sacch. albi Libr. quatuor. Huic formulae, mutatae quidem nec tamen emendatae, assentiri nequeo. Radix Liquiritiae longa digestione vel coctione principium austerum, fauces fricans emittit, quod brevi infusione intactum relinquitur. Ph. Gall. 1837: Extr. spirit. Capit. Papav. Gran. quatuor, Aq. dest. Unc. quatuor, solve, filtra, adde Syrup. Sacchari simpl. Libr. quatuor, tum coque in Syrupum. Ph. Austr.: Capit Papav. Unc. quatuor, Aq. comm. Libr. octo, coque ad Libr. tres, sub finem adde Rad. Liquir. Unc. duas, in colatura expressa solve Sacch. albi Libr. unam et semis. Ph. Lond. 1836: Capit. Papav. Libr. tres, coque cum Aq. comm Libr sexaginta quinque ad Libr. viginti sex, cola, decoque ad Unc. octoginta, sepone, decantha, solve Sacchari Libr. quinque. Ph. Bavar.: Capit. Papav. part. tres, Aq. ferv. part. quindecim, digesta exprime, in colatura solve Sacchari albi duplum. Ceteras Codicum varietates omittamus.

SYRUPUS DIACODION CROCATUS Ph. Wirt.

Fit, si singulis Unciis Syrupi antecedentis (Ph. Wirt.) Croci Grana quinque addantur.

SYRUPUS DIANTHI CARYOPHYLLI s. Tunicae, s. Tunicae Florum. Nelkensyrup. *Sirop d'oeillets.*

Ph. Edinb.: Flor. Dianthi part. unam, Aquae part. quatuor, macerata exprime, solve in colatura Sacchari albi part. septem. Ph. Dubl.: Flor. Dianthi Caryophyll. Libr. duas, Aq. ferv. Lib.. sex, digere, cola, in colaturae Libr. singulis solve Sacch. albi Unc. viginti novem. Ph. Wirt.: Infusi saturati Unc. novem, Sacchari Unc. sedecim. Ph. Gall. 1837 sicut Syrupus Caprifolii ejusd. Pharm.

SYRUPUS DICTAMNI CRETICI.

Rec. Summit. Dictamni Cretici Unc. unam, Aq. dest. Dictamni Cretici Unc. triginta duas,

digere in balneo aquae per horas duas, tum cola et filtra, adde Sacch. albi duplum colaturae.

SYRUPUS DIGITALIS. Fingerhutsyrup. *Sirop de Digitale.*

Ph. Gall. 1837: Rec. Fol. Digital. Drachm. duas et Scrup. duos, Aq. ferv. Unc. sedecim, infunde cola, solve in colatura Sacchari pondus duplum.

SYRUPUS DOMESTICUS vid. Syrupus de Spina cervina.

SYRUPUS DRASTICUS Boriès.

Rec. Syrupi Citri Unc. quinque, Pulv. Scammonii Unc. semis, Croci Mart. aperit., Antimon. crud. laevig. āā Drachm. duas.

SYRUPUS DE DUABUS RADIBUS Disp. vet. Vienn., Brand.

Rec. Rad. Petroselin., — Foeniculi āā Unc. quatuor, Aq. comm. Libr. quinque, coque ad dimidium, adde Sacch. albi Libr. duas.

SYRUPUS DULCAMARAE Ph. Gall. 1837.

Rec. Stipit. Dulcamar. Libr. unam, infunde Aquae ferv. Libr. duas et semis, cola sine expressione, liquidum ponderatum sepone; residuo iterum infunde Aq. ferv. Libr. tres, cola; huic colato alteri adde Syrupi Sacchari simplicis Libr. octo; evaporent ut, addito liquore priore colato, pondus Librarum octo efficiatur.

SYRUPUS DYSENTERICUS Ph. Paris. vet.

Rec. Rad. Rhei Drachm. duas, Cinnamomi Scrup. unum, Aq. Rosar. Libr. unam, separatim infunde Flor. Rosar. Unc. dimidiae, Aq. Plantag. Libr. unam, tum adde Succi Berberum Libr. unam et misce, colaturae adde Sacchari albi Libr. duas et decoque in Syrupum.

SYRUPUS EMETICUS Ph. Wirt., Palat., Brunsv.

Rec. Vitri Antimonii hyacinthini subtiliss. pulveris. Drachm. duas, affunde Vini albi Rhenani Unc duodecim. Stent per triduum, leni calore in digestione; post per chartam bibulam filtratis, adde Sacchari albi Unc. triginta duas. Sola dissolutione et unica ebullitione, fiat Syrupus, in vase vitreo reponendus.

SYRUPUS EMETICUS Angeli Salae Ph. Wirt.

Rec. Vitri Antimonii, optime triti, Unc. unam, Cinnamomi, Rad. Zedoariae, Sem. Angel. āā Drachm. duas, Santali rubri Unc. unam et semis, Croci Drachm. semis, infundantur Aceti rosati Unc. viginti; macerentur per viginti quatuor horas, colentur et filtrentur, in filtrato liquore dissolvantur Sacchari albi Unc. viginti.

SYRUPUS EMETINI.

Magendie: Rec. Emetini impuri Gran. tredecim, Syrupi Sacch. simpl. Unc. sedecim; vel: Emetini puri Gran. quatuor, Syr. Sacch. simpl. Unc. sedecim.

SYRUPUS EMULSIVUS.

Mandelnsyrup. ***Sirop d'Orgeat.***

Synon.: Syrupus Amygdalarum s. amygdalinus. *Sirop d'Amandes.*

Rec. Amygdalarum dulcium Uncias octo,
— amararum Uncias duas,

aquae communi frigidae per noctem immerge et pelliculas digitorum pressione exue. Amygdalis excorticatis in mortarium aheneum altum immissis adde

Sacchari albi pulverati Libram dimidiam,

et contunde in pultem aequabilem, quam in mortario lato marmoreo optime contere; tum sensim inter assiduam triturationem admisce

Lactis vaccini boni Libram unam,

et cola cum levi expressione. Residuum denuo cum

Lactis vaccini Unciis sex tritura,

et alterum cola cum levi expressione. Emulsionibus junctis adde

Sacchari albi pulverati Libras duas et dimidiam,
Aquae Naphae Uncias duas,

et absque calore sola agitatione solutionem Sacchari adjuva.

Sit Syrupus albidus, saporis oleosi dulcis gratissimi, cum aqua mixtus emulsionem praebeat albissimam, homogeneam. Non nimis diu paratus servetur. Evitari nullo modo potest, quod oleum atque parenchyma temporis lapsu secernantur. Inservit emulsionibus extempore parandis, et mixturis adjicitur.

In conscribenda formula concinna Syrupi emulsivi rite parandi multa opera navata est. Eo summopere niti decet, ut Syru-

pus concentratissimus, homogeneus, quantum fieri potest diu servandus paretur. Amygdalae primum, ne aqua fervida ad pelliculas exuendas perfundantur, decet. Hac enim encheiresi Principium chemicum proprium, aqua solubile, quod Emulsinum vocant, coagulatur et Aqua fit insolubile. Ph. Bor. ed. 5 Amygdalas non decorticatas et cribratione tantum mundatas adhiberi vult. Hac re facilius emulsio sordidam induit speciem. Aqua frigida satis diu maceratae Amygdalae pellem facillime perdunt; Aqua fervida superfusae brevissimo, tepida paullo majore temporis spatio. Ergo non nisi aqua frigida per horas decem ad duodecim, vel q. s., infusa adhibeatur. Amygdalae amarae saporis grati causa adduntur. Emulsionem lacte vaccino parari proposui. Hac re albissimam, concentratissimam nec tamen minus diu servabilem fieri compertum habeo. Sacchari sextam partem cum Amygdalis contundi atque conteri jussum est, ut Oleum aequabilius cum liquore aquoso permisceatur. In duas portiunculas lac pro paranda emulsione adhibendum distributum est, ut Saccharum faecibus Amygdalarum inhaerens elixivetur. Denique suasi Amygdalas jam contusas in mortario plano etiam triturari. Hac operatione Amygdalae penitus a lacte suscipiuntur, et emulsio spissescit. Saccharum pulveratum, nullo calore adhibito, nisi gradus 40 non excedente, solvatur. Hic calor facile miscela parium voluminum aquae fervidae et communis fontanae producitur.

Ph. Hamb. 1835 nostrae formulae subsimilis, nisi quod Aquam loco Lactis vaccini, sicut omnes codices, praescribat. Ph. Hann. Sacchari ex toto Libras duas et semis, Aq. dest. Libr. duas cet. paribus cum nostra formula. Ph. Slesv.-Hols. et Hass. Amygdal. dulcium Unc. decem, Aq. comm. Libr. duas cet. paribus; Ph. Bor. ed. 5. Aquae Unc. quindecim, et Aquae Naphae Unc. tres, cet. paribus. Ph. Gall. 1837 Amygdal. dulc. Unc. octo, — amararum Unc. duas et semis, Aquae viginti sex, Sacchari albi Libr. quatuor, Aq. Naphae Unc. quatuor, Lagenas Syrupi plenas inverse positas servari consulit. Sufficit has qualescunque varietates exposuisse.

SYRUPUS ENULAE Ph. Wirt.

Rec. Succi Rad. Enulae defaecati Libr. unam et semis, Sacch. albi Libr. duas et semis; solvantur et fiat Syrupus, per pannum colandus.

SYRUPUS DE ERYSIMO LOBELII, s. compositus Ph. Wirt., Brunsv.

Rec. Erysimi totius recentis Unc. tres, Rad. Enulae, — Tussilaginis āā Unc. duas, Hb. Boraginis, — Cichorii, — Capillorum Veneris āā Unc. semis, Florum quatuor cordialium, — Anthos, — Stoechadis Arabicae āā Drachm. duas, Sem. Anisi Drachm. sex, Passular. mundat. Unc. duas. Incisa et contusa coquantur in Aquae fontanae Libr. duabus et semis, Succi Erysimi Unc. sex, ad remanentiam Unciarum octodecim in expresso liquore dissolvantur Sacchari albi Unc. triginta duae; fiat Syrupus. Ph. Gall. 1837: Rec. Hordei mundati, Passularum, Rad. Liquir. āā Unc. duas, Hb. Borag., — Cichorei āā Unc. tres, coque cum Aq. comm. Libr. sedecim ad quartam partem, cola fervida, et colaturam adhuc calidam infunde Hb. Erysimi recent. Libr. tribus, Rad. Enulae Unc. quatuor. Hb. Adianth. Canadens. Unc. unam, Summitat. Rorismar., — Stoechad. āā Unc. semis, Sem. Anisi Drachm. sex, digere per viginti quatuor horas, tum destillatione Unc. octo evoca, in quibus solvas Sacch. alb. Unc. sedecim. Seorsum cola residuum in vesica cum expressione, clarifica colatum sedimendatione, adde Sacch. albi Libr. quatuor et Mellis Unc. sedecim, para Syrupum, cui semirefrigerato Syrupum supra expositum addas.

SYRUPUS EXPECTORANS vid. Syrupus de Ammoniaco.

SYRUPUS CUM EXTRACTO OPII Ph. Gall. 1837.

Rec. Syrup. Sacch. simpl. Unc. sedecim, adde Extr. Opii aquosi Gran. tredecim in Aq. dest. Unc. semis soluta.

SYRUPUS FARFARAE Ph. Hamb. 1835.

Rec. Hb. Farfarae Unc. unam, Aq. ferv. Unc. octo, in colatura Unc. septem solve Sacch. albi Libr. unam.

SYRUPUS FARFARAE E FLORIBUS Ph. Wirt.

Rec. Flor. Farfarae, sive Tussilaginis recent, Libr. unam et semis, affunde Aquae fontanae ferventis Libr. duas. Macerentur per viginti quatuor horas, exprimantur, et in colaturae Unc. novem solve Sacch. albi Unc. sedecim. Ph. Gall. 1837 sicut Syrupus Caprifolii ejusd. Ph.

SYRUPUS FERRI IODATI WACKENRODER.

Rec. Limatur. Martis Drachm. unam, Aquae dest. Unc. unam, Iodi Drachm. tres, misce et sepone interdum agitando donec Iodum solutum, et liquor decolor factus fuerit. Filtra in patinam porcellaneam, quae contineat Sacchari albi Drachm. sex, filtrum purum ablue et totum evapora donec Drachm. quindecim supersint.

SYRUPUS FLORUM AURANTII, Syrupus Naphae. Pomeranzenblüthensyrup. *Sirop de Fleurs d'Oranges.*

Rec Aq. Flor. Aurantior. Unc. decem, Sacchari albi toti Unc. duodeviginti, leni calore solve ut fiat Syrupus. Omnes fere Codices Germaniae in hac formula consentiunt, ceterorum varietates afferre in re tam levi operae pretium non est.

SYRUPUS FLORUM PARALYSEOS, sive Primulae Veris Ph. Wirt.

Rec. Flor. Paralyseos mundatorum rec. Libr. unam affunde Aquae fontan. ferventis Unc. de-

cem. Post sufficientem macerationem exprimantur, in colatura unica ebullitione dissolve Sacchari albi Unc. sedecim.

SYRUPUS FOENICULI. Fenchelsyrup. *Sirop de Fenouil.*

Ph. Slesv.-Hols.: Rec. Sem. Foeniculi contus. Unc. duas, affunde Aq. ferv. q. s., colaturae, post horas duas factae, Unc. quatuordecim adde Sacchari albi Libr. duas et solve.

SYRUPUS FRAGORUM Ph. Wirt.

Rec. Succi Fragor. depur. Unc. decem, Sacchari Unc. sedecim. Fiat lege artis Syrupus.

SYRUPUS DE FUMARIA.

Ph. Wirt.: Paratur e Succi defaecati et ad tertiae partis consumtionem inspissati Unc. novem et Sacchari Unc. sedecim. Ph. Gall. 1837: Succi Fumariae defaecati, Sacchari albi āā par pondus coque ad Syrupum.

SYRUPUS GELATINAE SOUBEIRAN.

Rec. Collae piscium Drachm. unam, macera per noctem cum Aq. commun. Unc. tribus, tum solve in balneo aquae, cola, et in colatura solve Sacch. albi Unc. sedecim.

SYRUPUS GENTIANAE. Enzianſyrup. *Sirop de Gentiane.*

Ph. Gall. 1837: Rec. Rad. Gentian. Drachm. duodecim, infunde Aq. fervid. Libr. unam et semis, cola cum expressione, in colatura solve Sacchari albi Libr. duas.

SYRUPUS GENTIANINI MAGENDIE.

Gentianini (?) Gran. sedecim, Syr. Sacchari Unc. sedecim.

SYRUPUS GLYCYRRIZAE vid Syrupus Liquiritiae.

SYRUPUS GRANATORUM.

Ph. Gall. 1837: Rec. Succi Granator. Unc. sedecim, Sacch. albi Unc. triginta. Ph. Wirt.: Succi Granator. acido-dulcium depurati Unc. decem, Sacch. albi Unc. sedecim, solve.

SYRUPUS GRANORUM KERMES Ph. Wirt.

Rec. Coccionell. Unc. semis, optime tritae Aquae Rosar. et Cinnamomi sine vino āā Unc. duodecim, Salis Tartari Gran. duodecim, infundantur per noctem, addantur Sacchari albi Unc. triginta duae, Succi Granorum Kermes Unc. duodecim. Unica ebullitione fiat Syrupus liquidus, qui per linteum coletur.

SYRUPUS GROSSULARIAE vid. Syrupus Ribium.

SYRUPUS GUAJACI.

Rec. Pulv. Guajaci Drachm. duas, Spir. Vini rect. Unc. semis, Aq. fervid. Unc. quatuor; diger. per 1 diem et fiat Syrupus cum Sacchar. Unc. quatuor. AUGUSTIN: Tinct. Guajaci ammon. Drachm. duas, Mucilag. Gummi Arab., Syr. emulsiv. āā Unc. unam.

SYRUPUS GUMMI AMMONIACI vid. Syrupus Ammoniaci.

SYRUPUS GUMMI ARABICI. Gummiſyrup. *Sirop de Gomme.*

Ph. Gall. 1837: Rec. Gummi Arab. tot. Libr. unam, aqua frigida lava et adde Aq. comm. frigid. Libr. unam, interdum agita ut solvatur, cola sine expressione, adde Syr. Sacch. simpl. Libr. octo, coque ad justam spissioris Syrupi consistentiam.

SYRUPUS HAHNEMANNI.

Rec. Mercur. solub. HAHNEMANNI Gran. duodeviginti, Gummi Arab. Drachm. unam, intime misce sine calore cum Syr. Alth. Unc. tribus.

SYRUPUS HEDERAE TERRESTRIS.

Ph. Gall. 1837: Rec. Summit. sicc. Hederae terrestr. Unc. unam, digere in balneo aquae cum Aq. Hederae Unc. triginta duabus, in colatura solve duplum pondus Sacchari albi. Ph. Wirt. sicut Syrupus Betonicae.

SYRUPUS HEPATIS SULPHURIS vid. Arcanum becchicum WILLISII (p. 39).

† SYRUPUS HELLEBORI NIGRI COMPOSITUS.

Rec. Rad. Hellebori nigri Unc. sex, Tartari solubilis Drachm. sex, Aq. ferv. Libr. tres, cola post horas 24 et in colatura solve Sacch. albi Libr. duas.

SYRUPUS HELICUM BOUDETI. Schnecken-ſyrup. *Sirop de Limaçons.*

Rec. Helices Pomatias viventes numero centum, aqua frigida ablue, testis separatis in frusta concide et coque cum Aq. comm. suff. copia, colaturae expressae adde Sacch. albi Libr. duas, Vini albi generosi Libr. unam, clarifica albumine et coque in Syrupum.

SYRUPUS HELMINTHOCHORTI.

Wurmmoosſyrup. *Sirop de Mousse de Corse.*

Ph. Gall. 1837: Rec. Helminthochorti Libr. unam, digere cum Aq. tepid. Libr. duabus, post horas 24 cola cum expressione, filtra et pondera liquorem; residuo affunde Aquae tepidae Libr. duas, macera, cola et filtra. Huic liquori adde Syrupi Sacchari simpl. Libr. sex et evaporatione eo redige ut liquore priore addito Libr. sex efficiantur, tum cito cola.

† SYRUPUS HYDROCYANICUS MAGENDIE.

Rec. Acid. hydrocyanici Drachm. unam, Syrup. Sacch. simpl. Unc. sedecim.

SYRUPUS HYDROIODATIS POTASSAE.

Rec. Kalii iodati Gran. duodeviginti, Aq. dest. Drachm. duas, Syr. Sacch. simpl. Unc. decem.

SYRUPUS HYOSCYAMI Ph. Gall. 1837.

Rec. Extr. Hyoscyami Gran. viginti sex, Aq. comm. Unc. semis, Syr. Sacch. simpl. Libr. unam.

SYRUPUS HYPERICI Ph. Wirt.

Rec. Flor. Hyperici recent. Libr. unam et

semis, Aq. font. fervent. Libr. unam. Macerentur per diem integrum in loco calido; postea exprimantur, et ex Infusi clarificati Unciis novem, cum Sacchari albi Unciis sedecim fiat Syrupus.

SYRUPUS HYSSOPI s. Hyssopi compositus. Hyssopsyrup.

Ph. Wirt.: Rec. Hb. Hyssopi siccatae Unc. duas, Capillorum Veneris Unc. semis; Rad. Helenii Unc. unam, Apii Unc. semis. Coque radices et Capillum Veneris in Aquae Libris duabus et semis ad colaturae remanentiam Unciarum sedecim, quae infundantur Hyssopo, et post digestionem loco calido infuso, expresso et clarificato adde Sacchari albi Libr. duas et Unc. octo. Fiat Syrupus. Ph. Gall. 1837: Hb. Hyssopi Unc. unam, digere in balneo aquae cum Aq. Hyssopi Unc. triginta duabus, in colato solve Sacchari albi duplum.

SYRUPUS HYSSOPI SCILLITICUS Ph. Amstel.

Rec. Hb. Hyssopi Unc. duas, Rad. Scillae sicc. Unc. unam, — Zingib. Unc. semis, Aq. Hyssopi Libr. duas, digesta cola, et in colaturae Unciis octonis solve Sacch. albi Unc. quindecim.

SYRUPUS INFUSIONIS FLORUM CARYOPHYLLORUM vid. Syrupus Dianthi.

† SYRUPUS IODI Ph. Ferrar.

Rec. Tincturae Iodi Drachm. duas, Syr. Sacchar. Unc. quatuor.

SYRUPUS IPECACUANHAE. Ipecacuanhasyrup. *Sirop d'Ipécacuanha.*

Ph. Bor. ed. 5, Saxon. 1837: Rec. Rad. Ipecac. Scrup. duos, Aq. ferv. q. s. ad colaturam Unc. novem, in quibus solve Sacch. albi Unc. sedecim. Ph. Gall. 1837: Extr. spirit. Ipecac. (Emetinae medicinalis) Unc unam, solve in Aq. dest. Unc. octo, adde Syr. Sacch. simpl. Libr. duodecim et coque ad pondus Syrupi solius. Ph. Hamb. 1835: Syrup Sacch. simpl. Unc. duas, Tinct. Rad. Ipecac. Drachm. unam.

SYRUPUS IPECACUANHAE COMPOSITUS, Syrupus Desessart. Zusammengesetzter Ipecacuanhasyrup. *Sirop d'Ipecacuanha composé.*

Rec. Rad. Ipecacuanh. Unc. unam, Fol. Sennae Unc. tres, macerentur cum Vini albi Libr. duabus per horas 12, tum exprime; residuo adde Hb. Serpylli Unc. unam, Flor. Papav. Rhoead. Unc. quatuor, Sal. amari Unc. tres et infunde Aq. fervid. Libr. octo, digesta per horas 12 exprime, expressa ambo junge, adde Aquae Flor. Naphae Libr. duas, et Sacchari albi duplum pondus liquorum in ipsis solve.

SYRUPUS JALAPPAE s. jalappinus.

Ph. Gall. 1818: Rec. Rad. Jalapp. Drachm. decem, Sem. Coriandri, — Foenic. āā Drachm. semis, Aquae comm. Unc. duodecim et semis, calefiant in balneo aquae, tum cola et in colatura solve Sacchari albi Unc. viginti quinque.

SYRUPUS DE JUJUBIS Ph. Wirt., Brunsv.

Rec. Jujubarum recent. Unc. tres, Liquir. Drachm. sex, Hb. Capillorum Veneris, Flor. Violarum āā Drachm. quinque, Sem. Malvae, — Cydonior., — Papaveris albi āā Drachm. tres; incisa coquantur, in Aquae fontan. Libr. duabus et semis, ad colaturae remanentiam Unciarum octodecim, in qua dissolve Tragacanthae albae electae Drachm. unam, Sacchari albi Unc. triginta duas. Fiat Syrupus.

† SYRUPUS KALII CYANATI Soubeiran.

Rec. Kalii cyan. Gran. sex, Aq. dest. Drachm. unam, Syr. Sacch. simpl. Unc. sedecim.

SYRUPUS KALI SULPHURATI vid. Arcanum becchicum (p. 99).

SYRUPUS KERMESINUS vid. Syrupus Granorum Kermes.

SYRUPUS LACTIS. Milchsyrup. *Sirop de lait.*

Robinet: Rec. Lact. ebutyrati Libr. triginta duas, evaporatione ad Libras sedecim consume in quibus solve Sacchari albi Libr. viginti quatuor, adde Aq. Lauro Cerasi Unc. sex.

SYRUPUS LACTUCAE s. cum Aqua Lactucae.

Ph. Gall. 1837: Rec. Aq. Lactucae sativae Libr. unam, Sacch. albi Libr. duas, solve.

SYRUPUS LACTUCARII s. de Thridace, s. cum Extracto Lactucae.

Ph. Gall. 1837: Rec. Lactucarii Gran. centum et tria, solve in Aq. comm. Unc. duabus, adde Syrupi simplicis Unc. sedecim, et evaporatione ad Syrupi pondus consume.

SYRUPUS DE Lescure.

Rec. Cort. Chinae Drachm. duas, Rad. Polygal. Drachm. semis, — Liquirit. Drachm. unam, Capit. Papav. N° tria, Rad. Ipecacuanh. Scrup. unum, Hb. Hederae terrestr., — Hyssopi, — Pulegii āā Manip. unum, fiat Infusum colaturae Unc. octo, in quibus solve Sacchari albi Unc. sedecim.

SYRUPUS LEVISTICI Ph. Gall. 1837.

Rec. Hb. Levistici Unc. unam, digere cum Aq. dest. Levistici Unc. triginta duabus, cola et filtra, in filtrato solve Sacchari albi duplum pondus liquidi.

SYRUPUS LICHENIS ISLANDICI. Isländisch-Moossyrup. *Sirop de Lichen.*

Ph. Hann. 1833: Rec. Lichen. Island. Unc. sex, Aquae dest. Libr. sex, coque ad colaturam Libr. quatuor, in qua solve Sacch. albi Libr. quinque. Ph. Hamb.: Saccharolati Lich. Island. Drachm. duas, solve in Aq. ferv. Drachm. una, adde Syr. Sacch. simpl. Unc. unam.

SYRUPUS LIMONUM vid. Syrupus Acetositatis Citri.

SYRUPUS LIQUIRITIAE s. **Glycyrrhizae.** Süßholzwurzelsyrup. *Sirop de Réglisse.*

Ph. Bor. ed 5, Hann., Hass.: Rec. Rad. Liquir. concisae Unc. octo, infunde Aq. comm. fervid. Libr. tres, colatura evaporet ad Unc. quatuordecim, in quibus solve Sacchari albi et Mellis despumati ana Libr. duas. Ph. Hamb. omittit Mel despumatum et Sacchari Libr quatuor ponit. Ph. Wirt.: Rad. Liquir. Unc. duas, Hb. Capill. Veneris Unc. unam, — Hyssopi Unc. unam et semis, Aquae Libr. duas; Species in aqua, prius fervefacta per horas viginti quatuor macerentur, deinde decoquantur ad dimidium, colaturae addendo, Mellis despumati Unc. octo, Sacchari albi Unc. sedecim, Aq. Rosar. Unc. quatuor. Fiat Syr.

SYRUPUS AD LONGAM VITAM s. Mel mercuriale compositum.

Rec. Succ Mercur Unc. triginta duas, Succ. Borragin., — Buglossi ana Unc. octo, Rad. Iridis Pseudacori rec. Unc. duas, — Gentian. sicc. Unc. unam, Mell. alb. Libr tres, Vin. alb. Unc. duodecim; cont. macerentur in vino per 24 horas, deinde liquores cum melle in Syrupum coquantur.

SYRUPUS LUPULINAE Richard.

Rec. Tinct. Lupulin. part. unam, Syr. simpl. part. duas.

SYRUPUS MALORUM COMPOSITUS Rich.

Rec. Fol. Senn mund. Unc. octo, Sem. Foenic. Unc unam, Caryophyll. arom. Drachm. unam, Succ. dep. Malorum Libr. quatuor, Succi dep. Borragin., — Buglossi ana Libr. tres, Sacch. alb. Libr quatuor.

SYRUPUS MANNAE. Mannasyrup. *Sirop de Manne.*

Synon.: Syrupus mannatus s de Manna laxativus, s. Mannae cum Senna.

Rec. Foliorum Sennae Uncias quatuor,
Seminis Foeniculi contusi Unciam dimidiam,
infunde Aquae communis fervidae Libras duas,
stent in vase clauso per aliquot horas, tum cola cum expressione.
In liquoris colati Unciis duodeviginti leni calore solve
Sacchari albi Libras duas,
Mannae Libram dimidiam.

Vis: leniter laxans.

Hanc formulam Ph. Bor. ed. 3, Hann., Hass., Hamb. 1835, Lipp., Oldenb., Polon., Slesv.-Hols. habent. Ph. Ross. Sem. Foeniculi Drachm. duas, cet. par. Ph. Bor. ed. 5: Mannae Libr. semis, solve in Aq. comm. fervid. sufficiente copia ad colaturam Unciarum duodeviginti, in qua solve Sacchari albi Libr. duas. Quamquam hic Syrupus nomini satis bene respondeat, viribus tamen gaudet vix ullis. Ph. Saxon. 1837: Mannae elect. Unc. sex, Sacch. albiss. Unc. triginta duas, Aq. comm. Libr. duas, unica ebullitione fiat Syrupus. Ph. Wirt., Brunsv., Palat.: Rad. Polypodii Unc. unam et semis, Specierum decocti Flor. et Fruct., Passul. minor. ana Unc. duas, macerentur per noctem in Aq. fontanae fervent. Libr. duabus et semis, mane coquantur ad tertiae partis consumtionem, colentur, colaturam infunde Fol. Sennae elector. Unc. quatuor, Sem. Anisi, — Foeniculi, Rad. Galangae, Macid, Rad. Zingib. ana Drachm. uni. Digerantur per viginti quatuor horas in loco calido, exprimantur, expressum albumine ovi clarificetur, atque in clarificato dissolvantur Mannae Calabrinae Unc. sex, Sacchari albi Unc. viginti duae. Fiat Syrupus.

SYRUPUS DE MARRUBIO.

Ph. Hisp.: Rec. Hb. Marrubii Unc. duas, Aq. ferv. Libr. duas, in colatura solve Sacch. albi Libr. quatuor. Ph. Gall. 1818 et 1837: Hb. Marrub. Unc. unam, Aq. Marrub. Unc. triginta duas, digere in balneo Aquae vase tecto per horas duas, cola, filtra, in filtrato solve Sacchari albi duplum.

SYRUPUS MASTICHINUS Ph. Wirt.

Rec. Mastiches electae parum contusae Unc. duas, infunde Aquae Mastichinae Uncias duodecim. Stent in vase probe clauso, in digestione per triduum; postea colentur, in colatura dissolve Sacchari albi Unc. sedecim.

SYRUPUS MECONII vid. Syrupus opiatus.

SYRUPUS MELISSAE Ph. Wirt. sicut Syrupus Menthae ejusd. Pharm.

SYRUPUS MENTHAE CRISPAE. Krausemünzsyrup. *Sirop de Menthe crêpue.*

Ph. Bor. ed. 5: Rec. Hb. Menth. crisp. Unc. duas, infunde Aq. comm. ferv. q. s., in colatura Unc. tredecim solve Sacch. albi Libr. duas. Ph. Gall. 1837 sicut Syrupus Levistici ejusd. Pharm. Ph. Wirt.: Hb. Menth. crisp. Unc. quatuor, Aq. Menth. Libr. unam. Digerantur in vase clauso per biduum, exprimantur, et in colatura unica ebullitione dissolvantur Sacch. albi Unc sedecim.

SYRUPUS MENTHAE PIPERITAE. Pfeffermünzsyrup. *Sirop de Menthe poivrée.*

Ph. Bat.: Rec. Hb. Menth. pip. sicc. Unc. quatuor, Aq. Menth. pip. Libr. quatuor, digere in vase clauso per horas 24, destillatione

liquidi Unc. tres elice, in quibus solve Sacch. albi Unc, sex; residuum destillationis exprime, in hoc solve Sacch. albi Libr. duas et semis, tum liquores ambos misce. Ph. Belg.: Hb. Menth. pip. Unc. quatuor, Aq. Menth. pip. Unc. duodeviginti, digesto et colato adde Aq. Menth. pip. Libr. unam et semis, Sacch. alb. Libr. tres Ph. Gall. 1837: Aq. Menth. pip. Libr. unam, Sacch. albi Libr. duas, solve. Ph. Hamb. 1835: Hb Menth. pip. Unc. unam, Aq. ferv. Unc. octo, in colatura Unc. septem solve Sacch. albi Libr. unam.

SYRUPUS DE MENYANTHE vid. Syrupus Trifolii fibrini.

SYRUPUS MERCURIALIS vid. Mercurius gummosus PLENCKII.

SYRUPUS MERCURIALIS BELLETI vid. Syrupus BELLETI.

SYRUPUS MERCURIALIS LEBRECHT.

Rec. Mercur. vivi depur. Scrup. unum, Gumm. Arab. pulv. Scrup. tres, Conserv. Cynosbat. q. s. Tere in mortario non metallico, donec Mercurius penitus disparuerit; dein continuando triturationem adhuc per horam adde Syr. simpl. Unc. unam et semis.

SYRUPUS MERCURIALIS s. prophylacticus. Bingelkrautsyrup. *Sirop de longue vie.*

Rec. Succi Mercurialis annuae Libr. quatuor, —Borag., —Buglossi āā Libr unam, Mellis albi Libr. sex. Coquantur et despumentur, postea recipe Rad. Gentianae Unc. duas, — Iridis nostratis Unc. tres, Vini albi Libr. unam et semis. Radices incisae macerentur in vino per viginti quatuor horas, postea exprimantur; cum succis et melle permisceantur, et leni igne ad syrupi consistentiam coquantur et colentur.

SYRUPUS MESEMBRYANTHEMI.

Rec. Succi expressi Mesembryanthemi crystallini despumati part. unam, Sacchari albi part. unam et semis.

SYRUPUS MILLEFOLII Ph. Gall. 1818.

Rec. Hb. Millefol. Unc. sex, Aq. fervid. Libr. tres, digere, in colatura solve Sacchari albi duplum pondus.

SYRUPUS MILLEPEDUM CADET.

Rec. Sacch. albi Unc. duodecim, Rad. Asparagi, — Liquir., Passularum, Hb. Parietar., Mannae āā Drachm. duas, Aq. fervent. Unc. octo, fiat Syrupus, tunc recipe Succi Boraginis, — Buglossi āā Unc. duas, Milleped. contus. Unc. unam et sesqui, mixta macerentur, tum cola, et in colatura solve Sacchari albi duplum.

SYRUPUS MOLASSES est Syrupus Hollandicus.

SYRUPUS MORORUM.
Maulbeerensyrup. *Sirop de mûres.*

Rec. Mororum nigrorum maturorum quantum placet,
contunde in mortario lapideo,
et sepone per aliquot dies, tum
succum exprime, et in hujus
Succi Unciis viginti
leni calore solve
Sacchari albi Libras tres.

In hac formula plurimi Codices consentiunt; passim differunt in ratione Sacchari admiscendi quod nullius est momenti. Vasa stannea vel stanno obducta evitentur, cuprea nonnisi recens mundata adhibeantur.

SYRUPUS MORORUM SILVESTRIUM = Syrupus Rubi

SYRUPUS MORPHII MAGENDIE.

Rec. Morphii acetici (vel sulphurici) Gran. tria; Syrup. Sacch. simpl. Unc. sedecim.

SYRUPUS MURIATICUS.

Rec. Acidi muriat. puri Drachm. duas, Syr. Sacch. simpl. Unc. sedecim.

SYRUPUS DE MUSCO QUERNO AD TUSSIM CONVULSIVAM Ph. Wirt.

Rec. Musci querni barbari, sive Lichenis plicati, Unc. tres, Hb. Botryos, s. Atriplicis Mexicanae suaveolentis, Passul. minor. āā Unc. unam et semis, Rad. Symphyti majoris Unc. unam, — Liquirit. Unc. semis. Infundatur Aquae fontanae ferventis Libr. una et semis, digerantur per noctem, coquantur lento igne, ad colaturae remanentiam Unc. decem, in qua clarificata dissolve Sacchari Uncias sedecim. Fiat Syrupus, cui refrigerato adde Balsami Tolutani Drachm. unam et semis, cum Sacchari albi Unc. una semis triti. Misce exacte et serva.

SYRUPUS MYRTILLORUM. Heidelbeerensyrup. *Sirop d'airelles.*

Paratur ex baccis maturis Vaccinii Myrtilli sicut Syrupus Cerasorum.

SYRUPUS MYRTI. Myrtensyrup. *Sirop de Myrte.*

Ph. Gall. 1837 sicut Syrupus Levistici ejusd. Pharm. paratur ex Herba et Aqua Myrti communis.

SYRUPUS NAPHAE = Syrupus Florum Aurantiorum.

SYRUPUS NAPI SATIVI HENRY-GUIBOURT.

Rec. Rad. Napi Libr. unam, Aquae fervid. Libr. quatuor, in colatura solve Sacch. albi Libr. duas.

SYRUPUS NAPHTHAE vid. Syrupus aethereus.

SYRUPUS NATRII SULPHURATI.

Rec. Natrii sulphurati crystallisati, ex Natro caustico et Gas hydrothionico parati, Gran. septem, Aquae dest. duplum, Syrupi Sacch. simpl. Unc. unam.

SYRUPUS NARCISSI PSEUDO-NARCISSI Ph. Gall. 1837.
Rec. Florum Narcissi Pseudo-Narcissi recentium part. unam, Aq. fervid. part duas, infunde, in colatura solve Sacch. albi duplum.

SYRUPUS NASTURTII Ph. Gall. 1837 sicut Syrupus Asparagi ejusd. Pharm.

SYRUPUS DE NICOTIANA Ph. Wirt.
Rec. Succi Nicotianae Libr duas, Hydromellis simpl. Libr unam et semis, Oxymellis simpl. Unc. quatuor. Digere in balneo, aut alio loco temperato per duas vel tres dies, ut defaecetur; clarum, per declinationem vasis a faecibus separatum, denuo, per viginti quatuor horas digere, donec ab omni foeculentia succus depuratus sit, adde Sacchari albi Libr. tres. Permisce et in Syrupi consistentiam redige.

SYRUPUS NUCISTAE Ph. Wirt.
Rec. Nucis moschatae Unc. duas, pulverisatis affunde Vini generosi Burgundici Libr. unam. Digerantur in vase clauso, per tres dies; postea exprimantur et in colatura dissolvantur Sacch. albi Unc. sedecim.

SYRUPUS NYMPHAEAE Ph. Gall. 1837.
Rec. Flor. Nymphaeae albae part. unam. Aq. fervid. part. duas, in colatura solve Sacch. albi part. quatuor.

SYRUPUS OLEI JECORIS ASELLI Duclou.
Rec. Ol. Jecoris Aselli Unc. octo, Gummi Arab. Unc. quinque, Aq. comm. Libr. unam, Syr. simpl. Unc. quatuor, fiat emulsio, in qua solve Sacch. albi Unc. viginti sex, adde Aq. Naphae Unc. duas.

SYRUPUS OMPHACII vid. Syrupus de Agresta.

SYRUPUS OPIATUS s. thebaicus. Opiumsyrup. *Sirop d'Opium.*
Ph. Bor. ed. 3, Polon., Slesv.-Hols. Rec. Extr. Opii aquosi Gran. viginti quinque, solve in Vini Malacensis Unc. una, solutis adde Syr. Liquiritiae (Ph. Polon. Althaeae) Libr. duas. Ph. Hamb. 1835: Liquoris opiati (ex Extr. Opii Gran. viginti quatuor et Aq. dest. Drachm. septem et Gran. triginta sex parati) Drachm. unam, Syr. simpl. Unc. tres. Ph. Hisp.: Extr. Opii Scrup. unum, Aq. dest. Unc. tres, Syrupi Sacch. simpl. Libr. unam. Ph. Gall. 1837 vid. Syrupus cum Extracto Opii. Ph. Saxon. 1837: Extr. Opii Gran. unum, Syr. Sacch. simpl. Unc. sex. Ph. Dubl.: Extr. Opii Gran. viginti octo, Aquae fervid. Unc. octo, Sacch. albi Unc. viginti.

SYRUPUS OPII SUCCINATUS s. de Karabe.
Rec. Syrup. cum Extr. Opii Ph. Gall. Libr. unam, Ol. succin. rect. Gran. viginti sex.

SYRUPUS OXYCOCCI Ph. Suec.
Rec. Succi Oxycocci Libr. unam, Sacchari albi Libr. duas, solve.

SYRUPUS PAEONIAE Ph. Wirt.
Rec. Flor. Paeon recent. Libr. tres et semis, Aq. font. fervent. Libr. quatuor. Fiat infusio per horas viginti quatuor, postea exprimantur. Rec Expressi hujus Unc. octodecim, Sacchari albi Unc. triginta duas, fiat Syrupus. Ph. Hisp.: Rad. Paeoniae Unc. duas, Aq. comm. Libr. sex, decoque ad Libr. quatuor in colatura solve Sacch. albi Libr. duas. Ph. Gall. 1837. sicut Syrupus Caprifolii ejusd. Ph.

SYRUPUS PAPAVERIS ALBI vid. Syrupus Diacodion.

SYRUPUS PAPAVERIS ANISATUS Van Mons.
Rec. Ol. Anisi Drachm. unam, Mucil. Gummi Arab. Drachm. unam et semis, fiat emulsio cum qua misce Syr. Diacodii Unc. sexaginta quatuor.

SYRUPUS PAPAVERIS CROCATUS, s. Syrupus Diacodion crocatus Ph. Wirt.
Rec. Syr. Diacod. Unc. unam, Croci pulv. Gran. quindecim.

SYRUPUS PAPAVERIS RHOEADOS. Klatschrosensyrup. *Sirop de Coquelicot.*

Synon.: Syrupus Papaveris erratici, Syrupus Florum Rhoeados, Syrupus Rhoeados.

Rec. Florum Papaveris Rhoeados siccatorum Uncias tres, infunde Aquae fervidae Libras duas, stent per noctem. In colatura Unciarum viginti solve ebullitione unica Sacchari albi Libras tres.
Vis: demulcens, bechica.
Sit coloris ruberrimi.

Cum formula illa conveniunt Ph. Slesv.-Hols., Hamb., Hass. Florum Unc. duas, ceteris paribus habet Ph. Bor. ed. 5. Florum Libr. unam, ceteris immutatis, Ph. Bat., Belg., Oldenb., Polon. habent. Ph. Wirt.: Florum Libr. duas, Aq. fervid. Libr. tres, in colatura solve Sacch. albi Libr. quinque et Unc. quatuor. Ph. Gall. 1837: Florum Libr. unam, Aq. fervid. Libr. duas, Sacchari albi duplum colaturae. Ceterarum Pharmacopoearum dissensum facile omittamus.

SYRUPUS PARALYSEOS s. Florum Paralyseos, s. Primulae veris. Schlüsselblumensyrup. *Sirop de Primevère.*
Rec. Flor. Primulae veris Libr. tres et semis, Aq commun. ferv. Libr. quatuor, in colatura Unc. duodeviginti solve Sacch. albi Unc. triginta duas.

SYRUPUS PECTORALIS ANGLICUS.

Rec. Dactylorum Libr duas, Jujubar. Libr. unam, Rad. Liquir. Libr. semis, — Althaeae, Hb. Capill. Vener., Capit. Papav. āā Unc. quatuor, coque cum aquae s. q., in colatura Libr. quatuor solve Sacchari albi Libr. octo.

SYRUPUS PECTORALIS CADET.

Rec. Oxymell. scillit. Unc. unam et semis, Syr. Ipecacuanh., — Diacod. āā Unc. duas, Syr. Flor. Aurant. Unc semis.

SYRUPUS PECTORALIS DE COURTI vid. Syrupus Ipecacuanhae compositus.

SYRUPUS PECTORALIS MALVETI.

Rec. Jujubar., Dactylor., Passular. āā Unc. unam, Aq. commun. q. s., coque ad colaturam Librae unius, sub finem coctionis addendo Capill. Ven. Unc. semis, Rad Liquir. Drachm. duas, in colatura solve Sacch. crudi albi Libr. duas, adde Extr. Opii Gran. sex.

SYRUPUS PERSICORUM FLORUM Ph. Wirt.

Rec. Flor. Persicorum recent. Libr. unam, macerentur horis duodecim in Aquae calidae Libra una, postea exprimantur; et in colaturae depuratae Unciis novem solve Sacchari albi Unc. sedecim. Ph. Gall. 1837 sicut Syrupus Asparagi ejusd. Pharm.

SYRUPUS AD PERTUSSIM, Syrupus de BOULLAY.

Rec. Rad. Ipecac. gross pulv. Drachm. novem, Cort. Chinae Unc. sex, Opii Drachm unam, Aq. comm. Libr. duas, macera per horas 24, idque aliquoties novis aquae copiis repete, donec residuum saporis sit expers, adde Syrupi Sacchari Libr. duodecim et coque in Syrupum.

SYRUPUS PEUCEDANI Ph. Sard.

Rec. Extr Rad. Peucedani, — Liquir. āā Unc. unam, — Veronicae, — Tussilag. āā Drachm. tres, Mell. despum. Unc. duas, Aq. dest. Peucedani q. s., misce blando igne ut fiat Syrupus.

SYRUPUS PLANTAGINIS.

Ph. Wirt.: Rec. Succi Plantag. depurati et evaporatione ad dimidium reducti Unc. novem, Sacch. albi Unc. sedecim. Ph. Hisp.: Succi et Sacchari āā par pondus, evaporent soluta in Syrupum.

SYRUPUS POLYGALAE vid. Syrupus Senegae.

SYRUPUS CUM POLYSULPHURETO POTASSICO.

Ph. Gall. 1837: Rec. Hepat. Sulphur. salini Gran. octo, Aq. dest Gran. sedecim, Syrupi Sacch simpl. Unc. unam. (Cf. Arcanum becchicum p. 99)

SYRUPUS POMORUM s de Pomis compositus.

Ph. Gall. 1837: Rec. Succi Pomor. expressi Unc. sedecim, Sacch. albi Unc. triginta, fiat Syrupus. Ph. Sard.: Succi Pomor. fermentati Libr. quatuor, Fol. Senn. Unc. quatuor et semis, digere et in colatura solve Sacchari albi Libr. tres, coque in Syrupum.

SYRUPUS POMORUM HELLEBORATUS.

Rec. Rad. Hellebori nigri Unc. unam, Sal. Tartari Drachm. unam, Aq. ferv. q. s., infunde, cola, liquori ad Syrupi consist. redacto adde Syrup. Pomorum Unc. triginta duas, Tinct. Croci Drachm. semis.

SYRUPUS PRASSII = Syrupus Marrubii.

SYRUPUS PRIMULAE VERIS vid. Syrupus Paralyseos.

SYRUPUS PRUNELLAE Ph. Wirt.

Rec. Succi Prunellae depurati et evaporatione ad dimidium redacti Unc. novem, Sacch. albi Unc. sedecim.

SYRUPUS DE PULMONIBUS VITULINIS COMPOSITUS. Kalblungensyrup. *Sirop de Mou de Veau.*

Ph. Gall. 1837: Rec. Pulmonum Vitulinorum Unc. triginta duas, aqua frigida lava, adde Dactylor. Unc. quinque, Jujubar., Passular. āā Unc quinque et semis, Rad. Liquir., — Consolid. āā Unc. unam, Hb. Pulmonar. Unc. quinque et semis, Aq. comm. Unc. quadraginta, stent in balneo aquae fervidae per horas sex, cola cum expressione, in colatura solve Sacch. albi Unc. sexaginta quatuor, clarifica Albumine ovorum

SYRUPUS PURIFICANS AMARUS CADET.

Rec. Vini albi Libr. sedecim, Hb. Cochlear. Libr. tres, — Trifolii, Rad. recent. Armorac. Libr. duas et semis, — Gentian. Unc. sedecim, macera per aliquot dies, tum recipe hujus Vini Unc. sedecim, Sacch. albi Unc. viginti octo; Syrupi hujus Unciis decem et semis adde Syrupi Cochleariae Unc. unam.

SYRUPUS DE QUINQUE RADICIBUS, Syrupus aperitivus, Syrupus Apii compositus. Fünfwurzelnsyrup. *Sirop de cinq racines.*

Ph. Gall. 1837; Rec. Rad. sicc. Apii graveolent, — Foeniculi, — Apii Petroselini, — Asparagi, — Rusci aculeati āā Unc. quatuor, infunde Aq fervid. Libr. sex, post horas duodecim cola; iterum Aquae fervid. Libr decem infunde, et iterum cola; colaturae secundae adde Syrupi Sacchari Libr. decem, tum evaporatione tantum pondus consume, quale erat colaturae prioris; hanc tum una vice adde et cola.

SYRUPUS RADICUM QUINQUE APERIENTIUM vid. vocem antecedentem.

SYRUPUS RAPHANI vid. Syrupus Armoraciae.

SYRUPUS RATANHIAE HENRY-GUIBOURT.

Rec. Rad. Ratanh. Unc. quatuor, Aq. fervid. Unc. triginta duas, cola cum expressione, solve in colatura Sacch. albi Unc. triginta duas, evaporent ad Syrupi consistentiam.

SYRUPUS RHABARBARI vid. Syrupus Rhei.

SYRUPUS RHAMNI CATHARTICI vid. Syrupus de Spina cervina.

SYRUPUS RHEI. Rhabarbersyrup. *Sirop de Rhubarbe.*

Synon.: Syrupus de Rhabarbaro, Syrupus Rhei aromaticus s. alcalisatus.

Rec. Radicis Rhei concisae Uncias tres,
Cassiae Cinnamomeae Drachmas sex,
Cinerum clavellatorum depuratorum Drachmas duas,
affunde Aquae fervidae Libras duas,
digere per noctem, tum in colatura Unciarum viginti solve
Sacchari albi Libras tres,
ebullitione unica fiat Syrupus, coloris e fusco rubri. — *Vis:* laxans, carminativa, antacida.

Usus: pro infantulis neonatis.

In hac formula Ph. Bor. ed. 3 et 5, Hamb. 1835, Hann., Hass., Polon., Saxon, Slesv.-Hols. conveniunt. Ph. Oldenb. Cinnamomum omisit. Ph. Dan. Rad. Rhei Unc. quatuor, cet par. Ph. Gall. 1837: Rad. Rhei Unc tres, macera cum Aq. comm. frigid Unc. sedecim, in colatura solve Sacch. albi duplum pondus colaturae. Disp. Fuld.: Tinct. Rhei aquos alcal. Libr. unam, Sacch. albi Libr. duas. Disp Lipp.: Tinct. Rhei aq. Unc. sedecim. Ph. Ross.: Rad. Rhei Unc. duas, Salis Tartari Drachm. unam et semis, Aq. comm. Libr. unam et semis, Sacchari albi Libr. duas. Ph. Amer.: Rad. Rhei Unc. duas, Aq. fervid. Unc. sedecim, infunde, cola, in colatura solve Sacchari albi Libr. duas.

SYRUPUS RHEI AROMATICUS Ph. Amer. 1831.

Rec. Rad. Rhei Unc. duas et semis, Caryophyll, Cinnamomi āā Unc. semis, Nuc. mosch. Drachm. duas, Spir. Vini rect. Unc. triginta duas, digere per dies 14, tum cola, colaturam comsume in balneo aquae ad Unc. sedecim remanentiam, tum adde Syr. Sacch. simpl. Libr. octo.

SYRUPUS RHEI COMPOSITUS vid. Syrupus de Cichorio cum Rheo.

SYRUPUS RHEI DEODATI Ph. Wirt.

Rec. Rhabarbari veri, Fol. Sennae āā Unc. unam et semis, Cinnamomi Drachm. unam et semis, Salis Tartari Scrup. duos, Zingiberis Drachm. semis incisis infunde Aquae Cichorei Unc. decem, — Rosarum Unc. quatuor; stent in digestione per triduum in loco calido, donec, unica ebullitione facta, exprimantur, in colaturae Albumine Ovi clarificatae Unc. novem dissolve Sacchari albi Unc. sedecim.

SYRUPUS RHEI CUM SENNA. Rhabarbersyrup mit Senna. *Sirop de Rhubarbe avec Senne.*

Ph. Amer. 1831: Rec. Rad. Rhei, Fol. Senn. āā Unc. unam e. semis, Sem. Cardamom. Drachm tres, Aq. fervid. Unc. sedecim, in colatura solve Sacch. albi Libr. duas. Swediaur: Fol. Senn. Unc. duas, Rad. Rhei Unc. semis, Sem. Coriandri Drachm. duas, Aq. fervid. Unc. quatuordecim, in colatura solve Mannae Unc. quatuor, Sacch. albi Unc. viginti, iterum cola.

SYRUPUS RHOEADOS vid. Syrupus Papaveris Rhoeados.

SYRUPUS RIBIUM, s. Ribesiorum. Johannisbeerensyrup. *Sirop de Groseilles.*

Rec. Ribium rubrorum q. v., contunde in mortario, sepone per aliquot dies, tum exprime succum. Recipe hujus Succi Unc. viginti, Sacch. albi Libr. tres, unica ebullitione solve, tum cola.

Plurimi Codices illam ingredientium rationem longo usu bene probatam recepere, alii Sacchari Unc triginta duas, cet. par., alii vero Sacchari duplum, quod quidem nullius est momenti.

SYRUPUS RIBIUM NIGRORUM.

Ph. Fenn., Suec.: Rec. Succi Ribium nigrorum depurati Libr. unam, Sacch. albi Libr. duas, leni calore, solve.

SYRUPUS ROSARUM, s. Rosarum rubrarum, s. e Rosis siccis. Rosensyrup. *Sirop de Roses.*

Ph. Wirt.: Rec. Flor Rosar. rubrar. siccorum Libr. semis, Aq. fervidae Libr. unam et semis, macerentur per 24 horas, tum exprimantur, in colaturae Unc. novem solve Sacch. albi Unc. sedecim. Ph. Hamb. 1835; Flor. Rosar. rubr. Unc unam et semis, Aq. fervid. Unc. sedecim, colatura ad dimidium evaporet, in qua solve Sacchari albi Libr. unam et semis. Ph. Gall. 1837: Aquae Rosar. Libr. unam, Sacch. albi Libr. duas, solve. Ph. Edinb.: Flor Rosar. rubr Unc. septem, Aq. ferv. Libr. quinque, in colatura solve Sacch. albi Libr. sex, tum decoque in Syrupum.

SYRUPUS ROSARUM COMPOSITUS Rich.

Rec. Fol. Senn. mund. Unc. quatuor, Agaric. alb. Unc. duas, Sem. Anisi Unc. semis, Rad. Zingib. Drachm. duas, Kal. tartar. Unc. semis. Conc. cont. adde Infus. Rosar. pallid. Libr. octo, Sacch. alb. Libr. quatuor.

SYRUPUS ROSARUM SOLUTIVUS, **Syrupus Rosarum pallidarum.** Auflösender Rosensyrup. *Sirop solutive de Roses.*

Ph. Wirt.: Rec. Flor. Rosar. pallid. Libr. quatuor, infundantur Aq. fontan. calid. Libr. octo, stent per viginti quatuor horas in digestione, postea colentur et exprimantur. Colatura denuo Rosarum eidem quantitati infundatur, idque tertium repetatur; tandem in infusi Unc. novem, solvendo Sacch. albi Unc. sedecim. Ph. Gall. 1837: Succi Rosarum pallidar., Sacch. albi āā par pondus, coque in Syrupum. Ph. Edinb.: Flor. Rosar. pallidar. recent. Libr. unam, Aq. ferv. Libr. quatuor, in colatura solve Sacch. albi Libr. tres, coque in Syrupum. Ph. Lond. 1836: Flor Rosar. pallid. sicc. Unc. septem, Aq. ferv. Libr. quinque, colatura evaporet ad Unc. quadraginta, in quibus solve Sacch. albi Libr. sex.

SYRUPUS ROSARUM CUM SENNA, s. de Senna rosaceus. Rosensyrup mit Senna. *Sirop de Roses senné.*

Ph. Bavar.: Rec. Flor. Rosar. pallid. part. unam, Fol. Senn. part. duas, infunde Aq. commun. fervidae part. quadraginta; in colaturae parte una solve Sacch. albi part. duas.

SYRUPUS RUBI ARCTICI Ph. Suec.

Rec. Succi Baccar. Rubi arctici part. unam, Sacch. albi part. duas.

SYRUPUS RUBI FRUTICOSI. Brombeerensyrup. *Sirop de ronces noires.*

Rec. Succi Baccarum Rubi fruticosi Unc. viginti, Sacch. albi Libr. tres, solve leni calore.

SYRUPUS RUBI IDAEI. Himbeerensyrup. *Sirop de framboises.*

Rec. Baccarum Rubi Idaei maturarum quantum vis, contunde in mortario marmoreo, sepone per aliquot dies, tum exprime ex sacculo linteo. In hujus
Succi Unciis viginti
leni calore solve
Sacchari albi Libras tres,
et cola.

Sit coloris laete coccinei, saporis et odoris gratissimi.

Codicum dissensus qualis in Syrupo Cerasorum. De Syrupo hoc ex tempore parando confer vocem Succus Rubi Idaei.

SYRUPUS RUTAE paretur sicut Syrupus Marrubii.

SYRUPUS SACCHARI SIMPLEX. Einfacher Syrup. *Sirop de Sucre.*

Synon.: Syrupus simplex, Saccharum clarificatum.

Rec. Sacchari albissimi totius Libras tres,
Aquae destillatae Uncias viginti,
leni calore liqua et cola.

Alii Codices Saccharum duplum Aquae esse volunt, quod non multum a ratione supra exhibita differt. Ph. Gall. Syrupum Carbone animali decolorari vult. Hoc improprium esse videtur et consultius Saccharum bene decoloratum adhibere.

SYRUPUS SARSAPARILLAE s. Sarzae.

Ph. Lond. 1836: Rec. Rad. Sarsaparill. Unc. quindecim, coque cum Aq. comm. Libr. tredecim ad Unc. octoginta remanentiam, in quibus solve Sacchari albi Unc. quindecim et coque ad justam spissitudinem. Ph. Gall. 1837: Rec. Extr. spirit Sarsaparill. Unc. sex, solve in Aq. comm calidae Unc. sexaginta quatuor, adde Sacch. albi Libr. decem et Unc. octo et solve leni calore.

SYRUPUS SARSAPARILLAE COMPOSITUS vulgo dictus Cuisinieri, **Syrupus Sarsaparillae et Sennae, Syrupus Smilacis depurans.** Zusammengesetzter Sarsaparillensyrup. *Sirop de Salsopareille composé.*

Ph. Gall. 1837: Rec. Rad. Sarsaparill. Unc. triginta duas, macera per horas 24 cum Aq. comm Libr. sedecim, tum coque per horae quadrantem, cola residuum coque cum Aq. commun. Libr. tredecim et Unc. quatuor, hoc tertium repete; colaturam ferventem adhuc infunde in Flor Boragin., — Rosar. pallid., Fol. Senn., Sem. Anisi āā Unc. duas, macerentur per horas 12, decantha, fac evaporare ad pondus Libr. octo, sepone tum iterum decantha, adde Sacch. albi, Mellis albi āā Unc. triginta duas, coque, clarifica cum albumine, per manicam trajice et coque ad justam Syrupi densioris spissitudinem. (Cf. Roob antisyphiliticum de Laffecteur.)

SYRUPUS SARSAPARILLAE VINOSUS. Weiniger Sarsaparillensyrup. *Sirop de Salsepareille au vin.*

Rec. Rad. Sarsaparill. Libr. duas, — Aristoloch. rotund, — — longae, — Jalapp., — Polypod., — Chinae, Ligni Guajaci, — Sassafras, Cremor. Tartari, Antimon. crudi laevig. in nodulo inclusi, Sem. Anisi āā Unc. duas, Vini albi Libr. sedecim, macera per horas sex, tum adde Aquae Libr. viginti, coque per ho-

ram et defunde. Residuo infunde Vini albi Libr. octo, maceratis Aquae Libr. decem, coque per horam dimidiam, cola, liquoribus junctis et decanthatis adde Sacchari liquidi (Syr. communis), — crudi $\overline{aa}$ Libr. duodecim, coque ad Syrupi consistentiam.

SYRUPUS SASSAFRAS Ph. Wirt.

Rec. Cort. Ligni Sassafras Unc. quatuor, Cinnamomi Unc. unam, Vini rubri Libr. duas, macera per biduum, exprime, in expresso solve Sacch. albi Unc. triginta duas.

SYRUPUS SCAMMONII Ph. Gall. 1818.

Rec. Scammon. pulv. Unc. semis, Sacch. alb. Unc. quatuor, Alcohol. Unc. octo. Omnia congerantur in pelvim argenteam, igne supposito, atque ubi modice incoluerint, superficiei admoveatur cerei flamma; incendatur illico liquor, spatula tunc assidue movendus; igne subducto donec flamma omnis evanuerit: Syrupus sic paratur, ubi refrixerit, per pannum trajiciatur, ipsique ad misceantur Syrupi de Violis Unc. quatuor.

SYRUPUS SCELOTYRBICUS Ph. Wirt.

Rec. Succi Nasturt. aquat., — Beccabung. $\overline{aa}$ Libr. semis, — Fumariae, — Lupuli $\overline{aa}$ Unc. tres, mixta coque cum Sacch. albi Unc. sedecim ad Syrupi consistentiam, cui colato adde Aq. Nasturtii vel Cochleariae Unc. unam ad duas.

SYRUPUS SCILLAE, Oxysaccharum scillitioum. Meerzwiebelsyrup. *Sirop de Scille.*

Ph. Wirt., Brunsv., Hann. 1833, Slesv.-Hols.: Rec. Aceti scillit. Libr. unam et semis, Cassiae Cinnamomi, Rad. Zingib. $\overline{aa}$ Unc. unam, digestis et colatis adde Sacch. albi Unc. triginta et unica ebullitione solve. Ph. Amer.: Aceti Scill. Unc. sedecim, Sacch. albi Libr. duas. Ph. Edinb.: Aceti Scill. Libr. quatuor, Sacch. albi Libr. septem, solve.

SYRUPUS SCILLAE COMPOSITUS. Zusammengesetzter Meerzwiebelsyrup. *Sirop de Scille composé.*

Ph. Suec., Fenn., Oldenb.: Rec. Rad. Scill. Unc. unam, Rad. Zingib. Unc. semis, Hb. Hyssopi Unc. duas, Aq Menth. pip. Libr. duas, concisa contusa macera per horas 24, in liquore expresso solve Sacch. albi Libr. tres.

SYRUPUS SCORDII.

Ph. Gall. 1837 sicut Syrupus Levistici. Ph. Wirt.: Hb. Scordii, in umbra siccatae, Unc. quatuor, infunde Aquae fontan. ferventis Libr. unam, digerantur per noctem, postea exprimantur, et in expressi clarificati Unc. novem dissolve Sacch. albi Unc. sedecim. Fiat Syrupus.

SYRUPUS SECALIS CORNUTI. Mutterkornsyrup. *Sirop de seigle ergoté.*

Soubeiran: Rec. Secalis cornut. Unc. unam et semis, macera per dies octo in Vini albi Unc. undecim, filtra, in filtrato solve Sacch. albi Unc. sedecim.

SYRUPUS SEDI MAJORIS s. sempervivi.

Rec. Succi Sempervivi majoris, ad dimidiae partis consumtionem, in vase terreo vitreato, evaporati, Unc. decem, Sacch. albi Unc. sedecim. Misce fiat solvendo, ebulliendo et colando Syrupus.

SYRUPUS SENEGAE. Senegasyrup. *Sirop de Senega.*

Synon.: Syrupus Polygalae Virginicae.

Rec. Radicis Senegae Unciam unam,
concisae infunde
Aquae communis fervidae Libram unam cum dimidia,
coque ad colaturam Unciarum decem, in quibus unica ebullitione solve
Sacchari albi Libram unam cum dimidia.

Omnes fere Codices Germaniae, tum Polon. et Suec. hanc formulam recepere. Ph. Saxon. colaturam Unc. novem, Sacch. albi Unc. sedecim, cet. par.

SYRUPUS SENEGAE CUM LIQUIRITIA Augustin.

Rec. Elixir. e Succo Liquir. Drachm. unam, Syrup. Senegae Unc. unam.

SYRUPUS SENEGAE MOSCHATUS Augustin.

Rec. Syr. Senegae Unc. tres, Gummi Ammoniaci Scrup. unum, Moschi Gran. decem, Elixir e Succo Liquir. Gutt. quindecim ad viginti.

SYRUPUS SENNAE s. Cassiae Sennae. Sennasyrup. *Sirop de Senne.*

Ph. Bor. ed. 5: Rec. Fol. Sennae Unc. quatuor, Sem. Anisi Unc. semis, Aq. comm. ferv. Libr. duas, stent in vase clauso per aliquot dies, in liquoris Unc. viginta solve Sacch. albi Libr. tres. Ph. Lond. 1836: Fol. Senn. Unc. duas et semis, Sem. Foenic. Drachm. decem. infunde Aq. fervid. Unc. viginti, in colatura solve Mannae Unc. tres, Sacch. albi Unc. quindecim. Ph. Bat., Belg.: Fol. Senn. Unc. octo, Aq. fervid. Libr. quatuor, in colatura solve Sacch albi Libr. tres.

SYRUPUS SENNAE COMPOSITUS vid. Syrupus Rhei cum Senna.

SYRUPUS SENNAE ROSACEUS vid. Syrupus Rosarum cum Senna.

SYRUPUS SIMPLEX vid. Syrupus Sacchari simplex.

SYRUPUS SPIGELIAE CADET.
Rec. Fol. Spigeliae anthelm. Unc. duas, Sem. Anisi Drachm. semis, Aq. ferv. Unc. sex, in colatura solve Extr. aquos. Jalapp. Unc. semis, et Sacchari duplum colaturae.

SYRUPUS DE SPINA CERVINA s. domesticus, s. Rhamni cathartici. Kreuzbeerensyrup. *Sirop de Nerprun.*
Ph. Wirt., Brunsv., Hann. 1833, Hamb. 1835: Rec. Bacc. Rhamni cathartici, circa finem Septembris, aut Octobris initio collectarum, quantitatem sufficientem, conquassatae et calefactae exprimantur. Succi hujus colati Unc. viginti addantur Sacchari albi Unc. triginta duae solvantur et colentur addendo, in petia ligata Anisi, Mastichis āā Drachm. tres, Zingiberis, Cinnamomi, Caryophyll. āā Drachm. unam et semis. Fiat Syrupus. Ph. Lond. 1836: Succi Rhamni Unc. octoginta, Rad. Zingiberis, Sem. Amomi āā Drachm. sex, macera leni calore per horas quatuor, et cola, reliquum decoque ad Unc. triginta, in quibus solve Sacchari albi Libr. quatuor. Ph. Gall. 1837: Succi Rhamni, Sacchari albi āā par pondus, decoque in Syrupum. Ph. Bor. ed. 5: Succi Bacc. Unc. viginti, Sacch. albi Libr. tres.

SYRUPUS DE STOECHADE.
Ph. Wirt.: Rec. Flor. Stoechadis Arabicae Unc. duas, Hb. Rorismarini Drachm. duas, — Calaminthae montan., — Origani, — Thymi āā Drachm. tres, — Betonicae, — Salviae āā Drachm. duas, Sem. Anisi, — Paeoniae āā Drachm. duas et semis, Calami aromat., Cinnamomi, Zingiberis āā Drachm. unam, incisis infundatur Aquae ferventis Libr. una: macerentur per biduum, in loco calido, postea exprimantur, et in expressi Unc. novem, dissolve, unica ebullitione, Sacchari albi Unc. sedecim. Per pannum colatus Syrupus servetur. Ph. Gall.: Sicut Syrupus Levistici ejusd. Pharm. ex Hb. Lavandulae Stoechadis.

† SYRUPUS STRAMONII.
Rec. Sem. Stramon. contus. Unc. unam, Aceti Libr. unam, digere, in colatura solve Sacch. albi Libr. duas. Ph. Gall. 1837 sicut Syrupus Belladonnae ejusd. Ph.

SYRUPUS SUCCI RIBIS, — RUBI IDAEI etc. vid. Syrupus Ribium, — Rubi Idaei, etc.

SYRUPUS SULPHATIS CHINICI vid. Syrupus Chinini sulphurici.

SYRUPUS SULPHURIS vid. Arcanum bechicum WILLISII (p. 99).

SYRUPUS E SYMPHYTO FERNELII Ph. Wirt.
Rec. Rad. et Fol. Symphyti majoris Manip. sex, Rosar. rubr., Hb Betonicae, — Plantag., — Pimpinell., — Polygoni, — Scabiosae, — — Tussilaginis āā Manip duos. E contusis omnibus recentibus exprimatur succus, cujus, despumati vel defaecati, Unc. novem adde Sacchari Unc. sedecim. Fiat Syrupus.

SYRUPUS DE THRIDACE vid. Syrupus Lactucarii.

SYRUPUS TOLUTANUS vid. Syrupus Balsami Tolutani.

SYRUPUS TRIFOLII FIBRINI.
Ph. Gall 1837: Rec. Succi expressi Trifolii fibrini et Sacchari albi par pondus, evaporent in Syrupum.

SYRUPUS TUNICAE vid. Syrupus Dianthi.

SYRUPUS TUSSILAGINIS vid. Syrupus Farfarae.

SYRUPUS CONTRA TUSSIM CONVULSIVAM COXII. Coxe's Keuchhustensyrup. *Coxe's hive-syrup* (anglice).
Rec. Rad. Serpentar. Virgin., — Scill. āā Libr. unam, Aq. comm. Libr. octo, coquantur leni igne ad remanent Libr. quatuor, adde Mell. despum. Libr. quinque, coque in Syrupum cujus singulis Libris adde Tartari emet. Gran. sedecim.

SYRUPUS URTICAE Ph Gall. 1837.
Succi expressi et Sacchari par pondus in Syrupum evaporent.

SYRUPUS UVARUM.
Mustum recenter expressum ad Sacchari consistentiam evaporet; sunt qui acidum Creta hebetari volunt.

SYRUPUS VALERIANAE. Baldriansyrup. *Sirop de Valeriane.*
Ph. Hann. 1819: Rec. Rad. Valerian. Unc. octo, Aq. ferv. Libr. tres, infunde, cola, in colat. Unc. viginti solve Sacch. alb Libr. tres. Ph. Gall. 1837: Rad. Valer. Libr. unam, in vesicam immissae infunde Aq. commun. Libr. octo, macerentur per horas 12 tum destillet Libr. una et semis; residuum cola cum expressione, filtra, adde Syrupi Sacchari simplicis Libr. octo; evaporent ad Libr. sex et dimidiam, tum adde destillatum.

SYRUPUS VANILLAE.
Rec. Vanillae Unc. duas, in frustula incisam contunde, sensim addendo Sacch. albi q. s. et Spiritus Vini Drachm. sex, ut fiat pasta mollis et homogenea, tum adde Sacchari albi ad pondus totius Unciarum septendecim, Aquae Unc. decem, et obtine in balneo aquae per horas 20, tum sepone et cola per pannum.

SYRUPUS VERMIFUGUS CADET.
Rec. Helminthochorti Libr. unam. Aq. commun. q. s. ad extractionem, colaturae Librarum trium adde Vini albi Libr. unam, Vitellum ovi unum, Sacchari albi Libr. quinque et Unc quatuor, Coccionell. Drachm. semis, Aluminis Scrup. unum, ebulliant, colentur et ad justam spissitudinem evaporent.

SYRUPUS VERMIFUGUS COMPOSITUS VANDAMME.
Rec Musci Helminthochorti, Sem. Cinae,

Flor. Chamom., Fol. Spigeliae anthelm., Rad. ejusd., — Rhei, — Turpethi, Sem. Cardamomi ꝫꝫ Drachm. novem, infunde Aq. ferv. Unc. quadraginta duo. In colatura Unc. triginta quatuor solve Sacch. albi Libr. quinque et semis.

SYRUPUS VERMIFUGUS ET PURGANS CADET.

Rec. Fol. Senn. Unc. octo, Sem. Cinae, Helminthoch., Rad. Rhei ꝫꝫ Unc. quatuor, Cort. Aurant. Unc. unam, Cinnamomi Unc. duas, fiat infusum Librarum duodeviginti, in quo solve Sacch. albi Libr. triginta quatuor.

SYRUPUS VERMIFUGUS SEMINIS CINAE BOUILLON-LAGRANGE.

Rec. Aq. dest. et cohobat. Sem. Cinae Unc. viginti octo, lege artis admisce albumen Ovi unum, adde Sacch. albi Unc quinquaginta et calefac. Tum recipe Ol. aetherei Sem. Cinae Drachm. unam, contere cum Sacch. albi Unc. duabus, adde Syrupo adhuc calenti, et semirefrigeratum cola.

SYRUPUS VERONICAE.

Rec. Hb. Veronicae recentis sicc. Unc. sex, macerentur in Aquae Veronicae, cum vino destillatae, Libr. una; post sufficientem extractionem in loco calido, fortiter exprimantur, in expresso dissolvantur Sacch. albi Unc. sedecim.

SYRUPUS VIOLARUM, s. Violae odoratae, s. Petalorum Violarum s. coeruleus. Veilchensyrup. *Sirop de Violettes.*

Ph. Bor. ed. 5, Hamb. 1835, Hann., Oldenb., Polon., Slesv.-Hols.: Rec. Petalorum Violarum recenter decerptarum Unc. octo, infunde Aquae fervidae Libr. duas, stent per horas duodecim in vase stanneo, in colaturae Unc. viginti solve Sacch. albi Libr. tres. Leni calore fiat Syrupus Ph. Saxon. 1837: Succi Citri Drachm. unam addi proponit; ceterum similis. Ph. Edinb.: Petalorum Libr. unam, Aq. fervid Libr. quatuor, in colatura solve Sacch. albi Libr. septem et semis. Ph. Ross.: Petalorum Libr. unam, Aquae Libr. tres, Sacchari albi Unc viginti novem, Ph. Bav. Saccharum duplum colaturae, ceterum Ross similis. Ceterorum Codicum discrepantiam praetereamus et pauca generaliter adnotemus.

Flores Violarum continent principium quoddam non satis bene chemice distinctum, sed coloris flavi, facile deliquescens et in decompositionem chemicam ruens Hac materia quoque Syrupo Violarum corruptelae causa innascitur. Ergo ea, quantum fieri potest, antea removeatur. Lavatione praevia levi hoc facillime cedit. Flores aqua calida immersi baculo agitentur per minuta tria tantum, tum liquidum colatione separetur. Hoc colorem habet viridulum, a materia flava suscepta et a solutione incepta pigmenti coerulei conflatum. Petalis tali modo lavatis aqua fervida ad infusionem, colore coeruleo tinctam, parandam infundatur et procedatur, uti memoravimus Vasa stannea prae ceteris laudanda sunt pro colore laete coeruleo, qui in vasis argenteis, murrhinis vel vitreis saepius in rubicundum vertitur. Syrupus decompositione jam incepta in rubicundum vergens coctione in vasis stanneis iterum in coeruleum retingitur. Aëris contactu praecluso saepius in vasis stanneis color omittitur, qui interdum aëris accessu iterum recuperatur. Flores Violarum vernales anteponantur autumnalibus, simplices repletis, culti agrestibus. Syrupus rite paratus in lagenis bene repletis optime clausis servetur..

SYRUPUS VIOLARUM SOLUTIVUS.

Rec. Flor. Violarum mundatarum Unc. quatuor, Fol. Sennae elect. Unc. duas, infunde Aquae fontanae ferventis Libr. unam. Digerantur per noctem in loco calido, mane exprimantur, in expressi Unc. novem solve Sacchari albi Unc. sedecim.

SYRUPUS ZINGIBERIS. Ingwersyrup. *Sirop de Gingembre.*

Ph. Bor. ed. 5, Hann. 1833, Slesv.-Hols.: Rec. Rad. Zingiberis concisae Unc. duas, Aq. comm. fervidae Unc. sedecim, digere per horas quatuor; in colaturae Unc. tredecim solve Sacch. albi Libr. duas. Ph. Lond. 1837: Rad. Zingib. Unc. duas et semis, Aq. fervid. Unc. viginti, in colatura solve Sacchari albi Libr. duas et semis.

TABELLAE, Tabulae, Täfelchen, Zeltchen, *Tablettes* quoad parandi methodum et ingredientium naturam cum pastillis conveniunt; nec tamen figuram rotiformam sicut Rotulae et Trochisci requirunt, quamquam haec quoque in illis, quae ultimo nominavimus, saepius praetermittitur. Vide ergo Pastillos et Trochiscos.

TANNINUM, Acidum tannicum, Principium scytodephicum. Gerbestoff, Gerbesäure. *Tannine, Acide tannique.*

Rec. Gallarum in pulverem grossiusculum aequabilem contusarum q. v, immitte in infundibulum vitreum longum in cujus fundo flocculi gossypini impositi fuerint, ad Gallas retinendas, cujus apex inferus epistomio suberino clausus fuerit. Tum Naphtham Vitrioli crudam, qualis in commercio prostat, vel ante rectificationem desumtam infunde ut Gallae obtegantur. In marginem infundibuli, antea arena laevigatam impone laminam vitream arena queque depolitam, quae Naphtham evaporare impediat. Totum in loco frigido sepone per diem et noctem. Tum epistomium inferum parum subleva, ut foramen parvum concedatur, laminam vitream parum in latus verte, ut aër irrepere possit, quo fit ut liquidum lente effluat, quod in vitro postea bene claudendo suscipiatur. Epistomio infero infundibuli iterum clauso, denuo Naphtham crudam infunde, sepone

per noctem, iterumque liquidum fac emanare. Liquida mixta in strata duo secedent, superum tenue aethereum, quod ad recuperandam Naphtham destillationi subjiciatur, inferum aquosum spissiusculum in patinam porcellaneam effundatur, quae in loco tepido collocetur, ut massa spongiosa flavedula, Tanninum scilicet, sicca remaneat. Haec in pulverem reducta in vitro servetur. *Vis:* adstringens, constipans. *Usus:* in metrorrhagiis, fluore albo, diarrhoea.

In parando Tannino multum in vasorum forma situm est. Vasa cylindrica vitrea, inferne superne claudenda optime in hunc usum inserviunt, exempli gratia colla retortarum fractarum, epistomiis aptis munita. Naphtha aquosa nec rectificata anhydra adhibeatur, quia Tanninum aquam ex ea abripit et Naphtha impedit tantum, quominus solutio colorem fuscum induat.

TARTARUS AMMONIATUS s. **ammoniacalis, Cremor Tartari solubilis ammoniacalis, Tartras Potassae et Ammoniaci, Sal ammoniacum tartareum, Alcali volatile tartarisatum.** Weinsteinammoniak, löslicher ammoniakalischer Weinstein. *Tartre ammoniacale, Tartre soluble ammoniacale, Tartrate de Potasse et d'Ammoniaque.*

Rec. Cremor. Tart. Unc. quatuor, Sal. volatilis (Ammonii carbonici) Unc. unam, Aq. destill. frigid. Unc. octo, misceantur in vitro et interdum agitata stent per diem unum vel alterum. Liquorem innatantem filtra et blando calore in crystallos redige. Residuo, si adest, pauxillum Salis volatilis adde et explora num effervescentia iterum cieatur, tum calore decompositionem promove, filtra et in crystallos quoque redige. — *Vis:* diuretica, leniter laxans.

Nil interest Cremor Tartari utrum Sale volatili vel Spiritu Salis Ammoniaci caustico saturetur. Longa evaporatione facile Ammonium amittitur, quod interdum restituatur. Ergo solutionem primam ne nimis dilutam efficias.

TARTARUS ANTIMONIATUS vid. Tartarus emeticus.

TARTARUS BORAXATUS vid. Cremor Tartari solubilis (p. 208).

TARTARUS CHALYBEATUS s. **martiatus s. ferruginosus, Prototartras Potassae et Ferri, Ferrum tartarisatum s. potabile, Mars solubilis, Tartras kalico-ferricus, Tartris Potassae ferruginosus, Chalybs tartarisatus.** Eisenweinstein, Stahlweinstein. *Tartre chalybé, Tartrate de Potasse et de Fer.*

Rec. Cremoris Tartari partes quatuor, Limaturae Martis partem unam, Aquae communis partes viginti, coque per horas duas vel tres, tum leni igne ad siccum fac evaporare. Massam siccam aqua communi frigida iterum suscipe, filtra, et alterum ad siccum fac evaporare.

Hac de formula plurimi Codices conveniunt Ph. Gall. 1837 tali modo procedi jubet: Cremoris Tartari pars una, Aquae communis partes sex in vase argenteo vel sinensi ebulliant, tum ingeratur Ferrum oxydatum hydraticum (ex Ferro muriatico et Natro carbonico vel Spiritu Salis Ammoniaci caustico praecipitatum), quamdiu dissolvitur Filtra et leni calore ad siccum consume. Est coloris virescentis, saporis styptici, persolubilis in aqua. Ph. Bor. ed. 5 similem methodum, sed accuratius ad pondera accommodatam, proposuit. Oxydum Ferri, quod ex Liquoris Ferri muriatici oxydati Uncia una et semis ope Liquoris Kali caustici praecipitatur una cum Tartari depurati Uncia una ad solutionem coquatur, solutio ad Syrupum evaporet, iterum aqua destillata frigida suscipiatur, et liquor filtratus ad siccum evaporet.

TARTARUS EMETICUS.

Brechweinstein. *Emétique.*

Synon.: Tartarus stibiatus, Antimonium tartarisatum, Tartras Potassae et Oxydi Antimonii, Tartras kalico-stibicus, Tartris Lixiviae stibiatus, Tartras Antimonii, cet. Spiesglanzweinstein, weinsaures Spiesglanzoxydkali. ***Tartre stibié, Tartre émétique, Tartrate de Potasse antimonié.***

Rec. Antimonii crudi pulverati et per cribrum arctum trajecti Uncias duodecim,
Natri nitrici crudi pulverati Uncias decem, (vel Kali nitrici crudi Uncias duodecim,)
in mortario intime misce.

Tum seorsum in patinam porcellaneam (pro majoribus copiis parandis plumbea uti licet) immitte
Aquae communis Uncias viginti quatuor,
in quas bene agitatas infunde
Olei Vitrioli Uncias duodecim.

Miscelam jam calefactam in ignem impone ut ebulliat; tum in eam conjice sensim per portiunculas minutas Antimonium crudum cum Nitro mixtum, expectans dum portiuncula quaeque injecta colorem griseum induerit. Quum pulvis omnis injectus fuerit, totum decoque ad siccitatem fere, patinam ab igne remove et sibi derelinque, quo fit ut miscela siccescat demum.

Massam albidam cineream cum pauxillo Aquae contere in pultem, hanc dilue majore copia aquae et elutriando pulverem suspensum in vas fictile satis capax transfunde. In patina vel mortario particulae Antimonii crudi intacti remanent.

Liquidum turbidum ad subsidendum sepone, liquorem defunde, et novis aquae copiis pulverem albidum griseum lava, quamdiu aqua aciditatem ex ipso abripit; denique aquam penitus defunde. Sedimentum adhuc humidum misce cum

Cremoris Tartari Unciis duodecim,

adde Aquae destillatae q. s. ad pultem tenacem efficiendam, quam leni calore fove per horas aliquot. Tum adde Aquae destillatae Libras octo, coque et fervida filtra. Liquorem filtratum sepone ut crystallos demittat, superstitem fac evaporare ut novam crystallorum copiam demittat, hoc repete, quamdiu crystalli satis purae nascantur. Crystallos ultimo concretas nova crystallisatione depura. Si lixivia matris vel crystalli colorem flavum induerint atque sale ferrico scatere coeperint, digere ea cum Ebore usto nigro, filtra et evaporatione iterum in crystallos redige. Lixivia ultima interdum additis Cineribus clavellatis depuratis novas crystallos emittunt. *Part. const.* Acidi tartarici, Oxydi stibici, Kali et Aquae paria Pond. Mixt. — ***Vis:*** emetica praesentissima, externe cutem irritans.

Sint crystalli plane decolores, recentes vitreae pellucidae, vetustae opacae albae, in aquae frigidae partibus quatuordecim vel quindecim, fervidae tribus partibus solubiles. Chartam exploratoriam coeruleam solutio levi rubore tingat. Solutione Kali borussici ne color coeruleus gignatur.

In eligenda formula de parando Tartaro emetico propriis experimentis multifariis fultus, et facilitatem praeparationis et bonitatem producti ante oculos habui. Quibus desideriis ut satisfieret, ponderum rationes quam certissime erant definiendae, et encheiresis accuratius indicanda. Tartari emetici praeparatio pendet a praeparatione praevia Oxydi Antimonii. Hoc si via humida paratur, multo facilius a Cremore Tartari dissolvitur, quam si calcinatione, deflagratione vel fusione obtinetur. Oxydum Antimonii a Ferro sit, quantum fieri potest, liberum, nil enim longius atque difficilius quam Ferrum repetitis crystallisationibus excernere. Magna hac re substantiarum ipsarum, temporis et combustibilium jactura efficitur. Pulverem ALGAROTHI, quamquam facillime a Cremore Tartari dissolvatur, non tamen idcirco commendare ausus sum, quippe cujus difficilius praeparantur copiae majores. Sunt qui Antimonium crudum in Acido muriatico crudo dissolvi jubeant; at haec operatio molestissima est ab odore foetidissimo emergente; vasorum electio, in quibus instituatur, gravis, denique producti copia non satisfaciens. Hae difficultates nostro methodo, quae e Pharmacopoea Londinensi 1809 originem ducit et parum immutata est, eliduntur. Oxydum enim a Ferro, Arsenico, et Acidis Antimonii plane liberum cito praeparatur et materiis vilibus ubique ejusdem bonitatis mercabilibus, et propter Acidi sulphurici copiam excedentem in vasis imo plumbeis, si majorem molem parandum spectas. Nunquam haec operatio me fefellit. Sulphur hoc Oxydo immixtum nil nocet, nec protinus respiciatur. In parando Oxydo Sul-

phur Acidorum Antimonii formationem impedit. Ponderum rationes non plane proportionibus stoechiometricis respondent, sed bene rei ipsi.

TARTARUS FERRUGINOSUS s. **martialis** vid. Tartarus chalybeatus.

TARTARUS MERCURIALIS vid. Mercurius tartarisatus.

TARTARUS SOLUBILIS vid. Cremor Tartari solubilis.

TARTARUS STIBIATUS vid. Tartarus emeticus.

TARTARUS TARTARISATUS. Tartarisirter Weinstein. *Tartre tartarisé.*

Synon.: Kali tartaricum, Tartras Potassae, Alcali vegetabile tartarisatum, Sal diureticum vegetabile. Neutrales weinsaures Kali, Weinsteinsalz. *Tartrate de Potasse, Tartre solubile, Sel végétal.*

Rec. Cinerum clavellatorum crudorum quantum vis,
in vas fictile immissis affunde Aquae communis frigidae duplum, et interdum exagitata sepone per diem unum vel alterum. Liquorem limpidum decantha, residuum cum pari pondere Aquae, quod erat Cinerum clavellatorum, distende, sepone et iterum Liquorem limpidum decantha Hoc tertium fiat.

Liquores junctos in patina sinensi vel stannea calefac ad ebullitionem, fervidis sensim injice, effervescentiam caute moderando,
Cremoris Tartari quantum satis,
ut liquor neutralis fiat; tum evaporatione ad Syrupi spissitudinem redige. Stet per noctem. Affunde Aquae destillatae sufficientem copiam, ut filtrari possit liquor, tum filtra per chartam bibulam albam, liquorem filtratum in patina sinensi blanda evaporatione ad siccum redige, massam conglobatam in locum calidum sepone per aliquot dies, ut plane siccescat, tum in pulverem redige, quem per cribrum setaceum trajice. ***Part. const.*** Acidi tartarici anhydri unum, Kali duo pond. Mixt. — ***Vis:*** laxans, diuretica.

Sit pulvis albissimus, omnino neuter, ab inquinamentis metallicis prorsus, a salinis quantum obtineri potest, liber. Ferrum et Stannum Liquore Ammonii hydrothionici, Cuprum aqua hydrothionica et baculo ferreo immerso explorantur. Kali muriatici semper aliquid inest a Cineribus clavellatis, nec non Kali sulphurici, hujus tamen minor copia, quod vitio non vertatur.

Pauca tantum de praeparatione Tartari tartarisati animadvertenda. Agitur de sale ad usum medicinalem adhibendo; non de re ad acum chemice pura. Sunt qui crystallisationem Tartari tartarisati commendent; haec facile efficitur, si liquor in Syrupi spissioris consistentiam evaporaverit, lixivia denique crystallisationem recusant. Haec plerumque ad siccum consumuntur et ceteris admiscentur, crystallisationis ergo commodum nullum. An vero salia heterogenea praesertim crystallisatione excernuntur? minime, quippe quae ipsa facilius in crystallos coeunt.

TARTARUS VITRIOLATUS vid. Arcanum duplicatum.

TARTRAS, TARTRIS, Weinsteinsaures Salz, *Tartrate* vide nomine antiqua vel a basi derivata, sicut Tartras acidulus Potassae = Cremor Tartari, Tartras kalicus = Tartarus tartarisatus, Tartras Sodae et Kali = Sal polychrestum Seignette, Tartras Potassae antimoniatus = Tartarus emeticus, cetera similiter.

TELA EPULOTICA vid. Sparadrap.

TELA Gualtheri vid. Sparadrapum album.

TELA ICHTHYOCOLLAE GLUTINANS vid. Emplastrum anglicum.

TELA SANITATIS Drs. Zier. Zier's Gesundheitstafft.

Rec. Ol. Succini crud. Unc. semis, Camphorae, Tinct. Canthar. $\bar{a}\bar{a}$ Unc duas, bis in telam sericeam illine, tum superline bis liquore colato ex digestione Pulv. cantharidum Unc. semis et Vernicis Olei Lini Unc. quatuor; deni-

que in idem latus Vernicem Succini induc, addita fuligine pinea nigrefactam.

TERRA FOLIATA MERCURIALIS = Mercurius acetatus (p. 542).

TERRA FOLIATA TARTARI. Weinsteinblättererde. *Terre foliée de Tartre.*

Synon.: Kali aceticum, Acetas Potassae s. Kalicus, Alcali Tartari aceto saturatum, s. acetatum, Tartarus acetosus, Magisterium Tartari purgans, Arcanum Tartari, Alcali vegetabile cum Aceto, Lixivia acetata. Essigsaures Kali. *Acetate de Potasse.*

Rec. Cinerum clavellatorum crudorum, quantum vis,
coque cum Aquae communis decuplo, cola per linteum. Liquori colato instilla solutionem
Sacchari Saturni
in sufficiente Aquae copia, quamdiu praecipitatum efficitur, tum adde solutionem filtratam Cinerum clavellatorum, ut reactio distincte alcalina iterum appareat. Filtra et praecipitatum album bene ablue aqua.

Liquori filtrato adde
Aceti concentrati
sufficientem quantitatem ut reactio acida appareat. Liquorem nunc immitte in lagenam capacissimam, cujus capacitatis nonnisi quadrans vel triens expleatur. In liquorem torrentem Gas hydrothionici, ex Ferro sulphurato et Acido Salis crudo diluto extricatum, transmitte, ut Gas in orificio fortiter redoleat. Tubum ductorium exime, epistomium impone et lagenam fortiter concute, quamdiu absorptio efficitur, quae ex aëre in lagenam inversam irrepente dignoscitur, si epistomium paululum tollitur. Haec operatio repetatur, donec portiuncula Liquoris filtrata gas hydrothionico transmisso non amplius nigrescat. Lagena aperta stet in loco tepido ut odorem hepaticum plane amittat, tunc liquor filtretur, et in vase sinensi vel argenteo, sub finem continue agitatus, ad siccum redigatur. Massa recens siccata stet in loco calido per breve tempus, tum in vasa vitrea optime claudenda ingeratur. *Part. const.* Kali et Acidi acetici aeq. Pond. Mixt. — *Vis:* resolvens, diuretica.

Sit massa salina alba ad aërem deliquescens in duplo pondere Aquae et quadruplo Spiritus Vini rectificatissimi facile et ex toto solubilis, a salibus heterogeneis quantum fieri potest libera. Solutio neutralis salibus baryticis non nimis turbetur, a gas hydrothionico vel aqua hydrothionica minime.

Usus: in hydrope, in obstructione viscerum abdominalium.

De parando Kali acetico pauca afferamus. Facillime paratur, quanto Acetum concentratum vilioris pretii prostat, ex Cineribus clavellatis Aceto ipso saturandis. Solutio ad siccum evaporet, Aquae quam minima copia solvatur, solutio filtrata iterum ad siccum redigatur. Silicia ex Cineribus plurima excernitur. Si vero Acetum destillatione ex Saccharo Saturni tibi parandum est, praecipitationem mox descriptam, et cautelis rite observatis, commendaverim; operam destillationis, retortae rupturam, ignis et Olei Vitrioli consumtionem evitabis. Cures vero, ut Plumbum penitus excernas. Est enim animadvertendum, Plumbum sulphuricum facile Kali acetico dissolvi. Hac de causa nimia Plumbi sulphurici soluti copia admixta solutione Cinerum clavellatorum praecipitari praescriptum est. Quod si neglexeris, Plumbum sane gas hydrothionico praecipitabitur, Acidum sulphuricum vero in solutione retinebitur.

TERRA FOLIATA TARTARI CRYSTALLISABILIS. Krystallisirbare Weinsteinblättererde. *Terre foliée minerale.*

Synon.: Natrum aceticum, Sal acetosum minerale, Acetas Sodae s. natricus, Sal Sodae acetatum, Alcali minerale acetatum. Essigsaures Natron. *Acetate de Soude.*

Rec. Salis Sodae emalis crystalli-

sati quantum vis (e. gr. Libr. tres) dissolve in decupla quantitate

Aquae communis,

in hanc solutionem infunde solutionem

Sacchari Saturni Libr. quatuor, quamdiu praecipitatum efficitur; tum solutionis Salis Sodae particulam retentam adjice, ut reactio perspicue alcalina appareat. Sedimentum candidissimum in linteo collige et aqua destillata lava, exprime et sicca. Liquoribus limpidis mixtis adde Aceti concentrati quantum satis, ut reactio acida nunc praevaleat. Liquorem acidulum in lagenam capacissimam ingere, cujus nisi triens vel quadrans a liquore expleatur; nunc torrentem gas hydrothionici ex ferro sulphurato et Acido muriatico crudo parum diluto et calefacto extricatum transmitte; quando Gas in orificio fortiter redolebit, tubum ductorium exime, et lagenam, orificio clauso, fortiter concute, quamdiu absorptio efficitur, quod ex aëre in lagenam inversam irrepente dignoscitur, si epistomium parum sublevatur. Quando post conquassationem odor hepaticus adhuc validus observabitur, Plumbi praecipitatio perfecta esse credi poterit. Lagenam in locum tepidum colloca, ut odor hepaticus avolet, tum liquidum filtra, filtratum in patina sinensi ad crystallisationem fac evaporare. Crystallos collectas in loco tepido siccatas, vasis optime contra aëris aditum praeclusis conde. Lixivia iterum ad crystallisationem coge, crystallos simili modo conde.

Part. const. Natri, Acidi acetici anhydri singulorum unum, Aquae sex Pond. Mixt. — ***Vis:*** diuretica, resolvens.

Sint crystalli pellucidae, prismaticae, truncato-columnares, in Aquae triplo calore medio facile solubiles, itemque in Spiritus Vini quintuplo, in aëre sicco parum fatiscentes, calore in aqua ipsa crystallisationis fusibiles, aqua abacta ipso quoque calore anhydrae fusibiles. Solutio sit neutralis, gas hydrothionico minime turbetur, nec non nimium solutione barytae muriaticae et Argenti nitrici diluti vel Sacchari Saturni. Crystalli, Kali acetico inquinatae, humorem ex aëre colligunt, et deliquescunt.

Usus: **in hydrope, obstructione viscerum abdominalium.**

De Natro acetico idem, quod de voce antecedente valet. Citius paratur Sale Sodae ope Acidi acetici saturandi, si hoc vilioris pretii prostat, vel facilius ex Sale quovis acetico paratur. Natrum aceticum hinc inde in commercio satis purum atque pretii vilissimi prostat; hoc, de adulteramentis bene investigatum, nonnisi simplice repurgatione ope crystallisationis eget. Praecipitatio Salis mirabilis Glauberi ope Sacchari Saturni minus bene cedit, quippe quae praeparatum majore copia Acidi sulphurici scatens, praebet. Plumbum enim sulphuricum praecipitatum facile solutionibus Salium aceticorum, praecipue Ammonii acetici dissolvitur.

TERRA OSSIUM vid. Cornu Cervi ustum album (p. 206).

TERRA PONDEROSA ACETATA = Baryta acetica (p. 126).

TERRA PONDEROSA AERATA s. CARBONICA vid. Baryta carbonica (p. 127).

TERRA PONDEROSA PURA = Baryta pura (p. 128).

TERRA PONDEROSA SALITA. Salzsaure Schwererde. *Muriate de Baryte.*

Synon.: Baryta muriatica, Chloretum Baryi, Sal muriaticum baryticum, Murias Baryte. Salzsaurer Baryt, Chlorbaryum. ***Chlorure de Baryum.***

Rec. Baryi sulphurati recens parati (p. 128) quantum vis, portiunculam sepone, ceterum in

vase porcellaneo cum Aquae communis quadruplo vel sextuplo calefac ad ebullitionem; tum sensim adjice

Acidum Salis crudum

quamdiu effervescentia efficitur. Gas erumpens hepaticum evitetur, ne in pulmones ducatur Liquor sub finem sit leviter alcalinus, quod, si opus est, addita Baryi sulphurati portiuncula retenta efficitur. Liquor per colatorium trajiciatur vel filtretur, tum addatur

Acidi Salis puri quantum satis,

ut reactio leviter acidula praevaleat.

Liquor in loco tepido stet, donec odorem hepaticum amiserit, tum filtretur et lege artis in crystallos redigatur. *Part. const.* Chloreti Baryi unum, Aquae duo Pond. Mixt. — *Vis:* antiscrophulosa.

Sint crystalli tabulares, siccae, nec humescentes, coloris expertes, neutrales, inquinamentis metallicis plane liberae quod aqua hydrothionica vel Ammonio hydrothionico dignoscitur. Immixta Strontiana muriatica, si inest, Spiritu Vini rectificatissimo extrahi potest; Spiritus flamma rubella deflagratur. Calcaria muriatica quoque Spiritu Vini extrahitur, Spiritus evaporatus massam salinam deliquescentem relinquit. Sal commune immixtum tubo ferruminatorio flammam reddit flavam salibus natrinis propriam; solutio acido sulphurico puro excedente decomposita et filtrata ex crucibulo platineo non omnino calore abigi potest, sed massam salinam relinquit.

Usus: in inflammationibus oculorum infantum scrophulosis.

De parandi methodis vix aliquid monendum. Si Baryta carbonica nativa vilis pretii constat, haec facillime Acido muriatico crudo dissolvitur. Baryum sulphuratum non male fornace figulina in crucibulis capacibus uritur. Miscelae mixtio intima maxime commendanda.

TERRA VITRIOLI DULCIS = Colcothar (p. 186).

THEA HELVETICA, Thea pro lapsis. Schweizerthee, Falltrank. *Thé suisse.*

Ph. Gall. 1837: Rec. Hb. et Summit. Absinth., Hb. Betonicae, — Ajugae reptantis, — Meliss. Calaminth., — Chamaedr., — Hysop., — Hederae terrestr., — Millefolii, — Origani, — Vincae maj., — Rorismar., — Saniculae, — Salviae, — Scolopendr., — Scordii, — Thymi, — Veronic., Flor. Arnicae, — Gnaphalii dioici, — Scabiosae, — Tussilagin. āā Unc. unam.

THERIACA ANDROMACHI s. VENETA vid. Electuarium Theriaca (p. 281).

THERIACA PAUPERUM = Roob Juniperi.

THERIACA SMARAGDINA vid. Electuarium Theriaca smaragdina (p. 282).

THRIDACIUM vid. Extr. Lactucae sativae (p. 405).

TINCTURAE s. Essentiae, Tincturen, *Teintures* sunt solutiones spirituosae materiarum medicarum ad usum medicum aptae. Spiritus Vini idem solvit, idemque conservationi consulit; quum in natura corporum nil eo mutatur, merito haec propinandi methodus laudatur. Non praetereundum est vires Spiritus Vini viribus medicaminum addi, qua de re ratio habenda est in remedii efficacia rite aestimanda.

Quaecunque corpora ad parandas tincturas advocantur et sicca et minuta sint, necesse est; alterum ne plantarum humoribus Spiritus Vini extenuetur, alterum ut penitius extrahi queant. Quo difficilius principia medicamentosa a corporibus eduntur, eo majori temporis spatio stent mixta oportet.

Non in omnibus idem Spiritus Vini nervus requiritur, quod quidem ex solvendorum natura pendet. Quum non nisi corpora Spiritu solubilia solvenda sunt, Spiritu egetur fortissimo; in solvendis materiis et aqua et Spiritu solubilibus Spiritus tenuior jure adhibetur; denique dilutus in corporibus Aqua solubilibus, quae Spiritu addito melius conservantur, et a quibusdam inquinamentis facile separantur. Ex hac ratione Spiritus dilutus conducit in materiis extractivis, rectificatissimus in corporibus resinosis mixtis et oleis volatilibus, denique alcoholisatus in resinis puris et materiis pinguibus difficile solubilibus. Ponderum ratio non in omnibus Pharmacopoeis eadem, sed variat pro rerum et opinionum natura. Una pars materiae medicatae suscipitur quatuor ad octo partibus Spiritus Vini; plerumque quatuor

sive sex. Nimiam dilutionem non laudaverim, quum in Spiritu vis medica non quaeritur; quod si fieret, merum admiscere possemus.

Tincturae sola solutione parantur, si massa omnis Spiritu Vini solvitur, uti Camphora, Terebinthina, Balsami, Resinae, cet. Filtratione immundities separatur. Solutio fit vase vitreo ordinario, epistomio suberino vel vitreo munito, vel cucurbitiformi, ut balneo arenae vel aquae calidae imponi queat.

Solutiones calefaciendae vesica bubula passim perforata clauduntur, vel orificio vas refrigeratorium, aqua frigida circumdata, adaptatur.

Methodorum omnium sine dubio praestantissima est, Spiritus Vini adhibendi partem dimidiam primum extrahendis infundere et post justam digestionem exprimere, tum alteram partem simili encheiresi adhibere. In multis tincturis parandis tertia vel quarta pars simul infunditur, et separatim elicitur, ita ut residuis non nisi merus Spiritus Vini inhaereat. Experientia edocet in residuis solubilia remanere, quamquam Spiritus nondum saturatus sit. Quum plura corpora in eadem tinctura paranda extrahuntur, prodest difficiliora solutu prius atque separatim extrahere; Resinae, Balsami, Ol. aetherea non nisi in fine adduntur.

In adhibendo prelo Realiano vel methodo depulsoria, ut ajunt, pro parandis tincturis non magnopere experientia adjuvari confiteamur. Plurimae enim materiae quadruplo vel sextuplo Spiritus Vini pondere facillime exhauriuntur, nec apparatu egetur operose tractando. In depellendo Spiritu ope Aquae magna jactura fit, quum liquores affinitate mixtae dilutae prodeunt, quare, quod ad hunc laborem attinet, in probatis haesisse, non quaerimur. Conducit optime expressionem in vase digestorio ipso efficere, e. gr. in vase cylindrico stanneo cylindro ligneo stanno obducto, ope torcularis lignei adacto. Addendis Alkaliis solubilium extractioni plurimum non consulitur, sed medicamentum proprium novum afferri non in neglectu habendum. Alkaloidea vegetabilium Alkaliis non extricantur, quum Spiritu Vini solubilia sunt.

Plantae quaedam narcoticae, principiis volatilibus gaudentes, non siccatae sed recentes parandis tincturis inserviunt, quod duabus potissimum viis efficitur; altera miscendo succum plantae expressum cum Spiritu rectificatissimo et filtrando miscelam bene conquassatam, altera, digerendo pultem Herbae contusae cum Spiritus fortissimi copia definita, exprimendo, filtrando. Haec methodus facile anteponenda, quum certiorem praeparationis rationem praebeat, nec pendentem ab incuria laborantis, vel a firmitate machinae torcularis.

TINCTURA ABSINTHII.

Wermuth-Tinctur. ***Teinture d'Absinthe.***

Synon.: Essentia Absinthii, s. Artemisiae Absinthii.

Rec. Herbae Absinthii siccae Unc. sex,
minutim concisae affunde
Spiritus Vini rectificati Libras tres.
Digere in cucurbita clausa, vas saepius agitando per dies quatuor ad sex, tum exprime et filtra. — *Vis:* stimulans, roborans, stomachica, anthelminthica.

Sit coloris e viridi fusci.

Secundum Ph. Amstel., Batav., Bavar., Belg., Boruss., Hann., *Oldenb.*, Parm., Polon., Slesv.-Hols., Suec. Hb. Absinth. partem unam et Spirit. Vini rectif. partes quatuor volunt Ph. Dan., Dan. mil., Fuld., Gall., Lipp., Saxon., Ferrarini. — Spir. Vini partes octo van Mons. — Disp. Brunsv., Wirt., Herbip.: Rec. Summitatum Absinthii, in umbra siccatarum, Unc. quatuor, infunde Spir Vini rectif. Libr. duas, digere, exprime et aliis superfunde Hb. Absinthii Unc. duabus; denuo digere, exprime et filtra. Swediaur ed. Mons: Hb. Absinth. Unc. duas, Spir. Absinth. Unc. sedecim, digere, in colatura solve Extr. Absinth. Unc duas. Ferrarini: Extr. Absinth. Unc. tres, Aq. dest Absinth., Spir. Vini rectss. āā Libr. duas, Hb. Absinth. q. s. (? Unc. sex.) — Ph. Pal., Prag.: Hb Absinth. Unc. duas, superinfunde Spiritus Vini rect. q. s. ut pollices tres supereminent, (multum differt an vase angusto vel amplo) digere, exprime. Disp. Brand., Ratisb., Vienn.: Herbae Spiritum proprium, i. e. cum Hb. Absinthii per fermentationem paratum ad pollicum trium supereminentiam affundunt, digerunt, filtrant.

TINCTURA ABSINTHII ALCALINA vid. Tinctura Absinthii totius.

TINCTURA ABSINTHII AMARA vid. Tinctura Absinthii aquosa.

TINCTURA ABSINTHII AQUOSA Ferrar.

Rec. Hb. Absinth. rec. Libr. duas, infunde Aq. comm. frigid. Libr. sedecim, stet per diem, tum destilla leni igne Aq. aromaticae Libr. decem, quas infunde Hb. Absinthii Libr. duabus, adde Aq. comm. Libr. sex, et denuo destillatione elice Libr. decem. His destillatis adde Spir. Vini rectss. Libr. duas et semis, et immerge Hb. Absinth. siccatae Unc. tres. Post macerationem per dies octo productam exprime

et filtra; colaturae denuo adde Hb. Absinth. sicc. Unc. tres, denuo post macerationem cola cum expressione, et in colatura solve Extr. Absinth. Unc. decem, Arcani duplicat. Unc. semis. Formula merito negligenda.

TINCTURA ABSINTHII COMPOSITA, s. Essentia Absinthii composita, s. amara. Zusammengesetzte Wermuthtinctur. *Teinture d'Absinthe composée.*

Ph. Wirt., Hann.: Rec. Hb. Absinthii Unc. unam, Rad. Zedoar. Unc. semis, — Caryophyll. Drachm. duas, Hb Card. bened., — Centaur. minor āā Unc. semis, Cort. Aurant., — Citri āā Drachm. duas, Caryophyll Drachm. unam. Incisis et contusis affunde Spir. Vini rect. Libr. unam. Digere per quatuor dies, exprime et filtra. **Ph. Fenn., Succ.:** Hb. Absinth. Unc. duas, Hb Card. bened., Cort. Aurant. immatur., Rad Galang. āā Unc. semis, Spir. Vini rect. Libr. duas. Digere per tres dies. **Ph. Gall. 1818:** Hb. Absinth. vulg., — Absinth. Pontic., Caryophyll. āā Unc. semis, Sacch. alb. Drachm. duas, Spir. Vini rect. Unc. octo. **Ph. Dan., Dan. mil.** (Essentia amara): Hb. Absinthii Unc. duas, — Card. bened., Rad. Gentian., Pomor. Aurant. āā Unc. unam, Sem. Anisi Drachm. unam, Spir Vini Gallic. Libr. tres. **Ph. Saxon.:** Tinct. Absinth. simpl. Part. quinque, Tinct. amar. Part. duas, Tinct. aromaticae Part. unam. **Ph. Palat.:** Hb. Absinth. pontic. Unc. unam, — Card. bened., Rad. Calami aromat., — Galang., — Zedoar. āā Drachm. unam et semis, incisis infundatur per diem Spir. Vini rect. Libr. una; digere, exprime, filtra. Similis mixtionis est Tinctura amara Ph. Palat. **Disp. Brunsv.:** Hb Absinth. Unc. unam, — Card. bened., Centaur. min., — Meliss., — Rorismar., Cort. Chinae āā Unc. semis, Rad. Enulae Drachm. sex, Cort. Aurant. mund., Baccar. Junip āā Unc. semis, Spir. Vini tartarisati Libr. duas. **Disp. Brand., Ratisb.:** Hb. Absinth. Unc. unam, — Card. bened. Unc. semis, — Centaur. min. Drachm. duas, Rad. Zedoar., — Dictamni alb., Cort. Aurant., — Citri āā Drachm. duas, Myrrh. Drachm. unam, Caryophyll., Croci āā Drachm. semis, Spir. Vini rect. Libr. duas. **Ph. Argent.:** Hb. Absinth. Unc. tres, — Centaur. min., — Card. bened. āā Unc. semis, Rad. Calami arom., — Zedoar. āā Unc. unam, Cort. Aurant., — Citri āā Drachm. duas, Cinnamomi Unc. semis, Spir. Vini rect. Libr. quatuor. VAN MONS: Hb Absinth. Drachm. sex, — Centaur. min., — Card. bened. āā Drachm. unam, Cort. Aurant., — Citri rec. āā Drachm. duas, Caryophyll. Drachm. unam, Spir. Vini rect. Libr. quatuor; vel ejusdem: Cinnamom., Macid. āā Drachm. unam, Rad. Calam., — Zedoar., — Gentianae āā Drachm. duas, Hb. Card. bened., — Centaur. min., — Trifol. fibr. āā Drachm. septem, Cort Aurant. Unc. unam, Hb Absinth. Drachm. decem, Spir. Vini rect. Libr. quatuor. SWEDIAUR: Hb. Absinth. Unc. unam, — Card. bened., — Centaur. min., Cort. Aurant. āā Unc. semis, Rad. Gentian., — Enulae, — Calami arom. āā Drachm. duas, Canellae, Macid. āā Drachm. unam, Spir. Vini rect. Libr. unam et semis. FERRARINI: Hb. Absinth. vulg., — Absinth. pont., Caryophyll., Sacch. alb. āā Unc. unam, Spir. Vini Libr. unam et semis; digere per septimanas duas. PLENCK: Hb. Absinth. Libr. unam, Cort. Aurant. Unc. quatuor, Rad. Calami arom., — Gentian. āā Unc. duas, Cinnamomi āā Unc. unam, Spir. Vini rect. Libr. duodecim. HENRY-GUIBOURT: Hb. Absinth. vulg., — Absinth. pont. āā Unc. unam, Caryophyll Unc. (Drachm.?) decem, Sacch. alb. Unc. semis, Spir. Vini rect. Libr. unam.

TINCTURA ABSINTHII EXTRACTI COMPOSITA vid. Tinctura Absinthii aquosa.

TINCTURA ABSINTHII TOTIUS s. quinta s. Quinta Essentia Absinthii Ph. Prag.

Rec. Succi Hb. Absinthii recenter expressi, contunde cum nova Hb. Absinthii copia et mixta in dolio querno ad fermentationem colloca, donec odorem acidiusculum emittat; tum destillando leni igni liquorem elice usque ad siccitatem (sic!); hujus Spiritus recipe Libr. unam, Extr. Absinth., Sal. Absinth. genuini (i.e. Sal. Tartari) āā Unc. semis, Ol. Aeth. Absinth. Scrup duos. VAN MONS: Herbam Absinthii contundi, per aliquot dies seponi et succum expressione protundi suadet. Hujus succi Unciis octo adde Sal Tartari Drachm. duas, Extr. Absinth. Unc. semis.

TINCTURA ACACIAE CATECHU vid. Tinctura Catechu.

TINCTURA ACETATIS FERRI vid. Tinctura Martis adstringens.

† TINCTURA ACETATIS ZINCI s. Acetas Zinci diluta Ph. Dubl.

Rec. Vitrioli alb., Terrae foliat. Tartari āā Unc. unam, contritis infunde Spir. Vini rectss. Unc. sedecim, per hebdomadem digesta filtro injice.

TINCTURA ACIDI SULPHURICI vid. Elixir acidum HALLERI

† TINCTURA ACONITI.
Eisenhut- oder Sturmhuttinctur.
Teinture d'Aconit.

Rec. Herbae Aconiti Napelli recentis Libram unam, in mortario bene contusis et in vas aptum ingestis affunde

Spiritus Vini rectificatissimi Libram unam;

stent per dies duodecim bene clausa, interdum agitata; tum cola cum expressione et per

filtrum chartaceum trajice. — *Vis:* irritans, narcotica, antiarthritica.

Sit coloris viridis.

Haec formula cum Codice Gallico 1837 congruens, sine dubio ceteris anteponenda, quum Herba tota adhibeatur, neque exsiccatione violenta, nec asservatione diuturna depravata esse potest, quod ubique in Herba sicca non evitatur. Quod Herbam recentem tibi compares, non in malis ducendum pro medicamenti virtutibus. Proxime accedit Ph. Saxon., quae Succi Hb. Aconiti recens expressi et Spir. Vini rect. par pondus misceri et per aliquot dies digeri, liquorem subsidentia limpidefactum a faecibus defundi et per chartam trajici proponit. Ceteris formulis Herba sicca praescribitur. Ph. Gall. 1837 nimis abunde alteram formulam admittit: Rec. Hb. Aconiti sicc. Unc. tres, Spir. Vini rect. Libr. unam; in cucurbita bene clausa per hebdomadem digesta cola cum expressione et filtra Ph. Hass., Polon., Henry-Guibourt Hb. Aconiti Unc. unam cum Spir Vini rect Unc. octo extrahi et (Hass.) ita exprimi et filtrari vult, ut nonnisi Unc. sex supersint. Ph. Boruss., Slesv.-Hols.: Hb Aconiti Unc. unam cum Spir. Vini rect. Libr. una extrahi proponit. Temere nimis dilutum, quum vis medica in Spiritu Vini non quaeritur. Gray pro Uncia Herbae sicc Spir. Vini rect. Unc. sex, Augustin duas sumit.

† **TINCTURA ACONITI AETHEREA.** Aetherische Eisenhuttinctur. *Teinture éthérée d'Aconit.*

Rec. Hb. Aconiti pulveratae Unc. unam, infunde Naphthae Vitrioli Unc. quatuor in vase infundibuliformi ad depellendos liquores apto, inferne epistomio parvo suberino, superne lamina vitrea cum arena laevigata, munito. Post aliquot dies liquidum, epistomio demto, emanare sine, et leni pressione, quantum fieri potest, extrica. Liquores collectos loco frigido, vasis optime clausis serva. Est coloris e viridi fuscescentis.

Ad modum Ph Gall. 1837. Ph. Boruss. ad Hb Aconiti Unc. singulas Liquoris anodyn. mineral Hoffm. Unc. octo, Ph. Hann. et Augustin Unc. quatuor praescribunt; Ph. Hass., Vogt Liquoris nonnisi Unc. sex, tum Ph. Lipp. et Oldenb. Unc. duas et semis pro eadem copia Herbae siccae. Van Mons Naphthae Vitrioli Unc. tres; Ph. Hass. 1806 duas; denique Niemann et Trommsdorffii scriptis: Rec. Hb. Aconit. rec. Unc. duas, incisis infunde Spir. Vini rectss. Unc. tres, digere per octiduum et colatis adde Naphthae Aceti Unc. unam Henry-Guibourt: Hb. Aconiti Unc. unam, Naphth. Vitrioli Unc. octo.

TINCTURA ACORI vid. Tinctura Calami.

TINCTURA ADIANTHI ALBI Disp. Ratisb.

Rec. Hb. Adianthi albi quantum vis, affunde Spirit. Vini rect. ad eminentiam digitorum trium; liquor decanthatus et expressus alteri et tertiae Herbarum vi infunditur.

TINCTURA ADSTRINGENS St. Marie.

Rec. Rad Lopezianae Indicae Drachm. unam et semis, Spir. Vini rect. Unc. duas et semis. Dig filtr. — Vide quoque Tinctura saturnina.

TINCTURA AETHEREA etc. vide suo nomine ab ingredientibus desumto.

TINCTURA ALCALINA vid. Tinctura kalina et Antimonii acris.

TINCTURA ALCEAE.

Rec. Petalorum Alceae Drachm unam; parti maxime coloratae infunde Spir Vini rectss. Unc duas, digere leni calore, filtra.

TINCTURA ALCOHOLICA HYPERICI vid. Balsamum catholicum (p. 111).

TINCTURA ALCOHOLICA OPII SAPONACEA vid. Balsamum anodynum (p. 108).

TINCTURA ALOES. Aloetinctur. *Teinture d'Aloès.*

Synon.: Essentia Aloës, Alcohol aloëticus, s. cum Aloë perfoliata, Alcohol Aloës Ph. Bavar.

Rec. Aloës lucidae Uncias tres, grossiuscule contusam immitte in vas idoneum et affunde Spiritus Vini rectificati Libram unam.

Interdum agitata stent per dies aliquot, donec Aloë ex toto soluta fuerit. Filtra. — *Vis:* purgans.

Sit coloris fusco-virescentis; si aquae instillatur primum omne praecipitatum agitando dissolvitur, tum ulteriore copia addita aqua lactescit.

Usus: interne ad guttas triginta; externe ad usum chirurgorum.

Cum formula nostra congruit Ph. Gall. 1818; quae anno 1837 prodiit Spiritum fortiorem, ponderis ratione immutata, proponit. Spiritu autem dilutiore, qualis est rectificatus, Aloën totam citius certiusque dissolvi, experientia compertum est, quare in hac re cum Ph. Boruss. ed. 5, quae rectificatissimum vult, dissentimus. In ponderum rationibus Codices passim inter se discrepant. Ph. Fuld., Hann., Oldenb., Palat., Saxon., Wirt. Aloës partem unam et Spiritus Vini rectificati partes quinque praescribunt. Ph. Austr., Bavar., Parm., Sard., Fer-

rarini, Taddei Spiritus Vini rectificati partes sex proponunt, Ph Boruss. ed. 5, Hisp., Slesv.-Hols. part. sex Spir. Vini rectificatissimi. Ph. Amstel., Antw., Batav., Belg., Brem., Brunsv., Hass., Lipp., VAN MONS, HENRY-GUIB. Aloes partem unam, Spir. Vini rect. part. octo volunt. BRUGNATELLI partes sedecim. Disp. Prag., Ratisb.: Rec. Aloës Unc. duas, Spir. Vini tartarisat. Unc. sex. Disp. Brand. non bene definit ponderum rationes, sed Aq. Cichorii et Spiritu Vini tartaris. solvit Ph. Lond 1836: Aloës Unc. unam, Extr. Liquir. Unc. tres, Aq. dest. Unc. triginta, Spir. Vini rect. Unc. decem.

TINCTURA ALOES AETHEREA.

Aetherische Aloetinctur. *Teinture éthérée d'Aloès.*

Ph. Edinb.: Rec. Aloës Succotr, Myrrh. āā Unc. unam et semis, Croci Anglici Unc. unam, Naphthae Vitrioli Libr. unam GRAY: Myrrh. Unc. unam et semis, Liq. anodyn. mineral. HOFFM. Libr. unam, Aloës Unc. unam et semis, Croci Unc. unam.

TINCTURA ALOES AQUOSA, s. Aloes Socotrinae, s. laxativa.

Wässerige Aloetinctur. *Teinture aqueuse d'Aloès.*

Ph. Edinb.: Rec. Aloës Unc. semis, Succ. Liquirit. dep. Unc. unam et semis, Spir. Vini rect. Unc. quatuor, Aquae Libr. unam. Ph. Lond.: Aquae Unc sedecim, cet. par, Ph. Dublin., Bat. Aquae, Spir. Vini rect. āā Unc octo cet. par. Ph. Amer. septentr. Spir. Vini rect. Unc. sedecim, Aqua omissa cet. par. (Mixtio non bene concinna, saporis nauseosi amaro-dulcis.)

TINCTURA ALOES COMPOSITA, s. crocata, vid Elixir Proprietatis PARACELSI (p. 298) et Elixir ad longam vitam (p. 293).

TINCTURA ALOES ET MYRRHAE.

Ph. Gall. mil.: Rec. Tinct. Aloës, — Myrrh. āā part. aequal. Ph. Herbip.: Aloës Unc. unam, Myrrh. Unc. unam et semis, Spir. Vini rect. Libr. duas et semis BRUGNATELLI: Myrrh. Unc. duas, Spir. Vini rect. Libr. duas, digestis adde Aloës Unc. unam et semis; digere denuo et filtra. (Cf. Elixir Proprietatis PARACELSI, quod croco adjecto potissimum differt et aperitivum.)

TINCTURA ALOETICA ALCALINA vid. Elixir proprietatis BOERHAVII.

TINCTURA AMARA. Bittere Tinctur. *Teinture amère.*

Synon.: Essentia amara; quibusdam Codicibus Elixir balsamicum temperatum HOFFMANNI (p. 289), vel Elixir viscerale STOUGHTON (p. 304), Tinctura Gentianae composita.

Rec. Herbae Centaurii minoris,
Pomorum Aurantii immaturorum,
Radicis Gentianae rubrae āā Uncias duas,
Radicis Zedoariae Unciam unam.
Concisis, contusis affunde in vase idoneo
Spiritus Vini rectificati Libras tres.
Digere per dies sex, vas saepius agitando, tum exprime et filtra.— *Vis:* stomachica, roborans, tonica.

Sit coloris fusci parum virescentis.

Haec formula cum Ph. Bor. ed. 3 et 5, Hann., Polon., Saxon., Slesv.-Hols. congruit; Ph. Hass. pro Radice Zedoariae Radicem Zingiberis, pondere immutato, proponit. Ph. Batav., Belg. (Tinctura amara composita): Rec. Rad. Gentian Unc. duas, Cort. Aurant. Curassav. Unc. unam, Canellae albae Unc. semis, Spir. Vini rect. Libr. duas. Ph. Brand., Palat., Ratisb.: Hb. Absinth. vulg. Unc. unam et semis, Hb. Centaurii min., — Scolopendr., — Card. bened. āā Unc. unam, — Cochlear. Unc semis, Bacc. Junip. Unc. unam et semis, Flaved. Cort. Aurant., Rad. Zedoar., — Gentian., Aloës lucid., Myrrh. āā Unc. unam, Spir. Vini Gallici Libr. quatuor. Disp. Brunsv.: Hb. Trifol. fibrin., — Tanaceti āā Unc. semis, Rad. Angelic, — Pimpinell. alb., — Gentian., Gummi Hederae, Succini āā Drachm. unam, Spir. Vini rect. Libr. unam. Disp. Lipp.: Hb. Trifol. fibrin. recent., — Tanaceti recent., — Scordii recent. āā Unc. quatuor, concisis infunde Aq. comm. fervid. Libr. unam et semis, per duodecim horas digesta cola per linteum, et, liquoribus rejectis, residuo in cucurbita vitrea admisce Fruct. Aurant. immatur. contus. Unc. unam, Spir. Vini rect. Libr. duas; digere, cola cum expressione et filtra. TRILLERI: Rec. Hb. Absinth., — Centaur. min., — Fumar., — Card. bened., — Trifol. fibrin., — Millefol., Flor. Chamomill āā Unc. semis, Rad. Gentian., — Caryophyll. āā Unc. unam, Cort. Aurant. Unc. semis. Spir. Vini rect. Libr. duas. Ph. Argent. 1757: Rad. Angelic., — Pimpinell. alb āā Drachm. unam et semis, — Gentian. Drachm. unam, Hb. Tanacet., — Trifol. fibrin. āā Drachm. duas, — Chamaedr., — Scordii, — Centaur. min. āā Drachm. unam, — Mari Veri Drachm. semis, Spirit. Vini rectif. Unc. octo. Ph. Dan., Fenn. vid. Tinctura Absinthii composita. Ph. Wirt. vid. Tinct. Gentianae composita. Ph. Austr., Oldenb. vid. Tinctura Gen-

tianae alkalina. (Pro indole simili affinia sunt Elixiria stomachica, balsamica, visceralia, cet.)

TINCTURA AMARA COMPOSITA Ph. Gall. 1818 vid. Elixir viscerale STOUGHTONI (p. 304).

TINCTURA AMARA HALENSIS.

NIEMANN: Rec. Hb. Absinth., — Tanacet., — Centaur. min., — Trifol. fibr. āā Unç. octo, Spir. Vini rect. Libr. decem, Sal. Tartari Unc. decem; digesta per dies decem cola. SWEDIAUR: Hb. Absinth., — Tanacet., — Centaur. min. āā Unc. sex, — Trifol. fibrin. Unc. octo, Spir. Vini rect. Libr. decem, Sal. Tartari Unc. unam; digere, cola, tum adde Tinct. Succini Unc. duas, Tincturam e Rad. Angel., — Gentian., — Patient., Cort. Aurant āā Unc. duas et Spir. Vini rect. Unc. viginti paratam.

TINCTURA AMARICANS.

Disp. Prag.: Rec. Extr. amari compos. Unc. tres, Spir. Vini tartaris. Libr. unam; digere, et decantha. Disp. Vienn.: Extr. amari Unc. duas, Sal. Tartari Drachm. duas, Spir. nitri dulc. Libr. unam.

TINCTURA AMBRAE et composita vid. Essentia Ambrae (p. 272 seq.).

TINCTURA AMMONIATA AROMATICA vid. Spiritus Salis Ammoniaci aromat. (p. 760).

TINCTURA AMOMI REPENTIS vid. Tinctura Cardamomi.

TINCTURA AMOMI ZINGIBERIS v Tinctura Zingiberis.

TINCTURA ANGELICAE, s. Essentia Angelicae, s. Radicis Angelicae. Angelikawurzel-Tinctur. *Teinture de racines d'Angélique.*

Ph. Sax., Fuld., Lipp.: Rec. Rad. Angelicae modice siccatarum Unc. unam, Spir. Vini rect. Unc. quatuor, digere, filtra. Ph. Hann., Pal., Wirt.: Radicis Unc. unam, Spir. Vini rect. Unc. quinque; Ph. Hass., Austr. Unc. sex. VAN MONS: Fol. et Stipit. Angelic., Rad. Angelic. āā Unc. unam, Spir. Semin. Angelic. Unc. octo; digere, filtra.

TINCTURA ANGELICAE AMMONIATA, s. Sal volatile oleosum Angelicae BOERHAVE

Rec. Rad recent. Angelic. Unc. duas, Sal. Ammoniaci Unc. unam, Ciner. clavell. Drachm. tres, Spir. Vini Libr. duas; destillationem instituе, destillatum denuo cum Rad. Angelic. Unc. una destillet. (*Vis:* carminativa, diaphoretica, diuretica.)

TINCTURA ANGUSTURAE, s. Essentia Angusturae, s. T. Bruceae, s. — Bonplandiae trifoliatae s. — Cuspariae.

Ph. Antw.: Rec. Cort. Angusturae Unc. unam, infunde Spir. Vini rect. Unc. quatuor; digere, cola; residuo iterum infunde Spir. Vini rect. Unc. duas; digere, cola; liquores collectos filtra. Ph. Amst., Bat.: Cort. August. Unc. unam, Spir Vini rect Unc. octo. Ph. Amer. Cort. Unc unam, Spir. Vini Unc. sedecim. Ph. Dublin., SWEDIAUR: Cort. Unc. unam, Spir. Vini Libr. unam. Ph. Edinb. Cort. Unc. unam, Spir. Vini Unc. quindecim. VAN MONS Cort. Unc. unam, Spir. Vini Unc. sex

TINCTURA ANIME.

GRAY: Gummi Anime Unc. unam, Spir. Vini rect. Unc. octo; solve, filtra.

TINCTURA ANODYNA. Schmerzstillende Tinctur.

Formulae quaedam antiquae, ob Laudani liquidi SYDENHAMI celebritatem merito oblivione obrutae, ita denominantur; e. gr. sec. Ph. Prag. (Essentia anodyna LANGELOTI) Rec. Laudani cydoniati Drachm. duas, Spiritus Cydoniorum Unc. unam, vel (Disp. Vienn.) Unc. sesqui. Disp. Brand., Wirt. (Essentia anodyna LUDOVICI): Extr. Opii aqua parati Unc. unam, Aq apoplect. spir., Spir. Vitrioli roridi āā Unc. quatuor.

TINCTURA ANODYNA LENTINI = Tinctura Valerianae aetherea.

TINCTURA ANODYNA LUDOVICI Ph. Wirt.

Rec. Extr Opii aq. Unc. unam, Aq. apoplect. spirit., Spir. Vitrioli cum spiritu volatile mixti āā Unc quatuor. Extrahe, ut artis est, tincturam filtra et serva.

TINCTURA ANODYNA OFFICINALIS.

Ph. Wirt.: Extr. Opii aquos. Unc. unam, Aq. Cinnamomi spir. Unc novem.

TINCTURA ANODYNA VOLATILIS vide Tinctura Opii ammoniacalis.

TINCTURA ANTARTHRITICA, Essentia arthritica. Gichttinctur.

Disp. Brunsv.: Rec Lumbric. terrestr. rec. ablut., cum Ol. Tartari per deliq in pulticulam redactorum, Unc unam, Rad. Aristol. rot, Rad. Junip. āā Unc. semis, Succi Hb. Chamaepit. rec. inspissati Drachm. tres, Castorei, Croci, Sal. Tartari āā Drachm. duas; infunde Spir. Cochleariae Libr. unam, digere, cola. Ph. Wirt. (dicta HOFFMANNI, sine Opio) Lumbric. terrestr Unc. tres, Ol. Tart. per deliq. Unc. duas, Spir. Vini rect. Libr. unam, Castor. Drachm duas, Croci Drachm. unam; digere, filtra; vel: Ph. Wirt., Pal. (dicta HOFFMANNI, cum Opio): Lumbric. terrestr. Unc. duas, Rad. Cynogloss. Unc. unam, Castor. Drachm. duas, Croci Drachm. semis, Opii Drachm. unam, Spir. Vini rect. Libr. unam; digere, filtra. Clin. chir. Berol.: Tinct. Antimon. acris Unc. duas, Tinct. Guajaci Unc. unam, Tinct. Opii Drachm. duas.

TINCTURA ANTARTHRITICA HOFFMANNI SINE OPIO Ph. Wirt.

Rec. Lumbric. terrestr. praep. Unc. tres,

affunde Olei sive Liq. Sal. Tart. per deliquium Unc. duas, stent in vitro bene clauso per viginti quatuor horas, postea affundantur Spir. Vini rectss. Unc. duodecim, addantur Castorei Drachm. duae, Croci Drachm. una; stent de nuo per triduum in digestione. Liquor tinctus per chartam emporeticam filtratus, servetur.

TINCTURA ANTARTHRITICA CUM OPIO ejusdem.

Rec Lumbric. terrest. praep. Unc. duas, Rad. Cynogloss. Unc. unam, Castorei Drachm. duas, Croci Drachm. semis, Opii Drachm. unam, affunde tritis Spir. Vini rect. Libr. unam, post sufficientem extractionem et filtrationem adde Spir. Cochleariae Unc. unam.

TINCTURA ANTEPILEPTICA.

Disp. Brand.: Rec. Sal. Succini volat., Sal. volat. Cranii humani āā Scrup. unum, Castorei Drachm. duas; infunde Spir. Lilior. convall. q. s., digere, filtra. VAN MONS: Flor. rec. Convall. Unc. semis, Spir. Lavend. Unc. quatuor, macera, exprime tum infunde in Croci, Succini usti āā Drachm. unam, Castorei Drachm. duas, liquori post digest. refrigerato adde Liquor. Salis Ammon. aquos., Spir. camphorat. āā Unc. quatuor.

TINCTURA ANTHEMIDIS vid. Tinctura Chamomillae.

TINCTURA ANTIFEBRILIS.

Disp. Brand.: Rec. Cort. Chinae opt. Unc. tres, Rad. Gentian. Unc. duas, — Imperator., — Serpentar. Virg. āā Unc. unam, Hb. Absinth., — Card. bened., — Centaur. min. āā Unc. quatuor, Aloës, Myrrh. āā Unc. semis; Bacc. Lauri Unc. unam, Caryophyll., Sal. Tartari āā Drachm. duas, Vini Hispanici Unc. quinquaginta; digere, filtra.

TINCTURA ANTICHOLERICA.

Ph. antich. WILH.: Rec. Hb. Absinth., Cort. Aurant., Rad. Angelic., — Zingiber. āā Unc. semis, Caryophyll arom. Drachm. duas, Spir. Vini rectss. Libr. tres; vel: Vini Medoc (seu Pontac seu Tocaviens) Libr. duas, Caryophyll., Cinnamom., Cort. Chinae āā Unc. unam; digestis, filtratis adde Camphor. Drachm. unam in Spir. Vini Unc. semis solut.

TINCTURA ANTIEMETICA STARK.

Ph. antich. WILH.: Rec. Tinct. Opii simpl Drachm. semis, Potion. RIVER. Unc. unam et semis.

TINCTURA ANTIGONORRHOICA s. contra gonorrhoeam.

PIERQUIN: Rec. Nitri Unc. duas, Sal. Ammon. Unc. duas, Aq. comm. Unc. sedecim, Camphor. Drachm. duas, Spir. Vini rect. q. s. ad Camph. solvend.

TINCTURA ANTIHYSTERICA vid. Essentia antihysterica (p. 373).

TINCTURA ANTIHYPOCHONDRIACA.

Disp. Vienn.: Rec. Rad. Hellebori nigri Unc. duas, Croci, Nitri, Santali rubri, Salis Tart. āā Drachm. duas, Flor. Hyperici Drachm. sex, Spir. Nitri dulc. q. s. (Libr. una?)

† TINCTURA ANTIMONII ACRIS,

s. Tinctura Antim. acris HOFFMANNI, Tinctura Antimonii martialis regulina Disp. Brand., Ratisb., s. Antimonii Tinct. acris Disp. Brunsv., Tinctura Stibii alcalisata. Scharfe Spiesglanztinctur. *Teinture d'Antimoine acre.*

Rec. Reguli antimonii, Nitri depurati āā Libram unam; pulverata et mixta detonentur in crucibulo, et operculo tecta per horae unius spatium rubescant. Massam adhuc calidam in mortario calefacto contusam ingere in cucurbitam et infunde Spiritus Vini rectificati Libr. unam et semis; digere caloris adminiculo, et liquorem rubicundum, quiete limpidum, decanthatione sive Siphonis vitrei ope in lagenas bene claudendas transfer.

Ex KLAUERI, Pharmacopolae eruditissimi, experimentis patet, Tinctura Antimonii acri, ad hanc methodum (Disp. Brunsv.) parata Oxydum Antimonii contineri, idque in Drachmis quinque granum integrum. Quamquam, quod objectabatur, hanc tincturam ab Antimonio nil nisi nomen ducere, non probatum est, ideo eam ab oblivione vindicari dignam non putamus, quum certiores formulae extant Antimonium aegris ingerendi, et medicamenti virtutes magnopere pendent a variis casibus in parando non semper evitandis. Spiritum Vini fortiorem adhiberi, quam rectificatum i. e. qui habeat 60 part. cent. Alcoholis absoluti, non licet, quum, quae rectificatissimo paratur tinctura, Oxydi Antimonii ne vestigia quidem prodit. Per longum temporis spatium Tinctura, quam innuimus, cum Tinctura Kalina, — Tartari, — Metallorum confundebatur; sed hae, Antimonio carentes, nunc secernendae, et suo loco reperiundae.

Discrepant Codices, hanc methodum statuentes, ponderum rationibus. Disp. Fuld.: Reguli Antimon. Unc. tres, Nitri Libr. unam et semis, Spir. Vini rectss. Libr. quatuor. Disp. Lipp.: Reguli Unc. unam et semis, Nitri Unc. novem, Spir. Vini Libr. duas. Ph. Wirt.: Reguli Unc. quatuor, Nitri Unc. viginti, Spir. Vini Libr. unam et semis. SPIELMANN: Reguli Unc. quatuor, Nitri Unc. octo, Spir. Vini Libram. Omnes hae formulae nimia Nitri copia non Oxydum Antimonii sed Acidum antimonosum et antimonicum, Potassa junctum, edunt. (*Vis* putatur resolvens, diaphoretica, diuretica; *Usus* merito melioribus remediis cessit.)

TINCTURA ANTIMONII ANISATA.

Disp. Vienn., Prag.: Rec. Antimonii crudi Libr. unam, Tartari crudi, Nitri āā Unc.

novem, Limatur. Mart. Libr. semis; in crucibulo rubescant per horam dimidiam; effunde, in pulverem redige, et irrora Ol. Anisi Unc. una; tum adde Spir. Vini rectss. Libr. duas, et extrahe.

TINCTURA ANTIMONII BALSAMICA, s. nigra.

Disp. Brunsv.: Rec. Antimon. crudi Unc. sex, in crucibulo liquatis insperge Nitri Unc. unam et semis, et rubescant per aliquot tempus, massam exemtam coque cum Ciner. clavell. Unc. octo, et Aq. Libr. duabus ad mellis consistentiam, tum adde Spir. Vini rectss. Libr. unam, digere, decantha. (Formula inepta; continere potest tinctura Sulphuretum Kalii, Kali causticum, fortasse et Sulphuretum Antimonii; obsolevit.)

† TINCTURA ANTIMONII JACOBI s. HERMBSTAEDTII, s. Tinctura Antimonii saponata Ph. Lipp., Saxon., Sulphur auratum liquidum, Liquor Saponis stibiati Ph. Bor., Dan., Tinctura Saponis Antimonii. Flüssiger Goldschwefel, Jacobi's Spiesglanztinctur. *Liqueur de Savon stibié.* **(Nomen ducit a JOH. CHR. JACOBI, medico itemque pharmacopola Weimariensi, qui Seculi duodevigesimi media parte vixit)**

Rec. Sulphuris aurati Antimonii Unciam unam, in patina porcellanea, addito aquae purae pauxillo, pistilli vitrei ope in pultis mollissimae formam redige, tum adde Lixivii caustici Kalini quantum sufficit, ut color miscelae albidus fiat, nec leniter calefactae trituratione continua denuo in flavum vergat; injice Saponis medicati tenuissime rasi Unc. tres, et pistilli ope omnia exacte misce; adde Aquae destillatae Unc. sex, calefac donec solutione peracta massa gelatinescat, tum adde Spiritus Vini rectificatissimi Uncias sex, et agitatione solutionem promove, qua peracta omnia per chartam filtra. — *Vis:* resolvens, diaphoretica, diuretica.

Sit liquor limpidus recens paratus coloris leviter flavi, addito acido gas hydrothionicum evolvitur et liquor sedimento aurantiaco turbidus fit. Pond. spec. = 1,100 ad 1,110.

Usus: in asthmate, obstructione viscerum abdominalium, rheumatismo chronico, arthritide.

Haec formula cum **Ph. Bor.** ed. 3 et 5, **Polon., Saxon.** et HUFEL. **Ph. paup.** congruit. Praeparandi methodum accuratius exposuimus, ne magna Sulphuris aurati pars intacta remaneret. **Ph. Dan., Hann., Oldenb.:** Rec. Sapon. antimonialis Unc. octo, Tinct. Kalin., Aq. dest. (**Ph. Hann.** Aq. Cinnamom.) āā Libr. unam; digere leni calore, filtra. **Ph. Hass., VAN MONS:** Sapon. antimon. Unc. duas, Tinct. Kalin., Aq. Cinnam. āā Unc. tres. **Disp. Fuld.:** Sapon. antim. Unc. duas, Tinct. Antimonii acris ad dimidium concentratae Unc. sex. **Disp. Lipp.:** Sulphur. aurat Antimon Unc. duas, Alcali caustici vegetab. Unc. tres, Aq. comm. Libr. unam et semis, digere ad solutionem, adde Ol. Amygd. Unc. quatuor, coque ad saponificationem, adde Spir. Vini rectss. Libr. unam et semis, destillatione lenta Unc. octo elice, residuum habebis tincturam (Methodus satis inepta) **Ph. Herbip.:** Sapon. medicat. Unc. unam, solve in Tinctura Antimon. acri per abstractionem spiritus ad dimidium redacti ad digitorum trium eminentiam affusa. (Nimis incerta ratio.)

TINCTURA ANTIMONII TARTARISATA, s. tartari, s. Salis tartari, Elixir aurificum.

Ph. Brunsv., Brand., Pal., Vienn., Wirt.: Rec. Sal. Tartari Libr. unam, Antimon. elect. Libr. semis, rubescant igni forti per horam integram; massam effusam, pulveratam immitte in phiolam et infunde *Spir. Vini* rectss. Libr. unam, Liquorem *colore rubeo* tinctum caute a sedimento *defunde* et iterum affunde Spir. Vini rectss. Libr. unam, digere, decantha, liquores junge. (Formula obsoleta, propter Tincturam Antimonii acrem atque kalinam supervacanea.)

TINCTURA ANTINEPHRITICA.

Disp. Vienn.: Rec. Milleped., Fruct. Cynosbati, Bacc. Junip. āā Unc. unam, Rad. Pareir. brav. Drachm. sex, Flor. Hyperic., — Genist., Sem. Milii Solis (Lithospermi offic.), — Saxifrag. āā Unc. semis, Opobalsami Unc. unam, Bals. Copaiv., — Indic. nigr., Salis Tartari āā Unc. semis, Spir. Salis dulc., — Nitri dulc. āā Libr. unam.

TINCTURA ANTIODONTALGICA vide Tinctura PYRETHRI.

TINCTURA ANTIPHTHISICA GRAMANNI s. WEDELII.

Ph. Wirt., Vienn., Brand.: Rec. Sacch. Saturni Unc. semis, Vitrioli Martis Drachm. tres, Aceti Vini crudi Unc. duas, Aq. Rosarum Drachm. sex, solve l. a. et adde Spir. Vini rect. Unc. duas. (Mixtio non bene concinnata; decomponitur et sedimentum fit grave, fundum petens; obsolevit.)

TINCTURA ANTIPODAGRICA HOFFM.

Rec. Hb. Anagall. purp Unc. duas, Rad. Calami aromat., — Caryophyll., — Acori vulg., — Rhapontici āā Unc. semis; affunde Spir. Vini opt. q. s ut aliquantum supereromineat, et aliquot guttulas Spir. Vitrioli; extrahe, destillatione abstrahe partem dimidiam, tum adde Spir. Vitrioli Unc. semis, Spir. Salis Unc. duas.

TINCTURA ANTIPYRETICA CLUTONII.

Rec. Spir. Sulphur. per campan., — Vitrioli rect., — Salis acidi āā part. aeq., digere cum Spir. Vini pondere triplo horum omnium et

destilla ad siccitatem; hujus Spiritus sume Libr. tres, Rád. Angelic., — Serpentar. Virg., Sem. Cardamom. āā Drachm. sex; extrahe, filtra.

TINCTURA ANTIRHEUMATICA PIERQUIN.

Rec. Sem. Stramon. Unc. unam, Spir. Vini rectss. Libr. unam, extrahe, cola adde Extr. Opii Unc. unam, Spir. camphor. aromat. Unc. duas.

TINCTURA ANTISCORBUTICA vid. Essensentia antiscorbutica (p. 373).

TINCTURA ANTISPASMODICA. Krampfstillende Tinctur.

Ph. Lusit. vet.: Rec. Tinct. Opii camph. Gutt. duodecim, Aq. Menth. pip. Unc. duas. Altera formula: Hb. Valerian., — Mari āā Unc. unam, Liq. anod. min Hoffm. Unc. sex; vel: Rad. Valer., Hb. Mari āā Unc. semis, Spir. Vini rectificatiss. Unc. quatuor, Spir. Vitrioli Drachm unam; digere, filtra.

TINCTURA ANTISPASMODICA CHRETIEN.

Rec. Opii Gran. quadraginta octo, Spir. Vini rect. Unc. quatuor; vel: Opii Drachm. unam, Camphor. Unc. semis, Spir. Vini Libr. unam.

TINCTURA ANTISPASMODICA CAMPHORATA vid. Tinctura Opii camphorata.

TINCTURA ANTISPASMODICA DUMASII.

PIERQUIN: Rec. Opii Gran. quadraginta, Camphor., Succin. āā Drachm. semis, Spir. Vini rectss. Unc. sex.

TINCTURA ANTISPASMODICA KEUPII vid. Tinctura Valerianae aetherea.

TINCTURA ANTISPASMODICA LENTINI = Tinctura Valerianae aetherea.

TINCTURA ANTISPASMODICA ET TONICA.

PIERQUIN: Rec. Rad. Valer., Pulv. Cort. Chin. āā Drachm. duas, — Rad. Ipecac Drachm. semis, Decoct. fervid. capit. Papav. albi Unc. sedecim, infunde per diem, adde Syr. Hederae terrestr. Unc. unam.

TINCTURA ANTISPASMODICO-EMMENAGOGA.

PIERQUIN: Rec. Aloës Drachm. semis, Moschi Scrup. duos, Ambr. gris. Drachm. duas, Spir. Vini rectss. q. s. (? Unc. duas), filtra post extractionem.

† TINCTURA ANTISYPHILITICA.

AUGUSTIN: Rec Mercur. Sublim. corros. Scrup. unum, Spir. Vini rectss. Unc. quatuor, Bals. Canad., Resin. Guajaci āā Unc. duas, solutas in Spir. Vini rectss. Unc. quatuor, adde Ol. Sassafras Drachm. duas.

TINCTURA ANTISYPHILITICA BERNARDI.

Rec. Sal. Tartari Libr unam solve in Aq. Cinnam. simpl Libr. una; tum Opii Unc. duas solve in Aq. Cinnam. vinos. Unc. quatuor, solutiones misce et per tres hebdomadas sepone; colaturae adde Gummi Arab. Unc. duas, Sal. Alcali volat. sicc Unc. unam, in Aq. Cinnam. simpl. Unc. sex solutas. VAN MONS: Opii Unc. duas, Aq Cinnam. vinos. Unc. viginti, maceratis adde Gummi Arab. Unc. duas, Sal. Alcali volat. sicc Unc. unam, Sal. Tart. Unc. quatuor; vel: Sal. Tartari Unc. tres, Opii, Gummi Arab. āā Unc. semis, Aq. Chamomill. Unc. sex, Sal. Alcali volat sicc., Spir. Vini simpl. āā Drachm. duas AUGUSTIN: Sal. Tartari Unc. semis, Aq. Cinnam. Unc. quatuor, Opii Gran. duo, Sal. Alcali volat. sicc. Drachm. unam.

TINCTURA ANTISYPHILITICA TALBOTII.

AUGUSTIN: Rec. Sal. Tartari Unc. duas, Aq. Meliss. Unc. tres et semis, Extr. Opii. — Chelidon. āā Scrup. semis, post digest. adde Spir. Sal. Ammon. caust. Drachm. duas. (Antecedentis similis)

† **TINCTURA ANTIVENEREA FALCKII, s. Elixir balsamicum purificans, Tinctura Balsami Canadensis, itemque mundificans, Tinctura balsamica purificans.** Falk's antivenerische Tinctur, Canadensische Balsamtinctur. *Teinture de Baume de Canada.*

BORIES, PIERQUIN, SPIELMANN: Rec. Mercur. sublimat. corros. Scrup. unum, Spir. Vini rectss. Unc. unam, solve, adde Resin. Guajaci, Balsam. Canadens āā Unc. unam, soluta in Spir. Vini rectss. Unc. septem; adde Ol. Sassafras Drachm. duas, agitatione in lagena immiscendas. Ph. Herbip.: Mercur. sublim. corros. Scrup. unum, Spir. Vini rect. Unc. quatuor, solve; Terebinth. Ven. (MARCUS, LEBRECHT Balsam. canad. verum), Resin. Guajaci āā Unc. unam solve in Spir. Vini rect. Unc. quatuor; liquores subsidentia limpidefactos junge et adde Ol. Sassafras Drachm. duas. VAN MONS brevior: Mercur. sublim. corros. Scrup. unum, Ol. Sassafras Drachm. duas, Tinct. Resin. Guajaci Unc. octo, Spir. Vini rect. Libr. unam. Usus ex nomine patet.

TINCTURA APERITIVA Ph. paup Hamb.

Rec. Inf. Rhei aq., Liquor. Terrae fol. Tartari āā Unc. semis, Vini antimon. HUXHAMI Drachm. unam.

TINCTURA ARNICAE. Arnicatinctur, Wohlverleihtinctur. *Teinture d'Arnica.*

Ph. Bor. ed. 3 et 5, Polon.: Rec. Flor. Arnicae Unc. unam et semis, Spir. Vini rect. Libr. unam, digere, filtra.

TINCTURA ARNICAE AETHEREA Ph. Gall. 1818.

Rec. Flor. Arnicae Drachm. duas, Naphth. Vitrioli Unc. unam, digesta exprime.

TINCTURA AROMATICA. Gewürztinctur. *Teinture aromatique.*

Synon.: Essentia aromatica, Alcohol aromaticum, Tinctura Cinnamomi composita.

Rec. Cinnamomi Uncias duas,
Cardamomi minoris,
Caryophyllorum,
Radicis Galangae,
— Zingiberis āā Unciam semis,
Spiritus Vini rectificatissimi Libras duas,
infunde, digere, exprime, filtra.

Ph. Bor. ed. 3 et 5, Dan., Hann., Hamb. 1835, Hass., Oldenb., Polon., Saxon. 1837, Slesv.-Hols. cum formula nostra consentiunt. Ph Lond. 1836: Cinnamomi Unc. unam, Cardamomi Unc semis, Piper. longi, Rad. Zingib. āā Drachm. duas et semis, Spir. Vini rect. Unc. quadraginta. Ph. Bavar.: Cinnamomi Unc. quatuor, Cardamomi, Caryophyll., Galangae āā Unc. unam, Spir. Vini rect. Libr. quatuor. Fenn. et Suec.: Canell. alb., Cinnamomi, Galangae āā Unc. semis, Cardamomi Drachm. duas, Spir. Vini rect. Libr. unam. Ph. Edinb.. Cinnamomi, Sem. Amomi āā Unc. unam, Piper. longi Drachm. duas, Spir. Vini rect. Libr. duas et semis.

TINCTURA AROMATICA ACIDA vid. Elixir Vitrioli Mynsichti (p. 305).

TINCTURA AROMATICA AMMONIATA vid. Spiritus aromaticus oleosus Sylvii.

TINCTURA ASAE FOETIDAE. Stinkasandtinctur. *Teinture d'Asa fétida.*

Rec. Asae foetidae Uncias duas,
Spiritus Vini rectificatissimi Libram unam,
digere in vase clauso per dies quatuordecim et filtra. — *Vis:* antihysterica.

Cum formula illa Ph. Bor. ed. 5, Hann., Hamb. 1835, Bavar., Lipp., Fenn., Oldenb., Saxon. 1837, Slesv.-Hols. consentiunt. Ph. Lond. 1836: Asae foetid. Unc. quinque, Spir. Vini rect. Unc. quadraginta. Ph. Gall. 1837: Asae foetid. Unc. quatuor, Spir. Vini rect. Unc. sedecim Ph. Edinb.: Asae foetid. Unc duas, Spir. Vini rectss. Libr. duas et semis. Ph. Dubl.: Asae foetid. Unc. quatuor, Spir. Vini rect. Libr. duas, Aq. comm. Unc. octo.

TINCTURA ASAE FOETIDAE AETHEREA Ph. Gall. 1818 et 1837.
Rec Asae foetidae Unc. quatuor, Naphthae Vitrioli Unc. sedecim, macerata filtra.

TINCTURA ASAE FOETIDAE AMMONIATA vid. Spiritus Salis Ammoniaci foetidus (p. 762).

TINCTURA ASAE FOETIDAE COMPOSITA Henry-Guibourt.
Rec. Asae foetid Drachm. unam, Fuliginis splendent. Drachm. duas, Spir. Vini rect. Unc. tres, digesta filtra.

TINCTURA ASAE FOETIDAE KALICA Ph. Wirt., Brunsv.
Rec. Asae foetid., Sal. Tartari āā Unc. duas, Spir. Vini rect. Libr. unam, per triduum digesta filtra.

TINCTURA ASAE FOETIDAE STIBIATA Augustin.
Rec. Tinct. Asae foetid. Drachm. sex, Tinct. Antimonii Jacobi Drachm. duas et semis, Ol. Terebinth. Drachm. duas.

TINCTURA ASARI. Haselwurztinctur. *Teinture d'Azarum.*
Ph. Gall. 1837: Rec. Pulv. Asari Unc. quatuor, Spir. Vini rectss Unc. sedecim, digere filtra.

TINCTURA AURANTIORUM vid. Tinctura Corticum Aurantiorum, et Pomorum.

TINCTURA AURATA Van Mons.
Rec. Colocynth. Unc. unam et semis, Sem. Anisi Drachm. unam, Caryophyll., Croci āā Scrup. semis, Spir. Vini rect. Unc. viginti.

TINCTURA AUREA vid. Tinctura nervino-tonica Bestuschefii.

† TINCTURA AURI s. Aurum potabile.
Rec. Auri puri Drachm. unam, Aq. regiae Unc. unam, leni calore solve, solutioni adde Ol. Rorismarini Unc. duas, conquassata sepone ut color auri ab oleo absorbeatur; tum oleum separa et in Spiritus Vini rect. Unc octo solve.

TINCTURA BALSAMI CANADENSIS, Essentia Balsami canadensis roborans. Canadensische Balsamtinctur. *Teinture de baume de Canada.*

Disp. Fuld.: Rec. Balsami canadens. Unc. duas, Resin. Guajaci Unc. unam, Spir. Vini Libr. unam. Alii addunt Ol. Menth. pip. Drachm. duas.

TINCTURA BALSAMI COPAIVAE. Copaivabalsamtinctur. *Teinture de baume de Copahu.*
Disp. Fuld.: Rec. Balsami Copaiv. Unc. duas, Spir. Vini rectss. Unc. octo

TINCTURA BALSAMI COPAIVAE KALICA Disp. Brunsv.

Rec. Bals. Copaiv. Unc. unam, Sal. Tartari Drachm. unam, Spir. Vini rectss. Unc. quatuor.

TINCTURA BALSAMI DE MECCA Ph. Gall. 1818.

Rec. Balsami de Mecca part. unam, Spir. Vini rectss. part. quatuor.

TINCTURA BALSAMI PERUVIANI. Perubalsamtinctur. *Teinture de baume de Pérou.*

Ph. Hann. 1833: Rec. Bals. Peruv. Unc. unam, Spir. Vini rectss. Unc. octo, digere, filtra. Ph. Brunsv., Palat., Hamb. 1835: Bals. Peruviani Unc. unam, Spir. Vini rectss. Unc. sex.

TINCTURA BALSAMI SULPHURIS.

Rec. Bals. Sulphur. terebinth. Unc. duas, Spir. Frumenti Libr. unam.

TINCTURA BALSAMI TOLUTANI, Tinctura balsamica tolutana. Tolubalsamtinctur.

Ph. Gall. 1837: Rec. Bals. Tolutani Unc. quatuor, Spir. Vini rectss. Unc. sedecim, digesta filtra. Ph. Dubl., Edinb., Suec.: Bals. Tolut. Unc. unam et semis, Spir. Vini rectss. Libr. unam. Ph. Hamb. 1835: Balsami Unc. unam, Spir. Vini rectss. Unc. sex.

TINCTURA BALSAMICA FULLERI.

Rec. Bals. Gilead., — Peruv., — Copaiv., — Tolut. āā Drachm. duas, Spir. Vini rect. Unc. octo, Tinct. Benzoes Unc. unam, digesta filtra.

TINCTURA BALSAMICA GMELINI vide Essentia balsamica GMELINI (p. 374).

TINCTURA BALSAMICA COMPOSITA vid. Balsamum Commendatoris (p. 112).

TINCTURA BALSAMICA PURIFICANS vid. Tinctura antivenerea FALKII.

† TINCTURA BELLADONNAE. Belladonnatinctur. *Teinture de Belladonne.*

Ph. Slesv.-Hols.: Rec. Hb. Belladonn. sicc. Unc. unam, Spir. Vini rect. Libr. unam. Ph. Hamb. 1835: Hb. Belladonn. Unc. duas, cet. par. Ph. Gall. 1837: Hb. Bellad. Unc. quatuor, Spir. Vini rectss. Unc. sedecim; haec Pharm. alteram formulam tradit, scilicet: Fol. Belladonn. recent., Spir. Vini rectss. āā Unc. sedecim. Ph. Hamb. 1835. Hb. Belladonn. recent. Libr. unam, Spir. Vini rectss. Unc. octo.

TINCTURA BELLIDIS FLORUM Ph. Wirt.

Rec. Flor. Bellidis hortensis, colore rubro a capitulis suis decerptorum et exsiccatorum, Unc. semis, Spir. Vitrioli Drachm. unam, Aq. Flor. Bellid. Unc. quatuor. Stent in digestione per diem et noctem; postea exprimantur et filtrentur.

TINCTURA BENZOATIS AMMONIAE COMPOSITA vid. Elixir paregoricum Edinburgense (p. 294).

TINCTURA BENZOES. Benzoetinctur. *Teinture de Benjoin.*

Synon.: Essentia Benzoës, Tinctura balsamica.

Rec. Benzoes Uncias duas,
Spiritus Vini rectificatissimi
Libram unam,
digere, filtra.

Ph. Bavar, Boruss. ed. 5, Dan., Fuld., Hamb. 1835, Hann., Lipp., Oldenb, Slesv.-Hols., Saxon. 1837 cum formula illa conveniunt Ph. Gall. 1837: Benzoes Unc. quatuor, Spir. Vini rectss. Unc. sedecim. Ph. Hass 1827: Benzoes Unc duas, Spir. Vini rectss. Unc. sedecim.

TINCTURA BENZOES ALOETICA s. balsamica vid. Balsam. Commendatoris (p. 112).

TINCTURA BENZOES COMPOSITA Ph. Wirt.

Rec. Benzoes electae pulverisatae Unc. unam, Styracis Calam. Unc. unam et semis, Bals. Peruv. Drachm. unam. Affunde Spir. Vini rect. Unc. octo, digerantur et post sufficientem solutionem filtrentur.

TINCTURA BENZOES SIMPLEX Ph. Wirt.

Rec. Flor. Benzoes Drachm. tres, Spir. Anisi Unc. tres; digere lenissimo calore, atque solutio sive tinctura flavi coloris servetur.

TINCTURA BESTUSCHEFFI vid. Tinctura nervino-tonica BESTUSCHEFFI.

TINCTURA BEZOARDICA = Essentia bezoardica.

TINCTURA BONPLANDIAE vid. Tinctura Angusturae.

TINCTURA BOTRYOS MEXICANAE.

Ph. Hass., Slesv.-Hols.: Rec. Hb. Botryos Unc. unam, Spir. Vini rect. Unc. sex.

TINCTURA BRUCINAE MAGENDIE.

Rec. Brucinae Gran. quindecim, Spir. Vini rectss. Unc. unam.

TINCTURA BUCCU s. Folior. Buccu.

Rec. Fol. Buccu Unc. duas, Spir. Vini rect. Libr. unam.

TINCTURA BURGUNDICA.

Rec. Cort. Chinae Drachm. sex, Rad. Calami, Cinnamomi āā Drachm. unam, Cort Aurant. Drachm. duas, Coccionell. Drachm. semis, Vini albi Lusitanici Libr. duas et semis.

TINCTURA CALAMI s. **Calami aromatici.** Kalmustinctur. *Teinture d'Acorus aromatique.*

Ph. Bor. ed. 5, Slesv.-Hols.: Rec. Rad. Calami Unc. tres, Spir. Vini rect. Libr. tres, digere, filtra.. Ph. Brunsv., Wirt. Rad. Calami Unc. unam et semis, Spir. Vini rect. Unc. sex. Ph. Hann. 1833, Hamb. 1835: Rad Calami Unc. quinque, Spir. Vini rect. Libr. duas. Ph. Hass.: Rad. Calami Unc. quatuor, Spir. Vini rect. Libr. duas.

TINCTURA CALAMI COMPOSITA. Zusammengesetzte Kalmustinctur. *Teinture composée d'Acorus.*

Ph. Bor. ed. 3 et 5, Polon., Hamb., Hann., Slesv.-Hols.. Rec. Rad. Calami Unc. tres, — Zedoariae, — Zingiberis ää Unc. unam, Pomor. Auraut. immatur. Unc duas, Spir. Vini rect. Libr. tres. Digere et filtra.

TINCTURA CALUMBAE = Tinctura Columbo.

TINCTURA CAMBOCIAE vid. Tinctura Gummi Gutti.

TINCTURA CAMPHORAE COMPOSITA s. opiata vid. Elixir paregoricum.

† TINCTURA CANTHARIDUM. Cantharidentinctur. *Teinture de Cantharides.*

Synon.: Alcohol cantharidatus, Tinctura Lyttae vesicatoriae s. Meloës vesicatoriae. Spanischfliegentinctur.

Rec. Cantharidum grossiuscule pulveratarum Unciam unam,
Spiritus Vini rectificati Libram unam,
mixta incalescant in balneo aquae, tum seponantur. Frigefacta post tres dies filtrentur.
Vis: irritans, vesicatoria.

Codicum hac in re dissensus eheu! maximus. Cum formula supra exhibita Ph. Boruss. ed. 5, Saxon. 1837, nisi quod Spiritum rectificatissimum sumant, conveniunt. Ceterorum agmen a debilioribus incipientes ad fortiores progressuri perstringamus.

Ph. Edinb. tenuissimam Tincturam habet, extrahit enim Cantharidum Drachm. unam, Spiritus Vini rect. Libr una. Ponderum ratio 1 : 96. Insequitur Ph. Suecica, quae Drachmam unam et semis Cantharidum Spiritus Vini rect. Unciis sedecim extrahi vult. Pond. ratio 1 : 85. Ph. Lond. 1836 Cantharidum Unc. semis Spir. Vini Unc. quadraginta extrahit. Ponderum ratio 1 : 80. Ph. Danica: Cantharid. Drachm. unam, Spir. Vini rect. Unc. quatuor, 1 : 32. Ph. Hamb. 1835, Hann., Oldenb., Polon., Wirt. Cantharid. Unc. unam, Spir. Vini rect. Libr. duas. Pond. rat. 1 : 24. Ph. Hass., Slesv. Hols.: Cantharid. Unc. unam, Spir. Vini rect. Unc. sedecim. 1 : 16. Ph. Bor. ed. 5, Saxon., Ross. rationem supra exhibitam 1 : 12 habent. Ph. Gall. 1837, Batav., Belg.: Canthar. Unc. unam, Spir. Vini rect. Unc. octo; 1 : 8. Ph. Austr., Bavar.: Cantharid. Unc. unam, Spir. Vini Unc. sex; 1 : 6.

† TINCTURA CANTHARIDUM ACETICO SPIRITUOSA YOUNG.

Rec. Canthar. pulv. Unc. quatuor, Spiritus Vini rectss. Unc. tres, Aceti concentrati Unc. novem, digere per aliqot dies et cola cum expressione.

† TINCTURA CANTHARIDUM AETHEREA. Aetherische Cantharidentinctur. *Teinture étherée de Cantharides.*

Ph. Gall. 1837: Rec. Cantharidum Unc. quatuor, Naphthae Aceti Unc. triginta duas, macerata exprime et filtra in infundibulo bene tecto.

† TINCTURA CANTHARIDUM CAMPHORATA LEBRECHT.

Rec. Tinct. Canthar. Unc. semis, Camphor. Drachm. duas.

† TINCTURA CANTHARIDUM CONCENTRATA. Concentrirte Cantharidentinctur. *Teinture concentrée de Cantharides.*

Ph. Hamb. 1835: Rec. Cantharid. Unc. tres, Spir. Vini rect. Libr. unam, colat. Unc. decem. Ph. Slesv.-Hols.: Spir. Vini rectss. cet. par.

TINCTURA CANTHARIDUM OPIATA AUGUSTIN.

Rec. Tinct. Cantharid. Drachm. unam, — Chinae Unc. unam et semis, Elixir. paregor. Unc. semis.

TINCTURA CANTHARIDUM TEREBINTHINATA AUGUSTIN.

Rec Tinct. Canthar. Drachm. tres, Ol. Terebinth. Unc. unam, Spir. Sal. Ammoniaci caust. Drachm. unam et semis.

TINCTURA CAPSICI ANNUI. Spanischpfeffertinctur. *Teinture de Capsicum.*

Rec. Fructuum Capsici annui conc. Unc. duas, Spir. Vini rectss. Libr. unam, digere et filtra. Ph. Bor. ed. 5, Hann., Saxon. 1837, Slesv.-Hols. hanc formulam habent. Ph. Hamb. 1835: Fruct. Capsici annui Unc. sex, Spir. Vini rect. Libr. tres. Ph. Lond.: Fruct. Capsici Drachm. sex, Spir. Vini rect. Libr. duas.

TINCTURA CAPSICI ET CANTHARIDUM.

Rec. Cantharid. Drachm. decem, Fruct. Capsici annui Drachm unam, Spir Frument. Unc. viginti, digere et filtra.

TINCTURA CARBURETI SULPHURIS IODURATI s. Tinctura Alcoholis Sulphuris iodata VAN MONS.

Rec. Iodi part. unam, Alcoh. Sulphuris part. tres, Spir. Vini rectss. part. novem. Misce ut sensim solvatur Iodum.

TINCTURA CARDAMOMI. Cardamomentinctur. *Teinture de Cardamome.*

Rec. Cardamom. minor. Unc. quinque, Spir. Vini rect. Libr. duas, digere et filtra. Ph. Hann. 1833, Hamb. 1835, Slesv.-Hols hanc formulam secutae sunt. Ph. Dubl.: Cardamomi Unc. tres, Spiritus Vini rect. Libr. duas. Ph. Lond. 1836: Cardamomi Unc. tres et semis., Spir. Vini rect. Unc. quadraginta. Ph. Amer., Edinb. Cardamomi Unc. quatuor, Spir. Vini rect. Libr. duas et semis. Ph. Succ.: Cardamomi Unc sex, Spir. Vini rect. Libr. duas et semis. Ph. Wirt.: Cardamomi Unc. tres, Spir. Vini rectss. Unc. sedecim. Ph. Hass.: Cardamomi part. unam, Spir. Vini rectss. part. quindecim.

TINCTURA CARDAMOMI COMPOSITA. Zusammengesetzte Cardamomentinctur. *Teinture de Cardamome composée.*

Ph. Lond. 1836: Rec. Cardamomi, Sem. Carvi āā Drachm. duas et semis, Coccionell. Drachm. unam. Cinnamomi Drachm. quinque, Passularum major. Unc. quinque, Spir. Vini rect. Unc. quadraginta. Macera per dies quatuordecim et cola. Ph. Dubl.: Cardam., Coccionell., Sem. Carvi āā Drachm. duas, Cinnamomi Unc. semis, Spir. Vini rect. Libr. duas.

TINCTURA CARDIACA.

Rec. Ambrae Drachm. duas, Moschi Scrup. duos, Ligni Aloës Drachm. unam et semis, Benzoës Drachm. tres, Spir. Vini rect. q. s ut tres digitos supereminea t et filtra post digestionem.

TINCTURA CARDUI BENEDICTI Cardobenedictentinctur.

Rec. Hb. Cardui bened. Unc. quatuor, Spir. Vini rect. Libr. duas, digere et filtra.

TINCTURA CARMINATIVA WEDELII vid. Essentia Carminativa WEDELII (p. 375).

TINCTURA CARYOPHYLLATAE. Nelkenwurztinctur.

Ph. Hamb. 1835: Rec. Rad. Caryophyll. Unc quinque, Spir. Vini rect. Libr. duas, digere et filtra. Ph. Saxon. 1820. Rad. Caryophyll. part. unam, Spir. Vini rect. part. quatuor. Ph. Dan.: Spir. Vini rect. part. quinque, Ph. Oldenb. partes sex ad Radicis Caryophyllatae part. unam.

TINCTURA CARYOPHYLLORUM AROMATICORUM. Gewürznelkentinctur. *Teinture de Girofles.*

Rec. Caryophyll arom. Unc. quinque, Spir. Vini rectss. Libr. duas, digere et filtra. Ph. Bor. ed. 4 et 5, Slesv.-Hols. hanc formulam habent. Ph. Gall.: Caryophyllor. Unc. quatuor, Spir. Vini rectss. Unc. sedecim. Ph. Hann., Hamb. consentiunt in mutatione hujus formulae recipientes loco Spir. Vini rectificatiss. Spir. Vini rectificatum. Ph. Brunsv., Hass.: Caryophyll. part. unam, Spir. Vini rectss. part. sex.

TINCTURA CASCARILLAE. Cascarillentinctur. *Teinture de Cascarille.*

Rec. Cort. Cascarill. contusi Unc. quinque, Spir. Vini rectss. Libr. duas, digere et filtra. Ph. Bor., Slesv.-Hols., Oldenb., Polon., Hann. 1833, Hamb 1835 hac in formula consentiunt. Ph. Saxon.: Cort. Cascarill Unc. unam, Spir. Vini rect. Unc. quinque. Ph. Lond., Batav., Belgic.: Cort. Cascarill. part. unam, Spir. Vini rect. part. octo. Ph. Amst.: Cort. Cascarill. part. unam, Spir Vini rectss. part. octo. Ph. Brunsv., Palat., Wirt.: Cort. Cascarill. Unc. quatuor, Spir. Vini rectss. Libr. unam et semis. Ph. Danic.: Cort Cascarill. part. unam, Spir. Vini rectss. part. quinque. Ph. Dubl.: Cort. Cascarill. Unc. quatuor, Spir. Vini rect. Libr. duas. Ph. Fenn., Suec.: Cort. Cascarill. Unc. duas, Spir. Vini rectss. Libr. unam.

TINCTURA CASCARILLAE ALCOHOLICO-ALCALINA.

Rec. Cort. Cascarill. Unc. tres, Salis Tartari Drachm. unam, Spir. Vini rect. Libr unam; digesta filtra.

TINCTURA CASCARILLAE AQUOSA ALCALINA Ph. Palat.

Rec. Cort. Cascarill. Unc. tres, Salis Tartari Drachm. duas, Aq. fontan. bullientis Unc. sedecim; digere et filtra.

TINCTURA CASSIAE vid. Tinctura Cinnamomi.

TINCTURA CASTOREI. Bibergeiltinctur. *Teinture de Castoréum.*

Synon.: Tinctura Castorei sibirici aetherea.

Rec. Castorei sibirici minutim concisi Unciam unam, immisso in vitrum adde Liquoris anodyni mineralis HOFFMANNI Uncias sex; vitro bene clauso macerentur per dies octo, tum filtrentur per

chartam bibulam in infundibulo bene obtegendo. — *Vis:* antispasmodica.

Sit liquor coloris fulvi, odoris fragrantissimi minime verbis describendi. Signa bonitatis atque genuitatis, quae commendata sunt, nimis incerta sunt atque fallacia; ex praeparatione cauta ergo omnia pendent.

Usus: in hystericis et spasmodicis affectionibus.

Ph. Bor. ed. 5, Hamb., Dan., Hannov., Oldenb., Polon., Slesv.-Hols. hanc formulam habent, quam eo de consilio ceteris anteponendam duximus, quum Liquor mineralis HOFFMANNI perfectissimum sit Castorei menstruum. Spiritus Vini rectificatissimus facillime Oleum aethereum et Resinam dissolvit, at non adipem crystallinum, qui Castorinum a chemicis appellatur, Naphtha Vitrioli facillime solubilem. Codices passim de ponderum rationibus dissentiunt. Ph. Hass.: Castorei sibir. Unc. unam, Liquor anodyn. Unc. decem. Ph. Gall. 1837: Castorei Unc unam, Naphthae Vitrioli Unc. quatuor.

TINCTURA CASTOREI CANADENSIS AETHEREA. Aetherische Canadabibergeiltinctur. *Teinture éthérée de Castoréum de Canada.*

Rec. Castorei canadens. Unc. unam, Liquoris anodyni mineralis HOFFMANNI Unc. sex, macerata filtra. Coloris intensioris quam tinctura vocis antecedentis. Paucae Pharmacopoeae hanc tincturam plane supervacaneam receperunt.

TINCTURA CASTOREI CANADENSIS SPIRITUOSA. Weingeistige Canadabibergeiltinctur. *Teinture alcoolique de Castoréum de Canada.*

Ph. Bor. ed. 5, Slesv.-Hols., Sax. 1837, Dublin., Hass., Hamb. 1835 tincturas spirituosas duas, Castorei sibirici et canadensis, receperunt, ponderum rationibus inter sese vero non diversis. Vide ergo vocem infra sequentem, Castorei indolem nativam bene respiciens.

TINCTURA CASTOREI COMPOSITA. Zusammengesetzte Bibergeiltinctur. *Teinture de Castoréum composée.*

Ph. Edinb.: Rec. Castorei Unc. unam, Asae foetidae Unc. semis, Spir. Salis Ammoniaci vinos. Libr. unam; digere et filtra.

. TINCTURA CASTOREI KALINA.

Ph. Palat.: Rec. Castor. Unc. tres, Sal. Tartari Drachm. tres, Spir. Meliss. Libr. unam, digere et filtra. Ph. Ross.: Castor. Unc. unam, Sal. Tartari Drachm. duas, Spir. Vini ect. Libr. duas.

TINCTURA CASTOREI OPIATA s. thebaica vid. Elixir antihystericum officinale (p. 286).

TINCTURA CASTOREI SIBIRICI AETHEREA ET SPIRITUOSA vid. Tinctura Castorei et Tinctura Castorei spirituosa.

TINCTURA CASTOREI SPIRITUOSA. Weingeistige Bibergeiltinctur. *Teinture alcoolique de Castoréum.*

Synon.: Tinctura Castorei sibirici s. moscovitici spirituosa.

Rec. Castorei sibirici minutim concisi Unciam unam, in lagenam immisso adde Spiritus Vini rectificatissimi Uncias sex, orificio adapta epistomium suberinum perforatum, per quod tubus vitreus, bipedalis fere, ad vapores refrigerandos aptus, transeat. Lagenam in balneo aquae colloca et ad ebullitionem spiritus calefac. Balneum cum lagena ab igne remove, et post refrigerium Tincturam filtra per chartam bibulam. — *Vis:* eadem qualis Tincturae aethereae.

Usus: in clysmatibus pro Tinctura aetherea adhiberi debet, tum quoque interne propinatur.

Cum nostra formula Ph. Bor. ed. 5, Slesv.-Hols., Hamb. 1835, Hann. 1833 consentiunt, Ph. Bavar., Lipp., Parm. Spiritum rectificatum, cet. par. Ceterae de ponderum ratione hinc inde discrepant. Ph. Saxon. 1837, Edinb., Amst., Brand. Castorei part. unam, Spiritus Vini rectss. part. octo habent. Spiritum rectificatum, ceteris immutatis cum mox antecedentibus, Ph. Hass., Batav., Belg., Fuld., Genev. habent. Ph. Gall. 1837 Castorei Unc. unam, Spir. Vini rectss. Unc quatuor, Austr., Ferrar. Spir. rectificatum, cet. par. — Ph. Dubl., Hisp., Oldenb., Pol., Succ. Castorei Unc. unam, Spir. Vini rectss. Unc. duodecim. Ph. Lond. 1836 Castorei Unc. duas et semis, Spir. Vini rect. Unc. quadraginta. Ph. Amer. Castor. Unc. duas, Spir. Vini rectss. Unc triginta duas. Ph. Ross. Castorei Unc. unam, Salis Tartari Drachm. duas, Spir. Vini rect. Libr. duas.

TINCTURA CATECHU vid. Tinctura Terrae Catechu.

TINCTURA CATHARTICA vid. Tinctura Sennae.

TINCTURA CENTAUREI MINORIS. Tausendgüldenkrauttinctur.

Disp. Brand., Ph. Wirt.: Rec. Hb. Centaurei minor. Unc. quatuor, Spir. Vini rect. Libr duas; digere, exprime et filtra. Ph. Danic. Hb. Centaur. part. unam, Spir. Vini rect. part. quatuor.

TINCTURA CHALYBEATA vid. Tinctura stomachica martialis.

TINCTURA CEPHALICA vid. Essentia cephalica (p. 375).

TINCTURA CHAMOMILLAE s. Chamaemeli Ph. Austr. Kamillentinctur.

Rec. Flor. Chamomillae vulg. Unc duas, Spir. Vini rect. Libr. unam, digesta filtra.

TINCTURA CHENOPODII AMBROSIOIDIS.

Rec. Hb. Chenopodii ambros. Unc. sex, Spir. Vini rect. Libr. tres; digesta filtra.

TINCTURA CHENOPODII AETHEREA.

Ph. Oldenb.: Hb. Chenopod. ambr., Liq. anodyn. mineral. āā Unc. unam, Spir. Vini rectss. Unc. tres; macera et filtra.

TINCTURA CHINAE. Chinatinctur. *Teinture de Quinquina.*

Synon.: Tinctura Chinae fuscae s. simplex, Tinctura Corticis Peruviani simplex, Tinctura Cinchonae officinalis s. lancifoliae.

Rec. Corticis Chinae Huanuco grisei in pulverem grossiusculum redacti Uncias quinque,
Spiritus Vini rectificati Libras duas;
immitte in lagenam satis capacem, cujus orificio tubus vitreus bipedalis ad vapores condensandos ope epistomii suberini adaptetur; lagena in balneo aquae calefiat ad ebullitionem Spiritus Vini, quae per breve tempus obtineatur; tum totum refrigerandum sibi derelinquatur. Tincturam refrigeratam ex sacculo linteo expressam per chartam filtra. — *Vis:* antifebrilis stomachica.

Sit Tinctura coloris rubro-fusci, limpida, saporis amarissimi adstringentis.

Nostra formula cum Ph. Bor. ed. 5, Hann., Polon., Hamb. 1835, Oldenb. convenit, nisi quod Spiritum rectificatissimum loco rectificati suadeant. Ph. Hass. Cort. Chinae Unc. quatuor, Spir. Vini rect. Libr. duas; Ph. Lond. 1836 Spiritus Unc. viginti, Edinb. triginta, Dublin., Batav., Belg. triginta duas, Chinae ratione non mutata receperunt. Ph. Slesv.-Hols. Chinae Unc. sex, Spir. Vini rect. (rectificatissimi Ph. Saxon. cet. par) Libr. tres; Ph. Dan. Chinae part. unam, Spiritus Vini rect. partes quinque; Ph. Gall. 1837 Spiritus partes quatuor, cet par.; Ph. Wirt. Spir. Vini rectss. partes quatuor. Ceterarum discrimina omittamus

TINCTURA CHINAE AMARA vid. Elixir roborans Whyttii (p. 300).

TINCTURA CHINAE AMMONIATA s. volatilis.

Rec. Cort. Chin. fusc. Unc. quatuor, Tinct. aromatico-ammoniat. Unc. triginta duas Ph. Lond. 1824, Cort. Chinae Drachm. quatuor, Spir. Salis ammoniaci vinos. Unc. quatuor Ph. Fuld.

TINCTURA CHINAE AQUOSA ALKALINA.

Ph. Palat.: Rec. Cort. Chinae pulv. Unc. tres, Salis Tartari Drachm. duas, Aq. fervid. Unc. sedecim, post digestionem cola.

TINCTURA CHINAE COMPOSITA vid. Elixir roborans Whyttii (p. 800).

TINCTURA CHINAE COMPOSITA Herwig vid. Essentia Chinae composita Herwig (p. 375).

TINCTURA CHINAE CONCENTRATA vid. Elixir stomachicum (p. 372).

TINCTURA CHINAE CROCATA vid. Elixir alexipharmacum Huxhami (p. 284).

TINCTURA CHINAE FUSCAE vid. Tinctura Chinae.

TINCTURA CHINAE GINGIVALIS Augustin.

Rec. Tinct. Chinae Unc. duas, Tinct. Myrrhae Unc. semis, Tinct. Kino Drachm. duas, Spir. Cochlear. Unc. unam. M.

TINCTURA CHINAE KALINA Pierquin.

Rec. Cort. Chinae fusc. Unc. tres, Sal. Tartari Drachm. unam, Spir. Vini rect. Libr. unam; post digestionem filtra.

TINCTURA CHINAE OFFICINALIS Huxhami = Elixir stomachicum.

TINCTURA CHINAE REGIAE. Königschinatinctur. *Teinture de Quinquina jaune.*

Ph. Hann. 1833: Rec. Cort. Chinae reg. Unc. quinque, Spir. Vini rect. Libr duas, digere et filtra. Ph. Hass Cort Chinae Unc. quatuor, Spir Vini rect. Libr. duas. Ph. Gall. 1837: Cort. Chinae Unc. quatuor, Spir. Vini rect. Unc. sedecim.

TINCTURA CHINAE RUBRAE. Rothe Chinatinctur. *Teinture de Quinquina rouge.*

Ph. Gall. 1837: Rec. Cort. Chinae rubr. Unc. quatuor, Spir. Vini rect. Unc. sedecim, digesta filtra.

TINCTURA CHINAE SIMPLEX vid. Tinctura Chinae.

TINCTURA CHININI Magendie.

Rec. Chinini sulphur. Gran. sex, Spir. Vini rectss. Unc. unam; solve.

TINCTURA CICUTAE vid. Tinctura Conii maculati.

TINCTURA CINNAMOMI. Zimmttinctur. *Teinture de Canelle.*

Synon.: Tinctura Lauri Cinnamomi, Essentia Cinnamomi, Tinctura Cassiae, Tinctura Cinnamomi Zeilanici.

Rec. Cinnamomi acuti in pulverem grossiusculum contusi Unçias quinque,
Spiritus Vini rectificati Libras duas,
digere per hebdomadem in vitro clauso, tum filtra per chartam bibulam. Sit tinctura coloris e rubro-fusci. — *Vis:* haemostatica, adstringens.

Usus: im metrorrhagiis.

Ph. Hamb. 1835, Hann. 1833, Old., Polon. nostram formulam praescripserunt, Ph. Slesv.-Hols. loco Spir. Vini rect. Spir. Vini rectss. habet cet. par. Ph. Fenn., Bat. Cinnamomi Unc. duas, Spir. Vini rect. Libr. unam. Ph. Dan, Saxon. Cinnamomi Unc. unam, Spir. Vini rect. Unc. quinque. Ph. Hass. Cinnamomi Unc. quatuor, Spir. Vini rect. Libr. duas. Ph. Gall. Cinnamomi Unc. quatuor, Spir. Vini rectss. Unc. sedecim. Ph. Lond. Cinnamomi Unc. tres et semis, Spir. Vini rect. Unc. quadraginta. Ph. Dublin. Cinnamomi Unc. tres et semis, Spir. Vini rect. Libr. duas. Pharmacopoeae sunt, quae Tincturam Cinnamomi acuti et Tincturam Cinnamomi sinensis praescribunt, Hass. Cinnamomi sinensis Unc. quatuor, Spir. Vini rect. Libr. duas. Ph. Hamb. 1835 Cinnamomi sinensis Unc. quinque, Spir. Vini rect. Libr. duas, aliae deniqe Tincturam Cinnamomi e Cinnamomo sinensi praeparari jubent, scilicet Ph. Bor. ed. 5. Cinnamomi sinensis Unc. quinque, Spir. Vini rectss Libr. duas. Ph. Austr. Cinnamomi sinensis Unc. duas, Spir. Vini rectss. Libr. unam.

TINCTURA CINNAMOMI ACUTI vid. Tinctura Cinnamomi.

TINCTURA CINNAMOMI COMPOSITA vid. Tinctura aromatica.

TINCTURA CINNAMOMI PHOSPHORICO-ACIDA Augustin.

Rec. Acidi phosphor. Drachm. dimidiam, Tinct. Cinnamomi Drachm. duas. Misce.

TINCTURA CINNAMOMI SINENSIS sive zeylanici vid. Tinctura Cinnamomi.

TINCTURA CITRI AURANTII vid. Tinctura Corticum Aurantiorum et Pomorum.

TINCTURA CITRINA vid. Essentia citrina laxans (p. 373).

TINCTURA COCCIONELLAE. Cochenillentinctur.

Ph. Hamb., Amst.: Rec. Coccionellarum Drachm. unam, Spir. Vini rect. Unc. unam. Macera et filtra.

TINCTURA COCHLEARIAE. Löffelkrauttinctur. *Teinture de Cochléaria.*

Rec. Hb. Cochleariae recent. Unc. sex, Spir. Cochleariae Libr. unam. Post digestionem exprime et filtra.

† TINCTURA COLCHICI. Zeitlosensamentinctur. *Teinture de semences de Colchique.*

Rec. Seminis Colchici ruditer contusi Uncias quinque,
in lagenam immisso affunde
Spiritus Vini rectificati Libras duas,
digere in loco calido per dies octo tum filtra. — *Vis:* antiarthritica, antihydropica.

Usus: in affectionibus rheumaticis, arthritide, hydrope.

Haec formula a Ph. Bor. ed. 5. edocta est. Ph. Lond. Sem. Colchici Unc. quinque, Spir. Vini rect. Unc. quadraginta. Ph. Saxon. Sem. Colchici Unc. unam, Spir. Vini rect. Unc. sex. Ph. Slesv.-Hols., Austr. Sem. Colchici Unc. semis, Spir. Vini rect. Unc. sex. (*Cf.* Vinum Colchici.)

† **TINCTURA COLCHICI COMPOSITA.** Zusammengesetzte Zeitlosentinctur. *Teinture de Colchique composée.*

Ph. Lond. 1836: Rec. Sem. Colchici Unc. quinque, Spir. Sal. Ammoniaci aromat. ejusd. Pharm. Unc. quadraginta.

† **TINCTURA COLOCYNTHIDIS** Dahlbergi, s. composita, s. anisata. Dahlberg's Coloquintentinctur. *Teinture de Coloquintes de Dahlberg.*

Ph. Boruss. ed. 3 et 5, Hann. 1833, Hamb. 1835, Polon., Oldenb., Sax. 1837, Slesv.-Hols.: Rec. Colocynthid. Unc. unam, Sem. Anisi stell. Drachm. unam, Spir. Vini rect. (quaedam habent rectss.) Libr. unam. Ph. Hass.: Colocynth. Unc. unam et semis, Sem. Anisi stell. Drachm. duas, Spir. Vini rect. Unc. viginti. Ph. Belg., Suec.: Spir. Unc. quatuordecim, cet. par.

TINCTURA COLUMBO, s. Calumbae, s. Radicis Columbo. Columbotinctur. *Teinture de Colombo.*

Ph. Lond. 1836: Rec. Rad. Columb. Unc. tres, Spir. Vini rect. Unc. quadraginta. Ph. Dubl., Edinb.: Rad. Columb. Unc. duas, Spir. Vini rect. Libr. duas Ph. Hass.: Rad. Columb. Unc. quatuor, Spir. Vini rect. Libr. duas. Ph. Slesv.-Hols.: Rad. Columb. Unc. quinque, Spir. Vini rectss. Libr. duas, Ph. Hamb. 1835 rectificati cet. par.

† **TINCTURA CONII** s. Conii maculati s. Cicutae. Schierlingtinctur. *Teinture de Ciguë.*

Ph. Gall. 1837: Rec. Fol. Conii siccor. Unc. quatuor, Spir. Vini rect. Unc.. sedecim; altera formula, scilicet: Fol Conii recent. et Spir. Vini rectss. āā par pondus.

TINCTURA CONII AETHEREA Ph. Gall. 1818 et 1837.

Rec. Hb. Conii sicci Drachm. duas, Naphth. Vitrioli Unc. unam.

TINCTURA CONTRAYERVAE. Contrajerventinctur. *Teinture de Contrayerve.*

Ph. Gall. 1837: Rec. Rad. Contrayerv. Unc. quatuor, Spir. Vini rectss. Unc. sedecim. Ph. Batav.: Rad. Contrayerv. Unc. unam, Spir. Vini rectss. Unc. sex.

TINCTURA CORALLIORUM. Korallentinctur.

Ph. Wirt.: Rec. Corall. rubr. pulv. Unc. duas, affunde Aceti dest. Libr. unam. Stent in digestione per triduum, ebulliant ad coralliorum solutionem, refrigerata per chartam bibulam filtrentur, atque in vase figulino, vel vitreo, ad siccitatem evaporent. Rec. Solutionis hujus siccae Unc. unam solve in Aquae Cinnamomi cydoniatae Unc. tribus, solutioni adde Spir. Vin rect. Unc. unam et semis, Tinct. Sacchari Unc. semis. Digerantur per aliquot dies; postea, per chartam bibulam filtrata, tinctura servetur.

TINCTURA CORTICIS PERUVIANI vid. Tinctura Chinae.

TINCTURA CORTICUM AURANTIORUM. Pomeranzenschalentinctur. *Teinture d'Écorces d'Oranges.*

Synon.: Essentia Corticum Aurantiorum, Alcohol cum Citro Aurantio.

Rec. Corticum Aurantiorum siccorum, a parte interiore carnosa liberatorum et concisorum Uncias quinque,
Spiritus Vini rectificati Libras duas,
digere in vase idoneo clauso loco calido per dies sex vel octo, tum exprime ex sacculo linteo et expressum filtra.

Plurimi codices germanici hac de formula consentiunt, ceterorum in re, quae condimenti partes potissimum agit, vix operae pretium est dissensum perlustrare.

TINCTURA CORTICUM AURANTIORUM CUM VINO MALVATICO Ph. Wirt.

Rec. Vini Malvatici Libr. unam semis, Flavedinis Cort. Aurant. sicc. Unc. tres, macerentur per biduum colentur et filtrentur.

TINCTURA COSMETICA.

Rec. Benzoës Unc. unam, Balsami Peruv. Drachm. unam, Spir. Vini rectss. Unc. octo.

TINCTURA COSMETICA SIMPLEX vid. Tinctura Benzoës.

TINCTURA CROCI. Safrantinctur. *Teinture de Safran.*

Rec. Croci Unc. unam, Spir. Vini rect. Unc. octo, digere, exprime, filtra. Hanc formulam Ph. Brunsv, Hann, Hass., Bor. ed. 5, Saxon. habent. Ph. Wirt.: Croci Drachm. decem, Spir. Vini rect. Libr. unam. Ph. Gall. 1837: Croci Unc. quatuor, Spir. Vini rectss. Unc. sedecim. Ph. Slesv.-Hols., Hamb. 1835, Fuld.: Croci Unc. unam, Spir. Vini rect. Unc. duodecim. Ph. Bat., Belg.: Croci Unc. unam, Spir. Vini rect. Unc. tres. Ph. Edinb.: Croci part. unam, Spir. Vini rect. part. quindecim.

TINCTURA CROCI VINOSA Ph. Wirt.

Rec. Croci austr. Unc. unam, Micae panis Unc. duas. Contundantur simul in mortario

lapideo, sensim affundendo vini boni Canariensis quantitatem sufficientem, ut fiat puls mollis, omnisque Crocus fit bene comminutus. Pulti huic porro affunde Vini ejusdem Uncias sex, et in vitro probe clauso aliquamdiu relinque ac digere, exprime et filtra.

TINCTURA CROTONIS ELUTERIAE vid. Tinctura Cascarillae.

† TINCTURA CROTONIS.

Rec. Ol. Crotonis Gutt. unam, Spir. Vini rectss. Drachm. semis.

TINCTURA CUBEBAE Ph. Lond. 1836.

Rec. Cubebar. contus. Unc. quinque, Spir. Vini rect. Unc. quadraginta.

TINCTURA CULILABANI s. Culilawani Ph. Wirt.

Rec. Cort. Culilabani Unc. quatuor, Spir. Vini rectss. Libr. unam et semis, digere et filtra.

TINCTURA CUPRI SULPHURICI August.

Rec. Cupri sulphur. calcin. Unc. octo, Sanguinis Dracon. Unc. duas, Spir. Vini rectss. Unc. triginta duas, digere per dies aliquot et cola.

TINCTURA CUPRI VOLATILIS Boerhav.

Rec. Cupri limat. Drachm. unam, Liquor. Ammon. caust. Unc. unam et semis, digere leni calore in vase amplo clauso, per tres dies.

TINCTURA CURCUMAE. Curcumatinctur.

Rec. Rad. Curcumae part. unam, Spir. Vini rect. part. sex, digesta filtra.

TINCTURA CURCUMAE AQUOSA. Wässerige Curcumatinctur.

Rec. Rad. Curcumae Drachm. unam, Aquae bullientis Unc. duas; solutionem post refrigerium filtra.

TINCTURA CUSPARIAE vid. Tinctura Angusturae.

TINCTURA Daffyi vid. Elixir Daffyi (p. 291).

TINCTURA Dahlbergii vid. Tinctura Colocynthidis Dahlberg.

TINCTURA DATURAE STRAMONII vid. Tinctura Stramonii.

TINCTURA DELPHINII August. Ritterspornutinctur.

Rec. Sem. Delphinii Unc. unam, Spir. Vini rect. Unc. sex, digesta filtra.

TINCTURA DENTIFRICIA. Zahntinctur.

Rec. Rad. Pyrethri Unc. semis, Catechu, Cort. Chinae āā Unc. unam, Spir. Vini rect. Unc. sex, digere et filtra.

TINCTURA DEUTO-IODURETI MERCURII ALCOHOLICA.

Rec. Deuto-Ioduretі Mercurii Gran. viginti, Spir. Vini rectss. Unc. unam et semis, solve.

TINCTURA DIAPHORETICA.

Rec. Rad Contrayervae, — Serpentariae virginianae āā Unc. semis, Baccar. Juniperi Unc. unam, Spir. Vini rectss. Libr. unam, Spir. Cornu Cervi rect. Unc. sex, digere et filtra.

TINCTURA DICTAMNI ALBI Fulleri.

Rec. Rad. Dictamni recent. Unc. duas, Spir. Vini rectss. Unc. sedecim, digesta filtra.

TINCTURA DIGESTIVA vid. Tinctura Gentianae Alkalina.

† TINCTURA DIGITALIS. Fingerhutkrauttinctur. *Teinture de Digitale.*

Synon.: Tinctura Digitalis simplex s. spirituosa s. purpureae.

Rec. Herbae Digitalis purpureae siccatae minutim concisae Unciam unam,
Spiritus Vini rectificati Uncias quatuor,
Aquae destillatae Unc. duas,
digere loco calido per dies sex, tum exprime et filtra. — ***Vis:*** deprimens, diuretica.

Ph. Saxon., Hann. 1833, Fenn., Polon. hanc formulam habent. Ph. Bor. ed. 5: Spir. Vini rectss. cet. par. praescripsit. Ph. Amer., Suec., Hass., Edinb., Austr.: Hb. Digitalis Unc. unam, Spir. Vini rect. Unc. octo. Ph. Hamb. 1835, Dubl., Slesv.-Hols.: Hb. Digitalis Unc. sex, Spir. Vini rect. Libr. tres. Ph. Lond.: Hb. Digital. part unam, Spir. Vini rect. part. decem. Ph. Gall.: Hb. Digital. part. unam, Spir. Vini rectss. part. quatuor. Ph. Belg.: Hb. Digital. part. unam, Spir. Vini rect. part. quatuor. Ph. Gall. 1837 et Hamb. 1835: Tinct. Digital. etiam ex Herba recenti parari volunt scilicet Ph. Gall. 1837 Hb. Digital. recent. et Spir. Vini rectss. part. aeq., Ph. Hamb. 1835: Spir. Vini rectss. part. unam, Herb. recentis partes duas.

† TINCTURA DIGITALIS AETHEREA. Aetherische Fingerhutkrauttinctur. *Teinture éthérée de Digitale.*

Rec. Hb. Digitalis sicc. minutim concisae Unc. unam, Liq. anodyni miner. Hoffmanni Unc. octo. Macera per dies octo tum exprime Tincturam et filtra. — *Vis:* antihydropica.

Ph. Bor., Hamb. 1835, Polon. hanc formulam praescribunt. Ph. Bavar. et Hann. 1833: Hb. Digital. Unc. duas, Liq. anodyni miner. Hoffmanni Unc. octo. Ph. Hass.: Hb. Digital. part. unam, Liq anodyni miner. Hoffm. part. sex. Ph. Old.: Hb. Di-

gitalis, Liq. anodyni miner. HOFFMANNI āā part. aeq. Ph. Hass.: Hb. Digital. Drachm. unam, Liq. anodyni mineral. HOFFM. Unc. sex. Ph. Gall. 1837: Hb. Digital. part. unam, Naphthae Vitrioli part. quatuor.

† TINCTURA DIGITALIS AQUOSA FOWLER.

Rec. Hb. Digital. purp. Unc. duas, Aquae commun. Unc. sedecim, coque ad Unc. septem et dimidiae remanent., colaturae adde Tinct. Cardamomi Unc. semis.

† TINCTURA DIGITALIS HARLESII.

Rec. Hb. Digital. Unc. unam, Spir. Vini rect., Aq. Cinnamomi āā tres.

† TINCTURA DIGITALIS MACLEANI.

Rec. Hb. Digital. Unc. unam, Spir. Frumenti Unc. octo.

† TINCTURA DIGITALIS REMERI.

Rec. Hb. Digital. Drachm. unam, Spir. MINDERERI q. s. ut colatura Unc. unius obtineatur.

TINCTURA DIURETICA Ph. Dan. mil.

Rec. Aceti scill. Unc. semis, Tinct. Trifol. fibr. Drachm. duas.

TINCTURA DIURETICA Ph. paup. HUFEL.

Rec. Ol. Juniperi Drachm. semis, Spir. Nitri dulc., Tinct. Digital. aether. āā Drachm. tres.

TINCTURA DULCIS vid. Essentia dulcis (p. 375).

TINCTURA ENULAE s. **Helenii spirituosa.** Alanttinctur. *Teinture d'Aunée.*

Ph. Bat., Austr. 1834: Rec. Rad. Enulae cont. Unc. unam, Spir Vini rect. Unc. sex, digere, filtra. Ph. Palat., Wirt.: Spir. Vini Unc. quatuor, cet. par.

† TINCTURA EUPHORBII. Euphorbiumtinctur. *Teinture d'Euphorbium.*

Rec. Euphorbii pulverati Unc. unam, Spirit. Vini rectss. Libr. unam, in balneo aquae usque ad ebullitionem calefiant, frigefacta filtrentur.

Cum hac formula, e Ph. Bor. ed. 3. pro ponderum ratione desumta, congruunt plane Ph. Hamb. 1835, Saxon, tum Spiritum rectificatum loco rectificatissimi sumentes Ph. Hann., Hass., Oldenb., Polon. Euphorbii partem unam, et Spir. Vini rectss partes quatuor Ph. Gall. 1837 sumi jubet. Ph. Austr. 1834: Euphorbii Unc. duas, Spir. Vini rectss. Libr. unam. Disp. Fuld., Ross.: Euphorbii Unc unam, Spir. Vini Unc. octo, Wirt. sedecim.

† TINCTURA EXTRACTI OPII Ph. Gall. 1837

Rec. Extr. Opii aquos. Unc. unam, Spir. Vini rect. Unc. duodecim, solve, filtra.

TINCTURA FALKII s. Solutio balsamica spirituosa.

Rec. Balsami canadens. Unc. unam, Resin. Guajaci nativ. Drachm. duas, Spir. Vini rect. Unc. sex, digere, post subsidentiam decantha, adde Ol. Menth. pip. Drachm. unam.

TINCTURA FEBRIFUGA hinc inde solutiones arsenicosae denominantur, quas propter Liquorem mineralem FOWLERI praeteriri aequum est.

TINCTURA FEBRIFUGA MUTISII Ph. Ferrar.

Rec. Sacch. albi partes viginti quinque, Fermenti Cerevisiae partes duas, Cort. Chinae part. unam et semis,, Cinnamomi partis quadrantem, Nucis moschat. octantes sex, Aquae part. centum, fermentationi subjice et cola.

TINCTURA FERRI ACETICI AETHEREA. Aetherische Eisentinctur. *Teinture d'Acetate de Fer éthérée.*

Synon.: Tinctura Martis KLAPROTHII, Acetas Oxydi Ferri liquidus alcoholisatus, Aether aceticus martialis, Aether aceticus ferratus KLAPROTHII.

Rec. Ferri muriatici oxydati crystallisati quantum vis,
solve in aquae destillatae duodecupla copia, solutioni affunde
Spiritum Salis Ammoniaci causticum,
ut hic aliquantulum praevaleat, quod odore facillime dignoscitur. Praecipitatum intense fuscum aqua pluviali pura aliquoties sedimentatione et decanthatione lava, tum in linteo expanso collige et bene eguttatim fortiter exprime. Placentam adhuc humidam misce cum
Aceto concentrato,
hujus sensim inter agitationem admiscens, donec, post quietem datam, Oxydum Ferri fere totum, nec tamen totum, solutum fuerit. Solutionem filtra. Hujus liquoris filtrati recipe partes novem, et adde
Naphthae Aceti partem unam,
Spiritus Vini rectificatissimi partes duas.

Sit pond. spec. 1,04 vel prope accedentis.

Jam multum hac de tinctura confabulabantur, quod quidem afferre supervacaneum duxi, quum methodus illa, quam praecepi, optime et certissime exerceatur. Tinctura scilicet concentratissima atque coloris intense rubro-fusci obtinetur. De materia ferrum oxydatum praecipitante multum discrepant auctores atque codices; alii Natrum carbonicum, alii Kali carbonicum, alii causticum sumi volunt. At vero facilitate praeparationis et puritate Ammonium causticum omnes superat. Excedat parum post praeparationem, ne oxydum Ferri acidi Salis adhuc gravidum praecipitetur, quo fit ut Ferri qui inest, post aliquod tempus excernatur.

TINCTURA FERRI AMMONIATA vid. Tinctura Martis aperitiva.

TINCTURA FERRI IODATI. Jodeisentinctur. Rec. Ferri iodati Drachm. duas, Aquae, Spir. Vini rectss. ãã Unc. duas, solve, filtra.

TINCTURA FERRI MURIATICI OXYDATI, Tinctura muriatis ferri cum oxydo rubro. Eisenchloridtinctur, salzsaure Eisenoxydtinctur. *Teinture de perchlorure de fer.*

Ph. Hann.: Rec. Ferri muriatic. oxydati cryst Unc. unam, Spir. Vini rect. Unc. septem. Ph. Dubl.: Oxydi Ferri Unc. unam, Acid. muriat. pur Unc. quatuor, solve, fac ad Syrupi spissitudinem evaporare, post refrigerium adde Spir. Vini q. s. ut pondus specif. sit 1,05.

TINCTURA FERRI MURIATICI OXYDULATI, Alcohol ferratus, Alcohol muriatis oxyduli ferri. Salzsaure Eisenoxydultinctur, Eisenchlorürtinctur. *Teinture de chlorure de fer.*

Ph. Bor. ed. 5: Rec. Ferri muriat. oxydulati Unc. unam, Spir Vini rect Unc. septem, solve, filtra. Ph. Bavar.: Ferri limati partem unam, solve in s q. Acidi muriatici, evaporet ad siccum, residuum solvatur in Spirit. Vini rect. sextuplo. Ph. Polon., Oldenb. Ferri limati Unc. tres, Acidi muriat. q. s., solutum evaporet ad remanentiam Unc sex, quibus adde Spir. Vini rect. Libr. unam et semis. Ph. Hamb.: Ferri muriat. oxydul. Drachm. duas, Spir. Vini rect Unc. unam. Ph. Lond. 1809: Ferri carbonici Unc. sex, Acid. muriat Unc. sedecim, solve, filtra, adde Spir Vini rect. Libr. quinque. Ph. Edinb.: Aethiop. martial. Unc tres, solve in Acidi muriat. s. q., soluto adde Spir. Vini q. s. ut fiant Libr. duae et semis. Ph. Dubl.: Ferri carbon. Unc. sex, Acid. muriat. Libr. tres, solve, solutum filtratum, evaporet ad pondus Libr. unius, adde Spir. Vini rect. Libr. tres.

TINCTURA FERRI POMATI vid. Tinctura Martis pomata.

TINCTURA FERRI TARTARICI vid. Tinctura Martis Ludovici.

TINCTURA FILICIS MARIS AETHEREA. Rec. Rad. Filic. maris aestate effossarum et caute siccat. Unc. unam, adde Naphth. Vitrioli Unc. sex, macerata filtra. Soubeiran: Rad. Filicis part. unam, Naphthae Vitrioli part. octo.

TINCTURA FLORUM SALIS AMMONIACI MARTIALIUM vid. Tintura Martis aperitiva.

TINCTURA FOETIDA vid. Tinctura Asae foetidae.

TINCTURA FOETIDA AMMONIACALIS vid. Tinctura Castorei composita.

TINCTURA FOETIDA PYROOLEOSA Augustin.

Rec. Asae foetid. Drachm. unam, Opii, Sal. Cornu Cervi ãã Drachm. duas, Tinct. Castor. Unc. duas.

TINCTURA FORMICARUM. Ameisentinctur. *Teinture de Fourmis.*

Ph. Slesv.-Hols.: Rec. Formicar. mundatarum Libr. duas, Spir. Vini rect. Libr. sex, digere, exprime, filtra. Ph. Saxon. 1837: Formicar. Libr. unam, Spir. Vini rect, Aq. comm. ãã Libr. duas, digere filtra.

TINCTURA FULIGINIS Clauderi, s. Essentia Fuliginis Claud., s. Tinctura Fuligin. Ph. Fuld., Sax., Tinctura haemato-cathartica s. alexipharmaca Claud.; s. Solutio Fuliginis alcalina Ph. Suec. Clauder's Rußtinctur. *Teinture de suie.*

Disp. Brunsv., Fuld., Lipp., Ph. Pal., Succ., Wirt.: Rec. Ciner clavell. depur. Unc. sex, solve in Aq. comm. Unc. duabus, Sal. Ammon. Unc. unam solve in Aq. commun. Libr. una; liquoribus filtratis mixtis immitte Fuliginis splendentis pulverati Unc. duas, digere in lagena clausa et decantha. Ph. Sax. 1820: Fulig. splendent. Unc. unam, Ol. Tartari per deliquium Unc. novem, Sal. Ammon. Unc. semis, Aq commun. Libr. unam. Ph. Sax. 1837: Fuligin. splendentis Scrup. octo, Liq. Kali Carbon. Unc. tres, Sal. Ammon. Scrup. quatuor, Aq. comm. Unc. quatuor, digere, filtra. Van Mons: Sal. Ammon. Unc. unam, Fuliginis Unc. tres, Aq. commun. Libr. quinque et Unc. quatuor, Ciner clavell. dep. Unc. unam et semis. Ph. Hass. 1806, et Scriptores: Sal. Ammon. Unc. unam, Fuliginis Unc. duas, Ciner. clavell. depur. Unc sex, Aq. Sambuc. Libr. tres.

TINCTURA FULIGINIS FOETIDA.

Ph. Suec.: Rec. Asae foetid. Drachm. sex, Tinct. Fuligin. Clauderi Unc. sex, digere, cola. Soubeiran; Fuligin. splend. Drachm. duas, Asae foetid. Drachm. unam, Spir. Vini rect. Unc. tres.

TINCTURA GALANGAE. Galgantwurzeltinctur. *Teinture de Galanga.*

Ph. Hann. 1833: Rec. Rad. Galang. Unc. quinque, Spir. Vini rect. Libr. duas. Ph. Bat.: Rad. Galang. part. unam, Spir. Vini rect. part sex. Ph. Wirt.: Rad. Galang. Unc. duas, Spir. Vini rect. Unc. octo.

TINCTURA GALBANI. Mutterharztinctur. *Teinture de Galbanum.*

Ph. Bor ed. 5, Hann. 1833, Hamb. 1835; Slesv.-Hols., Saxon. 1837: Rec. Galbani Unc. duas, Spir. Vini rectss. Libr. unam, digere filtra. Ph. Hass.: Spir. Vini Unc. sedecim, cet. par. Disp. Fuld., Lipp.: Spiritus Unc. viginti cet. par.

TINCTURA GALBANI COMPOSITA AUGUSTIN.

Rec. Tinct. Galbani, — Absinth, Spir. Rorismarini āā part. aequales.

TINCTURA CALLARUM s. Gallae. Galläpfeltinctur. *Teinture de Galles.*

Ph. Lond. 1836: Gallarum Unc. quinque, Spir. Vini rect. Unc. quadraginta. Usus plerumque reactorius.

TINCTURA CEI URBANI vid. Tinctura Caryophyllatae.

TINCTURA GENTIANAE. Enziantinctur. *Teinture de Gentiane.*

Synon.: Essentia Gentianae, s. Gentianae rubrae, s. Radicis Gentianae.

Rec. Radicis Gentianae luteae concisae Uncias tres,
in cucurbitam immissae affunde Spiritus Vini rectificati Libram unam.
Stent, interdum conquassata, per dies decem ad duodecim, tum cola cum expressione et filtra. — ***Vis:*** stomachica, tonica.

Sit coloris flavo-fusci.

Formula eadem cum Ph. Gall. 1818, 1837, Gall. milit. et Disp. Fuld., Ph. Sax. Ponderum rationibus Codices inter se discrepant. Ph. Bor. ed. 3, Hann., Oldenb., Polon. ad Radicis Unc. quinque Spirit. Vini rectificati Libr. duas sumunt. Ph Brunsv., Palat., Wirt., PIDERIT ad Unc. unam Radicis Gentianae Spiritus Vini rect. Unc. quinque volunt; Uncias sex habent Ph. Amst., Antw., Bat, Belg., Boruss. ed. 5, Hass., Parm., VAN MONS, FERRARINI, TADDEI, cet. — Praecipit FULLER: Rad. Gentian. Unc. duas, Cort. Aurant. Unc. unam, Spir. Vini rect. Libr. quatuor.

TINCTURA GENTIANAE ALCALINA, s. Tinctura salina composita Ph. Ross., Tinctura amara Ph. Oldenb. Alkalische Enziantinctur.

Ph. Oldenb.: Rec. Hb. Centaur. min., — Menth. crisp, — Trifolii fibr., Rad. Gentian. āā Unc. unam, — Zedoariae Drachm. sex, Spir. Vini rect. Unc. triginta, Sal. Tartari Drachm. duas. Ph. Ross.: Flaved. Cort. Aurant., Rad. Gentian. āā Unc. unam, Aq. dest. Libr. unam, Ciner. clavell. dep. Unc. quatuor; per quatriduum digestis et colatis adde Spir. Vini rect. Unc. quatuor. Ph. Austr. 1834 (Tinctura amara): Hb. Trifol. fibrin., — Centaur. minor, Rad. Gentianae, Cort. Aurant. āā Unc. unam, Sal. Sodae Unc. semis, Spir. Vini rect. Libr. unam, Aq. Cinnamom. Libr. quatuor. PIDERIT: Rad. Gentianae Unc. quatuor, Vini albi generosi Libr. unam, per dies duos digestis et colatis adde Extr. Ligni Quassiae Unc. unam, Olei Tartari per deliquium Unc. quatuor, Spir. Vini rect. Unc. duas. SPIELMANN: Cort. Aurant, Rad. Gentian. āā Unc. tres, Aq. comm. Libr. tres, Sal Tartari Libr. unam, Spir. Vini rect. Libr. unam et semis. CADET: Cort. Aurant. Unc. duas, Rad. Gentian. Unc. quatuor, Aq. comm. Libr. duas et semis, Sal. Tartari Unc. quindecim, Spir. Vini rect. Unc. duas. (Hae formulae multum ad Elixir Aurantiorum compositum, et Elix. balsamicum HOFFM. accedunt. Elixir antiscrophulosum PEYRILHE (p. 287) quibusdam hac voce intelligitur.)

TINCTURA GENTIANAE ALCOHOLICO-SULPHURICA vid. Elixir Vitrioli MYNSICHTI (p. 805).

TINCTURA GENTIANAE AMMONIATA vid. Elixir antiscrophulosum PEYRILHE.

TINCTURA GENTIANAE COMPOSITA, s. Tinctura amara, vel Elixir stomachicum, quibusdam hoc nomine intelligitur; Tinctura Gentianae Ph. Amer.

Ph. Amer., Lond., Wirt. (T. amara Lond.); CADET, GRAY, RENNIE, SWEDIAUR: Rec. Rad. Gentian. concis. Unc. duas, Cort. Aurant. sicc. Unc. unam, Cardamomi min. Unc. semis, Spir. Vini rect. Octar. duos (Unc. triginta duas ad mensuram), Ph. Dubl. Spir. Vini Libr. duas, cet. par. Ph. Edinburg.: Rad. Gentian. Unc duas, Cort. Aurant. Unc. unam, Canell. alb. Unc. semis, Coccionell Drachm. semis, Spir. Vini rect. Libr. duas et semis. Ph. Lusit.: Rad. Gentian. Unc. duas, Pulv. aromat. Unc. unam, Spir. Vini Libr. duas et semis. Ph. Ruth. castr. Rad. Calami, — Gentian. āā Unc. unam, Pomor. Aurant. immatur., Pulv. aromat. āā Drachm. unam, Spir. Vini rect. Libr. unam. VAN MONS: Cort. Citri recent. Unc. semis, Cort. Aurant. Curassav. Unc. unam, Rad. Gentian. Unc. unam et semis, Spir. Coriandri

Unc. viginti; vel: Rad Gentian. Unc. unam et semis, Cort. Aurant. Unc. tres, Spir. Vini simpl. Libr. decem, Coccionell. Drachm. duas. — GRAY: Rad. Gentian. Libr. unam, Cort. Aurant. Unc. octo, Gran. Paradisi Libr. unam, Coccionell. Drachm. duas, Vini Libr. quinque et Unc. quatuor, Spir. Vini rect. Libr. sedecim; vel: Rad. Gentian. Unc. octo, Cort Aurant. Unc. quatuor, Gran. Parad. Unc. unam, Coccionell. Drachm. duas, Spir. Vini Libr. decem. RENNIE: Rad Gentian., Hb. Absinth., Ligni Quass., Cort. Aurant., Canell. alb., Cinnamomi, Gran. Parad., Coccionell. āā Unc. unam, Spir. Vini Libr quatuor. VANDAMME D'HAZEBROUCK: Rad. Gentian Unc. quatuor, — Angelic., — Galang., — Zingiber. āā Unc. unam, — Ireos Flor. Unc. semis, Sacch. Candi Unc. duas, Spir. Vini rect. Unc. triginta duas. (Formulae plures, Gentianam continentes, huic voci prope accedunt, uti Elixiria stomachica, visceralia, balsamica, cet.)

TINCTURA GENTIANINI MAGENDIE.

Rec. Gentianini Gran. quinque, Spir. Vini rectss. Unc. unam.

TINCTURA GEOFFROEAE Ph. Bat. et Belg.

Rec. Cort. Geoffroeae Surinam. Unc. unam, Spir Vini rect. Unc. octo.

TINCTURA GINGIVALIS BALSAMICA, s. Catechu composita. Balsamische Zahntinctur. *Teinture gingivale balsamique.*

Ph. Wirt.: Terrae Japan., Myrrhae elect. āā Unc. unam, in pulverem trita irrorentur Balsami Peruviani Drachma una. Superfundantur Spir. Cochl., — Vini rect. āā Unc. tres. Digerantur, et per chartam filtrata tinctura servetur. Ph. Pol.: Myrrhae, Catechu āā Unc. semis, Bals. Peruv. Drachm. unam, Spir. Cochlear. Unc. octo, digere et filtra. Ph. Lusit.: Catechu, Myrrhae āā Unc. unam, Tinct. Balsami Peruv. Drachm. unam, Spir. Vini rect., — Cochleariae āā Unc. quatuor. Ph. Hass. formulam Ph. Wirt. secuta est sed Balsami Peruviani duplum sumit. Ph. Slesv.-Hols.: Catechu, Myrrh. āā Unc. unam, Balsam. Peruv. Drachm. duas, Spir. Vini rect., — Cochlear. āā Unc. quatuor.

TINCTURA GLECHOMAE HEDERACEAE s. Hederae terrestris Br.

Rec. Hb. Hederae terrestr. Unc. unam, Spir. Juniperi Unc. quatuor, digere et filtra.

TINCTURA GUAJACI AMMONIATI vid Tinctura Guajaci volatilis.

TINCTURA GUAJACI BALSAMICA LEBR.

Rec. Bals. Canadens. Unc. unam et semis, Resin. Guajac. nativ. Drachm. duas, Spir. Vini rect. Libr. semis. Digere leni calore, dein faecibus subsessis, Tincturam limpidam effunde, sive percola et adde Ol. Menth. piper. Drachm. unam.

TINCTURA GUAJACI COMPOSITA. Zusammengesetzte Guajaktinctur.

Ph. Lond. 1836: Rec. Resin. Guajaci Unc. septem, Spir. Salis Ammon aromat. Unc. quadraginta, macerata cola. Ph. Brunsv.: Resin. Guajaci Unc. quatuor, Spir. Sal. Ammon. aromat. Libr. unam et semis.

TINCTURA GUAJACI DEEWESII.

Rec. Resin. Guajaci nativ. Unc. octo, Salis Tartari Drachm. tres, Pulv. Sem. Amomi Unc. duas, Spir. Vini rect. Libr. duas, digere, filtra, Unciis quaternis adde Spir. Salis Ammoniaci caustici Drachm. unam.

TINCTURA GUAJACI EMBRIGONIS vid. Elixir antarthriticum caribaeum (p. 285).

TINCTURA GUAJACI FOENICULATA Ph. Suec.

Rec. Resin. Guajaci nativ. Unc. unam, Olei Foeniculi Unc. semis, Spir. Vini rect. Unc. (an Libram?) unam.

TINCTURA GUAJACI LIGNI, s. Tinctura Guajaci officinalis, Aqua Vitae Guajaci. Guajakholztinctur. *Teinture ds bois de Gayac.*

Ph. Bor. ed. 5, Old., Hamb. 1837: Rec. Ligni Guajaci Unc. quinque, Spir. Vini rectss. Libr. duas. Ph. Bat.: Ligni Guajaci Unc. unam, Spir. Vini rect Unc. octo. Ph. Gall. 1837: Ligni Guajaci Unc. quatuor, Spir. Vini rectss. Unc. sedecim.

TINCTURA GUAJACI MYRRHO-ALOËTICA HENRY-GUIBOURT. *Drogue amère contre la goutte.*

Rec. Resinae Guajaci, Aloës succotr. āā Drachm. decem, Myrrh. Drachm. duodecim, Spir. Vini rect. Libr. duas. Digere per dies sex et filtra.

TINCTURA GUAJACI RESINOSA. Guajakharztinctur. *Teinture de resine de Gayac.*

Synon.: Tinctura Guajaci simplex s. spirituosa.

Rec. Resinae Guajaci nativae Uncias duas,
Spiritus Vini rectificatissimi Libram unam,
digere in balneo aquae, tum post refrigerium filtra. — *Vis:* antarthritica.

Ph. Boruss. ed. 5, Hann., Dubl., Hamb., Slesv.-Hols., Saxon. 1837 hanc formulam secutae sunt. Ph. Lond. 1836: Resinae Guajaci Unc. septem, Spir. Vini rect. Unc. quadraginta.

TINCTURA GUAJACI VOLATILIS. Flüchtige Guajaktinctur. *Teinture de Gayac ammoniacale.*

Synon.: Tinctura Guajaci ammoniata, Elixir Guajaci volatile, Alcohol cum Guajaco officinali ammoniatus, Alcohol Ammoniae et Guajaci.

Rec. Resinae Guajaci nativae Unciam unam,
Spiritus Salis Ammoniaci vinosi Uncias sex,
macera per aliquot dies, subinde agitando, tum filtra.

Ph. Bor. ed. 5, Slesv.-Hols., Hamb. 1835, Old., Sax. 1837, Polon., Bavar., Dan., Dubl., Edinb., Fenn., Amst. illam formulam habent. Ph. Hann. 1833: Rec. Resin. Guajaci nativ. Unc quatuor, Tinct. arom., Spir. Sal. Ammoniaci vinosi āā Unc. novem. Ph. Hass. 1827: Resin. Guajaci Unc. unam, Spir. Salis Ammoniaci caust. Unc. duas, Spir. Vini rectss Unc. quatuor. Ph. Belg.: Resin. Guajaci Unc. unam, Spir. Sal. Ammon. vinosi Unc. tres. Disp. Fuld.: Resin. Guajaci Unc. unam, Spir. Sal. Ammon. vinosi Unc. quatuor. Ph. Suec.: Resin. Guajaci Unc. unam, Liq. Ammonii carbon. spirituosi Unc. sex.

TINCTURA GUMMI AMMONIACI. Ammoniaktinctur. *Teinture de Gomme Amoniac.*

Ph. Gall. 1818: Rec. Gummi Ammoniaci Unc. unam, Spir. Vini rect. Unc. quatuor.

TINCTURA GUTTI ALCALINA s. Solutio Gummi Guttae alcalina, Elixir Cambogiae alcalinum.

Ph. Suec.: Rec. Gutti Drachm. semis, Liq. Cinerum clavell. depur. Unc. semis.

TINCTURA GUTTI AMMONIATA Swed.

Rec. Gutti Gran. triginta sex, Spir. Sal. Ammon. vinos. Unc. quatuor, solve, filtra.

TINCTURA Hatfieldii, s. resino-saponacea.

Rec. Resin. Guajaci, Sapon. Amygd. āā Unc. unam, Spir. Vini rect. Unc. sex, solve, filtra.

TINCTURA HEDERAE TERRESTRIS vid. Tinctura Glechomae hederaceae.

TINCTURA HELENII vid. Tinctura Enulae.

† TINCTURA HELLEBORI ALBI s. Veratri albi. Weißnießwurztinctur. *Teinture d'Ellébore blanc.*

Ph. Edinb.: Rec. Rad. Hellebori albi Unc. octo, Spir. Vini rect. Libr. duas et semis, digere, filtra. Ph. Hann. 1833: Rad. Hellebor. Unc. quinque, Spir. Vini rect. Libr. duas.

† TINCTURA HELLEBORI COMPOSITA Ph. Wirt.

Rec. Fibrarum Hellebori nigri Unc unam et semis, Squinanthi Unc. unam, Galangae minoris Unc semis. Cardamomi minor. Drachm. tres, Croci Drachm. unam et semis, Vini Canariensis, Spir. Vini āā Libr. unam. Stent in digestione, post sufficientem extractionem exprimantur atque filtrentur.

TINCTURA HELLEBORI NIGRI s. Melampodii. Schwarznießwurztinctur. *Teinture d'Ellébore noir.*

Rec. Rad. Hellebori nigri Unc. quinque, Spir. Vini rect. Libr. duas. — Hanc formulam Ph. Hamb. 1835 et Slesv.-Hols. habent. Ph. Austr. et Disp. Fuld. Radicis Helleb. nigri Unc. unam, Spir. Vini rect. Unc sex. Ph. Amer. Rad. Hellebori Unc. quatuor, Spir. Vini rect. Unc. quadraginta. Ph. Lond. 1836: Rad. Helleb Unc. quinque, Spir. Vini rect. Unc quadraginta. Ph. Hass. Rad. Helleb. Unc. quatuor, Spir. Libr. duas; Ph. Dubl. formulae ulteriori addit Coccionellae Scrup. duos, et Hann. Scrup. quatuor. Ph Edinb. Rad. Helleb. Unc. quatuor, Spir. Vini rect. Libr. duas et semis, Coccionell. Drachm. semis. Ph. Gall. Rad. Helleb. Unc. unam, Spir. Vini rect. Unc. quatuor.

TINCTURA HELLEBORI NIGRI VINOSA van Mons.

Rec. Rad. Hellebori nigri Unc. unam, Spir. Frumenti Unc. duas, Vini albi Unc. quatuor.

TINCTURA HIERAE.

Rec. Spec. Hierae picrae Unc. unam, Vini albi Libr. unam, dig., filtra.

TINCTURA Hiaerne CONTRA TAENIAM.

Rec. Rad. Gentian., Asae foetid., Camphor., Cort. Aurant., Castorei, Extr. Aloës āā Drachm. unam, Croci Scrup. unum, digere cum Spir. Vini Libr. quatuor. Vini Lusitan. Libr. duabus, cola.

TINCTURA HUMULI vid. Tinctura Lupuli.

TINCTURA HYDRAGOGA Bories.

Rec. Rad. Aristoloch. rot. et long. āā Unc. unam et semis, — Zingib, — Armorac., — Scill. āā Unc. semis, Hb. Absinth., — Centaur. min., Bacc. Junip. āā Unc. unam, Sal. Absinth. (i. e. Tartari) Unc. semis, Spir. Juniperi Libr. tres, dig., filtra.

TINCTURA HYDRAGOGA van Mons.

Rec. Rad. Hellebori nigr., — Bryon, Jalapp. āā Unc. semis, Cinnamomi Drachm. unam, Spir. Frument. Libr. duas, dig., filtra.

† TINCTURA HYDRARGYRI COMPOSITA Marcus.

Rec. Mercur. sublim. corros. Gran. quatuor, Liq. anodyn. min. Hoffm. Drachm. unam, adde Tinct. Opii simpl. Scrup. quatuor, Spir. Vini rectss. Unc. semis.

† TINCTURA HYDRARGYRI IODICI AETHEREA MAGENDIE.

Rec. Naphth. Vitrioli Unc unam et semis, Mercur. iodati rubri Scrup unum. Alia formula Spiritum Vini rectss. in locum Naphthae substituit.

TINCTURA CONTRA HYDROPEM VOGT.

Rec. Rad Squill. gross. pulv. Scrup. unum usque duos, Galang. Drachm. quinque, Strobul. Lupul. inc. Drachm. decem, Spir. Frumenti q. s Macera per diem, saepius agitando. Colaturae Unc. octo adde Spir. nitr. aether. Drachm tres, Elaeosacch Junip. Unc semis.

† TINCTURA HYOSCYAMI. Bilsenkrauttinctur. *Teinture de Jusquiame.*

Rec. Hb. Hyoscyami recent cont., Spir. Vini rectss āā Libr unam, in cucurbitam immissa calefiant ad ebullitionem fere, tum refrigeranda sibi derelinquantur. Frigefacta exprimantur ex sacculo linteo et filtrentur.

Ponderum rationem ex Ph. Gall. desumsimus, calefactionem pro coagulando albumine et penitiore extractione addidimus. Ph. Hamb. 1835 sola similem formulam habet sed Herbae recentis Libram unam et Spir. Vini rectss. Unc. octo praecipit. Ceteri Codices Herbam siccatam adhiberi volunt, qua in re observetur, ne nimio calore siccefacta sit Ph. Bor. ed. 5: Hb. Hyoscyami sicc. Unc. duas, Spir. Vini rectss. (Polon. rectificati, cet. par.) Unc. octo, Aquae Unc. quatuor. Ph. Slesv.-Hols.: Herbae Unc. unam, Spir. Vini rect. Libr. unam. Ph. Suec., Lond. 1836, Edinb.: Herbae Unc. unam, Spir. Vini rect. Unc. octo, Hamb. 1835 altera formula Spir. Unc sex. Ph. Dubl.: Herbae Unc. quatuor, Spir. Vini rect. Libr. duas, Coccionell. Scrup. duos. Ph. Gall 1837 altera formula: Herb. Hyosc. sicc. Unc. unam, Spir. Vini rect. Unc. quatuor.

† TINCTURA HYOSCYAMI AETHEREA.

Rec. Mercur. cyanat. Gran. sedecim, Axung. Unc. unam, Ol. de Cedro Gutt. quindecim.

† UNGUENTUM MERCURII IODATI FLAVI Ricord, Biette.

Rec. Mercurii iodati flavi Scrup. unum ad Drachm. duas, Axungiae Unc. unam. Ph. Lond. 1836: Mercurii iodati flavi Unc. unam, Cerae albae Unc. duas, Axung Unc. sex.

† UNGUENTUM MERCURII IODATI RUBRI.

Biette: Mercur. iodat. rubri Scrup. unum ad Drachm. semis, Axung. Unc unam, Ol. Bergamott. Gutt. quindecim. Magendie: Mercur. iodat. rubr. Scrup. unum, Axungiae Unc. unam et semis.

UNGUENTUM MEZEREI, Unguentum epispasticum s. rubefaciens, Adeps cortice Daphnes medicatus. Seidelbastsalbe, rothmachende Salbe. *Pommade de garou.*

Rec. Cort. Mezerei Unc. quatuor, cum Spiritu Vini rectss. in mortario contunde in massam fibroso-tomentosam, adde Cerae flavae Unc. unam, Axungiae Unc. decem, leni calore digere per diem, tum fortiter exprime in prelo calefacto. — Ph. Polon.: Rec. Cort. Mezerei Libr. unam, Axung. Porci Libr. duas, coque ad humidi consumtionem, colaturae expressae adde Cerae flavae Unc. duas, Ol. de Cedro Drachm. duas. (Cf. Unguentum epispasticum.)

UNGUENTUM MEZEREI Coldefy-Dorly s. cum resina viridi. Seidelbastsalbe mit Weichharz.

Rec. Cort. Mezerei concisi contusi q. v., aliquoties coque cum Spiritu Vini rectss. et exprime, colaturas filtra, spiritum destillatione elice, resinae mollis residuae, et Cerae albae recipe aa Drachm. unam, Axungiae Unc. decem et misce exacte.

UNGUENTUM DE MINIO CAMPHORATUM Ph. Wirt.

Rec. Ol. Rosati Libr. unam et semis, Lithargyri Unc. duas, Minii Unc. tres, Cerussae Unc. unam et semis, Tutiae praep., Camphorae aa Drachm. tres, Cerae albae Unc. duas. Liquatam lento igne ceram, oleum et reliqua tenuissime trita, additis Aceti destillati Unc. tribus, commisce, sub finem addendo Camphoram Spiritu Vini solutam.

UNGUENTUM MONSPELIACUM vid. Linimentum antihaemorrhoidale (p. 510).

† UNGUENTUM DE LE MORT.

Rec. Axung. Libr. septem, Terebinth. Venet., Lithargyri, Cerus. aa Libr. unam, Alumin.

Unc. sex, Mercur sublim. corros. Libr. unam, Cinnab. Unc. unam.

UNGUENTUM MUNDIFICANS Ph. Wirt.

Rec. Aethiop. mineral. Unc. unam, Axung. Unc. tres

UNGUENTUM MUNDIFICANS Poterii.

Rec. Fol. Nicotian Unc. tres, Butyri Libr. duas, digere per septimanam, exprime, cola turae adde Pulv. Gummi Ammoniaci, — — Galbani āā Unc. duas, Antimon. crudi, Cinnabar. āā Drachm. tres, Myrrh., Olibani āā Drachm. duas.

UNGUENTUM MUNDIFICANS Stahlii Ph. Wirt.

Rec. Mercurii vivi, Plumbi āā Unc. unam. Fluat plumbum in tigillo, cui adde mercurium et spatula agita, quo uniantur, et fiat amalgama, quod cum Terrae Tripolitanae Unc. una subtilissime teratur. Hic pulvis cum Unguenti albi camphorati Unciis octo optime permisceatur.

UNGUENTUM MUNDIFICANS Zelleri = Unguentum mercuriale album.

UNGUENTUM MYRRHAE.

Rec. Vitell. Ovor. duorum, Butyr. rec. Unc. duas, Myrrh., Spermat. Ceti āā Drachm. duas, liquefactis adde Bals. Peruv. Drachm. semis

UNGUENTUM MYRTINUM COMPOSITUM vid. Unguentum Comitissae.

UNGUENTUM NAPHAE vid. Unguentum Florum Naphae.

UNGUENT. NARCOTICO BALSAMICUM.

Rec. Bals. Peruv. nigr., Extr. Con. macul. āā Unc semis, Plumb. acet. cryst. Scrup. quatuor, Tinct. Opii croc. Scrup. duos, Ungt. cerei Unc. quatuor; m.

† UNGUENTUM NEAPOLITANUM. Graue Quecksilbersalbe. *Onguent Napolitain.*

Synon.: Unguentum Hydrargyri cinereum, Unguentum mercuriale simplex s. cinereum. Einfache Mercurialsalbe. *Pommade mercurielle, Onguent mercuriel double.*

Rec. Mercurii vivi Uncias duodecim,
Sevi ovilli Uncias octo;
in mortario lapideo parum calefacto assidua trituratione mercurium subige donec globuli metallici oculo armato disparuerint; tum adjice
Axungiae Porci, parum calefactae nec tamen penitus liquatae, Uncias sedecim,
et intime commisce in mortario quoque calefacto.

Sit coloris e coerulescente cinerei, globulis Mercurii vivi non conspicuis.

Pharmacopoearum dissensus hac in re maximus, quem accuratius perscrutemur. Formulam illam habent Ph. Slesv.-Hols., Bor. ed. 5, Hass., Oldenb., Bavar., Amstel. hinc inde parum mutata ratione pinguedinum. Ph. Hann, Polon. addunt Ol. de Cedro Drachm. unam, Ph. Dubl., Hisp. Mercurii vivi part. unam, et duas Axungiae. Ph. Wirt. Mercurii Unc. quatuor, Terebinth. Unc unam et semis, Axungiae Unc. decem, Ol. Lavandul. Drachm. unam. Ph. Fenn., Suec., Hamb. 1835 (formula altera forte dicta, Gall. 1837 (duplex dicta), Bavar. (dicta Louvrierii) Mercurii vivi et Axungiae Porci par pondus sumi volunt. Ph. Lond, 1836, Amer.: Mercurii vivi Unc. viginti quatuor, Axungiae Unc. viginti tres, Sevi Unc. unam. Ph. Ferrar.: Mercurii Unc. duodecim, Axungiae Unc. novem, Sevi Unc. tres. Ph. Ruth. castr.: Mercurii Unc. unam, Terebinth. Unc. semis, Ungt simpl. Drachm. quatuordecim. Ph. Austr. 1834, Dan., Lusit.: Mercurii, Sevi āā Unc. unam, Axungiae Unc. tres. Ph. Saxon. 1837: Mercurii vivi Unc. sedecim, Sevi, Adipis āā Unc. decem, Ph. Gall. 1837 formulam mitiorem habet, quae sistit Unguenti Neapolitani (vid. supra) ejusd. Pharm. Unc. quatuor, Adipis Unc. duodecim.

† UNGUENTUM NEAPOLITANUM DUPLEX s. FORTE s. Louvrierii.

Formulae vocis antecedentis, quae Mercurii vivi et pinguedinis par pondus continent, his nominibus appellantur.

† UNGUENTUM NEAPOLITANUM CUM TEREBINTHINA.

Ph. Hann.: Rec. Mercur. vivi Unc. quatuor, Terebinth. comm. Unc. duas, Adipis suilli Unc. sedecim.

UNGUENTUM NERVINUM. Nervensalbe. *Pommade de Romarin composée.*

Synon.: Unguentum Rorismarini compositum, Unguentum Lumbricorum nervinum.

Rec. Herbae recentis Rorismarini Libram unam,
— — Majoranae,
— — Rutae āā Libram dimidiam,

Baccarum Lauri,
Radicis Pyrethri āā Uncias quatuor,
Axungiae Porci Libras quatuor,
Sevi Libras duas,
leni igne coque ad consumtionem humidi, exprime, et colaturae adde
Cerae flavae liquatae Libram dimidiam,
Olei Rorismarini,
Olei Baccarum Juniperi āā Uncias tres.

Formula vetus hinc inde parum immutata. Ph. Bor. ed. 5 et Slesv.-Hols. Baccar. Lauri et Rad. Pyrethri Unc. tres tantum, cet. par., Ph. Hann. 1833 Rad. Pyrethri omittit, cet. par., Ph. Hamb. 1835 Baccas Lauri omittit, et addit Ol. Laurini Unc. dimidiam. Ph. Oldenb. omnino nobiscum congruit. Ph. Sax. 1837 Sevi Unc. octo, Ol. Laurini Unc. duodecim, — Terebinth. Unc. unam, — Succini rect. Unc. dimidiam, — Menth. pip., — Rorismar., — Juniperi āā Drachm unam, liquefactione misceantur. Ph. Austr. Ungt. simplicis Libr. duas et semis, Cerae citrin., Ol. Laur. āā Unc. tres, — Juniperi, — Menth. crisp., — Rorismar., — Lavandul āā Drachm duas. Ph. Hass. 1827: Sevi Unc novem, Ol. Laurini Unc. decem, Camphor. Unc. unam, Ol. Bacc. Junip., — Lavand. āā Unc. semis. Hufelandi Ph. paup. Ungt. Althaeae Unc. quatuor, Spir Sal. Ammon. Unc. unam, Camphor. Petrol., Ol. Terebinth. āā Unc. semis, — Rorismarini Drachm. tres, — Bergamott. Drachm. unam. Ph milit. Bor. 1828: Cerae flav. Unc. semis, Axung. Unc. unam et semis, Ol Rorismar., Sal volat. fixi āā Drachm. duas. Ph. Polon.: Axung Porci Libr. quatuor, Sevi Libr. duas, Cerae flav. Libr. semis, liquatis, semirefrigeratis adde Ol. Lauri Unc. duas, — Rorismar., — Bacc. Junip. āā Unc. tres. Disp. Lipp.: Sevi Unc sex, liquatis adde Ol Laurini Unc sex, — Terebinth. Unc. unam, — Succ. rect , — Sal. volat āā Unc. semis. Disp. Fuld.: Axung. Unc. tres, Sevi Unc. unam, Ol. Laurini Unc. unam, — Succini Unc. semis, — Menth. crisp. Drachm. duas. Ph. Wirt.: Hb. Salviae, — Chamaepyt., — Majoranae, — Rorismar., — Menth , — Rutae, Fl. Lavandulae, Hb. Hyperici, — Paralyseos cum flore, Flor. Chamom., — Meliloti, — Hyperici, Summitat. Anethi, Baccar. Lauri, — Juniperi viridium āā Drachm. sex. Incisa et contusa macerentur in Olei Olivar. Libr. una per aliquot dies; postea lento igne, ad humiditatis consumtionem coquantur, exprimantur et colentur. Colaturae adde Terebinth. Venet. Unc. duas, Cerae citrin. Unc. quatuor et semis, Ol. Terebinth. Unc. unam, — Lumbricor cocti, — Laurini āā Unc. duas, Benzoës, in Unc. tribus Spir. Vini solvendae, Unc. unam.

UNGUENTUM NICOTIANAE.

Ph. Wirt.: Rec. Fol. Nicotianea Libr. duas, Succi Nicotian. Libr. semis, Axungiae Porci Libr. unam. Herba incisa et contusa, cum succo et adipe suillo, per noctem maceretur; mane lento igne, ad humiditatis consumtionem, coquantur, exprimantur et colentur, addantur Resin. Unc. duae, Cera Unc. una, Aristolochiae rotundae subtilissime tritae. Unc. duae. Fiat Unguentum. Ph. Amer. 1831: Fol Nicot. recent Unc. unam, Adipis Libr. unam, coque ad humidi exhalationem, cola.

† UNGUENTUM NIGRUM Guthrie.

Rec. Lapid. infernalis Gran. decem, Axungiae recent. Drachm. unam, Aceti Saturni Gutt quindecim. Lapis infernalis per se bene contritus Axungiae admiscetur. Laudatur in inflammationibus oculorum chronicis.

UNGUENTUM NIGRUM Ph. Wirt.

Rec. Ol. Olivar. Libr. unam, Butyri recent., Sevi vervecini, Axung. Porci, Cerae citrinae, Lithargyri āā Unc. quatuor. Oleo et reliquis lento igne liquatis lithargyrium tenuissime tritum addatur, omnia deinde sub perpetua agitatione ad nigredinem et consistentiam unguenti coquantur.

UNGUENTUM NIHILI ALBI vid. Unguentum Zinci.

UNGUENTUM NITRATIS HYDRARGYRI vid. Unguentum mercuriale citrinum.

UNGUENTUM NITRICUM vid. Unguentum oxygenatum.

UNGUENTUM NUTRITUM = Ceratum Saturni.

UNGUENTUM OCULARE = Unguentum ophthalmicum.

UNGUENTUM EX OLEIS VOLATILIBUS = Balsamum nervinum (p. 116).

UNGUENTUM OPHTHALMICUM ALBUM vid. Unguentum Zinci.

UNGUENTUN OPHTHALMICUM CUPRATUM vid. Unguentum ophthalmicum viride.

† UNGUENT. OPHTHALMICUM Benedict.

Rec. Mercur. praec. rubri Gran. octo ad sedecim, Aerug, cryst. Gran. quatuor ad sex, Butyr. rec. sine sale Unc. semis. M.

† UNGUENTUM OPHTHALMICUM Chelii.

Rec. Kalii iodat. Gran. quinque, Adipis Drachm. duas, m. Aliter: Merc. praec. rubr., Tutiae praep. āā Gran. duo, Adipis Drachm. duas.

†UNGUENTUM OPHTHALMICUM Desault Henry-Guibourt. *Liparolé mercuriel saturné composé.*

Rec. Mercur. praecip. rubr., Tut. praep., Alumin ust., Plumb. acet. ãã Drachm. unam, Mercur. sublim. corros. Gran. duodecim, Unguent. rosat. Unc. unam. Misce exactissime.

† UNGUENTUM OPHTHALMICUM Dupuytren.

Rec. Axung. Unc. duas, Mercur. praecip. rubr. Gran. decem, Vitrioli albi Scrup. unum.

UNGUENTUM OPHTHALMICUM EXSICCANS Armstrong.

Rec. Extr. Saturni, Cerae albae ãã Drachm. unam, Butyr. rec. Unc. semis. M.

UNGUENTUM OPHTHALMICUM Graefe.

Rec. Opii crudi Scrup. unum, Extr. Hyosc., aëre exsicc. Scrup. duos, Ungt. Hydrarg. cin. Unc. semis. M.

UNGUENTUM OPHTHALMIC. Hirscher.

Rec. Tart. emet Gran. duo ad quinque, Mell. desp. Unc. semis. M.

UNGUENTUM OPHTHALMICUM Hufel.

Rec. Hydrarg. oxydulati nigri Gran. duo, Ol. Nuc. Jugl. Drachm. duas. M.

UNGUENTUM OPHTHALMICUM Janini.

Rec. Tutiae, Boli Armen. ãã Drachm. duas, Calomel. Drachm. unam, Axung Porci Unc. semis.

UNGUENTUM OPHTHALMICUM Reil.

Rec. Vitrioli albi Scrup. unum, Butyr. rec. sine sale Unc. duas.

UNGUENTUM OPHTHALMICUM RUBRUM s. Rusti s. Richteri etc. vid. Balsamum ophthalmicum rubrum (p. 117).

† UNGUENTUM OPHTHALMICUM Singletoni

Rec. Auripigmenti, Axungiae ãã part. aeq.

UNGUENTUM OPHTHALMICUM Sloani.

Rec. Tutiae Unc. unam, Lapid. Haematit. Scrup. duos, Aloës Gran. duodecim, Margarit. praep. Gran. quatuor, Axung. Viperar. q. s.

UNGUENTUM OPHTHALMICUM VIRIDE Keyseri.

Rec. Tutiae Unc. semis, Camphor. Drachm. unam, Aeruginis Gran. duodecim, Axungiae Unc. duas.

UNGUENTUM OPODELDOC = Balsamum Opodeldoc (p. 118).

UNGUENTUM OPII SALIVALE Chiaventi.

Rec. Opii Gran. quatuor, Salivae human. sanae Scrup. unum.

† UNGUENTUM OXYDI HYDRARGYRI NIGRI Ph. Edinb. vid. Unguentum mercuriale nigrum.

† UNGUENTUM OXYDI HYDRARGYRI RUBRI vid. Balsamum ophthalmicum (p. 117).

UNGUENTUM OXYDI ZINCI = Unguentum Zinci.

UNGUENTUM OXYGENATUM s. nitricum, Axungia nitricata. Oxygenirte, salpetersaure Salbe. *Pommade oxygenée.*

Rec. Adipis suilli Unc. octo, leni igne liquatis sensim admisce Acidi nitrici Unc. unam, et fove, quamdiu Gas nitrosum evolvitur vel charta coerulea adhuc rubre tingitur. — Omnes fere Codices hac de formula consentiunt, Ph. Hamb. Adipis Unc. sedecim, cet. par.

UNGUENTUM DE PAPAVERE, HYOSCYAMO ET BELLADONNA vid. Unguentum populeum.

UNGUENTUM PARALYTICUM Ph. Wurz.

Rec. Sapon. Veneti Unc. sex, Ol. Junip. Unc. unam, Sem. Erucae Drachm. sex.

UNGUENTUM AD PARALYSIM = Unguentum paralyticum.

UNGUENTUM PECTORALE.

Ph. Wirt. et Sard.: Rec. Ol. Amygdal. dulc. Unc. quatuor, — Chamom. coct., — Viol. coct. ãã Unc. tres, Butyri recent. Unc. sex, Pingued. Gallin., — Anatis ãã Unc. duas, Iridis Florent. Drachm. duas, Croci Drachm. semis, Cerae albae Unc. tres. Cera et pinguedine in Oleis liquatis, postea addito Ireos et Croci pulvere fiat Unguentum.

UNGUENTUM PEDICULORUM s. Sabadillae, s. Staphisagriae compositum. Läusesalbe.

Ph. Wirt., Palat., Disp. Brunsv.: Rec. Sem. Staphidisagriae Unc. duas, Hellebor. albi Unc. unam, Argenti vivi Unc. duas, Pinguedinis porcin. Libr. tres, Ol. Laurini Unc. sex, Sapon. Veneti Unc. tres; Sapo in lixivio solutus cum pinguedine coquatur ad humiditatis aquosae consumtionem, postea Ol. Laurinum et pulveres, tandem Mercurius cum Terebinthinae Venetae Unc. una extinctus addatur. Disp. Fuld.: Pulv. Sabadillae Unc. quatuor, — Sinapis, — Rad. Pyrethri ãã Unc. duas, Axung Porci Unc. triginta duas.

UNGUENTUM AD PERNIONES.

Ph. Palat.: Rec Adip. Cati feri, Sevi Cervini, Ol. Laurini, Cerae ãã Unc. semis, Camphorae Drachm. unam in Alcoh. Drachm. duabus solut.; m. Ph. Sardin.: Camphorae Drachm unam, Petrolei Scrup. duos, Ungt. Mucilaginis Unc. sex.

† UNGUENTUM PHOSPHORATUM Ph. Gall. 1837.

Rec. Phosphor Drachm. unam, Axung. Porci Unc. sex et Drachm. tres. Calefac ad dissolutionem Phosphori et agita donec refrixerint.

UNGUENTUM PHOSPHORICUM SWEDIAUR.

Rec. Acid. phosphor. Drachm. unam, Axungiae Porci Unc. unam. Liquescant igne blande.

UNGUENTUM PHYTOLACCAE.

Rec. Rad. Phytolaccae pulv. Unc. unam ad duas, Axung. Porci Unc. duodecim, m.

UNGUENTUM PICEUM COMPOSITUM = Unguentum basilicum.

UNGUENTUM PICIS s. PICIS LIQUIDAE.

Ph. Dublin., Lond. 1836, Amer.: Rec. Picis liquid, Sevi āā Libr. unam; m. Ph. Suec.: Farinae Secalis Unc. duodecim, Aceti q. s., coque ad consist. pastae et adde Resinae Pini, Picis liquid āā Unc sex. Ph. Dan. mil.: Picis liquid. Unc. quatuor, Butyri saliti rancidi Unc. duas, Sal. Tartari Unc. unam.

UNGUENTUM PICIS EMPYREUMATICUM = Unguentum basilicum nigrum.

UNGUENTUM PICIS NIGRAE Ph. Lond. 1836.

Rec. Picis nigrae, Cerae, Resinae āā Unc. novem, Ol. Olivar. Unc. sedecim. Liquefac simul et exprime.

UNGUENTUM PICIS ET SULPHURIS Ph. Bath. castr.

Rec. Picis liquid. Unc. duodecim, Sulphur. Unc. quatuor, Cerae flav. Unc. unam. Leni igne liqua.

UNGUENTUM PIPERIS NIGRI Ph. Dubl.

Rec. Piper nigr. pulv. Unc. quatuor, Axungiae Unc. duodecim.

UNGUENTUM PIPERIS NIGRI BORIES.

Rec. Sal. culinar., Piper. nigri āā Unc. duodecim, Fuligin. cribrati Unc. sex, Sinap. pulv. Unc. semis, Vitell. Ovor. N° duos, Axung. Porci Unc. viginti quatuor.

UNGUENTUM PIPERIS NIGRI CADET.

Rec. Sapon. alb. rasp. Unc. sex et Drachm. duas, Olibani, Piperis nigri, Salis culinar. āā Drachm. tres, Alcoholis Unc. septem. Digere ad solutionem saponis usque, tunc coque per sexagesimas aliquot, spatulae ope agitando et supra linteum extende.

UNGUENTUM PLACENTINUM Ph. Parm.

Rec. Ol. Olivar. Unc. sex, Cerae alb. Unc. semis, leni igne liq. et admisce Mercurii praecip. rubr. Drachm. sex, Minii Unc. duas.

UNGUENTUM PLEURITICUM SYDENH.

Rec. Ungt. Popul, — Althaeae, — Pomati āā Unc. unam, Ol. Amygdal. dulc. Unc. tres

UNGUENTUM PLUMBI COMPOSITUM ET OPIATUM = Unguentum Saturni comp. et opiat.

UNGUENTUM PLUMBI CARBONATIS vid. Unguentum album.

UNGUENTUM PLUMBI IODIDI vid. Unguentum Iodureti Plumbi.

UNGUENTUM PLUMBICUM vid. Ceratum Saturni (p. 168).

UNGUENTUM POMADINUM. Pommade.

Ph. Palat.: Rec. Axung. Porci Libr. tres, Storac. Calamit., Benzoës, Rad. Iridis Flor. āā Unc. unam, Fruct. Citri, — Aurantii āā N° duos, Poma Renet. N° quatuor, coque ad consumtionem humidi, cola et adde Ol Cinnamomi, — Caryophyll. āā Gutt. viginti quinque. Subige totum cum Spiritu Rosar. per fermentationem. (Cf. Unguentum rosatum.)

UNGUENTUM POMADINUM VOGT.

Rec. Extr. Cort. Peruv. spir. Drachm. unam ad duas. Cum pauxillo Spir. Vini rect. liquef. adde Medull. Ossium Tauri praep. Unc. unam, Cetacei Drachm. unam, Ol. Bergam., Lavand. āā Gutt. quindecim. M.

UNGUENTUM POMADINUM CONTRA ALOPECIAM.

Rec. Axung. Porci, Medull. Bov. āā Unc. semis, Aq. Rosarum Unc. unam, Extr. Chinae Drachm. semis, Extr. Bardan. Scrup. unum, Ol. Bergam. Drachm. semis, — Caryophyll., — Jasmin., — Lavend. āā Scrup. unum, Bals. Peruv. Drachm. semis. M.

UNGUENTUM POMADINUM CONTRA CUTIS FISSURAM.

Rec Cerae albae Drachm. unam et semis, Cetacei Drachm. duas, Ol. Amygdal Unc. unam et semis, Ol. Olivar., — Papaver. āā Unc. semis; liquefiant in balneo Mariae et admisce Aquae Rosar. Unc. unam, Bals. Peruv. q. s.

UNGUENTUM POMATUM OXYGENATUM = Unguentum oxygenatum.

UNGUENTUM POMPHOLYGIS = Unguentum Diapompholigos.

UNGUENTUM POPULEUM s. Gemmarum Populi compositum. Pappelsalbe. *Onguent populeum.*

Ph. Slesv.-Hols.. Rec. Gemmar. Populi rec. Unc. duodecim, Axung. Porci Unc. viginti quatuor, contusas et cum Adipe probe tritas misce et serva ad aestatem; tum adde Hb. Hyoscyami rec. Unc. tres et coque, donec omnis humor evanuerit, deinde exprime et cola. Ph. Hamb. 1835: Hb. Hyoscyam. sicc. Unc. unam et semis, cet. par. Ph. Gall. 1837: Gemm. Populi Unc. duodecim, Hb. rec. Papav. somnifer., — — Bellad., — — Hyoscyami, — — Solani nigri āā Unc. octo, Axungiae Unc. sexaginta quatuor. Ph. Amstel.: Gemm. Populi Libr. unam et semis, Axung. Libr. tres, Hb. Hyoscyam. rec., — Bellad. rec. āā Unc. quatuor. Ph. Wirt.: Gemmar. Populi rec. Libr. unam et semis, Axungiae Libr. quatuor, Cimarum Rubi tenerr., Hb. Papav. alb., — Hyoscyam., — Bardanae cum rad., — Solani, — Lactucae, — Violar. āā Unc. tres, — Sem-

pervivi maj. Unc. quatuor, — — minor. Unc. tres. Disp. Fuld.: Gemm. Populi Unc. duodecim, Axungiae Unc. triginta, Hb. Hyoscyami, — Solani nigr. āā Unc. quatuor, Fol. Porri Unc. sex. Ph. Herbip.: Gemm. Populi Libr. duas, Axungiae Libr. quinque, Hb. Solani, — Hyoscyami, — Papav., — Violar., Flor. Sambuci āā Unc. quatuor, Hb. Sedi maj. Unc. tres. Ph. Palat.: Gemm. Popul. Unc. octodecim, Axung Libr. sex, Hb. Hyoscyami Unc. sex, — Papav., — Solani, — Sedi maj. et min., — Lactucae, — Bardan., — Violar., — Umbilici, Summit. Rubi āā Unc. tres. Ph. Sard.: Gemmar. Populi Libr. duas, Axung. Libr. quatuor, Hb. Hyoscyami albi, — Sedi maj., Flor. Rhoead. āā Manip. tres, Hb. Solani nigr. Manip. sex.

UNGUENTUM PRO PORRIGINE Gray.

Rec. Ungt. Picis, — Neapolit. mit., — Cetacei āā part. aeq. M.

† UNGUENTUM PRAECIPITATI VIRIDIS Swediaur.

Rec. Mercur. sublim. corros. part. duas, Hydrochloratis Cupri part. unam. Salibus seorsim in Aqua solutis, misce solutiones et eas infunde Solutionem Saponis albi; praecipitatum lavando edulcora.

UNGUENTUM DE PRAECIPITATO RUBRO vid. Balsamum ophthalmicum rubrum (p. 117).

UNGUENTUM PROPOLICUM Cadet.

Rec. Propolis purificat. Unc. quatuor, Ol. Olivar. Unc. octodecim. Dissolve leni calore.

UNGUENTUM AD PROSOPALGIAM vid. Unguentum ad dolorem faciei.

UNGUENTUM CONTRA PRURIGINEM Bietti.

Rec. Calcar. extinct. Drachm. unam, Natr. carbon. dep. Drachm. duas, Extr. Opii aq. Gran. decem, Adip. suill. Unc. duas.

UNGUENTUM PSORICUM vid. Unguentum ad scabiem.

UNGUENTUM PURGANS Bories.

Rec. Pulv. Colocynth. Drachm. unam, Axungiae Porci Unc. unam.

UNGUENTUM PURPUREUM Wurzii Ph. Wirt.

Rec. Colcoth. Vitrioli Unc. duas, Virid. Aeris Drachm. decem, Aceti Vini, in quo Radices Scrophulariae, Fol. Plantaginis et Chelidonii maj., recentia singulorum Drachm. tres, per aliquot dies macerata, ac postea expressa fuerint, Unc. quinque, Mell. despum. Unc. octo. Inspissentur leni igne, continuo agitando, ad mellis consistentiam.

UNGUENTUM AD RANULAM LINGUAE.

Rec. Pulv. Virid. aeris, Alumin. saccharati āā Unc. unam, Mell. despum. q. s.

UNGUENTUM REFRIGERANS Pierquin.

Rec. Ol. Nymph., — Papav. āā Unc. duas, Sem. Lactucae, — Papaveris albi āā Drachm. unam, — Psyllii Drachm. duas, Camphorae Scrup. unum, Cerat. q. s.

† UNGUENTUM REGENTIS Soubeiran.

Rec. Mercurii praecip. rubr., Sacchar. Saturn. āā Gran. decem, Camphor. Gran. unum, Butyr. rec. in Aq. Rosar. lot. Drachm. duas.

UNGUENTUM REGIUM = Unguentum Basilicum.

UNGUENTUM DE Renal Ph. Palat.

Rec. Opii Scrup. unum, Camphorae Gran. decem, Ol. Scorpion, Succ. Citri āā Unc. semis, Ungt. Populei Unc. unam et semis.

UNGUENTUM RESINAE PINI BURGUNDICAE. Burgunderharzsalbe. *Pommade de poix-résine.*

Synon.: Unguentum flavum s. citrinum.

Rec. Adipis suilli Libras octo,
Cerae flavae,
Resinae Pini burgundicae āā
Libram dimidiam,
liquando misce.

Formula e Ph. Bor. ed. 5. desumta. Similes formulas, mucilaginibus additis discrepantes, vide voce Unguentum Althaeae. Similis indolis sunt Ceratum citrinum et Unguentum basilicum.

UNGUENTUM RESINAE ELEMI vid. Balsamum Arcaei (p. 109).

UNGUENTUM RESOLVENS Dupuytren.

Rec. Calomel, Scillae āā Drachm. semis, Axung. Drachm. duas, Ol. Rosar. Gutt. quatuor.

UNGUENTUM RESOLVENS Swediaur.

Rec. Otharid Drachm. unam, Opii Gran. quindecim, Aq. commun. Unc. duas et semis, coque ad colaturam Unc. duarum, adde Balsami Arcaei Unc. duas, humidum evaporatione dissipa, adde Camphor. Drachm. unam.

UNGUENTUM RESOLVENS St.-Marie.

Rec. Ol. Olivar., Aq. Calcis, Sapon. albi, Albuminis āā Unc duas.

UNGUENTUM RESOLVENS MAMMARUM TUMOREM vid. Linimentum volatile.

UNGUENTUM RESUMPTIVUM Ph. Wirt.

Rec. Sem. Lini, — Althaeae, — Foenugraeci, Gummi Arab., — Tragacanth. āā Drachm. duas. Macerentur et ebulliant in Aquae simpl. Libr. semis, eliciatur mucilago, quae cum Butyri recent. Libr. dimidia, Pinguedinis Suillae, — Gallinae, — Anseris, — Anatis āā Unc. dua-

bus, coquantur ad humiditatis aquosae consumtionem, postea addantur Sevi hircini Unc. semis, Ol. Violar., — Chamaemeli, — Amygd. dulc. aa Unc duae, Medull. Vituli Libr. semis. Fiat secundum artem Unguentum.

UNGUENTUM RORISMAR. COMPOSITUM vid. Unguentum nervinum.

UNGUENTUM RHAZIS = Unguentum album.

UNGUENTUM ROSATUM, Unguentum pomadinum rosatum. Rosensalbe. *Onguent rosat.*

Ph. Bor. ed. 6, Sax. 1837: Rec. Adipis suilli recens eliquati Unc. octo, Cerae albae Unc. duas, lento igne liquefactis et refrigeratis sub perpetua agitatione admisce Aq. Rosarum Unc. duas, fiat unguentum. Ph. Wirt., Brunsv.: Axungiae cum Aqua Rosar. lotae, adde Flor. Rosar. alb. contus Unc. quindecim, coque ad humidi consumtionem, adde Ol. Rosar. Gran. tria. Ph. Hamb. 1835, Hann.: Axung. Unc. octo, Cerae alb. Unc. duas, Aq. Rosar. Unc. tres, Ol. de Cedro Drachm. unam. Ph. Slesv.-Hols., Hass.: Axung. Libr. unam, Cerae alb. Unc tres, Aq. Naph.. — Rosar. aa Unc. duas, Ol. de Cedro Gutt. viginti quatuor, — Bergamott., — Lavand. aa Gutt. duodecim. Unguenta oleis mixta plerumque ad capillos leniendos inserviunt, Unguentum rosatum simplex sine oleis paratum excipiens est pro Kalio iodato, Mercurialibus, aliisque corporibus medicatis, quae cuti imponuntur vel infricantur. Formularum ergo agmen maximum supervacaneum omittamus.

UNGUENTUM RUBEFACIENS.
Rec. Cort. Mezerei Unc. unam, Hb Hederae, — Clematid. erect. aa Unc. duas, Ol. Olivar. Unc. decem, digere per aliquot dies leni calore, in colatura liqua Cerae alb. Unc. quatuor. (Cf. Unguentum Mezerei.)

† UNGUENTUM RUBRUM Van Mons.
Rec. Mercurii praec. rubr., Minii aa part. unam, Axung. Porci part. octo.

UNGUENTUM RUBRUM AD LABIA ORIS Ph. Wirt.
Rec. Rad. Alkannae Unc. unam et semis, Cerae alb. Drachm. sex, Ol. Amygdal. dulc. rec. expressi Unc. duas, Vini rubri Unc tres. Radices minutim incisae in Vino rubro macerentur, his adde Oleum Amygdalarum, et lenissimo igne, ad humiditatis consumtionem, in vase terreno vitreato coquantur; addatur sub finem Cera alba, exprimantur, et in Aquam Rosarum effundantur. Refrigerata denuo, lenissimo igne liquentur, Olei Cinnamomi Gutt. decem addantur, et in capsulas papyraceas, sicut Ceratum citrinum, effusa in vitro probe clauso serventur.

UNGUENT. RUBRUM POTABILE Ph. Wirt.
Rec. Rad. Alkannae Libr. unam, Vini rubri odorati Libr. semis, macerentur per aliquot dies, loco frigido, cum Butyri majalis recent. non saliti, Libr. sex. Coquantur leni igne, ad consumtionem humiditatis, colentur et exprimantur.

† UNGUENTUM Rustii.
Rec. Mercurii praec. rubr. Gran. quatuor ad sex, Butyri rec. Drachm. duas, Acet. Saturn., Laudani liq Sydenh. aa Drachm. semis.

UNGUENTUM RUTAE Ph. Hisp.
Rec. Hb. recent. Rutae, — — Absinthii, — — Menthae aa Unc. duas, Axung. Porci Unc. sedecim; coque ad humidi consumtionem usque et cola exprimendo.

UNGUENTUM SABADILLAE CUM MERCURIO vid. Unguentum Pediculorum.

UNGUENTUM SABINAE vid. Ceratum Sabinae (p. 168).

UNGUENTUM SALICIS Hufeland.
Rec. Succi Folior. Salicis Unc. duas, Axung. Porci q. s. Misce blando calore.

UNGUENTUM SALIS MARINI St. Marie.
Rec. Sal. marini Unc.. unam et semis, Cerati Galeni Unc. tres, Ungt. rosat. Unc. unam.

UNGUENTUM SAMBUCI s. SAMBUCINUM Ph. Lond. 1836.
Rec. Flor. Sambuci rec., Axung. Porci aa part. aequal., Sevi vervecini part. duas. Coque ad humidi consumtionem, cola et exprime.

UNGUENTUM SANTALINUM Ph. Wirt.
Rec. Ligni Santali albi, — — citrini aa Drachm. sex, — — rubri Drachm decem, Flor. Papav. erratici recent. Unc. unam et semis, — Rosar. rubr. rec. Unc. duas et semis. Macerentur in Olei rosacei Libr. una, Vini albi Unc. quatuor, per biduum, postea ad humiditatis consumtionem, leni igne coquantur, exprimantur et colentur. Expressis adde, Boli Armenae, in pulverem subtilissimum tritae, Cerae alb. aaUnc. tres, Camphor. Drachm. duas.

UNGUENTUM SAPONACEO-HYDROSULPHURATUM vid Linimentum hydrosulphuratum Jadelot.

UNGUENTUM SAPONACEUM Ph. Hamb. paup.
Rec. Camphor. Drachm. duas, Ol. Olivar. Unc. duas, mixtis adde Sapon. Veneti Unc. unam; m. (Cf Bals. saponaceum p. 120)

UNGUENTUM SATURNI s. SATURNINUM vid. Ceratum Saturni (p. 168).

UNGUENTUM SATURNI COMPOSITUM Ph. Lond. 1836.
Rec. Cretae praep. Unc. octo, Aceti destill. Unc. sex. Solve et adde Empl. Plumbi Libr. tres in Olei Olivar. Unc. viginti dissolve.

UNGUENTUM SATURNI COMPOSITUM Swediaur.
Rec. Geruss. Unc. unam, Lithargyri Drachm.

duas, Boli Armenae Unc. unam. Mellis rosati Unc. semis, Axung. Porci q. s.

UNGUENTUM SATURNI COMPOSITUM CAMPHORATUM vid. Ceratum Saturni Goulardi cum Camphora.

UNGUENTUM SATURNI MERCURIALE VAN MONS.

Rec. Mercurii vivi Unc. quatuor, Plumbi Unc. semis, singula solve in Acido nitrico, adde Ol. Amygdal. part. viginti quatuor, Axungiae Porci Libr. quatuor.

UNGUENTUM AD SCABIEM ALIBERT.

Rec. Sal. Tartari Unc. unam, Flor Sulphur. Unc. duas, Axung. Unc. quatuor, m. Aliter: Flor. Sulph. Unc. unam et semis, Rad. Helleb. albi Drachm. semis, Nitri Gran. quindecim, Sapon. nigri Unc. unam et semis, Axungiae Unc. duas.

UNGUENTUM AD SCABIEM BANYER.

Rec. Cerussae Libr. semis, Lithargyr. Unc. duas, Alum. ust., Calomel āā Unc. unam et semis, Axung. Libr. duas, Terebinth. Venet. Libr. semis.

UNGUENTUM AD SCABIEM BATEMANNI.

Rec. Ciner. clavell. depur. Unc. semis, Aq. Rosar. Unc. unam, Cinnabaris Drachm. unam, Ol Bergamott. Drachm. semis, Flor Sulph., Axung. āā Unc. novem.

UNGUENTUM Ad SCABIEM JADELOT.

Rec. Ol. Papav. albi Libr. duas, Sapon. commun. duri Libr. unam, Hepat. Sulphuris salin. Unc. tres, Ol. Thymi Drachm. unam.

UNGUENTUM AD SCABIEM Ph. Bor. mil.

Rec. Sulph. dep. part. unam, Sapon. nigr. part. duas, Aquae commun. fervid. s. q. ut fiat Unguentum molle.

UNGUENTUM AD SCABIEM JASSERI. Jasser's Krätzsalbe. *Pommade antipsorique de Jasser.*

Synon.: Unguentum antipsoricum Jasseri, Unguentum Sulphatis Zinci cum Sulphuri.

Rec. Pulveris subtilissimi Baccarum Lauri,
Florum Sulphuris,
Vitrioli albi pulverati āā Uncias duas,
Axungiae Uncias decem,
terendo misce. — *Vis:* antipsorica.

Haec formula Ph. Hamb. 1835 et Slesv. Hols. placuit. Ph. Hann. Unguenti rosati Unc. octo, loco Axungiae, cet. par. Ph. Sax. 1837 Flor. Sulphur., Vitriol. albi, Ol. Laurini āā Unc. unam, Axungiae Unc. sex. Ph. Batav., Belg., Lipp. Flor. Sulph. Unc. duas, Vitriol. alb. Unc. unam, Ol. Laurini Unc. tres, Axungiae Unc. sex. Ph. Hisp. Flor. Sulph, Vitriol. alb. āā Drachm. duas, Ol. Lauri, Axung. āā Unc. quatuor. Ph. Bor. ed. 5: Flor. Sulph., Vitriol. alb. āā Unc. duas, Axungiae Unc. octo. Ph. Austr. 1834: Flor. Sulphur., Vitriol. alb. āā Unc. unam et semis, Ungt. simp. Libr. unam. Ceterae formulae nonnisi parum discrepant. Formulas, quae Radicem Hellebori nigri continent, vid. voce Unguentum sulphuratum compositum. Nomine Unguenti ad scabiem denique Unguenta mercurialia, e gr citrinum, appellantur.

† UNGUENTUM AD SCABIEM SELLE.

Rec. Mercur. praecip. albi, Sulphur. aurat. Antimon āā Unc. semis, Axung. Unc. octo, Ol. dest. Bacc Lauri Drachm. duas.

UNGUENTUM AD SCABIEM Ph. Wirt.

Rec. Terebinth., in Aqua Rosar. lotae, Unc. duas et semis; solvatur Vitellis Ovorum numero tribus, adde Butyri recent. Unc. sex, Ol. Laurini Unc. unam, Styracis liq. Unc. semis, Mercur. praecip. albi Drachm. duas, Cerussae optime pulveris. Unc. unam. Misce exacte, ut fiat Unguentum.

UNGUENTUM AD SCABIEM ZELLERI vid. Unguentum mercuriale album.

UNGUENTUM SCILLAE Ph. paup. HUF.

Rec. Rad. Scillae Unc. duas, coque eum Lixivii caust. s. q. ad mucilaginem, colaturae adde Adipis q. s. ut f. Unguentum.

UNGUENTUM SCILLAE SALIVALE CHIAVENTI.

Rec Rad. Scillae recent. Scrup. unam, Salivae hominis sani Drachm. unam; misce ut solvatur.

UNGUENTUM AD SCROPHULAS = Unguentum antiscrophulosum.

UNGUENTUM SEDANS PIERQUIN.

Rec. Sagapeni, Ammoniaci āā Drachm. tres, Terebinth., Resin. Pini āā Unc. octo, Spir. Frumenti q. s., solutioni adde Sacch. Saturni, Cerus. āā Unc. unam et semis, Olibani Drachm. decem, Euphorbii Drachm. tres, Axung. Porci Libr. unam, Ol. Lilior., — Lavand., Cerae albae āā q. s.

UNGUENTUM SEDATIVO-NARCOTICUM BRERA.

Rec. Opii theb. Drachm. unam, Succ. gastrici vitulini rec. depur. q. s. Digere per horas 24 leni calore, et cum s. q. Adip. suill. dep. fiat l. i. linimentum.

UNGUENTUM SEDATIVUM SWEDIAUR.

Rec. Extr. Opii Drachm. unam, tere cum pauxillo Aq. ferv., dein adde terendo Axung. porcin., in mortario calido liquefactae, Unc. unam.

UNGUENTUM SIMPLEX. Einfache Salbe, Verbandsalbe. *Pommade simple.*

Ph. Bor. ed. 5, Sax. 1837: Rec. Adipis Unc octo, Cerae alb. Unc. duas, liquefactis et semirefrigeratis admisce Aquae fontanae Unc. duas. Ph. Amer.: Cerae alb. Libr. unam, Adipis Libr quatuor. Ph. Hamb.: Ol. Cacao part. unam, Ol. Amygdal. dulc. part. duas, liquando misce. Ph. Austr.: Adipis Libr. unam, Cerae alb. Unc. tres. (Ceterum confer Ceratum simplex p. 169.)

UNGUENTUM SINAPIS FRANKII.

Rec. Sem. Sinap. Unc. tres, Ol. Amygdal. Unc. semis, Succi Citri q. s.

UNGUENTUM SOLANI SPIELMANN.

Rec. Succi Fol et Bacc. Solani tuberosi Unc. triginta sex, Ol. Olivar Unc. quinquaginta quatuor, Ceruss. Unc octodecim, Lithargyri Unc. triginta sex, coctis adde Cerae Unc. sex, Olibani Unc. tres.

UNGUENTUM SOLEARE Ph. Batav.

Rec. Rad. Allii cont. Unc. quatuor, Axung. Unc. octo. Coque ad consumtionem humidi, exprime et adde Croci pulv. Drachm. unam, Spir. Salis Scrup. duos.

UNGUENTUM SOMNIFERUM = Unguentum hypnoticum.

UNGUENTUM SPERMATIS CETI = Unguentum Cetacei.

UNGUENTUM SPLENETICUM Ph. Wirt.

Rec. Rad. Filicis, — Ari cum herba āā Unc duas, Fol. Asari, — Hyoscyami, — Cicutae, — Nasturtii aquatici āā Unc. unam et semis, — Nicotianae Drachm. tres, Flor. Chamomillae, — Hyperici, — Genistae, — Sambuci āā Unc. unam. Omnis contusa macerentur cum Axungiae Libr. una et semis, postea coquantur lento igne, ad humiditatis consumtionem; expresso colato adde Cerae citrinae Unc. unam et semis, refrigerato adjunge Gummi Ammoniaci, Galbani subtilissime pulverisati āā Drachm. sex, Olei destillati Cumini, — Anethi, — Cerae āā Drachm. unam.

UNGUENTUM STAPHYSAGRIAE vid. Unguentum Pediculorum.

UNGUENTUM STIBIATUM vid. Unguentum Tartari emetici.

UNGUENTUM STIMULANS vid. Unguentum de Styrace.

UNGUENTUM STOMACHALE Ph. Wirt.

Rec. Hb. Absinth., — Menthae, — Salviae āā Unc. duas, Flor. Rosar. Unc. unam, Olei Oliv. Unc. decem. Herbae et flores recenter conquassati, coquantur lento igne ad humidi exhalationem, exprimantur, in expresso dissolvantur Cerae citrinae Unc. duae. Misceantur exacte; refrigeratis adde Styracis liquid. Unc. unam, Ol. destill. Menthae, — Caryophyll., — Absinthii āā Scrup. unum.

UNGUENTUM STRAMONII. Stechapfelsalbe. *Pommade de Stramoine.*

Ph. Amer. 1831: Rec. Hb. Stramonii recent. contus. Libr. unam, Adipis Libr. tres, Cerae flav Libr semis, coque ad humidi consumtionem; cola, dein Ceram liquando immisce.

UNGUENTUM DE STYRACE s. Styracis resinosum, s. stimulans. Styraxsalbe. *Pommade de Styrax.*

Ph. Wirt., Hann., Hass.: Rec. Styracis liquid., Elemi, Cerae flav. āā Unc. septem et semis, Colophonii Unc. duas, Ol Olivar. Libr. duas et semis. Ph. Hamb. 1835: Ol. Oliv. Unc. quatuor, Cerae, Colophon., Elemi āā Drachm. tres, Styrac. liq. Unc. tres. Ph. Gall. 1837: Ol. Nucum Jugl. Unc. duodecim, Styrac. liq. Unc. octo, Colophon. Unc. sedecim, Elemi, Cerae āā Unc. octo.

UNGUENTUM SUBACETATIS CUPRI vid. Unguentum aegyptiacum.

UNGUENTUM SUBCARBONATIS PLUMBI vid. Unguentum album.

UNGUENTUM SULPHURATUM COMPOSITUM, Unguentum Sulphuris cum Helleboro. Zusammengesetzte Schwefelsalbe, Krätzsalbe. *Pommade antipsorique composée.*

Ph. Lond. 1836, Hann., Hass.: Rec. Flor. Sulphur. Unc. sex, Pulv. Rad. Hellebori albi Unc duas, Nitri Drachm. unam, Sapon. viridis Unc. sex, Adipis Libr. unam et semis, Ol. Bergamott. Gutt. triginta. Ph. Gall. 1837 Adipis Unc. sedecim, Flor. Sulph. Unc. octo, Sal Ammon., Alum. āā Unc. semis.

UNGUENTUM SULPHURATUM SIMPLEX. Einfache Schwefelsalbe. *Pommade de soufre.*

Ph. Bor. ed. 5, Hamb, 1835, Hann., Saxon., Slesv.-Hols.: Rec. Flor. Sulph. Unc. unam, Axung. Porci Unc. duas, m. Ph. Lond. 1836: Ol. Bergamott. Gutt. sex. Ph. Gall., Bavar. 1837: Flor. Sulphur. Unc. unam, Axungiae Unc. tres. Ph. Amer., Dubl., Edinb.: Flor. Sulph. Unc unam, Axung. Unc. quatuor. Ph. Hamb. paup.: Axung. octo. Alii aliter.

UNGUENTUM SULTANAE = Ceratum cosmeticum.

† UNGUENTUM SUPPURATIVUM.

Rec. Mercur. praecip. rubr. part. unam, Balsami ARCAEI part. duodecim, Ung. Basilic. part. duodequinquaginta. (Cf. Linimentum Ceparum p 511.)

UNGUENTUM TABACI = Ung Nicotianae.

UNGUENTUM AD TABIDA MEMBRA = Unguentum Conyzae.

† **UNGUENTUM TARTARI EMETICI s. Tartari stibiati s. stibiatum, Ung. Antimonii tartarizati, Unguentum Tartratis stibii et Potassae, Pomatum Autenriethii, s. irritans.** Brechweinsteinsalbe, Autenrieth'sche Salbe. *Pommade d'Autenrieth.*

Rec. Tartari emetici subtilissime contriti Unc. unam, Axungiae Porci Unc. quatuor, — Hanc ponderum rationem Ph. Bor. ed. 5, Hass., Polon., Lond. 1836, Slesv.-Hols. receperunt. Ph. Bor. ed. 3, Hann.: Tartari emet Unc. unam, Axungiae Unc. duas, Ph. Gall. tres, Ph. Hamb. septem, Saxon. 1837 octo.

UNGUENTUM TARTARI EMETICI s. STIBII HUFELAND.

Rec. Tart. emetici Drachm. unam, Axungiae Porci Unc. unam.

UNGUENT. TARTARI EMETICI JENNERI.

Rec. Tart. emet. Drachm. duas, Sacch. albi Drachm. unam, Adipis Drachm. novem.

UNGUENTUM TEREBINTHINATUM vel FRAHMII vid. Balsamum LOCATELLI et Unguentum digestivum.

UNGUENTUM TETRAPHARMACUM = Unguentum Basilicum.

UNGUENTUM AD TINEAM ALIBERT.

Rec. Pulv. Carbon. Drachm. sex, Adipis Unc. unam.

UNGUENTUM AD TINEAM BICHERI.

Rec. Aerug., Calomel āā Scrup. unum, Unguent. rosat. Drachm. decem.

UNGUENTUM AD TINEAM BORIES.

Rec. Fuliginis splend. Unc. unam et semis, Vitrioli albi Drachm. sex, Axung. Unc. quatuor.

† UNGUENTUM AD TINEAM ELLIS.

Rec. Calomel Drachm. duas, Aluminis ust., Cerass. āā Unc. semis Ol. Terebinth. Drachm. duas, Cerati simpl. Unc. unam et semis; vel: Mercur. praecip albi Drachm. semis, Baccar. Junip. Drachm. unam, Ungt. rosat. Unc. unam, Ol. Laurini pauxillum.

† UNGUENTUM CONTRA TINEAM HENRY-GUIBOURT. Grindsalbe. ***Onguent contre la teigne, Retinolé de Poix et de Farine de Froment.***

Rec. Farin. Frument. Unc. quinque, Aceti fortis Unc. quadraginta. Coque semper agitans ad consistentiam Gelatinae, tunc adde Picis nigr. Unc. quatuor, Colophon., Resin. flav. āā Unc. tres; m.

UNGUENTUM TRAUMATICUM VOGLERI Weilb.

Rec. Butyr. rec. Unc. unam, Vitell. Ovor. Unc. semis.

† UNGUENTUM TURPETHI MINERALIS ALIBERT.

Rec. Turpethi mineral. Unc. unam, Ungt. simpl. Unc. decem.

UNGUENTUM TUTIAE = Ceratum calaminare (p. 163).

UNGUENTUM CONTRA ULCERA ATONICA PEDIS CHELII.

Rec. Cerat. Saturni, Bals. ophthalm. rubr. āā part. aeq.

† UNGUENTUM AD ULCERA LYMPHATICA SWEDIAUR.

Rec. Mercur. praec. rubr. part. unam, Empl. Conii, Ungt. Basilici āā part. quadraginta.

† UNGUENTUM AD ULCERA PROMOVENDA RUST.

Rec. Pulv. Cantharid. Scrup. duos, Adipis suill. Scrup. quatuor, Mercur. subl. corros., Tartari emet. āā Drachm semis.

UNGUENTUM DE UVIS Ph. Wirt.

Rec. Succi Uvarum nigr. minor., Aq. Rosar. fragrantis, Butyri recent. āā Unc. sedecim, Cerae flav Unc. quatuor. Coquantur lento igne in vase figulino, spumam sub coctura, cochleari ligneo, semper auferendo, donec spumare desierit; effundantur refrigerata. Unguentum, ab adhaerentibus faecibus mundatum, denuo lenissimo igne liquetur, atque in patinas, vel vasa porcellanea, antea Aqua Rosarum humectata effundatur. Refrigeratum inter chartas in scatula loco frigido servetur. (Cf. Cerat. ad Labia Argentorat. p. 166.)

UNGUENTUM AD VARICES ANI = Unguentum antihaemorrhoidale.

UNGUENTUM VERATRI ALBI = Unguentum Hellebori albi

UNGUENTUM VERATRI VIRIDIS Ph. Amer. 1831.

Rec. Pulv. Rad. Veratri viridis Unc. duas, Ol. de Cedro Gutt. viginti, Axung Unc. octo.

† **UNGUENTUM VERATRINI MAGENDIE.** Veratrinsalbe. *Pommade de Veratrine.*

Rec. Veratrini Gran. tria (quatuor in codicibus Gallicis), Axungiae Unc. unam.

UNGUENTUM VERBASCI Disp. Vienn.

Rec. Flor. Verbasci rec. Libr. unam et semis, Butyri non sal. Libr. duas. Coque ad humidi consumtionem et exprime.

UNGUENTUM CONTRA VERMES s. anthelminthicum. Wurmsalbe. ***Pommade anthelminthe.***

Ph. Slesv.-Hols.: Rec. Butyr. insuls. Unc. tres, Fell. Tauri Unc. semis, Pulv. Aloës, Flor. Sulphur., Colocynth. āā Drachm. unam, Ol. Absinth. aeth., — Rorismar. āā Scrup. unum. Disp. Fuld.: Ungt. Alth. Unc. unam, Fell. Tauri insp. Drachm. duas, Aloës

Drachm. unam. Ph. Bat., Belg.: Aloës Unc. duas, Fell. Tauri insp., Petrolei āā Unc. tres, Adipis Libr. duas m. l. a. Ph. Wirt.: Rad. Filicis, — Bryoniae, Allii āā Unc. unam et semis, Hb. Abrotani, — Absinthii, — Tanaceti āā Drachm. duas, Butyri recent. Libr. unam Contusa coquantur lento igne, sub perpetua agitatione, ad humiditatis consumtionem. Exprimantur, in expresso dissolve Cerae flavae Unc. unam et semis, refrigescant; refrigeratis insperge Pulv. Aloës Unc unam, Trochiscor. Alhandal. Unc. semis, probe subactis adde Fellis Tauri, ad mellis consistentiam inspissati Unc. duas.

UNGUENTUM VESICATORIUM = Unguentum Cantharidum.

UNGUENTUM VIRGINALE.

Rec. Vitrioli albi Unc. semis, Fol. Myrti, — Rhois āā Drachm. tres, Gallar., Nucum Cupressi, Cort. Granator. āā Drachm. duas, Ungt. rosati q. s.

UNGUENTUM VIRIDE Fleschii.

Rec. Ol. Napi Unc. decem, Cerae flav., Resin. alb. āā Unc. quatuor, liquatis colatis adde Pulv. Aeruginis Drachm. unam.

UNGUENT. VIRIDE POTABILE Ph. Wirt.

Rec. Hb. recent. Abrotani, — Artemisiae, — Bellidis, — Betonicae, — Foeniculi, — Hyssopi, — Menthae, — Hepaticae stellat., — Millefolii, — Majoranae, — Plantaginis, — Veronicae, — Verbenae, — Salviae, — Rutae āā Unc. unam, Baccar. Junip. virid. Unc. tres, Butyri recent. non saliti Libr. tres. Incisa et contusa misceantur et coquantur, cum butyro leni igne, ad humiditatis evaporationem, exprimantur et colentur.

UNGUENTUM ZINCI, s. Oxydi Zinci s. Diapompholygos, Unguentum de Nihilo albo s. ophthalmicum. Zinksalbe, weiße Zinksalbe. *Onguent de Zinc, Pommade d'oxide de Zinc.*

Rec. Flor. Zinci Drachm. unam, Axung. Porci Unc. unam. — Hanc ponderum inter sese rationem plurimi Codices, scilicet Hann., Hass., Oldenb., Polon., Saxon., Hufeland cet. secuti sunt. Alii Unguentum cereum, vel Unguentum rosatum simplex pro excipiente sumunt, quod nullius est momenti. Ph. Bor. ed. 5, Slesv.-Hols.: Flor. Zinci Drachm. unam, Ungt. simpl. Drachm. novem. Ph. Lond. 1836, Fenn., Amer.: Axungiae Drachm. sex, cet. par. Ph. Wirt.: Tutiae praep., Nihili alb. āā Unc. unam, Corall. rubr., Matr. Perlar. āā Unc. semis, Camphor. Drachm. unam, Axung. Libr. unam.

UNGUENTUM ZINCI IODATI = Unguentum Iodureti Zinci.

UNGULA ALCES PRAEPARATA, präparirte Elensklauen, UNICORNU PRAEPARATUM, präparirtes Einhorn, UNIONES PRAEPARATAE, präparirte Perlen, propter Concharum praeparatarum usum plane exoleverunt. Ex corporibus denominatis ad modum Concharum laevigabantur et elutriabantur.

UREA, Ureum, Nephrinum. Harnstoff. *Urée.*

Rec. Kali borussici in catino ferreo caloris ope penitus exsiccati Uncias viginti octo, Magnesiae Vitriariorum (Hyperoxydi Manganii) pulveratae Unc. quatuordecim, in patina ferrea plana vel lamina igne supposito eo calefiant, ut gliscente rubore corripiantur et comburantur. Agitatione strenua massae conglobatio evitatur. Massam residuam in pulverem redactam aqua frigida (frigida dixi) lava et filtra, filtratum primum sepone, in aquis lavatoriis ultimis frigide solve Ammonii sulphurici crystallisati Uncias viginti et semis, tum adde Liquores priores et concentratos, miscelam calefac ad ebullitionem et blando igne liquidum evaporatione eo usque consume, ut Kali sulphurici in liquido concreti maxima pars decanthatione separari possit. Lixivium ultimum in balneo aquae ad siccum fac evaporare. Residuum in pulverem contritum coque cum Spiritu Vini rectificatissimo, quamdiu aliquid ex eo dissolvitur. Solutio spirituosa saturata refrigeratione crystallos emittit, minus saturata evaporatione. — *Vis:* diuretica atque antihydropica in dubium adhuc vocatur.

Sint crystalli prismaticae, aciculares, saporis refrigerantis, amariusculi, inodorae si purae, neutrales, aqua et Spiritu Vini facile solubiles. Solutio aquosa diutius asservata in decompositionem ruit et Ammonium carbonicum exhalat. *Part. const.* Carbonei duo, Hydrogenii octo, Azoti quatuor, Oxygenii duo Pond. Mixt.

Urea ex urina humana quondam parabatur; difficile erat odorem nauseosum urinae putrescentis penitus procul habere.

VAPOR ACETICUS vid. Liquor alexiterius aceticus (p. 516).

VAPOR HEPATICUS Augustin.

Rec. Calcariae sulphurat. Unc. semis, Aquae font Libr. unam et semis. Mixtis adde Acidi muriatici Drachm. duas.

VAPOR HYDRO-SULPHURATUS = Vapor hepaticus.

VAPOR OXYMURIATICUS ACIDULUS v. Liquor alexiterius extemporaneus (p. 516).

† VERATRINUM. Veratrin. *Vératrine.*

Rec. Seminis Sabadillae in molendina diffracti vel contusi q. pl.; in cucurbitam immitte et

affunde Spiritus Vini rectificatissimi cum guttulis aliquot Olei Vitrioli acrefacti q. s. ut hic parum supereemineat. Cucurbitam in balneo aquae leni calori expone ut Spiritus parum ebulliat, tum sepone, et post refrigerationem fortiter exprime ex sacculo linteo. Has operationes bis adhuc repete. Liquoribus junctis admisce Calcariae ustae extinctae q. s. ut reactio acida plane tollatur, tum spiritum ex balneo aquae destillatione elice. Sedimentum in phlegmate residuum, Calcaria gravidum, solve, quantum solubile, in Acido sulphurico dilutissimo, hujus nonnisi justam copiam addens. Filtra a Gypso recens generato. Liquorem filtratum Carbone Ossium ustorum crudo decolora, filtra et praecipita Spiritu Salis Ammoniaci caustico. Praecipitatum album, e Calcaria phosphorica et Veratrino conflatum, collige in filtro, aqua destillata ablue, exsicca, et pulverem siccum cum Spiritu Vini rectificatissimo coque ut Veratrinum solvatur. Solutionem spirituosam Veratrini destillationi subjice, ut Spiritum recuperes. Veratrinum resinae luteae instar in vase destillatorio remanebit. Hoc semel adhuc in Acido sulphurico diluto leni calore dissolve, et Spiritu Salis Ammoniaci caustici praecipita. Praecipitatum albidum in filtro collige, aqua ablue et sine calore artefacto exsicca calore aëris medio. *Part. const.:* Carbonei 34, Hydrogenii 45, Azoti 2, Oxygenii 6. Pond. mixtionis esse creduntur. — *Vis:* irritans praesentissima, facile deleteria.

Sit pulvis albidus vel albus, odoris expers, sternutationem vehementissimam ciens, aqua non solubilis, at vero Spiritu Vini rectificatissimo, calore aucto facile liquandus, vehementius ignitus cum flamma lucida comburens; carbo residuus absque cineribus residuis in lamina platinea deflagret. Veratrinum alcalium modo reagit et cum acidis Salia gignit crystallos praebentia.

Usus: in neuralgia, hydrope.

† VESICATORIUM DE LECOMTE.

Rec. Cerae flav Unc. duodecim, Terebinth., Cantharid. pulv. āā Unc. sex, Euphorbii pulv. Drachm. sex, Ol. Bergamott., — Lavand. q. l.

VESICATORIUM MAGISTRALE vid. Cataplasma Cantharidum (p. 154).

VINUM, Wein, *Vin,* potus notissimus ex succo fermentato uvarum obtentus, per se remedium praestantissimum, non a pharmacopola desumitur, sed e cella vinaria depromitur. Si in formulis magistralibus, e. gr. in fomentationibus vinosis, tincturis vel decoctionibus parandis Vinum praescribitur, cujus indolis et terrae vinum esse debeat, a medico indicandum est. Hoc loco non nisi Vina medicata i. e. extractione corporum salutarium obtenta reperientur. Vina medicata ad modum tincturarum praeparantur. Vina hunc in finem eligenda sunt hispanica vel lusitanica, quae imo vegetabilium viribus gravida, in aciditatem non incurrunt. Vina terrarum nostrarum germanicarum, vel gallicarum, similium minime pro extractionibus vinosis parandis diuque asservandis quadrant, quia citius acescunt, a principio quodam azotico in ipsis contento, quod in decompositionem ruens, Spiritum Vini ipsum in acidificationem secum abripit.

VINUM ABSINTHII. Wermuthwein. *Vin d'Absinthe.*

Ph. Gall. 1837: Rec. Hb. Absinthii Unc. unam, Vini albi Unc. triginta duas, Spir. Vini rectss. Unc unam. Dig. et filtra. Ph. Hisp. Hb. Absinth. Unc. octo, Vini albi Libr. quatuor. VAN MONS: Faeculae Absinthii rec., Aquae vitae āā part. unam, Vini albi part. octodecim Ph. Sard.: Summit. Absinthii Unc. unam, Rad. Calami Unc. semis, Vini albi Libr. unam et semis.

VINUM ABSINTHII ALCALISATUM HENRY-GUIBOURT. *Oenolé d'Absinthe alcalisé.*

Rec. Cort Aurant amar. Unc quatuor, Extr. Absinth., — Card. bened., — Centaur. min.,

Gentian., Kal. carbonic. āā Unc. unam, Spir Cort. Aurant. Unc. duas, Vin. Hungar s. Hispanic. Unc. viginti quatuor. Macera per dies octo, cola et filtra.

VINUM ABSINTHII COMPOSIT. Ph. Suec.

Rec. Hb. Absinthii, — Eupatorii Mesues āā Unc. unam, Vini generosi Libr. tres. Digesta filtra.

VINUM ADSTRINGENS Ph. Gall. mil.

Rec. Tinct Catechu Unc. unam, Vini rubri Unc. viginti.

VINUM ADSTRINGENS Augustin.

Rec. Rad. Rubiae Unc. unam, — Tormentill., Fruct. Aurant. virid. āā Unc. semis, Cort. Cascarill Drachm. sex, Extr. Ligni Campechiani Drachm. tres, Vini albi Libr. duas. Dig. et col.

VINUM ADUSTUM = Aqua Vitae.

VINUM ALOES s. ALOETICUM. Aloewein.

Ph. Lond. 1836: Aloes pulv. Unc. duas, Canellae alb. Drachm. quatuor, Vini Xerici Unc. quadraginta (Ph. Genev. Unc. triginta sex). Macera et cola. Ph. Amer.: Aloës pulv. Unc. unam, Cardamomi minor, Rad. Zingiberis āā Drachm. unam, Vini Unc. sedecim. Ph. Edinb.: Aloës Unc. unam, Sem. Amomi, Rad. Zingiberis āā Drachm. unam, Vini albi Hispanic. Libr. duas. Ph. Dubl.: Aloës Unc. quatuor, Canellae alb. Unc. unam, Vini albi Libr. quatuor, Spir. Vini rect. Libr unam. Van Mons: Tinct. Aloës part. quatuor, — Cinnamomi part. unam, Spir. Vini rect. part. sex, Vini Maderani part. triginta.

VINUM ALOETICO-ALCALINUM Swediaur.

Rec. Aloes, Croci, Myrrhae āā Unc. unam, Sal. Tartari Unc duas, Vini albi Libr. duas.

VINUM AMARO-CHALYBEATUM.

Rec. Summit. Absinthii Unc semis, Limat. Martis Unc. unam, Cassiae Cinnam Drachm. duas, Vini albi Libr. tres. Digere per horas viginti quatuor et cola.

VINUM AMARUM = Vinum Chinae.

VINUM AMARUM ALCALISATUM vid. Elixir stomachinum (p. 301).

VINUM AMARUM CUM ALOE Vogt.

Rec. Rad Gentian. lut., Summit Absinth. āā Unc. semis, Aloës Succotr. Gran. viginti quatuor. Infunde Vini alb. gener. s. q. Digere per biduum et cola cum expressione, colaturae Unc. quadraginta adde Elaeosacchar. Menth. crisp. Drachm. quatuor.

VINUM AMARUM AROMATICUM Boriès.

Rec. Summit. Absinthii Pugill. unum, Canellae, Nuc. Moschat., Rad. Zingib. āā Scrup. unum, Vini rubri Libr. unam et semis. Digere, filtra et adde Lilii Paracelsi Unc. semis.

VINUM AMAR. ET DIURETICUM Cadet.

Rec. Fol. Sennae Unc. unam, Agarici Drachm. unam et semis, Cremor. Tartari Drachm. tres, Rad. Scillae, — Enulae, Hb. Marubii āā Unc. tres, Rad. Ireos Flor. Unc. sex, — Zingib. Scrup. duos, Vini Libr tres. Digere, filtra et adde Tinct. Gentian. Drachm. tres.

VINUM AMMONIATUM CUM TINCTURIS ANALEPTICIS Augustin.

Rec. Tinct. Angelic., — Valerian. ammon., Spir. camphor., Liq. Corn. Cervi succ. āā Drachm. unam, Vini Unc. sex.

VINUM ANTIAPOPLECTICUM Cadet.

Rec. Rad. Jalappae Unc. semis, — Armorac. Unc. unam et semis, — Rhei, Cassiae Cinnam. āā Drachm. duas, Nitri puri Drachm. semis, Vini albi Libr. duas et semis. Macera, filtra et adde Spir. Sal. ammon. arom. Drachm. duas.

VINUM ANTIHYDROPICUM Fulleri Henry-Guibourt. *Oenolé de Scille et de Sureau composé.*

Rec. Cort. inter. Sambuc., Cort. Winteran. āā Unc. duas, Rad. Scill. Unc. unam et Drachm. quatuor, — Enulae Unc. unam, — Ireos Flor., — Hellebor. nigr., — Jalapp., Agaric. alb., Fol Senn. āā Drachm. duas, Vini alb Libr. quatuor. Conc. et cont. macera per dies octo, cola exprime et filtra.

VINUM ANTIICTERICUM Cadet.

Rec. Fruct. Aurantior. N° 2, Croci Drachm. unam, Vini albi gener. Libr. duas. Digere et filtra.

VINUM ANTIICTERICUM Van Mons.

Rec. Fol. Sennae, Cort. Aurant. āā part. tres, Rad. Rhei, — Curcumae āā part. duas, Hb. Absinthii, — Marubii āā part. unam, Vini Rhenani part. 256. Macera per dies octo, cola et filtra.

VINUM ANTILEUCORRHOICUM Cadet.

Rec. Cort. Chinae fusc., Lign. Quass., Rad. Calami āā Unc. unam et semis, Cass. Cinnam., Flor. Sambuci āā Drachm. sex, Spirit. Vini rectss. Libr. tres, Aquae comm. Libr. octodecim. Digere, filtra et adde Tinct. Martis Unc. duodecim. Aq. Flor. Naphae Libr. unam et semis, Syr. Sacch. Unc. sex.

† VINUM ANTIMONIATUM. Brechwein. *Vin émétique.*

Synon.: Aqua benedicta Rulandi, Essentia Antimonii s. Stibii, Liquor Antimonii tartarizati s. tartarisatus s. Tartari emetici, Vinum Antimonii s. Antimonii tartarizati s. antimoniale s. emeticum s. stibiatum s. Tartrati Potassae et Antimonii s. benedictum. Spiesglanzwein. *Vin antimonial.*

Rec. Tartari emetici Grana viginti quatuor,
solve in
Vini Malacensis Unciis duodecim.
Vis: emetica.

Ph. Bor. ed. 5, Bavar., Hamb., Hann., Slesv.-Hols., Sax., Hass., Edinb., Fenn., Hisp., Old., Parm., cet. hanc formulam habent.

Ph. Gall. 1837: Rec. Tart. emet. Drachm. semis (scilicet Grana 36 Pond. Gallici), Vini Malacens. Unc. duodeviginti.

† VINUM ANTIMONIATUM HUXHAMI. Huxham's Brechwein. *Vin antimonial de Huxham.*

Rec. Vitri Antimonii pulv. Unc. unam, Vini Malacensis Libr. duas, digere per dies quatuordecim saepius agitata, tum decantha et filtra.

Pharmacopoeae veteres hanc formulam receperunt, recentiorum Polonica, Oldenb. Merito haec praeparandi methodus derelicta est, quia virtus pendet ab acido Vini, cujus certa ratio haberi nequit.

VINUM ANTIPERIODICUM PIERQUIN.

Rec. Cort. Chinae, Flor. Chamomill. āā Unc. duas, Summit. Centaur. min. Unc. unam, Corallii rubr. Drachm. duas, Vini albi Unc. triginta duas. Digere et filtra.

VINUM ANTIPERIODICUM ST.-MARIE.

Rec. Pulv. Chinae Unc. unam, — Centaurii min., — Rad. Gentian., — Corallii, — Ocul. Cancri āā Drachm. duas, Vini albi vetusti Unc. sedecim. Dig. cola.

† VINUM ANTIRHEUMATICUM AUGUSTIN.

Rec. Vini antimoniati Unc. unam, Extr. Cicut. Drachm. unam, — Aconiti Drachm. semis.

VINUM ANTISCORBUTICUM.

Ph. Gall. 1837: Rec. Rad. Armorac. rec. Unc. unam, Hb. rec. Cochlear., — — Nasturt. aq., — — Trifolii, Sem. Sinapis āā Unc. semis, Salis Ammon. Drachm. duas, Vini albi Libr. duas, Spirit. Cochlear. Unc. semis. Digere per dies triginta sex et cola. Ph. Parm. Rad. Armoraciae rec. Unc. quindecim, Herb. rec. Cochlear., — — Nasturt., Sem. Sinapis āā Unc. sex, Salis Ammoniaci Unc. tres, Vini albi generosi Libr. triginta.

VINUM APERIENS ET PURGANS = Vinum amarum et diureticum.

VINUM APERITIVUM ET TONICUM BARTHEZII.

Rec. Cort. Rad. Capparidis Unc quatuor, — Fraxini, — Tamarisci, Summit. Hyperici āā Unc. duas, Vini rubri Bordegalensis Libr. sex. Dig. et filtra.

VINUM AQUIFOLII ROUSSEAU.

Rec. Pulv. Fol. Aquifol. Drachm. duas, Vini albi Unc. sex. Infund.

VINUM ARMORACIAE Ph. Suec.

Rec. Rad. Armoraciae Libr. semis, Vini albi Libr. octo. Dig. et filtra.

VINUM AROMATICUM.

Ph. Gall. 1839: Rec. Spec. aromatic. Unc. quatuor, Vini rubri Unc. triginta duas, Spir. vulnerar. Unc. duas. Dig. et filtra. Ph. Gall. milit.: Vini rubri part. decem, Tinct. aromat. part. unam.

VINUM AROMATICUM ALCALISATUM vid. Elixir balsamicum stomachicum et temperatum HOFFMANNI (p. 289).

VINUM AROMATICUM CAMPHORATUM Ph. Gall. milit.

Rec. Aceti part. mille, Tinct. aromat. part. quinquaginta, Spir. Camphorae part. sexaginta.

VINUM AROMATICUM OPIACEUM vid. Laudanum liquidum SYDENH. (p. 503).

VINUM AROMO-ALOETICUM = Vinum Aloës.

VINUM AROMO-CHALYBEATUM = Vinum chalybeatum.

VINUM AURANTIORUM ALCALISATUM vid. Elixir balsamicum et temperatum HOFFMANNI.

VINUM AURANTIORUM COMPOSITUM vid. Elixir Aurantiorum compositum (p 288).

VINUM AURANTIORUM CORTICUM.

Ph. Wirt. et Disp. Brunsv.: Rec. Cort. Aurantior. Unc. tres, Vini Hispan. Libr. unam et semis. Dig. et filtra.

VINUM BENEDICTUM = Vinum antimoniatum.

VINUM CALAMI AROMATICI AUGUSTIN.

Rec. Rad. Calami aromatici Unc. unam et semis, Vini rubri Libr. unam. Dig. et f.

VINUM CALIDUM = Vinum Cinnamomi.

VINUM CAMPHORATUM AUGUSTIN.

Rec. Camphorae Drachm. duas, Spirit. Vini rectiss. Gutt. aliquot, Succ. Citri N° unum, Vini albi Libr. unam.

† VINUM CANTHARIDUM SOUBEIRAN.

Rec. Pulv. Cantharid. Gran. sedecim, Vini albi Unc. sedecim. Dig. et f.

VINUM CATECHU vid. Vinum adstringens.

VINUM CAYENNENSE.

Rec. Piper. Cayenn. Unc. unam, Vini Hisp. albi Unc. sedecim. Dig. et filtra.

VINUM CHALYBEATUM s. martiatum. Eisenwein, Stahlwein. *Vin chalibé.*

Rec. Limaturae Martis Unc. duas, Cassiae Cinnamomi Unc. unam, Vini Rhenani Libr. duas. Digere per dies sex et filtra.

Haec formula cum Ph. Hamb., Slesv. Hols., Boruss., Fenn., Hass. 1827, Saxon. 1820 congruit. Ph. Gall: Limat. Martis Unc. unam, Vini albi Libr. duas et Unc. octo. Ph. Hann.: Limat. Martis Unc. duas, Cass. Cinnam. Unc. unam et semis, Vini Rhenani Libr. tres (Ph. Old. Libr. duas cet. par.) Ph. Herbip.: Limat. Martis Unc. unam, Cass. Cinn. Drachm. duas, Vini Unc. octodecim. AUGUSTIN: Limat. Martis Unc. tres, Rad. Calami, Cort. Aurant. āā Unc. unam, Caryophyll. Scrup. unum, Vini albi Libr. quatuor. Ph. Wirt. vid. Tinct. stomach. Martialis (p. 841). Ph. Fuld.: Limat. Mart. Unc. unam, Rad. Gentian. Unc. semis, Canell. alb. Drachm. duas, Vini albi Drachm. unam.

VINUM CHINAE s. Corticis Peruviani. Chinawein. *Vin de Quinquina.*

Ph. Gall. 1837: Rec. Cort. Chinae fusc. Unc. duas, Spir. Vini rect. Unc. quatuor, Vini rubr. Libr. duas. Dig. et f. Ph. Gall. mil.: Vini rubr. part. viginti, Tinct. Chinae part. unam. Disp. Fuld., Lipp.: Cort. Chinae fusc. part. unam, Vini albi part. duodecim.

VINUM CHINAE AMARUM s. compositum

Ph. Suec.: Rec. Cort. Chin. Unc. quatuor, Rad. Gentian. Unc. unam et semis, Cort. Aurant. Unc. duas, Vini Hispan. Libr. quatuor. Dig. et f. Ph. Lusit.: Cort. Chinae Unc. duas, Rad. Gentian. Unc. unam, Cort. Aurant. Drachm. duas, Vini albi Libr. duas, Aq. Vitae Unc. quatuor. Ph. Amer. 1820: Cort. Chinae Unc. unam, Rad. Gentian. Unc. semis, Cort. Aurant. Drachm. duas, Cinnam. Drachm. unam, Aq. Vitae Unc. quatuor, Vini Unc. quadraginta. Ph. Herbip.: Cort. Chinae Unc. duas. Rad. Colombo Unc. semis, Cinnamomi Drachm. duas, Vini rubri Libr. tres. Ph. Gall. 1820: Cort. Chinae Unc. octo, Lign. Quass., Cort. Winterani, — Aurant. āā Unc. semis, Spir. Vini rect. Unc. sedecim, Vini generosi Libr. octo.

VINUM CHINAE AROMATICUM AUGUST.

Rec. Cort. Chinae Unc. duas, — Aurant. Unc. semis, Vini albi Libr. duas, Aq. Vitae Libr. duas et semis. Dig. et f.

VINUM CHINAE CUM GALLIS LEBRECHT.

Rec. Cort. Chinae fusc. Unc. duas, Gallar. Drachm. duas, Caryoph. arom. Drachm. semis; pulveratis infunde Vini rubri Libr. unam. Dig. per biduum saepius agitando. Liquorem per subsidentiam depuratum effunde et massam residuam cum Aquae font. Libr. una infunde per horam. Coletur et misceatur cum priori.

VINUM CHINAE MARTIATUM s. roborans.

SAINTE-MARIE: Rec. Cort. Chinae flav., Limat. Martis āā Unc. duas, Vini gener. Libr. duas. BORIES: Cort. Chinae Unc. unam et semis, Limat. Martis Unc. semis, Cort. Cinnamomi Drachm. duas, Sacchari Unc. unam, Vini albi Libr. duas. Ph. Hann. 1833: Cort. Chinae, — Aurant. āā Unc. duas, Vini Lusitanici Libr. duas; digere, filtra et adde Vini chalybeati Unc. quatuor.

VINUM CHINII SULPHURICI.

Rec. Chinii sulphur. Gran. duodecim, Vini Maderani Unc. sedecim.

VINUM CINCHONAE = Vinum Chinae.

VINUM CINCHONINI.

Rec. Cinchonini sulphur. Gran. octodecim, Vini Maderani Unc. sedecim.

VINUM CINNAMOMI Ph. Herbip.

Rec. Cass. Cinnamomi Unc. quatuor, Vini Gallici Libr. sex, Sacchari albi q. s. Macera et cola.

VINUM CINNAMOMI AUGUSTIN.

Rec. Cass. Cinnamomi, Caryoph., Macid., Cardam. āā Drachm. semis, Vini generosi Unc. triginta duas. Coque, cola et solve Sacchari albi Unc. decem.

VINUM COCHLEARIAE COMPOSITUM Ph. Gall. mil.

Rec. Tinct. Armor. comp. Unc. unam, Vini albi Unc. sedecim.

VINUM COCHLEARIAE COMPOSITUM SWEDIAUR.

Rec. Rad. Armorac. Unc. unam, Cass. Cinnamomi, Sem. Sinapis āā Unc. unam et semis, Vini albi Libr. duas et semis. Macera et cola.

† VINUM COLCHICI, Tinctura Colchici vinosa. Zeitlosenwein. *Vin de Colchique.*

Ph. Slesv.-Hols., Saxon. 1837: Rec. Sem. Colchici Unc. duas, Vini Hispan. Libr. unam. Ph. Gall. 1837: Sem. Colchici Unc. unam, Vini Malacensis Unc. sedecim. Ph. Hann. 1833: Sem. Colchici Unc. tres, Vini Hisp. albi Libr. unam, Spir. Vini rectss. Unc. duas. Ph. Hamb. 1835: Sem. Colchici Unc. duas, Vini Hispan. albi Unc. octo, Spir. Vini rect. Unc. unam.

† VINUM COLCHICI E RADICE. Zeitlosenwurzelwein. *Vin de racines de Colchique.*

Ph. Bor. ed. 5: Rec. Rad. Colchici rec. Unc. duas, Vini Hispan. Unc. quatuor. Ph. Lond. 1836: Rad. Colchici sicc. Unc. octo, Vini Xerici Unc. quadraginta. Ph. Gall. 1837: Rad. Colchici sicc. Unc. unam, Vini Malacensis Unc. sedecim. — *Vis:* qualis Tinctura Colchici.

† VINUM COLCHICI Vogt.

Rec. Rad. Colchici recenter effoss. et conc. Unc. duas, Rad. Zingib. ruditer pulv. Drachm. tres. Infunde Vini albi Hisp. q. s. Digere per triduum saepius agitando; dein cola cum expressione liquorem decanthatum, pondus Unc. novem habentem.

† VINUM COLOCYNTHIDIS Van Mons.

Rec. Pulp. Colocynth. mund. Unc. duas, Vini albi Unc. viginti quatuor. Dig. et col.

VINUM CORDIALE = Vin. Cinnamomi.

VINUM CORTICUM PERUVIANORUM = Vinum Chinae.

VINUM CROCATO-OPIATUM = Laudanum liquidum Sydenham.

VINUM CROCATUM s. CROCI Ph. Herb.

Rec. Croci Unc unam, Vini albi Unc. sedecim. Dig. et filtra.

VINUM CUPRESSI COMPOSIT. Ph. Hisp.

Rec. Nucum virid. Cupressi Unc. unam et semis, Cort. Granati, Hb. Rorismar., — Myrti, Flor. Rosar. rubr., — Balaustior. āā Unc. semis, Vini rubri Libr. duas. Dig. et filtra.

VINUM CYDONIORUM Van Mons.

Rec. Succi Cydon. matur. part. duas, Sacch. albi part. unam. Solutionem doliolo immitte ad temperaturam + 13 ad 15° R. fermentatam et clarefactam effunde et aliquot mensibus praeterlapsis in lagenas immissam serva.

VINUM DICTAMNI MARTIATUM.

Rec. Limaturae Martis Drachm. tres, Rad. Dictamni Unc unam. Vini albi generosi Libr. unam. Post aliquot dies digestionis decantha.

† VINUM DIGITALIS Ph. Lusit.

Rec. Herb. Digital. Unc. unam, Vini albi Libr. duas. Dig et filtra.

VINUM DIURETICUM Cadet.

Rec. Milleped. viv. Unc. unam, Vini albi novi acid. Unc. sex. Dig. et cola.

VINUM DIURETICUM Saunders.

Rec. Rad. Armorac., — Ireos Flor. āā Unc. sex, Vini albi q. s. ut post semihoram infusionis colaturae Libr duae obtineantur, quibus adde, Syr. Foeniculi, — Junip āā Unc. duas.

VINUM DIURETICUM Ph. Lusit.

Rec. Vini scill., — Digitalis āā Unc. semis, Acidi nitrici Drachm. semis.

VINUM DIURETICUM Pierquin.

Rec. Ol. Terebinth. Drachm. duas, Succ. Citri Unc. unam, Vini albi Unc. quatuor.

VINUM DIURETICUM AMARUM s. Scillitioum amarum Ph. Gall. 1837.

Rec. Cort. Chin., — Winteran., — Citr. āā Unc. duas, Rad. Vincetox., — Angelic., — Scillae āā Unc. semis, Fol. Absinth., Melliss. āā Unc. unam, Bacc. Juniper., Myrist. arom. āā Unc. semis, Vini albi gener. Libr. decem et Unc. octo. Dig et filtra.

VINUM DIURETICUM ANGLICUM Cadet.

Rec Sal Tartari Drachm. unam et semis, Rad. Scillae, — Rhei, Baccar. Juniperi āā Drachm unam, Rad. Zingib. Drachm. duas, Cass. Cinnamomi Drachm. tres, Vini albi Unc. sedecim. Macera et filtra.

VINUM DIURETICUM Sydenhami sec. Bories.

Rec. Cinerum Genistae Unc. duas, Vini albi Unc. sedecim. Post infusionem post viginti quatuor horas filtra.

VINUM EMETICO-PURGANS Le Roy.

Rec. Fol. Sennae Unc quatuor. Infunde frigide per tres dies cum Vini albi generosi Libr. quinque et Unc. quatuor. Cola fortiter exprimendo et in Unciis hujus fluidi sedecim dissolve Tartari emetici Drachm. unam, Filtra.

VINUM EMETICUM = Vinum antimoniatum.

VINUM EMETICUM TURBIDUM Ph. Hisp. = Vinum antimoniatum.

VINUM ENULAE s. HELENII.

Ph. Gall. mil.: Rec. Tinct. Enulae part. unam, Vini rubri part decem vel viginti Ph. Sard.: Rad. Enulae Unc. duas, Vini albi Libr. quatuor. Dig. et f.

VINUM EXCITANS Ph. Herbip.

Rec. Salis Tachenii, Vini generosi āā Unc. semis, Oxymellis Colchici Unc. duas, Naphth. Vitrioli Scrup. unum.

VINUM FEBRIFUGUM = Vinum Chinae.

VINUM FERRATUM = Vin. chalybeatum.

VINUM FERRI IODATI Soubeiran.

Rec. Vini rubri Unc. sedecim, Ferr. iodati Drachm. quatuor.

VINUM GENISTAE Sydenhami = Vinum diureticum Sydenhami.

VINUM GENTIANAE Ph. Gall. 1837.

Rec. Rad. Gentian. Unc. unam, Spir. Vini rect Unc. duas, Vini rubri Unc. triginta duas. Digere et filtra.

VINUM GENTIANAE Ph. Gall. mil.

Rec. Tinct Gentian. part. unam, Vini rubr. part. decem vel viginti.

VINUM GENTIANAE COMPOS.

Ph. Amer. 1820, Amstel., Belg., Edinb, Batav.: Rec. Rad. Gentian. Unc. semis, Cort. Chinae Unc. unam, — Aurant. Drachm. duas, Canellae alb. Drachm. unam, Spir. Vini rect. Unc. quatuor, Vini Hisp. albi Libr. duas et semis. Dig. et f. Ph. Fenn., Suec.: Rad. Gentian. Unc. unam, Cort. Aurant. Drachm. sex, Piper. nigri Unc. semis,

Rad. Zingib. Drachm. unam, Vini Hisp. Libr. unam. Ph. Genev.: Rad. Gentian., Cort. Aurant. āā Unc. unam, Piper. longi Drachm. duas, Vini albi Libr. duas.

VINUM GLYCYRRHIZAE THEBAICUM vid. Elixir Papaveris (p. 294).

† VINUM GUAJACI HELLEBORAT. Cadet.

Rec. Rad. Hellebor. nigr., Ligni Guajaci āā Unc. duas, Cardamomi, Cort. Aurant. āā Unc. unam, Vini albi Libr. duas; dig. filtra.

† VINUM HELLEBORATUM, Vinum Veratri albi, s. Hellebori albi. Nieswurzwein. *Vin d'Ellébore blanc.*

Ph. Lond. 1836: Rec. Rad. Hellebori albi Unc. octo, Vini Xerici Unc. quadraginta; digere, filtra.

VINUM HELLENII vid. Vinum Enulae.

VINUM HIPPOCRATICUM ANTIMONIALE vid. Claretum purgans (p. 184).

VINUM HYDRAGOGUM Saunders.

Rec. Vini Rhenani Libr. unam, Cinerum clavell. depur. Unc. semis, Syr. Spinae cervinae Unc. unam et semis.

VINUM HYDROMELLIS = Hydromel.

† VINUM IPECACUANHAE, Infusum Ipecacuanhae vinosum. Ipecacuanhawein. *Vin d'Ipécacuanha.*

Rec. Rad. Ipecacuanh. cont. Unc. unam, Vini Malacensis Unc. sedecim, digesta per octiduum cola et filtra. Ph. Lond. 1836, Amer., Slesv.-Hols. hanc formulam receperunt. Ph. Batav., Belg., Edinb. Vini Unc. quindecim, cet. par. Ph. Dubl., Sax. 1837: Vini Unc. duodecim, cet. par., Disp. Lipp. Unc. octo. cet. par. Ph. Hamb. 1835: Rad Ipecac. Unc. tres, Vini Malac. Libr. duas, Flaved. Cort. Aurant. Unc. semis.

† VINUM IPECACUANHAE COMPOSITUM, Vinum emeticum.

Rec. Vini Ipecacuanh. Unc. duas, Tartari emet. Gran. unum.

† VINUM IPECACUANHAE Parmentier.

Rec. Rad. Ipecac. Unc. quatuor, Sacch. alb. Unc. sex, Spir. Vini rect. Libr. duas et semis, Vini albi Gall. Libr. decem et semis, Sem. Anisi stell. Unc. unam, dig., filtr.

VINUM JUNIPERI ALKALISATUM Ph. Herbip.

Rec. Ciner. clavell. depur. Unc. semis, Bacc. Junip. Unc. unam, Vini albi Libr. duas et semis, dig., filtra.

VINUM JUNIPERI ALKALISATUM August.

Rec. Bacc. Junip., Rad. Scillae, — Zedoar. āā Drachm. duas, Cinnamomi Drachm. tres, Ciner. clavell. dep. Drachm. unam et semis, Vini Rhenani Libr. unam et semis, dig., filtra.

VINUM LIXIVIALE = Vinum diureticum. Sydenhami.

VINUM MARTIATUM = Vinum chalybeatum.

VINUM MARTIATUM COMPOSITUM = Vinum chalybeatum.

VINUM MELLITUM = Hydromel vinosum.

† VINUM NICOTIANAE s. TABACI.

Ph. Edinb., Lusit.: Rec. Folior. Nicotianae Unc. unam, Vini albi Unc. duodecim (Ph. Amer. Unc. sedecim). Dig. et filtra.

VINUM OPHTHALMICUM.

Rec. Croci Metall., Caryoph., Aloës āā Unc. semis, Sacch. albi Drachm. sex, Camphorae Scrup. duos, Vini rubri, Aq. Chelidonii maj. āā Libr. unam. Dig.

VINUM OPHTHALMICUM Janini.

Rec. Hb. rec. Foeniculi, — — Meliss., — — Salviae, — — Beton., — — Chelidonii maj., — — Plantag., — — Rorismar., — — Rutae āā Libr. unam et semis. Contus. in mortario lapideo infunde cum Vini rubri generosi Libr. octo, macera et destilla. Residuum solis calore exsicca atque para lixivium cum s. q. Aq. font. ferv., post filtr. evapor. ad siccitat., Sal hoc modo paratum, dissolve in Liquore antea destillato, cui dein adde Aq. Rosar. Libr. duas, — ophthalm. coerul. Libr. unam, Tutiae praepar. Unc. duas.

VINUM OPIACEUM Ph. Gall. mil.

Rec. Tinct. Opii simpl. Gran. decem, Vini rubri vel albi Unc. unam.

VINUM OPIATUM FERMENTATIONE PARATUM vid. Laudanum Abbatis Rousseau.

VINUM OPII.

Ph. Lond. 1836: Rec. Extr. Opii purif. Unc. duas et semis, Cinnamomi, Caryoph. āā Drachm. duas et semis, Vini Xerici Unc. quadraginta. Macera per dies quatuordecim et cola. Ph. Amer.: Rec. Opii puri Unc. duas, Cinnamomi, Caryophylli āā Drachm. unam, Vini Unc. sedecim. (Cf. Laudanum liquid. Sydenh.)

VINUM OPII AROMATICUM et VINUM OPII COMPOSITUM vid. Laudanum liquidum Sydenhami (p. 503).

† VINUM OPII CROCATUM.

Ph. Fenn.: Rec. Opii, Croci āā Scrup. quinque, Succ. Liquir. Unc. semis. Vini Hisp. Unc. decem, dig., filtra. Ph. Suec.: Succ. Liquir., Croci, Opii āā Scrup. quinque, Vini Unc. decem.

VINUM OXYDI ANTIMONII = Vinum antimoniatum.

VINUM PAREGORICUM = Laudanum liquidum Sydenhami.

VINUM PSYCHOTRIAE = Vinum Ipecacuanhae.

VINUM PURGANS = Vinum amarum et diureticum.

VINUM PURGANS ET TONICUM Pierq.

Rec. Fol. Sennae Unc. unam, Rad. Rhei Drachm. sex, Caryophyll., Croci āā Drachm. unam, Vini Hisp. Unc. triginta duas. Digere et filtra.

VINUM QUASSIAE Henry-Guibourt.

Rec. Lign. Quassiae rasp. Unc. unam, Vini albi Unc. triginta duas, Spir. Vini rect. Unc. unam. Macera per dies octo et filtra.

VINUM RAPHANI MARTIATUM August.

Rec. Rad. Raphani rust. Unc. tres, Limatur. Martis Unc. unam, Rad. Zingiberis Drachm. duas, Vini albi Libr. duas. Dig. et filtra.

VINUM RHABARBARI s. RHEI Ph. Amer.

Rec. Rad. Rhei Unc. duas, Canellae albae Drachm. unam, Spir. Vini rect. Unc. duas, Vini Unc. sedecim. Dig. et filtra.

VINUM RHEI AMARUM vid. Elixir Rhabarbari amarum (p. 299).

VINUM RHEI COMPOSITUM et VINUM RHEI AROMATICUM vid. Elixir Rhabarbari compositum (p. 299).

VINUM RHEI DULCE vid. Elixir Rhabarbari dulce (p. 299).

VINUM RIBESIORUM.

Rec. Succi Ribes nigr., Aq. fontan. āā Mens. tres, Sacch. alb. Libr. sex, fermentationi derelinque et pro huius Vini Mens. quadraginta adde Aq. Vitae Mens. tres.

VINUM ROBORANS = Vinum Chinae.

VINUM SALVIAE Ph. Herbip.

Rec Flor. rec. Salviae Unc. unam et semis, Vini rubri Libr. unam et semis. Mac. et cola.

VINUM SARSAPARILLAE.

Rec. Extr. Sarsaparill. part. unam, Vini Hispan. part. quindecim.

† VINUM SCILLAE. *Vin scillitique.*

Ph. Gall. 1837, Parm.: Rec. Rad. Scillae Unc. unam, Vini Malacens. Unc. sedecim. Dig. et filtra. Ph. Lusit.: Rad. Scillae Unc. unam, Vini Libr. duas. Ph. Sard.: Rad. Scill. Unc. semis, Vini Libr. duas. Ph. Hamb. 1804: Rad. Scillae Drachm. unam, Cort. Aurant. Unc. unam, Vini alb. Libr. duos. Ph. Herbip.: Rad. Scillae rec. Drachm. sex, Cassiae Cinnamomi Drachm. tres, Vini albi Libr. unam et semis. Ph. Suec.: Rad. Scillae Unc. unam, Rad. Zingib. Drachm. unam, Vini albi Libr. duas. Ph. Amst.: Rad. Scill. Unc. semis, Spir. Vini rect. Unc. duas cet. par. Disp. Fuld.: Rad. Scill., Bacc. Juniperi āā Drachm. unam, Rad. Calami Drachm. duas, Vini albi Libr. unam.

VINUM SCILLITICUM AMARUM vid. Vinum diureticum amarum.

VINUM SCILLITICUM ALCALINUM vid. Infusum Kali carbonici cum Scilla vinosum (p. 475).

VINUM SENNAE vid. Elixir Sennae (p. 301).

VINUM SINAPIS vid. Collutorium Sinapis (p. 188).

VINUM STIBIATUM = Vinum antimoniatum.

VINUM STIBIATUM CUM EXTRACTO NARCOTICO = Vinum antirheumaticum.

VINUM STOMACHICUM.

Ph. Wirt.: Rec. Hb. Cardui bened. Unc. unam et semis, Rad. Colombo Drachm tres, Cass. Cinnamomi Drachm. duas, Vini generosi Libr. duas; macera et filtra. Ph. Ferrar.: Rad. Galang., — Calami, — Zedoariae, Cort. Aurantii, — Chinae āā Unc. semis, Hb. Absinthii, — Centaurii min., Flor. Chamomill. āā Drachm. duas, Spir. Vini rect. Unc. duas, Vini Hisp. Libr. unam et semis.

VINUM STRAMONII vid. Tinctura Stramonii (p. 841).

VINUM STYPTICUM = Vinum Cupressi compositum.

VINUM TABACI = Vinum Nicotiani.

VINUM TEMPERATUM Hoffmanni = Elixir balsamicum temperatum Hoffmanni.

VINUM TONICO-STIMULANS = Vinum Chinae.

VINUM TONICUM = Vinum Gentianae compositum.

VINUM TONICUM ET ANTIPERIODICUM = Vinum Chinae martiatum.

VINUM TRIFOLII FIBRINI Augustin.

Rec. Hb. rec. Trifolii fibr. Unc. semis, Sem. Sinapis Unc. unam, Vini rubri Libr. tres. Digere et filtra.

VINUM VALERIANAE vid. Infusum Valerianae vinosum.

VINUM VERATRI = Vinum helleboratum.

VINUM VERMIFUGUM Ph. Lusit.

Rec. Rad. Rhei Unc. unam, Sem. Chinae Drachm. sex. Pulv. aromatici Drachm. duas, Vini albi Unc. octodecim, Spir. Vini rect. Unc. duas. Digere, exprime et filtra.

VINUM VINCETOXICI AMARUM Augustin.

Rec. Rad. Rubiae, — et Fol Vincetoxici, Hb. Cent. minor. āā Unc. unam, Vini Rhenani, Aq. font. āā Libr. duas. Coctione tertia parte consumta colaturae adde Syr. Cort. Aurant. Unc. duas.

VINUM VIPERARUM Gray.

Rec. Viperar. sicc. N° sex, Vini Hisp. Libr. duas. Digere, exprime et filtra.

VITRIOLUM ALBUM vid. Vitriolum Zinci.

VITRIOLUM AMMONIACALE vid. Sal Ammoniacum secretum GLAUBERI (p. 715).

VITRIOLUM ARGENTI s. LUNAE vid. Argentum sulphuricum (p. 101).

VITRIOLUM CAMPHORATUM = Lapis divinus.

† VITRIOLUM CŒRULEUM PURUM. Reiner Kupfervitriol. *Sulphate de Cuivre pur.*

Synon.: Cuprum sulphuricum purum, Cuprum vitriolatum, Vitriolum Veneris s. Cypricum, Sulphas Cupri s cupricus. Blauer Vitriol, schwefelsaures Kupferoxyd, blauer Galitzenstein. *Vitriol bleu, Couperose bleu.*

Rec. Vitrioli coerulei crudi venalis q. v., solve in Aquae destillatae frigidae sufficiente quantitate, et solutionem in vasis fictilibus latis nec profundis aëris contactui expone. Post octiduum liquores fac semel ebullire tum filtra per chartam et evaporatione in crystallos redige. *Part. const.* Acidi sulphurici 1, Oxydi Cupri 1, Aquae 5 Pond. Mixt. — *Vis:* emetica praesentissima, adstringens, irritans.

Sint crystalli coeruleae nec viridiusculae, Aquae frigidae quadruplo, fervidae duplo solubiles, odoris nullius, saporis metallici styptici, aëri expositae paullum fatiscentes. Ne contineant Ferrum, Zincum vel Kali sulphuricum. Ferrum eo dignoscitur, quod solutionis particula cum acido nitrico cocta cum Ammonio caustico praecipitatum gignat fuscum Ammonio excedente non solubile; Zincum quod solutionis particula cum gas hydrothionico plane praecipitata et filtrata post exhalationem gas hydrothionici Zinci reactiones praebeat, Kali et Natrum sulphuricum quod solutio cum Gas hydrothionico praecipitata et filtrata post evaporationem aquae residuum igne non volatile relinquat, cum solutione Kali carbonici praecipitatum non gignens.

Usus: externe in collyriis oculorum, et haemorrhagiis narium, perversus hinc inde in veneficiis thebaicis et arsenicalibus, periculosus in angina.

Vitriolum coeruleum non male ex laminis cupreis et Oleo Vitrioli non diluto paratur. Reactio chemica calore excitatur, massa ad siccum redacta aqua pura dissolvitur et ad crystallisationem redigitur. Altera Vitriolum depurandi methodus eo exercetur, ut solutio concentrata Acido nitrico adjecto coquatur, portiuncula frigefacta Kali caustico praecipitetur, praecipitatum elotum solutioni ceterae adjiciatur, qua re Oxydum Ferri ejicitur. Liquor denuo filtratus in crystallos lege artis abeat.

VITRIOLUM MARTIS LIQUIDUM vid. Acetum chalybeatum (p. 6).

VITRIOLUM MARTIS PURUM. Reiner Eisenvitriol. *Sulphate de Fer pur.*

Synon.: Ferrum sulphuricum purum, Sulphas ferricus purus, Vitriolum viride purum. Reines schwefelsaures Eisenoxydul, reiner grüner Vitriol. *Vitriol martial pur, Vitriol de protoxide de Fer pur.*

Rec. Ferri limati (vel clavorum ferreorum et filorum) Libras quatuor,
affunde
Olei Vitrioli, cum decupla copia aquae diluendi, Libras quinque;
reactio chemica cum evolutione Hydrogenii frigide incipiet et eo procedat, donec sponte subsederit vel cessaverit; tum caloris adminiculo eam promove, denique coque parum, curam gerendo, ut ferri non soluti semper aliquid supersit. Liquidum parum dilutum cola per linteum vel filtra per chartam et fac crystallisare. Lixivia remanentia nova evaporatione crystallos iterum demittent, ultima non nisi antea cocta cum ferro limato, Acidi sulphurici pauxillo et Aqua addita. Hae operationes optime, si

majorem copiam praeparare studes, in vasis latis plumbeis fient, si minorem, in sinensibus, fictilibus vel vitreis. ***Part. const.*** Ferri oxydulati, Acidi sulphurici aa unum, Aquae sex Pond. Mixt. — ***Vis:*** adstringens.

Sint crystalli e virescenti coerulescentia, saporis aciduli styptici atramentarii, aqua facile solubiles solutione viridula. Solutio ferrum metallicum immissum cute cuprea ne induat, nec cum acido hydrothionico colorem nigrum praebeat.

Usus: per se adhibetur in formulis magistralibus tum quoque ad alia praeparata ferrica.

Vitriolum Martis crudum, in mercatura vilissimi pretii obvium, nisi Zincum, Manganum sulphuricum vel Sal amarum contineat, facile tali modo depuratur. Sal crudum cum decima fere parte limaturae Martis et sufficiente copia aquae in catino, e ferro fuso confecto, ebulliat tum per linteum coletur, colaturae addatur Acidi sulphurici, pauxillum et liquidum refrigeratione vel evaporatione praevia crystallos edat. Lixivia residua, oxygenio ex aëre abrepto, magis magisque Oxydo ferrico onerantur, quare interdum denuo cum limatura ferri digerantur, donec penitus fere in crystallos abierint. Cuprum tali modo bene praecipitatur, nec tamen Zincum et Manganum, vel Magnesia. Praestat ergo in re tam vilis pretii obtinenda praeparationem ab ovo incipere.

VITRIOLUM MARTIS SICCATUM. Trockner Eisenvitriol. *Vitriol de Fer sec.*

Rec. Vitrioli Martis puri q. v., in vase porcellaneo liquefiat solo calore, tum inter assiduam agitationem in massam albidam siccam abeat, qua in vitris bene obturandis condatur.

VITRIOLUM ZINCI PURUM. Reiner Zinkvitriol. *Suphate de Zinc pur.*

Synon.: Zincum sulphuricum purum, Sulphas Zincicus cum Aqua, Sulphas Zinci purum, Zincum vitriolatum, Gilla Theophrasti, Sal Vitrioli vomitivus, Vitriolum album. Reiner weißer Vitriol, krystallisirtes schwefelsaures Zinkoxyd. *Vitriol blanc ou de Zinc.*

Rec. Zinci venalis comminuti quantum vis, in vas fictile idoneum vel patinam porcellaneam immisso affunde Olei Vitrioli cum decuplo pondere aquae diluti q. s. ut Zincum ex toto fere dissolvatur. Sub finem Aquae dimidium, quod jam Oleo Vitrioli admixtum fuerit, adde, et liquorem digere quamdiu reactio chemica observatur. Zincum semper supersit. Liquorem decantha et in ampullam vitream in quibus Oleum Vitrioli divendi solet, adhuc calidum ingere. Tum torrentem Gas Chlori, ex Magnesia Vitriariorum et Acido Salis crudo extricatum, in ampullam, cujus capacitatis non nisi tertia pars vel quarta repleta sit, ingeratur, donec odor Chlori in orificio fortiter redoleat. Tubo pneumatico demto epistomium suberinum impone et ampullam fortiter concute tum per noctem sepone.

Liquorem valde Chlorum redolentem in patinam porcellaneam ingere, adjice solutionis Natri carbonici quantum satis, ut Acidi, quod excedat, saturetur, et calefac usque ad ebullitionem. Oxydum Ferri ex sale basico in floccos conglobatur, quos filtri ope separa. Liquor filtratus evaporatione in crystallos redigatur, quae in loco tepido siccatae serventur. ***Part. const.*** Zinci sulphurici unum, Aquae septem Pond. Mixt. — ***Vis:*** fortiter emetica.

Sint crystalli aciculares, coloris expertes, saporis ingratissimi austeri adstringentis; solutio acidulata cum acido hydrothionico colorem non gig-

nat, nec methodo supra descripta tractata praecipitatum fuscum ferruginosum demittat. Solvuntur duplo pondere aquae frigidae, fervidae minore quam aequali, aëris sicci contactu parum fatiscunt.

Vitriolum Zinci crudum, quod Manganum plerumque continet, nullo modo ita depurari potest, ut Floribus Zinci ex eo praecipitatione parandis respondeat.

† **VITRUM ANTIMONII, Oxydum Stibii sulphuratum vitreum, Stibium sulphuratum oxydatum vitrificatum, Antimonium vitrificatum, Oxydulum Stibii semivitreum.** Spießglanzglas. *Verre d'Antimoine.*

Rec. Antimonii crudi grossiuscule pulverati q. v., in testa figulina leni igne inter assiduam agitationem caute ure, cavens ne liquetur, donec colorem griseum induerit. Ab initio ignis moderatissimus obtineatur, postea magis magisve augeatur, ut Sulphuris quam plurimum deflagret et Antimonium in Acidum vertatur. Si forsan in grumas abierit, post refrigerationem denuo in pulverem redigatur. Pulverem griseum in crucibulo argillaceo funde animum eo advertens, ut fusus justum colorem habeat, nec nimis rubicundum, quod ulteriore calcinatione vel adjecto Antimonio diaphoretico evitatur, nec nimis pallidum, quod adjiciendo Antimonio crudo curatur. Liquatum effunde in laminas lapideas in strata tenuia.

Sint frustula vitrea, colore aurantiaco pellucida, fragilia, acidis vegetabilibus et muriatico facile solubilia. Vitrum Antimonii Oxydum Antimonii impurum, Ferro plerumque et Sulphureto Antimonii semper gravidum, jure e re medica ejectum est. Inserviebat Vino emetico et Tartaro emetico parando, quae hodie facilius ex Antimonii oxydis puris praeparantur.

VITRUM ANTIMONII CERATUM Ph. Wirt.

Rec. Cerae flavae Drachm. unam, cui in cochleari ferreo fusae Vitri Antimonii in pulverem tenuissimum redacti Uncia una additur, totum leni igne liquatur et spatula continuo actum, per semihoram in pulverem, tabaco hispanico aemulum, redigitur.

† **ZINCUM ACETICUM, Zincum acetatum, Acetas Zincicus.** Essigsaures Zinkoxyd. *Acetate de Zinc.*

Rec. Laminarum Zinci, vel Florum Zinci calcinatione praeparatorum q. v., leni calore solve in Aceto concentrato, filtra et evaporatione, sub finem spontanea, in crystallos fac concrescere.

Usus: externus pro collyriis et injectionibus.

Sint crystalli flexibiles, candidae, nitoris talcici vel matris perlarum. Contineat Zinci acetici unum, Aquae tria pond. Mixt.

† **ZINCUM FERRO-HYDROCYANICUM.** Eisenblausaures Zinkoxyd, Cyaneisenzink. *Ferrocyanure de Zinc.*

Rec. Kali borussici q. v., solve in decupla quantitate aquae destillatae, tum affunde solutionem Vitrioli Zinci puri, quamdiu praecipitatum album efficitur, quod aqua calida bene lotum exsicca. Cum insequente voce saepius permutatum est. *Usus* nondum bene probatus nec virtus nota.

† **ZINCUM HYDROCYANICUM, Cyanuretum Zinci.** Cyanzink. *Cyanure de Zinc.*

Rec. Kali borussici Unc. octo, in lamina ferrea leni igne penitus exsicca, tum adde Cinerum clavellatorum depuratorum Uncias tres, haec intime misce et in crucibulo Hassiaco ad rubescentiam ignito funde. Massam effunde in laminam marmoream, crucibulum aqua fervida lava, aquam ex crucibulo in massam salinam infunde et hanc in ea solve, tum filtra per chartam. Solutioni Kalii cyanati adde Acidi acetici, ut reactio distincte acida appareat, tum affunde Solutionem Vitrioli Zinci puri, quamdiu praecipitatum efficitur. Praecipitatum album aqua calida probe ablue tum exsicca. Non male quoque praeparatur ex Acido hydrocyanico per destillationem obtento et Zinco acetico soluto, quibus praecipitatum idem Zincum scilicet cyanatum demittitur. Quum vero acidum hydrocyanicum optime ex Kali borussico cum Cineribus clavellatis fuso et Acido sulphurico diluto destillet, alteram operationem, destillationis scilicet, evitandam esse, censui, quod methodo illa fit. Pulvis albissimus aqua non solubilis hinc inde in spasmo ventriculi et neuralgiis adhibitus, cuius usus et virtus nondum satis bene elucent.

† **ZINCUM IODATUM, Zincum hydroiodicum.** Jodzink. *Iodure de Zinc.*

Rec. Iodi q. v., Aquae destillatae triplum vel quadruplum, in vitrum orificio ampliore instructum immissis adjice laminarum vel frustulorum Zinci metallici dimidium quod erat Iodum, et totum sepone per aliquot dies, donec miscela colorem penitus amiserit, tum filtra, solutionem evaporatione in patina porcellanea ad siccum redige. In vitris optime claudendis conde, quia humorem avidissime ex aëre colligit. *Usus* rarissimus, externus hinc inde in unguentis.

† **ZINCUM MURIATICUM** vid. Butyrum Zinci (p. 143).

ZINCUM OXYDATUM ALBUM vid. Flores Zinci (p. 484).

ZINCUM SULPHURICUM s. **VITRIOLATUM** vid. Vitriolum Zinci purum (p. 888).

APPENDIX

IN

PHARMACOPŒAM UNIVERSALEM.

Paucis praefari licet, Appendicem eo consilio esse additam, ut Pharmacopoeae, quae, dum opus imprimeretur, in lucem prodierunt, si quid novi continerent, hic excerperentur, tum, ut novi, quidquid in arte pharmaceutica interim sit compertum, spicilegium facerem. Non raro quoque Geigeri formulas, quas impressas accepi, et ipsas a me conscriptas penitiore experientia edoctus, mutandas putavi. Has operis pagina addita notavi.

ACETUM NARCISSI PSEUDONARCISSI.

Rec. Florum recent. Narcissi partem unam, Aceti crudi part. octo, digere, cola.

ACIDUM HYDROIODICUM (p. 19).

Rec. Kalii iodati Gran. 330, in aquae pauxillo soluto adde Acidi tartarici Gran. 264 in aqua quoque soluti. Decantha a Cremore Tartari neonato.

AETHIOPS MARTIALIS (pag. 29).

In locum methodi illic descriptae oportet novam melioremque substituere posthac inventam.

Rec. Ferri muriatici oxydati crystallisati (p. 429) quantum vis, solve in decupla vel duodecupla copia aquae destillatae, adde

Spiritus Salis Ammoniaci q. s.

ut Oxydum Ferri penitus praecipitetur et Liquor aliquantulum Ammonium redoleat.

Sedimentum fundum petat et Liquor innatans decanthatione separetur. Aqua pura aliquoties infusa et iterum post subsidentiam decanthata Oxydum probe abluatur. Denique Oxydum Ferri in Aqua adhuc suspensum in catinum ferreum conjice, adde Limaturae Martis dimidium, quod erat Ferrum muriaticum, et coque per horam, vel donec Oxydum colorem plane nigrum induerit.

Elutriatione sedimentum nigrum leve a Limatura intacta separa, collige in linteo expanso, et aqua eguttata fortiter exprime. Placentam adhuc humidam in loco subcalido exsicca. Cetera vide loco citato.

Ejusdem indolis est ac Ferrum oxydulato-oxydatum pag. 430 descriptum.

AMMONIUM ARSENICICUM vid. Arsenias Ammonii (p. 101).

AMYGDALINUM. Amygdalin. *Amygdaline.*

Rec. Amygdalarum amararum Libras quinque, subtiliter contundantur et oleum pingue iterata expressione removeatur aqua haud affusa. Placentae expressae in pulverem subtilissimum redactae leni igne coquantur per horam dimidiam cum Spiritus Vini rectificatissimi Libris sex. Cucurbitae impone epistomium suberinum tubo vitreo longo instructum, in quo Spiritus condensetur et in cucurbitam refluat. Massam adhuc calidam in linteum expansum effunde et cito exprime. Residuum iterum cum Spiritus Vini rectificatissimi libris tribus coque et cola cum expressione. Liquores ambos mixtos calefac in balneo aquae, ut praecipitatum natum iterum solvatur, tum per colatorium trajice, oleum pingue ad fundum subsidens caute separans. Destillatione blando igne instituta Spiritum abstrahe ut viginti circiter Unciae supersint, quas per horas 24 in vase idoneo sepone, ut Amygdalinum concrescat, quod Spiritu Vini aliquoties abluatur. Deinde solve in Spiritus Vini alcoholisati Unciis sex, fervide cola in vas altum in aquam calidam impositum, in quo lenta refrigeratione in crystallulos abeat Amygdalinum, quas siccatas serva.

Sint crystalli lamellares, squamiformes sericeum nitentes, sapore subdulci amaro. Cum emulsione Amygdalarum dulcium in Acidum hydrocyanicum et Oleum Amygdalarum amararum vertitur. In locum Aquae Amygdalarum et Laurocerasi substitui tentatum est, ut hoc medicamentum certioris indolis obtineatur. At variis incommodis, quae illam substitutionem sequebantur, nondum in usum receptum est.

AMYLUM DAUCI Torosiewiczii. Mohrrübenstärke. *Fécule de Carottes.*

Rec. Rad. Dauci Carotae nondum satis maturae q. v., in radula lege artis abrade, pultem in cribrum setaceum immitte et sub aquae comm. radio influente manibus agita. Aquam cribrum transgressam turbidam collige, in loco frigido sepone per horas aliquot, tum effunde cavens ne sedimentum sublevetur. Hoc aliquoties aqua nova ablue et sedimentatione Amylum Dauci separa ab aqua innatante. Denique sedimentum collige et in temperatura media fac exsiccare. In tussi catarrhali novissimis temporibus laudatum.

AMYLUM IODATUM vide Ioduretum Amyli (p. 484).

ANTHRACOKALI. Steinkohlenkali.

Rec. Kali caustici fusi (bene conservati vel recens parati) Drachmas septem, caloris ope liquefactis admisce pulveris subtilissimi Lithanthracis, qui flamma lucida comburi solet et anglice Cannelcoal audit, Drachmas quinque, miscela ab igne remota terendo celerrime in pulverem redigatur, statim in vitris Drachmarum duarum vel trium capacibus et bene claudendis asservandum, ne humorem vel acidum carbonicum ex aëre abripiat.

Est pulvis niger, digitos inquinans, saporis caustici, odoris subempyreumatici, aëris contactu humescens. Grana decem praeparati Aquae Unciam unam nigrofuscam reddunt, quae solutio acidis admixtis praecipitatum nigrofuscum demittit. Continet Kali humicum. — *Vis:* antiherpetica praedicabatur, Ph. Badens. 1841 in appendice recepit.

APPARATUS AD FONTICULOS.
Fontanellapparat.

Apparatus ad fonticulos constat e rebus sequentibus in scatula chartacea contentis:

a) Emplastri adhaesivi ad fonticulos triginta paribus charta cerata interposita, ne agglutinentur, formae infra descriptae.

b) Binis hujus Emplastri paribus in quorum medio emplastrum vesicatorium magnitudine pisi inhaeret

c) Unguenti ad fonticulos Uncia dimidia in ollula.

Emplastrum ad fonticulos tali modo paretur:

Rec. Emplastri Diachylon simplicis Libr. duas, Picis burgundicae Unc. unam, Resinae Pini Libr. semis, Cerae flavae Unc. quatuor, liquando misce. Linteum tenerum hoc emplastro obductum charta cerata interposita complicatur et ferro cylindrico latitudine pollicis pertunditur.

Unguentum ad fonticulos sequenti modo parandum:

Rec. Cerae albae Unc. tres, Olei Olivar. provinc. Unc. novem, Pulveris Cantharid. Unc. tres, Euphorbii pulv. Drachm. sex, lento igne per aliquod tempus liquata colentur. — *Usus:* Ad cutem emplastro vesicatorio ab epidermide nudatam alligatur emplastrum ad fonticulos in medio cum Unguenti ad fonticulos pauxillo illitum. Ph. Badens. 1841.

AQUA ALBUMINOSA Soubeiran.

Rec. Albumina ovorum duorum, Aquae commun. Unc. triginta duas, optime pulsa, tum cola per telam laxam.

AQUA AMMONIACA Vogleri.

Rec. Aquae commun. pur. Unc septem, Sal. Ammon. pur. Drachm duas; m. Altera praescriptio aquae dilutioris sumi decet Aquae comm. Unc. decem, Salis Ammon. Drachm. duas.

AQUA ARSENICALIS Pearsoni vide Liquor arsenicalis Pearsoni (p. 520).

AQUA AD BOTIUM s. antistrumalis Ph. Taurin. 1833.

Rec. Lapid Pumicis, Spongiae marinae, Pilae marinae, Ossis Sepiae āā Unc. tres, Salis gemmae Unc. duas, in olla figulina obtecta combure; materiam ustam tere et dilue in libris quindecim aquae communis, digere per diem.

AQUA CHLORI. Chlorwasser. *Eau de Chlore.*

Oportet methodum expeditiorem atque certiorem, quam quae p. 57 descripta est hic referre.

Rec. Lagenas duas vitreas, epistomio vitreo munitas, Librarum trium vel quatuor Aquae capaces. Singulae ad dimidium tantum Aqua destillata repleantur. Tum recipe cucurbitam vitream in quam ingere Magnesiae vitriariorum pulveratae Uncias tres, et Acidi muriatici crudi, cum quadrante aquae diluendi, Uncias quinque ad sex. In orificio cucurbitae adapta tubum vitreum siphoniformem ope suberis perforati. Cucurbitam in balneo arenae colloca ut Gas Chlori extricatur. Crus descendens tubi vitrei in aquam quod lagenae alteri, epistomio demto recte in mensa constitutae, inest immitte, et exspecta donec partem vacuam Gas Chlori repleverit, quod colore subviridi facile dignoscitur.

Tubum vitreum in lagenam alteram transpone, in priorem epistomium immitte et fortiter concute, quamdiu Gas absorbeatur. Hoc facillime eo conspicitur, ut aër in lagenam inversam irrepat, si epistomium parum sublevatur.

Simili encheiresi Gas Chlori iterum in lagenam priorem fac intrare, interdum secundam bene conquasses.

Hae operationes toties alternatim repetantur, donec aqua, colore subviridi induta, chlorum protinus resorbere recuset.

Lagenis quidquid ambabus inest, in una collige et serva luce bene defensa. Aqua ad gradus 8. Therm. Reaum. majorem Chlori copiam abripit, quam quae calidior vel frigidior sit.

AQUA COLONIENSIS (p. 61)

Formula brevis optimae indolis hic referatur:

Rec. Spir. Vini rectss. Unc tres et semis, Ol. Bergamott., — Citri āā Scrup. duos, — Rorismar. Gutt. quatuor, — Lavend. Gutt. sex, — Cinnamomi Gutt quatuor, Tinct. Moschi Scrup. unum.

AQUA DISCUSSORIA Vogleri.

Rec. Aquae commun. Unc. viginti, Sal. Ammon Unc. dimid., Spiritus Vini comm. Unc duas. Aqua ejusdem nominis altera constat ex Aquae comm Unc. viginti, Sal. culinaris Unc. una, Spiritus frument. Unc. duabus. Itidem praescribitur Aquae commun. Unc decem, Nitri et Aluminis singulorum Drachm. duas.

AQUA EPULOTICA Vogleri.

Rec Aquae commun. v. Aq. Rosarum Unc. quatuor, Mercur. sublimat. corrosivi Gran. unum. Dilutior est: Aquae commun v. Aq. Rosar. Unc. sex, Mercur. sublimat. corros. Gran. unum.

AQUA HYDROIODICA Soubeiran.

Rec. Ferri iodati Unc. semis, Aq. dest. Unc. triginta duas.

AQUA KREOSOTI. Kreosotwasser.

Ph Badens. 1841: Rec. Kreosoti Drachm. unam, Aquae dest Unc. sex, conquassata cola.

AQUA MINERALIS IODATA Lugol.

Rec. Iodi Gran. quatuor, Kalii iodati Gran. octo, Aq. dest. Unc. triginta duas.

AQUA NAPHTHAE Soubeiran.

Rec. Naphthae Vitrioli Unc. unam, Aquae dest. Unc. octo. concute optime, tum Naphtham effunde.

† **AQUA OPHTHALMICA** Hendersoni.

Rec Strychnini Gran. duo, Acid. acetici dilut. Drachm. unam, Aq. dest. Unc. unam.

AQUA STAHLII PRO DENTIBUS.
Rec. Spir. Vini rectif. Libr. viginti quatuor, Aq. Rosar., Rad. Pyrethri āā Unc. quinque, — Cyperi longi, — Tormentill., Balsami Indic. nigri āā Unc. tres, Cort. Cinnamomi Drachm. quinque, Hb. Rutae, Rad. Ratanh. āā Unc semis, per dies sex digestis et filtratis adde Ol. Menth. pip. Drachm. unam et semis, Coccionell. Unc. semis, post tres dies iterum filtra.

AQUA TEREBINTHINATA SOUBEIRAN.
Rec. Terebinth Venet. part. unam, Aquae comm. part. sex, tritura per horam dimidiam tum decantha.

ARGENTUM CYANATUM. Cyansilber. *Cyanure d'Argent.*
Rec. Argenti nitrici crystallisati vel Argenti puri recens in acido nitrico puro soluti q. v., instilla Acidum hydrocyanicum vel solutionem Kalii cyanati q s

ARGENTUM PURUM. Chemisch reines Silber. *Argent pur.*

Rec. Argenti impuri cupriferi q. v. (rubescat leni igne tum in lacinias dissecetur), immitte in cucurbitam vitream et affunde acidi nitrici puri (vel crudi cum Solutione Argenti praecipitati) non nimis concentrati duplum pondus. Miscela calefiat in balneo arenae, ut argentum solvatur, tum sensim, si opus fuerit, adstilla acidum nitricum, quamdiu gas nitrosum evolvitur, vel donec argentum plane solutum sit. Solutionem dilue multa aqua pluviali et filtra per chartam. Filtrum abluatur quamdiu liquor transgressus Sale culinari turbatur vel imo opalescat. Solutioni a cupro coeruleae et in lagenam capacem immissae instilla solutionem Salis culinaris, interdum fortiter lagenas concutiens ut praecipitatum facilius conglobetur et fundum petat, quamdiu praecipitatum album caseosum demittitur. Post subsidentiam liquorem laete coeruleum innatantem decantha, lagenam aqua communi reple et tamdiu lava, quam liquor cupri reactiones cum Spiritu Salis Ammoniaci praebeat. Quodsi cessaverit semel adhuc lotionem repete, tum praecipitatum humidum in patinam terrenam vel porcellaneam conjice, adde Zinci frustula quaedam et Olei Vitrioli guttulas aliquot, et totum fac calefieri, si vis, ad ebullitionem. Sedimentum album caseosum et leve in colorem griseum et texturam densam convertitur Quodsi inter agitationem nullibi particulae albae adhuc appareant, liquorem defunde et Argentum pulverulentum repetitis coctionibus cum acido diluto, denique cum aqua pura edulcora. Pro Lapide infernali parando placenta argentea humida adhiberi poterit, pro vasis, spathulis vel crucibulis argenteis conficiendis Argentum siccetur et in crucibulo Hassiaco adjecto pauxillo Boracis forti igne fluat et in modulos effundatur.

AURUM CYANATUM, Cyanuretum Auri. Cyangold. *Cianure d'or.*
Rec. Auri puri in nummis ducatis q v.. inter cylindros aurifabrilium extendatur et in lacinias dissecetur, tum in aquae regiae sufficiente quantitate caloris ope solvatur. Si quid Argenti nummis inest, hoc in praecipitato albido conspicietur. Liquor aurantiacus effundendo a sedimento separetur et aqua edulcoratoria solutioni adjiciatur. Solutio leni calore, certissime in balneo aquae fervidae, ad siccum evaporet, vel acidum excedens Natro carbonico hebetetur. Chloridum Auri siccum iterum in Aqua destillata solvatur et adstilletur solutio Kalii cyanati (quam vocem vide in appendice) quamdiu praecipitatum gignetur, cavens ne nimium addas, quia praecipitatum iterum dissolveretur. Praecipitatum collige in filtro, aqua pura ablue et caute conde.
In morbis syphiliticis hinc inde adhibitum, loco aliorum auri praeparatorum, quorum virtutibus gaudere praedicatur.

AURUM NITRICO-MURIATICUM RECAMIER.
Rec. Auri muriatici ad siccum caute redacti Gran. sex, solve in Aquae regiae Unc. una.
Externe adhibetur pro virtute caustica.

BACILLI BRANDENBURGENSES.
Rec. Pulv Rad. Ireos Unc. tres, — — Liquirit., — Sem. Anisi, — — Foenic. āā Unc. quinque, Storac. Calam. Drachm. duas, Succ. Liquirit. in Aqua Hyssopi solvendi Unc. sex. Sacch. albi Libr. quatuor, fiat massa ope mucilaginis Tragacanthae ex qua formentur baculi.

BALSAMUM ODONTALGICUM (p. 117).
Alia formula vel melior. Rec. Opii Gran. quindecim, Pulv. Rad. Pyrethri, Catechu, Myrrh. āā Drachm. semis, Mastiches Scrup. unum, Ol. Caryophyll. — Cajeputi āā Gutt. quindecim, Tinct. Cantharid. Gutt. viginti.

BALSAMUM OPODELDOC HYALINUM (p. 118).

Rec. Saponis butyrini (in Appendice) Unciam unam et semis,
Camphorae Unciam semis,
Olei Thymi Drachmam semis,
Olei Anthos Drachm. unam,
Spiritus Vini rectificatissimi Uncias viginti,
in cucurbitam immissa calefac in balneo aquae donec soluta fuerint, tum filtra per chartam bibulam in infundibulo stan-

neo aqua fervida circumdata calefacto. Excipe in lagena vitrea. Post filtrationem adde
Spiritus Salis Ammoniaci
caustici Unciam unam,
concutiendo misce, tum in lagenulas amplioris orificii, ut moris est, distribue, quae lente refrigescant epistomio imposito.

De parando Balsamo Opodeldoc aliquid disseramus. Consistentia Balsami pendet a Sapone stearinico vel margarinico. Paratur Sapo stearinicus purus ex Acido stearinico in commercio mercabili et Lixivio natrico puro. Hujus Saponis, salitione repetita depurati, et penitus exsiccati portiunculae minimae Spiritum Vini faciunt congelescere. Drachma una in Spiritus Vini rectificatissimi Unciis tribus (1 : 24) soluta hunc facit coire in gelatinam opalescenti-pellucidam satis duram. Si Spiritus Unciae duae (1 : 16) sumuntur, gelatina albescere et impellucida fieri incipit; si Uncia una et semis (1 : 12) sumitur gelatina nimis difficulter in cutem illinita liquatur, et particulae lubricae perduntur. Opodeldoc ex lagenula exemtum et inter palmas fricatum cito liquescat oportet, in cutem infricatum penitus evanescat nec saponis crustam nimiam relinquat. Non enim saponi virtus discutiens et antirheumatica tribuitur, sed Spiritui Salis Ammoniaci, Camphorae et Oleis aethereis. Sapo vehiculum tantum est, nec incommoda alia secum afferat.

Extra dubium est, cetera quae Balsamo Opodeldoc insunt, Sapone omnino suppresso, iisdem gaudere virtutibus, quam Sapone addito. At vero consistentia gelatinae commoda quaedam externa secum fert; evaporationi praecavetur, Balsamum in commercio quotidiano facillime sine vase, charta tantum involutum, asportari poterit, manuum calore emollitum non adeo tenue fit et a manibus defluit. Ergo in concinnanda formula studium fuit, Saponem diminuere, partes vero efficaces augere. Sapo butyrinus ad hanc praeparationem commodissimus est; facillime dissolvitur, Opodeldoc inter manus cito liquatur, diu asservatum asteriscos non monstrat, praeterea gelatinam pellucidam claram exhibet. Opinio late vagatur, Opodeldoc Spiritu fortiore paratum fieri pellucidius quam Spiritu debiliore. Hoc abnegare audeo. Experimentis multis compertum habeo inter Spiritus, qui 88 et 94 partes centesimas voluminis alcoholis continent, quoad pelluciditatem non esse discrimen. Opodeldoc lente et sine omni concussione refrigeratum clarius fieri, quam immersione in aqua frigida, contra multorum opinionem, affirmare ausim.

BARYUM SULPHURATUM (p. 129)

Baryum sulphuratum solvendo in aqua decomponitur, primum dissolvitur Baryum sulphuratum hydrothionicum, tum Baryum sulphuratum cum Baryta caustica chemice junctum, denique Baryta caustica pura.

BERBERINUM. Berberin. *Berberine.*

Rec. Corticis Radicis Berberidis vulgaris recentis q. v, his terve infunde aquam fervidam, ultimum exprime. Liquores junctos ad extracti spissitudinem redige, tum extrahe Spiritu Vini rectificatissimo, quamdiu sapor amarus abripitur, tincturas spirituosas destillationi subjice et residuum reductum in locum frigidum sepone. Crystalluli concrescunt citrinae, tenues, plumosae, quae expressione a lixivio depurantur. Hae aqua fervida solvantur, et refrigerio iterum concrescant. Partes extractivae plurimum in liquore retinentur. Tum semel adhuc Berberinum Spiritu Vini rectss. solvatur, et denuo concretum siccetur.

Est pulvis crystallinus coloris laete citrini, saporis peramari diu persistentis, odoris nullius, chartas exploratorias non tingens nisi colore suo proprio.

A Buchnero primum patefactum hinc inde in usum medicum vocatum.

BUTYRUM ANTIMONII (p. 142).

Certius atque uberius tali modo praeparatur:

Rec. Antimonii crudi optime laevigati q. v, Acidi muriatici crudi fumantis quintuplum pondus, in cucurbitam immissa calefiant ut gas hydrothionicum, quod caute evites, erumpat et Antimonium dissolvatur. Reactio per aliquod tempus calore promoveatur tum miscela refrigescat. Liquorem Antimonio intacto insidentem effunde, et novam Acidi Salis vim addas, quam Antimonio simili modo gravidam priori adjicies.

Liquores acidos in patina aperta igne vivido sub camino bene aspirante in volumen arctius coge, donec portiuncula bacalo vitreo

exemta in lamina frigida congelescat. Tum effunde per tubulum in retortam antea calefactam et ex balneo arenae totum fac destillare.

CALOMEL sublimatione pulveratum (p. 146).

Rec. Mercurii sublimati corrosivi partes quatuor, Mercurii vivi partes tres, caute Mercurium extingue adspergens subinde Spiritum Vini. Massa cinerea in vas e ferro fuso confectum fundi lati et parum concavi immittatur et in lento igne calefiat ut color cinereus sensim sensimque a marginibus incipiens in subflavum vertatur. Operculum ferreum aptum semper sit impositum. Operculo subinde demto exploratur, num reactio chemica usque in medium progressa fuerit. In operculo guttulae Mercurii vivi, qui ad calculum stoechiometricum excederit, adhaerentes inveniuntur, quae pluma abstersae colliguntur. Massa residua, in Calomel jam mutata et Mercurio excedente libera, novae sublimationi tali modo subjiciatur.

In cista lignea quadrata, cujus latus pedes duos et ultra efficiat, paries unus verticalis et dimidium superni e lamina ferrea conficiatur. Parietes ceteri interne charta nigra polita obducantur. In pariete ferreo foramen sit rotundum in quod orificium retortae figulinae bene aptetur. Commissurae argilla obturentur. Retorta sit plena massae supra descriptae, et ei circumdetur furnus aptus, qui primum carbonibus non accensis repleatur. Ignis collo retortae, ubi cistam attingit, primum admoveatur et fundum versus procedat. Sublimatio cito procedat. Calomel in spatio amplo cum aëre frigido mixtum subtilissime condensatur et specie pulveris nivei valde depingentis in fundo stratum post refrigerium totius suppellectilis invenitur. Exploretur num Mercurius sublimatus corrosivus insit, qui Aqua destillata abluitur. Pulvis subtilissimus bene siccatus in vase non pellucido servetur.

CALOMEL VIA HUMIDA PARATUM (p. 147).

Solutionem Mercurii nitrosi limpidam et dilutam in Acidum muriaticum crudum dilutum instilla, cavens ut Acidi semper supersit, nec unquam Mercurius praevaleat. Rei summa in eo posita est, ut solutio mercurialis in Acidum nec vice versa infundatur, quia Calomel Mercurium nitrosum ad se abripit et praeparatum constituit nocivae efficacitatis. Hac in re plurimum peccatum est, inscitia quamquam.

CATAPLASMA AD DECUBITUM AUTENRIETHII, Plumbum tannicum.

Rec. Corticis Quercus q. v., decoque cum Aqua communi aliquoties et cola; colaturis instilla Acetum Saturni quamdiu praecipitatum fuscum gignitur. Sedimentum collige in linteo et fac eguttare; adhuc humidum et pultiforme dispensetur.

CATAPLASMA RESOLVENS Ph. Taurin. 1833.

Rec. Farin. Fabar., Semin. Lini, — Foenugraeci āā Unc. duas, Aceti Saturni Unc. semis.

CATAPLASMA ROBORANS Ph. Taur. 1833.

Rec. Cort. Chinae Unc. unam, Hb. Salviae, Summit. Rorismar. āā Unc. unam, Vini rubri generosi Libr. unam et semis.

CATAPLASMA RUBEFACIENS.

Rec. Hordei leniter tosti Unc. quatuor, Aceti Unc. unam, Albumina ovorum trium, Aq. comm. q. s. in linteum expanso injice Pulveris Piperis nigri, Sem. Foenic. āā Unc. semis.

CAUSTICUM RECAMIER.

Rec. Auri muriatici (non natronati) Gran. sex, Aquae regiae Unc. unam.

CERATUM AMYGDALARUM.

Rec. Cerae albae Drachm. duas, Ol. Amygdal. Drachm. sex, liquando in balneo aquae misce.

CERATUM CONTRA NEURALGIAM Soubeiran.

Rec. Cerussae Unc. unam, Ungt. simplic. Unc. semis, m.

CHARTA ANTARTHRITICA s. **antirheumatica.** Gichtpapier. *Papier antarthritique.*

Rec Axungiae Porci Unc. quatuor, Cerae albae Drachm. sex, Cetacei Unc. semis, liquatis adde Resinae Mezerei (p. 411) Grana viginti quatuor. Hoc unguentum calefactum in chartam serpentinam tenuiter illinatur. Charta tunc igni caute appropinquetur ut massam aequabiliter imbibat, et eodem latere bis adhuc illinatur. Facies allita splendens cuti imponitur.

CHARTA ANTIRHEUMATICA. Gichtpapier. Berg: Rec. Euphorbii Drachm. unam, Cantharid. Unc. semis, Spiritus Vini rectss. Unc. quinque, digere per octo dies, cola, filtra, adde Colophonii albi Unc. duas, Terebinth. Venet. Unc. unam et semis, solve. Ope penicilli in chartam epistolatoriam illinitur. Ehrmann: Cerae albae Unc. quatuor, Ol. Olivar., Terebinth. Venet. āā Unc. duas, Picis albae Unc. unam, liquefactis adde Extractionem ex Cantharidum Unc. quatuor et Spiritus Vini rectss duplo obtentam. Folia duo chartae scriptoriae marginibus inflexis junctis in miscelam liquatam immerguntur, tum post refrigerium marginibus abscissis separantur.

CINERES CLAVELLATI DEPURATI (p. 151).

In locum methodi l. c. descriptae recentiorem atque meliorem substituamus.

Rec. Cinerum clavellatorum calcinatorum, quantum fieri potest, bonae notae Libras decem, affunde Aquae pluvialis Libras sex, et interdum agitata sepone per noctem.

Liquorem defunde. Extractionem bis adhuc simili modo repete. Liquores junctos filtra per chartam albissimam, tum in vase porcellaneo fac evaporare ad Syrupi fere spissitudinem ut Kali carbonicum refrigerio concrescat. Massam crystallinam in infundibulo fac bene eguttare. Liquorem denuo inspissa, ut denuo crystalli gignantur, quas eguttatione a liquore separa.

Crystallos collectas parva Aquae destillatae copia solve, filtra, si opus fuerit, et denuo evaporatione in crystallos redige, quas iterum eguttatione a liquore secerne. E liquore iterum crystallos gigne, quas simili modo fac eguttare. Crystallos collectas in vase porcellaneo leni calore penitus exsicca et vase vitreo optime claudendo conde.

Lixivia matris Silicia et Sale digestivo gravida inserviunt Terra foliata Tartari et Tartaro tartarisato parandis.

COLLYRIUM CATHAERETICUM Soubeiran.

Rec. Lapid. infernal. Gran. decem, Aq. destill. Unc. unam, solve.

COLLYRIUM FULIGINIS Soubeiran.

Rec. Extr. Fuliginis splendent. part. unam, Aceti part. duodecim, m. Guttatim in aqua hauritur.

COLLYRIUM IODATUM Magendie.

Rec. Iodi Gran. unum ad duo, Kalii iodati Scrup. unum, Aquae Rosar. Unc. sex.

CONSERVA PECTORALIS Ph. Taur. 1833.

Rec. Rad. Althaeae, — Helenii, Passular. minor. āā q. v.; ex Radice Althaeae ad mollitiem cocta extrahe pulpam Libr. quatuor, ex Radice Helenii pulpam Libr. unius, ex Passulis quoque pulpam Libr. unius, tum recipe Hb. Pulmonariae, Adianthi Capilli Veneris āā Manipulos duos, fiat cum s. q. aquae decoctum, cui sub finem coctionis addas Florum Farfarae Manipulum unum colaturae Libr. sex. In hoc decocto clarifica lege artis Sacchari albi Libr. octo, ut fiat syrupus; mox ad conservae consistentiam inspissa. Huic demum adhuc tepenti pro singulis conservae Libris quinque caute admisce Opii cum Saccharo bene conterendi Drachm. unam.

CONSERVA ROSAE FRUCTUS = Conserva Cynorrhodi (p. 252).

CREMOR CETACEI PRO CUTE LENIENDA.

Rec. Cetacei, Cerae albae āā Drachm. unam, Ol. Amygdal. dulc. Unc. duas, liqua, infunde in mortarium calefactum tum sensim admisce Aquae Rosarum antea calefactae Unc. unam et semis.

CROCUS MARTIS APERITIVUS (p. 209).

Certiorem parandi methodum hic referre oportet.

Rec. Natri carbonici crystallisati vel calcinati q. v.,

solve in aqua calida et filtra, si opus fuerit.

Solutionem fac ebullire in catino e ferro fuso confectum, tum sensim injice

Vitrioli Martis depurati

crystallos, quamdiu praecipitatum giguitur, cavens ut sub finem operationis reactio alcalina, chartis tinctis exploranda adhuc leviter praevaleat. Miscelam coque per horam dimidiam, tum conjice in linteum expansum atque humectatum, et praecipitatum bene lava aqua pluviali fervida. Post eguttationem aquae lavatoriae linteum constringe et in prelo torculari fortiter comprime. Placentam diffractam in loco obscuro siccandam expone supra charta, tum conde vasis luci imperviis in loco frigido.

DECOCTUM ALOES Ph. Edinb. 1839.

Rec. Aloës, Myrrh., Croci āā Drachm. unam, Succ. Liquirit. Unc. semis, Sal. Tartari Scrup. duos, coque cum Aqua comm. Unc. sedecim ad duodecim, cola, adde Tinct. Cardamomi Unc. quatuor.

DECOCTUM FULIGINIS BLAUDII.

Rec. Fuliginis splendentis pugillum, Aquae comm. Unc. triginta duas, coque per horam semis, tum cola.

DECOCTUM GUAJACI Ph. Edinb. 1839.

Rec. Ligni Guajaci rasp. Unc. tres, Passular. Unc. duas, decoque cum Aq. comm. Libr. tredecim sub finem addendo Ligni Sassafras, Rad. Liquirit. āā Unc. unam.

DECOCTUM SARSAPARILLAE COMPOSITUM Ph. Edinb. 1839.

cum formula Ph. Suec. (p. 247) convenit.

DECOCTUM SCOPARII Ph. Edinb. 1839.

Rec. Cacuminum Cytici Scoparii, — Juniperi āā Unc semis, Cremor. Tartari Drachm. tres, Aq. comm. Unc. triginta, coque ad Unc. viginti, cola.

DECOCTUM STEARNS s. PARTUM PROMOVENS.

Rec. Secalis cornuti Gran. triginta, Aquae comm. Unc. octô, coque parum, cola.

ELECTUARIUM CATECHU Ph. Edinb. 1839.

Rec. Catechu, Kino āā Unc. quatuor, Cinnamomi, Nucis Moschat. āā Unc. unam, Opii in Vino Xerico diluendi Drachm. unam et semis, Syr. Rosar. gallic. Unc. triginta, misce.

† ELECTUARIUM OPII Ph. Edinb. 1839.

Rec. Pulv. aromat. Unc. sex, — Senegae Unc. tres, Opii in Vino Xerico diluti Unc. semis, Syrup. Zingib. Libr. unam. m.

ELECTUARIUM PIPERIS Ph. Edinb. 1839.

Rec. Pulv. Piperis nigri, — Rad. Liquirit. āā Libr. unam, — Sem. Foenic. Libr. tres, Mellis albi, Sacch. albi āā Libr. duas.

ELECTUARIUM SENNAE Ph. Edinb. 1839.

Rec. Fol. Sennae Unc. octo, Sem. Coriandri Unc. quatuor, contundantur et Unc. decem cribri ope secernantur, residuum, additis Rad. Liquirit. Unc. tribus, Caricarum Unc. duodecim, coque cum aquae communis Libr. quinque et Unc tribus ad dimidium, cola, fac evaporare ad Unc. viginti quatuor Aquae volumen, adde Sacch. albi Libr. duas et semis, Pulpae Prunor. Libr. unam.

ELECTUARIUM STANNI SOUBEIRAN.

Rec. Pulveris Stanni, Mellis albi āā par. pondus.

ELECTUARIUM TRIPHERAE PERSICAE Ph. Taurin. 1833.

Rec. Succi Solani tuberosi, — Endiviae āā Unc. sex, Sacch. albi Libr. unam, Pulpae Tamarind. Unc. sex, Rhei, Myrobalanorum citrin., Mastich., Ligni Santali citrin. āā Unc. semis, Macidis Drachm. duas. Sacchare cum succis clarificato et colato cetera adjiciuntur.

ELECTUARIUM WINKLERI Ph. Taur. 1833.

Rec. Rad. Symphyti major., — Tussilagin., — Enulae āā Unc. quatuor, ablutas coque cum sufficiente aqua ad mollitiem, tum cola; hinc Rec. Passularum major, — minorum āā Unc. sex, coque in decocto priore colato ad mollitiem; tum radices per decoctionem emollitas et in mortario lapideo contusas pone in cribro setaceo una cum passulis coctis et pulpam extrahe; mox Rec. Hb. Salviae, — Betonicae, — Veronicae, — Hederae terr., — Pulmonariae, — Hyssopi āā Manip. unum, coque per horam in decocto a passulis relicto, addendo si opus fuerit, modicam aquae dosim; tunc decoctum per linteum cola et in ipso solve Sacch. albi Libr. unam, et evaporare fac ad Syrupi densioris consistentiam. Denique huic Syrupo colato adde Pulpam a radicibus et passulis obtentam, Amygdal. dulcium excortica-

tarum, Pinearum contusarum āā Drachm. tres, Pulv. Cinnamomi Drachm duas, Croci Scrup. unum; si opus fuerit in balneo aquae paullulum evaporet.

ELIXIR AMARUM Ph. mil. Bor. 1828.

Rec. Extr. Absinth. (vel Gentianae, vel Trifolii fibrini) Unc. semis. Aq. Menth. pip. Unc. octo, Tinct. Calami (vel Pomor. Aurant immaturor.) Drachm. duas.

ELIXIR AMARUM CONCENTRATUM Ph. mil. Bor. 1828.

Rec. Extr. Absinth. (vel Trifolii fibr. (Unc. quatuor, Aq. commun. Unc. quatuor, Tinct. Pomor. Aurant. Unc. duas, Ol. Menth. pip. Gutt viginti quatuor, Sacch. albi Unc. semis.

ELIXIR GINGIVALE.

Rec. Catechu Unc. unam, Cort. Chinae flav, Rad. Pyrethri āā Unc duas, Ol. Menth pip. Scrup. unum, Spir. Vini rectss., Aq. Rosar. āā Unc. tres, digere filtra.

ELIXIR ROSARUM PRO ORE.

Rec. Caryophyll. Drachm. unam, Cinnamomi Unc. tres, Zingiberis Unc. duas, Ol. Portugall. Drachm. unam, — Menth. piperit. Unc. unam, Rosar. Gran. quindecim, Spir. Vini rectss. Libr. quatuor; bene digesta filtra.

EMPLASTRUM ADHAESIVUM NIGRUM Drs. Walther.

Rec. Empl. Diachylon simpl., Picis navalis, Colophonii āā Unc. duas.

EMPLASTRUM ANTARTHRITICUM HELGOLANDICUM.

Rec. Calcariae sulphurato-stibiatae, Cerae flavae āā Drachm. unam et semis, Picis liquid. Unc. unam, m. l. a.

EMPLASTRUM DIACHYLON COMPOSITUM (p. 321).

Terebinthina liquefiat in balneo aquae fervidae, tum Resino-Gummata recens pulverata inspergantur et ope pistilli lignei distendantur, denique adde Ceram et Emplastrum Diachylon separatim liquata.

EMPLASTRUM EPISPASTICUM Drs Perz.

Rec. Cort Mezerei Unc. semis, Rad. Pyrethri Unc. duas, infunde Naphthae Aceti Unc. duas; stent per dies aliquot. Separatim recipe Cantharidum Unc. unam et semis et Naphthae Aceti Unc. duas, stent per aliquot dies, tum filtra. Filtratum prius Cantharidibus iisdem infunde, denuo post macerationem filtra, liquores junge, in ipsis solve Colophonii Drachm. tres, et totum ope penicilli illine telae sericeae Taffetas quam vocant, longitudinis quatuor pedum latitudinis decem pollicum.

EMPLASTRUM MERCURIALE Ph. Taurin.

Rec. Emplastr. Diachylon simpl. Libr. sex, Gummi Ammoniaci, Cerae flav., liquatis adde Mercurii vivi Unc. sex cum Adipis suillae, Terebinth., Florum Sulphuris āā Unc. una bene triti et extincti.

ENEMA CATHARTICUM Ph. Edinb. 1839.

Rec. Ol. Olivar Unc. unam, Sal. amar. Unc. semis, Sacch. albi Unc unam, Infusum Fol. Sennae Unc. semis cum Aq. ferv. Unc sedecim.

ENEMA OPII s anodynum Ph. Ed. 1839.

Rec. Amyli Drachm semis, Aq. fervid. Unc. duas, tepefactis adde Tinct. Opii Drachm. semis ad integram.

ENEMA TEREBINTHINAE Ph. Ed. 1843.

Rec. Ol. Terebinth. Unc unam, f. emulsio cum Vitello Ovi, Aquae comm. Unc. undeviginti.

† ESSENTIA ACONITI. Eisenhuteſſenz. *Essence d'Aconite.*

Ph. Badens. 1841: Rec. Herbae Aconiti optime siccatae et in pulverem subtilissimum redactae Unc. octo, Spiritus Vini rectss Unc. sedecim, digere in temperatura grad. 20 per quatuor dies, tum fortiter exprime. Herbae expressae adjice tantillum Spiritus Vini rectss. ut hic expressus et liquori priori junctas pondus Unciarum sedecim expleat. Sit pond. spec. 0,864.

ESSENTIA ARNICAE. Arnicaeſſenz.

Ph. Badens. 1841: paretur sicut Essentia Aconiti.

† ESSENTIA BELLADONNAE. Belladonnaeſſenz.

Ph. Badens. 1841: paretur sicut Essentia Aconiti.

ESSENTIA CARYOPHYLLATAE. Nelkenwurzeſſenz.

Ph. Badens. 1841: paretur sicut Essentia Aconiti.

ESSENTIA CHAMOMILLAE. Kamilleneſſenz.

Ph. Badens. 1841: paretur sicut Essentia Aconiti ex floribus Chamomillae.

† ESSENTIA CONII. Schierlingeſſenz.

Ph. Badens. 1841: paretur sicut Essentia Aconiti ex Herba Conii siccata.

ESSENTIA CINAE. Wurmſameneſſenz.

Ph. Badens. 1841: paretur ex Seminibus Cinae sicut Essentia Aconiti.

† ESSENTIA DIGITALIS s. Herbae Digitalis.

Ph. Badens. 1841: paretur sicut Essentia Aconiti ex Herba Digitalis.

† ESSENTIA HYOSCYAMI s. Herbae Hyoscyami.

Ph. Badens. 1841: paretur sicut Essentia Aconiti ex Herba Hyoscyami.

ESSENTIA IPECACUANHAE. Ipecacuanhaeſſenz.

Ph. Badens. 1841: paretur sicut Essentia Aconiti ex Radice Ipecacuanhae.

ESSENTIA MENTHAE PIPERITAE. Pfeffermünzessenz.

Ph. Badens. 1841: paretur sicut Essentia Aconiti ex Hb. Menth. pip. siccata

ESSENTIA SABINAE. Sevenbaumessenz.

Ph. Badens. 1841: paretur sicut Essentia Aconiti ex foliis siccatis Sabinae.

ESSENTIA SERPENTARIAE. Schlangenwurzelessenz.

Ph. Badens. 1841: paretur sicut Essentia Aconiti ex Radice Serpentariae.

ESSENTIA VALERIANAE. Baldrianessenz.

Ph. Badens. 1841: paretur sicut Essentia Aconiti ex Radice Valerianae.

EXTRACTUM HAEMOSTATICUM BONJEAU.

Rec. Secalis cornuti pulv. q. v., extrahe Aq. frigida, colatura in balneo Aquae ad Extracti spissitudinem evaporet.

EXTRACTUM PHELLANDRII AETHEREUM.

Paretur sicut Extractum Filicis aethereum. Insigniter virtute Seminis Phellandrii gaudere praedicatur.

EXTRACTUM SABINAE SPIRITUOSUM DE ROMA.

Hb. Sabinae recens siccata et pulverata Spiritu Vini rectss exhauriatur, et tinctura, Spiritu per destillationem abstracto, ad extracti consistentiam cogatur.

EXTRACTUM SARSAE FLUIDUM Ph. Edinb. 1839.

Rec. Rad. Sarsaparill. Libr. unam, infunde Aq. fervid. Libr. sex ad septem, cola; denuo coque cum Libr. tribus, cola, tum fac evaporare ad Unciarum sedecim volumen.

FERRUM SULPHURATUM PRAECIPITATUM s. hydraticum. Gefälltes Schwefeleisen. *Fer sulfuré précipité.*

Rec. Vitrioli Martis q. v., solve in Aquae communis duodecupla copia, adde Solutionem Natrii sulphurati, calcinatione Salis GLAUBERI cum Carbone Lignorum obtenti, quamdiu pracipitatum nigerrimum obtineatur. Hoc in linteo expanso collige, aliquoties aqua fervida ablue et cum aqua in lagenam bene obturandam ingere. Praecipitatum in aqua suspensum antidotum contra veneficium Mercurii sublimati corrosivi praedicatur.

FULIGOKALI DESCHAMPSII.

Rec. Alcali vegetabilis caustici sicci Unc. unam, Fuliginis splendent Unc. quinque, Aquae dest. q. s., coque per horam, dilue, filtra, fac evaporare ad siccum.

FULIGOKALI SULPHURATUM DESCHAMPSII.

Rec. Fuligokali Drachm. unam, Alkali vegetabil. caust. sicci Gran. quatuordecim, Flor. Sulph. Gran quatuor, coque cum Aqua, tum fac evaporare ad siccum.

HYDROSULFHURETUM AMMONII. Schwefelwasserstoff-Ammoniak. *Hydrosulfure d'Ammoniaque.*

Rec. Spir. Salis Ammoniaci caustici q. v. immitte torrentem Gas hydrothionici ex Ferr sulphurato et Acido sulphurico diluto extricatum, quamdiu resorbetur. Liquor limpidus recens coloris expers in lagenulis omnino repletis et cera signatoria bene obturatis ad usum servetur. Usus reactorius.

INFUSUM SENNAE ET COFFEAE BAKDELOCQUE.

Rec. Fol. Sennae Drachm. duas, infunde Aq. ferv. Unc. quatuor, stent per noctem, cola, et fervefactum in Coffeam tostam loco Aquae fervidae infunde.

† IODURETUM ARSENICI. Arsenikjodür. *Iodure d'Arsenic.*

Rec. Cobalti grisei (Arsenici metallici) partem unam, in pulverem trito admisce Iodi partes quinque, immitte in vitrum in balneo arenae calefaciendum ut chemice sese jungant. Tum adhuc calore Iodi quid superest fac avolare.

KALI CHLORICUM (p. 492).

Rec. Cinerum clavellatorum depuratorum, Calcariae aquae adspersae ope in pulverem subtilissimum mutatae par pondus, intime misce et torrentem Gas Chlori fac transmigrare. Pulvis incalescit et vapores aquosi emergunt. Saturatione peracta massa residua in vase amplo interdum agitata calefiat, ut penitus sal chlorosum decomponatur.

Kali chloricum aqua fervida et filtratione vel colatione separatur, et refrigerio in crystallos concrescat. Altera crystallisatione plane depuratur.

KALIUM IODATUM (p. 495).

Rec. Barytae sulphuricae nativae subtilissime laevigatae Libras duas,
Pulveris Carbonis Ligni Uncias quinque,
Pulveris Colophonii Unciam unam,

intime mixtis aquae pauxillum adsperge, ut conglomerentur, tum in crucibulum immitte in quo pistilli ope bene comprimantur. Opereulo imposito et commissuris luto argillaceo obiter clausis, crucibulum in furno anemio colloca, in quo sensim calefiat, denique ex–

candescat et per horas duas in excandescentia obtineatur. Crucibulum in furno refrigescat. Massa carbonacea eximatur, cito in pulverem contundatur, qui per cribrum missus extemplo in lag'enis angustioris orificii et optime claudendis excipiatur.

Tum recipe

Iodi Uncias sedecim,

Aquae destillatae vel pluvialis Libras sex vel septem,

immitte in patinam porcellaneam et sensim adjice inter agitationem pulverem mox descriptum, in quo Baryum sulphuratum inest, donec liquidi color, ex citrino in rubro-fuscum sensim versus disparuerit, et liquor omnino decolor appareat post subsidentiam vel filtrationem. Caveas, ne Iodi aliquid adhuc intacti in fundo lateat, quod si exagitatum fuerit, liquorem denuo colore flavo tinget. Miscela calefiat ad ebullitionem, tum sensim adjice

Kali sulphurici pulverati Uncias undecim,

coque per horae quadrantem, tum filtra per chartam bibulam, massam carbonaceam aqua destillata bene ablue, et liquorem filtratum caute ad crystallisationem inspissa. Pulvis cinereus elotus et bene siccatus iterum atque iterum, adjecto pauxillo pulveris carbonum, calcinatione in Baryum sulphuratum reduci, et ad eundem usum adhiberi poterit.

Crystalli collectae in infundibulo eguttentur, tum in loco calido penitus exsiccatae seponantur.

Lixivia residua explorentur, num Kali sulphuricum vel Baryta excedat, quorum alterum altero detegitur. Si Baryta excedit, Kali sulphurici aliquantulum caute addatur, ut Baryta omnino praecipitetur. Tum filtretur et liquor denuo ad crystallisationem inspissetur, quamdiu crystallos satis puras edit.

De parando Kalio iodato multum tentatum est. Opiniones experimentis saepius repetitis sensim labefactantur, et deseruntur methodi, quae optimae esse videbantur. Quod attinet ad methodum illam s. 495 a nobis commendatam, postea observatum est, Ferrum carbonicum ex Ferro iodato et Kali carbonico praecipitatum quotiescunque lavatum semper continere Iodum, ex quo non levis Iodi jactura efficitur. Kalium iodatum cum Kali carbonici vel Natrii iodati vestigiis inquinatum humorem facile ex aëre abripit et deliquescit. Quum enim Cineres clavellati semper contineant Sal digestivum et Sal commune, hinc inde quoque Natrum carbonicum, haec salia, quae depuratione non excernuntur, omnia ex cineribus praeparata sequentur, ergo Kali carbonicum depuratum et Kali causticum. Praestat igitur Cineres clavellatos et quid ab illis derivatur omnino rejicere, et aliud Sal Kalicum satis purum et vilioris pretii advocare, quod in Arcano duplicato obvium est. Hoc sale adhibito Chlorum et Natrum, eorumque combinationes, facile evitantur.

Iodum, si siccum, et Kali sulphuricum facillime pura obtinentur; ex calculo stoechiometrico proportiones exacte inveniuntur quae invicem sese decomponant, nec tentationibus molestis opus est. Si corpora bonae notae sunt et pondera exacte librata, post

filtrationem neque Acidum sulphuricum neque Baryum iodatum in liquore detegi potest. Baryum sulphuratum tantum ad oculorum arbitrium adjicitur.

Baryum iodatum non Cineribus clavellatis depuratis praecipitetur, quoniam quisquiliae, quae Cineribus insunt, Kalium iodatum pertinaciter inquinant.

Sunt, qui censuerint, Kalium sulphuratum calcinatione ex Arcano duplicato ipso cum carbonibus melius parari, quam ex Baryo sulphurato et Arcano duplicato. Sed haec res aliter sese habet. Kalium sulphuratum fusum crucibulum fortiter corrodit, et siliciam in se abripit, quae Kalium iodatum inquinat et filtrationes repetitas exigit.

Kalium sulphuratum fusum per rimas tenuissimas crucibuli evadit et in ignem fluit; denique massae calcinatae saepius inest Arcanum duplicatum ipsum non decompositum et Kali hyposulphurosum, quod coctione in Gas sulphurosum et Sulphur dilabitur. Filtrationes quoque repetitae liquorem limpidum reddere nequeunt. His argumentis innixus methodum illam mox descriptam ceteris hodie anteposuerim.

LIQUOR AMMONII CARBONICI SPIRITUOSUS Ph. Suec.

Rec. Sal. volatilis partem unam, Spir. Vini rectss. partes duas, solve.

† LIQUOR ANTIPYRETICUS Harlessii, Liquor Natri arsenicosi.

Rec. Arsenici albi pulverati, Sal. Sodae crystall. āā Gran. triginta duo, solve in Aquae destill. fervid Unc. septem et dimidia, post filtrationem adde Aq Cinnamomi vinosae ut efficiantur Unc. octo.

LIXIVIUM ANTIARTHRITICUM.

Rec Lixivii caustici vegetabilis Unc. unam, Argillae purae praecipitatae Drachm. semis, Aq dest. Libr. unam, Gummi Arab. Scrup. octo, Syr. Sacch Scrup. septem, Ol. Olivar. Gran. viginti tria, Spir. Vini rectss. Gran. sexaginta quinque, Camphor Drachm. unam, Terebinth. Venet. Scrup. septem, m. l. a. — Usus externus.

MEL ROSAE SOLUTIVUM CUM AGARICO Ph. Taurin. 1833.

Rec Succi Rosarum pallidar defaecati Libr. quatuor, Agarici Unc. tres, Mechoacannae Unc. unam, Zingiberis Drachm. duas, digere, exprime, adde Mellis despumati Libr. tres, coque in Syrupum.

MIXTURA GUAJACI Ph. Edinb. 1839.

Rec Resin. Guajaci Drachm. tres, Sacch. albi Unc. semis, Mucilag. Gummi Arab Unc. semis, Aq. Cinnamomi Unc. undeviginti, misce lege artis.

MIXTURA HORDEI Ph. Edinb. 1839.

Rec. Hordei mundati Unc duas et semis, coque cum Aq. comm. Libr. septem ad Unc. quadragint, adde Caricarum, Passularum āā Unc. duas et semis, Rad. Liquirit. Drachm. quinque, Aq. comm Unc. viginti, coque ad Unc. quadraginta et cola.

MIXTURA KREOSOTI Ph. Edinb. 1839.

Rec. Kreosoti, Aceti concentr. āā Gutt. sedecim, Spir. Junip. comp, Syrup. simpl. āā Unc. unam, Aq. comm Unc. quatuordecim.

NAPHTHA CUPRATA, Aether cypriacus. Kupferäther.

Rec Cupri carbonici Drachm. unam, solve in Acido muriatico puro, filtra, evaporare fac ad siccum, sepone ut iterum deliquescat massa, liquamen solve in triplo pondere Naphthae Vitrioli.

NATRIUM SULPHURATO STIBIATUM (p. 582).

Partes constituentes: Natrii sulphurati tria, Antimonii supersulphurati unum, Aquae crystallisationis duodeviginti pondera Mixtionis.

NITRUM DEPURATUM (p. 586).

In locum methodi depurationis l. c. descriptae meliorem referamus:

Rec. Nitri crudi vel, quod in commercio obvenit, semidepurati q. v., in sartagine cuprea adde Aquae pluvialis vel communis duplum, si opus erit adde Kali carbonici pauxillum, tum coque et post solutionem cola per linteum madefactum. Liquorem limpide colatum in patina aperta inter agitationem fac refrigerare, post refrigerium crystallos minimas collige in vase figulino in quibus Saccharum concrescere solet, lixivium fac eguttare.

In massam crystallinam plane stratam immitte chartam filtra-

toriam rotundam marginibus erectis. In hanc chartam funde Aquam destillatam, quae aequabiliter per chartam transgressa lixivia matris abluat.

Quod si per diem factum fuerit, aquam non amplius affunde sed sine eguttare. Crystallos spathula ope exime et in charta expande. Hinc inde explora num particulae cum solutione Mercurii nitrosi praecipitatum album vel tantum opalescentiam gignant. Quod nisi fit crystallos chemice puras puta, si vero reactio efficitur, residuum crystallorum cum insequente operatione novae lotioni subjice.

Lixivia matris et Aquas lavatorias fac in sartagine ebullire, et novam Nitri crudi copiam in ipsis liqua, cola per linteum, et simili modo crystallos collectas lava.

Lixivia ultima evaporent ut post refrigerium et agitationem crystallos emittant, quas simili modo depura.

Hac encheiresi facillime atque non sumtuose Nitrum chemice purum obtinetur.

† OPIATUM HANDELII.

Rec. Ol. Hyoscyami coct. Drachm. unam, Opii puri Drachm. semis, Extr. Belladonnae, Camphorae āā Gran. sex, Ol. Cajeputi, Tinct. Cantharid. āā Gutt. octo, misce. Usus externus.

PILULAE ALOES ET FERRI Ph. Ed. 1839.

Rec. Vitrioli Martis Gr. triginta sex, Aloës Gran. viginti quatuor, Pulv. aromat. Gran. septuaginta, conservae Rosar. Gran. centum, fiant pilulae 48.

PILULAE CALOMELANOS COMPOSITAE Ph. Edinb. 1839

Rec. Calomel, Sulphur. aurat. Antimon. āā Unc. unam, Resin. Guajaci, Theriacae āā Unc. duas, f. mass pilularum, quam divide in particulas sex, quarum singula formetur in pilulas 96

† PILULAE COLOCYNTHIDIS Ph. Ed. 1839.

Rec. Aloes, Scammonii āā Unc. unam, Colocynth. Unc. semis, Arcani dupl., Ol. Caryophyll. āā Drachm unam, Spir. Vini q s., fiant pilulae granor. quinque.

† PILULAE COLOCYNTHIDIS ET HYOSCYAMI Ph. Edinb. 1839.

Rec. Pilular. Colocynth Ph. Edinb. 1839 (v. voc. antecedentem) Drachm. duas, Extr. Hyosc. Drachm. unam, fiant pilulae 36.

† PILULAE DIGITALIS ET SCILLAE Ph. Edinb. 1839.

Rec. Pulv. Hb. Digital., — Rad. Scill. āā Scrup. unum, Electuarii aromat. Scrup. duos, Conserv. Rosar. q. s., fiant pil. viginti.

PILULAE FERRI CARBONATIS Ph. Ed. 1839.

Rec. Ferri saccharati Drachm unam, Conserv. Rosar rubr q s., f. pil Gran. quinque.

PILULAE IPECACUANHAE ET OPII Ph. Edinb. 1889.

Rec Pulv. Doweri Drachm. unam et semis, Conserv Rosar. rubr. Drachm. semis, f. pil. 24.

† PILULAE OPII Ph. Edinb. 1839.

Rec., Opii Gran. viginti quatuor, Arcani duplic. Gran. septuaginta duo, conserv. Rosar. Gran. viginti quatuor, f. pil. 24.

† PILULAE PLUMBI OPIATAE Ph. Ed. 1839.

Rec Sacch. Saturni Gran. septuaginta duo, Opii Gran. duodecim, Conserv. Rosar. Gran. quatuordecim, f. pil. 24.

PILULAE RHEI Ph. Edinb. 1839.

Rec Rad. Rhei Unc. unam, Terr. foliat. Tart. Drachm. unam, Conserv. Rosar. Drachm. quinque et semis, f. pil. 144.

PILULAE RHEI COMPOSITAE Ph. Ed. 1839.

Rec Rad. Rhei Unc. semis, Aloës Drachm. tres, Myrrhae, Sapon. Venet. āā Drachm. duas, Conserv. Rosar. Drachm duas et Scrup. unum, f pilulae 144.

PILULAE RHEI ET FERRI Ph. Ed. 1839:

Rec. Vitrioli Martis exsiccati Gran. viginti quatuor, Extr. Rhei Drachm. unam, Conserv. Rosar. Drachm. semis, f pil. 24.

PILULAE SCILLAE Ph. Edinb. 1839.

Rec Pulv. Rad. Scill. Gran. viginti quatuor, Gummi Ammoniaci, Rad. Zingiberis, Sapon Venet. āā Scrup. unum, Conserv. Rosar. rubr Gran. decem, f. pil. 24.

† PILULAE STYRACIS Ph Edinb. 1839.

Rec. Opii, Croci āā Drachm. unam, Extr. Styracis Drachm. duas, f. pil. 60.

PROPHYLACTICUM ANTISYPHILITICUM PFEIFFERI.

Rec. Mercur. sublimat. corrosivi Drachm.

TROCHISCI OPII Ph. Edinb. 1839.

Rec. Opii Drachm. duas, Tinct. Balsami Tolutani Unc. semis, Syrupi simpl. Unc octo, Gummi Arab. pulv., Succ. Liquir. depur. aa Unc. quinque, fiant lege artis trochisci Gran. decem.

UNGUENTUM CUM BORACE SOUBEIRAN.

Rec. Boracis pulv. part. unam, Axungiae part. octo, m.

UNGUENTUM NEAPOLITANUM (p. 870).

Miscelae Mercurii et Sevi in loco temperato triturando adde aliquantulum Naphthae Vitrioli. Mercurius hac encheiresi facillime atque citissime subigitur.

UNGUENTUM PICIS LIQUIDAE Ph. Ed. 1839.

Rec. Picis liquid. Unc. quinque, Cerae flav. Unc. duas, liquata agita donec refrixerint.

UNGUENTUM ROSATUM s. pomadinum. Gewöhnliche Pommade.

Rec. Cerae albae Unc. quatuor, Axungiae porcinae Libr. quinque, liquando misce, tum sensim inter assiduam agitationem immisce Aquae communis Libr. duas, Pulveris Saponis Veneti Unc. unam, Olei Bergamott., — de Cedro aa Drachm. duas, — Caryophyll., — Cinnamomi aa Drachm. unam.

UNGUENTUM WITZMANNI.

Rec. Butyri recent., Ol. Ricini aa Drachm. semis, Tartari emet. Gran. duo ad decem.

VINUM AMARUM. Bitterwein.

Ph. Badens. 1841: Rec. Pulv. Flaved. Cort. Auranti Unc. unam, Vini Rhenani optimi Libr duas, digere, in colaturae Unc. viginti quatuor solve Extracti Gentianae Unc. unam; post subsidentiam cola.

VINUM FERRI ACETICI SOUBEIRAN.

Rec. Ferri acetici ad siccum evaporati Gran. duodetriginta, Vini albi Unc. sedecim.

VINUM OPII Ph. Edinb. 1839.

Rec. Opii Unc. unam, Cinnamomi, Caryophyll. aa Drachm. unam, Vini Xerici Unc. undeviginti et semis, digere, filtra.

TABULAE.

CATALOGUS TABULARUM.

TABULA I.

Index Pharmacopoearum,
et Librorum de re medica in hoc opere citatorum, secundum litterarum ordinem dispositus.

A. *Pharmacopoeae plerumque adhuc legali auctoritate vestitae.*

Ph. Amer. Pharmacopoea of the united states of America, by authority of the national convent held at Washington A. D. 1820. Philadelphia 1831. 8. p. 265. (Latine et anglice; praecedens editio Anno 1820 in lucem prodiit.)

Ph. Austr. Pharmacopoea Austriaca. Editio quarta. Vindobonae 1834. 8. p. 192. Latine.

Ph. Amst. Pharmacopoea Amstelodamensis nova. Amstelodami 1792. 4. Latine.

Ph. Antw. Pharmacopoea manualis. Anvers. 1812. 8.

Ph. Argent. Pharmacopoea Argentoratensis. Argentorati 1757. fol. pag. 204. Latine.

Ph. Bad. Pharmacopoea Badensis. Heidelbergae 1841. 8. p. 352. Latine.

Ph. Bat. Pharmacopoea Batava (Jussu collegii supremi Regiminis belgici [Staats-Bewind] die 25. Februar. 1804 promulgata) cum Notis et additamentis medico-pharmaceuticis, editore D. Johanne Friderico Niemann. Volumina duo. Lipsiae 1811. 8. Latine.

Ph. Bav. Pharmacopoea Bavarica jussu regio edita. Monachii 1822. 8. p. 332. Latine.

Ph. Belg. Pharmacopoea Belgica. Hagae 1823. 4. Latine.

Ph. Bor. ed. 3. Pharmacopoea Borussica editio tertia emendata. Berolini 1813. 8. p. 208. Latine.

Ph. Bor. ed. 4. Pharmacopoea Borussica editio quarta. Berolini 1827. 8. Latine. (Opus abortivum, nunquam lege sancitum.)

Ph. Bor. ed. 5. Pharmacopoea Borussica editio quinta. Berolini 1829. 8. p. 418. Latine.

Ph. Bor. mil. Pharmacopoea militaris Borussica. Berolini 1823 ed. 4., 1828 ed. 5. et 1842 ed. 6. 16. Latine.

Disp. Brand. Dispensatorium Regium et electorale Borusso-Brandenburgicum. Erfordiae 1734. p. 278. Latine.

Disp. Brunsv. Dispensatorium Pharmaceuticum Brunsvicense. Brunsvici 1777. 4. p. 378. Latine.

Ph. Dan. Pharmacopoea Danica. Hafniae 1803. 4. (in Germania in lucem prodiit Lipsiae 1821. 8. p. 228.) Latine.

Ph. Dan. mil. Pharmacopoea militaris Danica. Hafniae 1818. 12. Latine.

Ph. Dan. vet. Pharmacopoea Danica. Hafniae 1772. 4. p. 338.

Ph. Dubl. Pharmacopoea Dublinensis 1807. 8. (in Germania in lucem prodiit Lipsiae 1818 apud Fleischerum p. 148.) Latine.

Ph. Edinb. Pharmacopoea collegii regii medicorum Edinburgensis. Edinburgi 1813. 8. (in Germania Lipsiae apud Fleischerum 1816. p. 152 impressa.) Latine.

Ph. Edinb. 1839. The Pharmacopoeia of the Royal college of Physicians of Edinburgh. Edinburgh 1839. 12. p. 217. Anglice.
Ph. Fenn. Pharmacopoea Fennica. Aboeae 1819. 8. (Lipsiae apud Fleischerum 1821. p. 376.) Latine.
Ph. Ferr. Pharmacopoea Ferrarese. Padova 1825. Italice.
Disp. Fuld. Dispensatorium Fuldense tripartitum saeculi moderni genio accommodatum a Francisco Antonio Schlereth. Editio altera. Francofurti ad Moenum 1791. 8. p. 326. Latine.
Ph. Gall. 1818. Codex medicamentarius sive Pharmacopoea Gallica jussu regis optimi editus a Facultate medica parisiensi Anno 1818. Latino et Gallico idiomate in lucem prodiit Parisiis, Lipsiae latino sermone apud Fleischerum 1819. 8. p. 419.
Ph. Gall. 1837. Codex, Pharmacopée française, redigée par ordre du gouvernement par une commission. Paris 1837. 8. p. 535. Gallica lingua scriptus.
Ph. Gall. in usum hospit. Formulaire pharmaceutique a l'usage des hopitaux militaires de France. Paris 1811. 8. Gallice.
Ph. Gen. Pharmacopoea Genevensis. Genev. 1780. 8. Latine.
Disp. Hamb. vet. Dispensatorium Hamburgense, a Jacobo Kalde, Reipublicae patriae Pharmacopoeo. Hamburgi 1716. fol. pag. 176. Latine.
Ph. Hamb. 1835. Codex medicamentarius Hamburgensis, auctoritate collegii Sanitatis editus. Hamburgi 1835. 8. p. 377. Latine.
Ph. paup. Hamb. Pharmacopoea Pauperum in usum instituti Clinici Hamburgensis edita a societate medica. Hamburgi 1804. 8. p. 44. Latine.
Ph. Hann. 1833. Pharmacopoea Hannoverana nova. Hannoverae 1833. 8. p. 400. Latine.
Ph. Hann. 1819. Pharmacopoea Hannoverana. Hannoverae 1819. 8. p. 396. Latine.
Ph. Hass. Pharmacopoea Hassiae electoralis, potentissimi electoris jussu edita. Caselliis 1827. 8. p. 492. Latine. Editio praecedens anno 1806. Marburgi prodiit.
Ph. Herbip. Pharmacopoea Herbipolitana. Würceburgi 1796. 8. ed. 2.
Ph. Hisp. Pharmacopoea Hispanica. Madriti 1803. 8. (Lipsiae apud Fleischerum 1822. 8. p. 244.)
Disp. Lipp. Dispensatorium Lippiacum genio moderno accomodatum, redegit J. C. F. Scherf, 2 vol. Lemgoviae 1794. 8. pag. 236 et 312. Latine.
Ph. Lond. 1839. Pharmacopoea Collegii regalis Medicorum Londinensis. Editio altera. Londini 1809. 8. (Lipsiae apud Fleischerum 1816. 8. p. 128.) Editio proxima Anno 1815 in lucem prodiit, insequens 1824. Latine.
Ph. Lond. 1836. Pharmacopoea collegii regalis medicorum Londinensis. Londini 1836. 8. p. 208. Latine.
Ph. Lusit. Pharmacopoea Lusitanica. Lisboae 1794. 8. p. 247. (Lipsiae apud Fleischerum 1822. 8. p. 207.) Latine.
Ph. Oldenb. Pharmacopoea Oldenburgica. Oldenburgi 1801. 8. p. 247. Latine.
Ph. Palat. Dispensatorium medico-pharmaceuticum Palatinatus. Manhemii 1764. in fol. p. 208, 10 et 48. Latine.
Ph. Parm. Pharmacopoea Parmensis. Parmae 1823. Latine.
Ph. Polon. Pharmacopoea Regni Poloniae edita a Consilio Supremo Sanitatis. Varsoviae 1817. 8. (Lipsiae apud Fleischerum, 1821. 8. p. 199.) Latine.
Disp. Prag. vet. Dispensatorium medico-pharmaceuticum Pragense. Pragae 1739. fol. p. 394. Latine.
Disp. Ratisb. Dispensatorium pharmaceuticum Ratisbonense. Ratisbonae 1827. fol. p. 128. Latine.

Ph. Ross. Pharmacopoea Rossica. Petropol. 1803. 8. (Lipsiae apud Fleischerum 1821. 8. p. 260.) Latine.
Ph. Ruth. Castr. Pharmacopoea Castrensis Ruthena auctore J. Wylie. Petropol. 1808. 8. Latine.
Ph. Sard. Pharmacopoea Sardoa. Turini 1774. 4.
Ph. Saxon. 1837. Pharmacopoea Saxonica jussu regio et auctoritate publica denuo edita recognita et emendata Dresdae 1837. 4. min. p. 296. Latine. Editio anterior anno 1820 Dresdae prodiit.
Ph. Slesv.-Hols. Pharmacopoea Slesvico-Holsatica, regia auctoritate edita a Dr. C. H. Pfaff. Kiliae 1831. 8. p. 530. Latine.
Ph. Suec. Pharmacopoea Suecica. Holmiae 1817. 4. ed. quinta. (Lipsiae apud Fleischerum 1821. 8. p. 243.) Latine.
Edito quarta anno 1787 in lucem prodiit.
Ph. Taur. Pharmacopoea Taurinensis. Taurini 1833. p. 240. Latine.
Disp. Vienn. Dispensatorium pharmaceuticum Austriaco-Viennense. Viennae Austriae 1729. fol. p. 270. Latine.
Ph. Wirt. Pharmacopoea Wirtembergica. Stuttgardiae 1798. fol. p. 132 et 224. Editio antecedens anno 1768 prodiit. Latine.
Ph. Würceb. vid. Ph. Herbip.

B. *Dispensatoria Scriptorum de re medica auctoritate legali non praedita.*

Ainslie Materia medica. Londini 1826. 2 vol. 8.
Augustin pharmacopoea extemporanea. Berolini 1822. 18. ed. 2.
Brera Ricettario clinico. Padova 1825. 8. ed. 3.
Ph. Batean. Pharmacopoea Bateana. Nongenta Pharmaca Georgii Batei, Caroli II, Angliae Regis, Medici Primarii continens. Lovanii 1752.
Bergius Materia medica Stockholmiae 1782. 2 Vol. 8.
Bories Formulaire de Montpellier. Montpellier 1822. 12.
Brugnatelli Pharmacopée générale. Paris 1811. 2 vol. 8. edidit Planche.
Cadet de Gassicourt Formulaire magistral. Paris 1823. 18. ed. 5.
Coxe, American dispensatory. Philadelphia 1825. 8. 1827. 8.
Ellis the medical formulary. Philadelphia 1826. 8.
Ferrarini Farmacopoea. Bologna 1825. 4.
Guibourt Histoire abrégée des drogues simples. Paris 1826. 2 vol. 8. ed. 2.
Gray Supplement to the Pharmacopoeia. Lond. 1831.
Henry et Guibourt Pharmacopée raisonnée ou Traité de Pharmacie. 2 vol. Paris 1828.
Hufeland Armenpharmacopoe. Berlin 1825. 8. ed. 4.
Jourdan Pharmacopoea universalis. 2 Bände. Weimar 1832. 2te Aufl. 1840.
Lemery, Nicolas, Pharmacopée universelle. Amsterdam 1717. 4. p. 758. Latine et Gallice.
Murray et Gmelin Apparatus medicaminum. Gottingiae 1776—1796. 8 vol. 8.
Magendie Formulaire. Paris 1827. 12. ed. 6.
Magendie Vorschriften zur Bereitung und Anwendung einiger neuen Arzneimittel. Leipzig 1831 und später.
Phoebus, Dr. Philipp, Handbuch der Arzneiverordnungslehre. 2 Theile. Berlin 1836.
Piderit Pharmacia rationalis. Gerlach 1806. 8.
Pierquin Memorial pharmaceutique. Montpellier 1824.
Ratier Formulaire pratique des hopitaux civiles de Paris. Paris 1827. 18. ed. 3.
Rennie, a new supplement to the pharmacopoeias of London, etc. London 1829.
